Universidad de Deusto
Biblioteca

D. SOTO

DE IUSTITIA

ET IURE

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRATRIS DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS, Theologi, ordinis Prædicatorum, Cæsareæ Maiestati à sacris confessionibus, Salmantini Professoris, De Iustitia & Iure Libri decem.

Nunc primùm ab ipso Autore innumeris in locis emendati, atque multò auctiores redditi. Quibus insuper Libro septimo in Sexto transfuso, Octauus de Iuramento & adiuratione, planè nouus additus est.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SANCTI IGNATII

Cum Priuilegio.

SALMANTICÆ,
Apud Ioannem Mariam à Terranoua.
M. D. LXVI.

Esta tassado a tres marauedi- el pliego.

Dela Compañia de Iesus de Onate

Universidad de Deusto
Biblioteca

El Principe.

POR quanto por parte de vos Fray Domingo de Soto de la orden de Sancto Domingo Cathedratico de Prima en la vniuersidad de Salamanca me ha sido fecha relacion, que vos aueys compuesto vn tractado que se intitula, De Iustitia & Iure, en lo qual aueys tenido mucho trabajo, suplicando nos vos diesse licẽcia para que vos, o la persona que vos nombrardes, y no otra persona alguna pudiessedes imprimir, y vẽder el dicho tractado, o como la nuestra merced fuesse. Y por la presente doy licencia y facultad a vos el dicho fray Domingo de Soto, o a la persona que vos nombrardes, o vuestro poder ouiere, para que por tiempo de diez años primeros siguientes que se cuenten desde el dia de la fecha desta mi cedula en adelante vos el dicho fray Domingo de Soto, o la persona que vos nombrardes, o vuestro poder para ello ouiere, y no otras puedan imprimir y vender el dicho tractado en estos Reynos: so pena que la persona, o personas que sin tener vuestro poder para ello lo imprimieren e vendieren, o hizieren imprimir, o vender e lo traxeren de fuera parte impresso pierdan la impresion que hizieren, e los moldes, e aparejos con que lo hizieren, e incurran mas cada vno dellos en pena de treynta mil marauedis: la qual dicha pena se reparta en esta manera, la tercera parte para la persona que lo acusare, y la otra tercera parte para nuestra camara y fisco, y la otra tercera parte para el juez que lo sentenciare, con tãto que ayays de vender y vendays cada pliego de molde dela dicha impresion a tres marauedis y no mas. Y mando a los del Consejo de su Majestad Presidente y Oydores de las sus Audiencias, Alcaldes, y Alguaziles de la su casa y corte y Chancillerias: y a todos los Corregidores, Assistentes, Gouernadores, Alguaziles y otras qualesquier Iusticias destos Reynos que vos guarden y cumplan, y fagan guardar y cumplir esta mi cedula: y contra lo en ella contenido no vayan ni passen en tiempo alguno, ni por alguna manera, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en Madrid a veynte y siete dias del mes de Mayo de Mil y Quinientos y cincuenta y tres Años.

Yo el Principe.

Por mandado de su Alteza.

Francisco de Ledesma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

El Rey.

POR quanto por parte de vos el Monesterio de sant Pablo de la ciudad de Burgos nos a sido hecha relacion, que nos auiamos dado licencia preuilegio facultad a Fray Domingo de Soto hijo del dicho monesterio Maestro en sancta Theologia, y Cathedratico que fue de la Vniuersidad de Salamanca ya defunto, para que por cierto tiempo pudiesse imprimir y vender los libros de Iure Iustitia, y el Quarto de las Sẽtencias y otras obras, y que en el dicho tiempo ninguna otra persona le pudiesse imprimir ni vender so graues penas con que cada pliego de molde de la dicha impression vendiesse a cierto precio y no mas, segun mas largamente en las dichas cedulas e Preuilegios que dellos le dimos se cõtiene, y porque los dichos libros e obras son muy vtiles y prouechosas nos suplicastes e pedistes por merced mandassemos prorrogar el termino de las dichas licencias por el tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo y con nos consultado fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien. Y por la præsente por hazer bien y merced a los herederos del dicho Fray Domingo de Soto les prorrogamos e alargamos el termino cõtenido en la dicha licencia por otros cinco años mas: los quales corrẽ e se quenten despues de ser cumplido el termino en ellas contenido durante el qual dicho tiẽpo les doy licencia y facultad a los dichos herederos del dicho Fray Domingo de Soto o ala persona que su poder ouiere para que puedan imprimir e vender en estos nuestros Reynos los dichos libros y obras al precio y segũ y como por las dichas cedulas esta mandado, y mãdamos que durante el dicho tiempo de los dichos cinco años ninguna persona pueda imprimir ni vender sin tener poder dellos: so pena que pierda la impresion que hiziere e vendiere e los moldes e aparejos con que los hiziere, y mas incurra en pena de diez mil marauedis, e la tercia parte sea para la persona que lo acusare, e la otra tercia parte para Iusticia que lo sentẽciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco. Y mando alos del mi Consejo Presidente, e Oydores de las nuestras audiencias Alcaldes Alguaziles de la nuestra casa e Corte e Chãcillerias e otras qualesquier nuestras Iusticias delos nuestros Reynos e Señorios e acada vno dellos en su jurediction que guarden e cũplan & fagan guardar & cumplir esta mi licencia por el dicho tiẽpo de los dichos cinco años y contra lo contenido en ella no vayan ni passen ni consientan yr ni passar. Fecha en Aranxuez a veynte y siete dias del mes de Mayo de Mil y Quinientos e sesenta e vn Años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Majestad.
Iuan Bazquez.

CAROLO MAGNO, SERENISSIMI Philippi secundi Hispaniarum Principis primogenito, suus frater Dominicus Soto, fœlicitatem.

PVS HOC, CAROle Magne, Quod de Iustitia & Iure in publicum iam penè inuitus prodire sino, non fuit quòd diu anceps hærerem cuinam potissimùm nuncuparem: adeò Celsitudo tua initio statim cogitationis meæ præstò fuit. Nam cùm in hoc te Deus rerumque natura tam longa Regum Cæsarumque stirpe in hanc lucis vsuram ediderit, vt tibi hanc cœlo genitam virginem, Iustitiam inquam desponsaret: quem nam consultiùs quàm Serenitatem tuam ex toto orbe deligerem, cui eius imaginem dedicarem? Nempè vt quam virtutem toto vitæ curriculo persanctè culturus es, eandem protinùs ab incunabulis de facie nosses, idẽtidem inspectares, ciusq; te pulchritudine illectares, & oblectares amplexibus: eius ingenio penitissimè insuesceres, & consultissima monita toto pectore haurires. Denique vt tuum istum lanæ candorem, dum pro ætatis teneritudine albescit, eius coloribus imbueres. Memini me in Tridentina Synodo de Natali tuo concionem à sanctis illis patribus habere iussum: nam tunc fœlix ille faustusque dies nobis illuxit: multa de te pollicitum, illamq; sanctam Ecclesiam, vota Deo pro tua salute, in

columitate, ac fœlicitate nuncupantem, in magnam de te ſpem miſiſſe. Ecquid enim de te Inclyte Princeps polliceri cunctarer, pro quo nobis tam numeroſus auorum proauorumque tuorum ordo tam innumeris rebus clariſsimè ac religioſiſsimè geſtis fideiubebat? At verò non meam tantùm fidem, quam priuatus homo pro te obſtrinxi, verùm & tuam publicam quam tot regnis ac gentibus obligatam habes, vt re ipſa liberes, Deum Immortalem deprecamur. Diſcere proinde ab iſta tua ineũte ætate incipe, quantis ſis nationibus ſeſſurus iudex, ad quem adeò ceu ad iuſtum ipſum viuens, vti ait ille magni nominis Philoſophus, ab omni ferè mundi orbe confluxus eſt futurus: vt cùm in tua iſta inſtituenda Cæſarea indole tam multa mortalium ſalutem periclitari noueris, intelligas quanta ſit à tua modeſtia præſtanda facilitas, vt tum alijs virtutum dotibus, tum præſertim Iuſtitiæ, quam hîc tibi pro captu noſtro ſuis graphicè depinximus coloribus, exorneris. Scripſit Xenophon Cyropædîam, inſtituit Ariſtoteles Alexandrum, Neronem Seneca, & Traianum Plutarchus, atque alios alij. Ego verò, quanuis ea vtaris ſapientum pædagogîa, vt à mea puſillitate nullius egeas obſequij, hanc interim tamen Carolopedîam Claritudini tuæ non ſum offerre veritus: vbi, vti dicere cœperam, decôrem Iuſtitiæ, ac perinde fœliciſsimi Principis vultum contempleris. Hîc enim, dum lux tibi visque rationis inoleuerit, perſpectum cum primis habebis, quantum à Tyranno, quod nomen maiores tui execratiſsimum ſemper habuerunt, Rex diſtet. Vt ſcilicet ille publica cuncta in priuatam ſuam libidinem vertat: hic verò contrà vni communi bono continenter proſpiciat: eius ſolius gratia leges condat, magiſtratus creet, tributa exigat, præmia ponat, ſupplicia decernat, bella gerat, pacem componat: in ſumma, nil vnquàm aut animo ſecum reputet, aut rebus geſtis de ſe præſtet, quàm quod in hunc

referatur

referatur ſcopum. Quocircà & hîc identidem doceberis, tantam Deum regibus poteſtatem, per quem illi quotquot ſunt regnant, cuiusque ſapientia iuſta decernunt, non in hoc vtique contuliſſe, vt vel eius iura violent, vel vlli mortalium iniuriam conflent: verùm vt iniurias ipſi propulſent, ac nè inferantur obſiſtant, & illatas reuellant: id nimirum intelligentes, quòd vti ab omni ſunt humana coërctione abſolutiſsimi, ita viuere eos decet, tum rationi, tum præſertim Dei legibus deuinctiſsimos. Deindę & hîc tuæ fiet Serenitati compertum, quàm ſancto fœdere iuſtitia & miſericordia, quæ ſecum vulgò pugnare exiſtimantur, in optimo principe maritentur: quippe qui ea eſſe debet ſeueritate, quæ non in ſæuitiam vergat: ea clementia, quę in ſegnitiem non degeneret: vultu graui, nõ toruo: verborum lenitate placidus, zelo iuſtitiæ terribilis: qui non tam armorum ſtrepitu, quàm morum integritate ſeſe ſuis exhibeat amore ac timore colendum: atque prorſus, quod cecinit ille, ποιμένα λαῶν: hoc eſt, qui non ſe feras inſectari cenſeat, ſed gregem ductare. Ad hæc demùm quod in hoc iuſtitiæ exemplari omnium meditatiſsimè ac conſideratiſsimè ſpeculandum tibi Princeps optime incumbit, eſt, quàm ſanctè debeas religionem ſuſpicere, adorare, & colere: nempè nè ſacra prophanis commiſceas, ſed ſacroſanctam Eccleſiam, ob cuius Deus fidem, & Reges, & homines, & mundum ipſum condidit, cunctis poſthabitis ſæcularibus, ſumma æſtimatione ducas, omnique veneratione & reuerentia proſequaris. Nam ſæcularis fœlicitas, niſi ad illam ſempiternam referatur, nec quicquàm inſtituitur: tantum abeſt vt vllo queat pacto proſperari. Nulla fulgentiùs gemma Chriſtianum diadema decorat, quàm Crucis inſigne. Quas non virtutum imagines, vt cunctas ſummatim denotem, ſpeculum hoc iuſtitiæ tibi remittat, ſi eius aſſueſcas obtutu? Sed vereor tum epiſtolæ modum excedere, tum iſtam tuam nondum maturam

ætatem

ætatem præmaturis monitis onerare. Erit fauente Numine, quo tuorum Regnorum ſalus plurimùm agitur, quando ſapientes, ſed tamen eos in primis qui ſpectatæ ſint vitæ, frequenter conſulas, attentè audias, ac tanti pendas quanti principis intereſt habere oculos. Interim hoc tuæ Celſitudini precamur, vt paternis tuiq́ue aui Cæſaris votis moribus reſpondeas: ſanè quem intimè noui quàm anxius exoptet, vt tanta te Deus Maximus virtutum ſupellectile ditet, quanti noſtra refert vt ſis illarum ditiſſimus.

Fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, Cæſareę Maieſtati à ſacris confeſsionibus, Salmantini Profeſſoris, De Iuſtitia & Iure Libri decem.

PROOEMIVM.

Iuſtitię Encomium.

ILLVSTRISSIMA Iuſtitiæ virtus, Fidei noſtræ legitima proles, ſpei robur, charitatis pediſſequa, cæterarumq́; virtutum clariſsimum iubar: quam cũ profana, tũ cum primis Diuina oracula ſuper æthera tollunt: vt pote quæ homines, ciuile animal, in vnum congregat, ab injurijs vindicat, amore cõciliat, in pace retinet, virtutibus ornat, ad æternã deniq; fœlicitatem diuino munere ſubuehit: hæc inquã virtus eſt, quã præſenti Opere elucidare, ac pro noſtra ingenij tenuitate pertractare inſtituimus. At quoniam huius fulgẽtiſsimi ſyderis minus eſt (vt ipſa nos Iura docent) ius ſuũ iuxta legum normas vnicuiq; tribuere, legitimum duxi titulum Operi, de Iuſtitia & Iure inſcribere. Fert nãq; animus auguſtã virtutis huius dignitatem amplificare, & elementa conſtabilire, eiuſq; leges, mẽbra, ſpecies, & quotquot illi aduerſantur iniquitates, fraudes, & violentias, pro eis quæ mihi diuinitùs vires ſuppetunt, quã latiſsimè patent, perluſtrare, ac ſuis cuiuſq; numeris depingere. Nãetſi haud me lateat, quanta cum dignitate & copia Theologorum Iurisq́; prudentiũ plurimi argumentũ hoc locupletauerint: peperit tamen humana libido per temporũ iniquitatẽ, parturitq́; in dies nouas fraudulentiæ formas, quibus contra ius & fas ſuam quiſq; expleat inſatiabilem auaritiã. Quapropter nihil aliud quàm operępretium arbitrandũ eſt, ſi iniqua pacta & conuenta, & cambia, tamq́; adeò multa vſuræ ſimoniæq́; recentia genera in animũ nobis induxerint, noua de re veteri volumina ædere. Præterquàm q̃ quanto plura à præceſſoribus in re quaq; inuenta ſunt, tanto poſteris, ſi vllo valent ingenio, vberiorem ſyluã ſub miniſtrant excogitandi noua. Accedit q̃ nemo tam fœliciter ſcholaſticam rem, quæ implexa perſe eſt, tractauit, quin poſsit vigilantiori diligentia (nõ de mea loquor) firmius exactiusq; conſtabiliri, ordinatius diſponi, atq; emũctiùs perpoliri. Hac igitur de cauſa, cùm me, qui poſt multos annos in hiſce Scholarũ Cathedris inſumptos alijs publicis negotijs diſtractus Vale huic prouinciæ renũtiaueram, ab illiſq́; poſt negotijs extricatus ſacris me literis addixeram, iam nunc Scholariũ vota, nihil minùs cogitantẽ, ad eandem prouinciã repetiuerint, meq́; Patres Cõſcripti omninò renitentem accerſiuerint, meiq́; maiores inuitũ coëgerint: ac deinde publico ſuffragio hæc mihi prælectio de Iuſtitia obtigerit, poſtulare ex me inſtantiſsimè cœperunt, vt quæ in Scholis dictaſſem, prælo cõmitterem, quò & præſentes ſcribendi labore leuarentur, & abſentes ſudore fruerentur noſtro, annui lubentiſsimè: nam iam diu hunc ipſe parturiebam partum: tanta erat eorum improbitas qui me diuerſis ſcrupulis ac nouorum in dies contractuum cõſultationibus frequentabant. Neq; verò eſt quòd Theologis vitio detur, hanc ſibi aſſumere prouinciam quæ Iuriſperitis accommodatior videri poteſt: quandoquidem Canonica iura ex viſceribus Theologiæ prodiêre: Ciuilia verò ex media morũ Philoſophia. Theologi ergo eſt iuris Canonici decreta ad normã Euangelicam exigere: philoſophiq́; Ciuilia ex principijs philoſophiæ examinare. Vnde Cice. de leg. lib. 1. non à prætoris edicto, neq; à 12. tabulis, ſed penitus ex intima philoſophia hauriendam cenſet iuris diſciplinam. Imo verò litigioſa, inquit, legũ ratio, ignoratio iuris potius eſt quàm ſcientia. Et Iuriſconſul. ff. de Iuſt. & Iure. l. 1. Veram inquit philoſophiam, nõ ſimulatam affectamus. At quanuis inſtitutum profitendi meũ in ſcholis ſit, Sententiarũ Magiſtrum Diuumq; Thomam Commentarijs illuſtrare, conſultius tamen duxi rationem paululùm mutare ſcribendi. Non q̃ diuerſam ab hoc inter Diuos diuino autore doctrinam moliar: ſanè quem, tum de cunctis alijs, tũ præſertim de hiſce moralibus diſciplinis meritiſsimò tanq̃ emicantiſsimum ſydus Scholæ vniuerſim adorant: ſed q̃ cùm eius aliorumq; documentis imbutus multa fuerim alia cõmẽtatus, congruentius exiſtimauerim nouũ conflare opus, in quo diſpoſitiùs cuncta compo-

Authoris inſtitutum.

Ciuilia ex principijs philoſophiæ examinare. Vnde Cicero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerem, quàm si eius textui mea seorsum circũ scriberem. ¶ Distribuimus autẽ opus in libros decem: quorũ duo primi sunt de Iure, hoc est, de legibus, quæ suprema sunt Iusti. i. regula. Tertius de Iure, quatenùs obiectum est Iustitiæ, deq; virtutis huius substantia & sibi annexis, vsq; ad Iustitiam distributiuam. Quartus de præambulis ad cõmutatiuam: nempè de dominio: de restitutione. Quintus, de iniustitia quæ ex iniuriosa actione nascitur: nempè de homicidio & reliquis. Sextus, de vsura & contractibus. Septimus, de cãbijs. Ac deinde octauus, de voto. Nonus de decimis ac de simonia. Decimus deniq; de statu deq; residentia Prælatorum. Vt opus de Iustitia quæ decem præcipuè Decalogi mandatis comprehenditur, librorum etiam Decade absoluatur. Libros autem singulos per suas quæstiones atq; articulos Scholastico stylo distinctos curabimus: vt quàm posimus rarissimè, & præter rerum amplificationem, minimè ab ordine sancti Thomæ discedamus. Cuncta tamẽ asserta nostra censuram subeãt sacrosanctæ matris Ecclesiæ, ac subinde syncerè iudicantium limam. Deus ergò maximus conatibus aspiret nostris ad suam ipsius gloriam.

Partitio operis.

Titulus operis.

¶ De Iustitia ergò & Iure sermonem fauente Deo ineuntibus nobis à Iure inchoandum est. Bifariam nanq; vsurpatur nomen hoc: vno scilicet modo pro eo quod est lex: quemadmodùm Isidorus lib. 5. Etymol. inter decreta dist. 1. relatus ait, Ius, generale esse nomen: legem autem, iuris speciem: altero autem modo accipitur vt obiectũ est iustitiæ: nempè pro æquitate, quam iustitia in rebus cõstituit. Et alterutro accipias modo, ad notitiam iustitiæ, eius notio prærequiritur. At quia virtus queq; ad suas regulas exigenda est, condecet eas primum omnium præ foribus affigere, atq; adeò duob⁹ primis libris de legibus anteomnia dicere. In priori, scilicet, de lege æterna, naturali, & humana: & in posteriori de Diuina. Liber autẽ primus septem quæstionibus absoluetur. Et quoniam (vt sæpè in Officijs citatus Cicero author est) à rei substantia, quę definitione deprehẽditur, omnis est auspicanda ordinata institutio: prima quæ mouetur quæstio est de lege in communi.

Nomen Ius bifariam vsurpatur. Isido. lib. 5. cap. 3.

Primus liber de legibus.

QVAESTIO PRIMA,
De lege in communi.

Sanctus Thomas. 1. 2. quæstio. 90.

ARTICVLVS. 1.

Vtrùm aliqua definitionum legis quæ à Doctoribus constituuntur, legitima sit.

Varię definitiones legis.

CVM MVLTÆ variæq; definitiones tam apud Oratores q̃ apud Theologos ac Iureconsultos reperiantur, nullã tamen aut vix vllam cõperio, quæ legi, quatenùs vniuersale genus est, congruat, præter illã quã Diuus Tho. 1. 2. q. 90. arti. 4. colligit, si paululo componatur limatiùs. Nam illa Ciceronis libro. 2. de leg. Lex est æternum quoddã, quod vniuersum mundum regit imperãdi prohibẽdiq; sapientia: sempiternæ Dei legi peculiaris est: illa verò quã præposuerat libro. 1. Lex est ratio summa insita in natura, quę iubet ea quę facienda sunt, prohibetq; cõtraria: extra leges naturales non extenditur: sed illa. ff. de leg. & sena. consul. l. 1. Lex est commune præceptũ, virorum prudentium consultum. &c. legi tantùm adscribitur humanæ. Sicuti & illa Arist. in Rhetoricis ad Alexandrum. c. de gen. delib. Lex est communis ciuitatis cõsensus qui scriptis præceperit quomodò vnumquodq; agendũ sit. Quò alludit illa Isidôri libro. 5. Lex est cõstitutio scripta. Igitur si vastam eius amplitudinem, quàm late patet spectes. Lex est nihil aliud quàm quædam rationis ordinatio & præceptio in commune bonum, ab eo qui curam reipublicę gerit promulgata. In hac enim oratione & genus legis exprimitur, & finis, & causa, & positionis forma. ¶ At verò ad eiusdẽ definitionis explicationẽ de singulis quatuor particularum quibus cõstruitur ex ordine disputare opùs est. Quatuor ergo articulos quæstio hæc desiderat. Horum primus erit de genere definitionis, quo scilicet examinãdũ est, vtra in potentia existat lex: nempè vtrùm intellectus sit, an voluntatis actus. Asserere enim visi sumus esse opus intellectus, vbi diximus quòd sit rationis ordinatio ac præceptio. Sũt autem in contrarium argumenta nonnulla.

D. Thomæ Ciceroni.

Aristotẽ

Isidorus.

Legis definitio.

Primus quæstionis articulus.

¶ Primùm: Cum in intellectu non sit nisi habitus & actus, non apparet vter nam istorum sit lex. ¶ Secundò: Legis est mouere subditos: nã Rex per leges mouet: volũtatis autem est mouere: quoniam animal nõ mouetur, nisi ab appetibili sub aliqua ratione boni, vt. 3. de Anima, text. 49. author est Aristot. bonum verò obiectum est voluntatis. ¶ Accedit huc tertio loco & authoritas quorundam recentium authorum non infimæ notæ sic definientium legis substantiam: Lex est recta voluntas eius, qui vicem populi gerit. &c. Quibus nimirum adstipulari sibi videtur, tum August. lib. 4. de Ciuitat. dicens, antiquitùs arbitria Principum pro legibus fuisse: & Iurisconsultus. ff. de cõst. Prin. l. 1. quæ & refertur Insti. de iure na. & gẽ. vbi ait, quod Principi placuit legis habet vigorẽ. ¶ Quartò & reclamare Paul. videtur Rom. 7. vbi inquit: Video aliã legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ: etenim quæ in membris est lex, non modò in intellectu nõ extat, verum & ratione caret. ¶ In contrariũ tamen pugnat legis virtus, quæ est præcipere, vt ait L. legis virtus. ff. de legibus. hoc nanq; prudentiæ munus est ac subinde intellectus.

Argumẽ. 1.

Argumẽ. 2.

Aristot.

Tertium argumentum.

Augustinus.

AD quæstionem istam duabus conclusionibus respondetur. Prior est: lex in intellectu tanquam propriũ eius opus insidet. Hic autem de nomine statim admonendum est q̃ nomen legis ob rei varias virtutes & qualitates ab alijs aliter atque aliter deducitur. Isidorus enim libr. 5. Etymo. cap. 3. à legendo illud trahit: eò quod scripto profertur, vt legatur ab omnibus. At verò cum hoc illi accidentarium sit, congruentius Diuus Tho. & Theologorum schola à ligando dici autumant: vt pote quæ vi polleat obligandi. Quãuis Cic. 1. de legib. à legẽdo sentit deriuari: pro eo quod est, eligere. Ait quippe quod etsi Græci legem à tribuendo appellent: (nam quod nos legem, ipsi nomon appellant à nemein, quod est tribuere: ideo q̃ vnicuiq; quod suum est tribuat) ego tamen, inquit, à legendo, id est, deligendo, eam nomino. Et subdit: Nam vt illi æquitatis, sic nos, hoc est Latini, delectus vim in lege ponimus: & proprium tamen vtrumq; legis est. Hæc ille. Igitur cùm istæ omnes virtutes legi competant, parum refert à qua illarum nomen deducas. Attamen etsi Theologorum Etymologiã minimè repudiem, perplacet tamen Ciceronis sententia: vt lex idem sit quod legẽdi, hoc est, eligendi regula. Nam regula dirigendo docet eligere. Vndecunque autem nomen trahatur, patentissimum est, rẽ esse intellectus. Id quod ex vtraq; eius virtute cõmonstratur. Habet enim & q̃ sit regula, & quòd sit obligatoria præceptio. Quapropter cũ S. Tho. tantùm vnum in eius definitione ponat, nos tamẽ ambo loco generis cõposuimus: videlicet ordinatio & præceptio. Haud enim simpliciter ordinat, aut dirigit, veluti qui tantùm viam monstrat, sed ordinando præcipit, præcipiendoq; ordinat. ¶ Ex priori ergò membro arguitur. Lex est æquitatis iniquitatisq; regula, agẽdiq; mensura: sic enim fermè habetur. l. nã. ff. de legib. vbi lex dicitur iustorum regula & iniustorum: regula autem mensuraq; nostrarum actionũ, est ratio: nã regula actionũ est quæ in finem dirigit, quod solius est oculatæ rationis munus: ad quem finem voluntatem, quæ cæca potentia est, ducit: ergo rationis functio est legẽ ponere. Adde quòd sicut in naturalibus, id quod est primum est cæterorum mensura, vt vnitas in numeris, & motus primi mobilis respectu motuum inferiorum: sic quia finis (vt Philosophus. 2. phy. docet) principium est humanarum actionum, fit vt rationis actio, ordinãtis media in finem, sit mẽsura atque adeò lex. ¶ Ex posteriori autem membro arguitur secundò sic: Legis munus est præcipere & prohibere, vt habetur. l. legis virtus. ff. de legib. & senat. consul. & forma ipsa legis præ se fert. Vnũ cole Deum. Nè iures vana per eũ. quin adeò hoc receptissimum est atq; omnibus in confesso, vt hac ratione leges, præcepta atq; mãdata nũcupemus: imperare autem est rationis: ergo lex à ratione elicitur, atq; adeò in intellectu consistit. Minorem huius syllogismi, scilicet, præcipere esse intellectus actum per prudentiam, edocet S. Thomas 1. 2. quæst. 17. artic. 1. & quæst. 57. articu. 6. At parum cõsiderantium est hanc opinionem impugnare tanquàm sancti Thomæ: quippe qui non videant non esse eius inuentum, sed planissimã atque constantissimam sententiam Aristo. 6. Ethicorum, cap. 10. distinguit enim tres virtutes intellectus practici: scilicẽt, euboulian: quæ est virtus bene consultandi, hoc est, indãgandi media ad finem accommodam: nam de fine nulla consultatio est, eò quod omnes suapte natura fœlicitatem suam expetunt: & synesin, quã Latini vocant sagacitatem: quæ est virtus rectè iudicãdi. Sunt enim qui ingenio acuti sunt ad disquirendum media, non tamen ità iudicio valent, vt illis inuentis rectè de optimo sentiant. At præter hos requiritur postremus prudentiæ actus, qui est imperium: in quo differt ratio practica ab speculatiua. Illa enim quia non ordinatur ad opus, præcisè habet duos actus, qui sunt discurrere & iudicare: practica verò insuper opus habet imperio: ad quod præcedentes duo actus ordinantur. Et ideo Arist. ait inter omnes hunc esse summum ac perfectissimum, à quo potissimùm prudẽtia nomitur virtus. Neq; verò solius est Aristot. sententia,

Nomen Lex variè à scriptoribus deducitur. Isidorus.

D. Thomas.

Cicero.

Magis probatur legis Etymologia tradita à Cicerone.

Primum argumentum pro conclusione,

Confirmatio.

Secundũ argumentum.

S. Thomas.

Aristot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præcipere est actus intellectus.

tia, imò philosophorum omnium quotquot eum, vel præcesserūt, vel subsequuti sunt. Quin verò rerum ipsa natura & mos humanus hāc nos planè veritatem edocet. Clarum enim est imperare, esse loqui: videlicet, fac, nè facias: loqui autem intellectus negotiū est: quippe cuius conceptus voce & scripto significantur: ergò ad ipsum pertinet præcipere. Etenim cùm vel Deus angelis, vel alius eorum inter se alijs quicquā præcipit, profectò nō voluntatis, sed intellectꝰ loquela id efficit. Pari ergo lege, si in potentijs nostris intimis præceptum est, quod negari non potest, ad intellectum pertinet, nō vtiq; ad voluntatem. Et confirmatur hæc ratio. Cùm quis mente orat Deum: Fiat voluntas tua: Panem nostrū quotidianū da nobis hodie: planum est non voluntate sed intellectu loqui: ergò si aliqua potentia alijs imperat, illa sanè intellectus est per similia verba. ¶ Tertiò ex humano vsu arguitur, legem, non voluntatis, sed intellectus esse proprium opus. Volitio & nolitio, qui tantùm actus in volūtate sunt, nullum secum afferūt imperium. Enimuerò licèt ego certò sciam prælatum meum optatissimè velle, vt ego prædicem, aut quidpiam aliud faciam: parēre tamen nō teneor, quousq; id mihi loquens præcipiat: loquutiones autē signa sunt cōceptuum. Atque hinc sumitur ad interna nostra opera analogia. Quanuis enim quis post rationis iudicium eligat bonum opus: nihilo minus experimur post talem electionem esse homines vecordes & segnes ad idem inceū dum opus. Multi enim mente elegerunt vitā perfanctè instituere, qui tamen segnitia imperantis prudentiæ tardissimè id aggrediuntur. ¶ Præterea arguitur. Tenentur homines cōformare se & obedientes esse sempiternæ legi Dei, vt in. 1 Sentent. dist. 45. latè disputatur: non tamen tenemur conformari eius voluntati beneplacitæ: nam etsi ego sciam Deum velle mortē patris mei, licet mihi, quin etiam honestū est, de illa contristari. Et vice versa Præcepit Abrahæ filium immolare, cui legi Patriarcha ille obtemperare astrictus erat: & tamen Deus non habebat voluntatem beneplaciti vt id exequeretur: ergo lex Dei non in eius voluntate, sed in intellectu est præcipientis aut prohibentis. ¶ Per hæc & commentum contrariæ opinionis retunditur, quo aiunt voluntatem non esse ancillam intellectus, sed reginam: intellectum verò seruum. Longe quippe secùs se res habet. Nam regere, est functio illuminantis ac dirigētis: lumen autem nō in voluntate, quæ cæca est potentia, sed in intellectu existit. Siquidem non voluntatis lumen, sed intellectus dicitur.

Suaderur hoc ipsū facili ratione.

Tertium argumentum principale.

Quarta ratio.

Detegitur error contrariæ opinionis.

Prima ratio.

De quo nimirum Dauid: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. vnde Arist. 1. Poli. cap. 3. expresse ait mentem imperare appetitui: quo etiā nomine voluntatem complectitur: licèt non imperio dominico, vt anima corpori: sed politico, vt Rex ciuibus imperat. Vnde sapienter. 3. de leg. Plato: Non, inquit, precandum conandumq;, vt voluntatem nostram cuncta sequantur, sed vt prudentiam nostram voluntas. Ad hęc: Rex à regendo dicitur, qui est actus prudentiæ, cuius ideo virtutis functio est leges sancire: hoc enim est potissimum eius munus, qui ad regni gubernaculum sedet. Quocirca Cicero lib. 1. de leg. post illā legis diffinitionē suprà citatā, scilicet, Lex est ratio insita in natura. subdit, Itaque arbitrātur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit, vt rectè facere iubeat, vetet delinquere. Et Aris. 10. Ethi. c. 9. Lex, inquit, vim habet cogentē: quæ quidē est sermo ab aliqua prudētia atq; mēte profectus. Ecquis ergo vnquam ambigere quiuerit legem esse prudentiæ, ac subinde intellectus opus, quod vniuersi dictamen practicum appellant. Atque hic est legitimus sensus illius, Prouerb. 8. Per me Reges regnāt, & legum cō ditores iusta decernūt. Nam in hoc quod ait, regnant, potestas regum designatur: quoniam omnis potestas à Domino Deo est, vt ad Rom. 13. refert Apostolus. In hoc autem quod subdit, & legum. &c. intelligitur eiusdem potestatis vsus. Vnde, Per me, inquit, id est, per prudentiæ virtutem, quæ de meo fonte dimānat, Reges, & leges condunt rectas, & ritè illis vtuntur. ¶ Secunda conclusio: lex est vniuersalis propositio ac dictamen rationis practicæ quę per modum habitus inest. Conclusio hæc assertio est S. Thomæ. 1-2. q. 90. Hanc verò sic expositam accipito: In intellectu sunt & simplices apprehensiuæ propositiones atq; alię iudicatiuæ: lex autē non est tantùm apprehensio, verū pręceptio quę iudicium sequitur, nō qualecunq;, sed quod de moribus fertur. Illud qppe iudiciū appellant practicū. Prius enim per primam prudentię virtutem, scilicet euboulian, conquiruntur illa quæ expediunt: mox per synesin, quę secunda virtus est, iudicio probantur: tertiò voluntate eliguntur, ac subinde sequitur imperium prudentiæ: quod non est propositio indicatiui modi, sed certè imperatiui: faciendum est, aut vitādum. Hæc enim verba si vim nominis habeant, puta dignum est vt fiat, factúve indignum, speculatiuæ propositiones sunt, & nondum vim legis obtinent. Dum verò vim habent participij futuri, tunc censentur dictamina practica.

Et

Psal. 96. Arist.

Plato.

Secunda ratio.

Cicero.

Arist.

Per me Reges regnant. Prouerb. 8.

Secunda Cōclusio.

Et si sint in Principe promulgenturque populo, tunc leges existunt. Requiritur tamen præterea vt per modum habitus insint: hoc est fixæ sint & perpetuò permanentes. Nam temporales præceptiones quæ per modum actus transeunt, quia vniuersales non sunt, sed singulari personæ, loco, & tempori accommodatæ, fac, nè facias, non habentur pro legibus, sed legum sunt applicationes: vt articulo proximo videbitur.

Soluuntur argumenta.

PER hanc ergò conclusionem ad primum argumentum ante quæstionem respondetur: quippe qua assertum est legem esse propositionem per modum habitus inhærentem: nā etsi lex actu feratur, manet tamen habitu impressa scriptaq; in mente. ¶ Atq; hinc proditur quorundam Neotericorum fallacia contēdentium contra sanctum Thomā nullo opus esse intellectus præcepto ad operandū: neq; attendentium nō Thomæ sed Aristoteli se apertè contradicere. Arguit enim quidam in suis Morali. cap. 2. de pruden. hoc pacto: si præceptum, propositio intellectus est, tunc aut apprehensiua aut iudicatiua. Apprehēsiua quidem nō sufficit ad opus: si verò sit iudicatiua, ipsa per se sufficit absq; alio imperio: nā cùm primum quis iudicat bonum esse hoc aut illud facere, statim eligere potest: in qua electione iam est meritum: atque adeò statim potest operari, absq; alia imperandi vi. Quapropter vel ipsa voluntatis electio imperium est, vel nullum est aliud. Et addit, nescio vnde motus hanc esse communem opinionem: cuius tamē authores vllo pretio æstimandos nō memini me vidisse. Bino nanq; peccato ostendit se Aristotelem de hac re non consuluisse. Primùm enim negamus imperium propositionen esse aut simpliciter apprehēsiuam aut iudicatiuā. Istæ nanq;, propositionis indicatiui modi differentiæ sunt: imperatoria verò non iudicatidetegitur altera horum fallacia. Imperiū enim (vt Aristo. planè docet,) non est iudicium illud qđ electioni antecedit, sed iussio, quæ electionē subsequitur. Cōcedimus ergo iudiciū, quod est synelis actus, sufficere ad electionē, in qua quippiā inesse potest meriti: electio tamē non satis est ad vsum & opus, nisi ipsam subsequatur imperium.

Neotericorum fallacia.

Soluitur primum motiuum Neotericorum.

Allud argumēntum eiusdem authoris.

¶ Sed tamen exurgit ex hoc argumentum tertium eiusdem authoris: si electionem consequitur intellectuale imperium, aut sequitur ex necessitate, aut libere. Non ex necessitate: nam tunc nulla opus esset virtute prudentiæ ad imperandum, quod est contra Aristotelem & veritatem. Si autē sequitur liberè, tunc consequi videtur, solam electionem voluntatis non sufficere vt moueat intellectū, sed requiri præterea alium actum: quem tamen neq; Arist. neq; sanctus Thomas, neq; vllus philosophorum vnquā posuit. Imò omnes fatentur quòd electionem subsequatur imperium. Hoc argumentum plus iusto nos cōtorsit. 1-2. q. 17. art. 3. Diluere tamen illud iam mihi facile videor, respondens quòd imperium neq; sequitur necessariò ex electione, neq; tamen alium præquirit in voluntate actum præter eandem electionem. Sed est notandum quòd cùm vt aliqua potentia ab altera moueatur, opus sit vt vtraq; sit bene dispositā: consequens fit vt nisi electio sit satis radicata, atq; intellectꝰ per prudentiam bene paratus, non sequatur ex electione imperiū. Igitur vbi electio solida ac valida fuerit, & intellectus per prudentiam satis obsequens, sequetur protinus ad electionem imperium: aliàs vel morosè vel nunquam.

Diluitur præterita ratio.

¶ Ad tertium argumentū concesso regis esse mouere, conceditur quoq; voluntatem esse motricem tam intellectus quàm reliquarum potentiarum. Haud tamen inde colligitur, aut ipsam esse reginam, aut intellectum seruum. Voluntas etenim non mouet tanquàm dirigens & cognoscens, quod requisitum est vt esset regina. Hoc siquidem nomen ipsum, regina, auribus exhibet: sed mouet impellendo ad mouendoq; potentias ad sua officia. Quam quidem ob causam actiones humanæ, voluntariæ dicuntur, hoc est à voluntate promanantes. Exempli gratia. Præfixa intentione finis, vt puta volo ditari, voluntas applicat intellectum vestigandis medijs. Post quàm autē hæc iudicat, illa porrò eligit, ac subinde per electionem commouet eum rursus ad imperandum, in quo ratio regendi consistit. Quò planè alludit, verbum legis secundæ. ff. de legib. quam legem Martianus non erubuit à Chrysippo, Stoico mutuari: vbi ait q̄ lex est omnium diuinarum ac humanarum rerum regina.

Solutio tertij argumenti principalis.

¶ Exitimo ergò satis illis factum qui aiunt legem esse voluntatem eius qui vicem populi gerit: nam, vt suprà ostendimus, nulla Principis volūtas obligat nisi edicto præcepta sit. Et hunc in modum intelligendum est verbum legis suprà citatæ de const. princip. Quod Principi placuit legis habet vigorem. Insinuatur enim hoc duntaxat, quòd nulla existit in intellectu lex, nisi in voluntate præcedat electio: at tamē neq; voluntas est lex, sed si id quod Principi placet, mēte priùs, deinde voce præcipiat,

Soluitur postrema obiectio cū cōfirmationibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud est lex. Est ergò sensus hic: Quod principi placuit edicere, legis habet vigorem: quo pacto eadem lex seipsam statim sub his verbis exponit. Quodcũq; igitur Imperator per epistolam vel subscriptionẽ statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interloquutus est, vel edicto præcepit, legẽ esse cõstat. Quare neq; erat cur Cicero ex lib. 1. de legib. accerseret ad ꝓbandũ legẽ esse in volũtate, propterea ꝙ secũdũ ipsum dicatur ab eligẽdo. Haud eñ cẽ set electionẽ esse legẽ, sed ꝙ lex electionẽ Principis sequitur, & eligere docet subditos inter æqua & iniqua. vnde statim subdit, quòd lex est mens ratioq; prudentis, Iurisq; atq; iniurię regula. ¶ Quartum autem argumentũ alterius est negotij. Vocat enim Paulus membrorum legem alio longè significatu. Distinguit inquam leges quatuor: scilicet legem peccati repugnãtem legi Dei, & legem membrorum legi mentis aduersantẽ. Et quamuis quibuspiam videri eadem posit lex peccati & membrorũ, sicuti & inter se lex Dei & lex mentis, non nihil tamen visum nobis est in Commentarijs differre. Lex enim mentis est effectus legis Dei, eiusq; impressio in mente nostra sicuti vestigium in puluere, est effectus pedis. Lex autem membrorum est naturalis inclinatio sensualitatis in sua obiecta, secundùm totum naturę pondus & impetum: qui effectus est amissionis iustitiæ originalis, qua eadem sensualitas in rationis obedientia infrenata retinebatur. Lex autem peccati vel est effectus eiusdem inclinationis, puta facere contra Dei voluntatem: vel fuit prima parentum preuaricatio, per quam dissoluta sunt membra, ex qua dissolutione procedũt peccata. Lex ergò membrorum non est vera lex: quia non inclinat ad bonum, sed dicitur lex per metaphoram: quia est natura iustitia originali dstituta, ac subinde obliqua regula à recta nos via deflectẽs. Sed arguis: Si est regula, quomodò est extra intellectum? Respondetur legem per se primò tanquam in regulãte & mensurante existere in intellectu: dicitur nihilo minus esse per participationem in potentijs & membris quæ mouet, tanquàm in regulato. Sicuti Sol dicitur esse in aula propter eius effectum: & ars in statua. Pari ergo modo lex peccati est in membris.

Cicero.

Explicatur locus Pauli.

Vide Aulorem super. 7 cap. Epistol. ad Roma. in illa verba, video aliam legem. &c.

Obiectio. Solutio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Lex semper ad bonum commune ordinem habeat.

COnsequitur articulus secundus, quo secunda definitionis particula exponenda venit, quæ legis finem designabat. Sunt enim argumenta ꝙ legem non sit necessarium in bonum commune ordinari. ¶ Primum, vt ait Isidó. lib. 5. Etymo. Si ratione lex constat, lex erit omne quod ratione constiterit: ratione autem constat, nõ solùm quod in bonum commune dirigitur, sed & quod in particulare refertur: nihil ergò derogat rationi legis si non in commune bonum ordinetur. ¶ Secundò. Præcepta (quemadmodũ suprà dictũ est) vim habent legis, vt potè cuius virtus est præcipere & prohibere: præcepta autem dantur etiã de singularibus actionibus in quibus mores nostri cõstituuntur: ergò satis est leges in particulare bonum ordinari. ¶ In contrarium autem est idem Isidor. eod. 5. lib. vbi ait, quòd lex est nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuium conscripta.

Argumen. 1 Isidorus.

Argumẽ. 2.

Cõclusio responsiua.

AD quæstionem vna conclusione respondetur. Lex omnis, quò solida sit & firma, in commune bonum debet subditos promouere. Conclusio hæc duplici ratione affirmatur, secundùm quod cõmune bonum aut pro naturali fœlicitate vsurpatur, quam hoc seculo adipiscimur, quæ est quietus tranquillusq; & pacificus reipublicæ status: aut pro illa supranaturali, quæ in altero sæculo veluti supremus finis nostros nos manet, in quem & sæculare omne bonũ suapte natura refertur. Enimuerò si rationem primam communis bonispectes, hoc modo demonstratur cõclusio. Pars omnis ad suum totum naturali ordine dirigitur sicuti imperfectum ad perfectum: quicunq; autem ciuium partes sunt ciuitatis, lex ergo illis præscripta in bonum cõmune totius ciuitatis debet eos instituere: veluti partes vniꝰ corporis quæ ad seruitium totius ordinem habent. Concinit huic rationi Aristo. Ethicor. 9. vbi ait: Iusta legalia, hoc est ciuiles leges, factiua esse conseruatiuaq; fœlicitatis particularũq; eius. Et Plato dialogo primo de legibus, vbi ait: Legumlatorem pacis publicæ gratia debere omnes leges cõdere. Quapropter Lacedæmoniorum morem refellit, qui leges omnes in eum scopum dirigebant, vt bella strenuissime gererent. illis enim prudentiùs Arist. Ethico. 10. Bellum, inquit, gerimus vt in pace degamus. Et Cicero lib. 2. de legi. Constat, inquit, profectò ad salutem ciuium ciuitatumq; incolumitatem, vitamque omnium quietam & beatam, conditas esse leges.

Argumen. 3

Aristo.

Plato.

Aristot.

Cicero.

¶ Si

Secunda ratio.

¶ Si verò summam beatitudinem, quæ Deus est, altiùs speculemur, secundam possumus eã demq; optimam rationem subnectere. Lex enim (vt nuper dicebamus) regula prima est nostrarum actionum: regulæ verò munus ac potissimùm primæ est in supremum finẽ & scopum regulata dirigere: reliquũ ergo fit vt in commune bonum & legislatoris propositũ, & lex ipsa debeat intendi. ¶ Sumitur & tertia ratio ex alia conditione legis. Ait enim Philo. 5. Ethico. legem omnem, vniuersalem esse, hoc est, in vniuersum omnibus hominibus positã, ac de omni virtute. Idemq; ab illa citata lege docemur: lex est commune præceptum. ff. de legib. & l. iura. eo. Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur. Inde ergo fit consequens vt in supremum finem, qui omnibus communis est, sit dirigenda, & non ad particulares accommodanda. Bene igitur ait eodem lib. cap. 1. Arist. Ipsæ leges de omnibus dictant, coniectantes, aut communem omniũ vtilitatem, aut optimorum, aut Principum. Vbi tres insinuat respublicas. s. democratiã, aristocratiã, & regnum. Quo fit vt legalis iustitia, vniuersas cõplectatur virtutes. ¶ Adde si lubet & rationũ supremã. Fons & origo legum omnium æterna lex est diuinæ mentis: Deus autem cuncta in seipsum ordinauit ac retulit: leges ergo vniuersæ sic lege illa regulandæ sunt, vt in eundem tẽdant scopum. Id quod & diuinum Platonem Dialog. 1. de legib. minimè latuit: vbi ait, oportere vt legumlator eum ordinem sequatur, vt humana ad diuina vbiq; referantur. ¶ Ex his fit consequens, quòd dum legislator leges in suum particulare commodum constituerit, tyrannum se esse intelligat. ¶ Sequitur subinde quòd in vnaquaq; republica, vt puta in toto vno regno leges omnes ad finem totius sint referendæ. Non quòd nõ singulis ciuitatibus pro earum conditione permittendæ sint particulares, sed quòd debent omnes ciuitates veluti mẽbra vnius corporis sibi opitulari. At verò regna diuersa, etiam si sub vno sint rege, non debent sic gubernari, vt vnius res, diuitiæ scilicet & politia, in vtilitatem alterius inæqualiter pertrahantur: sed per se quodlibet ob suum ipsius commodum administretur. Verbi gratia: Si non alia ratione transmarina regna acquirerentur, nisi vt omnia eorum bona Hispaniæ obuenirent, eorũq; leges in rem nostram deflecterentur: videlicet, vti si nostra essent mancipia, non seruaretur æquitatis decor: secus si cõmerciorum ratione vicarijs sibi operis inseruirent. Hæc de legum fine: nam de eius effectibus, qui sunt facere ciues bonos, ac de alijs quibus ipsa fœlicitas nobis agitur, quæstione tertia dicturi sumus.

Tertia ratio Philosophus

Aristot.

Plato.

Primum corollarium.

Secundum.

AD primum igitur argumentum respondetur, ꝙ etsi contingat legem quæ ad singulare cuiuspiam bonũ ordinatur, ratione cõsistere: illa tamen consistentia illic cõnititur ꝙ illud singulare bonum ad commune refertur: veluti in speculatiuis nulla veritas particularis cõclusionis solida est, nisi quæ in prima principiè resoluitur. ¶ Et per idẽ soluitur argumẽtũ secundum: nempe quòd præcepta circa singularia bona inde vim habent legis, quòd singularia illa in cõmune bonum ordinantur. Haud tamen præcepta huiusmodi leges propriè dicenda sunt, sed legum applicationes ad particularia. Leges enim (vt dictum est, legibusque monstratum) vniuersales esse debent. Exempli gratia: Lex est, Vnum cole Deum, quæ neq; tempus neq; locũ præscribit, neq; verò singularem alloquitur personam. Præceptum autem esset, si prælatus hodie cuipiam iusta ratione iuberet sacrum facere, aut vrbem preces fundere cogeret. Item lex est, charos honorare parentes, & vt parentes filios alant. Præceptũ autem est, cùm iudex te iubet aut parenti, aut filio in tali necessitate alimoniã suppeditare. Itaq; cùm lex in genere de actionibus nostris generaliter iubeat, quæ sunt circa singularia, inde fit vt præcepta sint earum applicationes ad singula. Quocirca etsi lex vna specialiùs alteram explicet, non illicò desinit esse lex, quatenus semper manet vniuersalis. Est enim lex vt dies Dominicos atq; Apostolicos ab opere feriemus, licèt sit explicatio illius generalioris, Sabbatha sanctifices.

Ad primum

Ad secundũ

ARTICVLVS. III.

Vtrùm cuiuslibet ratio sit legis effectrix.

ARticulus tertius tertiam definitionis particulam occupabit quæ erat de authoribus legum. Arguitur enim ꝙ vnicuiq; priuatim cõpetat leges suo ordine condere. Primum ex dicto Apostoli ad Roman. 2. Gentes quę legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: ipsi enim sibi sunt lex. hoc autem de singulis mortalium asseuerat quatenus naturæ luce ducti sibi quisq; nouit bonum & malum discernere. ¶ Secundò arguitur. Intentio legislatoris est vt suos ciues ad virtutem inducat: vnusquilibet autem potest alium ad virtutem inducere: ergo vniuscuiuslibet ratio legẽ ferre

De authoribus legum.

Primum argumentum.

Secũdum argumentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertium argumentum Aristo.

poteſt.¶Et tertio loco accedit eiuſdem Ariſt. ſententia.10. Ethicor.circa finem, vbi patrem familiàs in ſua domo cõparat Principi in ſua republica:vt velut hic ciuitatẽ,ità & ille domũ gubernet:ergo ſicut Princeps ciuitati,ita & paterfamiliàs ſuis leges ponere valet.¶In contrarium eſt Iſidorus eodem libro.5.Etymol.& refertur diſt.2.vbi ait:Lex eſt conſtitutio populi ſecundùm quam maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt.Quibus verbis docere videtur nõ eſſe cuiuſlibet ſcribere leges.

Isidorus.

Soluitur quæſtio propoſita vnica conclusione.

Deducitur cõclusio ex antecedẽte.

QVæſtio præſens vnica,velut ſuperior,conclusione abſoluitur. Leges condere, non cuiuſq;,ſed reipublicæ eſt eiusq; vicem gerentis ſeu curam habentis. Concluſio hæc ex ea quæ proximè cõſtituta eſt facilè hoc modo colligitur.Lex eſt regula dirigẽs in cõe bonũ:dirigere aũt in cõe bonũ propriũ eſt reipublicæ cuius eiuſmodi bonũ proximus finis eſt:ergo penes ipſam tantũ ac penes illũ q eius habet curam poteſtas eſt ferendarũ legum.Minorem per Ariſt.doctrinam.1.Ethicor.facilè intelligas.Effectrices enim cauſæ ,proportionem habent ad finales:vt quo effectrix eſt altior,ſit & eius quoque finis ſublimior.Finis enim proximus militis eſt ſingularem locũ defendere: Ducis verò,victoria: Regis autẽ pax:& ideo ad regẽ pertinet inferiora cuncta in illum ſupremum finem ordinare Eãdem ratione quia frẽnefactiuæ artis finis ad equeſtrẽ refertur,ſit vt ars etiam equeſtris frænefactinę operationem dirigat.Igitur quia cõmune bonum,peculiaris eſt reipublicæ finis,& leges illuc nos ducunt:proprium erit reipublicę illas condere,quibus nos cõdẽ perducat. Vnde Plato in Dialogo de regno:Regis,ait, munus eſſe leges condere.Idemq; Ariſt.Ethico.10.conſtituit,&l.ſi Imperialis.C.de legib.& conſti. ſoli imperatori conceſſum legitur leges,tum condere,tum adeò interpretari. ¶Subnectitur autem & ſecunda ratio:lex enim vim habet coërciuã,vt author eſt Ariſt.Ethico.10.& Papinianus in.l.1.de legib.vbi legẽ appellat coërctionem. Vis autem hæc & vigor in ſola republica & Principe exiſtit:ſicuti totius animalis virtus eſt,membra mouere. ¶Eſt autẽ cõſideratione diſcernendum inter eos qui leges ſciſcere poſſunt,& illos quorum conſilio ſciſcũtur. Iuris enim conſulti leges ex viſceribus naturalis philoſophiæ ratione & iudicio eliciunt:firmitatem tamen & coërcendi vigorem nemo illis,niſi qui iuriſdictione pollet, valet apponere.Vnde vt prudentium conſulta pondus per ſe non habent legũ,ita neq; Princeps ſine eorum maturo conſilio eas debet edicere.¶Ob-

Aristot.

Secunda ratio.

Pulchra consideratio.

Plato.

Aristot.

Obiectio.

uium tamen in promptu ſit huic concluſioni argumentum. Deus Princeps omnium eſt legumlatorum,& tamen neq; reſpublica eſt,neque eius vicem gerens:quippe qui non à republica authoritatem mendicauit. Reſponſio tamen eſt:Non eo ſenſu in præſentiarum aſſeri quemcunq; gubernatorem vices reipublicæ gerere,ac ſi vicarius eius exiſtat:ſed ſatis eſt cui ſũ illius habere,ſeu tanq; vicariũ, ſeu tanq; eius autorẽ ac dñm cui curæ eſt publica gubernatio.Pariformiter & đ Chriſto,etiã inquãtũ homo erat,ſentiendum eſt,vt pote qui ceu Redẽptor ac rex regni cœlorum,legum cõditor noſter fuit.Ac ſubinde eius vicarius Pontifex maximus.Is enim non gerit eccleſiæ vices quaſi ab illa autoritatem nactus, verũ quaſi Chriſti vicarius,cuius vice fungitur:à quo vtique ſolo licèt per eccleſiam eligatur,autoritatem ſuſcepit.Idemq; eſt de epiſcopis iudicium ac prælatis ab ipſo inſtitutis.Sæculares autem reges ac monarchæ ſecùs habent. Haud enim à Deo proximè,& quod aiũt,immediatè creati ſunt præter Saũlem ac Dauidem eiuſque proſapiã, cui ſceptrum ipſe commiſit: ſed vt habetur. l. quod placuit.ff.de conſti.prin.reges ac principes à populo creati ſunt,in quos ſuum trãſtulit imperium ac poteſtatem:vt infrà.q.6.& copioſiùs libr.3.q.4.patebit. Vnde verbum illud apud Sapientẽ ex Prouerb.8. ſuprà citatum, Per me reges regnant,&c.non aliter intelligẽdum eſt,quàm quòd ab ipſo tanquàm naturalis iuris authore donatũ mortalibus eſt,vt vna quæque reſpublica ſeipſam regendi habeat arbitrium:ac ſubinde,vbi ratio,quæ ſpiramen etiam eſt diuini numinis,poſtulauerit, in alium ſuam tranſmittat poteſtatẽ,cuius legibus prouidentiùs gubernetur. De primis autem legiſlatoribus, variè referunt ſæculares hiſtoriæ. Plinius nanque libr.7.Naturalis hiſtoriæ,cap.56.ait Cererem inter omnes primam leges dediſſe:vt autem alij putauêre Rhadamãthum. At verò Ioſephus aduerſus Appionem apertiſsimè ac diſertiſsimè veritatem oſtendit.Nẽpe inter mortales Moyſen priùs ſacras promulgaſſe leges,vt diuinitùs ſibi traditas.Nam pòſt multo tempore illi extiterunt legiſlatores quos Iſidõrus initio. 5. lib. refert. Phoroneus enim,inquit,rex Græcis primus leges cõſtituit:Mercurius Triſmegiſtus Ægyptijs: Athenienſibus Solõ: Lycurgus Lacedæmonijs: ac deniq; Romanis Numa Põpilius,qui ſucceſſit Romulo.

Solutio.

Quid ſenſerint ſcriptores de primis legislatoribus.

Plinius.

Ioſephus.

Isidorus.

AD primum igitur argumentum reſpondetur legem in homine bifariàm exiſtere: vno

Ad argumẽta partis negatiuæ.

Ad primum

vno modo tanquàm in regulante, quo pacto eſt in legiſlatore:atque altero tanquàm in regulato:quemadmodùm eſſe contingit in ſingulis hominibus:iuxta verbum Pſalm. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. Vnde & illic Apoſtolus ſubdit, Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: ſcriptum ſcilicet à Deo ipſo ſummo legum conditore.

Pſal.90.

Ad ſecundũ argumentũ.

¶ Ad ſecundum verò reſpondet Philoſophus. 10. Ethicor.capit.9. vbi ait legem vim habere coërciuam. Poteſt ergo priuatorum quiſque vnũquemlibet ciuium ad virtutis officia conſilijs ac monitis inducere: haud tamẽ perfectè,ſcilicet ipſum cogendo: ob idq; talia monita non habebunt legum virtutem ac robur.¶Ac ſimili fermè modo extemplò ibidẽ reſpondet ad tertium: fatetur enim patremfamiliàs nonnulla ſtatuere poſſe in ſua domo præcepta , eademque ſub aliquibus pœnis, quas exigere paterna autoritate poterit, etiã vſque ad verbera. At vero ſicuti dominus non eſt perfecta reſpublica:ita neque eius præcepta abſolutam habẽt vim legis: vt puta cũ neq; in carcerem cõijcere poteſt ſuos,neque in exilium mittere, neq; alijs id genus ſupplicijs aſſicere:vt lib. 5.q.2. ſuſius patebit. vbi de patria poteſtate copioſiùs.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm promulgatio ſit de ratione legis.

SVpereſt demùm vt quartus articulus poſtremam definitionis particulam patefaciat, qua legis ponendi forma notabatur. Arguitur ergo non eſſe neceſſariam promulgationem legis vt ſuam ſortiatur vim. Primum lex naturalis obligat vniuerſos,quæ tamen nulla indigeret promulgatione:cùm neque ſtatu innocẽtiæ neque poſt naturam corruptã ante Moyſen talis fuerit lex promulgata. ¶ Secundò: Lex vetus diuina,vt.1.2.q.103.ar.4. autor eſt ſanctus Thom.ceſſauit illo Chriſtianæ mortis articulo quo Redemptor dixit, Cõſummatum eſt.ac ſubinde tum nouæ obligatio cœpiſſe credenda eſt:nam ceſſatio vnius fuit alterius inchoatio:aliàs mundus abſque lege obligante diuina per aliquam temporis moram exiſteret. Et tñ promulgatio legis non fuit tunc facta,ſed ſub feſtum Pentecoſtes:ergo obligatio legis non pendet ex promulgatione.

Prima ratio ad partẽ negatiuam.

Secunda ratio.

S. Thomas.

¶Et tertiò:Lex ciuilis obligat loco abſentes coram quibus non promulgatur , & pariformiter tempore futuros,apud quos non eſt amplius neceſſaria promulgatio. ¶ Contrarium autem leginus,diſtinctio.4.cap.in iſtis.vbi habetur leges tunc inſtitui,dum promulgãtur.

Tertia ratio

AD quæſtionem reſpondetur duabus concluſionibus.Prima.Nulla lex vllũ habet vigorem legis,ante promulgationem: ſed (vt citatum decretũ aſſerit) tunc inſtituitur , dum promulgatur. Itaque nullam(vt quidam arbitrantur) exceptionem concluſio hæc permittit. Et probatur ex natura ipſius legis . Eſt enim regula & menſura noſtrarum actionum: regula autem niſi operantibus applicetur, vana eſt : applicari autem nequit niſi per eius notitiam : nam qui regula vtitur, eam intueri neceſſe habet. Fit ergo conſequens vt ante promulgationem qua ſubditis innoteſcit,non eos obligando perſtringat , ſed tunc præcipi quando promulgatur. Vnde.l.leges. C. de legib.& conſul. Leges ſacratiſsimæ quæ conſtringunt hominum vitas intelligi ab homini bus debẽt.Et in Authẽti.vt factæ nouæ cõſtit. &c.tũc valêre leges iubetur,cũ in cõmune factæ ſunt manifeſtæ. Idẽ habet iure canonico, vt extrà,de poſtulation. præl. cap. ad hæc. & de conſtitutio. c. cognoſcentes. Dubitas autẽ quid nomine promulgationis cenſendum ſit. Vtrum nondum lex velut promulgata ſit habenda quouſque in omnium notitiam fuerit diſperſa. Apparet enim ratio modo facta id perſuadere.Enimuerò ſi lex per ſui notitiam applicatur,ſit vt quouſq; ſit cunctis nota,non obliget:atque adeò nec promulgata cenſeatur.Et confirmatur inde quòd ille quem lex latet,ignorantia excuſatur: quod non contingeret ſi legis vinculo innodaretur.

Prima conclusio.

Parua dubitatio.

Ratio hæſitandi.

Cõfirmatio.

¶Huius argumenti gratia ſtatuitur ſecunda concluſio.Lex vt promulgata cenſeatur , non exigit vt in omnium notitiam perueniat: ſed tunc promulgatur dum ſolenniter in principis curia vel in prouincia primo preconio vel alia legitima via edicitur. Sic habetur cap. 1. citato,de poſtulatio. præl. Et in allega. Authen. Et ratio eſt: quia tunc promulgatur lex , dum ſub præcepti forma conſtituitur. Tunc autem fit præceptum,cum primùm publicùs edicitur:ergo vbi primùm ſolenniter ſit manifeſta,cenſetur promulgata,vimque induit præcepti.

Secunda cõclusio.

¶Reſtat aũt ſcrupulus , Nũquid cùm primũ, verbi gratia,in Curia Cæſaris ,promulgat lex,tenẽtur illa omnes regni indigenæ? Videt enim

Scrupulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc rationi contrarium: nam tunc neque remotissimi, ad quos nondum potuit fama pertingere excusarentur ignorantia: quod assertu nefarium est. De hoc, licèt ad nomen videatur spectare, tamen iuris vtriusque doctores secùs loqui videntur, quàm ratio docet. Panormita. enim & reliqui super dicto cap. cognoscentes. extrà, de constitu. & Ioan. Andr. super illo verbo, data Romæ. libri sexti postremo. Et Bald. Ioan. Andr. Baldus. super. l. etiam citata, Leges sacratissimæ. C. de legib. licèt fateantur tunc legem promulgari, quando solemniter edicitur: neminem tamen obligari ea putant antequam illam audierit, nisi crassa culpabiliq; ignorantia hominem accuset. Et ratio eorum est q̃ putant idẽ esse quẽpiam ignorantia excusari, & non obligari lege. ¶ Contra hos autem statuitur tertia conclusio. Tertia conclusio aduersus præfatos authores. Cùm primùm lex solẽniter est promulgata, in curia vel in regni Metropoli, obligat vniuersos: tametsi citra culpam ignorantes à culpa excusentur. Probatur vtraque pars conclusionis. Prima probatio. Nam lex in vniuersum promulgatur. Haud quippe dicit: Præcipimus ciuibus istius vrbis, sed, vniuersis sub ditione nostra degentibus: ergo vniuersos tunc obligat. Secundò arguitur: dum concionator, verbi gratia, vel alia persona priuata admonet me legis positę, tunc iam deinceps nõ me excusaret ignorantia, & tamen nuntius ille nõ me obligaret: ergo promulgatio solennis quæ præcesserat, me obligauerat. Et tertiò arguitur. Si non statim à solenni promulgatione essent vniuersi lege ligati, sequeretur quòd neque ignorantes proprie dicerentur excusari: excusatio enim est ab obligatione quam quis habet: & secundùm contrariam opinionem ignorantes nondum obligantur: dicendum ergo vtrumque est, vt nostra asserit cõclusio: videlicet quòd lex statim cũctos tam audientes quàm absentes obligat, à cuius nihilominùs nexu inscij excusantur. Quæstio incidens. ¶ At verò presiùs quis fortè percontetur, vtrum satis sit vno loco soleniter legem promulgari, vt vniuersi illius iurisdictionis statim legi subdantur. Exempli gratia: Si Cesar plurium regnorum dominus legem Toleti promulgaret, qua Belgas, Flandros, atque Italos Indosque comprehenderet. Atque si Papa Romę, vel vniuersale Concilium solenniter ferret legem, vtrum inde tũc protinus strin geret vniuersos. Et quò dubitationis nerus lucidiùs pandatur; proferamus exemplum legis irritantis inualidantisque materiam cõtractus. Si nunc Papa prohiberet quintum gradum matrimonij, vel fac nondum esse positã legem irritantem actiones pupilli, alienantis sua bona, sed nunc primùm poni: Vtrùm ex illo tunc irriti essent tales contractus, etiam inter ignorantes celebrati. Nam quantum ad culpam & pœnam, iam satis dictum est, eos qui per insciti am postmodùm contraherent excusari: sed vtrùm valeret matrimonium, pariter & contractus pupilli.

Solutio. ¶ Ad hoc primum respondetur, non satis esse Cæsarem in vno regno legem edicere vt omnia obliget quouscq; in singulis promulgetur, ac si diuersorum essent regum: quoniam ob id quòd in eiusdem ditionem inciderint, non censentur vna respublica. Quin verò si sint diuersæ prouinciæ longè separatæ, non existimatur lex promulgata, antequàm in singulis edicatur. Nõ enim æquum esset vt lex Toleti promulgata ex tunc perstringeret Indos. Saluberrima ergo est, sanctio Authen. citati. vt factæ nouæ &c. vt Romanorum Imperatorũ leges post duos menses valere inciperent in re publica, & tractari. Quòd si, valere, idem sit quod, vigorem tunc præcepti obtinere, fit vt neq; anteà scientes obligarentur: si verò intelligatur iuxta formam tertiæ nostræ conclusionis, scilicet q̃ licèt à tempore promulgationis obligẽt, nihilominùs vsq; ad duos menses posset se quisq; ignorantia protegere: tunc intelligendum est quantum ad forum exterius: nam quantum ad conscientiam, & illi qui anteà resciuissent, continuò excusatione nudarẽtur: & illi qui citra culpã diutiùs ignorassent, excusarentur. De legibus autem eorũ qui sunt principibus inferiores cùm angustioribus prouincijs præsideant, non est censendum tam lõgas inducias requiri vt sint obligatoriæ.

Panormita. ¶ At verò de summo Põtifice asseruit Panor. c. nouerit. de sen. excom. satis esse si eius leges Romæ publicentur: quem nonnulli sequuntur, dicentes Pontificem Summum plumbeos habere pedes, quibus discurrere nequit. Et Syl Syluester. uest. verbo, lex. q. 6. dicit sic seruari in practica. Verũ est tamẽ eundem Panor. super. c. cognoscentes. de cõstitu. sic se secundum cõmunem opinionem exponere, vt asserat legẽ, nõ quãtũ ad culpam & pœnã, sed tamen quantũ ad rescissionem cõtractus ab articulo statim promulgationis vigorẽ habere. Vt si in Concilio lata esset lex, ne deinceps illegitimè nati sacerdotia reciperent: aut q̃ tales præbendæ nõ nisi tali hominum sorti prouiderentur: omnes ex illo momẽto cõtrà factæ collationes haberentur irritæ. Quod ego facilè credo. Attamen quia matrimonia nõ possunt dissolui sine iniuria, & si q̃ sunt alia id genꝰ pacta, certè nõ debẽt lege interdici, nisi q̃ vigere incipiat dũ fuerit

rit in prouincia promulgata: aliàs esset periculis plena. De cæteris autem quę irritatorię non sunt, parùm refert si dicamus statim Romæ latas obligare. Hoc siquidem nõ obstante, ignorãtes excusantur à culpa & pœna. Crediderim tamen, nisi Papa aliter sua lege expresserit, nũ quàm intendere obligare nisi à tempore promulgationis, in prouincia. Etenim quando ob culpam vel alium defectum vult inhabilẽ personam reddere, expressè addit ex nunc, vel ex tunc: vt ca. cùm singula. de præben. lib. 6. constituit duas obtinentem præbendas ex tunc reddi inhabilem. Et simile habetur, Clementi. nolentes. de hæretic. ¶ Hoc autem pro certissimo hic admonitum sit, quòd leges priuilegiorum reuocatoriæ vim non habent quoadusq; promulgatæ sint, non solùm in prouincia, verũ in diœcesi. Exempli gratia, dum indulgentiæ reuocantur aut suspenduntur, quousq; in metropoli Ecclesia sit reuocatio promulgata, quicunq; potest concessis priuilegijs citrà culpam vti. Neq; hoc tãtum, verùm etiam si quis vsq; ad illum articulum priuilegio indulgentiarum fuerit à reseruatis sacramentaliter absolutus, absolutio est valida.

Papa nõ intẽdit obligare sua lege nisi à tẽpore ꝓmulgationis, nisi aliter expresserit.

Leges reuocatoriæ priuilegiorum nullam vim habent, quoad fuerint ꝓmulgatæ nõ solùm in prouincia, verũ in diœcesi.

Epilogus ante dictorũ. ¶ Ecce definitionem legis in fronte quæstionis propositam, cunctis ex partibus, quæ quatuor erant, expositam: ad subinde illam. ff. de leg. & sena. cons. quam sapientissimè Papinia. ex alijs quatuor membris cõstituit. Ait enim, Lex est commune præceptum: vbi eius substantia primùsque actus exprimitur: quoniã præceptio actus prudentiæ est, & in commune omnibus debet poni. Virorum prudentiũ consultum: quibus verbis declaratur quemadmodum præceptio nulla est in intellectu, quã non consilium antecedat: quare neque Rex sine prudentium consultatione debet leges condere. Delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coërctio. Ecce virtutem eius ac vim coërciuam malefactorum, qui vel scientia vel ignorantia vincibili delinquunt. Communis reipublicæ sponsio: qua tandem particula eleganter ingenium legis expromitur. Per leges nanque respublica & princeps constituitur fideiussor, vt securè tutoque vbique viuatur. Spondet enim nullum fore pacis perturbatorem, neque vllum qui iniuria ausurus sit ciuem lædere. Quòd si vllus extiterit, ipse priceps pœnas reposcet.

Explanatur alia legis definitio.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum de lege naturæ, respondemus, naturali luce & instinctu esse promulgatam: nempe inscriptam mortalium mentibus. Quapropter in statu innocentiæ clarescente naturę luce nulla fuit alia opùs promulgatione talis iuris. Neq; verò postea quousque caligine iam obducta hominum mens necesse habuit vt per legẽ scriptã explicaretur ei Decalogus. Quo fit vt de primis principijs naturalibus nulli mortales per ignorantiam prætexere sibi poterunt excusationem. De alijs verò quæ attentiori discursu indigent, vt de libera Venere, forsan se poterãt excusare. Pari ratione, Si qui Barbari matrimonia vsq; adeò contra naturam fœda cõtraxisse inuenirentur, vt etiam se parentes filiabus commiscerẽt, talia matrimonia dirimerentur: quia nõ poterat nisi crassa insciti a nefaria illa turpitudo ignorari. Secus si cõtraxissent in secundo & alijs gradibus, qui Iudæis dũtaxat olim, Christianisq; præcisè modò interdicũtur.

Ad secundũ. ¶ Ad secundum de diuina lege respondetur, non censeri promulgatam eo quòd Deus singulari personæ eam reuelauerit, quousq; idem eius minister solemniter eam euulget. Exempli gratia: Abrahæ præcepit Deus vt suos masculos circumcideret, quæ lex posteris suis esset solennis. Hęc autem lex non omnes (præter ipsum) statim obligabat vsquequo Abraham nomine Dei eam promulgauit. Idem pariformiter de lege Mosaica, quantum ad cęremonias iure naturę adhibitas & iudicialia, existimandum: videlicet quòd nullus contraheret cum vxore patris aut patrui: qui enim postquàm lex reuelata est Moysi ante eius promulgationem contraherent in tali gradu, non modò à culpa excusarentur, verùm neque separarentur. Secus post promulgationẽ: postmodum enim etiam ignoranter contrahentes, licet à culpa liberi essent, dissolucrẽtur. Ratio huius est quòd Deus hominibus secundum eorum naturam & ingenium per homines sui generis constituit leges promulgare.

Quo tẽpore lex Christi cœperit obligare. ¶ At vero lex Christi vbi primũ fuit Hierosolymis post eius Passionem ac Resurrectionẽ promulgata, vniuersum obligauit orbẽ: quoniam prędicatio Discipulorum non obligabat de nouo, sed offendebat legem cui Christus mundum subiugauerat: atque adeo tollebant ignorantiam illucusque excusantẽ. Vt autem ad formam argumenti tertij respondeamus, conceditur illo tũc articulo quo Christus animam expirauit mortuam esse legem veterem, licet non fuerit statim mortifera, ac subin de vim statim habuisse sacramenta nostra. Quin verò baptismus iam anteà baptizato Christo virtutem habebat: vt. 3. part. quæstio. 66. author est sanctus Thomas. At verò de legis totius euangelicę obligatione, etsi Scoto

S. Thomas Scotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to in.4. distinct.3.q.4. visum fuerit non incepisse nisi à die Pentecostes, quando Apostoli confirmati virtute ex alto eam prædicare cœperunt: tamen aliter fortè est sentiendũ. Enimuerò anteà iam Christus Apostolis iusserat, Ite prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Ex quo idcircò tempore ait, loco modò citato san. Thom. vim habuisse præcepti. Et quia susceptio baptismi professio est totius legis, dicendum forsan secundùm eundem sanctum Doctorem, ipsum tunc primò Christum suã promulgasse legem. Attamen hoc concesso consequens sit ab articulo passionis vsq; ad illud temporis momentum mansisse orbem sine obligatione vllius diuinæ legis: nam vetus expirante Christo cessauit. Cui autem duriusculè hoc insonuerit, dicere vero proximè potest quòd Christus in mortalibus agens suã promulgauit legem, quæ tunc inciperet obligare quando ipso expirante veterem cõsummauit. Nam tunc in Ara Crucis nouo sacerdotio vetus antiquauit: & trãslato sacerdotio, ait ad Hæbræos Paulus, necesse est vt legis translatio fiat. Quamuis nihil absurditatis habeat q in triduo tantilloq; tempore post Resurrectionem non obligaret lex noua. At verò prior mihi respõdendi modus multò probatior est, vt lib. proximo. q.5. monstraturi sumus: vbi materia hæc à cessationis legalium ad amussim est examinanda. ¶ Ad tertium argumẽtũ respondetur, quòd cùm lex scripto debeat promulgari, illa scriptura absentibus & futuris loquitur: qua ratione ait Isidò. legem esse constitutionem scriptam, & à legendo vocari: eò q legenda proponitur. Quamuis illud de ciuili tãtum intelligatur: nam lex naturæ in mente scripta est: & ius gẽtium eâdem mẽte collecta.

munis boni in quo posita est fœlicitas: de quo 2. articul. dictum est: effectus autem est probitas & honestas per quam illuc tenditur: actus verò quem legis virtutem appellant, est præcipere & vetare: sed potestas & neruus est obligare, & coërcere: de quo quæst. 6. dicendũ est. ¶ Arguitur ergò quòd legis effectus non sit facere homines bonos: virtus enim est secũdùm Philosophum. 2. Ethicor. quæ bonum facit habentem & eius opus bonum: virtus autem munus Dei est, vt illa celebris habet definitio Augustini quæ ex. 2. libr. de liber. arb. colligitur: Virtus est bona qualitas mentis. &c. quam Deus in nobis sine nobis operatur: lex ergò non est quæ bonos facit habentes.

¶ Secũdò, lex nõ facit bonos nisi qui sibi sunt obedientes: illud ergò obedientiæ bonum nõ est à lege sed ei præsupponitur.

¶ Tertiò, lex vt dictum est, in bonum commune reipublicæ refertur: ergò effectus eius solùm est facere bonos ciues, puta obedientes legibus & magistratibus in commune bonum: hoc autem non satis est vt simpliciter sit homo bonus: nam potest esse malus in his quæ lege ciuili permittuntur.

¶ In contrarium autem est, ipse idem Philosophus qui initio. 2. Ethicor. ait voluntatem cuiuslibet legislatoris esse vt faciat hoies bonos.

Prima ratio

Aristot.

Augustin.

Secunda ratio

Tertia ratio

Aristot.

Ad tertium argumẽtũ.

QVÆSTIO SECVNda, de legis effectibus.

S. Thom. 1. 2. quæst. 92.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm effectus legis sit præcipiendo ac vetando facere homines bonos.

Quatuor in lege aduertenda.

QVæstio præsens duos habet articulos, alterum de effectu legis, atq; alterum de eius actu. Oportet enim in præsentiarum quatuor cõsiderate discernere: finis enim legis est adeptio com-

AD quæstionem hanc respondetur duabus conclusionibus. Prima est. Effectus legis quem potissimè aspicere habet legislator est bonos facere homines sibi subditos, per quam bonitatem finem humanum adipiscantur, quæ est nostra fœlicitas. Conclusio hæc facilè ex decisione superioris quæstionis colligitur. Finis enim legis est commune bonum in quo nostra consistit beatitudo: illum autem nemo nisi per virtutum exercitium assequitur quæ bonum faciunt habentem: eo vel maximè quòd (vt Philosophus docuit) fœlicitas ipsa huius sæculi in virtutum vsu posita est: ergò legis effectus est homines facere studiosos & probos. At verò quoniam ratio hæc de lege tantùm procedit quæ veram habet legis rationem, S. Tho. 1. 2. q. 92. aliam excogitauit rationem quæ legem omnem etiã metaphoricam amplexatur. Lex, inquit, cùm rationis dictamẽ sit quo præsidẽs subditos gubernat, ad hoc ordinatur vt ei subditi bene obtemperent: hic enim est cuiusq; præceptionis propositum: virtus autem eius propria qui alteri subditur est bene superiori obtẽperare (vt in calce. 1. Poli. author est Arist.) quemadmodum virtus appetitus sensitiui est vt probè & promptè rationi

Prima conclusio

Prima ratio

S. Thomas.

Secunda ratio.

Aristot.

tioni obediat: ergò intentio legis est subditos ad suam ipsorum propriam virtutem inducere: vt pote per quam ei obsecundent: hæc autem virtus bonum facit habentem & eius opus bonum: ergò cuiusq; legis effectus est facere homines bonos. Quòd si intentio legislatoris ad id quod est verè ac simpliciter bonũ feratur, tunc lex ipsa pari modo imbuet subditos vera bonitate: sin verò nõ fuerit simpliciter bonum sed vtile aut delectabile sibi, repugnans autem iustitiæ, tunc lex faciet subditos, non bonos simpliciter, sed in ordine ad illum finem: vt si sit lex conquirendi diuitias, instruet illos probè ad illum finem: & si fuerit lex latrocinandi, faciet illos bonos latrones: nam & in malis inuenitur obedientia legis, quæ effigiem habet boni, non honesti, sed vel delectabilis vel vtilis. ¶ Hæc autem ratio non satis videtur rem demonstrare: conclusio enim nostra est, legem efficere bonos homines: ratio verò solùm cõcludit quòd efficiat bonos subditos, quod minus est. Arist. enim Polit. 3. cap. 3. dignoscit bonum ciuem à viro bono. Ciuis enim inde dicitur bonus q sit bonus subditus, hoc est legis dicto audiens: vir autem bonus plus obtinet probitatis: nam cùm multa ciuili lege impunè permittantur, potest quis bene auscultare legibus, & nihilominùs prauus esse, puta auarus, fornicarius. &c. vt suprà argumentabamur. Igitur non sat est legem facere bonos subditos vt faciat simpliciter bonos homines. Caietan. eodem loco defendere conatur rationem Sancti Thom. hoc pacto: quòd licet qui subditus est vnicuilibet particulari legi, vt puta humanę, non illicò fit vir bonus: tamen qui bene paret omni in vniuersum legi, puta naturali & diuinæ, nõ potest non esse simpliciter vir bonus: eò quòd tales leges de omni virtute præcipiunt. Hæc autẽ expositio, nisi ego hallucinor, non est mẽti sancti Tho. germana. Etenim si hoc ipse cogitasset, collectim simul dixisset, legum vniuersitatem facere homines bonos: cum tamen nõ hoc tantùm asserat, sed quòd ille sit effectus cuiusq; per se legis. Sic enim ait: Ad hoc enim ordinatur vnaquæq; lex vt obediatur ei à subditis. Genuinus ergò sensus Sancti Thom. est, effectum cuiuscunq; legis esse facere homines bonos suo ordine & gradu, scilicet respectu peculiaris finis ejusdem legis: vt puta legis iustitiæ facere iustos: legis fortitudinis, fortes: & tẽperantiæ, temperatos, &c. Et ideo optima erat collectio quòd si facit bonum subditum facit bonum hominem in tali materia. Ex quo fit vt lex æterna & naturalis quæ omnem docent iubentque virtutem, faciant homines vndequàque absolutos.

Obijcitur cõtra proximã rationem S. Thom. Aristot.

Caietanus nititur defendere rationẽ S. Thom.

Solutio Caietani non est ad mentem S. Tho.

Genuinus sẽsus S. Tho.

¶ Hærebit hic autem forsan de hac conclusione quispiam, vtrùm vsqueadeò sit vniuersalis, vt legislatorem sæcularem eiusq; leges suo ambitu complectatur, an videlicet principum regumque munus sit bonos secundum animam facere ciues. Existit enim contrà apparens argumentum, quòd hoc differat inter Ecclesiasticos antistites & sæculares principes, quòd illi spiritualibus attendentes, curam gerere debeant animarum: isti verò tantùm pacis quieti pacatiq; status reipublicæ. Sic nanque vulgus arbitrari fortè poterit. Mox arguitur ex Aristot. 1. Polit. cap. 2. vbi ait, constitutam esse ciuitatem viuendi gratia, scilicet, propter sufficientiam vitæ. Ex domo enim propagatur pagus, & ex pagis coalescit ciuitas, vt scilicet diuersis artibus diuersisque mercimonijs sibi ciues mutuò sufficiant: ergò à sæcularibus legibus non est quidpiam altius desiderandum.

Dubitatio.

Argument. 1.

Argumẽ. 2. Aristot.

¶ His tamen nihil obstantibus proculdubio auscultanda est conclusio vniuersaliter: philosophi enim affirmantes scopum legislatoris esse ciuium probitatem atque honestatem morum, nihil de ecclesiastica institutione cogitabant, sed de regibus id asserebant. Quam ob rem meminisse oportet discriminis inter alias virtutes & intellectuales artes & scientias. Ars enim facere potest pictorem bonum & bonũ statuariũ, & scientia Theologũ bonũ, bonũq; Iureconsultum, bonum autem virum sola perficit moralis virtus. Quapropter leges omnes ciuiles siue de reliquis artibus siue de rebus alijs edicantur, omnes ad bonum animæ, quô nostra fœlicitas agitur, instituendæ sunt: ob id q; loco modò citato Aristot. peregregiè dixit quòd ciuitas constituta quidè est gratia viuẽdi: existit verò bene viuendi gratia. Enimuerò non modò ciuium congregatio ad vitam corporalem emolumẽta affert, atque commoda, sed præcipuè ad spiritualem. Nequirent enim dispersi homines ac solitarij ignorantes docere, coërcereq; malefactores, consilijsq; & salutaribus monitis mutuò se ad fœlicitatem iuuare, vt faciunt congregati. Etenim qua ratione homo ad fœlicitatem natus est, eâdem est ciuile animal: ob idque solitarius nisi angelicam degat vitam, bestia est. Atque eandem ob causam qualem antiqui fœlicitatem statuebãt, tales & ferebant leges: vt Epicurei, eas quæ voluptati capessendæ deseruirent, atq; alij alias quibus vel diuitiæ, vel honores accumularentur. Et Lacedæmonij (vt. 1. de legib. author est Plato) qui illic fœlicitatem collo-

Satis fit dubitationi propositæ.

Probatio.

Aristot.

Secunda ratio.

Plato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

collocabant, vt omnium essent victores ac domini, eas excogitabant leges, quæ ad bella fœliciùs gerenda accõmodatiores essent. Igitur principes qui veram fœlicitatem syncerè norunt, ad eandẽ debẽt cuncta referre leges. Aristot. Ait enim Aristot. Ethicor. 9. iusta legalia factiua esse fœlicitatis. Haud quippe externis actionibus decorũ possunt ciues seruare reipublicæ statum, nisi internis virtutũ habitibus vigeant. Postrema ratio. Et postremò accedit quòd omnis potestas à Domino Deo est: propter quod eidẽ potestati admonet Paulus omnem animam esse subditam: Deus autem ad se cuncta ordinauit ac retulit: ergò in ipsum debent Principes suas leges referre. Haud ergò hac parte secularis potestas ab spirituali differt, sed hoc tãtùm, quòd cùm ambæ eũdem suis legibus debeant scopum supernæ salutis prefigere, spiritualis supereminet sæculari: nempe vt sacrorũ leges instituat: & si sæcularis Princeps leges à vera fœlicitate deflexerit, eas emendet & corrigat, principesq; ipsos cohibeat. Tunc enim Paulus. locum habet illud. 1. ad Corin. Paul. Animalis homo nõ percipit ea quę sunt spiritus Dei: spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Adde hic demum quòd causa huius Aristot. assertæ veritatis Aristot. codẽ loco. 3. Pol. cap. 3. postquàm distinxit ciuem bonum & virũ bonum, subiunxit, Principi necessarium esse vt sit vir bonus, hoc est, omnibus virtutibus exornatus. Et ratio est, quòd regere munus ac functio prudentię est: quæ nisi omnibus virtutibus associetur, vera esse non valet: iudicat enim prudens de omnibus: & quia qualis vnusquisq; est, talis sibi finis videtur, necesse est vt bene sit affectus ad omnia de quibus iudex sedet. Obiectio. ¶Sed arguis, videtur non opùs esse maiori virtute in principe ad operandum quàm in ciue ad obediendum. Nam vt tota subditi probitas quatenùs subditus est, cõsistit in bene parendo, ita & tota principis in bene imperãdo: quæ enim alter iussa dat, alter capessit: ergò eũ in republica ciuili non omnia mala prohibeãtur, fit vt sicut neque ad bonum ciuem, ita neque ad bonũ principẽ requiratur omnis virt⁹. Solutio. Respõdetur disparẽ esse rationẽ: quoniã Princeps debet de omni virtute leges ferre, & (vt ait Aristot. 1. Polit. Philosophus cap. vltimo) quomodò si imperans nõ est tẽperatus & iustus & fortis, huiusmodi virtute rectè imperabit? Et quanuis nonnulla impunè permittat, vt meretricia, mendacia, & epulationes: hoc tamen non debet libidine facere, sed iudicio. Debet enim esse adeò castus, vt ad euitandas peiores turpitudines meretricia vbi oportet permittat: & tam liberalis, vt ad euitanda latrocinia permittat quempiam vsurarum modum. In summa: veluti medicus, salutis est corporis moderator, ita & Princeps qui gubernaculum reipublicæ tenet, veluti animarum medicus ad illum finẽ debet cuncta moderari. ¶Secunda conclusio huius articuli sit. Licet princeps mentis oculos semper debeat habere ad bonitatem ciuiũ attentos, debet nihilo minùs & legibus artes opificiaq; reipublicæ prosperare, annõnam & reliqua temporali vitæ tam ad bellũ quàm ad pacem necessaria prouidere. Quin verò & ciuium facultates & honores augere: eatenùs tamen, quatenùs præsentis vitæ ornamenta futuræ sunt fœlicitatis adminicula.

AD primum igitur argumentum concedi- Ad primum argumentũ. tur omnem virtutem munus esse ac donum Dei: haud tamen quod nobis sine nostra opera donetur, sed nobis quidpiam agẽtibus: licet non pariformiter. Est enim virtutum alia infusa, alia verò acquisita. Et quidem infusam Deus nobis se solo donat, non tamẽ adultis sine ipsorum consensu & dispositione. Acquisitæ autẽ, licet Deus donator sit tanquàm author naturæ, nostra nihilo minùs consuetudo causa etiam est: inde enim dicitur acquisita, ꝙ nostris moribus conficitur. At vero quia neutrius opus rem habet virtutis simpliciter dicẽ, nisi Deo per gratiam sit acceptum, cuius quidem primæ gratiæ nos non sumus causa per meritum, rectè ait August. omnem virtutem dari nobis sine nobis. Nihilo minùs quia leges opera nostra dirigunt, per quæ fauente Dei numine morũ probitate decoramur, per leges dicimur boni effici. Eo scilicet pacto quo Arist. 2. Polit. ait, ꝙ legislatores assuefacientes faciunt bonos. ¶Ad secundũ autem re- Ad secundũ. spondetur, non semper qui legi obẽdit, id facere ex bono virtutis, sed timore quandoq; pœnæ, quam lex cõminatur: per quam subinde adducitur vt prõpto animo rationi obtemperet. Quanuis sint etiam quædam à natura virtutis semina, ante legem nobis insita, vt quis possit obedire legi, per quam obedientiã perfectè comparet virtutes. ¶Ad tertium autem Ad tertium. iam responsum est. Lex enim quæcunque ciuilis facere duntaxat intendit bonos subditos, hoc est prompte obsequentes: quoniam respublica, nisi ex partibus constet, quæ toti obtemperent, non potest consistere: sicuti neque corpus cui membra non seruiunt. Satis ergò est ad firmitatem reipublicæ si princeps omni polleat virtute, & ciues bene sint subiecti. Licet non omnes sint viri absolutæ vir-

Aristot. tæ virtutis: vt Aristot. 3. Polit. docet. Attamen qui legi naturali ac diuinæ auscultant, illi sunt & boni ciues, & viri integerrimi: vt iam suprà dictum est. De legibus autem tyrannicis, cum veræ non sint leges, non opùs est argumentũ inde obijcere quòd non faciunt bonos ciues. Id enim tantum bonitatis habent quòd faciunt subditos obedientes, vel timore pœnæ vel alia corrupta via.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm legis actus congruenter assignentur.

Legis actus quatuor. SVbsequitur articulus secũdus de legis actibus. Videntur enim non esse quatuor, scilicet imperare, vetare, permittere, & punire. Lex enim idem est quòd præceptũ & imperium, vt suprà monstratum est: non ergò opùs fuit discernere inter imperare & vetare.

Argumẽ. 1. Argumẽ. 2. ¶Secundò, effectus legis est subditos ad bonum inducere: consilium autem ad idipsum conducit, ac pariter præmium: ait enim Iurisco sul. l. 1. de Iustitia & Iure. ff. quòd bonos non solùm metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupit: ergo & consulere & præmiare, nihilo minùs quàm præcipere & punire actus sunt legis. ¶Quin verò tertiò valentiùs arguitur. Effectus legis est homines bonos facere: ille autem qui metu duntaxat pœnæ legi obtemperat, non est simpliciter bonus: metus nanque seruilis, quanuis sit moraliter bonus, nondum tamẽ lineam virtutis attingit: ergò punire, non est legis actus.

Argumẽ. 3. ¶In contrarium autem est inter Iureconsultos Modestin. ff. de legibus & senat. consult. vbi ait, legis virtus hæc est, imperare, vetare, permittere, & punire.

Cõclusio responsiua. AD quæstionem istam conclusione hac respondetur. Legis actus ac virtus quadripartitus est: vt lege citata Iureconsul. docuit. Isidorus. Neq; verò obstat Isidòri sententia lib. 5. Etymol. vbi de tribus tantùm mentionem fecit. Ait quippe: Omnis lex, aut permittit aliquid: vt vir fortis præmium petat: aut vetat, vt sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, vt qui cædem fecit capite plectatur. Nam permissi appellatione cõsultorũ more præcepta etiã comprehendit. Sic enim habetur. C. de legib. & consul. leges sacratissimæ. Vniuersi præscripto legum vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Haud enim est credibile vt potissima legis functio cũ præterierit. Enimuerò cũ tres sint differentię humanarũ actionũ: Prima scilicet earũ quæ genere suo bonę sunt: alię verò ꝙ genere suo sunt malæ, ac tertiæ quæ sunt indifferẽtes. Respectu primorũ legis virtus est præcipere: vt Vnũ cole Deũ: charos venerare parentes. Vnde Arist. 5. Ethico. Lex, inquit, de omnibus præcipit virtutũ actibus. Respectu verò aliorum secũdi generis est vetare: vt, Nè iures vana per eũ. Nõ occides. Sed respectu actionũ tertij ordinis est pmittere vt, Cui libuerit, negotiari fas sit lucri gratia. At verò quoniã lex dictamen rationis est quo homines ad officiũ inducũtur, fit vt instar rationis speculatiuæ, quæ per vnũ aliud cõcludit, subditos per pœnã à vetitis arceat, atq; in officio cõtineat: hac ergò ratione & quart⁹ ei actus adiũgitur, qui est, punire. ¶Sed tamen contra singula huius inductionis membra obijcitur. Primum, legibus non ea solũ præcipi consueuit quæ genere suo sunt bona, verũctiã ea quæ per legẽ cõstituũtur virtutũ loco: neq; solũ vetãtur ea quæ genere suo sunt mala, verũ quædã per legis prohibitionẽ efficiũtur mala. Hinc eũ illa celebris distinctio orta est: Alia sunt ꝓhibita, quia mala: alia verò mala, quia prohibita. Diẽ enim, verbi gratia, cuipiã Diuo festiuiter dicare, quẽ priùs feriari indifferẽs erat, lege sola fit religionis virtus. Et armatos noctu ciues obãbulare, quod priùs erat indifferẽs, ꝓhibitione legis fit vitiũ. ¶Respondetur autẽ ꝙ vbi diximꝰ præcipiẽdi actũ circa ea versari quę sunt genere suo bona, ampliãdũ verbũ est & ad illa quæ certa ratio indicat esse bona: nihil enim lex præcipere debet nisi quod ratio pro tẽpore & loco ostendit esse bonũ. Et pariformiter neq; quicquã vetat, nisi quod vel genere suo vel circũstãtijs loci aut tẽporis ad bonũ finẽ ordinatur. Quæstio ꝓpua. Sed rogas, illa quæ genere suo sunt bona vel mala quidnã alia opus habẽt aut præceptione aut prohibitione? Respõdetur. Ea quę Solutio. genere suo iusta sunt lege naturę præcipiũtur: & quæ genere suo sunt mala eãdẽ lege prohibẽtur. Nihilominꝰ causa amplioris luminis vocę etiã in mãdatis ꝓferuntur, scriptisq; referũtur: vt Decalogus exẽplũ est. ¶Pręterea aduer Argumentũ. sus tertiũ mẽbrũ est argumẽtũ: quia lex humana nõ ea tñ permittit quæ indifferẽtia sunt, vt otiari & quatenꝰ eutrapeliæ virtus indulget, ludere & venari: verũ & quę mala sunt, vt scorta ri, & ioci causa mẽtiri, atq; id genꝰ reliqua. Respõdetur ꝙ quãtũ ad legẽ humanã indifferẽtia quoq; dicũtur ea ꝙ nõ sũt valde mala: vt potę ex qbꝰ nulla emergit iniuria aut grauis absurditas: quę qdẽ bona causa vt impunè fiãt permittitur

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit: haud tamen approbat, quasi licita: id enim facere nequit: quoniã lex diuina & naturalis nihil tale permittit. ¶ Item arguitur. Permitte re conuenit personis etiam priuatis, quibus cũ incumbat filios vel proximos corripere, contingit eis tñ cõniuêre: ergò non est proprium vel principis vel legis. Respondetur ꝙ id permittere quod commodè vindicari nõ potest, hoc conuenit legi: permittere autem ex ignauia aut iniqua indulgẽtia, quod vetare quis tenetur, hoc priuatim accidit. Qui verò corripere non obligatur, is permittere non censetur.

Altera ratio ad idem.

Solutio.

Ad primum argumẽtum. principale.

AD primum igitur argumentum respõdetur, ꝙ etsi largo modo præcepti appellationi prohibitio etiam supponatur: eò ꝙ cessare à malo, quod prohibitio curat, inchoatio est boni, quô præceptio tendit: nihilominùs clarioris explanationis gratia distinguuntur.

Ad secundũ.

¶ Ad secundũ respondetur ꝙ consulere cùm vim non habeat coërciuam, non habet rationem legis: & ideo non est proprium principis munus, sed cuique priuatæ personæ competere potest. Quare ineptè Accursius super eandem legem, Legis virtus. adnotauit, consulere esse quintã virtutẽ legis: oculatiùs enim Bart. id negauit. Apparentior autem ratio suasisset quintam virtutem legis esse præmiare: nam vt Solon & Democritus aiebant, duo diuina lumina cuncta gubernant, præmium scilicet & pœna. Quod Iurisconsultus. l. 1. de Iustitia & iure. cõsultissimè animaduertit. Et ratio naturalis est quòd, vt author est Aristol. Ethicor. 10. duobus homines maximè afficiuntur, scilicet voluptate & dolore: quare ex vna parte alliciendi sunt homines præmijs, ex altera terrẽdi supplicijs. Attamen propterea punire potius legi tribuitur ꝙ præmiare, ꝙ punire coactiuã vim habet quæ idcirco soli principi conuenit: præmiare verò non est cogere, & ideo priuatis etiam personis cõceditur. Tametsi & alteram posimus causam subijcere, quòd virtus honestatis gratia est persuadenda, & satis est ipsa sui ipsius præmium: pœna autem prauis eo necessaria est ꝙ cùm sint voluptatibus mancipati, contrarijs doloribus sunt arcendi.

Solon. Democritus.

Prima ratio quare punitio potius legis opus quã remuneratio

Secunda ratio.

Ad tertiũ argumentum.

¶ Ad tertiũ autẽ argumentũ iam suprà respõsum est, ꝙ etsi metus pœnæ nõ sit simpliciter virt, est tñ (vt ait Augus.) veluti seta quæ amoris filũ inducit: & ideo expedit timore pœnæ corruptos homines & à tramite deuios in viã retrahere, vt inde virtutũ assuetudine earũ officia illis dulcescere incipiant. Præterea quãdo perditis illis qui supplicia perpetiũtur nihil soluta pœna, perierit, cedet tñ in aliorũ commodũ, qui illius admonitione tẽperatiùs viuent.

QVÆSTIO TERTIA de lege æterna.

Sanct. Thom. 1. 2. quæst. 93.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex æterna à naturali humana & diuina distinguatur.

CONstitutis legis definitione, effectu & actu, debita series posc it vt de legum diuersitate dicamus. Arguitur autem à parte negatiua ꝙ non sint quatuor legum species quas Doctores connumerant: scilicet, æterna, naturalis, humana, & diuina. Lex idẽ est quod ius, ius autem non diuiditur nisi in naturale & positiuum: vt lib. 3. quæstione 1. videbimus. Vnde cùm ius positiuum diuidatur in ius gentium & ciuile, hæc tantùm tria distinguuntur iura, scilicet, naturale, & gentium, & ciuile, vt est videre Inst. eodem titulo, & ff. de iust. & iu. & in Decretorum dist. 1. Nõ ergo quatuor sunt legis species. ¶ Prætereà est & lex fomitis quam Paul. (vt suprà citauimus ad Rom. 7.) appellat legem mẽbrorum repugnantem legi mẽtis nostræ: plures ergò sunt ꝙ quatuor. ¶ Incontrarium est quod ait Sapiens, Prouer. 8. de lege æterna, quæ sapientia Dei est. Dominus possedit me ab initio viarum suarũ: anteꝙ quicquã faceret à principio ab æterno ordinata sum. Et infrà: Quãdo legem ponebat aquis, cum eo eram cuncta cõponens. Et de naturali ait Paul. ad Rom. 2. Gentes quæ legem nõ habent naturaliter quæ legis sunt faciunt. Et de humana ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et de diuina Hierem. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

Prima ratio ad labefactãdã partitionem legis.

Secunda ratio.

Sapiens.

Paulus.

Hieremias.

PRo quæstionis huius intellectu recolendũ est discrimen illud quod in capite huius libri adnotauimus inter ius, acceptum pro lege quæ est iustitiæ regula, & acceptũ pro iusto, quod est eiusdem virtutis obiectũ. Hoc enim suppositò facilè ad præsentẽ quæstionẽ duabus cõclusionibus respondetur. Prior est: Quatuor sunt legis species, quæ in titulo quæstionis proponũtur. Lex enim (vt suprà exponentes dicebamus) nihil aliud est ꝙ regula & præceptio prudẽtiæ per quã curam gerit reipublicæ illam gubernat & administrat: gubernatorũ autem primus supremusq; est Deus, vnde omnis potestas deriuatur. Secũdus verò homo

Prima cõclusio.

homo qui eius minister est perquẽ eius authoritatem institutus: ergò secundùm cõditiones & modos gubernandi tam in Deo quàm in homine rimãdus est sumendusque legum numerus. Quòd autem hac ratione quatuor distinguantur legis species sic patet: Deus in primis vniuersalis gubernator, ab æterno vniuersorum ordinem ac dispensationem & reginẽ mente concepit: cuius conceptionis instar leges omnes constituendæ sunt: illa ergò ordinatio & præceptio lex æterna secundum naturam suam nuncupatur. Mox quia idem Deus author est naturæ singulis rebus suos indidit instinctus & stimulos quibus in suos fines agerentur: sed homini præcipuè naturalem normam mente impressit qua se secundùm rationem quæ illi naturalis est gubernaret: atq; hæc est lex naturalis: eorum scilicet principiorum quę absque discursu lumine naturali per se nota sunt: vt, id facias alijs quod tibi fieri vis: & similia. Deinde & eidem homini facultatem tribuit vt pro temporum, locorum, ac negotiorum qualitate per eandem legem naturæ quas aliàs expedire iudicaret, ratiocinando cõstitueret: quæ ideo leges ab authore suo humanæ nuncupãtur. Attamen quia non ad finem tantùm naturalem qui est pacificus quietusq; reipublicæ status conditi sumus, ad quem finem prædictæ leges sufficerent: verùm & ad supernaturalem fœlicitatem creati, aliã Deus nobis insuper posuit supernaturalem legem, tam veterem scilicet quàm nouam, quæ ad illum supernaturalem finem nos perduceret. Et hæc est lex diuina. At quia de horũ singulis seorsum perspicacius facturi sumus sermonem, satis est hic numerum explicuisse. ¶ Adhibetur tamen secunda conclusio quę superioris corollaria est. Non eodẽ modo species istæ legum differunt: æterna enim differt à cæteris vtiq; lata sed ferens, non impressa sed impricuius aliæ sunt participationes. Reliquæ verò inter se hoc distant ꝙ lex naturalis est impressio facta in ipsis creatione naturæ: lex verò humana est regula ab homine posita per facultatem sibi diuinitùs collatam: lex verò diuina est lumen infusum homini: quam ideo Ieremias vocat legem scriptam in cordibus. Igitur quãuis lex æterna, diuina etiam sit, differt tamen à diuina positiua: quòd illa in Deo ab æterno existit: hæc verò in nobis ex tempore.

Secunda Cõclusio.

Ad primum argumentũ.

REsponsio ergò primi argumẽti ex his quę dicta sunt facilè colligitur. Etenim quia id pro eo quod est iustum, æquitas illa est quæ in temporarijs rebus constituitur, nullum est ius hoc modo æternum: licet sit lex æterna. Iustum autem hoc aut constituitur à rerum ipsa natura in qua lex naturalis versatur: vti mutuũ aut depositum reddere: aut constituitur à lege positiua. Et hoc appellat Arist. 5. Ethicor. iustum legale: scilicet quod anteà nihil referebat sed postquã positum est refert. Hoc autem legitimum iustum aut à lege humana instituitur aut à diuina, de qua neq; Isidõrus in initio Decretorum, neq; Ius ciuile meminit. Et ideo non dignoscunt nisi ius naturale, & humanum, quod in ius gentium & ciuile subsecatur. ¶ Ad secundum respondetur legem fomitis nõ esse propriè legem: vt quæ suapte natura rationi non subditur: neq; est in mente sed in membris. Dicitur autem per metaphoram lex quia inclinat in sensualia obiecta: de qua articulo tertio latiùs.

Ad secundũ argumentũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm lex æterna sit summa ratio in Deo existens.

RESTAT ergò ad singulas legis species descẽdere. Et primò in hoc secundo articulo exponitur æternæ substantia & natura: an videlicet sit ratio summa in Deo existens. Arguitur ergò in primis: nullam esse legem æternam. Lex enim illis ponitur quibus promulgatur: nulli autem æterni fuêre homines, quibus aut poneretur, aut promulgaretur: ergò. ¶ Prætereà lex importat ordinem in finem: nihil autem æternum ordinari potest in finem, quia referri nequit in aliud: ergò nulla est lex æterna. ¶ Tertiò arguit, nõ existere in Deo. Si lex vlla ęterna est in Deo, idem est quod rerum ratio: rationes autem in ipso non vna sed plures sunt, dicente lib. 83. quæst. Augus. quòd Deus singula fecit proprijs rationibus: ergò lex æterna non est vna: vel negandũ est idem esse in Deo quod ratio. ¶ In contrarium est Augus. lib. 1. de libero arbitrio: vbi ait, lex quę summa ratio nominatur, non potest cuipiã intelligẽti non incõmutabilis æternaq; videri: cui semper obtemperandum est: æternum autem & incõmutabile in solo Deo existit.

Lex æterna.

Argumẽ. 1. à parte negatiua.

Argumen. 2.

Augustinus.

ADistam quęstionem hac vnica conclusione respondetur, quam Augus. modò citatus affirmat. Scilicet æternã legem esse rationem summam in Deo existentem. Eandem quippe S. Tho. 1. 2. q. 93 lucidè vt pleraq; om

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conclusio responsiua. Eiusdem ratio S. Tho. pro eodem.

nia, hoc pacto demonstrat: Deus vt author est primus omnium, ità & vniuersorũ summus gubernator sin artifice autem necessarium est rationem ordinis rerum faciendarum præformari, quæ ars seu exemplar est: & in gubernatore rationem quoq; præexistere eorum quæ agẽda sunt, quæ sit veluti omnium regula & norma: ergo in Deo necesse est & rerum omniũ creandarum faciendarumq; sapientiam extare, & omnium etiam gubernandarum regulam. Atqui vt sapientiæ ratio, qua cuncta creat, remq; nomenq; habet artis & exemplaris & idearum: ità & eiusdem sapientiæ ratio quę cuncta in suos debitos fines ordinat, disponit ac promouet, rationem legis obtinet. Igitur cũ lex (vt suprà dictum est) nihil aliud sit quàm dictamen rationis practicę in principe qua cũcta sibi subdita gubernat, sit vt lex æterna in Deo nihil aliud sit quàm sempiterna ratio suę sapientiæ, qua mundi vniuersitatem regit. Etenim vti sua substantia & natura, sic & quic quid attributorũ in ipso existit æternum est: vt ipsa de se sapientia, Prouerb. 8. prædicat. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequã terra fieret, &c. vsq; adeò hæc fuit semper conclusio lumine etiam naturali resplendens, vt ipsis etiam Philosophis innotuerit. Vnde Cicero lib. 2. de legib. Hanc, inquit, video sapientissimorum esse sententiam, legem neq; hominum ingeniis excogitatam, neq; scitum esse aliquod populorum, sed æternũ quiddã quod vniuersum mundum regeret, imperandi prohibendiq; sapientia. Ità principem legem illã & vltimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei, ex qua illa lex (naturalem adnotat) quam Dij humano generi dederunt, rectè est laudata. Hæc ille. Ex hac conclusione fit cõsequens non cõuerti legem æternam ac diuinam, quam vocant positiuam: vt articulo proximo expositum reliquimus. Qualis fuit, tam Moysi quàm Euangelica.

Cicero.

Deductio.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur rationem illam, quæ lex est, ab æterno extitisse in Deo, sola scilicet ratione ab eius substantia differentem, qua futura cuncta, vt sibi præsentia inspectabat. Ita enim vt ad Roma. 4. Apost. author est, vocat ea quæ non sunt tã quam ea quæ sunt. Promulgatio autẽ eius & verbo precellenti ordine, & scripto fit. At quoniã promulgatio & loquutione denotat, promulgatis & subditorũ auditum, ratio prioris æternæ initi: nempe diuinum verbum expressa mẽtis conceptione genitum & liber vitæ sempiterna quoq; mente cõscriptus. Ratio vero posterioris esse nequiuit nisi temporalis: nam æternus nemo fuit qui audiret. Cepit ergò lex illa innotescere in mundi primordio per legem naturalem, & antiquis patribus præscriptam, ac deniq; nobis per Euangelicam, quam Verbum ipsum, homo factum, nobis promulgauit. ¶ Ex hoc fit consequens, legem æternã solis post angelos hominibus, eisdemq; vniuersis esse notam: illis scilicet cœlicolis p essentiã, quã facie ad faciẽ intuẽtur: nobis autem per irradiationem, sicuti sol videtur in aula, eandemq; plus minusve susceptam. Nulli enim mortalium existunt quibus non cognitio quæpiam veritatis effulgeat: veritas autem omnis (vt lib. de vera relig. autor est Augustinus) irradiatio quædam est & participatio legis æternę: omnibus ergò est, licet gradibus inæqualibus, nota. ¶ Et per hęc concordia conciliatur inter illud Pauli. 1. ad Corinth. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus Dei. atque alterũ ad Roman. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Diuinorũ enim cognitio in seipsis soli Deo propria est: & beatis quibus ipse presens resulget: nobis autem eandem donatur æternam legem per effectus conspicere. Nemo autem præter ipsum potest ea comprehendere. Quare de illo comprehẽsario iudicio loquebatur eodem libro de vera relig. Augustinus vbi aiebat, Lex æterna est de qua homines iudicare non possunt. Sunt enim iudicia eius (vt ait Paulus) incomprehensibilis alyssus. ¶ Ad secundum autem principale argumentum respondetur non esse legi necessarium in finem aliũ referri: sed vt p ipsam subditi referãtur in finẽ. Lex ergò æterna nõ refert: sed per ipsam Deus cuncta quę fecit in seipsum refert, qui est. A. & Ω. principium & finis. ¶ Ad tertium denique respondetur quòd sicut in Deo ars factibilium ratione differt ab æterna lege, qua agibilia gubernantur: sic & rationes rerum quę sunt ideę, hoc est exemplares formę, quas diuina mens contuetur in rerum fabrica, ab eadẽ æterna lege ratione differunt. Est ergo lex vna: rationes verò istę de quibus Augustinus loquebatur, tot sunt quot rerum species. Differunt enim ratione in ordine ad ipsarum effectus.

Augustinus.

Conciliãtur duo Pauli loca.

Ad secundũ.

Ad tertium.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm leges vniuersæ ab æterna promanent.

Prima ratio ad partẽ negatiuam.

CONsequitur hoc tertio articulo vt videamus vtrum leges reliquæ omnes ex hoc fonte luminum deriventur:

Paulus.

tur: & arguitur à parte negatiua. Est lex fomitis quam (vt suprà audiuimus) ait Paul. repugnare legi Dei: suntq; & iniquæ hominum leges de quibus Esai. 10. Væ qui condunt leges iniquas. Leges autem legi æternę aduersantes, atq; ab illa deflexæ nequeunt ab illa deriuari: ergò non omnis lex ab æterna deriuatur.

Secunda ratio.

¶ Secundò arguitur. Leges humanæ (vt. 1. de liber. arb. author est Augustinus) multa permittũt quæ æterna lege prohibentur: vt meretricia & mẽdacia: ergò eiusmodi leges non possunt ab illa emanare.

Satisfit quæstioni agitatę vnica conclusione.

¶ In contrarium autem est illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.

Augustinus.

ADquæstionem, hac verissima eademque lumine naturali compertissima conclusione respondetur. Omnis in vniuersum lex prẽter æternam, qua ratione iusti quidpiã continet, ab illa æterna deriuatur. Assertio est Augustini, eodem lib. 1. de lib. arb. vbi ait: Nihil est iustum ac legitimum quod non ex æterna lege homines deriuauerunt. Atqui natiuam huius causam partim superiori quæstione, articulo de legis latoribus attigimus, & nũc emunctius exprimamus oportet. Est enim ordo in natura causarum ità dispositus, vt inferiores non nisi superiorum virtute admotæ moueant. Vnde (vt. 8. Phys. author est Aristot.) necesse est primum motorem confiteri, à quo inferiores reliqui dependeant. Si enim primus non moueret, reliqui neutiquam mouere valerent. Eũdem ordinem &. 1. Ethicor. inter artes ostendit. Illa enim quæ maximè est architectonica reliquis veluti Princeps imperat: igitur in legibus quibus mundus gubernatur, idem est ordo meditandus & confitendus. Nempè vt omnium sit vna suprema quæ caput earum sit & origo. Hãc autem appellamus (vt ipsa est) ęternam. ¶ Quòd si scisciteris an eò præcise dicatur æterna, quòd neq; initium habuit, neque habitura sit finem: Respõdetur non idcirco solum, verùm ob hoc maximè quòd nulla sit ratione mutabilis, nec vlli varietati subiecta: sed sicut in naturalibus primus motor, qui immobilis est, causa est motuum sub se longè differentium: sic lex æterna, immota persistens, causa est vt mortalium leges, eorum variabili conditione mutata, permutentur. Ipsa enim vniformis ac maximè vna iusit vt natura integra, omnia essent communia: corrupta verò, inter diuersos dominos distribuerentur. Quo fit vt lex hæc à nulla sit alia deriuata, nec verò à seipsa: talis enim assertio secũ pugnaret. Quod siquis arguat contrà, non omnem legem ab illa deduci: nam lex Diuina puta Euangelica non apparet quomodò inde descendat: cum non videantur esse duæ. Iam proximo articulo responsum est, diuinam positiuam, esse effectum ac participationem illius æternæ. Ob id enim dicitur positiua, quòd posita est nobis: hoc differens à naturali, quæ eiusdem æternæ est etiam participatio, quòd naturalis ordinat nos proximè ad finem naturalem: diuina verò ad supernaturalem, vt paulò inferius euidentius fiet.

Aristot.

Ratio cõclusionis.

Quæstio.

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum de lege fomitis quam Paul. existere in membris ait, legiq; mentis repugnare: iam suprà diximus existere in ipsis, non tanquàm in regulante, sed tanquam in subiectis naturali appetitus inclinationi. Quæ dicitur lex fomitis seu fomes ex priuatione iustitię originalis derelictus: qui quidem nihil aliud est quàm sensualitatis pondus. Bifariàm nanq; inclinatio aliqua dicitur lex. Vno modo inquantum per ipsam directè legifer promouet subditos in finẽ hõnestum, atq; altero modo inquantum in pœnam eos destituit permittitq; naturæ impetu ferri. Vnde ille sensualitatis insultus in sua obiecta, quæ brutis animalibus esset naturalis lex, nempe naturę suę cõsonans, hominibus est obliquitas ac deflexio naturę suę quatenùs est rationalis, cui quidem rationi motus ille recalcitrat. Et quia per iustitiam originalem idem sensualis appetitus quasi fræno continebatur ne à ratione exorbitaret, & eandem iustitiam homo per peccatum amisit, ac subinde à Deo destitutus est, dicitur inclinatio illa, fomes ac fauilla ignei peccati, atq; adeò distorta lex per quam similis bestijs factus est homo: secũdum illud Psalm. Homo cùm in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hoc est, legi subiectus quæ illi cum bestijs cõmune est. ¶ Vt ergò ad argumentum adaptetur responsio, distinguitur prior præmissa. Cõceditur inquam fomitem peccati esse legem, non directè inclinantem in verum bonum: sed in id quod est sensuale bonum, hoc est, quod est delectabile aut vtile. Et pariter distinguitur cùm subsumitur, non deriuari à lege ęterna: fatemur id inquã quatenùs à ratione deuiat: negat verò quatenùs inclinat in bonũ quodpiam, scilicet sensuale. Ac præcipuè qua ratione est pœna peccati: nam intẽtio Dei fuit per illam defertionem liberi nostri arbitrij punire peccatũ. Ad æ. ¶ Ad secundum cõdẽ prope modo respondetur. Leges enim iniquę quatenùs à ratione declinant (vt. 2. de legibus ait Cicero) non modò leges habendæ nõ sunt, sed

Ad secundũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec appellãdæ quidem. Quare hac ratione ab æterna non emanant. At verò quatenus non nihil similitudinis legis retinent: videlicet in quantum potestatem imperandi designant, quodammodò influxus sunt diuinæ potestatis. Nam(vt ait Paul.) Omnis potestas à Domino Deo est. Vnde vt. q.6. & latiùs lib.3. q. 4.innotescet,etiam potestas infidelium principum à Deo deriuatur:iuxta verbum Christi ad Pilatum,Nõ haberes aduersum me potestatem vllam,nisi tibi datum esset desuper. ¶Ad tertium deniq; respondetur q̃ lex humana quę malum permitteret approbando vt bonum:vt illa quæ fornicationem pronunciaret esse bonam,nequaquam ab æterna defloueret. Illa autem quæ impunè eam permittit, quia omnia non potest coërcere flagitia, in hoc q̃ non conatur ad id quod perficere nequit, recta ac prudens est,atque ideo à lege æterna descendit: licet eam tanquàm debilior perfectè non adæquet.

Ad tertium.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm creata cuncta, tam necessaria quàm contingẽtia æternæ subijcian tur legi.

SVbsequitur vt quarto huius quæstionis articulo exploremus an tota creaturarum vniuersitas subdita sit æternæ legi. Et quidem de affirmatiua conclusione non solum sacrosancta fides,verũ nec ratio Physica ambigere sinit. Vt enim Domini est terra & plenitudo eius, quãtum ad creationem:sic & quantum ad gubernationem(vti ait ipsa Sapientia)attingit à fine vsq; ad finem & disponit omnia suauiter. Et cap. 14. Tu pater gubernas omnia prouidẽtia. Vnde non modò Iob eos irridet, qui Deũ negabant nostra curare,sed aiebant inter cardines cœli cõtineri:verum & Cicero initio de Natu.Deorum vehementer eosdem obiurgat Philosophos neq; eos suo nomine dignos censet.Nam si diuinam prouidentiam de medio sustuleris, nulla in nobis inesse potest erga Deum amicitia, pietas,sanctitas, aut religio. At interrogata hæc quæstio est vt quorundã dubietates explanemus.Sunt autẽ tria hęc de quibus dubitatur,scilicet necessaria,contingẽtia,& humana:nimirum homine superiora,eo demq; inferiora,& sua ipsius opera. Arguitur ergo quod necessaria non subsint æternæ legi. Lex omnibus imponitur, vt à malis cohibiti recta incedãt,ac subinde reliqs rebus humilioris ordinis vt tramitem quoq; naturæ suæ nõ deserant:necessaria autem,cum impossibile sit aliter se habere,neque unt à natura sua declinare aut deficere:atque adeò nulla indigent cohibitione:ergò legi æternę non subijciũtur. ¶Et secundò arguitur. Diuina non sunt subiecta eidem legi,videlicet neq; personę diuinæ nec attributa:quia vbi est summa ęqualitas nulla esse potest subiectio: ergò non omnia necessaria subduntur eidem legi. ¶ Tertiò arguitur, q̃ neq; omnia contingentia mutabilia & caduca homine inferiora supponantur eidem legi.Lex nõ ponitur(vt suprà visum est)nisi quibus promulgatur:rebus autem rationis expertibus nulla valet promulgari lex: quippè quã cognoscere nequeũt:imo neq; legi parere possunt.Nam vt autor est. 1.Ethi.Philosophus,ea quæ legi parent ratione participant: ergò illa nulli substernuntur legi. ¶Quartò ad idem arguitur:eiusmodi contingentia sępe à sua deficiunt regula, vt patet in monstris naturę, & in fortuitis casibus:ergò non omnia eadẽ gubernantur lege. ¶Quintò arguitur de humanis nostris actionib⁹.Homines enim aut iusti sunt apud deum aut iniqui. Iusti autem, quia filij Dei sunt, spiritu Dei aguntur(vt patet ad Romañ.4.) &,vt legitur ad Galat.5. qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege : iniquos verò prudentia carnis exercet:quę (vt eodem loco ad Roman.subditur) cũ inimica sit Deo, legi eius nõ est subiecta:nulla ergò restat mortalium sors quę subdita sit ęternę legi. ¶Sextò denique arguitur:lex ęterna (vt lib. 1. de liber.arb.ait Augustꝰ.)est illa qua mali miseriam boni autem vitam beatam merẽtur: beati autem & damnati exempti sunt ab statu merẽdi; ac demerẽdi ergò nõ subiacẽt æternę legi. Ex quo cõsequẽs apparet vt nullus angelorũ subiectus eidẽ sit:siquidem nullus est nisi aut beatus aut damnatus.¶In contrarium autem est illud Hester, 13. Domine Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuę resistere voluntati. Vnde Augus. 9. de Ciui.Dei:nullo modo aliquid legibus summi Creatoris ordinationiq; subtrahitur, à quo pax vniuersitatis administratur.

Ratio primę quæstiõis.
Triplex genus rerũque in præsente veniunt quæstionem.
Primum argumentum.
Secundum argumentũ.
Tertium.
Philosophus
Quarta ratio.
Quinta.
Paulus.
Sexta ratio
Augustinus
Cicero.

AD quęstionem hanc tribus conclusionibus secundum dubitatorum numerum respondetur.Prima est:cuncta necessaria prꝫter Deum eiusq; attributa ęternę legi subiecta sunt. Conclusio fidei nostrę documentis satis comperta est : atque eiusdem sapientię pręconio Prouerb.8.Quando pręparabat cœlos,aderam:quando certa lege & gyro vallabat abyssos:quando ęthera formabat sursum,& librabat fontes aquarum &c. Vbi necessaria,nempè elementa & cœli legis æternæ dispositione subiugantur:sed tamen & natura magistra id Arist.2.Metaphy.tex.4.& lib.5. perscrutatus est:Vbi ait æternorum esse causam.Et.12.Meraph.text. 24. vbi ait primam causam esse omnium causam.Et.8.Physic.vbi vnum summumq; motorem cõstituit ex quo omnia pendent, non solùm in mouendo & operando, verùm in essendo.Necessaria enim non idcirco talia censenda sunt quòd causam non habeant,sed quòd natura sua sic procedunt ex necessaria causa,vt sint prorsus per naturam incorruptibilia: veluti angeli & cœli. Exemplum Arist.profert in scientijs.Huius enim quod est, hominem esse risibilem, causa existit quòd est animal rationale: etsi tam necessarium sit effectus q̃ causa.Et sicut se habet res ad esse(ait ibidẽ)sic ad veritatem. Hæc gratia interpretandi Aristot. dixerim:qui cum opinatus fuerit cœlum atq; intelligẽtias, imò verò mundum,ab æterno fuisse,sunt qui intelligere nequeant quo modo quantum ad esse, primo motori subijciantur. Nam secũdùm fidem, Deum confitentem creatorem cœli & terræ,peruium est quo pacto eius gubernatui cuncta obtẽperẽt naturalia vt cœlorum elementorumq; motus,quæ sic manu omnia tenet ac dispensat, vt si dimitteret in nihilum abirent cuncta. ¶Sed arguis contrà:veritates perpetuæ, vt hominẽ esse animal rationale, quatuor & tria esse septem, quæ ait Augustꝰ, antequàm fieret mundus vera fuisse,non subduntur ęternæ legi: ergò conclusio non est vniuersalis. Probatur antecedens:per nullam potentiam aut vera esse cœperunt,aut desinere esse vera possunt : ergò non reguntur illa lege.Respondetur. Primum, in hoc sunt à Deo dependentia quod existere in rerum natura cœperunt per diuinam creationem,& per annihilationẽ possunt esse hoc existentiæ amittere : nam quantum ad huiusmodi existentiam perpetuam veritatem,quę dicit connexionem indissolubilem prædicati ad subiectum ea prꝫcisa ratione procedunt ab æterna veritate,qua radius luminis perpetui à perpetua luce: veluti hominem esse risibilem, germen illius est quod est esse rationalem. Excepimus autem Deum ac diuina ab hac subiectione æternæ legis propter rationem suprà factam:quia vbi nihil excogitari potest inæqualitatis,neq; commissi quicquã possumus subiecti nis. Quare filius & si à patre ,pcedat nullatenus ei subditur, nisi inquantum homo:qua scilicet ratione minor est patre.vnde.1.ad Corin.1.Paulus,subiectus erit Deo patri cum tradiderit ei regnum. ¶Quòd si quis de voluntate pariter diuina argumentetur: Qui cquid est rationabile rationi subditur:voluntas diuina est rationabilis,lex autem eius est summa ratio, vt dictũ est:ergò voluntas eius eidem rationi subditur. Perdoctè S.Thom.respondet,de diuina volũtate bifariàm nos loqui:vno modo secundùm suam in qua subsistit naturam : & sic non est tam propriè rationabilis, quàm ipsa ratio per essentiam: rationabile enim participationem dicit rationis. Altero modo quantum ad illa quæ circa nos disponit:& in ordine ad tales effectus conceditur esse rationabilis: quia cũcta secundum suam rationem ordine dispensat & administrat.¶Secunda conclusio:omnes creaturæ irrationales insensibilesq; & vitæ expertes quæ continuo mutabilitatis fluxu oriũtur & occidunt:æterna Dei lege aguntur.Hanc S. Tho.dilucidat per intercapedinẽ inter humanam diuinamq; legem: quam sic expositam accipito:Creaturæ irrationales,quia non agũt per cognitionem finis,nequãquã se in ipsum mouent:sed appulsæ aguntur ab alio.Quapropter cum homo legem subditis non ponat nisi regulam eorum mẽtibus figillando per quã se moueant, sit vt eius leges non se extendant nisi ad homines rationis participes.Cætera verò humanis suis actionibus mouet & gubernat,nempè fræno & calcaribus:& reliqua inanima per alia instrumenta.Ridiculus enim esset qui iumentis legem præscriberet quando & quomodò debeant comedere,dormire,arare,currere &c. Ac multò magis stupidus, qui herbis crescere imperaret:aut arboribus fructꝰ ferre:aut lapidi quo se pacto in ædificio collocaret.Tum etsi cicures animantes, vt canes & simiæ soleant instar quadamtenus legis ad ios assuefieri : Deus autem non solum regulã tam rationabili quàm intellectuali creaturæ mente imprimit,qua se moueant, verũ & toti rerum vniuersitati suos indidit appulsus & instinctus quibus aguntur in suos singulorum fines:vt api ad mellificium: hirundini ad struẽdum nidum:& terræ proferendi fruges: & reliquis suas pariter virtutes agendi.De quo rerũ omnium instinctu & virtute intelligitur illud Psalmũ.Præceptum posuit & non præteribit. Ex quo fit Deum nõ omnia pari modo administrare ac disponere, sed actiones hominum & angelorum per regulas quibus se in finem moueant:reliqua verò per virtutes & instinctus quibus mouentur.In quibus & homines

Aristot.
Obiectio.
Solutio.
Nihil distat quin subsit æternæ legi cum non sit ibi aliqua inæqualitas.
Obiectio secunda.
Solutio S. Thomæ.
Secunda cõclusio.
S. Thomæ.
Aperitur ratio S. Thomæ.
Psalm. 148

Universidad de Deusto
Biblioteca

connumerandi sunt quantum ad naturales actiones: vt sunt nutritio, & augmẽtatio, & similes. ¶ Tertia conclusio. Actiones humanę, videlicet liberæ omnes subijciuntur legi æternę: ac longè melius ac perfectius sub eius ordine cõprænduntur, quàm reliqua deiectioris ordinis Conclusio hæc patentior est quàm prę cedentes. Actiones enim humanę sunt quę ex cognitione finis prodeunt, in ipsumq; referũtur: ex vtràque autem parte, scilicet tam cognitionis quàm appulsus, substernuntur æternę legi: ergò perfectiùs quàm alij subduntur. Probatur secunda præmissa. Veritas omnis (vt suprà dicebamus) participatio quędam est veritatis sępiternæ diuinę, ac subinde quæcunq; cognitio finis. Preterea sicut cæteris rebus ad suos fines, sic homini, imò præstantiùs indita est à natura, q̃ opus Dei est inclinatio quædam & põdus ad id quod legi æternæ consonat. Sumus enim (vt. 2. Ethico,) Arist. docuit ad virtutes nati: hoc inquam natiuum est rationali creaturę, vt secundùm rationem viuat: ergò tam secundùm cognitionem, quàm secũdum propensionem in bonum, liberis motibꝰ necessarias ęternę, actiones humanę substra tę sunt legi. ¶ Est tũ discrimẽ inter iustos atq; iniquos: quòd in malis ac prauis vtrũq; principium corruptum ac deprauatum est. Nam & sydus agnitionis naturalis terrenis affectibus tenebrescit, & naturalis affectio boni corruptis habitibus obteritur ac debilitatur. Tametsi neutrum prorsus extinguatur. In bonis autem ac iustis, cõm nemo hoc nomine, nisi qui in gratia Dei agit, dignus sit, vtrumque augetur ac vegetatur. Nam & naturali lumini adhibetur fidei radius, & naturali inclinationi speciale Dei auxiliũ. Quo fit vt quantum ad actionem longè perfectius ac excellentius iusti subijciantur æternæ legi quàm iniusti. Considerate hoc tamen S. Tho. adnotauit quòd quanto deficientius atq; imperfectiꝰ per actionem se summittunt imperatrici legi æternæ, tãto per passionem atrocius subiecti sunt eidem vltrici. Nam quantum facere omiserũt in meritis, tantum in tormentis patiuntur acerbius. Vnde August. lib. de catechizandis rudibus: Deus, inquit, ex iusta miseria animarum se deserẽtium cõuenientissimis legibus inferiores partes creaturæ suæ nouit ordinare.

Tertia conclusio. Probatio. Altera ratio. Aristot. Alter probi atq; improbi sunt subiugo legis ęternæ. S. Thomas. Augustinus.

AD primum argumentum respondetur q̃ etsi necessaria aliter per naturam se habere nequeant, tamẽ & producta sunt & annihilari à Deo possunt. Preterea & quòd à sua natura neq; deficere neq; deuiare possint, cohibitio est & coërctio legis æternæ, eademq; multò vehementior quàm cohibitio voluntatis humanæ, quæ à tali lege exorbitare solet. ¶ Secundi autem conclusio conceditur: nempè in diuinis nihil esse subiectum legi: sed cuncta esse eandem per essentiam legem. ¶ Ad tertium respondetur quòd brutis & insensibilibus rebus quantum ad sua naturalia opera promulgatur lex æterna per sigillationem instinctuum & virtutum ad agendum: sicuti nobis promulgatur lex naturalis per consignationẽ luminis in mentibus nostris. Sed tamẽ quãtum ad earundem rerum vsus hominibus posita est lex, qua debent illi vti. Et per hoc respõdetur ad secundam partem eiusdem argumẽti. Nam etsi creaturæ irrationales rationem humanam non participent: vt possint humanis legibus obtemperare: participant tamen rationem diuinam quę latiùs patet. Vnde sicuti membra dominio despotico obediunt animę, vt autor est in Poli. Arist. sic res irrationales obediunt Deo. Hoc tamen verũ est quòd quia non sunt per se rationis compotes, instinctus illis impressi non habent propriam naturam legis, velut in nobis lex naturalis. ¶ Ad quartum respondetur quôd nec monstra neq; casualia præter ordinem diuinæ regulæ accidũt: sed dicitur monstrum respectu causæ particularis quæ rem integram intendebat: & casuale respectu hominis, cui præter intentionem imprudenti ac nescienti contingit: diuinæ autem rationi causæ ipsæ monstrorum & casualium prospectæ sunt. Quare Deo nihil est casuale nec fortuitum. ¶ Ad quintum antè iam respõsum est, hominum tam iustorum quàm iniquorum actiones diuinæ legi subditas esse. Quod autẽ adducitur, Qui spiritu Dei aguntur eos non esse sub lege, in hoc sensu legendũ est, quòd legis pondere non premuntur: quia non seruili, sed filiali timore legis dicto audiẽtes sunt, atq; adeò Spiritus sancti ductu potiùs quàm legis coactu, viuunt, quasi à lege liberi: Vnde illud, Iusto nõ est lex posita: & illud. 2. Corin. 3. vbi spiritus Domini, ibi libertas. Ad aliud autem de carnis prudentia itidem cõcessum est iniquos quantum ad actiones nõ subijci diuinæ legi imperanti, recidere tamen per passiones in eandem vindicantem. ¶ Ad sextũ demum respondetur quòd cum eisdem causis res & moueantur in finem & in ipso conseruentur, consequens sit vt nõ modò in hac militantium vita, verùm & in alia omnes sub eadem diuina lege degant: nempe dum beatiseu na fœlicitate diuina ordinatione perfruantur: damnati verò tam dæmones quàm homines in illis carceribus ordinationem diuinę iustitiæ perspessi durent.

Ad primum argumentũ. Ad secundũ. Ad tertium. Ad quartũ. Ad quintũ. Ad sextũ demum argumentum.

QVÆSTIO QVARTA de lege naturæ.

S. Thom. 1. 2. quæstio. 94.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex naturalis sit habitus in nobis existens.

POST legem æternam consequitur vt de alijs quę ab illa deriuantur dicamus. Et primum hac quæstione quarta de lege naturæ. Atq; hoc primo articulo de eius substantia, an sit habitus nobis inhærens. Arguitur ergò contra id quod supponitur, Lex æterna secundùm August. lib. 1. de liber. arb. est, qua iustum est vt omnia sint ordinatissima: ergò per illam satis homo abundeque gubernatur: cùm ergò natura in superfluis non redundet, non opus est nobis alia lege præter æternam. ¶ Secundò arguitur: Homo aliter in suũ finem tendit quàm bruta, vtpote qui se in finem liberè mouet per eius cognitionem, ratio nis ductu: bruta autem nulla se ratione agunt, sed aguntur naturali instinctu: ergò homo nõ mouetur lege naturæ, sed tantum bruta. ¶ A parte autem affirmatiua quæsiti arguitur tertio quòd sit habitus. Tria (vt. 2. Ethic. autor est Philosophus) sunt in anima nostra, scilicet potentia, habitus, & passio: lex autem naturalis neq; potentia est, neq; passio, vt liquidò cõstat: quia tam potentia quàm passio indifferẽs ad contraria est, scilicet ad bonum & malum: lex verò dictamen boni est: ergò est habitus. ¶ In cõtrarium autem est quòd vt suprà quæstione prima ostendebamus, lex est rationis dictamen: quod sonat actum, videlicet hoc aut illud faciendum est.

Primũ argumẽtum partis negatiuæ. Secundum. Tertium.

AD quæstionem hanc tribus conclusionibus respondetur. Prima, Lex naturalis in mentibus nostris insculpta est & impressa. Probatur, Lex quæ (vt dictum est) regula existit & norma actionum nostarum, duplex (vt dicebamus) habet subiectum. Inest enim & in regulante, & in regulato: in altero tanquàm mouente & in altero tanquàm moto: actiones autem humanæ (vt proxima quæstione definitum est) subduntur legi æternę: ergò Deus, qui cuncta suauiter disponit, veluti naturę autor impressit mentibus nostris lumẽ per quod legem eius æternam participantes, actiones nostras ad debitum finẽ, quò suapte natura feruntur, dirigeremus. De quo lumine Dauid interrogãtibus, quis ostendit nobis bona, ad Deum conuersus, respondet: Signatum est super nos lumen vultus tui. Dicitur enim significantissimè Dei vultus, lumen suæ sapientiæ & rationis facies, per quam, sicuti homo de vultu, cognoscitur. Hæc autem naturalis impressio appellatur lex naturalis: secundùm illud Paul. ad Rõma. 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Vbi glossisi non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem, qua quilibet intelligit, & cõscius est quid sit bonum & quid malum. ¶ Secunda conclusio. Lex naturalis neque potentia neq; passio est, neq; secundùm substantiam est habitus. Conclusio est sancti Tho. 1. 2. q. 94. quam, quia rari percipere curant, rari credunt. Arbitrantur enim vulgò recentiores Philosophi habitus intellectuales esse propositiones ac iudicia habitualia: ob id quòd ex assensibus frequentatis relinquantur habituales assensus, quibus posteà efficiantur actuales. Sed re vera Philosophia hæc non est syncera: quoniam habitus non est iudicium, sed qualitas quædam & virtus eliciendi iudicia. Ex hac ergò veritate probatur conclusio nostra: Lex est dictamen (vt suprà dictum est) quod ratio de agendis constituit: vt Non furandum, Non mœchandum. &c. Veluti iudicia speculatiua, sunt etiam opus intellectus: habitus autem (vt diximus) neq; est iudicium neque propositio, sed virtus talia efficiendi: lex ergò non est habitus per essentiam: sed dictamen quod formã habet præcepti. ¶ Ex quo fit legem naturæ non esse idem quod synderesis. Hanc enim idẽ Doctor sanctus. 1. p. q. 79. docuit esse habitum: nempè virtutem mentis quæ nos inclinat ad assentiendum principijs practicis: sicuti habitus intellectus est propensio & appulsio ad assentiendum principijs speculatiuis. Atque hac ratione synderesis dicitur instigare ad bonum & murmurare de malo. In summa, sicuti habitus intellectus non est principiorum collectio, sed virtus assentiẽdi illis, sic neq; synderesis est lex naturalis, sed est virtus assentiendi illis principijs ac dictaminibus practicis, quæ sunt lex naturalis. Vnde vbicunque legatur synderesis esse

Prima conclusio. Suadetur cõclusio. Probatio cõclusionis. Corollariũ. S. Thomæ. Iuniorũ placitum. S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse lex intellectus nostri, vt est apud Basillum, intelligendum est non per essentiam, sed quòd synderesis est habitus continens legem naturæ: quippè cuius virtute principia illa iudicamus. Hæc in gratiam eorum dixerim qui Physicæ meditationi dediti sunt. ¶ Secunda conclusio. Lex naturalis ineſt nobis per modum habitus. Probatur. Præcepta naturalia non solùm actu à ratione considerãtur dũ actu quis præcipit aut præceptũ auscultat: sed per modũ habitus, hoc est, per modũ permanentis in absentia actus. Itâq; sicuti scriptura sacra dicitur fides nostra: quia est collectio eorũ omniũ quibus per habitũ fidei assentimus, ita collectio principiorum agendarum rerũ dicitur habitus: quia virtute synderesis illis assensum præbemus.

Quæstio incidens. Solutio. Obiectio. ¶ Quòd si quæras quidnam est hoc quod per modum habitus permanet præter synderesim? Respondetur, esse species in memoria derelictas. Contra hoc tamen Philosophiæ studiosus insurget: Lex naturalis indita est naturę nostræ in ipsa eius conceptione: tunc autem nullæ ingenerantur species rerum, sed illas posthmodùm sensuum adminiculo acquirimus. Respondetur, propterea legem naturæ dici nobis à natura inditam & impressam, quòd apprehensis terminis boni & mali illicò virtute synderesis intellectus efformat iudicia hæc & dictamina: Bonum est amplectẽdum, & malum repudiandum, ac similia, quæ scilicet eiusdem intellectus lumine innotescunt. Quare nulla opus fuit specierum infusione: sed illæ posteà nullo negotio acquiruntur. Altera obiectio. ¶ Emergit nihilominus argumentum aliud contra hanc synderesis impressionem. Habitus enim (vt in lib. de bon. conin. autor est Angust.) est quo aliquid agitur cùm opus est: synderesis autem non est huiusmodi, quoniam paruuli ante vsum rationis, neque verò damnati vti possunt naturalibus principijs. Augustin. Respondetur Augustinum solùm depromere habitus naturam, vbi non impeditur. Nihilo minùs quando ratio ligata est, vt in dormientibus, nequit habitus suo fungi munere. ¶ De hac autem synesi deque habitu intellectus erga principia speculabilia perse nota vinci hoc sæpe argumento soleo, quod non sint qualitates ab intellectu distinctæ: nam habitus ad hoc adhibentur, vt cùm potentia indifferens sit ad duo contraria, determinetur per eosdem & coarctetur ad vnum. Hoc enim pacto appetitus concupiscibilis per temperantiam determinatur ad bonum virtutis: intellectus autem per se ipse determinatus est ad illa quæ lumine naturali sunt nota: vt pote qui suapte natura tales veritates amplexatur: non ergò opus habet aliqua qualitate vestiri, sed ipsæ forsan inclinationes naturales dicuntur inditi habitus. Cui autẽ oppositum probatius fuerit, aliam rationem meditetur. At iam plus iusto in Metaphysicam mergimur.

Ad primum argumẽtum principale. AD primum igitur argumentum respondetur, quòd etsi æterna lege gubernemur, id tamen fit per naturalem, quæ participatio illius est: sicuti lux Solis per lumen nos nobis irradiatum illuminat: igitur cùm lex naturalis non sit ex æquo ab æterna distincta, sed eius participatiõ, nequâquam superfluit. Ad secũdũ. ¶ Ad secundum, concesso antecedenti, puta quòd nos liberè, bruta verò naturaliter mouentur, negatur tamen consequentia, dum infertur hominem non moueri lege naturali: nam actionum libertas in aliquo principio naturali fundatur: nihil enim homo appetit nisi sub ratione boni: nempe illo subnixo naturali principio, Bonum est appetendum. Attamen proposito hinc bono secundum rationem, inde altero sensuali, liberè potest quod maluerit alteri præferre. Quin verò (vt proxima quæstione dicebamus) inde Lex naturalis in nobis, præ brutorum instinctu, legis rationem habet, quod ratione nos ipsi ducimur: illa verò per impetum forinsecùs aguntur. Ad tertium. ¶ Ad tertium respondetur quòd Aristot. loco illo Ethi. 2. non recensuit omnia quæ insunt in anima: quia nihil de actu vel intellectus vel voluntatis, nec vero de speciebus meminit: sed tantùm connumerauit principia quorum virtute intellectus operatur. Lex autem naturalis non est talis virtus sed opus ipsum, scilicet rationis dictamen, quæ modo exposito per modum habitus ineſt.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm lex naturalis plura contineat præcepta.

COnsequenter articulo secundo interrogat. S. Thom. vtrũ lex naturalis plura contineat præcepta. Quem titulum qui oscitanter audierit, ridiculam iudicabit quæstionem: nam cùm Decalogus aliaque illi multa annexa præcepta à lege naturæ ortum ducant, quisnam ambigere poterat plurima esse præcepta iuris naturalis. At vero. S. Thom. meditatè vbique secundum Philosophiam loquitur. Præcepta enim

enim illa absolutè dicuntur legis naturæ, quæ illius sunt propria quatenùs ab humano diuinoque iure distinguitur: nempè illa principia quæ nullo indigent discursu, sed per se sunt lumine naturali nota. Illa videlicet de quibus modò definitum est, esse nostræ naturæ congenita. De his ergò non est vanum quærere sintne plura: ¶ Arguitur enim non esse nisi vnũ. Primũ argumẽtum pro parte negatiua. Lex (vt suprà dictũ est) in genere præcepti collocatur: si ergò plura sunt præcepta naturæ, plures sunt eiusdẽ leges: cum tũ vulgò non ponamus nisi vnã legem naturæ. Secundum. ¶ Secũdo arguitur. Humana natura est vna, vnaq; humani generis ratio: ergo vnicum est primum eius præceptum. Quod si dixeris præcepta multiplicari secundum naturarum numerum ex quibus homo constat, vt aliud sit eius naturale præceptum in quantũ est ens, aliud inquantum animal, atq; aliud inquantum homo: tunc inde sequeretur, ea etiam quę ex inclinatione cõcupiscibilis appetitus nobis contingunt ad legem naturę pertinere, quod cùm intra rationis lineam non cõtineantur, absurdum videtur. Tertium argumentum. ¶ Tertio arguitur contra præcepti nomen. Lex nulla obligat nisi qua ratione a superiore ediciture: natura autem non est nobis superior nec iudex noster, sed Deus atq; eius ministri homines: ergo lex naturæ, nisi adesset diuinũ ius aut humanum, nullam haberet vim obligandi, vt eius transgressio esset peccatum. ¶ In contrarium est quòd perinde se habent huiusmodi præcepta legis naturę circa principia agibilium, vt principia in speculabilibus: sed hæc sunt plura, ergo & illa.

ANte quæstionis huius responsum, cùm iam prænonitum sit sermonem hic haberi de præceptis legis naturæ, non quibuscunq;, sed proprijs, puta quę nullo discursu, vt iuris humanum: nec superiori reuelatione, vt diuinum indigent: sed per seipsa nota sunt, adnotandum est dupliciter dici propositionem per se notam: vno modo secundum se & altero relatione ad nos. Duplex genus propositionis per se notæ. Illa enim propositio est prioi: intrinseca ratione subiecti: vt Deus est, homo est rationalis. Etenim qui naturam subiecti penetraret nullo indigeret medio vt propositionis veritatem deprehenderet. Quo ad nos verò tales propositiones non sunt per se notę: quoniam extremorũ naturam non plene percipimus. Boetius. Vnde iuxta sententiam Boetij in lib. de Hebdom. Quędam sunt propositiones simpliciter per se notæ, quippe quarum terminis omnibus sunt patentes: vt omne totum est maius sua parte. Aliæ verò sunt per se notæ solis sapientibus qui terminos percipiunt, vt, Angelus non est circunscriptus loco. Intelligenti nanq; non esse corpus, illicò patescit nullo circunscribi loco. Ad propositum descendẽdo, sicuti primum quod rationi speculatiuę offertur, est ens (hoc enim de rebus vniuersis primum percipimus) sic primum quod rationi practicæ de appetibilibus & agibilibus offertur, est bonum: nam sicuti primum obiectum intellectus est ens, sic & primum volũtatis, est bonum. Quare sapienter Philosophus Ethicorum initium ab hoc sumpsit principio: Bonum est quod omnia appetunt. ¶ His præiactis duabus conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prior est: Præcepta propria naturalis iuris, hoc est, prima per se nota principia, sunt plura. Prima conclusio. Probatur: principia naturalia (vt nomẽ auribus intonat) sunt illa quæ natura nobis imprẽsit: natura autem hominis ex pluribus partialibus constat. Est enim ens, quæ vtiq; natura cõmunis illi est cum vniuersis rebus. Mox est cum viuentibus viuens, deinde inter animalia animal, ac demùm homo, ergò secundum omnes hos naturæ gradus peculiaria habet prima præcepta. Exempli gratia, quatenùs est ens, hoc est generalissimum ei omnium præceptorum: Bonum est expetendum & prosequendum, malum autem respuendum ac fugiendum. Hoc enim præceptum cunctis mundi rebus commune est, idq; adeo omnium finis appetibilium in quod suasibilia omnia tanquàm in primum principium reducuntur: sicuti in speculabilibus, quodlibet esse aut non esse, vt. 4. Meta. text. 9. autor est Aristot. Aristot. Mox quia primum naturalium bonorum est esse, inde statim cadit particularius aliud principiũ quod est, Esse proprium cuique conseruandum est. Omnia enim appetunt se conseruare, suisque contrarijs obsistere. Et ratio est illa generalis: quia illud est cuique bonum: hoc vero malum. Neque alia expetenda est causa: siquidem hoc (vt modò dicebamus) est primum principium in quod omnes appetitiones resoluuntur. Quicquid enim homo vel quæuis res mundi appetit, id concupiscit sub ratione boni vel veri vel apparentis. Atque hoc vtiq; appetitu hominem, cùm sit omnium perfectissimus quæ sub cælo sunt, inferiorem cæteris modo quodam video, eò quod ex duabus constet diuersis naturis. Nam res vniuersæ id solum bonũ appetunt, quod illis verè est bonũ: homo vero illud etiam, quod licet sensui est bonum, rationi tamen, quę sua est natura, existit malũ. ¶ Deinde descendendo deriuatur aliud principium legis naturæ ac præceptum hominis in

Primũ principium practicũ ideóque generale cõgruês homini quatenùs est eus. Secũdũ principium practicum. Quid sit esse vt homo nõ tantũ verum bonum sed speciẽ boni expetat: cũ id ſ cæteris rebus cùs cuenire cõpertũ ſit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertium hominis principium quatenus animal est.

nis inquantum est animal, quod ad commixtionem masculi ac fœminę attinet. Hic enim exiſtit animalibus peculiaris modus conſeruãdi ſpeciem. Nam etſi in arboribus, vt in Palmis & Lauris quædam deprehendatur imago maſculi & fœminæ, atque in herbarum quibuſpiam: tamen veram maſculi ſeminationem in ſolis animalibus agnouit Philoſophia. ¶ Ex

Postremum atq; peculiare hominis principium.

his demum trahitur aliud principium hominis inquantum est rationalis, qua vtique ratione inclinationem habet ad cognitionem Dei ac virtutis bonum. Ex quo rurſus ei conuenit appetentia ad ſocietatem & ciuilitatem: vnde illud: Id facias alijs quod tibi fieri vis: idque ne facias, quod non tibi vis fieri. In ſumma: generaliſsimum illud, bonum est appetendum ac malum repudiandum, in homine ſit peculiare legis naturalis principium: ſcilicet honeſtum virtutis bonum exoptandum eſt & amplectendum, contrariumque vitiorum malum refellendum, vt ad fœlicitatem perue-

Secunda cõclusio.

ueniatur. ¶ Secunda concluſio. Lex naturalis nihilo minus est vna. Probatur: quia vnitas

Ratio conclusionis.

legis à fine deſumitur: est autem horum præceptorum, vt vnum principium, quod est ratio: ità & finis vnus & ſcopus, qui (vt diximus) est bonũ in genere. ¶ Per hæc ergò iura tam

Explanatur aliqua iura ciuilia & canonica.

Canonica quàm Ciuilia innoteſcunt, quæ de iure naturali loquuntur. Iſidõ. enim (vt habetur diſtinct. 1. can. ius naturale,) nihil de generaliſsimo meminit, quod rebus vniuerſis commune est: ſed de illo tantum, quod est commune omnium nationum, vt viri & fœminæ coniunctio. Quamuis & hoc certiùs expreſsit Ius ciuile, Inſt. de iu. na. & ff. de iuſt. & iure. ſcilicet Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit. Doctrinam enim appellat naturalem inſtinctum à natura inditum. Alioquin docere propriè diſcurſum denotat rationis, quod ad ius gentium propriè attinet & ad ciuile.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum reſponde tur non eſſe idem prorſus præceptũ quod lex. Diximus enim legem eſſe quid vniuerſalius: quare ratione vnius finis & principij, plurium præceptorum collectio & ordo pertinet ad vnam legem: ſicuti tota ſcriptura ſacra ad

Ad secũdũ.

vnam fidem. ¶ Ad ſecundum autem conceditur, inclinationes omnes, etiam appetitus ſenſitiui ad legem naturæ pertinere, ratione tamẽ diuerſa: nam quatenus conſiderantur, non vt rationi obedientes, ſed tendentes in ſua ſenſualia obiecta, dicuntur præcepta naturalia ea ratione qua in brutis: ſed quatenus ratione gubernantur, ſunt peculiaria præcepta hominis. Ex quo fit quòd in homine, vt duæ ſunt naturæ diuerſæ, ſic & duæ leges: ſed quia ſenſualis ſumitur à genere animalis quæ materialiter ſe habet in homine reſpectu rationalis naturæ quæ est eius forma, ſpeciem conſtituens, inde fit quòd peccata omnia, quia ſunt rationi contraria, licet ſint ſecundùm ſenſualem naturam, dicantur ſimpliciter contra naturam hominis, vt cap. 4. de diui. nomi. autor est Dionyſius.

Ad tertium.

¶ Ad tertium argumentum, quod præcipuum est per diſtinctionem reſpondetur. Enimuero in prauis moribus, licet re vera connexa ſint ambo, duo tamen conſiderantur: ſcilicet rationali, & ratio culpæ. Et quidem ratio naturalis mali, etiam ſi per impoſsibilis cogitationem loquendo nec Deus eſſet neq; alius ſuperior, ſolus ipſe peruerſus rationis ordo eſſet cauſa vt homicidium & furtum & ſimilia eſſent mala moralia: ſicuti claudicatio est malum naturale: quia obliquitas est à gradiendi regula. Attamen ratio culpæ, quę dicit inimicitiam & ſupplicij meritum, non intelligitur niſi vbi eſt ſuperior cui obedire tenemur. Vnde optimè definit Auguſt. peccatum per hoc quod ſit contra legem Dei. Reſponſio ergò argumenti eſt quòd ſola quidem natura obligaret vt tranſgreſsio eſſet mala, licet non culpa: verum tamẽ quia natura effectus est Dei, lexq; naturalis diuinæ legis æternæ, ſit vt præcepta naturę obligent vt tranſgreſsio eorum ſit, non ſolùm mala, ſed vera culpa.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm omnes virtutis actus ſint de lege naturæ.

DVabus concluſionibus ſuperioris articuli duos alteros adhibere operæpretium est: vt inſpiciamus, tum qualiter ex illis principijs naturalibus virtutes omnes veluti earum concluſiones promãnent: tum etiam quo pacto vna ſit lex naturæ, eademq; apud omnes. Interrogatur ergò in hoc tertio articulo, Vtrùm omnes virtutes ſint de lege naturę. Arguitur enim à parte negatiua, Lex æterna iam ſuprà conſtituta est origo & fons omnium legum: virtutes autem lege aliqua dirigũtur: omnes ergò inde virtutes ortum ducũt: ſed lex naturalis alia eſt quàm æterna: ergò actus virtutum non ſunt omnes de lege naturę, ſed de lege æterna.

Prima ratio

¶ Secundò arguitur: ea quæ ſunt ſecundùm naturam cunctis conueniunt: quippè cùm vna ſit omnium natura: virtutes autem non omnes

Secunda ratio.

omnes omnibus congruunt: nam abſtinentia & inedia quæ vni eſt temperantię moderatio, in altero qui imbecillior eſt, eidem aduerſatur virtuti: ergo non omnes virtutes ſunt eiuſdem legis germina. Eò vel maximè q̃ lex omnis (vt dictum eſt) in commune bonum ordinatur: virtutes autem quæpiam, vt temperantia, non ordinantur niſi in particulare bonũ perſonæ.

Tertia.

¶ Tertiò, officia quæ ſecundùm leges ciuiles fiunt, ſunt veræ virtutes: leges autem ciuiles non ſunt eædem apud omnes: nã optima quæq; reſpublica ſuis peculiaribus legibus cõmunitur: illæ ergò virtutes non legis naturæ, quæ vna eſt apud omnes, ſed iuris humani ſunt.

Quarta.

¶ Quarto arguitur. Lex Diuina, vt Euangelica, non deſcendit à naturali, quippe qua exceſſior eſt: ergò virtutes illi conformes, vt ſuſceptio baptiſmi & ſacramentalis confeſsio, neutiquam dici poſſunt de lege naturæ.

Quinta.

¶ Quintò, ſi virtutes omnes humanę riuuli eſſent ac concluſiones iuris naturæ, conſequens protinus fieret cunctavitia eſſe contra naturam: ſunt autem quædam, quæ peculiariter cenſentur contra naturam: non ergò omnes fiunt ſecundũ legem naturæ. ¶ In contrarium autem eſt ſententia Damaſceni lib. 2 vbi ait virtutes omnes eſſe ſecundùm naturam: vitia verò vniuerſa cõtra naturam.

Damaſcenus.

In quo ſenſu differatur quæſtio propoſita.

AD eundem modum quo ſuprà definitum eſt, leges omnes ab æterna deriuari eideq; ſubinde actiones humanas ſubdi, diſputamus modò an virtutes omnes humanæ ad normã naturalis legis fiant. Et ſeruit quæſtio hæc ad explicandam radicem diſtinctionis virtutum

Diſtinctio virtutis.

de lege naturæ, & de humana, & de diuina. Eſt ergo hic ſecundũ argumentorũ exigentiã opus diſtinctione. Virtus enim & ſecundùm eius generalem rationem ac formam conſiderari poteſt, & ſecundùm particulare obiectum. Virtus inquam inde habet generalem virtutis formã & nomen quòd opus eſt ſecundùm rationem. Et iuxta hanc cõſiderationem conſti-

Prima conclusio.

tuitur hic prima concluſio. ¶ Omnes humanę virtutes ſunt ſecundùm hominis naturã. Probatur: Virtus eſt nihil aliud quàm habitus operatiuus ſecundùm rationis normam: naturalis autẽ hominis propenſio, inquantum eſt animal rationale, ad operandum tendit ſecundùm rationem. Nam cùm forma à qua res ſpeciem ſortitur, tribuat ei naturalem inclinationem, ſit vt ſicut grauis natura eſt ſecundum ſuam formam ad cẽtrum cadere, natura verò ignis, ſecundùm ſuam ſurſum aſcendere: ſic natura animalis, cuius anima rationalis exiſtit, ſit

Cicero.

ſecũdum rationem viuere. Vnde Cicero li. 2. de Inuen. Virtus, inquit, eſt, animæ habitus, naturæ modo (hoc eſt ad naturæ modũ) cõſentaneus rationi. Et de offic. lib. 3. Magis, inquit, ſecundùm naturam eſt virtus, puta comitas, iuſtitia, liberalitas, quàm voluptas, quàm vita, q̃ diuitiæ. Deniq; virtus nullo ſignificatius pacto definiri poteſt (vt. 1. de Legib. ipſe ait Cicero) quàm quod ſit perfecta & ad ſummũ perducta natura &c. ¶ Secunda cõcluſio: ſi virtutum actus ſecundùm earum materias & ſpecies contempleris, non omnes ſunt de lege naturę. Prima ſtatim huius concluſionis ratio eſt hæc: Lex humana à naturali, vno omnium cõſenſu, diſtinguitur: virtutes autem ratione generali ſunt omnes de lege naturæ, vt priori cõcluſione patet: neceſſe ergo eſt virtutes legis humanæ, & illas quæ ſunt legis naturæ ratione peculiarium obiectorum diſtingui quibus ſortiuntur ſpecies. Probatur autem ſecundò, vt legitima pandatur cauſa. Illæ virtutes dicũtur de lege naturæ, ad quas ſtatim natura inclinat: nõ ſolũ tanquàm ad prima principia, verũ tanq̃ ad concluſiones ex eiſdem principijs abſq; humano diſcurſu pullulantes: alię autẽ ſunt humanæ, quę ſecundùm leges pro temporum locorum ac negotiorum varietate humana ratione inuentas, fiunt. Peruia ſunt exempla. Præcepta Decalogi ſunt de iure naturę: nã ex illo principio q̃ bonum eſt diligendum, atq; ex altero q̃ vnaquęq; res ſuũ eſſe & vitã diligit ſtatim abſq; longo rationis diſcurſu prodeũt præcepta primę tabulę: ſcilicet q̃ Deus Optimꝰ Maximꝰ, cuiꝰ beneficio & ſęculari vita donati ſumꝰ, & ſempiternã expectamus, amemꝰ, neq; eum iurandi abuſu contemnamus, ſed feriatis diebus colamus & veneremur. Ex alio autem, Id facias alijs quod tibi fieri vis: idque ne facias, quod tibi cupis. deducuntur mandata cuncta ſecundæ tabulę, quę omnia in officijs iuſtitię poſita ſunt. Quare (vt infrà dicemus) nulla ſuper his fieri poteſt diſpenſatio: nullaq; obtendi excuſatio per ignorantiam. Sed hęc inferiùs ſunt emunctius perpendenda. Præter hęc autem ſecundùm diuerſas rerum circunſtantias humana ratio diuerſas excogitauit leges. Vt poſt naturam corruptã ius gentium fecit rerum diuiſiones: & vna quęlibet reſpublica pro ſuę gentis, ac loci qualitate inſtituit ſuas leges: vt puta præſcriptionis, vẽditionis, aliorumq; humanorum cõtractuum: ad quę non nuda natura primum inclinabat.

Ariſtot.

Hæc duo ſcitè Ariſt. dignouit Ethi. 7. vbi diſtinguit iuſtum naturale ac legitimum: puta humanum ſeu ciuile: nempè quod naturale ſit quod vbiq; vim habet eandem, non quia videtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur vel non videtur, id est, non quia humana ratio ità de circūstantijs ratiocinatur: ciuile autem quod à principio nihil refert sic an aliter habeat: cum verò positum fuerit, refert: quale est, mina captiuos redimi, vel capram Dijs, sed non duas oues mactare. Idem de legibus ecclesiasticis, vt potè de delectu ciborum, deq; his aut illis diebus festis inter feriandis. Tametsi his instituendis ius diuinum radices iecit. Hæc in genere dicta sint, in quæstione proxima & subsequentibus collimanda.

Ad primum. AD primum igitur argumentum respōdetur minimè secum pugnare q̄ leges omnes ab æterna dimānent, & tamen virtutes humanæ sint de iure naturæ, quatenus omnis virtus rationi concors est: nam lex naturalis non est ab æterna diuersa, sed eius participatio.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum autem respondetur, quod etsi diuersæ virtutes diuersis congruant personis, omnes tamen pensatis circunstantijs fiunt secundum rationem: atq; hac generali causa censentur de iure naturæ. Neq; obstat aliquas ordinari in bonum personæ: nam in individuis conseruatur bonum vniuersale naturæ. Per retum enim eduliorum vsum ac venereorū sustentatur natura. Et præterea per particulares virtutes fit ad communē fœlicitatem progressus.

Ad tertium. ¶ Ad tertium respondetur, Quòd etsi virtutes humanarum legum secundum suum genus, scilicet qa secundū rationē fiūt, dicātur de lege naturæ: simpliciter tamen appellantur de lege humana: quia vnumquodq; a sua atoma specie denominatur.

Ad quartū. ¶ Et ad eundem penè modum respondetur ad quartum. Virtutes enim conformes diuinæ legi non dicuntur simpliciter de lege naturæ: sed potius supranaturales: licèt quodam pacto etiam secūdum genus dicantur de iure naturali. Non quidem sicuti humanę, quia lex diuina nullatenus deriuatur à naturali, sicut humana: sed quia ratio naturalis diuina luce illustrata quodam modo etiam inclinat ad virtutes diuinas. Supposito enim q̄ homo sit creatus ad fœlicitatem supranaturalem, consentaneum rationi est, vt officijs etiā exerceatur supranaturalis legis.

Ad quintū. ¶ Ad quintum respondetur secūdum superiorum doctrinam. Etenim cum in homine duplex sit natura: altera propria, quę est secundū rationem viuere: altera vero generica, scilicet cunctis animalibus cōmunis, quæ est, per cōmixtionem maris & fœminæ speciem propagare: consequitur vt sicuti omnes virtutes secundum proprium naturam nostram, hoc est secundum rationem fiunt, ità & omnia vitia fiant contra naturam, hoc est contra rationis præscriptum. Attamen ea quæ non solùm cōtra rationem, nobis propriam patrātur, verùm & contra genericam naturam animalium, dicuntur per antonomasiam contra naturam. Itâque simplex fornicatio est contra naturam, hoc est contra rationem, quæ dictat parentibus cognoscendas esse proles, vt debitè ab illis educentur & moribus instituantur, quod homini proprium est: nefandum verò crimē, eò insuper quòd inuehitur contra fundamentum generationis cunctis animantibus communis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm lex naturæ cunctis sit mortalibus vna.

NOn satis est constituisse legem naturalem in singulis vnā esse, vt arti. 2. dictū est, nisi exploremus an eadem sit apud omnes. Arguitur enim non esse in toto humano genere eandē. Ait enim Gratian. in capite statim Decreti, ius naturale esse id quod in lege & in euangelio continetur: Euangelio autem nō omnes obediunt, vt ait ad Rom. 10. Paul. ergò lex naturalis non est eadem apud omnes. Primum argumentum. Gratianus.

¶ Secundò arguitur. Lex est secundum quam aliquid, iustū esse dicitur. Arist. autē. 5. Ethi. c. 7. ait nullum esse tam naturale iustum, quin aliquo modo sit apud diuersos variabile: nā & dextra manus natura validior est læua & tamen in quibusdam hoc defecit. Secundum argumentū Aristot.

¶ Tertiò, quodcūq; bonū ad quod natura propendet ad legem attinet naturæ: inclinationes autē ac propensiones naturæ vasta inter homines varietate distant: alij nanq; ad honores nati sunt, alij ad voluptates, atque alij ad res alias: lex ergò naturæ non est eadem apud omnes. Tertium.

¶ In contrarium autem est Isidorus lib. 5. quod quidem Decretū extat. dist. 1. Ius naturale est commune omniū nationū: nam quod. ff. de iusti. & iure. l. 1. scribitur, scilicet, Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit: non de iure tantùm hominibus proprio, sed de coniunctione maris & fœminæ generaliter intelligitur. Isidorus.

AD huius quæstionis enodationē recolēda est superior distinctio inter naturalia principia, atq; eorū cōclusiones: secundū enim hāc distinctionē duabus cōclusionib⁹ facile respōdetur.

¶ Prior est. Lex naturalis quatenus ad sola principia extēdit, eadē est apud oēs mortales: nō modò quantū ad rectitudinis veritatē, verùm & quantum ad cognitionem. Principia nanq; rationis practicæ similia hac parte sunt principijs speculabilium, quæ vbiq; & incōcussa pollent veritate, & lumine naturali perspicue clarescunt. Nusquàm enim vllus esse potest mortalium eousque syluestris ac barbarus, si modò compos sit mentis, cui nō sint huiusmodi veritates peruiæ: Bonum est appetendum, ac malum vitandum. Id facias alijs &c. ac reliquæ, quas articulo secundo denarrauimus. Prima cōclusio.

Secunda cō clusio. ¶ Posterior conclusio: Lex naturalis quantū ad eius conclusiones, etsi plurimùm sit eadem apud omnes, & quantum ad rectitudinem, & quantum ad cognitionem: deficit tamen & respectu prioris propter particularia quorundam impedimenta, & respectu posterioris, propter rationis nubila quibus ob cōsuetudinem prauam excæcatur. Demonstratio huius conclusionis sumitur ex discrimine inter rationē practicam & speculatiuam: nam etsi principijs vtraque per se notis vtatur, non tamen similiratiocinatione discurrit. Etenim ratio speculatiua, quia circa necessaria plurimum ac potissimùm negociatur, puta circa ea quæ nequeūt aliter se habere, absque vllo defectu veritatem comperit in conclusionibus, quam in principijs intuebatur. In rationeautem practica, quia ex necessarijs principijs discurrit ad contingētia in quibus actiones humanæ consistunt, necesse est quandoque defectus contingere: ac tāto plures quanto inferius ad particularia descenditur. Ex his ergò deducitur nostra conclusio: nempe quod licet in conclusionibus demōstrationum speculabilium eadem sit rectitudo veritatis apud omnes: in conclusionibus verò operabilium contingit quandoque defectus. Exempla patent. Ex illo nāq; per se noto principio, Id facias alijs quod tibi vis fieri: ratio practica elicit hanc legem: Depositum cùm primum petatur reddendum est. Quę quidem lex plurimū verum habet: deficit tamen deficiente petitionis opportunitate ac rectitudine: puta dum qui penes te arma deposuit, furore correptus, vt faciat homicidiū ea repetit. Pari modo ex illo principio, In pace & trāquillitate hominibus viuendum est, quod cunctis tanquàm per se bonum notissimum est: sequitur hæc lex, Abstinendum est armorum strepitu. Deficit tamen quando hostis rē publicam inuadit. Similiter ex eodem principio colligitur lex, vt quisque promissorum fidem ferret. Deficit tamen, dum causa emergit ob quam promissum implere turpe est. Demonstratur cōclusio. Discrimē inter rationē practicam et speculatiuā. Aperturexēplis ratio. Quæstio.

¶ At quæris fortè vtrum quantum ad cognitionē earundem conclusionum, quidpiam sit discriminis inter rationem practicam & speculatiuam. Nihil enim apparet quo differant: nam sicuti conclusiones practicæ nō omnibus sunt æquè notæ: ità neque speculatiuæ. Tam vera inquam est illa conclusio: Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quā illud principium, Omnes duæ lineæ, vbi concurrunt constituunt angulum: tamen non est æquè nota. Respondetur. Hactenus nullum est discrimen: differt tamē, q̄ speculabilium necessariorum ignorantia accidit ob defectum doctrinæ: scilicet quia non didicisti: ignorātia verò in practicis contingit (vt dictum est) ex praua consuetudine rationem obtenebrante. Ex his fit consequens postrema conclusionis particulæ: nempe q̄ quanto conclusiones practicæ magis ad particularia coaptātur, minùs inuotescunt. Patet exemplo. Ex illo principio: Id nè facias alijs, quod tibi non vis fieri: proximè infertur mandatum illud Decalogi, Non mœchaberis. nam id fieri non potest sine contugis iniuria. Si tamē rem arctius perstringas, videlicet, Nec simpliciter fornicaberis: hoc licèt illic pariter prohibeatur: tamen quia non habet connexam iniuriam, nō est tam vniuersaliter notum, quin inter gentes incultas, licèt non pessimè institutas, ignorari queat. Imò nescio an apud aliquos barbaros fidei nostræ insciios, ignorantia esse posset prorsus excusatoria. Similiter ex eodem principio palàm sequitur: Non falsum testimonium dices: quod cùm iniuriam vetet, omnibus est compertissimum. Si autem strictiùs inferas, Neq; vllū proferas mendacium: nō est ità notum. Imò inuenies in plebe qui putant iocosum & officiosum nullam afferre culpam. Atq; hęc est ratio ob quam omnes prohibitiones secundæ tabulæ, quo patentiores essent, illorum sint expressę criminum, quibus iniuria proximis irrogatur. Tametsi vt homicidij nomine omnis lęsio prohibetur: sic & nomine adulterij omnis turpitudo: & nomine falsi testimonij omne mendaciū. Præceptorū autē Decalogi ignorantia nulli mortaliū excusari vnquā potuerunt, etsi sua scelera fuco aliquo linirēt. Sicuti illi qui religiōis gratia cōtra interdictū homicidij humana cæde cogitabāt Deos suos placare ac venerari. De quib⁹ Psal. Immolauerūt filios suos & filias suas dęmonijs. Et Cicero in oratione qua dā cōmemorat suā ætate Gallicas gentes eodē ritu pollutas: eadēq; feritatis immanitas fertur & populis Noui orbis esse solēnis. Dæmones enī humani generis hostes illa cæcitate hoies demētāt, vt humano sāguine suā explēāt inuidiā. Et Iuli⁹ Cęsar. li. 6. d bello galli. narrat olim apud Minis inter rationem practicam & speculatiuam. Respōsio. Cicero. Cæsar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Germanos latrocinia nullã habuisse infamiam, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis erant. Sed tamen facinori obtendebant quòd iuuenes illo exercitio desidiam & torporem excuterent, bellisq; se gerendis adpararẽt. De his autem in præsentiarum satis.

Ad primum argumentũ. AD primũ igitur argumentum respõdetur non esse Gratiani verba sic trũcatè legenda, Ius naturale est quod in lege & in euangelio continetur. Ac si doceat quicquid est in euangelio ad ius naturale pertinere. Sed iũctim cum verbis sequentibus, Ius naturale est quo quisque iubetur id facere quod sibi vult fieri &c. id qd in euangelio cõtinetur. vt verba hæc parenthesis sint, docens ius naturale plenè in euangelio contineri: non tamen id solum, sed

Ad secundũ & ius insuper diuinum. ¶ Ad secundum quod est Arist. iam responsum est. Non quidẽ principia naturæ, sed conclusiones nonnunquam

Ad tertium. deficere. ¶ Ad tertiũ autem conceditur inclinationes naturæ quæ homini competunt, in quantum sensibili animali, ad legem attinere fomitis: hoc est appetitus sensitiui, originali iustitia destituti. Si autem considerentur quatenus hominis sunt propriè, tũc legi naturæ subduntur, puta rationi, cæterarum potentiarum moderatrici: quæ cunctos affectus debet intra suas lineas continere.

ARTICVLVS. V.

Vtrum lex naturæ mutari aboleriue possit.

POST hęc facile est hoc quinto articulo duo perspicere quæ superiorum corollaria sunt: nempè verùm lex naturę aut mutabilis sit: aut ab

Primũ argumentũ 2 parte negatiua. humana mente eradicabilis. Arguitur ergò quod sit mutabilis. Legitur enim Ecclesiast. 17 Addidit eis disciplinam, & legem vitæ. vbi circunscribitur glossa, legem scilicet literæ quantum ad correctionem legis naturalis. Et Isidò. lib. 5. (quod est dist. 1. c. ius naturale.) ait communem omnium possessionem & libertatem esse de iure naturæ: cùm tamen iam iure gentiũ, tum rerũ diuisio, tũ etiã seruitus inducta in

Secundũ argumentum. Isidorus. orbẽ sit: est ergò lex naturę mutabilis. Sed & qp à nostris cordib⁹ auelli possit, arguit primò ex his quæ dicta sunt. Multæ enim fuêre gẽtes adeò hebetes & morum prauitate tabefactæ, vt leges naturæ contrarias ediderint. Vnde super illud ad Rom. 2. Cùm gentes quæ legem non habent &c. ait glossa, quod in interiore homine per gratiam innouato lex iustitiæ inscribitur, quam deleuerat culpa. Et quarto arguitur. Lex gratię efficacior est quàm lex naturæ: gratia verò deletur per culpam: ergò multò facilius deleri potest lex naturę. ¶ In cõtrarium autem est decretum Gratia. distin. 5. cap. 1. Ius naturale nõ variatur tẽpore, sed immutabile semper permanet. & sententia Augusti. 2. lib. Confes. Lex tua scripta est in cordib⁹ hominũ, quã nec vlla quidẽ delet iniquitas.

Quartum ad argumentũ. Gratianus. Augustinus.

AD hanc quæstionem facilima est per distinctionem respõsio: suppositio enim primo interuallo quod inter principia eiusq; conclusiones interiectum est, bifariam lex naturę censeri potest mutabilis. Vno modo per additionem, quę ei fiat: atque altero per distractionem. ¶ Statuitur ergò prima conclusio. Nihil vetat legẽ naturę priori modo esse mutabilem. Adiecta enim est illi lex diuina tam vetus quàm noua duobus præcipuè cõmodis. Vno scilicet, quia iam obscurata erat in mortalium mentibus & caligine obducta, vt innouaretur. Nẽpè vt cõstaret non solùm externos actus, verum & internos esse ad legis normam componendos: neq; solùm iura naturę amicis deberi, verũ & inimicis. Altero vt ea cõsilia quę illi deerãt supplerentur. Et hoc est quod glos. Ecclesiast. 17. in primo argumento citata appellat correctionem legis naturę, quæ facta est per legem literæ. ¶ Secunda conclusio. Lex naturæ non est quantum ad prima principia posteriori modo mutabilis, vt scilicet quod priùs fuit legis naturæ desinat esse talis iuris. At verò quantum ad secũda præcepta quæ sunt velut proximæ conclusiones, licèt plurimum immutabilis sit, potest nihilominùs quãdoq;, sed rarò, mutari propter humana impedimẽta, vt articulo proximo expositum est. Nam & circa necessarias cõclusiones speculabilium contingit ob mentis lippitudinẽ nõnũquã hallucinari. Quocircà mutatio hæc non tam in lege sit quã in rebus ipsis: veritas enim illius generalis præcepti, Depositum reddendum est, aut illius fides promissa custodienda: non mutatur nisi mutatis rebus ex quarũ mutatione contraria nascitur veritas. Quoniam & hæc lex, Esus carnium viniq; potus salubris est homini-

Distinctio.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

bus, ob id in particulari mutatus, cp homo febri correptus est, cui talis victꝰ nocuus fit. Vnde Arist. 5. Ethico. c. 7. Ius inquit naturæ immutabile est, sicut ignis vbiq; vrit: quod de primis principijs intelligit: de cõclusionibus autẽ subdit, posse mutari, non tamen apud Deos, qui immutabiles sunt: sed apud nos, q mutari possumus. Quo fit, leges triumphantium in regno cœlorum nullatenùs mutari posse: quia ne-

neque fœlices illi mutantur. Autoritas autem Isidori non sic intelligenda est, vt libr. 3. q. 4. dicturi sumus, ac si communem possessionem præcipiat aut seruitutem interdicat: aliàs ius gentium nõ potuisset tales leges reuocare: sed dicuntur hæc negatiuè de lege naturæ: quia illa nec diuisionem fecit, nec seruitutem iussit. Restabat hic tamẽ tractare an huiusmodi præcepta naturæ sint dispensabilia, cuius nimirũ inde coniecturæ fiunt, quòd Deus Abrahę necem filij præcepit, & Oseæ vt fornicaretur, & filijs Israël vt deprædarentur Ægyptios: hæc autem dubitatio inferiùs. q. 2. art. 8. propriam habitura est sedem. ¶ Tertia conclusio similis

Tertia conclusio. est huic proximæ. Lex naturæ quantum ad prima principia & præcepta nõ potest ab humana mente penitus eradicari: potest tamen licet non plurimum, sed rarò quantum ad conclusiones & secunda præcepta in aliquibus hominibus deleri. Conclusio non alio indiget testimonio, quàm quod à superioribus petitur.

Suadetur cõclusio. Possunt enim Barbari tanta morum viciositate peruerti atq; errorum peruersitatibus offuscari, vt pro peccatis non ducant, quæ lex naturæ vetat. Neque id solùm in conclusionibus quæ longè à principijs distant, vt est officiosum mendacium, & simplex fornicatio: verũ & in his quoq; quæ propinquiores subindeque lucidiores exsistunt. Sunt enim (vt à fide dignis accepimus) reperti inter illos mortales Noui Orbis, qui nefandam turpitudinem contra naturã nò solũ impunè permittebãt, verũ nulla culpa denotabãt. Qua vtiq; ratione fieri põt vt respublicæ & principes leges cõtra naturã instituãt secũdũ verbũ Isaiæ: Væ q cõdũt leges iniquas. Et secundũ hoc intelligenda est illa glossa ad Rom. 2. quæ ait culpam deleuisse legem iustitiæ ab infidelium cordibus. ¶ Re-

Ad tertiũ argumentum principale. stant ergo duo superiorum argumenta soluta. Ad tertium autem respondetur, quod etsi gratia sublimior sit atque efficacior quàm natura, non est tñ nobis ingenita, & innata, atq; adeo neque tã penitus infixa: & ideo facilius per culpam nostram eradicatur, quàm lex naturæ.

QVÆSTIO QVINTA, de lege humana in genere.

S. Thom. 1. 2. quæstio. 95.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm præter legem naturæ necessariæ nobis fuerint humanæ.

QVARTIũ legũ genus est humanarum, de quibus maiores extant disputandi rationes: quæritur ergò primò an præter legem naturalem necessariç sint etiam humanæ. Et arguitur à parte negatiua: Primò, quia (vt Augustinus

Primum argumẽtũ pars negatiua. Augustini. quem ex. 1. de lib. arb. q. proxima citauimus, ait) per legem æternam sufficiẽter omnia sunt ordinatissima: illa autem satis abũdeq; nobis per naturalem communicatur: ergò humanæ redundant. ¶ Secundò, lex mensura est (vt suprà diximus) nostrarum actionum: ratio autẽ nõ est rerũ mẽsura, sed ipsa potiꝰ rerũ natura, quã ratio inspicit, vt. 10. Meta. autor est Arist. ergò cũleges humanę à ratione ꝓficiscãtur, nõ habẽt legitimã rationẽ legũ. ¶ Tertiò mẽsura,

Secundum. Tertium. qualis est lex debet esse (vt ibidẽ Arist. docet) certissima: certitudo aũt humanæ rationi de rebus gerendis, q̃ singularia sunt ac mutabila, cõpetere non potest, secundum illud Sapientiæ. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertę prouidentiæ nostræ: ergò à ratione humana nulla proficiscitur lex. ¶ Quarto altera via ar-

Quartũ argumentum. guitur. Esto humana ratio certa esse posset regula nostrarum actionum, multò commodius respublica viua hominum voce gubernaretur quàm positis legibus. Enimuero cũ iudex (vt

Arist. 5. Eth. cap. 4. autor est Arist.) sit animatum iustum, facilius congruentiusq; fieret ad illum recursum, quam ad legem surdam & mutam. Nam cùm actiones in singularium vsu consistant, non poterit humana lex (vt. q. sequenti videbimus) de omnibus prouidere, singularesque circunstantias prospicere, vt faceret sua prudentia iudex. ¶ In contrarium autem est

Isidorus. Isido. lib. 5. Etymol. ca. 20. & refertur inter De creta distinct. 4. vbi ait, factas esse leges vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur audacia, & no cendi facultas.

QVæstionis huius solutio facilè ex ipsa rerum natura, & humana conditione colligitur. Respondetur ergò duabus cõclusionibus. Vna est: Necessarium prorsus

Prima cõclusio. fuit præter legem naturæ alias humanas pro rerum varietatibus, emergẽtibusq; casibus ac negotijs condi. Cõclusio hæc ex duabus radicibus constat: videlicet & ex discursiuo ingenio nostro, & ex rerum indigentia. Enimuerò

Prima ratio. sicut in speculabilibus, sic & in practicis innata nobis vis est ex vniuersalibus principijs & indemonstrabilibus conclusiones de

ducere:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducere: easdemq; in duplici differentia. Alias quippe necessarias demonstramus, vt in Mathematicis: alias verò propter ineuidentiã cõsequentiæ sub opinione colligimus pro qualitate cuiusq; scientiæ. Pari modo in practicis ex primis principijs (vt dictũ est) præcepta Decalogi, quasi necessarias cõclusiones eximimus: & ideò sunt de iure naturę. Sed tñ qa actiones nostrę in singularib⁹ versant, necesse est ex eisdem principijs obseruatis circunstantijs loci & temporis ad particularia descendere. Qua propter illæ regulæ hunc in modum constitutę, quia non necessariò ex solis principijs naturalibus pullulant, sed rationis adminiculo constituuntur, humanę leges nũcupãtur. Vti sunt leges quę in venditionibus & cęteris rerũ cõmutationibus positæ sunt: sine quibus genus nostrum vitam nequiret transigere. ¶ Sed exurgat hinc quispiam fortasse aduersus Dei naturęq; prouidentiam. Nunquid nõ prouidentiùs nobis fuisset consultum si lex ipsa naturæ vsque ad singularia doceret nos omnia. Arguitur enim hoc fuisse cõsultius: eò quòd ratio affectibus sępe obscuratur: cùm tamen lex naturę semper sit perspicua. Respondetur omnia esse dispositа secundum naturam nostram. Rationis enim ingeniũ ac natura est discurrere: & ideò sapiens Deus, naturaq; sagax semina in nobis tantùm posuit: quę rationis cultura venirent ad frugem. Idq; tam in speculabilib⁹ quàm in practicis: videlicet tã in artibus, quàm etiam in moribus. Hinc ergò secundò colligitur nostra conclusio. Etenim vt quantum ad scientias creatus intellectus est cum principiorum lumine ex quibus ad diuersas scientiarũ proles & opiniones discurreret, diuersasq; artes in lapide, ligno, & lana, aliisq; materijs, nobis conducentes meditando excogitaret: niempè quibus vestimur, tegimur, nutrimur & oblectamur. Patri modo (vt autor est initio. 2. Ethic. Arist.) semina virtutum moraliũ in nobis iecit, quę nostra disciplina & consuetudine culta ad messem albescerent. Disciplina autem morum potissima ac efficacissima est legum humanarum positio: ergò præter legem naturę, quę sementem facit necessariæ sunt leges humanæ, quibus vberius proueniant segetes. Tertio eadem conclusio cõprobatur. Lex naturę licet regula sit morum vniuersalis, non tamen pœnas adhibet coampulsorias, quę tamen hominibus pro statu naturę lapsę necessarię sunt: ergo præter legem naturę operępretium est pœnales leges adhiberi. Doctrina est Arist. 10. Ethi. cap. 9. vbi ait alios natura, & alios consuetudine, atq; alios disciplina fieri bonos. Natura quidem non est in nostra potestate, sed Dei dono quidam tales nascuntur, quales virtutum chorus genuisse videtur. Alij verò consuetudine statim ab infantia boni fiũt. Sed tamen disciplina non omnes satis institui possunt, nisi illi tantum qui consuetudine sunt præmoliti. Sicuti nouale antequàm excipiat semina, curuo op⁹ habet arâtro: ergò aduersus illos qui ad malum proclines sunt, ad bonũ verò duri ac proterui, qui scilicet honesti gratia adduci non possunt, necessarius est metus vt vi cohibeantur à malo: & sic alijs vitam quietã relinquant, & sibi mens inquieta, metu cauere iubeat. Est enim homo (cuius. 1. Polit. cap. 2. autor est Aristo.) vt perfectione susceptа optimum cũctorum animaliũ: ità si alienus fiat à lege, & à iudicijs, omniũ pessimum. Sęuissima eñ est iniustitia tenẽs arma hõ vero arma tenet per innatã prudẽtiã: quę ideò legibus dirigẽda est, metuq; coërcẽda. Atque hac de causa (vt q. 1. diximus) leges condere non potest nisi vel respublica vel qui eius fungitur autoritate. Eademque ratione natura hominem genuit ciuile animal: nempè vt in societate legibus septus viueret.

Obiectio.

Solutio.

Secunda ratio pro conclusione.

Tertia.

Aristot.

Probatio.

Ad primum argumẽtũ

AD primum igitur argumentum respondetur q etsi lex naturę participatio sit ęterne, haud tamen humana ratio totam virtutem principiorum naturalium apprædere potest: nisi, quę sua natura est, discurrendo. Haud enim quę in principijs vniuersalibus delitescunt simplici intuitu, veluti intellectualis angelus cernit: sed ratiocinando aliud ex alio deducit. Ob idq; vt in speculabilibus æterno lumine: sic & in practicis ęterna lege dupliciter illuminamur. Primùm suscipiendo generalia principia: secundò, vt discurrendo ex eisdem principijs alias particulares leges eliciamus: quæ cum in eadem ęterna lege præeminenter existant, non satis per naturalem explicãtur. Et hoc quantum ad vim directiuam legum. Sed & quantum ad coërciuam eadem penè ratio est. Lex enim naturæ malefactorum conscientias exulcerat, corroditque & percellit: atque vt ait ad Roma. Paulus: cogitationibus satis accusat, vt possent cordati homines metu illo perculsi & turpitudinis horrore deterriti satis emendari. Ait enim. 1. Confes. August. Insistis Domine & sic est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animꝰ. At quia sunt alij vsqueadeò sensuum voragine submersi, vt non nisi quæ oculis obijciuntur extimescant, accumulari debuerunt humanis legibus sensualia supplicia. Ob idque ait

Paul.

Augustin.

Paulus.

Solutio secũdi argumẽti

Ad tertium.

Ad quartũ.

Aristot.

Prima ratio quare melius lexq̃ homo dominatur.

Secunda ratio.

Tertia ratio

Aristot. Argumentũ Aristot. vbi suprà.

Paulus.

Paul. iusto non esse legem positã: nimirum q̃ lex naturæ, fidei radio illustrata ei abũdat vt à malò retrahatur, alliciatur ad bonum. ¶ Atque hinc planè colligitur solutio argumenti secundi. Concedimus enim rationem non esse regulam primam, sed naturalem legem, quæ est æternæ imago: nihilo minùs illud exemplar ratio prospiciens leges exprimit humanas. ¶ Circa tertium autem diffiteri non possumus leges humanas non ea vigere certitudine, qua specu latiuas conclusiones: eò q̃ nõ circa necessaria, sed circa singularia contingentia, varietati sub iecta statuũtur. Neque opus est omnem mensurã infallibili certitudine pollêre: sed satis est vt vnaquæq; secundum ingenium suæ materiæ fida fit. Et hæc est ratio quare leges humanæ non sunt, vti naturales, immobiles. ¶ Quartum argumẽtum grauioris est ponderis. Quæstio enim est quam Arist. 3. Poli. c. 11. tetigit: An scilicet respublica melius ab optimo homine, quàm optima lege gubernetur. Definit autem melius legem quàm hominem dominari. Id quod &. 5. Ethi. c. 6. commemorat. Nempè quia facilius est vnum aut paucos prudẽtes inuenire legum conditores, quàm iudicum multitudinem. Etenim qui leges ferãt, pauci in vno sæculo satis sunt: qui verò ius dicant, impendiò quamplurimi sunt necessarij. Deinde quoniam leges longi temporis consideratione feruntur: iudicia verò breuissimè cogitantur: & ideo facilius hîc, quàm illic error continuersalibus & futuris constituantur, neque pergit. Præterea maximè quòd cum leges de vnisonas singulariter tangant, non conduntur per sonarum respectu: senator verò & iudex, quia cum singularibus personis agit, odio percelli potest & amore: ac potissimum auaritia corrũpi. Quare melius est vt q̃ maximè fieri possit cuncta legibus explicentur: iudicibus autem non nisi minima, quæ lege determinari nequeunt, relinquãtur. Vnde ait quòd qui legem præesse iubent, Deum præesse iubent & leges (vt potè à quo ipsæ promanant:) qui autẽ hominem iubet præesse, adiũgit bestiam sæuam: quia libido atq; ira obliquos agit etiam viros optimos, dum sunt in potestate. Iudices ergò nõ leges ipsi, sed (vt. 5. Ethi. ait Arist.) legum debent esse fidi custodes. ¶ Fit per hæc responder tur ad quoddam argumentum, quod sibi Aristot. ibidem de artificibus opponit. Conducentius enim, ait, ad corporis salutẽ apparet vt medicus prudẽtia sua quàm literarum præscriptis alligatus ægroto medeatur. Nam multò satiùs particulares circunstantias morbi sic habebit perspectas: ergò eadem ratione salubriùs sin-

Solutio prima.

Secunda solutio.

Periculosũ & temerariũ est medicũ suas proprias opiniones at q; existimationes arti anteferre.

Quarta ratio.

gulari hominum prudẽtia, particularibus euentibus informata, poterit gubernari respublica, quàm præscriptis legibus. Respõsum inquam duplex est. Primum enim negatur, medici prudentiam quicquam valere nisi per artem medicam fuerit instructa: certiùs enim per artem q̃ sine ipsa fit curatio. Deinde medicis non tam crebrò accidere potest vt corruptum habeant animum ad necandum infirmum, quàm iudicibus ad sententiã ferendum vel in fauorẽ vnius partis vel in perniciem alterius. Et ideò periculosius est iudicis arbitratui iudicia permittere, quàm medici. Nihilo seciùs cùm de fide medici timeatur, nempè dum in suspitionẽ venit q̃ pretio corruptus vel odio saluti infirmi insidiatur, oculatiùs obseruandus est vt artis præscripta ad vnguem seruet. Quin verò addiderim periculosum esse maximè & temerariũ vt medici suas proprias opiniones & existimationes scientię & arti anteferant. ¶ Sed quò ad iudices reuertamur: Accedit huc quartò q̃ (vt idem ait Philosophus. 10. Ethi.) lex dum probitatem iubet, licet hominem a voluptatibus cohibeant, nemini molesta est aut odiosa, quẽadmodum iudex, qui facilè in suspitionem venit, an odio alióve affectu fuerit infectus. Quapropter (vt hinc ego colligo) principum pædagogi & consiliarij hac vti debet cautela, vt quando ipsi nõ audent patronos suos reprehendere, leges virtutum historiasq; legendas porrigant, quæ inuidiam non generant, & mores instituunt.

¶ Ad reliquam autem argumẽti difficultatem respondẽtes fatemur minutiora illa, quæ legibus cõprædendi non valẽt, iudicis esse arbitratui relinquenda, vt. ff. de legib. l. non possunt. sancitur. Eò q̃ dum omnia legibus cõplecti nõ possumus, quædã negligimus, nè cunctorũ iacturam faciamus: eorum instar, qui ingruente tempestate, quædã in aquas insanas exonerãt, vt naui reliqua seruent. Quòcirca iudex præter animi rectitudinem apprimè scientiæ ac prudentiæ indiget, vt legum vniuersalia dextre valeat ad singularium euentus accommodare.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm omnis humana lex à naturali deriuetur.

SEcũdus articulus est, vtrùm omnis humana lex à naturali deriuet. Arguitur enim primò à parte negatiua: Iustum ciuile (vt. 5. Ethi. ca. 7. ait Arist.) est illud quod à principio nihil differt sic vel aliter fiat: id autẽ quod ex lege naturę dimanat,

Primũ argumẽtum à parte negatiua Aristo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimanat, etiam ante legem humanam referebatnon ergò omnis lex humana à naturali deriuatur. ¶Secundò, ius positiuum (vt illic ait Arist.&.5.lib.Isid.) cõtra naturalem diuiditur: ea autem quæ à naturali lege descendunt non diuiduntur contra ius naturale, imò sunt eius germina: ergò leges humanæ minimè à naturali deriuãtur. ¶Tertiò, lex naturæ(vt ibidem ait Arist.)eandem vim habet apud omnes: leges autẽ humanæ non item:sed vnaquæq; respublica suis proprijs fulcitur: ergo nõ omnes à lege naturæ oriũtur.¶Quartò,omnium quę à lege naturæ fluunt naturalis ratio reddi potest:non autem omnium quæ à maioribus cõstituta sunt:vt Iulianus ait.ff. de legib.l.non omnium.Nõ ergo omnes humanæ leges à naturali deriuantur. ¶In contrarium autem faciũt Ciceronis verba lib.2.de Inuentio.Res à natura profectas & à cõsuetudine probatas legum metus & religio sanxit.

Secundum. Aristot. Isidorus.

Tertium argumentum.

Quartum.

Cicero.

Prima cõclusio.

AD quæstionem quatuor conclusionibus respondetur.Vna est:Omnis lex humani tùs posita,si recta est, à lege naturæ deriuatur. Quinimò tantum habet rectitudinis rationisque legis,quantum à lege naturæ recipit. Lex etenim(vt arti.proximo latius patebit) nisi iusta fuerit,lex non est. Imò (vt ait. 1. de lib. ar. Augusti)in tantum habet legis virtutẽ in quantum participat rationem iustitiæ.Ex hoc sic arguitur:iustũ & rectum in rebus humanis secũdum rationis regulam existimandũ est: rationis autem regula(vt nuper dicebamus)est rerũ natura,quam veluti exẽplar intuerĩ in suis cunctis actionibus debet: ergo leges humanæ, vt quæ ab ipsa ratione fabricantur,à naturali cunctę nascuntur.Neq; verò(vt suprà diximus) vetat leges humanas duabꝰ mẽsurari regulis,ęternа scilicet & naturali: quarũ hæc participatio illius est.Enimuerò vt architectus ex concepta forma domus lineas in lapide aut ligno ducit quæ ministro regulæ sunt,quas cudẽdo & serrando sequi debet:sic Deus ęternã suam legem nobis impressit quæ esset sicut certum illius signum. Quapropter dũ legẽ naturę imitamur, æternã tenemus. Vnde Cicero. lib. 2.de legib. lex inquit est iustorum,inustorũq; distinctio, ad illam antiquissimam & rerum omniũ principem expressã naturã, ad quam leges hominũ dirigũtur,quę supplicio improbos afficiũt, defendunt ac tuentur bonos. ¶Secunda cõclusio. Bifariàm quippiã à lege naturæ deriuatur. Vno modo ceu conclusio ex principijs deducta:atq; altero vt specifica determinatio alicuius communis generis. Ex illo enim principio, Quod tibi non vis,id nemini facias,sequuntur illæ conclusiones:Non occides,non furtum facies.&c.sed ex illo quod est,Omnis virtus præmio digna est,& vitiũ pœna: lex humana sanxit sicariũ latronemq; suspendi, hæreticum q; cõburi.Vbi commune supplicij genus ad particulare trahitur.Quemadmodum artifex formam domus in cõmuni cõceptam ad peculiares fabricas accõmodat,vt hæc sic, illa aliter cõstruatur.Et patet inter hos deriuationis modos latum discrimen.Prior enim fit per viam syllogismi. Cuius vtraque præmissa est naturaliter nota:scilicet,Quod tibi nõ vis, alteri ne facias: nolles occidi, neq; tuis bonis expoliari, nec in tua vxore iniuriã pati: ergo non homicidium, non furtum,non adulteriũ facies. Posterior verò nõ fit hoc pacto.Ex hoc enim q̃ omnis malus est puniẽdus, rectè instruitur syllogismus, quòd si iste est malus,iste puniatur. Hoc tamẽ vniuersale, id est, sumptum cum distributione non est illud quod per legem positiuam secundo modo determinatur: sed vniuersale genus, quod ad suas applicatur species. Vt si improbus pœna plectendus est, talis, scilicet fur, puniatur tali pœna:quod non sequitur per similẽ syllogismum, sed per humanam existimationem qua culpæ admetimur pœnam. Fit enim sic collectio.Omnis malus est puniẽdus:latroni autem congruens supplicium est suspendiũ, hæretico q; incendium:ergo sic sunt puniendi. Posterior verò assumpta non est naturalis cognitio,sed humanum arbitramentum. ¶Hinc sequitur cõclusio tertia.Deriuatio legis humanæ ex naturali quæ fit per viam conclusionis non est constitutio noua talis operis in genere virtutis,sed explicatio virtutis quæ in principijs naturalibus latebat.Etenim, Non fornicaberis,Depositum redde,& Decalogus,ante humanam ratiocinationem erant virtutes, latentes tamen in principijs naturalibus:sunt autem explicitus posita nè quis sibi eorum ignorantiam prætexeret.Secũda verò deriuatio est noua constitutio operis in esse virtutis.Iure enim naturæ non erat virtus latronem occidere aut hæreticum:nam lex naturæ tantum dicebat vt punirentur: sed lex humana fecit eorum interfectionem esse virtutem. Pari modo lex naturæ,veluti generale principium est. Temperatè & frugaliter viuẽdum est, quatenus corpus expeditus possit animo inseruire:ex quo nõ propalàm sequitur abstinendum esse à carnibus, aut semel tantum in die reficiendum. sed tamen lex humana inde id arbitrando deduxit qualis debet esse temperantia:& ideo humana lex constituit abstinentiam carnium sub virtute temperantię,vbi ante non erat.Eodẽ modo, Sabbatha

Augustin. Argumentũ pro conclusione.

Cicero.

Secunda cõclusio.

Declaratur conclusio.

Sabbatha sanctifices: determinauit ad hoc vel illud festum colendum, atq; ad sacra audiẽda.

D.Thomas.

Quo fit vt quemadmodum ait.S.Thom.leges humanæ prioris generis vigorem habeant suũ in lege naturę:illæ verò posterioris ordinis, minime.Quòd si supremam huius rationem perscruteris,hæc est,vt reor, q̃ cõclusiones in suis principijs actu cõtinentur: species autem in genere non nisi in potentia:vt patet in Prędicab. Animal enim non cõtinet omnes species actu, aliàs quodcunq; animal esset omnium specierum.Ob idq; leges illæ quæ per cõtractionem generis ad speciem constituuntur vigorem nõ habent nisi in illa minori,quam ratio humana constituit:scilicet viuendum est tẽperatè: huic autem tempori & genti hæc temperantia congruit: ergò in Quadragesima à carnibus abstinendum est.

Absolutissima ratio cõclusionis.

Ad primũ argumentum. Aristot.

PRimum igitur argumentum per hanc proximam sententiam dissoluitur. Appellauit enim Philosophus.5.Ethi.iustũ legale id quod est mere ciuile,id est,quod secundo modo deriuatur ex naturali:quo dicto anteq̃ stabiliretur nõ erat virtus: ac subinde neq; referebat sic vel aliter fieri.Secùs de altero deriuationis modo. Vnde per hanc distinctionem articulo quarto diuidemus ius humanũ in ius gentiũ & ciuile.

Ad secundũ argumẽtum

¶Pariq; modo respondetur ad secũdum argumentum,ius humanũ,non quodcunq; sed ciui le quod secundo modo deriuatur à naturali, di uidi cõtra ius naturale.¶Ad tertium autem respondetur,ius naturale,quod Arist. ait eãdem habere potentiam apud omnes, consistere in principijs:nam conclusiones, & præsertim specificas determinationes, ipse ibidẽ agnouit variari apud varias nationes. ¶Ad quartum respondetur q̃ Iurisperitus in lege citata non negat,eorum quæ à iure naturæ per modum cõclusionum eliciuntur,posse rationem reddi:eorum autẽ quæ secundo modo deriuantur,quia seniorum cõsultatione per experiẽtiam & prudentiam statuta sunt, veluti vniuersalium specificæ determinationes,non est semper exigẽda ratio,sed eorũ experiẽtiæ, & prudẽtiæ habẽda fides:vt.6.Ethic.author est Aristoteles.

Ad tertium

Tertia conclusio.

Ad quartũ.

Explanatio conclusio.

Aristot.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm legis humanæ qualitates rectè ab Isidòro describantur.

GRæca alias legum species nihil opùs est qualitates perscrutari in quibus earum rectitudo posita sit:videlicet circa legem æternam, naturalem, & diuinam. Nã illæ innata natura sua bonæ & rectæ sunt. At verò de humana, quia ratio nostra hallucinari solet, explorare necesse est quibus debeat lex conditionibus exornari, vt sit bona. Easdẽ autẽ Isidò.lib.5.cap.21.hoc ordine ponit.Erit, inquit,lex honesta,iusta, possibilis,secundum naturam,secundùm patriæ consuetudinem, loco temporiq; conueniens,necessaria,vtilis, manifesta quoque, ne aliquid propter obscuritatem in captione contineat,nullo priuato commodo,sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.Et refertur dist.5.can.Erit autem. ¶Arguitur autem non esse necessariam tam longã qualitatum seriem:nam suprà cap.3.compendiosius dixerat,lex erit omne quod ratione cõstiterit duntaxat, quod religioni congruat, quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat:superuacanea ergo fuit prolixior oratio.

Isidorus.

Argum.1.

¶Secundo,consuetudo distinguitur à lege scripta,vt author est idem Isidò.distin.1. ergò lex non fertur secundùm consuetudinem. ¶Tertio,necessarium dupliciter vsurpatur. Vno modò pro eo quod impossibile est aliter se habere,de quo nõ est necessaria lex. Ridiculũ enim esset legem sancire, vt quę in vtero habet partum ædat,necessarium autem ad consequutionem finis idem est quod vtile: repetitio ergo eiusdẽ fuit dicere, Vtilis & necessaria. ¶Quartò deniq; arguitur. Nõunquàm iniquum est ad legis rigorem iudicare: sed est operæpretiũ eam veluti Lesbiam regulam ex æquo & bono ad rerum euentus inflectere, vt.5. Ethic.ca. 10.author est Arist. ergo non est vsq; adeo legi necessarium vt sit iusta. ¶In contrarium autem facit authoritas Isidòri.

Argum.2.

Argum.3.

Argum.4.

AD quęstionem respondetur vnica conclusione. Optimè Isidò. bonitatem legis suis numeris circumscripsit:prius quidem compendio,pòst verò explicatius. Duo nanq; est in lege considerare,penes quæ conditiones bonæ legis exigendę sunt,& examinandæ. Est enim lex & prescripta forma quę humanas actiones in debitum finem ducit: & prętereà mensura & regula ad exemplar æternę naturalisq; legis posita.Si autem considererur vt forma ducens in finem,necesse est vt talis sit,qualis ad eundẽ conducit finem secundùm Philosophũ.2.Phy si.serræ nanque talis est necessaria forma, qualis fuerit ad serrandum aptissima.Si autem consideretur vt regula & mensura, debet esse ad æternam & naturalem expressa. Finis autem humanę legis est hominum vtilitas:vt.ff.de legib.l.Nulla.refertur: hoc est salus eorum, morumq; suorum institutio vt tranquillè & fœliciter

Cõclusio responsiua.

Aristo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citer viuant. Prima ergò bonæ legis cõditio ad legem spectat æternam, quę fons est totius rectitudinis. Et hoc est quod ait Isidò. religioni congruentissimè qua Deus colitur, qui primus statuendus est finis nostrarum actionum. Hoc enim ipsum & Plato. 1. de legibus, agnouit. Secundum quod legi humanę tribuitur, est in ordine ad naturalem, quę alterum est eius exemplar. Et hoc est quod illic subdit, dicens, Quod disciplinæ conueniat. Disciplina enim (vt Plat. 2. Dialogo de legib. docet) est puerorum educatio, morumq; nostrorum institutio. Idem ergò est disciplinæ cõuenire, quod regulam esse moribus componendis appositam. Quæ quidem disciplina tradenda hominibus est secundum eorum naturam. Restat ergò tertium respectu finis vt lex saluti incolumitatiq; hominum proficiat. Vocatur enim hic salus optima animi dispositio, qua ab ingruentibus affectionibus & morbis, qui nostra sunt calamitas, prę seruamur incolumes. Sic enim ait Paul. Nunc enim propior est nostra salus quàm cum credidimus. ¶ Ad has tres qualitates (vt author est. S. Thom.) reducitur aliarum numerus. Explicatiùs tamen oratorum more per illum depingitur legis figura & pulchritudo. Enimuero cum regula sit virtutum quarum pręmium est honor, nihil est legi antiquius quàm quòd sit honesta. Et quia verus virtutis honos diuinitus expetendus est, optimè quòd dixerat, religioni congruens, honestatis verbo explicuit. Tametsi & hoc quoq; eâdem voce doceatur, vt ne sit turpis: videlicet quæ oculos & aures offendat: vti erant apud miseros illos Ethnicos ritus & leges suorum templorum. Videlicet lex Bacchanaliorum, quæ crapula celebrabantur, & obscœna hominum nuditate. Esset præterea inhonesta lex quæ ingenuos ac illustres magnates eodem infami supplicio quo latrones puniret. Deinde, vt quod dixerat, disciplinæ conueniens, declararet, quod ad legem naturę diximus pertinere, subiungit: Iusta, possibilis. &c. In tribus enim humana disciplina posita est. Primùm vt rationi sit adæquata, eius in cunctis lineam tenens: in quo ratio iustitiæ consistit. Quòd si arguas nihil esse honestum quod non sit iustum, & ideo esse frustraneam repetitionem, honesta & iusta. Respondetur, si iustum vniuersaliter accipias pro omni virtute, idem est quod honestum: attamen iustitia, specialis virtus, est pars, hoc est, vna ex quatuor speciebus honesti: vti secundum Aristot. ait Cicero. 1. de Offic. Est enim honestum idē quod moralis virtus, quæ in quatuor diuiditur cardinales. Dicere ergo honesta & iusta, specificatio est generis per speciem. Secundò, Humana disciplina in hoc consistit, quòd sit in nostra facultate more & vsu legum præscripta sequi. Et hoc est quod ait, possibilis secundum naturam: hoc est secundum conditionem eorum quibus lex ponitur. Sed ais: Nomine ipso iustitiæ includitur possibilitas: Nam quod impossibile est, iustum esse nequit: Respondetur quòd hoc etiam concesso, necesse fuit depromere qualis sit possibilitas legis. Nempe quæ sumi debet ex ciuium ingenio & conditione: Vnde possibile hoc loco accipitur pro eo quod est non difficile. Bifariàm enim Philosophus. 1. de Cœl. accipi ait impossibile. Vno modo simpliciter: & altero pro eo quod non bene non facile factibile est. Debetq; possibilitatis ratio pro personarum qualitate pensari quam Isidò. naturam vocat. Non enim pueris & ætate nõdum firmis senióve confectis eadē imperari exercitia debēt & laborū grauamina, quę alijs firmioribus & validioribus. Neq; tot ieiunia aut spiritualia officia sunt lege à sęcularibus exigēda, quot à religiosis monachis. Tertio requiritur ad debitā disciplinam, vt lex sit omnibus circumstantijs vestita. Circumstantiæ autem sunt, tempus & locus. Et ideo ait secundùm consuetudinem patriæ, loco & tempori cõueniens. Nam cùm rerum natura mutari nõ possit, quę in diuersis regionibꝰ diuersa fert hominum ingenia & mores & morbos, debēt leges moribus regionis adaptari. Sunt enim Germani (vt verbi gratia dixerim) minus mortis timidi, ferióq; magis & truces: & ideo inter illos nonnulla scelerum genera atrocissimis supplicijs vindicantur, quæ Hispanis non sunt præ nimio eorum horrore congruentia. ¶ Cætera verò quæ sequuntur ad finem legis, humanam scilicet salutem spectant. Debet enim lex homines & à malo retrahere, & in bonum promouere. Propter primum, dicitur necessaria, scilicet ad cauendum incommoda, & nocumēta quibus peruertimur: propter secundum dicitur, vtilis. Vtile enim idem est quod medium ad finem accommodum. Quare, necessarium, in proposito non vsurpatur simpliciter, sed hoc pacto differt ab vtili, quòd respectu sunt diuersorum effectuum. Vnde id maximè legi ferri deberet considerare nè legum multitudine subditos obruerent: sed illis essent tantum contenti, quæ sunt penitus necessariæ: nam ipsa multitudo fit statim impossibilis. Vnde illicò efficiuntur veluti aranearum telę, quibus muscæ arcentur, non leones. Legum inquam immodica turba hoc solùm præstat, vt boni & mites, qui legibus non indigent, circumsepti viuant: perniciaces autem & indomiti leges plures habeant, quas pessundent ad suas explendas libidines. ¶ Sed ad eundem finem legis, per quàm maximè decens est, vt nulla sit obscuritate obuoluta, nè ad captādos ignorantes muscipula fiat: sed sit vsq; adeò manifesta, vt trāsgressorum nemo possit non eam intellexisse. Vnde eodem titulo de legib. & constitu. legimus, Leges sacratissimæ quæ constringunt hominum vitas, intelligi ab hominibus debent: vt vniuersi præscripto earum manifestiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. ¶ Deniq; vt eundem legum finem palàm Isidorus indicaret, quasi omnium compēdium conclusit dicens: Nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta. Etenim vt inter regem ac tyrannum hac sola ratione interest, quod ille in commune bonum, hic autē in suum priuatum cuncta refert: sic & inter legem bonam & malam hoc idem est interstitium. At verò cùm alijs modis & respectibus leges possint pro priuato commodo cõstitui, ille esset omniū pessimus ac pestilētissimus, si lucri gratia conderētur. Videlicet, vt vel trāsgressorū mulctis, vel dispensationū frequētia, legislatorū ærarium ditesceret, aut aulicorū res augerentur. Optimè ergò ait. 1. de lib. arb. Augustinus. quòd lex iniusta nõ est lex. & eleganter. 2. de legib. Cice. Constat profectò ad salutem ciuium, ciuitatumq; incolumitatē, vitamq; hominum quietam & beatam, conditas esse leges: eosq; qui primùm eiusmodi scita sanxerunt populis, ostendisse ea se scripturos atq; laturos, quibus illi scriptis susceptisque, honestè, beateq; viuerent: quæq; ita compositā, statāq; essent, eas leges videlicet nominārunt. Ex quo intelligi par est eos qui pernicioſa & iniusta populis iussa descripserint, cùm cõtrà fecerint quàm polliciti professique sint, quiduis potiùs tulisse quàm leges. vt perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim & sententiam iussi & iuris colendi. At quid opus est testibus? Lex regula est: regula autem nisi recta sit, suam non retinet naturā: lex verò iniusta, obliqua est: nihil ergò minùs quàm lex.

¶ Primum igitur tertiumq; argumentum quę suprà obiecimus, planè soluta sunt. ¶ Ad secundum autem respondetur. Quod consuetudo antequàm scripta sit vim habet legis, vt. ff. de leg. l. diuturna. &. l. sed ea ait Iurisconsultus. differt tamē à lege quæ reipublicę cõsensu scribitur. Debet autem lex poni quæ cum patriæ consuetudine non pugnet: nisi consuetudo abiectu digna sit. ¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod cum humanarum rerum casus tātę sint varietati subiecti, nullatenùs queūt leges tanta constitui certitudine, quin quandoque sint ex æquo & bono interpretandæ. Nā & lex ipsa naturalis de reddendo deposito deficit dum ab eo petitur qui nocere parat. Pari modo lex quæ capite punit homicidam, deficit cùm quis vxorem occidit in adulterio deprehensam. Quapropter (vt eodem citato loco ait Arist.) defectus huiusmodi non sunt in lege, sed in rebus ipsis humanis, quarum casus nequeunt certiùs comprehendi. Qua vtiq; de causa appositissimè lex cõparatur regulæ Lesbiæ. Erat enim insula vbi lapides, præ sua intrabili duritie, nequibant cudendo quadrari vt adaptarentur ad regulam. Et ideo vice versa regula, quæ idcircò non ferrea sed plumbea erat, flectebatur vt gibbositati lapidis adaptaretur: quò secundum regulæ curuitatem deprehenderetur in muro sedes, vel sterneretur locus cui aptiùs insideret. Vnde fit consequens vt cùm lex ob necessitatem ex æquo & bono accommodatur rebus, illam Arist. obliquitatem non tribuerit vitio, sed laudi, propter incõstantiam rerum humanarum. Sed tamē extra talem necessitatē meritò malè audit regula Lesbia. Puta dum lex vel ad principum voluntatem inflectitur, vel alias ob causas non mores ad legē collimantur, sed lex ad morum corruptelam detorquetur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm conuenienter Isidò. & qui illum sequuntur ciuiles leges iusq; humanum diuidat.

IAndem in hoc postremo quæstionis articu. videndū est vtrùm diuisiones humani iuris conuenienter fiant. Et arguitur à parte negatiua: Ius humanum diuidunt tam Isidò. quàm leges ciuiles in ius gētium & ciuile: vt patet dist. 1. &. ff. de Iust. & Iure. vbi post ius naturale quod cõtra humanum opponitur, subsecatur, ius gentiū & ciuile. Ius aut gentiū potiùs ad naturale pertinere videtur q̄ ad ciuile: quandoquidē cõclusio est naturalis iuris: quare Isidò. ipse qui dixerat, ius naturale esse cõmune omnium nationū, subdit ius gētium inde sic appellari, qp ipso omnes ferè gentes vtūtur: ergo inepta est diuisio. ¶ Secundo arguitur. Fit alia legū diuisio in leges sacerdotum & militum, quæ quidem sumitur ex diuersis officijs: igitur cum pe

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè innumeræ sint officia opificiaq; reipublicę, in infinitum producenda esset illa diuisio.

Tertia ratio. ¶Tertiò arguitur: ius ciuile diuiditur in Senatusconsulta, & plebiscita, & alia id genus: hæc autem tantum materialiter differre videntur, videlicet tanquàm leges à pluribus vel paucioribus positę: non autem formali ratione iubendi. materialis verò diuisio non cadit sub arte, quia procedere potest in infinitum: sicut si dicas leges Athenięsium vel Lacedæmoniorum vel Romanorum: illa ergo nequâquam est artificiosa diuisio. Et eodem modo impugnatur partitio alia, qua leges diuiduntur in Corneliã, Iuliam, Semproniam, & alias quę à solis authoribus sortiuntur diuersa nomina. Cùm enim absq; numero sint authores, absq; arte fit talis diuisio. ¶In contrarium facit tum Isidó. tum etiam legis prudentum authoritas.

Isidorus.

Cõclusio responsiua. QVæstio presens vnica conclusione dissoluitur, quæ est hæc: Ius humanũ, vt idem sit quod lex humana, quadrifariam ex arte diuiditur. Vnumquodq; enim genus secundùm id quod in eius ratione continetur per se diuiditur, & (quod aiunt) formaliter: non autem penes id quod sibi forinsecus accidit: sicuti animal, quia in se continet animam, quæ ratione intrinseca, vel rationalis est, vel irrationalis, per se diuiditur in rationale & irrationale: non tamen in album & nigrum, sicut coloratũ: in ratione autem legis humanæ quatuor per se includũtur: ergo tot modis potest in species diuidi. Primum nanq; quod legi humanæ per se competit, est deriuari (vt arti. 2. diximus) a iure diuino: idq; dupliciter contingit: scilicet & per modũ naturalis illationis, & per modũ arbitrarię determinationis: igitur penes has differẽtias primum omniũ distribuitur ius humanum in ius gentium & ciuile. Dicitur enim ius gentiũ quicquid mortales ex principijs naturalibus per modũ cõclusionis ratiocinati sunt. Exempla sunt manifesta. Statuamus illud naturale principium: Vita humana in pace & trãquillitate sustentanda est & confouenda. Inde, subsumpta altera præmissa quòd natura corrupta in communi viuens neq; agros coleret diligenter, neque in pace viueret, gentes intulerunt diuidendas esse possessiones. Ex eodem itidem principio elicuerunt seruitutis legem: nam aliter seruari nequiuerat hostis in bello. Rursus ex eodem principio, subiuncta altera præmissa, scilicet quod homines, ciuile animal, sustentare se nequeunt nisi vicarijs se operis mutuò iuuent, intulerunt leges omnes venditionis, locationis, impignorationis, aliarumque commutationum, pactorum & cõuentorum: vt habetur. ff. de Iust. & Iure. l. Ex hoc iure. quibus humana societas colligatur & sustinetur. Quicquid verò per modũ determinationis generis per speciem constitutum est, ius appellatur ciuile. Vnaquæque enim ciuitas, aut respublica sua sanxit particularia scita. Vt ex illo naturali principio, Deus sacrificijs colendus est, diuersa instituta sunt sacrificia, boum scilicet aut caprorum: & (vt ait. 5. Ethico. Arist. cap. 7.) capram dijs, sed non duas oues mactare. Sacrificia verò antiquę legis diuinitùs instituta sunt, & sacrosanctum nostrum Eucharistiæ, ab ipso redẽptore, qui factus est pro nobis hostia & sacrificium. Leges etiam (vt diccbamus) pœnarum quibus diuersis maleficiorum generibus diuersa sunt supplicia decreta, ad ius ciuile pertinent. Itaq; ius naturale absq; vlla ratiocinatione scriptum est in mentibus nostris: ius autem gentium naturali ratiocinatione, absq; hominum conuentu, & longo consilio inde elicitum: ius autem ciuile arbitratu hominum in vnum coëuntium concilium cõstitutum. Vnde Isidó. lib. 5. cap. 5. quod refertur dist. 1. Ius, inquit, ciuile est, quod quisque populus vel ciuitas sibi proprium diuina humanaq; causa cõstituit. ¶Vnus hinc tamẽ oboritur scrupulus, responso dignus. Consequens enim ex his fieri videtur præcepta Decalogi esse de iure Gentium: quandoquidem (vt suprà visum est) ex principijs naturalibus, ceu conclusiones eruuntur. Cõsequens autẽ hoc falsum est: nam quãtum ad radicẽ de iure naturę cẽsentur: quantũ verò ad explicationẽ & positionẽ de iure Diuino, tum antiquo, tum etiam Euangelico. Ad hoc tamẽ respõdetur ꝙ ratione originis omne ius gẽtium dicitur de iure naturæ: licet ratione illationis ac positionis nuncupetur ius gentiũ. Ob idq; nihil vetat si antè legem scriptam Decalogus censeretur posteriori modo de iure gẽtium. Tametsi propter euidentiam proximæ illationis, forsan non sortiretur nomen nisi iuris naturæ. Nam est Decalogus adeò patẽs, vt principijs naturalis iuris sit proximus. At verò quoniam caligante iam mortalium mente præcepta illa digito Dei in tabulis exarata sunt, nomen obtinuerunt diuini iuris. Non quòd supranaturalia sunt, sed quia Deo authore exposita. ¶Per hæc soluitur argumentum primum. Ius enim gentium sic non negatur quodammodo esse naturale, vt tamen censeatur ab illo differre propter illationem: tunc præsertim, dum longius conclusio à principijs distat. ¶Secunda conditio humanæ legis est ordo ad commune bonum. Et secundum hunc ordinem

Ostenditur conclusio.

Discrimẽ ter ius naturale, gentile ac ciuile.

Isidorus.

Scrupulus.

Solutio.

Ad primum argumentum.

Secunda humanæ legis conditio.

nem diuiditur respectu diuersorũ officiorum ac ministrorum, qui egregias operas nauant communi bono: vt est lex sacerdotum, qui religionis cultui consecrantur. Et leges militum, qui publici sunt custodes: legesque magistratuum, qui iustitiæ administrandæ præficiuntur. Haud tamen inde fit consequens (vt secundo loco ante quæstionem arguebatur) multiplicandam esse hanc diuisionem ad opificum numerum qui sunt in republica. Nam alij non sunt publici eius ministri communi bono deputati, sed particularibus necessitatibus inseruientes. ¶Tertiò conuenit legi humanæ ab illis institui, qui publica funguntur administratione reipublicæ: generis autem reipublicæ (vt suprà iam secũdum Aristot. in Polit. diximus) multæ sunt species. Alia enim est Aristocratia, id est optimatum principatus: quare leges quę ab illis eduntur nuncupantur Senatusconsulta, responsa prudentum. &c. Secunda regiminis species est, Oligarchia, id est, paucorum diuitumque & potentum principatus. Et secundum hoc sumitur ius prætorium, quod etiam dicitur honorarium. Tertium regimen est Democratia, hoc est, popularis potentia: cuius leges dicuntur plebiscita. Aliud autem distinguitur regimen tyrannicum, de qua specie propter eius corruptionem nullum sumitur legũ nomen. Sed quartum regiminis institutum, est regnum. Et secundum hoc sumitur species legum quę dicuntur constitutiones principum. De quibus extat titulus. 1. lib. Digestorum: Cuius prima lex est, Quod principi placuit legis habet vigorem. Aristot. autem ex his videtur aliud comminisci, quod ei forsan optimum iudicatum est. Et ex hoc (vt author est Isidó.) natæ sunt leges, quas maiores natu simul cum plebibus sanxerunt. ¶Et per hæc satisfactum est tertio argumento. Haud enim harum differentiæ legum ob numerum tantum legumladiuersas. Quocirca non est eadem ratio diuisionis legum in Romanas, Athenienses, Lacedæmones. &c. Hæc enim non specifica, sed prorsus numerica est. ¶Quartum, quod lex humana sua ratione includit, est componere humanos mores, diuersosq; animi insultus compescere. Ex hac ergo parte sumitur diuisio legum in legem Iuliam de adulter. & Cornel. de Sica. & Aquili. & alias: quæ licet à suis authoribus nomina traxerint, tamen non solum hac ratione discrepant: (quod quarto argumento impugnabatur) sed propter specificam actionum differentiam, de quibus latæ sunt. Restant ergò omnia argumenta soluta. Hæc autem satis dicta sint ad exponendũ iuris diuisiones. De quibus, præter loca citata, copiosa fit mentio. ff. de orig. iuri.

Soluitur secundum argumentum.

Tertia, vnde iuris humani tertia diuisio ducitur.

Prima. Aristocratia.

Secunda. Oligarchia.

Tertia. Democratia

Quarta regiminis species

Aristot.

Isidorus.

Ad tertiũ argumentum.

Quarta conditio legis humanæ.

Ad quartum

QVÆSTIO SEXTA, De potestate legis humanæ.

S. Thom. 1. 2. quæst. 96.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex humana in communi debeat constitui.

POST legis humanæ necessitatem, qualitatemq; & diuisiones, sequitur de eius potestate, & virtute. Et initio ab eius generalitate sumpto quæritur primò, vtrum debeat in communi constitui. ¶Et arguitur à parte negatiua. Primum ex Philosopho. 5. Ethicor. ca. 7. vbi ait: de singulis etiam lege iuberi, vt sacra Brasidæ facere: idq; distinguit contra ea quæ publicis decretis instituuntur. Inde enim colligitur, leges nõ in cõmuni tantum, sed in singulari quoque poni. ¶Secundo, leges sunt de actionibus nostris quæ tamẽ in singulari fiunt: ergò debent in singulari ferri. ¶Tertiò, lex est mensura nostrarum actionum: & mensura, vt. 1. Metaphysi. docetur, debet esse certissima: actiones autem nostræ, lubricæ incertæq; sunt: congruentius ergò leges de singularibus casibus decernerẽtur quàm in cõmuni. ¶In contrarium est Pomponius Iurisconsultus. ff. de legib. vbi ait: Iura constitui oportet in his quæ accidunt, hoc est, in his quæ vsu venire solent: non tamen in his quæ præter opinionem & insperato contingunt. Idque tribus subsequentibus legibus inculcatur.

Argum. 1. partis negatiuæ. Aristot.

Argum. 2.

Argum. 3.

Pomponius.

REsponsio facilè per vnicam cõclusionem instituitur. Lex debet in cõmuni constitui. Hoc est non debet præcipere, Si talis aut talis occiderit, vel tali de causa, aut cum tali circunstantia, capite plectatur: verum in communi, Quicunque occiderit. Accidentariæ enim illæ circunstantiæ nequeunt lege concludi, at per prudentiã sunt posteà perpendẽdæ. Enimuero vt in speculatiuis, quemadmodum iubebat Plato, quiescendum in speciebus est: eò ꝙ de singularibus, quæ caduca sunt, nulla est scientia sed experietia: sic & in practicis de singula-

Conclusio vnica responsiua quæsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probatio cõclusionis.

ribus quę fortè accidũt nulla esse potest lex, sed sola prudentia. Probatur autẽ præterea conclusio tum ex fine legis, tum ex alijs quæ illi adhærent. Iam enim in quæstione proxima asserтum est legem deberi pro communi vtilitate ciuium sciſci. Inde ergò fit vt debeat talis condi, qualis communi expediat bono: commune autem bonum ex multis constat, tam personis quàm negotiorum varietate. Sunt inquam qui legibus parêre coguntur, senes & iuuenes, potentes & debiles, sapientes & ignorantes: quibus multa possunt negotia contingere. Debet ergò legifer hisce omnibus prospicere: quod fieri aliter nequit quàm si lex in communi ponatur. Deinde ponitur (vt. 1. de Ciuita. Augustinus. Dei, ait Augustl.) non vt paruo tempore duret, sed vt longis sæculis. Graue enim respublica accipit detrimentũ frequenti summutatione legum: si autem de singularibus casibus poneretur, illis demutatis mutari & ipsa subinde deberet. Ex præsenti conclusione elicitur illud axiôma, Lex non respicit ea quæ raro, sed ea quæ plurimùm contingunt. Quod Iurisconsultus verbis citatis pronuntiat. ¶ Contra hanc igitur legum naturam grauiter peccant, qui singulis casibus legibus occurrere contendunt. Primum peccatum eorũ qui singulis casibus peculiaribus legibus subueniunt.

Extat (vt exẽpli gratia dicam) lex de ambitu: nempe quo candidati ambire prensareq; prohibentur. Vt autem hic murus firmior sit, alia cõmunitur lege: videlicet ne quis domos ipsorum adeat, ne ipsi obambulent, nè vllus cum altero colloquatur. Quod si scholaris contra fecerit, iure suffragandi priuetur: si verò candidatus ipse, ius quoq; amittat petẽdi Cathedram. Re vera hoc plus iusto est irretire humanos animos. Contra eandem itidem doctrinam delinquunt, qui in condendis legibus non alia tẽpora longiùs prospiciunt quàm quod præsens est. Sunt inquam qui exiguum numerum personarum considerantes charitate feruentium graui legum onere religionum familias premunt, quas cùm posteri ferre nequeant, cerucibus excutiunt. Verissima ergò doctrina est quod leges debẽt sic in communi ferri, vt multis temporibus, personarumq; qualitatibus & casibus coaptari possint. Secũdũ peccatum eorũ qui in cõdendis legibus ad id solùm quod adest prospiciunt.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur tres gradus in præsentiarum distingui præceptionum ac prohibitionum humanarũ. Primus gradus. Primus est omnino generalis: nempè quando instituta non in gratiam alicuius singularis, sed in bonum totius reipublicæ fiunt, & hæc propriè dicuntur leges: vt, Qui cædem fecerit, capite plectatur. Magistratus nõ pretio creẽtur. Iudicia iudices nè pretio vendant. Et istæ sunt propriè leges. Alia verò sunt quæ in gratiam singularis personæ conceduntur. Et istæ non tam leges quàm priuilegia seu dispensationes dicuntur: vt cùm rex militi strenuè se in bello gerenti iura nobilitatis confert. Et eleemosynas in subsidium belli contra Turcas largienti bus singularia Pontifex impartitur priuilegia. Secũdus gradus.

Hoc autem perspectè audiendum est. Potest enim vera lex in gratiam singularis personæ ferri, vt sunt leges Festorum quæ in honorem Virginis sacræ, aut alius cuiusq; Dni soleniter feriamus: nã istæ etiam in cõmuni omni populo indicuntur. Priuilegia autem nõ præferunt talem vniuersalitatis speciem: aliàs iam induce rent formam legis. Vt est illa quæ totam nobilitatem a soluendis tributis eximit: & illa generalis, Qui tot annis militauerit, emeritus sit miles. In postremo autem gradu sunt sententiæ iudicum quæ (vt suprà dictum est) non leges, sed legum sunt applicationes ad singularia. Potest vera lex ferri in gratiã singularis personæ. Postremus gradus.

¶ Secundi autem argumenti responsio facilima est. Nam cùm lex mensura sit, non debent esse tot leges quot actiones: sed sicuti vna regula artifex plurimos disponit lapides, & eâdem vlna plurimas metimur quantitates: sic vna cõmuni lege plurimas regulamus actiones. Ad secundũ argumentũ.

¶ Tertio autem argumento fatemur non posse humanas leges tanta pollêre certitudine quanta est in naturali: sed tamen neq; in omnibus exigenda est eadem certitudo: vt. 1. Ethicor. ait Aristot. Et ideò satis est humanis legibus si plurimùm sint vsu rectæ, licèt nonnunquàm deficiant. Ad tertium. Arist.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ad legem humanam pertineat omnia vitia cohiberi.

POst quàm de generali forma legis visum est, in communi esse ferendam, sequitur vt de eius latitudine videamus, an omnia vitia debeant humanis legibus prohiberi. Existit enim statim in foribus ratio affirmatiua. Enim uerò si leges (vt suprà nos Isidô. docuit) in hoc humanitus positæ sunt, vt earum metu coërceatur iniquorum audacia, cùm aliter coërceri nequeat, quàm si omnia prohibeantur vitia, consequens fit vt omnia humanis legibus veteri debeãt. ¶ Secundò, cùm etiam ex Aristotele Prima ratio Isidorus. Secũda ratio

iam audiuimus illud esse legislatoris propositum, vt bonos studiososq; faciat ciues: id autẽ nequeat nisi homines ab omnibus vitijs refreuando: fit vt debeat legibus omnia compescere vitia. Tertia ratio. ¶ Tertiò, lex humana (vt etiam visum est) à naturali deriuatur: legi autem naturæ cũcta repugnant vitia: ergò legibus humanis omnia cauere debent. Augustinus. ¶ In cõtrarium est August. lib. 1. de libe. arb. vbi ait humanam legem multa concedere, ac impunita relinquere, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur.

Prima cõclusio.

REsponsio huius quęstionis more & vsu patentissima est, quæ duabus cõclusionibus constat. Prior est: Leges humanæ non omnia prohibent vitia. Fulcitur autem hac naturali ratione: Lex (quod identidem resumimus) mensura est humanarum actionum: mensura autẽ (vt. 10. Metaphysi. author est Philosophus) homogeneas esse debet, hoc est eiusdem rationis rebus ipsis quas metimur. Enimuerò quantitates continuas vna metimur, aut pede, aut palmo, quæ quantitates itidem continuæ sunt: liquores verò & grana metimur modio: sed põdera libra: idq; in singulis generibus obseruamus: sit ergò consequens, vt leges hominum humanæ sint conditioni adaptandæ. Id quod Isidô. illic admonuit, vbi iussit legem debere esse possibilem secundùm naturam & secundum consuetudinem patriæ. Conditio autem humana id postulat, vt leges non sint summo rigore vitiorum vindices: ergò tales debent in situ. Quòd autem hoc nostra conditio & ingeniũ expostulet, sic accipito: Leges toti multitudini ponuntur: in multitudine autem longè plures sunt qui virtutum habitibus nõ sunt imbuti, sed cum prauis corruptisq; affectibus colluctantur, quiq; adeò potentes nõ sunt præclara virtutum opera assequi: nam studiosi habitus sunt, quibus facultatem nanciscimur studiosè agendi: ergò sicuti leges non eædem pueris quæ viris, neq; eædem sæcularibus quæ religiosis ferendæ sunt: sic neque toti multitudini illa sub pœnę interminatione prohibenda sunt à quibus tota multitudo pro humana fragilitate abstinere nõ potest, sed ea prorsus quę plurimi cauere possunt. Nonnuera cõclusio. Probatio. Negatur cõclusio naturali ratione.

Postrema cõclusio.

¶ Posterior cõclusio. Ea potissimùm vitia, flagitia, & scelera, debent leges humanæ prohibere, quæ rempublicam de sua pace & quiete deturbant: qualia sunt crimina quæ iniuriam habent annexam: puta illa quæ sunt contra commutatiuam iustitiam, vt homicidia, furta, adulteria, fraudes, & insidias, atq; id genus reliqua. Enimuerò tranquillitas hæc & reipublicæ serenitas, scopus est & finis omnium qui leges condunt. Quin verò alia quæ impunè permittunt, vt hæc euitentur sinunt: nempe meretricia, vt adulterijs obuietur: vsuræ, vt caueantur furta. Hinc fit crimina & scelera non quo grauiora sunt coram Deo durius in republica vindicari: sed quo paci sunt magis inimica. Periuria enim quæ peiora sunt furtis, & blasphemię quæ homicidia sua immanitate exuperant, non prohibẽtur capitali supplicio, sed Deo reseruantur castiganda. Verum tamen illa quæ substantiam religionis concutiunt, vt hæreses & apostasiæ: atq; illa quæ sua fœditate aures inficiunt, licèt non sint hominibus iniuriosa, acerbiùs nihilo minùs sunt vindicanda. Corollariũ.

AD primum igitur argumentum respondetur, quòd Isidôrus dum ait, legum metu coërcendã esse hominum audaciam, seipsum exponit, quòd debeant legibus prohiberi iniurię quas contra iustitiam impuri audaceq; homines reipublicę inferunt: haud tamen arbitratur necessarium cũctas subinde culpas in quas debilitas humani generis collabitur, earundem vigore vlciscendas. ¶ Ad secundum autem respondetur, homines ad virtutem alliciendos esse ac promouendos more suo, vt scilicet gradatim eorum imperfectione ad perfectionem appulsa, promoueantur. Ob idq; non sunt legibus, quæ omnibus debent esse communes, illa instituenda egregia officia, quæ solis integris viris, & virtute progressis possibilia sunt: sed illa prorsus quę etiam imperfectiores adire ferreq́ue possunt, vt illis facilioribus imbuti ad alia quæ ardua sunt valeant sua sponte conscendere. Ac nõ citiùs vsu veniat, vt dũ nimia legũ angustia sepiuntur, in deteriora prosiliant. Nã (vt legitur Prouer. 30.) qui nimis emungit elicit sanguinẽ. Et Matth. 9. Si vinum nouum, id est ardua & calore feruentia mandata, mittatur in vtres veteres, id est, in homines impuros corruptisq; affectibus laceros, vinum effunditur, hoc est, præcepta contemnuntur, & ex cõtemptu iniqui in peiora prorumpunt. ¶ Ad tertium respondetur quòd etsi lex humana à naturali deriuetur, nõ tamen illam ad vnguem adæquare debet: neque ideo (vt loco citato ait Augustl.) quòd non omnia vetet, quæ vetat, & iubet improbanda sunt. Ad primum argumẽtum. Ad secũdum argumẽtum. Prouer. 30. Matth. 9. Ad tertium argumẽtum.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm lex humana omnium virtutum actus præcipiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VT circa malorum prohibitionem sic & circa virtutum præceptionem videndum est quàm late lex humana se extendat, vtrùm scilicet omnium virtutum actus debeat præcipere. Et arguitur à parte negatiua. Virtutum officia viciorumque opera contraria sunt: lex humana Argum. 1. partis negatiuæ. nō omnia prohibet vitia: ergò nec omnes præcipit studiosas actiones. ¶Secundò, virtutis opus à virtute procedit: Virtus autem finis est legis: nam vt diximus finis legislatoris est bonos studiososque facere ciues: præcepta verò legis non finis, sed media sunt ad cōsequendum finem: ergò virtutum opera non cadunt sub præcepto legis. ¶In contrarium autem est autoritas Philosophi. 5. Ethicor. cap. 1. vbi ait: Leges ob cōmunem omnium vtilitatem de omnibus dictare. Quare præcipit, inquit, lex & ea agere quæ ad virum pertinet fortem, & item ea quæ sunt temperantiæ, & etiam ea quę sunt mansueti, & in cæteris identidem virtutibus atq; vitijs alia iubens atq; alia vetans. Aristot.

AD præsentem quæstionem perinde atque ad præcedentem duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Nulla est virtutis species, de cuius actibus non aliquos præcipiat lex humana. Conclusio est non solum Arist. loco citato, verum & Platonis Dialog. 1. de legibus. vbi ait eos qui de diuina republica disserunt, non ad particulam virtutis & præsertim ad vegetiorem, sed ad vniuersam ipsos virtutem respexisse putandum, & per singulas earum species leges quæsisse. Ratio autem quam nos natura docet, quamq; sanctus Thom. dilucidat, hæc est. Virtutum species ratione obiectorum distinguuntur: nullum est virtutis obiectum quod non ad bonum referri possit cōmune. quin verò sæpissime idem etiam ad priuatum: vt ea quæ fortitudinis sunt, & ad protectionem, seu proprię personæ, seu amici accommodari contingit, & rursus ad tutelam rei publicæ. Et quæ sunt temperantiæ ad bonam priuati hominis valetudinem, & rursus vt habilior ciuis ad contemplationem fiat eorum quæ bono publico conducunt. Et simile est in cæteris. Cum igitur lex omnis humana (vt dictum est) ob communem mortalium vtilitatem constituatur, consequens fit vt nulla sit virtutis species de cuius actionib⁹ lex humana nō iubeat. Quòd si des forte priuatam aliquā, infrà tibi respondebitur. ¶ Posterior cōclusio. Leges humanæ non de singulis actibus singularium virtutum præcipiunt. Itâque præcipiunt de singularum virtutum aliquibus actionibus: non tamen de singulis omnium. Vt si verbi gratia dixerimus, in materia fortitudinis præcipit lex humana rempublicam defendere, etiam cum mortis periculo: non autem sic defendere amicum: sed hoc relinquit legi naturæ. In materia temperantiæ præcipit Ecclesia certis diebus ieiunia. nō autem in reliquo tēporis anno moderatè comedere, quod facit lex naturæ. In materia religionis iubet certos dies Diuinis dedicare, ac sacris interesse, non autem ad alias cogit orationes liberas. In materia iustitiæ & liberalitatis præcipit in graui necessitate & parentibus alere filios secundum suum statum, & nonnunquàm filijs vice versa parentes. Extra illos autem casus reliqua ad legem naturæ & diuinam remittit de honore parentibus deferendo. In summa, lex humana ea dūtaxat præcipit officia quæ ad bonum commune referuntur: vel per se, & proximè, vt ad publicum bellum arma indui: vel mediatè (vt aiunt,) vt illa quæ ad bonam attinent disciplinam per quam ciues ad bonum iustitiæ & pacis instituuntur. Quæris ergò quid si aliqua esset virtutis species quę nullatenus ad bonum publicum referri posset? Respondetur nullam esse prorsus cuius non saltē aliquis actus ad idē bonum quandoq; referri valeat. Neque verò generalis hæc conclusio morales tantùm virtutes amplexatur, verum & intellectuales. Legibus namque humanis, & artes iubentur in republica & scientiarum contemplationes. ¶At vero si ità res habet, vt etiam virtutes intellectuales conclusio comprehendat, emergit statim argumentū quòd sit in vniuersum vera. Nam obiectum supremę virtutis intellectualis in qua summa posita est nostra fœlicitas, cum Deus ipse sit per essentiam, in nullū aliud cōmune bonū est referibile. Respondetur autē quòd etsi per se Deus in nullum alium referatur finē, cō quòd ipse sit vniuersalis omnium, idemq; summus: tamen quatenus faciali visione à nobis attingitur & possidetur, refertur quidem, tum in nostram fœlicitatem ac beatitudinem, tum etiam in suam ipsius gloriam, quæ per eandem visionem fit in beatis illustrior.

Prima cōclusio. Arist. Plato. Ratio cōclusionis. Vltima conclusio. Explanat conclusio. Quæstio. Solutio. Argumen.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd sicut lex humana non prohibet singulos vitiosos actus, ità neque præcipit studiosos vniuersos. Sed est tamen differentia, quòd quātum ad virtutes nulla est species cuius non aliquem præcipiat actum: tamen quantum ad vitia, nihil vetat aliquam esse speciē cuius nullum actum prohibeat. Et propterea præcedenti articulo respōsum est ad vniuer- Ad primū argumen.

vniuersalitatem negatiuè: præsenti verò affirmatiuè. Nullum enim prohibet aut iocosum aut officiosum mendacium, neq; vllā simplicē fornicationem, nisi circunstantiam habeat speciem variātem in genere moris: vt adulterium, incestum. &c. ¶Ad secundum respondetur q̄ actus bifariàm dicitur virtutis: vno modo quātum ad substantiam: quia scilicet fit secundum rationis normam: siue ex habitu procedat, siue ab eo fiat qui non est habitu præditus. Alio verò modo quia ex habitu proficiscitur, atque adeò promptè & delectabiliter fit: lex ergò nihil de habitibus præcipit, sed de actibus, qui media sunt ad comparandum habitum. Præcipit inquam pro republica pugnare, nihil curās an ex habitu id fiat: agere autem ex habitu, nō est præceptum legis, sed finis: nam iubendo nobis operari, intendit legifer habitus in nobis ingenerare quibus studiosi efficiamur. Ad secundū argumentū.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm lex humana imponat subditis necessitatem in foro conscientiæ.

POstquam visum est de potestate legis humanæ quatum ad extēsionem, videre restat quātum ad eius vim, an vsq; ad cōscientias attingat, quas ligare possit. Est enim statim in propatulo argumētum à parte negatiua. Potestas inferioris non attingit vsq; ad superioris forum: vt in eius iudicio obligare possit: potestas leges ferendi humana est inferior diuina: ergò non potest conscientias ligare quantum ad diuinum forum. ¶Secundò arguitur quòd inde sequeretur & patremfamiliās suis liberis posse itidem leges scisscere, quæ conscientias obligarent in foro Dei. Nam sicut præceptum est obedire superioribus, ità & honorare parentes, vbi & obedientia comprænditur: consequens autem videtur esse cōtra id quod suprà dictum est: nempè citra vim coercitam, quæ in patrefamiliās nō existit, leges non posse cōdi. ¶Tertiò, iudicium conscientiæ ex diuinis pendet mandatis quę indicia sunt & documēta diuinæ voluntatis: contingit autem leges humanas cum diuinis pugnare, secundum illud Matth. 15. irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras: ergo nō omnis lex humana obligat in foro conscientiæ. ¶Quin verò quarto arguitur. Sententia iudicis (vt suprà diximus) est quædam legis applicatio: cuius modi autem sententia nō semper obligat, etiam si in foro exteriori iusta sit: vt puta dum iud ex secundum allegata & probata contra veri tatem innocentē condemnat. Imò quandoq; cō demnatus nullatenus potest sententiæ parēre: vt si clam quis duxit vxorē vnam, & palām alteram: tunc enim iustè & iuridicè debitū iubetur reddere secūdæ, & tamē potius mori debet q̄ obtēperare: esset nanq; fornicatio: ergò neq; lex iusta obligat in cōscientia. ¶Quintò, leges humanę frequenter solent calumniā, ac subinde iniuriā hominibus irrogare, secundum illud Isaiæ. 10. Væ qui cōdunt leges iniquas, & scribentes, iniustitias scripserunt, vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humiliū populi mei. oppressionem autē ac tyrannidem repellere cuiq; fas est. ¶In contrarium est Apostolus Petrus in sua prima Cano. c. 2. Vbi postq̄ omnes Christianæ familię admonuit, vt subditi essent dominis, nō tantū bonis sed etiā discolis, quia sic erat voluntas Dei, subdit: Hæc est enim gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. dicens autē propter conscientiam Dei, insinuat conscientiam ciuilibus legibus ligari.

Argumē. 1. Argum. 2. Argum. 3. Matthæus. Argumen. 4. Argum. 5. Isaias. Petrus. Paulus.

QVæstio est in qua aliquanto plus dubietatis, ac difficultatis q̄ in superioribus inest. Ad cuius vtiq; intellectum distinguendū est inter leges iustas atq; iniustas. Tribus ergò cōclusionibus ad quæstionē respondetur. Prima, lex humana tam ciuilis q̄ canonica, si iusta sit, authoritate viget viq; pollet obligandi subditorum conscientias. Probatur. Lex omnis humana (vt dictū est) ab æterna per naturalē deriuatur. secūdum illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt: vbi (vt suprà discernendo notauimus) priori membro designatur regnandi potestas diuinitùs principibus collata: iuxta illud Pauli: Omnis potestas à Domino Deo est: posteriori verò prudentia per quā leges cōdunt & executioni mandant: ergò ex eadē æterna lege virtus ad easdem subinde leges deriuatur, qua sint in conscientia apud Deū ipsum obligatoriæ. Existimatur aūt legis iustitia ex omnibus eius causis: scilicet finali, efficiēte, materiali, atq; formali. Finali inquā, vt pro cōmuni bono sit condita: eadē enim differentia (vt diximus) quæ inter tyrannum & regē, inter leges quoq; dignoscitur. Nēpè vt quæ pro communi vtilitate sit lata, iusta habeatur: quæ verò p particulari, tyrannica. Secūdò, ex parte agētis: vtpotè q̄ qui illā tulerit, suā non fuerit facultatē trāsgressus. Tertiò, ex parte materiæ. Quoniam, vt quæ pro tempore & loco bona sunt, prohiberi non debent: Prima cōclusio. Probatio. Ad legis iustitiā omnes eius causæ accedant necesse est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent:ità neq; opera mala materia præceptionis sunt. Quartò ex parte formæ. Nam cùm lex,regula sit,ea debet rectitudine & æquitate splendere, vt talem seruet tam in honoribus q̃ in oneribus proportionem ad ciues, qualem ipsi habent ad corpus reipublicæ: sunt quippe ceu partes in toto:ob idq; sicut partibus diuisa sunt à natura munera, sic & onera secundùm proportionẽ dignitatum impertiendi. Igitur quæ lex his fuerit numeris absoluta, obligatoria erit.

Secunda cõclusio. Probatio. ¶Secunda conclusio:lex humana iniusta non obligat in foro conscientię. Conclusio ex superioribus fit notissima. Nam lex iniusta,cùm recta non sit, regula esse nequit,atq; adeò neque lex:quæ autem non est lex,obligat neminem.

Legis iniustitia vnde sit pensanda. Legis autẽ iniustitia duobus pensatur modis. Primò,si bono aduersetur humano: vt puta ratione aliqua cuipiam prædictarũ quatuor contraria,videlicet ex defectu aut debiti finis, aut agentis,aut materiæ,aut formæ. Altero modo si cõtraria sit bono diuino. Et quanuis nequeat Deo esse contrariæ nisi ratione pariter materiæ,vel aliarum prædictarum causarum, notatur tamen distinctio hæc vt ad tertiam conclusionem sternatur aditus,quæ talis est.

Tertia conclusio. ¶Leges illæ quæ humano tantùm bono aduersantur, licèt in conscientia de se non obligent, ligant tamen quandoque ratione scandali: quæ verò diuino bono impiè repugnant,nullatenus, sed apertè est illis obuiãdum. Prius membrum patet:nam in his quæ præ se non ferunt manifestariam tyrannidem, resistere potentibus non est citra scandalum possibile:& ideo ferendi interim sunt quousq; leniori via in mentem saniorem adducantur. Huc enim pertinet Christianum consilium,Matthæ.5. Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo & alia duo: & qui abstulerit tibi tunicam,da ei & pallium. At verò si tyranni vel ad idololatriam nos suis legibus inducerent, vel à nostris arcerent sacramentis,vel ad alios mores aut ritus fidei cõtrarios propellerent, nullum esset formidandum scandalum, sed illud esset grauissimum, si illis non statim posthabita vita obsisteremus. Hic enim est legitimus sensus illius, Actu.5.Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Sic nanq; respondit Petrus principi sacerdotum præcipienti ne in nomine Christi prędicarent. Hisce iniustitiæ formulis ex arte dispositis vniuersæ compræhenduntur quas iuris interpretes ad duodecim vel plures congestim multiplicant: vt est tum apud alios Summistas videre,tum apud Syluest. verbo,lex.§.9. ¶Vtautem hæc accuratiùs collimentur,speculandum primùm de prima conclusione est, quo sit gradu tenenda. Ad quod respondetur non esse tã sublimi tamq; firmo certitudinis gradu cõstabilitã de ciuilibus legibus, quàm de ecclesiasticis:ob idq; de Ecclesiasticis, Papæ potissimum ac Conciliorum, adhibetur quarta conclusio.

Matthæus. Syluester. Quæstio. Solutio. Quarta conclusio.

¶Tanquàm fides catholica confitendum est, Ecclesiasticas sanctasq; leges obligare in foro conscientiæ genere suo sub reatu mortalis maculæ. Irrepsit enim olim Waldensium error, postq; Ioannis Wicleff, eorundemq; tandem legitimi hæredis Lutheri, quòd neq; in Pontifice maximo, neque in tota Ecclesia potestas vlla est condendi aut articulos fidei, aut morum leges. Sic enim habet vigesimus septimus eius articulus inter exhibitos ad Leonem:Quare(vt aiunt) sola illa mandata obligant in conscientia,quæ in Euangelio explicita sunt. Extant autem apertissima testimonia, quibus isti confutantur. Vt est illud Lucæ.10.Qui vos audit,me audit:& qui vos spernit, me spernit. Et Matth.18:Si peccauerit.&c.dic Ecclesiæ, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Vbi compertissimum est iurisdictionem Ecclesiæ designari. Item,quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Et Ioan. 20. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra:sicut misit me viuens pater,& ego mitto vos. Accipite spiritum sanctũ: quorum remiseritis peccata,remissa erunt: & quorum retinueritis retenta erunt. Quid enidetius quàm illic (vt ait Chrysost.) collatam fuisse à Christo Apostolis ac subinde Ecclesiæ potestatem quam ipse attulerat à Patre? Eo præcipuè quòd retinere peccata, functio est habentis potestatem obligandi. Et Deut. 17. lex extat quòd qui nõ obediret sacerdoti morte moreretur: morte autem nemo plectitur nisi ob graue peccatum mortale:ergo fortiori ratione lege noua, quam & Christus instituit,& Spiritus sanctus gubernat,eadem est authoritas cõfitenda. Idque verba illa palàm ostendunt Actuum.15. Visum est Spiritui sancto & nobis nihil vltra imponere vobis quàm hæc necessaria. &c. Re vera cùm Ecclesia suis legibus obligare nos intelligat sub reatu mortalis culpæ,& Christus suam sit curam pollicitus, & Spiritus sancti regimen quem ad hoc se missurum promisit à Patre, ne in rebus tam arduis falli posset, certissima colligitur fides, in hoc eandem ecclesiam non deseri,sed certa pollere authoritate obligandi. ¶Iam id demũ de ratione finis concinnitur. Enimuerò cùm mortalium status nunq; sit fixus,sed pro temporum locorumq; diuersi-

Vualdenses. Ioannes Wicleff. Refutatio hæretici figmenti locorum ordinis. Lucæ.10. Matth.18. Ioan.20. Chrysost. Deute.17. Actu.15. Ratio in hac reticonditur.

diuersitate lubricè varietur,non satis Christus legibus à se positis Ecclesiæ in perpetuum consuluisset, nisi potestatem reliquisset in Ecclesia nouas pro tempore cõdendi,quæ in suo ipsius diuino foro obligare valerent. Hæresis autem hæc iã in Cõcilio Viennensi,vt habetur Clem. ad nostrã. de hæret.& in Constantiensi,ac denique à Leone.10.merito suo cõdonata est.

Concilium Viẽnense. Cõciliũ Cõstanti. Sessio. 13.ar.15. Leo decimus.

¶At verò de potestate ciuili non est tanto robore conclusio firma, quin sunt in contrariũ argumenta nonnulla. ¶Primum,obligare ad culpam in fõro conscientiæ, cum animas vulneret, videtur spiritualis potestas, qualis in Ecclesia est:non autẽ in potestate ciuili. Secundò,potestas ciuilis nõ illucusq; protenditur, vt possit peccata remittere.cõsequens ergò apparet vt neq; possit in peccata conijcere. Iniquũ enim cẽsere quis posset vt qui religare nequit, ligare valeat: Ecclesia nanq; vtrũq; potest. Tertio,finis proximus ciuilis potestatis est temporarius reipublicæ status:ergò ad ęterna supplicia non se dilatat. Quartò. Potestas quæ in cõscientia reum culpæ punire nequit æterna pœna, non potest sub reatu talis culpæ obligare: potestas autem ciuilis in foro conscientiæ nullam potest imponere pœnã, sicuti spiritualis, quæ illas in sacramento decernit pœnas, quas si hic non persolueris, patieris in altero seculo. Postremò arguitur vt articulus neruusq; materiæ detegatur. Aut obligatio ad culpam est in arbitrio principis ferentis legem, aut præter suam voluntatem sequitur ex natura legis. Si prius dederis,sit vt nunq; lex ciuilis obliget sub reatu culpæ: quia nulla est lex quæ talem circũstantiam exprimat. Si autem posterius consequitur vt Princeps nullã possit condere legem, quæ non obliget sub reatu culpæ,quod tamen creditu durum est:quãdoquidẽ in religionibus,præcipuè in nostra multæ sunt leges nullo nos ligantes culpæ reatu.

Argumẽ. 1. Argum.2. Argum.3. Argumen.4. Postremũ argumentum. Leges ciuiles ligant in conscientia.

¶Veruntamen his nihil obstantibus cõclusio quæ secundum mentem. D. Tho. primo loco asserta est,suam etiam inconcussam retinet veritatem in ciuilibus legibus:quippe quæ ad culpã obligãt,& de genere suo ad mortalẽ. Enimuerò sicut reipublicæ Ecclesiasticæ, sic & ciuili necessaria fuit ratiõe finis potestas se ipsam gubernandi, atq; adeò leges pro tẽporum regionumq; varietate instituendi: licet hęc potestas (vt lib.4.sub titulo de dominio.fusius differendum est)aliter quàm ecclesiastica à Deo defluxerit. Illam enim Christus per se contulit ecclesiæ diuina lege: hæc autem per legem naturæ descendit, qua quælibet respublica seipsam ad

Probatio.

ministrandi authoritatem habet, quàm & regibus conferre potuit. Itaq; quia respublica ciuilis,familia quoque Dei est,fit vt sicuti qui cõtra suas leges proximum offenderit, ante eius tribunal reus habeatur: qui verò secundum eadẽ fuerit erga eosdẽ proximos beneficus,dignus habeatur præmio:sic prorsus & qui leges humanas per potestatem ab ipso collatã conditas, vel violauerit vel custodierit. Et hoc est obligare in conscientia. Sed cõfirmatur etiam eadem conclusio. Facere contra legẽ Principis est malum morale: ergo peccatum apud Deum. Antecedens est notum:quoniam si lex iusta est, regula rationis existit: prætergredi autem rationis lineam,obliquitas est,ac subinde peccatum. Consequentia nihilo minùs inde claret,quod quicquid malí in moribus est, peccatum existit,vt egregiè S. Tho. 1.2.q.21. disseruit. ¶Deinde lex humana à naturali (vt dictum est)deriuatur,quæ constituit id quod generale est in particulari specie virtutis,vt genus pacis ad hoc quod est armis nõ vti nocium:nisi ergo leges humanę obligant in foro conscientiæ. Ac demũ postremum adhibetur argumentum peculiariter de lege ciuili. Principis finis,licèt proximus sit,quietus status reipublicæ,supremus tamen est sempiterna fœlicitas ad quã ille temporalis finis tẽdit: ergo potest suis legibus per virtutem sibi cœlitus donatã in illo supremo foro obligare. Colligamus ergo q̃ licet nõ sit manifestaria hęresis hanc authoritatẽ & vigorẽ ciuilibus legibus, velati ecclesiasticis denegare: esset tñ profectò temerariũ & contra doctorum cõsensum,qui præcipuũ habent nomen. ¶At verò vnus Ioannes Gerson, vir alàs egregiæ notæ,reuocare nos huc cogit in disputationẽ vtrum huiusmodi humanæ leges per se ipsæ obligẽt inquantũ humanæ sunt, id est, inquantũ potestate hominibus cõcessa conditæ:an vero catenus prorsus quatenus diuina lege stabiliuntur. Sustinet enim tract.de vit. spect.4. opinionem de hac re singularẽ: nempè q̃ nulla lex neq; ciuilis neq; ecclesiastica, imò neq; naturalis vim habet obligandi in conscientia ad culpam, sed sola lex diuina est quę obligat: humana verò inquantum est illius interpres. Quæ quidem opinio nõ tantùm nomine (vt quidam putant) à communi differt, sed re certe latissimè. Non inquam hoc tantùm ait q̃ leges humanæ ideirco obligent quòd tales potestates diuinitus sunt hominibus collatæ:hoc enim nos fatemur: sed ait nullam esse potestatem creatam à Deo concessam obligandi sub reatu culpę:sed tãtum exponendi & declarandi diuinum ius. Itaq; Papa,secundum ipsum

Postremũ argumentum. Confirmatio eiusdem conclusionis. S. Thomas. Altera ratio ad idem. Gersonis placatum.

annalem

Universidad de Deusto
Biblioteca

annalem præcipiens confessionem, non obligat potestate sua, sed ius duntaxat declarat diuinum: quoniam, inquit, ante eius sanctionem lex Dei erat annuatim confiteri: sed quia nobis erat ignota, excusabat nos ignorantia. Pari modo nisi ius, inquit, fuisset diuinum Quadragesimam ieiunare, præceptum Papæ non obligaret ad culpam: at quia tale ius erat, illud per Papam declaratũ nos ligat. Et multò (vt cẽset) vehementiori ratione leges principum, nisi declarationes sint diuini iuris anteà ignorati, nullatenus ad culpam obligãt. Sicuti præceptum medici qui decumbentem iubet à nocuo cibo abstinere non est obligatorium ad culpam: sed propterea ægrotus illam incurrit, quòd transgreditur diuinam prohibitionem homicidij, quod Medicus declarat esu talis cibi perpetrari. Atq; isto ordine infert vsq; ad quatuordecim mirabilia corollaria. In summa vult, quòd sicut Ecclesia articulos fidei condere nequit, ni si illos explicando qui in sacra scriptura latitabant: ita neq; potest condere leges. Quin verò ait neq; legem naturalem vllo pacto obligare, nisi ius explicando diuinum. Ecce opinionem Gersonis à quàm paucissimis intellectam: & ideo ab aliquibus creditã. Ratio illius est: quia sicut nemo nisi solus Deus potest conferre gratiam, ità neq; illam auferre, atq; adeò neq; obligare ad culpam per quam tollitur. Item sicut Ecclesia legem de actibus internis ferre nequit: quia neq; illos punire valet: sic quia æternam pœnam infligere non potest quæ culpæ debetur: fit vt neq; valeat ad culpam obligare. Atq; hac inquit de causa August. definiuit peccatũ quòd sit dictum vel factum. &c. contra legem Dei: quia scilicet contra nullam aliam peccare contingit. Attamen si fas est sic de doctore Catholico loqui, perparum differt ab hæresi Lutherana modò impugnata, quę omnem aufert ab Ecclesia potestatem condendi leges. Imò Gersonem sibi Lutherani contra Catholicos patronum obtendunt: licet hoc mitiùs dicat q̃ potest Papa diuinas leges declarare. Præterea dicere quod ante sanctiones Ecclesiasticas annua confessio, quadragesimalisq; abstinentia, esset de iure diuino, gratis sanè dictũ est, quin verò temerariè: quia nullo est pacto suasibile. Erat quidem præceptum confessionis, sed tamen temporis præscriptio, Ecclesiæ prudentię erat commissa. Ad hæc cum Ecclesia hoc aut illud sub pœna excommunicationis præcipit, vt puta comparere in iudicio, & similia, quis dicere ausit illud fuisse ius diuinum, nisi quia à Deo data erat Põtifici talis cogendi potestas? Item Ioã. 20. Propterea præmisit Christus, Data est mihi omnis potestas: vt subdens, Accipite Spiritum sanctum: intelligeretur eandem Ecclesię conferre. Ac postremo quomodò Papa esset vicarius Christi, nisi leges eius familiæ & vrgentia præcepta ponere posset? Est ergò certo certius in Ecclesia existere potestatem non solùm declarandi diuinum ius, verum condendi humanum: quod ideo sic nuncupatur, quòd à potestate humana proficiscitur, licet diuinitus recepta. Etenim sicuti licet arbores & animalia à Deo receperint virtutes generandi, nihilo minùs creaturæ ipsæ per propriam virtutem generant & operantur: pariter homines per suam potestatem condunt leges, quæ anteà non obligabant: sed propterea obligant, quia positæ sunt ab hominibus: vt. 5. Ethico. c. 7. ait Arist. Iam verò ius naturæ ecquis neget per se obligare? ¶ Almain in q. de potesta. Ecclesia. cap. 12. concedit potestatem Ecclesiasticam obligare posse ad culpam mortalem, quia Papa est vicarius Christi: negat id tamen de ciuili nisi Gersonico modò. Nihilo minùs verissimum etiam est de ciuili, vt suprà expositum est ac demonstratum. ¶ Vnde ad argumenta Gersonis & ad ea quæ nos adiecimus facile est respondere. Etenim licet Deus solus gratiam conferat, non tamen ipse aufert, sed nos per scelera nostra: & ideo nihil obstat quo minus homines ex sua ipsius institutione leges constituant, quarum transgressores de gratia eius decidant, eò quòd suis ministris non obtemperârunt: ob idq; quam homines nequeunt ęternã pœnam infligere, ipse, veluti summus omniũ iudex, infligat. ¶ Neq; obstat quòd potestas ciuilis non se extendat ad remittenda peccata: quia diuersa sunt ministeria Dei, vt ait Paul. vbi autem August. dixit peccatum esse contra legem Dei, legem æternam insinuauit, à qua omnes deriuantur, etiam humanæ: quo ideo vno latissimo nomine omnes comprehendit. ¶ Ad intellectum autem aliùs argumenti, videlicet quomodò leges principum obligent ad culpam: vtrum scilicet pro arbitrio suo, an verò ex natura legis. Notandum est discrimen inter Ecclesiasticam potestatem & ciuilem. Ecclesiastici enim Prælati, quia spiritualium iudices sunt, possunt leges condere: non modò constituẽdo opera in specie certa virtutis aut vitij, verum etiã discernendo inter veniale & mortale, atq; adeò decernendo transgressionẽ suæ legis esse mortale crimen: seculares autẽ principes id nequeũt definire, scilicet vt leges suæ sub culpa veniali aut mortali seruẽtur, sed duntaxat cõstituũt opera in specie virtutis aut vitij. An verò transgressio vel omissio mortalem labem trãsgressori impingat, ex rerum natura examinandum est. Dicamus exempli gratia: Præcipit Rex tempore famis frumentum non asportari à regno, aut tempore instantis belli arma indui. Constituit ergò illa opera in specie obedientiæ: & secundum speciatim in virtute fortitudinis. Et quia magni referunt, mortale est tunc non obtemperare. Præcipit autẽ aut non equitare mulas, aut fericis non indui, quod inde incipit esse temperantiæ virtus: aut nõ ferre arma, quod iam inde est virtus pacis: si parui referunt, erit inobedientia non grauior quàm venialis. ¶ Sed soluenda tunc restat alia superior obiectio: nempè q̃ tunc Princeps non posset leges ferre quæ non obligarent ad culpã: quod est falsum: cum in religionibus tales sint leges in vsu. Negatur autem consequentia. Sed scisci taris iam lignum quo dignoscendum est quænam lex obliget ad culpam, quę verò minimè. Sunt inter iuris interpretes qui aiunt leges quibus subnectitur pœna, nõ obligare ad culpam: hoc autem statim articulo proximo repudiabitur. Caiet. autem in materia de ieiunio ait nõ satis constare legem ieiunij obligare ad mortale: quia non est lata cum illo additamento sub mortali reatu: vbi insinuat legem quæ id non explicat, non obligare ad culpam. Porrò autẽ (nisi ego fallor) grauissimè de hoc ipse falsus est. Leges enim nunquàm ferri consueuerunt cum tali accessione, Præcipimus sub reatu culpæ mortalis vel venialis, sed ex operis natura & grauitate illud est perpendendum. Quocirca fidissima regula est: Omnis lex quæ absolute fertur, hoc est quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam, vel venialem vel mortalem secundum pretium operis. Et ratio est liquida: quoniã lex secum affert obedientiæ præceptum: obedientia autem per se est virtus, & inobedientia, peccatum. Quo fit vt quicunque legem ferre voluerint, siue seculares Principes, siue Ecclesiastici præpositi, quæ nõ obliget ad culpam, illud debent explanare. Neq; aliud potest cõstitui signum. Documento sunt constitutiones nostrę in quarum capite sic habetur, Regula nostra & constitutiones non obligant nos ad culpam sed ad pœnã: nisi propter præceptum vel contemptum. Quod quidem, documentum est, quòd nisi illa fieret adiectio, nõ posset non obligare ad culpam. ¶ Supremum autem dubium in calce quæstionis superest. Vtrum eatenus leges humanas sub reatu lethalis maculæ obligare valeant, vt mors etiam sit anteà subeunda, quàm vel omissione vel transgressione violetur. Apparet enim non tantum inesse vinum in legislatoribus humanis: cum non sint domini vitæ & mortis. Caieta. 1. 2. q. 96. art. 4. constituit regulam, quòd omnis lex humana quæ obligat ad mortale, obligat sub inde pro sui obseruatione mortem perpeti, nisi casus aliquis benignitate legum excipiatur. Ratio eius est, quod mors animæ fugienda est prorsus antequàm corporis: ob idq; cum lex humana obliget ad mortale, citiùs succumbendum est gladio, quàm legi obuiandum. Imò, inquit, perinde est dicere, legem humanam non posse obligare ad mortem pro sui obseruatione, ac non posse constituere actum in culpa mortali. Appendet deinde aliqua exempla. Potius enim debet homo interire, quàm cũ consanguinea matrimonium cõtrahere. Et in cap. Sacris. de his quæ vi met. ve cauſ. fiunt, ait Innocent. quòd cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere, nullo obstante metu licet cum excommunicatis cõmunicare. ¶ Arbitror tamen sic verum esse humanam legem valere tanto cum rigore obligare, vt tamen Caieta. responsio censura indigeat. Igitur primum omnium certum est tanti referre posse reipublicæ id quod præcipitur, vt lex pro sui obseruatione ad mortem vsque obliget. Etenim cum Princeps in bello militi præcipit locum seruare, vnde præsentaneum periculum reipublicæ existit, vitam potius quàm locum deserere debet. Imò quoties quidpiam sub pœna capitis iubet, periculum subeundum est capitis pro legis custodia. Nam etsi Princeps non sit absolutè Dominus vitæ, vti Deus: tamen accidente causa potest subditos exponere morti, sicut totum partes. Nihilo minus non est vsqueadeo vniuersalis regula Caietani. Neque idem est obligare ad mortale, & obligare non obstante periculo mortis: nam lex ieiunij procul dubio sub reatu mortali obligat: & nihilo minus si tyrannus mortem alicui minaretur nisi ieiunium frangeret, nulla porro esset culpa illud frangere: nisi dum tyrannus in contemptum legis ad id cogeret: tunc enim teneretur Christianus potius mori. Enimuerò quamuis potius sit moriẽdum, q̃ peccandum, nihilo minus non præsumitur lex tam rigide semper cogere. Et ideo an lex obliget ad mortem oppetendam nẽne, examinandũ est ex operis grauitate. Quin verò neq; lex diuina cum illa acrimonia nos vbi que obligat. Nemo enim tenetur vel se vel filium cum periculo mortis baptizare, aut alia suscipere sacramenta. Quin verò crediderim Ecclesiasticas leges nunquàm obligare tanta cogendi vehementia, nisi quando vel contemptus eiusde legis interueniret, vel iniuria fidei,

Et

Motiuũ Gersonis.

Alia ratio eiusdem.

Gersonis positio parum differt ab hęresi Lutherana.

Prima ratio in Gersoné.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Postrema tio.

Fundamentum Caiet.

Quæstio.

Aristot.

Almain.

Iurisconsultorum sententia.

Caietanus.

Ad primum argumentũ Gersonis.

Error Caietani.

Ad secundum argumentũ.

Ad postremum argumentum.

Discrimen inter Ecclesiasticã potestatem & Ciuilem.

Caietanus.

Quo sensu Caietani opinio verum habeat.

Polchra regula

Ratio regulæ.

Regula Caietani non est vniuersalis. Solutio rationis Caietani

Postremum dubium.

Ratio dubitandi.

Leges ecclesiasticæ non obligant cũ discrimine mortis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio diſti. Et ratio eſt: quia qui metu mortis cõtra legem facit, non delinquit ex inobedientia, ſed metu: ſicut qui fame frangit ieiunium, non formaliter peccat contra obedientiam, ſed contra temperantiam. Quod autẽ nullo metu poſsit quis contrahere cum cõſanguinea: hoc eſt, quia nõ eſt materia matrimonij, nec fieri poteſt per metum: ſed talis concubitus eſſet fornicatio. Illud autem caput, Sacris, citatum omnes intelligũt de communicatione in ſacris & interueniente ſcandalo. Si enim dum ſacerdos coràm notorijs excommunicatis celebrat plebs acciperet ſcandalum, ſuſpicans leges Eccleſiaſticas nullius eſſe valoris, aut illum eſſe manifeſtariũ inobedientem: in tali caſu potiùs deberet mori, q̃ id facere. Aliàs communicare cum excommunicatis ad fugiendum periculum mortis, non eſſet lethale crimen.

Satisfit aliis argumentis Caietani.

Ad primum argumentũ. REſtat ergò reſpondere ad argumenta in capite queſtionis propoſita. Primum autem iam ſolutum eſt ſic, ſcilicet, q̃ licet homo perſe poteſtatem nõ habeat in foro Dei, tamen tanquam eius miniſterio fungẽs præcipere id poteſt: cui qui reſtiterit, reſiſtit eius ordinationi, & ipſe ſibi damnationem acquirit ſecundùm Paul. ad Rom. 13.

Paulus.

Ad ſecundũ argumentũ. ¶Secundo autem argumento conceditur patremfamiliàs obligare poſſe ſuos liberos ad mortale. Vt ſi rẽ illis eximij põderis æquiſsimè & ſeueriſsimè præciperet. Nã & eorum poteſtas à Domino Deo eſt: nimirũ præcipiente liberis honorare parentes. Vnde Auguſt. ſuper Pſal. 70. Vbi iubet pater quod cõtra Dominum no ſit, ſic audiendus eſt quomodò Deus. Et Salom. Prouer. 6. Conſerua fili mi præcepta patris tui. Et Apoſtolus ad Ro. 1. alijs criminibus adnumerat nõ obedire parentibus. Super quibus verbis. Ambr. Quanta, inquit, inſolẽtia arrepti ſunt, vt neq; parẽtes ſuos quos authores in natiuitate habẽt agnoſcerẽt: hoc enim eſt eſſe ſine intellectu: ſine charitate ſcilicet Dei: peccatum autem charitati Dei aduerſum, mortale eſt. Et Deute. 21. Pœna mortis decernebatur filio qui contumax eſſet & proteruus, neq; audiret patris aut matris imperium: & coërcitus obedire contemneret. Verba ſunt legis. Quin verò & inter omnes naturales obedientias (vt. 1. Poli. Ariſt. docet) hæc eſt prima quæ parẽtibus debetur. At & vxor quãdoque teneretur ſub tali reatu obedire marito, tametſi eius præcepta, quia vi coërciua carent, vim non habeant legum. An verò in famulos & reliquam familiam eadem fungatur authoritate, non facilè crediderim.

Auguſtinus

Salomon.

Paulus.

Ambroſius.

Ariſtot.

Ad tertium argumentũ. ¶Ad tertium reſponſum eſt in tertia concluſione, quòd leges diuinis aduerſantes, non habent legum robur, ſed ſunt potiùs conculcandæ.

Ad 4m ¶Et ad eundem propè modum reſpõdetur ad quartum, q̃ ſententiæ, quæ ideò penitùs iuſtæ ſunt quod ſecũdùm tantùm exterum forum in falſa præſumptione fundantur, nõ obligant in conſcientia: quia cùm ſint veritati contrariæ, lex naturalis ac diuina aliud continet. Diuerſimodè tamen conſiderantur. Nam dum ſententia diuinæ legi non eſt omninò contraria, tũc condẽnatus, licèt poſsit quomodocunq;, citra ſcandalũ & vim iudici illatam, iudicio ſe eximere, poteſt nihilo minùs & eidem auſcultare. Vt contingit quando innocens condemnatur. Quando verò diuina lex omninò eſt contraria, vt dũ quis cogitur illam cognoſcere quæ verè nõ eſt ſua, citiùs debet mori quàm obedire.

Ad 5m ¶Et pari modo reſpondetur ad quintum. Quando enim leges humanæ iniquæ ſunt in ſubditos, ſi citra ſcandalũ fieri poteſt, non eſt in conſcientia eis obediendum: ſecus ſi tale ſcandalum oriretur.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm omnis pœnalis lex obliget ad culpam.

SVOS hic articulos adhibere eſt operæpretium delege pœnali, in qua nonnihil ſubeſt ſingularis ambiguitatis. Et primò queritur vtrùm humana lex quæ obligat ad pœnã, pariter obliget & ad culpam. Et arguitur à parte negatiua. In primis leges pœnam irregularitatis continentes, non omnes obligant ad culpam: nam iudex qui iuſtè eſt cauſa ſanguinis, irregularis fit, vt patet in titulo de homicid. voluntario. & Can. aliquãtos. diſt. 51. Et bigamus fit ſimiliter irregularis, vt patet. 34. diſt. cap. ſi cuius. & tamen nulla illic ineſt culpa. Nam hęc vna fortè eſt cauſa, ob quam regula iuris exceptionem fecit: Sine culpa (niſi ſubſit cauſa) nõ eſt aliquis puniendus. vnde illud collectum eſt axióma: Et ſi ſine cauſa non poteſt infligi pœna, poteſt tamen ſine culpa.

Prima ratio.

Secunda ratio. ¶Secundò in religionibus (vt de noſtra iam ſuprà dictum eſt) extant leges obligantes ad pœnam ſine culpa: ergo quotieſcunq; princeps pœnam adnectit legi non eſt cenſendus obligare ad culpam, ſed pœna eſſe cõtentus: nè oraculo illi aduerſetur Naum Prophetę cap. 1. Non cõſurget duplex tribulatio.

Naum. 1.

Tertia ratio. ¶Tertiò innumeræ ſunt leges tam diuinæ quàm humanæ quæ nullam induunt præcepti formam, ſed tantum pœnæ: vt illa Exod.

Exod. 22. Si quis furatus fuerit bouẽ aut ouẽ. &c. quinq; boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue reſtituet. Et. 2. q. 3. Qui non probauerit quod obiecerit, pœnam quam ipſe intulerit patiatur. Et. l. capitali. ff. de pœnis. Sic habent leges: Incendiarij capite puniũtur. Fœnerarij capite puniendi ſunt. & multæ ſunt ſimiles quibus nihil prorſus præcipitur, aut prohibetur, ſed pœna tantùm ſtatuitur: illæ ergò nõ obligãt ad culpã, ſed prorſus ad pœnã. ¶In contrariũ eſt Canonicũ ius: Can. Satis peruerſum. 56. diſt. vbi habetur, ſatis eſſe peruerſum, vt quis ſuis officijs priuetur, quẽ ſua culpa vel facinus à ſuo gradu non deijcit. Et idẽ notatur. l. ſi putator. ff. ad. l. Aqui.

QVæſtio hæc, ſi natura pœnæ ſatis perpẽderetur, nõ erat cur reuocaretur in dubium: adeo res per ſeipſa liquet. Sed quia vulgus neſcio quo colore ait legem quæ obligat ad pœnam non obligare ad culpã, neceſſe eſt errorem hunc elidere.

Concluſio reſponſiua. ¶Reſpondetur ergò vnica generali concluſione. Nulla prorſus eſt lex pœnalis, ſi legitimè ſit pœnalis nominanda, quæ nõ obliget ad culpam: niſi contrariam intentionem expreſſerit, dicendo, non intendimus obligare ad culpam, aut quid ſimile: vt ſuperiori queſti. expoſitum eſt. Concluſio eſt S. Tho. 2. 2. q. 108. art. 4. vbi eã, vt pleraq; omnia luculenter dilucidat: Et eſt lumine naturali notiſsima. Pœna enim, vel ipſo atteſtante nomine, tam cognatam habet cõnexionem ad culpam, vt pœnæ, neq; rem habeat, neq; iuſtum nomen, niſi ſit pro culpa poſita.

S. Thomas.

Ratio quæſtionis. Loquimur enim hic de pœna iuridica pro eo quod eſt vltio & vindicta. Nã accipitur pœna quoq; Phyſicè pro cruciatu quẽ quis patitur, vel à febre, vel ab aliio quouis morbo afferente dolorem. Neq; opus porrò eſt alia probatione præter nominis ſignificationẽ. Vindicare enim & vlciſci, & ſupplicium poſcere, atq; adeò pœnã infligere, neutiquam niſi pro culpa fas eſt. Quocirca nisi culpa adſit improprie, & præter verborum ſignificatum vſurpatur. Fit enim per pœnam iuſta repenſio culpæ: nẽpè vt qui ſuæ obſequens voluntati deliquit (nam ſecundum Auguſtinum: vbi non eſt voluntarium, non eſt peccatum.) contra eandem ſuam voluntatem patiatur.

Secunda ratio. ¶Secũdò id probatur. Leges humanæ (vt proximo articulo conſtitutum eſt) ſi rabiũ pœnæ comminatione abſolute ponãtur, ad culpam obligant: at comminatio pœnę legi appoſita non eſt contrarij ſignum: ergo tũ etiam eadem manet obligatio ad culpam. Probatur minor: quia communicatio pœnæ natura ſua illud ſpectat, vt obſeruantius lex cuſtodiatur. Ea nanq; ratione in illo articulo de legis actibus dictum eſt vnum eſſe punire, q̃ ſi cut in ſpeculabilibus per principia inducuntur concluſiones: ità & in practicis per comminationem pœnæ inducitur obſeruantia præcepti: ergò non ſolùm pœna non eſt indicium ablatæ culpæ, verùm contrà, apertum eſt teſtimonium grauitatis ipſius, quæ de tranſgreſsione omiſsioneque legis contrahitur.

Tertia ratio. ¶Tertiò arguitur. Huius cauſa quòd maior minorve aut maxima aſſumatur legi pœna, non alia afferri poteſt, quàm proportio culpę: iuxta illud Deut. 25. iuxta menſuram delicti erit & plagarum modus. cuius ſimile eſt. c. Exiuit. extrà, de his quæ fi. à ma. par. cap. & c. Fœlicis. de pœn. lib. 6. ergò quæcunq; pœna teſtimonium eſt culpæ.

Quarta ratio. ¶Accedit quartò & diuinum exemplũ. Illa enim lege quam Deus primam poſuit parentibus noſtris in ſtatu innocentiæ, quia eius præuaricatio tam longè grauiſsima erat, & enormiſsima, truculentiſsimam pœnam comminatus eſt, dicens: In quacunq; hora comederis ex eo, morte morieris. Quo factum eſt vt mors, morbiq; ac cæteræ calamitates & ærumnæ, quæ ſi in puris eſſemus naturalibus conditi, non pœnæ, ſed natura nobis eſſent: iam nunc ob culpam Adæ expoliantis nos originali iuſtitia, quę nos ab his ſeruaſſet incolumes, pœnę & dicãtur & ſunt: Propterea quòd modo quodam eius nos parentis voluntate peccauimus. Punitur ergo nemo niſi ob culpam, ſiue ſuam propriã, ſiue ſuorum parentum, quorum pars quodammodò exiſtit. Vnde illud Exod. 20. Ego ſum Deus zelõtes viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationẽ. Fateor nos quidem quãdoq; à Deo flagellari, non ſolũ ob delicta præterita, verùm vt in futurũ cautiores viuamus: illa verò flagella nõ tam pœna ſunt quàm preſeruatorię medicinę. Prętereà & in originis culpam cuncta reſoluuntur. Deinde & alijs Dei exemplis eadẽ concluſio confirmatur. Etenim Exod. 21. & Leuit. 20. iuxta grauitates ſcelerũ pœnas ſtatuit: Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur. Si mœchatus fuerit qs cum vxore alterius, morte moriatur. &c. Qua propter etſi in euangelio præceptis Decalogi nulla ſit adiuncta pœna, tamen per humanas leges adhibitæ ſunt: vt ſcilicet homicida, & fur, & reliqui nequam impuriq; homines mortis metu ab illorum violatione cohibeãtur. Et eſt profectò cauilloſum diuerticulum dicere, aliud eſſe in legibus diuinis quàm in humanis: cum potius leges humanę diuinarum eſſe debeant imitatrices.

Roboratur concluſio exẽplis ſacrarũ literarum. Exod. 21. Leuit. 20.

¶Ecquis prætereà dubitet, quin

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm Rex pœnam capitis comminatus militi iubet nè locum deserat, mortalis sit culpa inde referre pedem? Quin verò insallibilis regula est quòd in neminẽ potest princeps pœnã capitis, aut mutilationis, aut exilij, aut omniũ bonorum publicationis decernere, nisi pro transgressione vel omissione legis quæ sit lethalis culpa. Profectò nõ video vnde hæc plusquàm vulgaris opinio prodire potuit ꝙ leges obligãtes ad pœnam non obligent ad culpam. Cùm pœna suapte natura, tũ genuinus effectus, tũ & apertum iudicium sit culpæ. Sed tamen qui eam inuexerunt non sunt illi qui de natura rerum philosophantur. ¶ At verò alij Doctores hac parte doctiores, licèt conclusionem nostram non prorsus denegent, moderantur tamen hac distinctione, quam ex Henrico Gandensi quolib. 3. q. 22. desumunt. Ille nanq; fortasse fuit qui vulgari opinioni quam modò impugnabamus, ansam porrexit. Tametsi ipse moderatius opinatus est. Distinctio eius est hæc: Legum pœnalium aliæ sunt quæ præceptum explicant vel prohibitionem, cui pœnæ comminationem adiungunt: & has, qui illum desendunt, appellant pœnales mixtas, hoc est obligantes ad culpam pariter & pœnam: sed aliæ sunt quæ nullam exprimunt neu præceptionem, neu prohibitionem, sed tantùm pœnam sub cõditione: quarum figuram in tertio argumento proposuimus. Atq; has appellant purè pœnales. Aiunt ergò illas mixtas obligare ad culpam: has verò puras, minimè. Verùntamen (vt salua id authorum existimatione dixerim, qui digni sunt pretio) callere mihi non videor yam huius distinctionis. Imò inconcussam arbitror vniuersalem veritatẽ nostræ conclusionis: nempè quòd nihil habere potest rationem pœnæ, nisi vbi subest culpa, propter rationes factas. Sed absente culpa id quod fert imaginem pœnæ, potius erit pretium, vel pactum, vel quid aliud, vt statim in solutione ad tertium patebit.

Aliorum opinio. Henricus. Explodituꝛ præterita opinio.

Ad primum argumẽtum.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd irregularitas, quæ nõ delicto ponitur (nam de illis secùs res habet) neutiquàm rationem induit pœnæ, sed indecentiæ cuiusdam, quæ hominem ad sacros ordines sacrorumque functiones reddit inhabilem. Ecquis enim dicat si iudex iustissimè addixit hominẽ supplicio, veluti pœnam illi statui ne possit ad sacros ordines promoueri? ecquis inquã egregiæ virtuti pœnam vnquàm opposuit? Sed est indecòrum atq; indecens (vt lib. 5. q. 1. dicturi sumus) vt qui sanguine contaminatur, sacramẽta innocentissimi Agni dispenset. Pari nanque ratione bigamus, non in pœnam, sed propter significationem, quia Christus vnicam sibi ecclesiam desponsauit, fit irregularis. Quemadmodùm & consanguinei contrahendo matrimonio inhabiles sunt & inidonei: non certè in pœnam, sed propter rei absurditatẽ. Quapropter regula iuris vniuersalem continet veritatem, quòd sine culpa non est aliquis puniendus. Nam interiecta parẽthesis (non subsit causa) si glossam auscultes, solùm docet, vbi interuenerit citra culpam causa, cõtingere posse vt homo propter indecẽtiam, quam irregularitatem vocãt, ab aliqua dignitate repellatur. Quãuis eadem parenthesis aliter à diuo Tho. loco citato q̃ à glossatore intelligatur: videlicet de flagellis iam memoratis diuinis, quę non tam in pœnam commissorum criminũ, quàm ceu medicinæ in futurum infliguntur. ¶ Ad secundum respõsum satis est quod vbi lex suam expressérit intentionem non obligandi ad culpã, salua res erit. Inde tamen non sequitur vt vbi absque tali expressione subiũgitur pœna, tollatur subinde culpa. Nam verbum prophetiæ Naum nihil ad rem attinet: haud enim duplex illic tribulatio idem est quod culpa & pœna. Sed illa sententia misericordiam Dei designat, qui pœna semel ad iustum persoluta, nunq̃ alteram reposcit. ¶ Circa tertium argumentum. Illi qui distinctionem Henrici defensant, contendunt leges illas commemoratas non obligare ad culpam. Neq; illarum vllam quæ extant Leui. 20. Si mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, mœchus & adultera morte moriantur. &c. Breuiter, nullam seu Canonicam seu ciuilem quę ponitur sub hac conditionis figura, obligare putant ad culpã: sed illas præcisè quæ iubendo explicant quidpiam fieri aut non fieri sub pœnæ comminatione: vt est illa, Omnis vtriusque sexus. de pœni. & remiss. Qua præcipitur vt omnis semel in anno peccata sua confiteatur, & saltem in die Paschæ Eucharistiæ sacramentum suscipiat: alioquin & viuens ab ecclesiæ ingressu arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura. Hic autem duo adnotauerim. Vnum quòd etsi vera sit hæc opinio, nihil veritati cõclusionis nostræ detrahitur: quoniã illæ pœnæ nõ statuuntur nisi pro culpis, quæ, vel illis, vel alijs legibus vetãtur. Alterum est ꝙ illas ego leges pœnales, siue diuinas, siue canonicas, siue ciuiles, quæ delictis pœnas decernunt, negare non auderẽ quin obligent ad culpam. Nam quanuis illa delicta alijs mandatis non essent prohibita, in illis certè satis exprimitur, pœnas illas & maximè capitales ad cohibẽdas culpas illic insinuatas institui, quæ ideò culpæ

Ad secũdum argumẽ.

Ad tertiũ

Duo adnotanda. Primum. Secundum. Solutio

Distinctio. culpę illic virtualiter prohibẽtur. Vtendum ergò arbitror hac distinctione: Quãdo pœna applicatur culpæ, vti in dictis legibus, obligatio fit sub reatu culpæ: quando verò lex formam habet potiùs concessionis aut dispensationis, tunc talis lex non obligat ad culpã, sed tamen neque id quod sub imagine pœnæ subiungitur, habet veram rationẽ pœnæ, sed pretij aut conuentionis. Subdamus exempla. Hæc lex: qui frumentum è regno euexerit, illud perdat aut talem luat pœnam: re verà obligat ad culpã. Attamen si intentio Regis non esset distrahendi frumẽti prohibere, sed illa ratione pecuniam colligere, lex tunc nõ obligaret ad culpam: sed tamen conditio subiuncta non esset pœna, sed concessionis pretium, vt qui vellet euehere, tantum contribueret. Sicut & respublica potest, & vetando legem hanc ferre, Qui ligna in nemore cæciderit, tali plectatur pœna: & rursum sinendo pro pretio, Qui cæciderit, tantum soluat. Eodem modo, Si quis mulam equitauerit, illam perdat: profectò (vt reor) ad culpam obligat: sed si post latam legem ciues dispensationem procurarẽt, vellentq; eam pretio redimere, tunc lex hæc, Qui mulam equitauerit tantum soluat, non est pœnalis: quia neque prohibitoria, sed potiùs concessoria.

Obiectio.

¶ Quòd si contrà nobis obijciantur institutiones nostræ, aliarumque religionum, in quibus sic habetur: Nolumus obligare ad culpam sed ad pœnam: vbi pœna sine culpa nominatur:

Respõsio.

Respondetur tales non esse propriè ac legitimè pœnas, sed sunt quasi conuentiones & pacta: quia monachi tali se volunt voto astringere, vt si hęc fecerint, illa patiantur. Dicuntur autem non ineptè pœnæ, quia propter res vetitas exiguntur, ac rependuntur. Cuius instar in nostro libello de Abusu iuramentorum cauendo, dicebamus quòd citra obligationem ad nouam culpam potest quisque se adstringere vt quotiescunq; iuramento fuerit abusus, tantũ pendat. Allèget hic etiam contra nos forsan

Altera obiectio.

leges aliquas ciuiles statuentes pœnas vbi non apparet subesse culpa. Quales sunt illæ de effractoribus carcerum vt fugiant. ff. de effract. l. de ijs. &. ff. de cust. & exhib. reor. l. in cos. cùm tamen liceat citra culpam cuicunque vincto id facere. Sed de his lib. 5. q. 6. respondebimus, ꝙ vel est illic, vel præsumitur culpa.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm lex pœnalis in foro conscientiæ ante iudicis condemnationem obliget ad pœnam.

ARticulus proximus quo definitum est legem pœnalem & ad culpam simul & ad pœnã obligare, in hãc nos disputationẽ mittit eidem agnatã, vtrùm sicuti ad culpam ità ad pœnam ante iudicis cõdemnationem obliget. ¶ Et arguitur à parte affirmatiua: Leges huiusmodi (vt dictum est) nõ habent minorem vim obligandi ad pœnam quam ad culpam: & ideò legis virtus tam est punire (vt suprà dictum est) quàm imperare: ad culpam autem absq; iudicis sententia obligant: ergò & ad pœnam pari modo obligare possunt. ¶ Secundò arguitur. Iudex vigore legis per suam sententiam obligat ad pœnam: ergò maiori ratione lex per se ipsa. Aliter minoris esset vigoris lex quàm iudex: cùm tamẽ cõtra tota sentẽtiæ virtus à lege dimanet. Quin verò quisq; etiam potest se ad pœnam obligare quam absq; vlla sententia tenetur exoluere, dum quis vouit si certum admiserit crimen, tali se pœna vltum ire: cur ergò lex id non possit? ¶ Tertiò arguitur, leges diuinæ ante iudicis sententiam obligant ad pœnam: possunt ergò & similes humanitùs condi: postquàm autoritas humana à diuina deriuatur. Extabat enim antiquitùs Leui. 15. lex, vt qui mulierem tetigisset fluxu sanguinis pollutam immũdus esset vsq; ad vesperam: quæ quidem immundicies absq; vlla sententia contrahebatur. Et simi les ferè extabant leges de leprosis alijsq; infectis hominibus, qui ipso facto tenebantur ab aliorum se arcère contubernio. Item & sacrificia quæ ad expianda piacula iubebantur afferri tenebantur delictores in conscientia sacerdotibus exhibere. Et modò eadem ratione ecclesia potest pro aliquibus peccatis statuere pœnas, sicuti quadragesimale ieiunium indixit: quas nos meritò pœnitentias tenemur perpeti: ergo lex obligat in conscientia. His ac cedit & lex Christi Matth. 19. qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari. qua insinuatur licere dimittere adulteram quantum ad tori separationem in conscientia antequàm causam in iudicium deferatur: quam quidem pœnam ipsa tenetur pati. ¶ Quartò & de legibus multis humanis arguitur. In primis potest defunctus vsumfructum prædij legare vxori ea lege si pudicè vixerit, aut si ad secundas non transierit nuptias: quam idcircò conditionem cùm primùm fregerit tenetur legatum hęredi remittere. Et potest pari ratione qui collegium aliquod de sua substãtia instituit leges cõderet quicunq; collegarũ hoc aut illud admiserit crimẽ, priuatus sit collegij iuribus, aut quod à collegio recepe-

Primum argumentũ affirmatiuæ partis.

Secundùm.

Tertiùm

Quartum argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat restituat.quæ quidem leges absq; alia iudicis sententia in conscientia obligant.Et potest Rex tali lege iudices ministrosque iustitiæ ad munera reipublicę assumere vt quicunq; iudicium vendiderit, aut munuscula susceperit, eo ipso nulla alia spectata sentētia tali aut tali pœnæ subiaceat. Quales sanè leges in Hispania alijsq; bene institutis prouincijs extant. Quæ quidem profectò conscientiam perstringunt. Et in nostra Vniuersitate statutū est vt scholaris qui in petitione Cathedræ prensauerit seu ambierit, quod subornare vocant, ipso facto sit suffragatoria voce priuatus. ¶ Prætereà quintò,cum Rex lege pretium statuit frumenti vel quaruncunq; aliarum mercium, adijciēs transgressori pœnam, obligat ad eandem pœnam in conscientia. Et inter omnes extant leges præscriptionis quarum virtute possessor bonæ fidei absq; vlla iudicis sententia in conscientia acquirit in decēnio rerum mobilium dominiū,& numero quadraginta annorum rerum etiam Immobilium : vt latè patet vtroq; Iure, sub eisdem titulis de præscripti. hæc autē lex est pœnalis : ob negligētiam quippè illius qui tanto temporis interuallo rem suam negle xerit priuatur eius dominio: ergò lex pœnalis ante iudicis sententiam obligat in conscientia. ¶ Sextò arguitur ex . c.fi qui. de præscrip. lib. 6.vbi duo distinguuntur modi quibus potest quispiā rebus possessis priuari : scilicet aut per sententiam aut ipso iure.Etenim nisi lex per se ante iudicis sententiam reum mulctaret,inanis esset illa distinctio : quia non superesset nisi vnus puniendi modus, scilicet per sententiam. ¶ Septimò leges in iure sub diuersa forma statuuntur pœnales. Aliæ quippè sunt quæ explicant sententiam ferendam: illæ scilicet quę tantùm sunt monitorię,vt habetur in glos.super. c.vnico.de sagitta.videlicet quoties dicitur,Precipimus sub pœna seu sub interminatione, vel excōmunicationis,vel anathematis,vel suspensionis.Vnde illud verbum capituli Dolētis. de celebr.Miss.sub pœna suspensionis penitùs inhibemus, sic glossarores legunt, vt ipsum intelligāt solùm illic ferendam sententiam cōminari.Et expressiùs.c.relatū. de iure patro. post verbum,sub anathematis interminatione prohibere curetis,cōtinuò subnectitur: Si quis autem prohibitionis vestræ contemptor extiterit, excommunicationi subdatis.Aliæ verò extant vrgentiores leges:puta quæ pœnas nō ad monendo comminantur,sed castigando infligunt.Quarū vtiq; quatuor habentur cap.cùm secundùm leges. de hęret.lib.6. Prima, vt contrahentes incestas nuptias naturę nefarias,hoc est turpitudine se contra naturam polluentes, ipso facto suarum rerum dominium perdant. Secunda vt rapta mulier quæ contra voluntatem parentum raptori nupserit, omnia bona ipso iure amittat. Tertia vt illi etiam qui arma vel species ad hostes fidei transuexerint, earundem specierum & rerum proprietate hoc ipso priuentur. Ac præ omnibus Quartò, vt hæretici ipso facto priuentur bonis suis, quæ fisco adiudicētur :quæ quidē priuationes ipso facto (vt illic refertur) fiunt secundùm ciuiles leges. His insuper Quintus adhibetur casus in crimine lęsæMaiestatis,vt habetur.l.fin.C.ad legem Iuli.maiest.Et sextò iure Can.aduersus eos qui vel Romanæ ecclesięCardinalem percusserint vel cœperit,vt patet in.c.Fœlicis.de pœnis.Nā hi reputantur ecclesiæ maiestatem læsisse.Et septima est lex similis in eos qui mutilāt, vulnerant.&c.Romipetas,vel peregrinos in Hierusalem: vt patet ex more Romano quo in cœna Domini omnes illi declarantur excommunicati atq; suis priuati bonis. Vniuersos inquam hoc genus criminosos legibus sancitum est ipso facto rebus suis mulctari. Vnde fit consequēs leges obligare ad pœnam in foro conscię tiæ: nam aliàs nullum superesset interstitium inter huiusmodi leges atq; alias monitorias.Et confirmatur ratio:quia pœna excomunicationis,suspensionis & irregularitatis ipso facto ante iudicis sententiam incurritur. ¶ Octauò Iongè vrgentius arguitur ex cap.pro humani . de homi.volūt.lib.6. Illic enim in eos qui per Assassinos quēpiam occiderint,illa profert sententia vt excōmunicati omni honore & ordine& officio & beneficio ipso facto priuentur, eadē q; liberè alijs conferantur. Itâq; postquàm sceleus probabilibus argumentis constiterit,nulla tenus alia sentētia requiratur. Verba legis sūt. Accedit & vehemētiori tenore Pauli secundi Decretalis Extrauagans,Ambitiosę.in qua aduersus illos qui ecclesiastica bona alienauerint truculentior denuntiatur censura:nēpè vt ipso facto absq; declaratione aliqua sint suis beneficijs & dignitatibus priuati. ¶ In contrarium autem facit quod in eodem cap.cùm secūdùm leges. post illud verbum , Bona hæreticorum ipso iure decernimus confiscata : subiungitur, Confiscationis tamē huiusmodi executio , vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes , aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequàm per Episcopum loci vel aliam personam ecclesiasticam, quæ super hoc habet potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

Quæstio-

Quintū argumentum.

Sextum argumentum.

Septimum.

Octauum argumentum.

Paulus Secundus.

QVæstionem præsentem pluribus quàm fortè par esset dissertam curabo:eò quòd viri egregiè docti illam controuertunt. Quorum est Alphons. Cast. Franciscanus,de literis certè & religione benemeritus,ac mihi perinde obseruandus.Nam quamuis tum in alijs , tum etiam forsan & in hoc certiùs merem coniectauerit , videor mihi tamen paulò aliter sentire. Respondebo ergò more nostro ad quæstionem quinq; conclusionibus:ac per inde rationibus ac testimonijs quę contra obijciuntur pro meo captu satagam respondere. Neq; verò tanti disputationem fecissem,nisi tanti familiæ Christianæ referret conscientias de hac re informari. Quò autem perspicua sit lucidaq; oratio , ex multis quæ de lege pœnali disputantur, hoc solùm ad rem potissimùm scire pertinet. Vtrum eo ipso quòd quis transgreditur legem , quæ ipso facto transgressorē suis bonis priuat , teneatur in conscientia fisco eadem bona mancipare: an verò citra culpam possit ea retinere vsq;ad iudicis sententiam:vel ob id quòd illuc vsque dominium retinet : vel quia possessionis seu cōcessionis iure potitur. Hæc nanq; quæ causam interrogat , noua est quæstio. ¶ Prima ergò esto conclusio.Lex pœnalis ob id quòd dicat ipso facto, vel ipso iure, aut quid simile , non obligat ad pœnam ante sententiam à iudice latā, sic vt reus teneatur in conscientia bona sua statim commissa culpa à se abalienare.Sed si quę lex taliter obligat,aliū dē arbitrandum est. Hanc ergò conclusionem Abbati Panormitano, salua eius autoritate, è regione contraponimus . Cuius regula est super.c.Canonū. de cōstitu.&.c.dilecti. de arbit. quòd ille cuius bona sunt ipso facto confiscata,nō potest illa cum bona conscientia retinere:quia statim sunt,inquit, acquisita fisco. Verba eius sunt in dict.c. Canonū.Et quoniam testimonia naturalibus rationibus eluceſcunt,ab eiusmodi rationibus exordiar . Eò præsertim nituntur,quòd nullum(vt aiunt)ius,vel humanum,vel diuinū, vel naturale sentētiam nostrā adstruit:cùm tamē licèt lex nulla, humana aut legis naturalis sint interpretes. Quare prudenter idem religiosus author Theologos curauit admonitos,nè citationibus Doctorum essent contēti. ¶ Ratio ergò prima est hęc. Pœna(vt nomen ipsum sonat)inde dicitur, quòd passio est : natura autem abhorret vt idem sit agens & patiens : ergò lex quæ ministrum meipsum faceret executorem meæ pœnæ:non esset naturæ conformis: atque adeò cùm (vt suprà dictum est)humanæ leges à naturali deriuentur, nulla sic est obligatoria. At quoniam patronis contrariæ opinionis perquàm debilis apparet hæc ratio,perpendamus quāti sit pōderis.Lex regula est inanimis nostrarum actionum,quæ per iustitiæ ministros applicanda subditis est: ergò ad ministros pertinet suos subditos adlegis obseruātiam cogere : coactio autem fit per pœnæ inflictionem : ergò talis animaduersio ad iudicem pertinet: & contra naturam reo in se ipsum committeretur. Ob id nanq; Aristo. 5.Ethic.appellauit iudicem iustum animatum, qui debet ex lege agere in reum . Quapropter ego bene conijcio , lex pœnalis duobus mēbris ad diuersos loquitur . Cùm enim iubet nè quis quid faciat, subditos alloquitur:cum verò addit cōtrà faciens eo ipso dominiū rerum perdat, aut ipso iure bona amittat , aut bona eius sint confiscata,nō tam cum subditis loquitur, quàm cū iudicibus, iustitiæ executoribus , quibus talem imperat animaduersionem. ¶ Secūdò(quod mihi vrgens argumentum est) quantumuis lex pœnam comminetur,æquissimum tamē naturæ ius illæsum seruat:quod est vt delinquens audiatur. Hinc nanq; illa emanauit constitutissima firmissimaq; sententia Greg. de caus.pos.& propriæ.susceptis. Nos contra inauditam partem nihil possumus definire . Non ait solum, non volumus , sed non possūmus:Natura scilicet id vetante.Enimuerò cùm lex (vt suprà monstratum est)in communi feratur,neque singulares contingentium circunstantias potuerit prospicere , munus hoc delegatum est iudici , vt eisdem perspectis sententiā ferat. Potest siquidē reus allegare vel ignorantiam,vel infirmitatem, vel vehementissimā occasionem, vel fortasse quòd non tam grauiter in legem impegerit,vt dignus sit totius pœnæ acerbitate . Quapropter etiam in crimine hæreseos, quod omnium est impientissimum, & execrabilissimum,auditur hæreticus quouis modo voluerit suum factum excusare.Et contingit sępissimè tam tenue esse delictum,vt nō agatur in ipsum toto rigore iuris, atq; adeò neq; expolietur omnibus suis bonis . Et pari ratione,imò æquiori in crimine læsæ Maiestatis atq; in alijs quibuscunq; perpendenda est causa in particulari , & secundùm grauitatem aut leuitatem iudicandum: etiam si lex nillies dicat ipso iure & ipso facto & eo ipso: quoniam epieikeia nulla potest lege à iudicijs ablegari. Quapropter quod lex ait, ipso facto, idem est quod ex natura, & genere facti: cui nō obstat quominus de quantitate & modo facti sit rursus expendenda pœna : quemadmodum ab

Fit planus quæstionis tutulus.

Prima cōclusio.

Panormitanus.

Præfatæ conclusioni naturales rationes astipulātur.

Prima ratio pro cōclusione.

Explicatur præterita ratio.

Aristot.

Secundum argumentū.

Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso legislatore si præsens esset, fieret. Et inde quoq; alia sanctissima lex dimanauit, vt nemo nisi vel confessus condemnetur, vel conuictus: vt habet Can. Nos in quenquam. & Can. Iudex. 1. quæst. 7. Quòd si ratio hæc suscipitur, vide in quas angustias miserum delictorem cõijcias, si ante sententiam iudicis teneatur bona ipse sua (vt habet contraria opinio) fisco tradere. Profectò non solùm eum cogis vt executor sit legis aduersùm seipsum, quod natura non fert, verùm & iudicem constituis: nempè vt ipse perpendat an delictum suum tantam mereatur pœnam. Fac exempli gratia, hominem sciẽtem ac prudentem leuem hæresin secum, tum mente concepisse, tum etiam protulisse ore, in qua diem tantùm vel præcisam horam priuatim durauit: Vtrùm statim eum in conscientia cogere debes, vt amplissimam suam substãtiam, etiam dum ditissimus est, fisco offerat: quamuis in mentem redactus firmus sit iam in fide. Re vera atrocissima esset censura: neque vllus, neu sæcularis neu ecclesiasticus iudex talem pronuntiasset sententiam, tantum abest vt esset priuatim in conscientia cogendus. Et tamen si vera esset contraria opinio, maximè eorum qui tenent etiam pro occulto crimine quod nullatenùs probari potest, incurri in pœnam iuris, cogẽdus esset: quoniam qui nullam sibi potest ignorantiam prætexere, verè hæreticus est. Imò vt ex vsu aliud capiamus argumentum, quis vnquàm sacerdotum in illas angustias pœnitentiam adegit, vt ante condemnationem sua publicaret bona? ¶Accedit præterea tertiò, quòd leges humanæ (vt suprà ab Isidòro dicti sumus) debent esse tolerabiles atque ad hominum imbecillitatem accommodatæ, quas etiam illi qui non sunt adeò virtute progressi ferre possint: si tamen lex homines sic distringeret, vt sua substantia, quantumuis locupleti, sua se sponte nudarent, intolerabilis esset, & suaui leuique iugo Christo longè dissimilis. Neque aduersariorum ratio concludit, qua aiunt hoc modo cautius obseruari leges: nam talis debet adhiberi cautela custodiendæ legis, vt tamen non fiat obseruatu impossibilis. ¶At quoniam de occulto hæretico tetigimus cuius nullus est testis, inde sumamus argumentum quartum, quod sit hoc Dilemma: Aut vis occultũ hæreticum, scilicet qui absq; vllo teste protulit exterius hæresin incurrere ciuiles pœnas iuris: (nã de excõmunicatione à nemine dubitat:) vel secùs: prius durissimũ sanè est opinatu: si tamen non incurrit nisi quando protulit corã testibus, inde sumitur manifestum argumentum, quod ante condemnationem non tenetur pœnas luere: nam cùm testes nullatenùs sunt necessarij, nisi propter iudicium: qui negat sententiam iudicis esse necessariam ad priuationem bonorum, gratis dat testes esse necessarios vt hæreticus sit reus pœnæ iuris. Hoc argumentum licèt non fecerit prænominatus autor oculatè tamen prospexit, dum quæst. 15. 2. libri. concessit cum suo Panormitano occultum hæreticũ incurrere pœnam iuris: nam secundùm suam opinionem ad hunc effectum superflui sunt testes. Fundamentum autem quod huic assertioni suæ subiecit, non solùm non videtur solidum, verùm contrariæ potiùs sententiæ suffragatur. fundamentum sumitur ex cap. accusatus. de hæret. lib. 6. vbi Papa præcipit confiscationem fieri bonorum hæretici defuncti cuius hæresis, ipso viuente nondum innotuerat. Attamen ex illo apertiùs colligitur hæresin illam non fuisse occultam: siquidem post mortem patuêrunt testes. Et re vera condemnare hominem delinquentem simpliciter occultum, contrarium esse videtur non solùm capitulo, Secundùm leges, confiscationem vetanti ante sententiam iudicis, verùm & toti ordini Iuris: quo sancitum est vt nemo nisi via vel inquisitionis, vel denũtiationis, vel accusationis puniatur: quia semper iura id quod probari nequit, non esse sui fori reputârunt: excepta excommunicationis censura, quæ natura sua cognitionem causæ non requirit, sed solam iuris præmonitionem. ¶Sed quintum hîc peculiariter argumentum adhibeam, vt dicta præfati doctoris intelligam. In secundo suorũ lib. quibus egregiè de Iusta hæreticorum punitione disputauit. cap. 6. dixit quòd non omnis proferens hæresin incurrit pœnam iuris, sed tãtum hæreticus: vt habetur in dicto cap. secundum leges: Puta ille qui hæresis pertinax est. Aut ergò appellat pertinacem eum qui contra solam legem rebellis est, puta qui consultò negat id quod scit esse cõtra scripturã, vel contra sanctam ecclesiam: aut nondũ reputat pertinacem quoadusq; in iudicio admonitus mordicus hæresin retineat. Si prius dicat, non intelligo cur adhibuit in dict. c. 6. quòd illis qui admoniti statim reuocant & damnant errorem suum, non pœna iuris, sed arbitranda puniendi sunt. Nam illic propalàm loquitur de admonitione, non iuris sed iudicis. Si autem illic intellexit, vt planè videtur intellexisse, non incurrere hæreticum pœnam iuris nisi in illo articulo quo in iudicio admonitus non resipiscit, tunc tota eius machina ruit. Primum enim falsum est occultum hæreticum cuius nulla haberi potest probatio priuatum esse suis bonis.

Quin

Alterum argumentum.

Tertia ratio.

Ratio aduersariorum debilis.

Quartum argumentum.

Præfatæ sertionis damenta rum solũ

Quintatio.

Quin verò palàm sequitur neminem ipso iure & facto priuari quousque in iudicium trahatur: vbi non solùm de hæresi sed de pertinacia condemnetur. Præterea tota practica inquisitorum negatur. Nam quicunque manifestariam hęresin secum absque arbitris affirmauit, nisi ignorantia excusetur, censetur hæreticus, scilicet excommunicatus tanquàm pertinax contra admonitionem legis. Et ideò licèt nunquàm fuerit admonitus ab homine, si in iudicio pòst conuinceretur, iure possent eius omnia bona confiscari, & confiscantur: nisi ob hęresis leuitatem aliqua ei remittantur. Tametsi dum veniam petit non relaxatur sed reconciliatur. Secùs de illo qui tantum est suspectus de hæresi, in quem non habet pœna iuris locum, sed arbitraria. Hæc dixerim non ad reuincendum autorem, sed ad hoc per eius dicta confirmandum, quòd occultus hæreticus non tenetur tradere bona sua quoadusq; sit in iudicio de crimine conuictus. ¶Id quod præterea sexto inde maximè confirmatur, quòd si quis nemine sciente, hæresin consultò secum ore asseruit, & absque vlla denuntiatione, sua sponte se patribus sancti tribunalis offert, licet excommunicatus ipso facto sit, mulctari non solet omnibus suis bonis nec diffamari. Re vera ad hoc nescio quomodò responderi posset. ¶Accedit septimo loco & famigerata illa sententia Chrysostomi super epistolam ad Hebræos, quæ refertur de pœn. dist. 1. Can. Quis aliquando. Non dico vt te prodas: ex qua fit consequens quòd nemo tenetur se prodere, nisi quem infamia, vel indicia, vel accusatio, iudicis authoritate compulsum prodiderit: si tamen occultus reus teneretur bona sua fisco offerre, cogeretur sibi inde se prodere: nã si esset iniquis persona, qui aliter fieri posset vt illa traderet? ¶Sed trifariàm contendunt aduersarij hanc rationem debiliare. Primo, illquiunt, sequeretur quòd neq; fur qui clàm fiscum cõpilasset, teneretur restituere nè se proderet. Secundò aiunt quòd debent tunc restituere secretè per tertiam personam. Et tertiò, quòd si non potest citra infamiam, cessat necessitas restitutionis. Prima autem responsio, fuga est potius quàm solutio. Lata est enim differentia inter pœnam & restitutionẽ: quod enim ait Chrys. toto cõcordante iure, est q; nullus reus ea causa vt puniatur, tenetur se prodere: illa nimirum ratione quòd nemo esse tenetur agens & patiens. Quod autem tu alteri furripuisti, non in pœnam, sed ratione iustitiæ commutatiuæ perstringeris restituere: etiam si necesse fuerit te ipsum cum aliqua infamia prodere: si secretò non potes. Illa quippè regula vt nemo cum detrimento suæ famæ debeat restituere pecuniam, lib. 4. sub titulo de restitu. patebit quàm sit fallax, quamque intolerabilis & perniciosa, si sic vniuersaliter vt iacet absque temperamentis & exceptionibus intelligatur. Nam certè qui expilasset fiscum aut magnam pecuniam, cum detrimento etiam famę deberet restituere. Secùs de periculo vitæ. Ad rem ergò, profectò si nemo tenetur vt pœnam subeat se prodere, consequitur, vt neque illam in conscientia debeat. Huc accedit argumentũ ex leg. aut facta. ff. de pœn. §. nõnunquàm. vbi habetur quòd supplicia exacerbantur quoties opùs sit exemplo esse multis. Debent ergò pœnæ exemplares esse, & non occultæ. ¶Octauò denique arguitur. Lex (vt in cap. Secundum leges, persistamus) permittit reo sua bona possidere vsq; ad cõdemnationem: quin verò vetat illa furripi: ergò idem reus bona fide possidet. Scio fautores contrariæ opinionis & hoc argumentum imbecille existimare. Cõgerunt enim fallentias complures consequentiæ huius, Fiscalis iudex non potest exigere rei bona: ergò reus ipse non tenetur sua sponte cõferre. Vt enim habetur. ff. de aleat. 1. qui furatur in domo vbi alea publicitus luditur, restituere quidẽ tenetur domino, sed tamen domino in pœnam, quia receptat lusores, non datur actio in iudicio. Atque inde inferunt quòd permittitur reo ipso iure damnato sua possidere, non illa permissione quæ culpam tollit, sed illa quæ pœnam non exigit: sicut meretrices permittuntur. Atamẽ fallentiæ in primis quas adducunt fallere nequeunt argumenti vim. Debet enim natura permissionis ex subiecta materia perpendi. Etenim cùm quisque antequàm crimen admittat dominus sit legitimusque suorum bonorum possessor, & lex statim post positionem pœnę priuationis subiungat nè confiscatio ante sentẽtiam iudicis executio ni mandetur, apertè videtur reo concedere suorum bonorũ vsum. Secus si furaris. Neq; opus est aliã adducere legem aut ratione huiusmodi concessionis, vt reus bona fide possideat. Qua vtique ratione, vt habetur de præscrip. lib. 6. c. vlt. hæredes defuncti bona ipsorũ præscribũt. Quanuis hoc bene videam perparum vrgere. Nam etsi hæretici bona fide non possiderent, possent illam habere hæredes ad præscribendum: propter ignorantiam criminis. Sicuti & latronis hæredibus vsu venire potest.

Altera ratio

Septimũ argumentum. Chrysost.

Triplex ens sio præteritæ rationis.

Refelluntur aduersariorũ rationes.

Aduersariorum solutio.

Impugnatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

test. Profectò licèt non sim vsqueadeò mei amator iudicij, tamen rationes istæ, vbi vel scriptura sacra vel expressus textus iuris mihi nõ obstaret, vt ire vera non obstat, efficacius mihi rem persuaderent, quàm lõga Doctorum phalanx, qui simplices aliorum assertiones absque vlla perspicientia perlustrant. Quanuis neque probatissimorum testimonia nobis desint.

S. Thomas. Est enim in primis sanct. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 3. qui expressè ait neminem ante condemnationem per iudicem ad pœnam teneri. Cui

Conradus. Adrianus. & Conrad. tracta. 1. de contract. quæst. 7. subscribit. Et Adria. quol. 6. art. 1. Neque verò vt quidam putant oppositum censuit in. 4. vbi de his quæ ludo acquiruntur quæstionem disputat. Illic enim hoc ait duntaxat quod qui ea quæ ludo iure prohibito perdidit soluitque, potest ante sententiam iudicis recuperare si potest: cuius quidem ratio longè diuersa est. Quia lex ludorum non est pœnalis, sed putat Adrian. impedire dominij translationem. Caieta. item & eodem loco. 22. & in sua

Caietanus. Sylvester. summa, verbo, pœna: & Sylvest. in verbo, hæresis. 1. §. 8. sed latius in verb. Assassinus. & inter Iurisconsultos Archidiac. super eod. cap. cùm secundum leges lib. 6. eandem probat

Archidiaconus. Ancharran? Philippus Francus. Ioãnes And. Bartol. Glossa. sententiã. Cui Anchar. & Philippus Franc. & alij adhæresc unt. Quin verò & Ioannes Andræ. cap. pro humani. de homi. lib. 6. & Bart. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisc. Et Glossa cap. Fraternitas. 12. quæst. 2. At parum ad rem refert quàm sit numerosa citatio, vbi ratio nõ adhibetur noua. ¶ Hoc tamen vnum admonere non negligam, quòd licèt quantum ad alia puncta, an videlicet quando lex dicit ipso facto, statim reus priuetur rerum vel dominio vel possessione, alia sit plurium opinio, alia verò pauciorum: tamen quòd teneatur protinus ea reddere, non solùm non est opinio communis Iuristarum, verùm neque est cur inter eos habere debeat authoritatem. Primùm, quia ad ipsos non attinet de foro conscientiæ censere. Secundò, quòd inter antiquos vnius tantum fuit Panormitani opinatio. Nam Felinus &

Felinus. alij non alia ratione eam amplectuntur, quam quòd ille dixit. Quare non opùs est plures citare: quia vno nominato omnes connumerasti. Et tertiò, Sylvest. solertissimus doctorum

Sylvester. iuris explorator in verbo, Assasinus, ait Abbãtem in hoc non teneri. ¶ Secunda conclusio:

Secunda cõclusio. sententia excommunicationis, vt potè quæ spiritualis est & ecclesiastica, ligare ipso iure potest & solet. Conclusio hæc solenni ecclesiæ vsu

Probatio cõclusionis. propatula est. Excommunicantur enim ipso iure clericorũ percussores, vt patet. 17. quæst. 4. & Assasinorum receptores: vt cap. proximè citato de homicid. volunt. lib. 6. Et cum primis hæretici, vt cap. ad abolendam. de hæreti. sed non opùs est in re non dubia testibus vti non necessarijs. Trahiturq; conclusio ex forma euangelica: Si ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quare qui vel à iudice vel à iure præmonitus inobediens est, ipso iure ab Ecclesiæ suffragijs excluditur.

Caieta. Sũt autẽ (vt Caietan. loco citato) qui inter hãc atq; alias ciuiles pœnas hoc tantum discriminis constituant, vt hæc liget, illæ verò non. Itẽ quòd hęc est mera priuatio & passio ad quam reus ipse non debet veluti agens concurrere: aliæ verò vt pœna corporalis aut pecuniaria requirunt actionem, ac subinde executorem.

Explosio discrimenis Caietani. Haud tamẽ arbitror hãc discriminis rationem satis esse: quoniam sequeretur inde condemnari reum posse, nè de carcere aufugeret & paratum cibum non gustaret, quousque fame strãgularetur: quia non fugere & comedere non est agere. Quòd si dicas cõdem reduci non comedere & se hominem occidere, vti ait S. Tho. sequeretur saltem quòd posset delinquẽs ipso facto priuari ante sententiam iudicis priuilegio aliquo aut iure quod habet eligendi, vtendi, vel fruendi re aliqua: quoniam non eligere, & nõ vti, non est agere: quod tamen, si nostra vera est opinio, falsum est. Ratio ergò quare ec

Ratio excõmunicatio ligat facto ante præuia sæ cogitationẽ. clesia excommunicare potest ipso facto absq; causæ cognitione & iudicis sententia, est quia dum priuat hominem suis suffragijs aut susceptione sacramentorum, non priuat eum bonis suis proprijs quæ iure peculiari possidet, & tradere per actionem teneatur: sed communibus quorum ipsa est dispensatrix. Ac si dixisset, Qui talem admiserit culpam, non sit nostrorum sacrificiorum, ac sacramentorum, ac consortij particeps: Veluti si paterfamiliãs suos admoneret dicens: Quicunque me odio prosequitur, nolo illum meo vesci pane. Et ex hoc capite multa quæ contra nos facere videntur argumenta paulò pòst diluentur. Atque hanc ob causam diximus in prima conclusione legem quæ ipso facto obligat in conscientia, non inde habere illam virtutem quia dicit ipso facto, sed aliunde. ¶ Tertia conclusio. Quando ipso facto pœnam decernit, tunc sententia iudicis non est necessaria vt feratur super pœnam, sed super crimen: satis inquam erit vt hæreticus condemnetur de crimine: puta quòd sciens & prudens id asseruerit quod nouerat scripturæ sacræ aut Ecclesiæ determinationi aduersari.

ri. Nam tunc (vt modò diceb am) iam condemnatur tanquàm trangressor legis, per quam fuerat admonitus. Et ideò ex tali cõdemnatione sine alia noua expressione pœnæ oritur ex

Probatio cõclusionis. natura rei condemnatio ad pœnam iuris. Conclusio hæc expressa iacet in vltimis verbis dicti cap. Secundùm leges. scilicet confiscationis executio fieri non debet antequàm sententia super eodem crimine fuerit promulgata. Quasi dicat, Inde enim sequitur condemnatio pœnæ taxatæ à iure: nisi criminis leuitas (vt diximus) supremo iudici misericordiæ aditum pandat. Et hic mihi est legitimus sensus verbi ipso facto, scilicet ipso facto per sententiam prodito. Nam quantum ad pœnam, quandiu latet, non habetur pro facto: ex damnatione autem facti incurritur pœna huiusmodi legum.

¶ Quapropter non mihi displicet eorum loquendi modus, qui aiunt sententiam huiusmodi facti esse tantum declaratoriam criminis. sed

Panormitanus. tamen minimè subinde concesserim cum Panormit. in cap. non ab homine. de iudic. quòd vbi crimen est notorium non opùs est expectare iudicis sententiam: quoniam non alia manifestatio criminis sufficit, quàm iuridica per sententiam: vt præcipitur eodem cap. & rationes à nobis factæ ostendunt. Et per hoc etiam proditur imbecillitas argumenti quod contra nos fit: videlicet quòd si tantum requiritur sententia tanquàm criminis declaratoria, quid opus est reo cui compertissimum est, sententiam expectare, vt teneatur bona sua reddere? Hærent enim semper isti in eadem salebra: quibus ideò, respondemus nõ requiri sententiam solum propter declarationẽ, sed propter talem declarationem, scilicet condemnatoriam. Alio quin lex ipsa illam fecisset exceptionem.

Quarta conclusio. ¶ Quarta conclusio. Condemnatio illa retrò agitur vsq; ad articulum quo hæreticus omni ignorãtia nudatus hęresim studio asseruit: quo

Ioan. Andr. est) requiritur vt cẽseatur hæreticus. Nam quãtum ad veritatem articuli satis erat admonitus vel per notam sibi scripturam, vel per determinationem Ecclesiæ. Assertio est Ioannis Andre. in dict. c. cum secundũ leges. sed nulla opus est autorum citatione: nam lex est expressa,

Probatio. Post diui Marci. C. ad l. Iul. maiestatis. cõtra illiusmodi impios. Et vniuersalis vsus & practica sancti senatus Inquisitionis sic habet: nempè secundùm normam directorij, lib. 3. titul. 9. Habetq; consuq; vim talis sententia, vt omnes contractus, nempe donationis, venditionis, aut quæ alij, etiam causa dotis, quos hæreticus ab illo articulo fecerit, habeantur pro infectis. Et si apud hæreticum non inueniantur pretia, ni hilominùs fiscus nullo emptoribus restituto pretio sibi adiudicat dicta bona. Dixerim si hęreticus vendiderit, donauerit &c. nam si cibũ vestitumq; citra fraudem emerit, talia pretia à venditoribus non repetuntur: quia iure naturæ sibi licebat vitam suam sustentare. Hæc autem non sunt præsentis loci pressius tractare.

Argumentũ aduersariorum. ¶ Ex hac autem quarta conclusione, sustinentes alteram opinionem, inelucta bile, vt putãt, informant argumentum aduersus nostrã primam. Supponunt enim cum Arist. 6. Ethi. c. 2. ad præteritum non esse potentiam: quoniam neq; in Dei potestate est ingenita facere quæ facta sunt. Dilemma ergò suum est hoc, Aut hæreticus ab articulo patrati criminis priuatus est suorũ bonorum dominio, aut secus. Prius si dederis, iam ipso facto ante iudicis sententiã priuatus est. Si autem vsq; ad sententiam erat verè dominus, non potuit per sententiam effici vt dominus non fuerit: quia nulla est ad præteritum potentia. Si autem sententia id facere nequit, fit vt neq; potuerit contractus illos libera hæretici voluntate celebratos, infectos reddere: vt pote qui veri domini voluntate bona fide firmati sunt. Et quò vrgentius argumentum appareat, simile fieri potest de possessione. Si enim respondemus, ab illo hæreticum articulo caruisse dominio, retinuisse tamen legitimam possessionem: Arguitur similiter: Sententia facere nequit, vt vsque ad illum articulum non habuerit legitimam possessionem: ergò neque potest contractus sic rescindere, vt emptores fraudentur suo pretio. Nam qui à legitimo possessore emerit, non est cur pretium perdat. Argumentũ autem certè non est tanti momenti quanti à suis authoribus æstimatur. Do enim in primis hæreticum verè fuisse dominum vsque ad condemnationem, ac subinde sententiam non posse facere vt non fuerit dominus. Negatur tamen cùm infers: ergò non potest præteritos contractus rescindere, ac pro infectis pronuntiare: quoniam ab articulo commissi criminis impediebatur bona sua alienare. Veluti possessor primogenituræ, & pupillus ante legitimam ætatem, & collegium ac monachorũ conuentus, licet domini sint suorũ bonorum, sunt tamen lege ligati nè possint illa abalienare: quòd si fecerint cõtractus non valent, cassiq; habentur. Secundò prætereà nihil repugnabo, si quis dicat ab illo articulo amissum esse dominium, dummodò hoc non negetur quin iure fuerit hæretico permissa possessio, abalienatione tamen cohibita. Sed instas, Post quàm dominium per

Solutio argumenti. Solutio secũda. Instantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditum est ex cuius natura sequitur in reo obligatio restituendi, qua lege fingitur concessa possessio? Respondetur ipsa, eâdem quæ executionem vsq; ad prolatam sententiam vetat, dicens: confiscationis autem executio non fiat.&c. Neq; opus est aliam disquirere: nam si lex voluisset sic ipso facto reos punire, vt ex tunc tenerentur tradere sua bona, id profectò expressisset. Etenim. c. Cùm singula.de preb. lib. 6. quia retinentem duas præbendas vult Papa inhabilem esse, vt eligatur: ait, Ex tunc eo ipso efficiatur ineligibilis. Nam inhabilitas (vt infrà dicemus) ipso facto contrahitur. Attamen licèt habens vnam præbendam cum cura animarum, & alteram recipiens ipso facto priuetur priori, nihilo minùs priuatio non est facienda nisi reus audiatur, vt ibidem cauetur cap. Licèt Episcopus. vnde non debile à nobis stat argumentum. ¶Rursus autem scisciteris: Vnde colligitur impeditum esse hæreticum ab alienando si vel dominium habet, vel legitimam possessionem. Respondetur. Ex commissione ipsa peccati, cui lege decreta est pœna. Quòd si inde inferas, iam nos ergò concedere aliquo modo puniri reum ipso facto ante sententiæ prolationem, id nos ingenuè fatemur. Id enim tantùm hactenus negauimus quòd sic punitur ipso facto vt teneatur ipse in conscientia executor esse: & ideò simpliciter non punitur. Si tamen cum temperamento dicas, punitur quodammodò, verum ais. Et hanc arbitror esse mentem legis vltimæ C. ad. l. Iul. Maie. vbi habetur quòd Maiestatis læsor etiam defunctus condemnetur, successoriq; eius eripiantur bona. Cuius causa his verbis exprimitur: Nam ex quo sceleratissimum quis consilium cœpit, exinde quodammodò sua mente punitus est. Quæ autem sit illa quędam punitio, declaratur secundùm diuos Seuerum & Antoninum. Nè alienare neq; seruos manumittere possit, neq; debitores ei soluere teneantur. ¶Vnum hic autem adnotato opùs est & admonito, quòd vbi malefactorem quempiã vel infamia denotatum vel insinuatum indicijs, vel semiplena probatione præuia iudex interrogaret, ille verò negaret: quia iam tunc fateri tenebatur, & ideò iudicium per iniustitiam impediuit, inde fieret reus pœnæ cuius iustè cõdemnandus esset. Attamen si fiscalis, dum solus ipse crimen nouisset quod probare nõ posset, neque verò infamia notatum esset, bona hęretici clanculum acciperet (quod aliud est aduersariæ partis argumentum) certè contra ius faceret & ad restitutionem teneretur. ¶At nè hoc in præsentiarum desideretur, quintam ad

Responsio.

Quæstio.

Solutio.

Quinta conclusio.

hibeamus conclusionem eandemq; generalem de sententia iudicis. Quotiescunque iudex iusta, iuridicaq; sententia reum condemnat ad pœnam quæ non est mortis, corporalisve læsionis infictiua, tenetur reus parêre, etiam si aliquid debeat agere: vt puta vel pecuniam soluere, vel in exilium secedere, vel in carcere, etiã perpetuò permanere. Secùs autem si corporali supplicio addicatur. Tunc enim tantùm tenetur pati: agere verò minimè. Prior pars inde patet, quòd vnusquisque debet potestatibus obedientiam, nisi iure aliquo diuino aut naturali excusetur: illic autem nulla est excusatio. Quare non alius requirit legis executor quàm iudex ipse sentẽtiam pronuntians: illa nanq;, vbi non est de corporali supplicio, legitima est executio. Posterior autem ratione contraria comprobatur. Nam ius naturæ nobis concessum tuendi vitam propriã, excusatos nos habet, nè vlla nos obedientia cogere possit vt in nos ipsos vltrices manus conijciamus. Neque hic Caiet. protegere dissimulabo, cui falsò imponitur negasse in art. 3. 22. q. 60. postq; quis à iudice pecuniaria mulcta cõdemnatus est, teneri eam soluere. Id quippe nũquàm negauit, sed q̃ à lege ipso facto nemo potest ad hoc cõdemnari, neq; ad id prorsum ad quod requiritur eius actio. Quare nullatenus sibi contradicit dum. q. 69. ar. 4. ait q̃ cõdemnatus vt vel in exilium abeat, vel mulctam soluat, syncerè obtemperare tenetur. ¶Neque verò hoc prætereundum hic silentio arbitror q̃ causa quare nullus dãnari potest vt se ipsum vel interimat, vel alio supplicio afficiat, non est quia nemo est dominus propriæ vitæ. Ridiculũ enim esset si hanc causam iudici tunc obijceres dum tibiid iuberet. In promptu enim ipse hoc haberet responsum: Neq; ego idcirco tibi iubeo vt te ipse interficias, quod tu sis dominus vitę tuę, sed quia ego potestatẽ eius habeo & arbitriũ. Etenim carnifex nihilo plùs habet dominij in reũ, quam ipse in seipsum: & tamen iudicis auctoritate illũ interficit. Ratio ergò vt nemo sic potest obligari, est quòd non potest illo beneficio naturali priuari, quod homo habet protegendi vitam suam. Idcircò enim licèt vi nemo potest tali casu resistere, non tamen potest cohiberi nè aut fugiendo aut alia via mortem sibi caueat. Ob idq; quando supplicium ex eorum esset numero, quæ homines religionis ac pœnitentiæ gratia sumere ipsi solent, nulli aduersaretur iuri: quanquàm præfectus in religionibus monacho, vel Episcopus sacerdoti præciperet: vt idem ipse suis manibus susciperet: puta vt à se ipso flagello vapularet.

Prob. prioris.

Probat. tertiæ

Prob. Caiet.

Falsa præsens clusio.

Vera clusio.

Super

SVpereſt ergò ad argumentorum seriem, quæ tum longa est, tum etiam nodis difficilibus implexa, respondere. Primum autem iam solutum est. Nam etsi lex tam ad pœnam obliget quàm ad culpam, diuersimode tamen. Quoniam cùm sit regula, eo ipso quòd quis ab ipsa deflectit, peccat: culpa enim non est aliud quàm deflexio à lege quæ ab æterna diuinaq; deriuatur. Ad pœnam autem obligat, illam statuendo: & in hoc sensu legis virtus dicitur punire. Applicare tamen pœnam pertinet ad iudicem. ¶Ad secundum respondetur quòd etsi obligatio ad pœnam ante iudicis sententiam non emergat, non inde sit maioris esse virtutis iudicem quàm minister legis per eius virtutem: tum potissimùm quòd lex per se obligat ad culpam. Sed id solùm sequitur, quòd virtus punitiua legis non pertingit ad reum nisi ministerio eius administri. Qua ratione ab Aristot. appellatur iustum animatum. Quod autem de cuiusq; voluntate in calce argumẽti subditur, per quam potest homo transferre suorum bonorum dominium, nihil ad rem. Habet enim quisque suarum rerum liberam facultatem vt possit seipsum sua sponte obligare: respublica tamen non, nisi præscriptis formis & modis, videlicet, vt dum legi rebellis extiteris, possis à iudice cogi.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ

¶Ex legibus autem diuinis tertio argumento allatis nullum aduersum nòs extruitur validum argumentum. Etenim mulier quæ fluxum patiebatur, iure naturæ tenebatur abstinere à viro ne illum morbo inficeret, licèt fluxus non esset culpa: immundities autem legalis eius qui illam cognoscebat, per culpam ipsam contrahebatur. Quare sicut modo ille qui peccat eo ipso coinquinatur, teneturq; pœnitentiæ fructibus satisfacere: sic ille qui antiquitùs inquinabatur. Nam illa corporalia, figura nostrorum erant spiritualium. ¶Et per hæc patet responsio ad leges diuinas quibus pro diuersis peccatis diuersæ statuebantur sacrificiorum ac purificationum cęremoniæ. Deus enim in quem offensã committitur, reposcere potest quam voluerit satisfactionem quam absque alio iudicio tenetur peccator exoluere. Pariq; ratione nunc ecclesia potest ieiunia, eleemosynas, & orationes instituere, quibus quisque tenetur sua expiare piacula. Quod autem additur de leprosis, nihil ad rem: nam iure naturæ tenentur mortiferi homines ab aliorum cœtu sese abstrahere nè illos contagione inficiant, licet morbus culpa non sit: neque talis abstractio, pœna. ¶Neque permissio Euangelica quæ sit viro separandi

Ad tertiam argumentũ.

Ad cõfirmationem eiusdẽ argumenti.

torum ab adultera rem contra nos vrget: nam separatio illa non tantùm existimanda est pœna, sed tanquàm conuentionalis licentia, quæ ex fracta coniugis fide nascitur: est enim pactum inter coniuges, data vtrique acceptaq; fide, vt vterque alterius torum immaculatum seruet. Et ideò dum vnus suam fidem fregit, liber fit alter à vinculo soluendi ei debitum. Sicut si ego tibi ea lege meas operas pollicerer vt tu mihi tuas obstringeres, cadente te à fide tua, non teneor ego amplius stare meæ. Et pari ferè modo respondetur ad membra omnia quarti argumenti. Primùm enim de illo qui vxori quidpiam legauit sub conditione, longè à nostro proposito distat: neque opùs fuerat Caietano in sua Sum. verb. pœna, talem exceptionem facere: quoniam eiusmodi conditio neutiquàm lex est pœnalis: Defunctus enim, si persona erat priuata, non poterat legem condere: sed est conditionale pactum, Do vt facias. Od idq; si tu conditionem non impleas, teneris mihi meum restituere. ¶Similis est ad secundum membrum responsio. Enimuerò qui collegium suis bonis instituit statuta facere potuit, vt si Collegarum quisque aut foris pernoctaret, aut matrimonium duceret, aut aliud quiduis faceret, ipso facto in conscientia iura collegij perderet: quæ quidem lex vim haberet in conscientia: quia institutor potuit, si libuit, sub illa conditione bona sua largiri. Tametsi profectò nemini consulerem tales condere leges: sunt enim conscientiarum illaqueatrices. Hoc est enim nimium emungendo sanguinem elicere. Satis nanque familiæ consulitur, si huiusmodi leges particulares instar communium constituantur, vt scilicet delinquentes via regia comperti puniãtur. At quoniam præsumitur præfectorum negligentia, huiusmodi rigor permittitur. ¶Atque huic præterea affine responsum est tertij membri de legibus quibus Reges solent manus ministrorũ iustitiæ vincire, nè munera captent. Enimuerò cùm illos sua libera voluntate & tanquàm suos ministros eligant, ac de suo ærario stipendia illis decernant, suoque mandato illis iura soluantur, possunt tali conditione illos eligere, vt in conscientia obligentur pœnas suorum delictorum pendere. Et ideò si conditionem voluerint accipere, tenentur implere. Atque eam ob causam iureiurando stringuntur, quod aliàs lex per se illos non posset cogere ad pœnã ante condemnationem. Quanuis verbum illud, In conscientia teneantur soluere, fateor me approbare non posse: quia nullum in iure communi reperitur eius exemplum. Nam

Ad quartum argumentũ cum suis mẽbris.

Collegiorũ fundatores.

Ad tertium membrum.

principes

Universidad de Deusto
Biblioteca

principes sæculares non debent de conscientia iudicare. Neque verò illo aureo auct. vt iudices sine quoquo suffragio fiant, quo acerrimè inhibetur iudicum auaritia, vlla sit de conscientia mētio. Tametsi vbi eorum corruptio adeò esset inuerecunda, non omninò huiusmodi rigorem legum reprobassem. ¶ De legibus autem pœnalibus nostræ Vniuersitatis, quibus prensatores & ambitores seu subornatores ipso facto priuantur eligendi voce, semper arbitratus sum non obligare in conscientia ad pœnam illam ante condemnationem. Nisi illum qui de ea re infamia laborans, dum iuridicè interrogatur veritatem negat. Nam de hoc perinde hac parte censerem, ac si esset condemnatus: vt suprà de hæretico dictum est. Atque idem censeo de alijs electoribus in Ecclesijs & collegijs. Et præter rationes suprà declaratas est hic alia particularis, quòd alioqui vix vlla esset tuta electio, quod perniciosissimum esset reipublicæ. Et ideò si eiusmodi leges contenderent in conscientia ante condemnationem ligare: tanquàm periculosæ non essent ferendæ. ¶ Ad quintum respondetur oculatè perspiciendum esse in lege quidnam habeat propriè rationem pœnæ, quid verò pretij, aliúsve rei. Enimuerò cùm lege pretium statuitur vel frumēti vel alius mercis, adiecta pœna, si quis cariùs vendat, ad restitutionem excessus ipso facto tenetur in conscientia, quo legitimum pretium excesit: non tamē ad pœnam aequàm condemnetur: vt ait sanctus Thomas. loco citato. quæst. 62. ¶ Ad alterum verò membrum de legibus præscriptionis respondetur eiusmodi leges non esse merè pœnales: licèt pœna diu negligentis bona sua, fit, vt eorum ius perdat: sed præcipuè in bonum pacis conditæ sunt, & vt viæ litibus occludantur. Hæc enim de causa princeps potestatē habet transferendi dominia. Quocircà lapsus ipse legalis temporis absque vlla sententia possessorem bonæ fidei dominum rei facit. Quare nulla sit inde consequentia, vt lex merè pœnalis velit vt reus suis se rebus ante causæ cognitionem expoliet. ¶ Ad sextum respondetur, differentiam illius citati capituli inter pœnam ab iure & illam quæ est ab homine liquidam esse. Pœna enim iuris est illa quam ius ponit quamque iudex tenetur infligere, nisi patentissima adsit ratio misericordiæ arbitrandi ex æquo, & bono. Pœna autem ab homine posita est, quam iudex arbitratu suo, vel suis adhibet mandatis, vel post patratum delictum reo infligit. ¶ Ad septimum respondetur hanc esse differentiam inter leges monitorias atque alias, quæ dicunt, ipso facto, quod qui contra priores inobediens est, non solùm declarandus est facto deliquisse, verùm & ad pœnam condemnandus: cùm autem quis in alteras secundi ordinis impigerit, satis est si condemnetur illas fuisse transgressum. Tunc enim absque vlla alius sententiæ explicatione pœnæ censetur addictus. ¶ De excommunicatione autem iam dictum est cur ipso facto obliget. Suspensio verò & irregularitas, quia non est nisi contaminatio quædam & commaculatio, ac subinde indignitas (vt superiori artic. dicebamus) ad tractandum sacra, actu ipso culpæ contrahitur. Quin verò aliquando citra culpam, vt patet in iudice qui spontanea causa est mortis. Quare nulla indigent sententia iudicis. ¶ Sed leges quæ octauo argumento citatæ sunt, fateor vehementiorem aculeum adhibere: nihilo minùs respondetur quòd neque in cap. citato de homicid. lib. 6. simpliciter habetur quòd qui Assasinorum crimen incurrit, teneatur ante sententiam pœnam soluere, præter excommunicationem quam ipso facto patitur: sed ait quòd postquàm probabilibus constiterit argumentis, nullatenùs alia excommunicationis vel depositionis etiam sententia requiratur. Non ergò negatur quin sententia requiratur super crimine. Quin verò præterea præmittitur, Postquàm probabilibus constiterit argumentis, id est quibus res probari in iudicio possit. Nam nulla priuata persona iudicare potest an sint probabilia argumenta nisi solus iudex. Quapropter finistra est eorum glos. qui aiunt præterea dici, probabilibus argumentis, quòd nulla alia exigitur sententia. Imò dexterius censet Archidia. (vt ait Syluest.) quòd etiam tunc requiritur declaratoria sententia facti. Textus autem solùm dicit quòd non requiritur sententia super pœnam. Et quòd hæc sit eius mens, egomet mihi sic lucidè persuadeo. Extat & Assasinorum pœna, vt quisque possit eos liberè interficere: at verò si cui priuatim id liceret antequàm condemnati essent de crimine, occasio daretur cuicunque fingendi hunc aut illum esse Assasinum, vt quem vellet interimeret: exitiosa ergò esset talis licentia: ideoque certo certius est ante iudicis sententiam nemini id liberum esse: ergò neque expoliare suis bonis eos fas est, aut alios qui eorum ministerio vtuntur, ante eandem sententiam. ¶ Restat igitur postremus scrupulus ex Extrauagan. Ambitiose: Pauli secundi. vbi habetur quòd clericus qui bona Ecclesiæ alienauerit duntaxat, ipso facto priuatus existat beneficiorum Eccle-

Iudicium autoris de legibus pœnalibus Salmanticæ Vniuersitatis.

Ad quintum argumētum

Ad alterum mēbrū eiusdē argumēti

Ad sextū argumentum.

Ad septimū.

Ad octauū.

Sinistra quorūdam interpretatio. Archidi. Syluester.

Postremus scrupulus.

Ecclesiasticorum: illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur. At verò ex his verbis solidissimum in primis à nobis stat argumentum. Etenim exprimens Sum. Ponti. declarationē in hoc casu non esse necessariam, palàm docet quòd si hoc verbum non adiecisset, non satis illi fuisset dicere, ipso facto, vt teneretur reus in conscientia relinquere ante sententiam sua beneficia. Quod nos hactenùs cōstituere contēdimus. Secundò respondetur illo modo quo de principe diximus, posse illum, priuare quem eligit, si fecerit contra conditionem quam cum ipso pepigit. Videlicet si acceperit munera. Enimuerò cùm Sum. Ponti. collator dispensatorque sit beneficiorum, declarat per illam Extrauagan. illa lege & tacita cōditione quemcunq; sacerdotum sacerdotia Ecclesiæ recipere, vt dum eius bona alienauerit, eisdem sacerdotijs priuatus censeatur. Tametsi porrò nescio an super crimine requirenda sit etiam tunc aliqua declaratio ad pacandas conscientias. Attamen de hoc ad vsum me refero ecclesiasticum.

Dissolutio prima.

Secunda.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm omnes subijciantur legi.

IN autoritate & virtute legis etiam num persistentibus scire præterea restat hoc septimo loco, vtrùm omnes subijciantur legi. Et arguitur à parte negatiua ex Apostolo. 1. ad Timotheū 1. Iusto non est lex posita. quod Vrbanus Papa cōfirmat. 19. q. 2. Canon. Duæ sunt. vbi ait, qui à lege priuata ducitur, scilicet Spiritus sancti, nulla ratio exigit vt lege publica, puta humana, quæ vniuersis posita est, constringatur: non ergò omnes lege tenentur. ¶ Secundò ad idem facit lex. princeps. ff. de leg. vbi ait Vlpianus Iurisconsult. quòd princeps legibus solutus est. ¶ In contrarium est quod Apostolus ad Roman. 13. ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nemo autem potestati subijcitur nisi eius sit legibus subiectus.

Primum argumētum à parte negatiua. Paulus. Vrbanus.

Secūdum argumentum. Vlpianus. Paulus.

PRæsenti quæstioni secūdùm duas legis virtutes tribus conclusionibus fiet satis. Monstratum enim iam suprà est legem tum regulam esse actionum directricem, tum etiā vi polēre coerciua. Et vtroque modo contingit quē piam legi submitti. Sit ergò prima conclusio: Vniuersi qui subditi sunt potestati, legibus subinde ipsius, quin verò & princeps quantum ad vim directiuam subijcitur. Res est clara: nam alteri subdi idem est quod parēre eius mandatis: ac subinde legibus. De principe autem confestim dicemus. Dixerim vniuersi subditi: quoniam nullius lege illi comprehēduntur qui ab eo extranei sunt. Lex quippè Gallorum nihil ad Hispanos. Et præterea si qui superioris priuilegio ab inferiori exempti sunt, non summit tuntur inferioris mandato, quâ se priuilegium extendit. Hac enim ratione clerici sæcularium legibus subditi non sunt: tunc præcipuè, dum lex de rebus Ecclesiasticis decernit quæ principibus non subduntur. vt patet cap. Ecclesia. de constitutio. aut si in odium Clericorum posita sit, aut si non pari iure pertineat ad Clericos: vt prohibitio vtendi sericis, non obstat quo minùs in sacris possint illis indui. Et prohibitio equitandi mulas ciues, belligeri vt fiāt, nihil ad sacerdotes. Cæterùm leges de rerum pretijs, & nè merces distrahantur à regno, atque aliæ id genus ex æquo Clericos cum sæcularibus obligant. De hoc autem Summistas consule in verbo, lex, & verbo, Clericus.

Probatur cōclusio.

Corollariū.

¶ Secunda conclusio. Quantum ad vim coerciuam iusti qui virtutum habitibus ducuntur, legi non subduntur: quia nihil coactè quod ad virtutem attinet, sed omnia sua sponte perficiunt. Enimuerò vt. 2. Ethicor. author est Aristote. Virtus facit vt studiosus prompte & cum delectatione operetur. ¶ Huic autem subijcimus similem ei tertiam. Princeps quantum ad vim coerciuam non subditur legi. Conclusio est aperta: quoniam coactio, eiusdem ad seipsum esse non potest: non enim est intellectu posibile, vt vim quispiā sibi ipsi inferat, atque adeò se sua lege cogat. Quapropter vnus idemque nō pœnitendus est sensus illius Regij verbi: Tibi soli peccaui. vt Deum illic solum agnouerit superiorem. Quasi dixisset, in terris nullum habeo cui rationem erratorum meorum debeam: & ideò tibi soli peccaui. Quanuis & alter genuinus etiam sit, quòd nullum malum esset peccatum, nisi quia contra legem Dei. ¶ Est ergò similium conclusionum, ratio dissimilis. Quòd enim iustus non sit legi subditus, ab ipso eōdem sumitur ratio, qui scilicet coactione non indiget. Intelligitur enim conclusio non de quibuslibet iustis, sed de illis qui sunt iam absolutæ virtutis. Nam quandiu colluctatio quæ nobis cum affectibus est, perstat, pariter durat pœnarum metus ac perinde nonnulla coactionis ratio. Et est secunda hæc cōclusio sic Pauli testimonio fulcita, vt Philosophos nō latuerit. Ait enim Arist. 10. Ethi.

Secunda cōclusio. Probatio.

Arist.

Tertia conclusio. Probatio.

Ratio dissimilis secundæ ac tertiæ cōclusionis.

Aristot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

10. Ethi. c. 9. ob id legibus in omni vita omninò opùs esse, quòd multitudo necessitati potiùs, & pœnis quàm honestati paret. Et ideò legislatores & honestatis gratia ad virtutē prouocare debent. Nam ij qui probi sunt, ob consuetudinem præcipuè obtemperabunt. Aduersus autem inobedientes & hebetiores ingenio castigationes pœnasque instituere. Et. 5. Polit. cap. 9. Excellentes, inquit, virtute & potentia non sunt legibus astringendi: quod tam ad secundam quàm ad tertiam cōclusionem referri potest: nempè vt virtus ad moralem probitatem: potentia verò ad principatum referatur: sed sunt, inquit, ipsi lex: ob idq; inter homines

Ratio tertiæ conclusionis

vt Dij æstimandi. Quòd autem sua principem lex non cogat non inde venit quòd ipse non egeat, sed quòd lex natura sua nequeat. At verò hanc principes exemptionem non inter priuilegia ducere debent, imò est illis iniqua conditio. Subditi enim qui non solùm legis luce ducuntur, verùm etiam eius pœnis stimulantur, duobus subsidijs ad virtutem vtuntur: princeps autem altero destitutus est, dum nullus est qui illum cogere possit, aut repræhendere audeat: imò vix vllus qui veritatem doceat. Quocircà illius Prouerb. 21. Sicut diuisiones aquarum, ità cor Regis in manu Domini. dexter sensus est, quòd cùm priuatorum corda sic in manu Dei sint, vt per suos iustitiæ ministros ea gubernet & cogat: cor tamen Regis

Pulchra interpretatio. loci sacri.

in solis diuinis manibus positum est. Vt sicut ipse solus posset ingētem amnem & rapidum supra naturam aliorsum diuertere quā alueus ducit: sic solus ipse Regem, qui suæ mancipatus est voluntati, potest vel remorari, vel in

Apposita similitudo.

aliam vertere mentem. Quaproter Rex quo cum Deus liberiorem fecit, legumq; coactioni longiùs exemptum, eo debet ipse rationi vigilantius, diuinoq; nutui audiens esse, ac subinde legibus quas alijs ponit ipse auscultare: nè in illum Christi improperium impingat: Qui dicunt & non faciunt: & qui alijs onera grauia imponunt, ipsi neq; digito volunt ea mouere: Matth. 23. Vnde extrà, de consti. cap. Cum omnes. quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debet vti eo. vbi & citatur Sapientis autoritas: Pătere legem quam tu ipse tuleris. Et. C. de leg. & cōstitutio. l. 4. aiunt Imperatores ipsi: Digna vox est maiestatis regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. ¶ At nōdum tota rei difficultas exhausta est. Statuimus nāque sic in vniuersum conclusionem primam, vt vnà & iustos quoq; & principem ipsum cō prehendat, qui veluti reliqui vi directiua legum obligantur. Enimuero licet princeps sibi subditus non sit, nil tamen vetat quo minùs suæ subdatur legi: nam dum alios illuminat, & sibi ipsum quoq; lumen præbet. Haud tamen hoc dubitatione caret ad intelligendum. Vide tur enim secum pugnare vt princeps legi sit subditus absque eo quòd lege cogatur. Ponit Papa leges de ieiunijs, de audiendis sacris, de annali confessione, easdemque sub pœna excommunicationis. Et Cæsar pariter nè quis sub certa pœna peieret. Arguitur ergo sic: Si princeps subditus est legi quantum ad vim directiuam, fit vt dum ipsam transgreditur, peccet: ergò ipsum obligat: obligatio autem vis est coërciua. ¶ Secundò, si vim coërciuam à lege excluseris, rationem legis sustulisti. Nam (vt suprà definitum est) propterea leges à solo fungente reipublicæ vicibus condi possunt, quod sine vi coërciua non sunt leges: igitur si princeps non subditur coërctioni legis, nec subditur legi. Sed potest ipsam sequi ac si esset sententia alicuius sapientis, puta aut Platonis aut Senecæ, quæ non obligant ad culpam: & sicut sua lex obligaret extraneos qui suæ non sunt iurisdictionis, & nos possumus Gallorum scita auscultare. ¶ Tertiò, quæritur à quo princeps obligatur cum legem condit. Non enim à Deo: quia lex illa non est diuina: neque à seipso: quia lex illa non est votum, quo homines obligare se solent. Et quò argumento roboresçat, demus illum nolle sua lege illigari. ¶ Hæc autem conclusionem licet oppugnent, non tamen expugnant. Cōsiderandum enim primùm est quòd princeps nō est extra rempublicam, sed membrum eius, puta caput. Secundò, id ex superioribus recolendum est, quòd lex humana obligat in conscientia, eò quòd ab æterna per naturalem deriuatur. Ex his potest statim deduci vis obligatoria. Ex illo scilicet naturali principio: Ius quod tibi non vis, alteri nè statuas. Cōtrarium enim repræhendit Christus, dicens: Quod imponunt alteris onera quæ ipsi non tangunt. eo ergò quòd princeps statuit legem, iure naturæ illi summittitur. Sed fortè clariùs id sic deducitur. Legislator (vt dictum est) legem condens opus tale constituit in certa virtutis specie: vt ferens Papa legem ieiunij, constituit illud, virtutem obligatoriam abstinentiæ: Et præcipiens seruare aliquod festum, illud collocat in virtute religionis. Constituto autem virtutis opere, tota respublica, atque adeò ipsum caput tenetur secundum illam agere. Quòd si scisciteris cur non subinde & pœna cogat principem: Perspice latum discrimen. Lex enim eò quòd regula est facit vt deflexus ab ipsa sit culpa absque alia

Dubitatio.

Prima ratio dubitandi.

Secunda.

Tertia ratio.

Diluitur proxima dubitatio.

Primum documentum.

Secundum.

Probatur reflus prima conclusio principalis.

Quæstio. Solutio.

execu-

executione vel legis applicatione: pœna autē adhibetur legi obseruationis causa, quæ idcircò executione & applicatione indiget: executor autem est princeps ipse, cui repugnat vt se ipsum cogat: licèt posit pœnā si voluerit soluere. ¶ Quando autem statuimus, principem legibus subdi suis, intelligimus de legibus quæ ex æquo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant. Præcipit Rex neminem gladio succincto incedere, aut sericis indutum: nō est par ratio cur ipse eisdem abstineat. Inducit autem Papa ieiunium aut festi solennitatem: eadem est æquitas in ipso: nisi iusta de causa secum, veluti cum alijs, dispensauerit. ¶ At verò vt ad secundam reuertamur conclusionem, ab

Lutheri error.

sit vt quis inde Lutheranum imbibat sensum. Fuit enim ille hæresiarcha eō vsq; vesaniæ collapsus in suo lib. de Libert. Christiana, vt iustū hominem cum primùm Deo fidē præbet, cui soli ipse iustificationem tribuit, docere contenderet ab omni esse lege liberum: quia per fidē, inquit, totam implent legem. Itâque nullo amplius alligatur legis vinculo: sed omnia deinceps ex amore perfecit. Hanc autem erroris ab

Autor lib. de Natura & gratia.

surditatem lib. 3. de Natur. & gra. cap. 1. suis de piętam coloribus abundē expugnauimus. Ne mo enim in hac vita, etiam si sit vt apostoli cō firmatus, liber est à lege. Quin verò si per impossibile ipsi apostoli contra legem fecissent, peccassent: licet confirmati erant vt non facerent. Nam & iustis illis dictum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Imò vt ait ipse veritatis Magister, Seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit vapulabit multis.

Prima ratio in Lutherū.

Secunda.

Præterea sic hominē à lege eximere, est ipsum impeccabilem facere: quæ absurdissima est hæresis. Paulus enim qui alibi putabat nullam esse potestatem quæ illum posset à charitate Dei separare, alibi nihilo minùs fatebatur se corpus castigare suum & in seruitutem redigere, nè cùm alijs prædicabat, ipse reprobus efficeretur. Et nè magnitudo reuelationū eum in superbiam extolleret, angelū Satanę qui eum

Mens Pauli.

colaphizabat sustinebat. Non enim sic Paulus intelligit iusto non esse legem positam, quin si illam transgrederetur eandem iustitiam amitteret, sed ingenium gratiæ fauorisq; Dei duntaxat explicuit: nempè quòd vbi charitas foras mittit timorem, hominem quem possidet obsequentissimum legi facit. ¶ Atque hic est sensus verborum Pōtificis in dict. distinct. 19. q. 2. Apellat enim legem priuatam singularem dictum Spiritus sancti, contra quem nemo tenetur obedire legibus communibus. Ille tamē est etiam Spiritus sancti ductus, vt subditorum quisq; suis præfectis obtemperet: neque omni spiritui credat contra prælatorum obedientiā intùs obloquenti: nè sit fortè angelus Satanæ quem lucis esse putat.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm subdito liceat præter verba legis agere.

POstremus articulus virtutis legis est, vtrum omnis epicikeia sit subditis interdicta, an verò liceat subdito cōtra verba legis agere. Et arguitur q nemini subditorum id liceat. Ait enim August. lib. de ver. religio. In tempo

Primum argumentū. Augustin.

ralibus legibus quanuis homines iudicent de his cùm eas instituunt, tamen quando sunt institutæ & firmatæ non licebit de ipsis iudicare, sed secundùm ipsas: qui autem legis verba prætermittit arbitratus intēctionem legislatoris seruare, is de lege iudicare videtur: ergò subditis id non licet. ¶ Secundò: Ei prorsus competit legū

Secundum.

esse interpretem, qui est earum conditor: solus autem princeps potest leges condere: nemini ergò aliorum liberum est illas interpretari, sed secundùm eas agere. ¶ Tertiò: qui leges condiderūt sapientię lumine illustrati censendi sunt: Quæ ait Prouerb. 8. Per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt. ergò de intētione legislatoris nō aliter iudicare licet quàm per legis verba. ¶ In contrarium autem est Hi

Tertium. Hilarius.

larius. 13. de Trinit. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei debet esse sermo subiectus. Fix qui bus verbis colligitur prudentius esse ad causam attendere quæ legislatores induxit, quàm ad legis verba.

QVæstio præsens materiam epieikeiæ in disputationem producit: an videlicet aliquo casu subditis ea sit licita. Nam

Aristo.

q principi competat ambigit nemo, iuxta doctrinam Arist. 5. Ethicor. cap. 10. Ad quam idcircò quæstionē tribus conclusionibus respondēdū est. Prima est generalis: Lex quæ à communi bono deficit, nullā habet obligandi vim.

Prima conclusio generalis Probatio.

Hæc iam suprà ex eo demonstrata est, quòd lex omnis debet esse pro communi salute ciuium instituta. Vnde. ff. de legib. l. Nulla. ait Modest. Nulla iuris actio aut benignitas patitur, vt quæ salubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda cõclusio.

tatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatẽ. ¶ Secunda conclusio. Quãuis lex in communi lata casibus plurimùm cõtingentibus vtilis sit, nihilo minùs quo casu noscitur aduersari communi saluti, non est obseruanda. Exemplum diui Thomę est: In ciuitatis obsidione salutiferum est lege caueri nè portę aperiantur: nihilo secius si tunc ciues quorum vita saluti reipublicæ conducit, hostes fugientes in vrbem se volunt recipere, cõtra legis verba aperiẽdæ sunt illis valuę: quoniam illa est legis mens, quippè quam si adesset legislator, haberet. Conclusio hęc protinùs ad primam consequitur. Enimuerò lex (vt suprà dictum est) ideò ponitur in communi, quòd casibus particularibus prospicere satis nequit: vt habetur. l. Neque leges. &. l. Nõ possunt. ff. de legib. fit ergò inde consequens, vt quoties casus occurrit quem si legislator prospexisset, exceptum iudicaret, non sit obseruanda. ¶ Tertia conclusio. His duabus assertionibus nihil obstãtibus huiusmodi legis epieikeia more & ordine ad solum principem spectat, nisi illis duntaxat casibus quibus adeò instat subitum periculum, vt si ad principem vel ad eius vicem gerentem recurrendum esset damnũ interim timeretur. tũc enim licitum est subdito cõtra verba legis agere. Illa quippè necessitas est, quæ legem nõ habet. ¶ Atqui in cõclusione prima nihil dubitationis latet, in secunda verò nonnihil. Videtur enim sanctus Tho. nimium illã stringere, dum ait illo præciso casu quo legis obseruatio in exitium vergeret communis salutis, nõ esse seruandam, cum tamen neq; in primam interniciem sit seruãda. Etenim ille cui palàm esset, obseruationem legis esse sibi lethalem, constaretq; ex natura legis non esse eius mentem in tantum periculum adigere subditos, neutiquã tenetur legem custodire. Vt si mihi constaret hostes mihi in via insidias parasse, non teneor die festo ire ad sacrum. Respondetur neq; hoc negare sanctum Tho. sed loqui in reipublicæ periculo. Obsessa enim ciuitas nõ tenetur vnicuilibet ciui fugienti portas pandere cum suo periculo: & ideo neque ianitori, aperire fas est. Imò licèt essent personę quàm plurimum tuẽdæ vrbi vtiles, si certũ esset quòd hostium turma simul cum illis intrò irrueret quę ciuitatem caperet, non tenentur. Secus vbi non esset tantum periculũ: nam tunc imminenti periculo clauiger ipse posset aperire. ¶ Tertia verò conclusio non est vsq; adeò clara. Dum enim asserit subitò imminere periculo licere subdito agere contra legem inconsulto magistratu, alioqui verò ad ipsum recurrendum: aut intelligit quando subditus de legis mẽte ambiguus est, aut quando proculdubio certissimus est: non quando hæret in dubio: nam tunc (vt ait in solutione secundi) debet absq; vlla interpretatione verba legis seruare. Quando verò omninò est certus, etiam si nullum sit in mora periculum, non tenetur Prælatum cõsulere. Cui enim in die ieiunij nullus aliuș suppetit cibus quàm carnium, absq; vlla superioris cõsultatione potest, ne fame pereat, illas comedere: etiam si citra periculum posset ipsum adire. ¶ Ad rei huius intellectum, etsi Caiet. quatuor hîc mẽbra dignoscat, perspicacior tamen hęc fuerit trimẽbris diuisio. Aut enim subdito (de hoc enim loquimur) palàm liquet occurrenti casu non esse legis mentem vt seruetur, & tunc nulla opùs est subdiuisione: sed siue subitum sit periculũ, siue tempus suppetat adeundi præfecti absque illius prorsus consilio licet facere cõtra legem: vt casibus proximis à nobis explicitis patet. Aut per aliud extremum eiusmodi subditus in dubio hæret vtrinq; æquali. Itâq; neutrius partis assensum habet, licèatne facere contra legẽ nèene. Et tunc si vacat ad superiorem recurrere, recurrendum est: si verò repentinum periculum id non permittit, ad literam seruanda est lex. Atq; hîc est casus sancti Thomæ in solutione secundi: quoniam subdito in tali casu legẽ interpretari non licet. Si verò medio modo se habeat, ita vt neq; certus omnino sit, neque prorsus ambiguus, sed in illã partẽ propẽdeat, q̃ potest facere cõtra legẽ. Itâq; illius partis opinionẽ habet eũformidine alternus: tũc si mora datur qua possit magistratũ consulere, id facere tenetur: sin verò per subitaneum periculum id non licet, tutò facere potest contra legem. Atq; hic est casus tertię conclusionis. ¶ Quòd si scisciteris vtrũ illa sit sufficiẽs ratio epicikeiæ vt subdit⁹ faciat cõtra legẽ, q̃ ratio legis in particulari persona & casu deficiat. Respõdetur q̃ si tãtum deficit in particulari, nõ sufficit: si autẽ in toto genere causa cessauerit, tum & lex quoq; cessare debet. Veruntamẽ anteq̃ princeps vel cõsuetudo illam abroget, vim suã nõ amittit. Lege (vt exemplum proferamus) cautũ est, nè quis arma noctu deferat: quantumuis ergò pacificus sis neq; vllum à te timeatur digladiationis periculum, non potes contra legem facere. Attamẽ quoniam de epieikeia alibi doctor sanctus disputat, nempè. 2. 2. q. 102. extra chorum hic saltaremus si lõgior nos disputatio remoraretur. ¶ Hæc autẽ sunt hic adnotatu propria. Primùm: etsi liceat nonnũquàm propter epieikeiam contra verba legis secundum eius mentem agere, tamen vice versa extra tales casus

Deducitur cõclusio ex priore.

Tertia conclusio.

Dubitatio circa secũdã cõclusionẽ.

Ratio hæsitandi.

Explicatur S. Thomas.

Soluto,

Obiectio in tertiã cõclusionem.

Solutio Caietani.

Partitio in membris. Primum membrum.

Secũdum.

Tertium membrum.

Quæstio euidens. Responsio

sus seruãre in cortice verba, corrupta legis mente, prævaricatio legis est. Sic enim habet lex contra. ff. de legi. In fraudem legis facit qui salvis verbis legis sentẽtiam eius circumuenit. Et l. sequenti: Fraus legi fit, vbi fit q̃d fieri noluit, fieri autem non vetuit. Prohibet lex nè adulter filium spurium hæredem instituat: concredere ergò alteri hæreditatem qui det filio, est verba legis, non autem mentem seruare. Prohibet & altera lex nè sacerdos sacerdotium in fauorem filij renuntiet: alter autem confert alterius filio, vt ille suo vices rependat: iniquitas est, epieikeiæ è regione aduersa.

Exemplum.

Ad Primum argumentũ.

ET per hæc, argumentorum patent solutiones. Ad primum enim respondetur, quòd in illo postremo necessitatis casu agit contra verba legis non iudicat de lege ipsa, sed singulari casu, in quo cernit non esse seruandam.

Ad secundũ argumentũ.

¶ Et pari modo respõdetur ad secundum. Hic enim idem subditus non interpretatur legem simpliciter, sed in casu quo manifestum est legislatorem aliud intendisse: secus si anceps hæret, vt dictum est in secundo casu.

Ad tertiũ argumentum.

¶ Ad tertium autem respondetur quòd quantacunq; legislatores sapientia vigeant, nulla tamẽ sufficit vt casus omnes occurrentes prospiciant.

Cõfirmatio. Nicolaus Papa.

¶ Accedit & testimonium Nicolai Papæ, dist. 12. Ridiculũ est & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitùs à patribus susce pimus infringi patiamur.

Primum argumentũ negatiuum.

¶ In contrarium verò sunt argumẽta nihilo pauciora. Ratio enim expetescere videtur, vt quoties melius quidpiã occurrit, toties lex humana mutetur. Leges quippe humanæ, veluti & cæterę artes, humana ratione excogitatę sunt & inuentæ: reliquę verò artes occurrente eo quod melius est sunt mutantur: ergò idem est & in legibus obseruandum.

Argum. 2.

¶ Secundò, de præteritis sumenda est ratio & cautio futurorum: contingit autem leges antiquas rudiores esse, minusq; politas, quàm succedentibus moribus conueniant: ergo nisi quotiescunq; meliores inuentiones occurrerent, legibus pristinis antiquatis aliæ innouarentur, incommodum esset.

Argum. 3.

¶ Tertiò, leges humanæ quia circa lubricum singularium fluxum versantur nequeunt nisi temporis ex perientia exactè institui. Experientia enim (vt 2. Ethic. author est Arist.) tempore indiget: ergo quoties temporis curriculum melius quid attulerit, expediens est leges submutari.

Aristot.

Postremũ argumentorum.

¶ Accedit demum & August. 1. de lib. arbi. vbi ait, lex temporalis quãuis iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest.

QVÆSTIO SEPTIMA, de mutatione & varietate legis humanæ.

Sanctus Tho. 1. 2. quæst. 97.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex humana debeat quoquo pacto mutari.

Prima ratio ad partẽ negatiuam.

DOSTREMA demũ quæstio legis humanæ est vt explicetur quàm debeat esse firma & fixa. Et ideò primò quæritur an debeat aliquo pacto mutari. Apparet enim id minimè licêre: lex enim humana (vt suprà diximus) à naturali deriuatur: hæc autem immutabilis est: ergò & illa.

Secunda ratio. Aristot.

¶ Id etiam secundo colligitur ex natura regulæ, qualis est lex: quæ secundùm Arist. 5. Ethico. cap. 5. solida esse debet, & perstãs: lex autem regula est, ergò immobilis.

Tertia ratio

¶ Itẽ tertiò, lex iusta & recta esse debet: quod autem iustum semel est, semper tale existit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romanos Numa Pomp. suas respublicas, antè barbaras & agrestes, politioribus legibus instituerunt: quæ deinceps temporum incremẽtis exactiùs sunt accuratiusq; & emunctiùs cultæ. ¶ Accedit ratio secunda ex nostrarum actionum cõditione: quæ & regionem diuersitati & temporum sic subiecta est, vt nunquàm in eodem statu permaneat. Exẽplum est Augustini, lib. 1. de lib. arbi. vbi ait, quòd si populus bene sit moderatus, & grauis, communisque vtilitatis diligentissimus custos, rectè lex fertur qua tali populo liceat creare sibi magistratus: per quos respublica administretur: porrò si paulatim ille populus deprauatus habeat vænale suffragium, & regimen flagitiosis sceleratisq; cõmittant: rectè admitur populo talis potestas dandi honores: & ad paucorũ bonorum redit arbitrium. ¶ Secunda conclusio quam D. Tho. sanctissimè constituit, quæq; legislatoribus perspectissima esse debet, est: Nõ ob quamcunq; causam melius quidpiam afferentem mutanda est lex, sed tunc penitus quando vsq; adeò excellat, vt damna detrimẽtaq; compenset, quæ legis mutatio suapte natura affert. Ratio conclusionis sic habet. Cùm leges humanæ pro communi vtilitate & salute (vt dictum est) sint institutæ, eadem prorsus ratione mutãdæ sunt: nempe quando mutatio in argumentum est communis boni. Mutatio autem suopte ingenio per seipsam detrimentum affert: quia cum consuetudo seruandæ legis fuerit quodam pacto in naturam versa: (nam cõsuetudo, altera natura est) mutatio ipsa legis, quædã est mutatio naturæ. Quo fit vt quæ contra consuetudinem fiunt, etiam cũ leuia sunt, grauia existimentur. Atq; eandem ob causam veneranda legis canicies amore retinet humanos animos, qua ideò extincta nouitas alterius nescio quid inuidiæ secum trahit. Dum igitur de legis mutatione agitur, hæc debẽt in statêra pendinè scilicet mutetur nisi tãta ab ea parte propendeat causa, quæ hæc valeat mala compensare. Quod quidẽ tunc prorsus continget, quando vel maxima, euidentissimaq; vtilitas ex noua lege prouenerit: aut ingens necessitas consuetam legem ob manifestam eius iniquitatem antiquare compulerit: vnde. ff. de const. prin. l. 2. ait Vlpian. In rebus nouis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure quod diu æquũ visum est. ¶ Hæc ergò regula tum in sæcularibus republica, tum maximè in Ecclesiastica, ac potissimũ in his quæ ad sacra pertinent obseruantissima esse debet. Nè scilicet ratio persoluendi officiũ qua clerus assuetus est, pro quacunq; ratione

Secunda ratio.

Augustinus

Secunda cõclusio, D. Thomas.

Ratio cõclusionis.

Regula proxima tum in sæcularibus tum in Ecclesiastica republica obseruanda est.

demutetur: etiam si egregia videatur. Et multò minùs sacrorum ratio, quæ ad cultum diuinum attinẽt: quibus videlicet populus oculos habet immersos: & affectos animos. Haud eũ id absq; detrimento & scandalo fieri posset. Nihil aduersus nouitatem Breuiarij obmurmurãdum est, postquàm sanctissimus Papa id permittit: tamen finis ille ob quem mutatio facta est, videlicet vt statas soluentes horas memoriter Psalterium discant, non est ille quem sancti patres horis dicendis canonicis præfixêre. Cantus enim Ecclesiastici nõ studij gratia, sed tantùm diuinæ laudis instituti sunt, vt melodia militantis Ecclesiæ instar triumphantis institueretur. Vbi non cessatur clamari quotidie Sanctus, Sanctus, &c. Atq; huic scopo admetiebantur patres Antiphonas, Responsoriaq; & Psalmodiam. Imò (vt est in priscorum historijs) angelos eas etiam de cœlo attulisse fertur. ¶ Præterquàm quòd sacerdotibus permittere, vt aliter officium domi pendant, quàm in Ecclesia, est illis manifestam porrigere occasionẽ ne in Ecclesia cum alijs cõcinant, sed velut muti stipendia sua faciant. Adde quòd periculum inde imminet vt eadem horarum ratio in Ecclesiã publicitùs inducatur: quod grauiter populi aures offenderet. Hæc mihi in præsentiarum in mentem venêre: quia pro mei captu in genioli ardenter desidero, vt vnica esset ratio Breuiarij in toto Christianismo. Nam varietas Ecclesiæ, qua tanq; regina circumamicta à dextris sponsi sedet, in varietate religionum aliarumq; cęremoniarum Christianæ familiæ satis splendet. Quòd autem ad horas canonicas in lingua Latina tãta diuersitas obtinuerit, nullum forsan, si fas est dicere, decus est. ¶ Caterũ nõ ab re huc dubitatio occurrit, vtrum legislator pro suo libito absq; vlla intercedente causa, leges valeat commutare. Et apparet à parte negatiua argumentum quòd nõ aliter licet leges mutare, quàm condere: si autem non pro communi vtilitate conderentur, non essent leges: ergò neq; si alia ratione mutentur, valida erit mutatio. ¶ In responsione autẽ multa sunt membra. Primùm si legislator penes quẽ summa est potestas legem sine causa tolleret, factũ teneret: hoc est: nullã haberet deinde vim legis, nisi quatenùs vim retineret iuris, seu naturalis, seu diuini. Tametsi dũ lex reipublicæ cõduceret, graue crimen committeret. Videlicet, si Papa tolleret annuam confessionem maneret ius tantùm diuinũ confessionis: & si Cæsar abrogaret legem suspendendi fures, maneret duntaxat naturale ius vt punirentur saltem. Res est clara: quia lex nisi vim habeat coercitiuam,

Cãrus Ecclesiastici non studij gratia sed tãtũ diuinæ laudis instituti sunt.

Autheris cessura de Breuiarij pluralitate.

Dubitatio.

Argumenti partis negatiuæ.

Ad secundũ argumentũ.

Prima assertio quæ pertim fatetur dubitationi proponitur.

Ad tertium argumentũ.

Probatio præfatæ assertionis.

Ad posteremũ argumẽtum.

uam, nõ est lex: hanc autem vim habet à Principe vel à republica. Quapropter sicuti etiam dũ respublica legibus indigeret, tamen nisi eas poneret, nulla esset: ita si quã tolleret, nõ esset amplius lex. Secũdum membrũ est. Lex quã nouam conderet vel in quã alteram mutaret, si nõ esset pro cõmuni bono, vel esset intolerabilis, nõ haberet vim legis. Enimuerò licèt quã ipse abrogaret, re vera esset abrogata: nõ tamẽ tantùm potest in legumlatione, vt quã ipse tulerit, statim sit firma & valida: nisi (vt dictum est) iusta fuerit. ¶ Hæc autem de omni potestate tã sęculari quàm ecclesiastica dicta sunt, quibus tamẽ de ecclesiastica tertiũ peculiare adhibemus mẽbrum. Nẽpè q̃ neq; Papa neq; Conciliũ in his legũ positione & mutatione, quę famiię Christianę necessarię sunt, vt potè quòd Spiritu sancto regũtur, errare nõ poterũt. Nũquàm scilicet permittetur diuinitùs Papa aut cunctas leges ieiuniorum tollere, aut legẽ cõfessionis in decennium prolatare: quia impendiò q̃ maximè huiusmodi leges reipublicæ referunt. Neq; rursus pręcipere permittetur, vt cùm primùm quisq; cõscius sibi fuerit mortalis culpæ ad aures sacerdotis cõfessurus aduolet: quia lex esset intolerabilis.

Secunda assertio.

Ratio.

Tertia assertio de potestate Ecclesiastica.

Ad primum argumẽtum eorum quæ priori ordine iactata sunt.

REspondere autẽ restat ad vtranq; argumẽtorum seriem. Ad primũ ergò prioris ordinis respõdetur quòd lex naturalis, quæ participium quoddã æternæ legis est, immobilis per seuêrat: quia deriuatur ab illa per diuinã rationem, illam instituentem: quæ quidẽ diuina ratio etiam est immobilis. Lex autẽ humana deriuatur à naturali per rationem humanã trahẽtem genus ad speciem. Et quia ratio humana nõ omnia futura satis ꝓspicit, ex hac parte fit lex ipsa mutabilis. Accedit prætereà quòd lex naturalis cõtinet principia vniuersalia quæ abstrahunt à singularibus: leges autem humanæ fundamẽtis nituntur particularibus: quæ in actionibus cõtingentibus & caducis sita sunt.

Ad secundũ argumentũ.

¶ Et per hoc respõdetur ad secundũ quòd mẽsura debet esse immutabilis quatenùs fert natura materiæ: mẽsura autem mutabilium rerum solidiorem nõ suffert perpetuitatem. ¶ Ad tertiũ eodem ferè modo respondetur, quòd rectitudo in quãtitatib⁹ corporeis nõ dicitur respectiuè in ordine ad aliam, sed est in se absolutè recta, quia eius extrema non exeunt à medio: rectitudo autem humanę legis non est absoluta, sed sumitur in ordine ad commune bonũ, cui nõ semper res eandem habent proportionẽ. Quocircà illis mutatis mutatur rectitudo & iustitia legis. ¶ Authoritas autem iuris. 12. distin. solùm admonet in fauorem secũdæ cõclusionis, ridiculum esse citra causam vrgentissimã patrum sanctiones infringere: secùs dum causa adest legitima. ¶ Nihilo minùs & reliqua in contrarium argumenta temperãda sũt & eneruanda quatenus cum secunda cõclusio ne pugnant. Ad primũ ideò consideratissimè respondet S. Thom. aliud esse artium ingeniũ, aliud verò legũ. Artes enim ex sola ratione vigorem habent & efficaciã, & ideò quotiescunque melius quidpiã intellectui occurrerit, mutari debent: nam nullũ est periculũ quin mutẽtur in melius: eò quòd totũ negotiũ in intellectu contineatur. Leges autem vim maximam obtinẽt ex cõsuetudine, vt Philosophus. 2. Politicor. ait. adeò vt diuturna cõsuetudo (vt. ff. de legibus Vlpian. ait.) pro iure sit habẽda. Ob idq; nõ tãtum perpendendũ est in mutatione legis illud bonum quod noua affert, verum & detrimentũ quod veteris cõsuetudo patitur. Reliqua verò duo cũ Augustini sẽtẽtia id tãtum cõprobãt quòd leges mutare liceat: nõ id tamen quòd quacũquè de causa, etiã si aliquo pacto cõgruentiùs quidpiam suadeat.

Ad argumẽta posterioris ordinis.

Ad primum. S. Thomas.

Aristot.

Facilis solutio cæterorũ argumentorum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm consuetudo vim legis obtinere valeat.

NON est impertinens sermoni de mutatione legum articulũ intexere de consuetudine, per quã & mutari solent. Quæritur ergò, vtrùm cõsuetudo vim queat obtinere legis. Existunt enim à parte negatiua argumẽta. Primum: lex humana ab æterna per naturalẽ deriuatur: cõtra illas autem nulla prævalere potest cõsuetudo, ergò neque vlla valet humanas mutare.

Argum. 1. à parte negatiua.

¶ Secundò egregiè arguit D. Tho. Ex multiplicatis malis nullum cõflari potest bonũ: imò malũ, quo multiplicatius, eo peius: qui autem primò contra legem agere incipit, malè facit: ergò similibus aceruatis actibus nihil boni cõfici potest: lex autem, cùm regula sit nostrarũ actionum, egregium bonum est: nulla ergò cõsuetudo migrare in legis naturã potest. ¶ Tertiò: Leges cõdere munus est solius publicæ potestatis: consuetudo autem priuatis ciuiũ actibus inualescit: nulla ergò cõsuetudo authoritatem legis abrogare potest. ¶ In contrariũ autẽ est August. in epist. ad Casulanũ: vbi ait: Mos populi Dei & instituta maiorũ pro lege sunt tenenda: & sicut prævaricatores legum diuinarũ, ità & cõtemptores consuetudinũ ecclesiasticarum coercendi sunt.

Argum. 2. D. Thomæ.

Argum. 3.

Augustinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satisfit quæstioni vnica conclusione primi membri.

QVæstioni præsenti vnica, sed tamē trium bri cōclusione fit satis. Cōclusio autē est: Consuetudo trina virtute polletvidelicet vt & antiquam legem, tū interpretetur, tū etiā immutet, ac subinde vim obtineat nouæ. Probatur: Ratio volūtasq; legislatoris promulgata nō solùm interpres legis est, verùm & veteris abrogatio, & nouæ cōstitutio: eiusmodi autem rationis volūtatisq; promulgatio, non solùm verbo, verùm & facto fieri cōsueuit: nā quod quis opere foris præstat, intus mēte probare cēsetur: quando autē princeps quos subditos cohibere potest, identidē lōgoq; temporis interuallo operari sinit, permultu illo rationē suam & voluntatē aperit: ergò sicuti verbali promulgatione edictum ponit, sic & eiusmodi permissione ciuium consuetudinem pro lege ducit: quę subinde aut vetustę interpres sit, vel certè abolitio. ¶ Ad pleniorem autē rei intellectum nosse operæpretium erit quid nomini consuetudinis supponatur. Subobscurus enim apparet Isidorus lib. 5. Etymolog. qui refertur in Decretis dist. 1. vbi ait: Mos est longa cōsuetudo de moribus tātùm tracta. Videtur quippę in definitione repetitionis vitium committere, Mos de moribus. Notato ergò vocē, mos, trifariā vsurpari. Accipitur enim primò pro singulari humano actu, puta libero: actiones enim brutorum, nisi per metaphoram, mores non dicuntur. Et ab hac acceptione dicitur philosophia moralis, id est, humanorū actuū. Secundò accipitur pro habitu ex frequentia similium actuum genito: quemadmodum dicimus hominem bene aut malè morigeratum. Et istę acceptiones ad rem non faciunt. Tertiò ergò accipitur vt idem sit quod cōsuetudo: & hoc modo nihil aliud est quàm frequentia longi temporis similiū actuū in aliqua republica: puta vel in regno vel in vrbe aut in collegio. Nihil ergo ineptè dixit Isidō. Dicēs enim morem esse consuetudinem de moribus tractam, priori loco accepit tertio modo: posteriori verò, primo. Consuetudo ergò rationi cōsona atque à principe cōcessa, vim habet legis. Quin verò eo tantùm à lege differt, quòd lex scripto traditur: consuetudo verò, vsu. Sic enim ait Isidō. Lex est constitutio scripta: mos autem lōga cōsuetudo. Et subdit: Cōsuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege accipitur vbi deficit lex. Et lege, diuturna. ff. de legib. consuetudo pro iure & lege in his quæ nō ex scripto descendunt, obseruari solet. Atq; inferiùs Paulus Iurisconsul. Imò magnæ authoritatis, inquit, hoc ius habetur, quod in tātum probatum est, vt non fuerit opus scripto cōprehendere. ¶ Hoc ergò memoriæ cōmendandum est, quòd cōsuetudo de seipsa vim legis nō habet, sed quatenùs à principis cōsensu dimānat. Itaq; vt Aristot. Platonisve aut alius philosophi, quin verò omniū Iurisconsultorū saluberrimę essent sentētiæ, nūquàm vim legis haberent nisi consensu principis stabilirentur: sic neq; cōsuetudo eandem aliter obtineret virtūtem. Exempli gratia, nunquàm Baldi opinio quòd pro triplici furto suspenderetur fur obtinere potuit vim legis, nisi princeps illam scripto sanciret, vel per cōsuetudinē approbaret. Quapropter vbi lex exprimeret, nullam consuetudinem cōtra legem valituram, decretum hoc cōsuetudinē irritat, vt per illam lex nunq; abrogētur: quia tūc cōsuetudo nihil operatur, eò quòd nunquàm indicium est talis voluntatis principis. Tametsi tam lōga potest esse in contrarium, maximè in sæculo aliorum principum, vt decretum etiam illud irritās euincat. Sed est prætereà animaduertendum quòd cōsuetudo non solùm obligat tanquam signum promulgationis legis nouæ: verum aliquandò est signum ac testimonium quòd olim talis sit lex: licèt non reperiatur scripta. ¶ Quàm verò longum tempus consuetudine spectandum sit, antequàm vim obtineat legis, non est iure certum. In aliquibus (vt aiunt) duo actus sufficiūt, in aliquibus tres, in aliquibus decem. Sed re vera nulla esse potest cordatior regula, quàm quæ. c. cùm tanto. de consue. statuta est: vbi habetur, ꝙ nunquàm cōsuetudo positiuo iuri præiudicium generare debet, nisi fuerit rationabilis & legitimè prescripta. Vbi in verbo, rationabilis, animaduertendum est, ꝙ ad hoc vt robur nanciscatur legis, habere debet conditiones bonæ legis, suprà constitutas. Et secundò, in verbo, præscripta, considerandum quòd tunc consuetudo vim adipiscitur legis, quādo communi hominum iudicio & arbitratu peccatum esset facere cōtra illam. ¶ Quapropter admonere hīc non præteribo quantum creetur periculi dum in aliqua republica semel aut bis quippiam permittitur. Enimuerò ad id persuadēdum quod nouum petitur, in causam adducitur, ꝙ vnus actus nihil nocere potest: posteà verò similitudine illius alter persuadetur, ac subinde consuetudo vires nanciscitur. Idem existit periculum inter viros potentes. Vt si semel Vasalli vrbanitatis ac beneuolentiæ gratia domino ac patrono suo munuscula obtulerint, statim vrbanitas in consuetudinem rapitur, & gratia in ius debitum. ¶ Sed nunquid quæcunq; inueterata consuetudo legem abrogat. Ratio enim id videtur persuadere. Nam dum

Probatio.

Quid vocēt nomine consuetudinis. Isidorus.

Moris nomē trifariam vsurpatur. Prima acceptio.

Secunda.

Tertia.

Isidorus.

Quid interſit inter morem & cōsuetudinem.

Doctrina memoriæ commendanda.

Regula.

Sana admonitio.

Quæstio.

Ratio.

Solutio.

dum Princeps dissimulat, suā existimatur interpretari voluntatem. Respōdetur nihilo minùs minimè sic esse. Imò quandiu vsus contra legem nō aliunde quàm ex negligentia principis oritur, aut ex eo quòd potens nō est ad fumendā de malefactoribus vindictam, nūquàm contra legem prescribit: sed tunc penitus quādo & potens est abusum cohibere, & nō ex vecordia, sed oculata dissimulatione illū permittit. Neq; verò antequam longęuus mos authoritatē nanciscatur: nā cùm lex prudentia & iudicio cōdi debeat, iudicium autē tempus requirat, sit vt consuetudo breui tēpore non vsq; ad vigorem legis inroborescat. Hac enim fortasse

Gallorum mos.

ratione inoleuit mos in Gallijs vescendi carnibus in Sabbathis inter Natale Domini & Purificationem Virginis: & in Hispanijs animaliū intestina. Quādo autem dicimus dissimulationem Prelati in causa esse vt cōsuetudo lex fiat, intelligitur de illo Prelato qui est legislator: nā etsi Prætor in vrbe, vel Prælatus conuentus, aut prouinciæ dissimulent legū trāsgressiones, eiusmodi consuetudo nunquàm vires legis cōsequitur: quia nō est signum voluntatis supremi Prælati, qui est legislator. ¶ Vtrùm autem quicunq; vsus in cōsuetudinem versus obligatoriam legē cōstituat, ambigere quisq; potest. Solet enim vsu venire vt homines pietatis gratia incipiant, vel diem festū colere, vel ieiunū seruare: non quidem tāquàm de præcepto sed ex animi pietate, & (vt aiunt) ex deuotione: vt si modo in aliqua prouincia inciperent feria quarta à carnibus abstinere, vtrùm propterea posteà præceptum esset. Respondetur perpendū esse quomodò talis religio fuerit seruata. Si enim tantū ex deuotione libera, nunquā illud vertitur in præceptum: nisi posteà religio crebrescere incipiat tanquàm præceptum. Suspicio enim me semper tenuit, morē soluēdi statis horis officium Dominæ nostrę in initio nō habuisse vim præcepti, neq; illā vim obtinuisse ante quadringentos hinc annos. Alioqui in ordine nostro non esset nobis iussum surgentes in dormitorio illud soluere. Vruntame posteà adeò religio inualuit, vt vix iam sit qui audeat negare præceptum.

Alia quæstio

Solutio.

Ad primum argumētum

AD primū igitur argumentorū frontis quę stionis respondetur lōgè esse aliam rationem legum naturalium ac diuinarū quàm sit humanarum. Illæ enim à voluntate diuina statutæ sunt, cui nulla humana voluntas neq; cōsuetudo obsistere valet. Imò verò quanto consuetudo contra diuinam legem & naturale fuerit inueteratior, tanto grauioris est causa peccati: tantū abest vt consuetudo quidpiam vigoris detrahat illis legibus. ¶ Ad secundū autē respōdetur. Quòd cùm, vt sæpè dictum est, leges humanæ in aliquibus casibus deficiant, potest consuetudo cōtra legē per actus licitos inchoari: qui quidem frequētati actus vim obtinebunt legis: eò quòd per illos ostenditur legē antiquam fuisse inutilem. Quandiu verò ratio legis duauerit nequibit eā vlla cōsuetudo superare: quia consuetudo tunc nō erit rationabilis, sed lex potiùs erit semper victrix: nisi forsan consuetudo ostenderit legem, licèt nō inutilem, tamē non conformem naturæ patriæ: hoc enim etiam sufficiet ad ipsam abolēdam. ¶ At verò S. Tho. videtur curtè respondisse. Docuit enim quemadmodùm cōsuetudo possit per actus licitos inchoari, non tamē respōdit, quid si inchoētur per illicitos. Caietañ. respondet quòd etiam dum per illicitos incipit, potest temporis lapsu authoritatem obtinere. Arbitror autem operæpretiū distinguere. Nā quantum ad hunc effectum, vt lex pristina antiquetur, consuetudo etiam illa quæ illicitum habuit ortum, potest, licèt nō apud eosdē homines, tamē apud posteros vim obtinere. Cœperunt inquam (vt exempli gratia dixerim) antecessores nostri prauè agere contra aliquā legem, nos autem in nostro sęculo inuenimus consuetudine abrogatam: non tenemur scrutari de consuetudine illa, qualia habuerit initia, sed liberi sumus ab eadem lege. At verò quantum ad alterum effectum, qui est obligare, consuetudo non sortietur vim legis quàm diu per actus illicitos increbuerit, ob rationem iam supradictam: quia lex debet esse æqua & iusta. ¶ Ad tertium respōdetur quòd multitudo priuatorum hominum introducentium consuetudinem, duplicis conditionis esse potest. Aut enim liberam constituunt rempublicam, quæ sepsam sine principe gubernat: & tunc mos populi erit constitutio legis. Si tamen sub rege aut alio principe degat, tunc (vt dictum est) cōsuetudo non per se est lex, sed quatenus interpretatio est voluntatis principis.

Ad secundū argumentū.

D. Thomas.

Caietanus.

Censura authoris.

Distinctio.

Ad tertium.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm rectores multitudinis in legibus dispensare possint.

POstquam in calce superioris quæstionis definitum est, nō licere subditis nisi in repētino periculo epiciki eia vti, videre nūc restat vtrùm saltem gubernatores multitudinis dispēsare possint in lege illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis casibus quibus indicauerint expedire. Et arguitur à parte negatiua. Lex (vt suprà ex Isidoro monstratum est) fertur pro bono cõmuni. bonum autem cõmune nõ est pro priuato intermittendum: siquidem (vt Philosophus. 1. Ethicor. author est) bonum gentis diuinius est quàm bonum vnius hominis: ergò nõ licet cũ aliquo dispensare vt cõtra legem faciat. ¶ Secũdò, Deuter. 1. præfectis hoc ponitur documentum: Ità paruum audietis vt magnum: neque accipietis cuiusquam personam: quia Dei iudicium est: alicui autẽ id indulgere quod toti rei publicæ denegatur, acceptio est personarum: ergò id minime licet. ¶ Tertiò, in legem diuinam & naturalem nulla cadit dispensatio: lex autem humana debet illis esse cõformis, vt potè quæ ab illis deriuatur: ergò neque in ipsa cadit. ¶ In contrariũ ait Apostolus. 1. ad Corin. 9. Dispensatio mihi credita est.

Primum argumẽtũ pro negatiua.

Aristot.

Argum. 2.

Argum. 3.

Paulus.

S. Thomas.

Ad quæstionis intelligentiam notandũ cũ sancto Tho. quòd dispensatio propriè importat commensurationem alicuius communis ad singula: hac enim ratione paterfamiliàs dispensator dicitur, quòd vnicuiq; põdere quodam & mensura tum operas imperat, tũ & necessaria ex communi penu distribuit. Pari ergò modo ille in republica dicitur dispensator, cui incũbit ordine & ratione disponere qualiter communis lex sit à singulis obseruanda.

¶ Duabus ergò conclusionibus ad quæstionẽ respõdetur. Prior est. Ille cui regimen incumbit multitudinis potestatẽ habet dispẽsandi super lege humana in casib⁹ certis & cũ certis personis. Cõclusio ex illo principio sæpe autea resumpto colligitur: lex enim humana quia in communi posita est comprehendere non potest casus omnes singulares: obidq; vsu venire potest, vt quæ in communi ac plurimum congruens est, in persona certa & casu deficiat: qpe quòd eius obseruantia vel obstaculũ sit meliori bono, vel alicuius mali occasio. Quamobrem cùm ille qui curam reipublicæ gerit vniuscuiusq; saluti debeat consulere, efficax ratio præcipit vt facultatem tunc faciat tali personæ faciendi contra legẽ. ¶ Secunda conclusio. Quando causa nõ occurrerit rãtioni cõsentanea atq; in bonum cõmune relata, tunc Prælatum pro suo libito dispensare, peccatum est, aut infidelitatis aut imprudentiæ. Infidelitatis inquã, dum bono communi nõ prospicit, sed suo aut alterius priuatæ personæ: imprudentiq autem si zelum quo affectus est boni publici, prudentia non exornat, nè antequàm exploratam habeat perspectamq; causam contra legem dispenset. Quam ob rẽ Christus redẽptor noster, vt Lucę. 12. scriptum est, difficile arbitrabatur vt ambæ virtutes in dispensatore cõiungerentur. Aiebat enim: Quis putas est fidelis dispensator & prudens quem constituit dominus super familiã suam? ¶ Quò hæc autẽ lucidiora fiant, nonnulla hìc sunt consideranda. Insinuat se enim hìc primùm omnium fallacia quæ nõnullos deuincit. Nempe idem esse dispensationẽ, quod est epieikeia: eò quod dispensator nihil eis aliud videtur efficere, quã legẽ in tali casu ex æquo & bono interpretari. At verò secùs res habet. Differũt enim significato quatuor hæc respectu legis: Irritare, abrogare, epieikeia interpretari, & dispensare. Irritare enim est legem aut votum impedire & cassare, nè robur obtineat obligandi. Vt si legem à ciuibus constitutam Rex nõ probaret, neq; confirmaret, sed cassaret. Quemadmodum & pater potest votum filij irritare: super quo, si solidum esset, dispensare nõ posset. Legem verò abrogare, est post quàm vim habet, in totũ tollere. Quannis si vsq; ad præfinitum duntaxat tempus posita erat, tunc nõ tã propriè dicitur tolli, quàm impleri. Quo vtiq; inter alios sensu ait Christus: Non veni legẽ soluere, sed adimplere. Interpretari autem per epieikeiam est ipsam declarare, in tali casu locum nõ habere. At verò dispensare est quempiam subditorum à lege excipere: concessa illi licentia & facultate sine qua legi esset obnoxius. Patet ergò discrimen quòd epieikeia nõ est subditum per licentiam eximere casu quo teneretur, sed explicare quod in illo casu non tenebatur: dispensatio autem est licentiã cõcedere. Quare epieikeia nõ solùm Prælatis, verùm subditis (vt dictũ est) competit: dispensatio verò tantùm Prælatis. ¶ Sed arguis contrà: si Prælatus non potest sine causa dispensare, fit vt dispensatio nihil aliud sit quàm declaratio causę ob quam ratio legis in tali casu deficit. Negatur cõsequẽtia. Nã etsi ratio legis in hac persona deficiat, nõ ideò protinus à vinculo legis enodatur. Aliud enim est quòd obseruatio humanæ legis rationi sit contraria, vbi epieikeia locũ habet: aliud verò quòd ratio legis in hac persona deficiat, vbi nihilo minùs necessaria est dispensatio. Exempla sunto. Si carnes die vetita nõ comedere causa mihi esset vt fame perirem, possum epieikeia vsus comedere: tamen licet ego castigatione carnis nõ indigerẽ, ob quam ieiunium indictũ est, imò abstinentia & inedia aliquod mihi esset impedimẽtum studij, nõ ideò liber à legefio, sed est causa vt mecũ Prælatus dispenset: non quidem interpretãdo quòd tũc me lex non comprehẽdit, sed etiam si me cõprehen

Prima cõclusio.

Secunda cõclusio.

Quorundã fallacia confundentium epieikeiam cum dispensatione.

Quid irritatio.

Quid abrogatio.

Quid legis interpretatio.

Quid dispẽsatio.

Obiectio.

Solutio.

prehendat, præbendo mihi gratia maiores cõmodi licentiam, vt non sit mihi culpa nõ ieiunare. Item dum vetaret lex ignobiles homines & infames equos ascendere, si occurreret eorũ cuipiam casus, vt nisi se equo eriperet, in manos hostium incideret, tunc epieikeia eum docet lege se illo casu non obligari. At verò et si cõtingeret quẽpiam illius classis hominẽ vtilẽ esse bello, non subinde equo liceret vti, sed tamen ratio dispẽsationis emergeret. Et pari modo loquendum est de voto. ¶ Ex quo fit quòd dispensare non solùm est mutare vnam obligationem in aliam, sed potest etiam fieri per remissionem ac relaxationem, saltem in parte. Alioqui nõ esset dispensatio, sed mera cõmutatio. Vouisti difficilem peregrinationẽ Hierosolymitanã.: occurrit autẽ causa publica Ecclesię in cuius subdisidium eleemosynis opus est: potest illud votum Papa in aliquam pecuniã commutare, etiam minorem quàm essent itineris expẽsæ. ¶ At verò scisciteris forte vtrùm penes solũ Principem & Legislatorem situ sit dispensandi munus. Est enim hoc argumentũ à parte affirmatiua, quòd dispẽsatio legis, est quędam particularis eius abrogatio: abrogare autem legem eiusdem est functio cuius est cõdere. Respõdetur nihilo minus eiusmodi potestatem in leges, licet plenaria ad solũ legislatorem pertineat, nihilo minùs, vt præfata ratio persuadet, in casibus nõnullis penes inferiores quoq; gubernatores sitã esse. Primũ potestate à superiore delegata: quã vel iura inferioribus cõcedunt, vel cõsuetudo interpretatur. Vt dispẽsare in voto simplici, tribus exceptis. Mox facultate ordinaria, tam in suis proprijs legibus quàm etiã in legibus superioris. Potest inquam, Episcopus in legibus Papæ dispensare, vel iuris concessione, vel consuetudine. Præterea triplici rerum ordine. Nempè si vel materia leuis est, vel frequens casus, vel lex proprium bonum suæ ciuitatis vel diœcesis respicit. Sentẽtia est Caietan. 1. 2. quæst. 97. articu. 4. quam suo sale conditam credo esse veram. Strictè, an princeps & legislator, sed latius, an rectores multitudinis possint in legibus humanis dispẽsare. Rectores enim nõ solum principes sunt, verùm & qui ad gubernaculũ cuiusq; multitudinis sedent. Leuia aũt censent illa, quę non præcepto propriè dicto obligãte ad mortale, sed statuto posita sunt. Qua ratione Prælati nostri etiam Priores cõuentuales dispẽsare possunt in esu carnium, in induendis lineis, & in id genus cæteris. Frequentia deinde casuum causa est vt possit Episcopus dispensare. Vt in

Corollariũ.

Quæstio.

Argumẽtũ.

Responsio.

Caietanus.

D. Thomas.

iciunijs: licèt sit lex superioris: quoniam grauissimum esset onus quoties quis dispensatione iciunij egeret, adire Papam. Hoc autem sic temperarem, quòd possit Episcopus in diem aut in breue tempus cum assistente causa, super eiusmodi legibus dispẽsare: tñ pro vita tota, nescio. Et eadem ratione si alter coniugum per incestum cum alterius consanguinea, inhabilis ad exigendum coniugale debitum fiat. Atq; tũc præsertim dum vel ob personę pauperiem vel alia de causa non pateret ad Vrbem accessus. Secùs si impedimentum antecederet matrimonium quod subinde contrahendum impediret: in quo solus Papa dispensare potest. Præterea, si peculiaris lex vrbis extat nè vel vinum vel frumentum extrinsecus aduehatur, vt proprij vrbis fructus dispendantur, posset credo Prætor dispensare: secùs tamen Episcopus in matrimonijs & ordinibus ad bonum publicũ pertinentibus. ¶ Causas verò quibus dispensator adduci ad dispensandum debet, explicant sancta Decreta. 1. quæst. 7. per totum: scilicet tempus, vtilitas, persona, qualitas. In summa quo cunctas complectaris, dispensatio fieri nõ debet nisi in commune bonũ cedat, pro quo lex omnis constituitur. Nam quantum periculi reipublicæ inde confletur, vnde legum dispẽsatio, alijs priuatis respectibus & silendis causis fieri cœperit, locus in quo Ecclesia Dei iacet apertissimo documento est. Nam si leges nihil aliud emolumenti in rem publicam conferant quàm q̃ sint principi fructuosæ, pernicies sunt potiùs & labefactatio boni publici. Fit enim inde vt soli paures legibus coerceantur: sed qui illis indigent, subijciãtur nulli. Absit ergò (quod antea diximus) leges in hoc cõdi, vt sint legislatori peculium. Sed cùm primùm ratio ob quã latæ sunt, cessauerit, abrogandæ sunt nè à ciuibus sit pretio dispensatio redimẽda. ¶ At si per conteris vtrùm causa sit dispensandi satis idonea, q̃ qui votum fecit nequit illud sine graui difficultate & molestia implere: hæc enim est quæ frequentius obtendi consueuit. Respondetur quòd si difficultas, in re ipsa sit: quia scilicet quis inconsulta prudentia nec re satis perpensa, longum ieunium in pane & aqua vouit, aut pedestrem peregrinationem, suis cruribus imparem, temeritas illa causa est dispensandi. At verò dum difficultas non ex rei natura, sed ex praua habitu vouentis proficiscitur, cum difficultas ipsa abstinendi ab iniqua consuetudine causa fuerit vouendi, non est eadem in causam dispensationis reuocanda. Si verò postquàm votum (vt exempli causa dicamus) aut Hierosolymitanæ peregrinationis aut etiam religio

Temperatio superioris assertionis.

Cau sæ dispẽsationis legitimæ.

Dubitatio.

Dissolutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis emissi, perpetuus tibi accidit morbus, aut debilitas, quæ tibi impedimento sit iuris, absolutus à voto es. At verò de voti dispensatione peculiaris nobis institutus est octauus liber.

S. Thomas. Postremum dubium. Solutio Iurisconsultorum. Innocentius Panormitanus.

¶ Postremum ergò dubium restat, vtrùm ille cum quo sine causa dispensatur, tutus in cõscientia maneat. Respõdent Iurisconsulti, vt ex Innocentio colligitur in cap. Cùm ad monasteriũ. de statut. mona. Et ex Panor. in. c. non est voti. de voto. q. si Pontifice Sũmo inferior sine causa dispensat, dispẽsatio nõ tenet: quia sub hoc limite illis concessa est dispensandi facultas. Si verò Papa dispenset, tũc distinguendũ est: nã in his quæ de iure diuino pẽdent, quale est votum & iuramẽtum, si absq; causa dispẽset, dispẽsatio nõ tenet. Secùs in his quæ sunt meri iuris positiui, qui à suo prorsus arbitrio pẽdent. Et quidem prior distinctio forsan nõ tanto veritati pollet: nã in leges quæ à sua merè pẽdent ordinaria potestate, nõ est cur Episcopus non fungatur facultate qua Papa in suas. Posterior verò distinctio impendiò quàm maximè probabilis est. Et ideo in his quę pẽdent de iure diuino nõ solum dispensans peccat, verùm & formidanda dispensatio est, veluti cassa & nullius apud Deum valoris, Quapropter dum in pluralitate beneficiorũ dispẽsatur, & dum infans aut puer curã permittitur gerere animarum, & laicus monachus in Abbatem præficitur, & solenniter professus (vti Panor. infert) ad laxiorẽ ordinẽ, illum præsertim qui tãtùm habet ordinis nomẽ, reuocatur. verendũ est ratum nõ esse & validum apud Deum. Quocircà tam qui ciusmodi dispensationes aliis procurant, quàm ipsi qui petũt grauiter delinquunt. Imò etiam si dispẽsatio sine causa teneret, nõ solùm dispẽsare, verùm & petere & procurare peccatũ est graue. In his autẽ quæ meri sunt positiui iuris dispensatio sine causa à peccato nõ excusatur, veruntamẽ dispensatio tenet. Tametsi Caietanus loco citato & in sua Summa, verbo, dispẽsatio. neque in his pacatas cẽset eorum conscientias, cum quibus sine causa dispẽsatur. Et ratio eius est, quòd licèt tollatur ius positiuum, supereſt nihilo minùs legis naturalis vis, quę est nè quis absque causa reipublicæ se oneribus subducat. Hoc autẽ nondũ equidem mecũ constituí quãtũ valeat. Enimuerò si exoneratio mea onerosa esset aliorũ, vt cùm quis priuilegiũ procurarat quo se tributis soluendis absq; causa subtrahat, vnde aliorum vergit aggrauatio, peccatum esset mortale. in ieiunijs autem non est tã planum: nisi vbi exemptus scandalum daret. Illo autẽ cessante forsan culpa non esset peior quàm venialis.

Refelluntur præfati authores.

Probatur posterior distinctio Iurisconsultorum.

Caietanus.

Nõ satis certa Caietani sententia.

Ad primum igitur argumentum iam respõsum est quòd nihil dispensatio cum priuata persona legi obstat: etiam si pro bono cõmuni sit lata: quia talis dispensatio fieri nõ debet: vt bono communi noceat, imò vt in eius augmentũ cedat. ¶ Ad secundum verò respõdetur quòd nulla est acceptio personarũ, licet nõ semper æqualia personis inæqualibus imperẽtur. Imò verò nihil iniquius æqualitate, vbi personę nõ sunt æquales. ¶ Ad tertium iam suprà respõsum est de legũ mutatione. Lex enim naturalis quãtum ad præcepta cõmunia & generalia nullam potest habere fallẽtiam: & ideo indispẽsabilia sunt: in cõclusiones autẽ naturales epieikeia vim habet: cuius vtiq; virtute qui in depósito arma custodit furibũdo domino nõ confert. Dispẽsare autẽ in eisdẽ soli Deo cõpetit qui antiquitùs dispensauit, vt plures vnus matrimonio sibi coniungeret. In legibus autẽ diuinis positiuis quæ non sunt de iure naturæ ipse quoque dispensare potest, vel cui ipse specialiter cõmiserit. Specialiter inquã, quia Papa, licet sit Christi vicarius potestate ordinariã nõ potest super iure diuino dispensare. Apostoli verò speciali ipsius cõmissione dispẽsarunt in forma baptismi vt fieret in nomine eius. Et Actuum. 15. tolerarunt, vt Christiani abstinerent à suffocato & sanguine: cùm ritus illos iure diuino Christus abrogasset: qui salus est & redemptio nostra, benedictus in sæcula.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

FINIS LIBRI PRIMI

DE IVSTITIA ET IVRE.

LIBER SECVNDVS
De Iustitia & Iure.

PROOEMIVM.

ARgumentum hoc quod de legibus instituimus, non modò quòd non potest non esse prolixum, verùm quòd hac ratione erit distinctius, in duos libros distribuendum duximus. Igitur cùm in primo de lege naturali & humana, ab æterna deriuatis, per quas homo ad finem naturalem ordinatur satis disputatum pro captu nostro à nobis fuerit: sequitur vt in hoc secundo de lege diuina disseramus, per quam ad supernam fœlicitatem promouemur. Nam quã uis materiã hanc, potissimùm legis veteris, Diuus Tho. peregregiè, vt pleraq; solet omnia, locupletauerit, non tamen erit omninò superuacanea, si Deus dederit, opera nostra.

Materia secundi libri.

QVÆSTIO PRIMA,
De lege veteri.

Sanctus Tho. 1. 2. quæst. 98.

ARTICVLV. I.

Vtrùm præter naturalem legem & humanam quæ ab æterna deriuantur, fuerit diuina hominibus necessaria.

S. Thomas.

PRIMO ergò quæritur in genere vtrùm necessaria fuerit hominibus lex aliqua diuina supernaturalis. Hanc enim quæstionem D. Tho. q. 91. disputauit: nos tamen in hunc locum, vbi de lege diuina initium dicendi facimus, reposuimus. Arguitur ergò à parte negatiua. Lex naturalis est quædam, vt dictum est, æternæ participatio: lex autem æterna est diuina: ergò præter naturalem non opus erat alia diuina. ¶ Secundò: Deus, vt Eccles. 15. legitur, Dimisit hominem in manu consilij sui quod est rationis actus: ergò non opus habuit lege quæ ratione sua esset superior; sed satis humanis gubernari poterat, quæ per rationem constituuntur. Eò præsertim quòd humana natura, cùm sit irrationabilibus præstantior, sufficiẽtior sibi est quàm brutis sua: irrationales autem creaturæ præter naturalẽ sibi inditam non indigent altiori lege: ergò neque homines.

Primum argumentum partis negatiuæ.

Argum. 2.

Cõfirmatio.

¶ Tertiò arguitur. Esto diuina lex opus nobis fuerit, abundabat tamen vna: tum quod regnum cœlorum vnum est, ac regis vnius, secundum illud Psalm. Rex omnis terræ Deus: & intentio legis vna. vult enim per eam Deus (vt ait. 1. ad Timoth. 2. Apostolus) omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Atque ob id maximè quòd lex naturalis ab æterna descendens, vna est. ac perinde diuina, quo propinquior est æternæ, deberet esse magis vna. ¶ In contrarium est postulatio illa Dauidica: Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Vbi indiguitatem humanam designauit, quæ cùm naturali lege sibi non sufficiat, altiorẽ exoptat. Sed & quòd fuerit bipertita ait Hebr. 7. Paul. Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat.

Argum. 3.

Paulus.

Paulus.

AD intelligentiam quæstionis ex superioribus recolendum est, quemadmodum diuina lex, duplex dignoscatur: videlicet æterna & positiua. Aeterna enim est sua ipsius essentia: quæ fons est abyssiusque luminum, vnde omnis scientia, lexque promanat: diuina verò positiua, est illius participatio, nobis porrò data, inque nostris cordibus, vti ait ad Corint. Paulus, scripta. Et de hac instituitur præsens quæstio. ¶ Ad quam duabus respondetur conclusionibus. Prior est. Præter naturalem legem & humanam necessarium fuit vt altior alia nobis poneretur (vt ait Dauid) quæ ideò dicitur positiua: & significantiùs diceretur posita. Hanc conclusionem quatuor rationibus fundauit sanct. Thom. quas ex illo Dauidico oraculo luculenter elicuit in Psalm. 18. Lex Domini immaculata: conuertens animas: Testimonium Domini fidele: sapientiam præstãs paruulis. Prima enim ratio sumitur ab hominis fine. Enimuerò si nostra natura altiùs nõ fuisset sublimata quàm ad finẽ naturalem, qui eius non exuperat vires, neq; sublimiori alia indigeret speculatiua cognitione, neq; legeattamen cum eo quòd nos Deus ad suam imaginẽ creauit, atq; adeò capaces sui ipsius per eius visionem fecit, quem scopum nostris viribus

Partitio diuinæ legis.

Prima cõclusio.

D. Thomas.

Prima ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contingere nequimus, necessaria nobis fuit, primum in intellectu speculatiuo fidei cognitio, quæ scopum nobis illum, sperandaq; bona (vt ait Paul.) ostendere, quò nostra est dirigenda vita: sicuti sagittario necesse est signum intuerì, quod ferire parat: mox & in intellectu practico lex quoq; naturali excellsior, quæ nobis esset officiorum regula quibus eandem fœlicitatem adipisceremur. Ac perinde in voluntate specialius singulariusque auxilium, quàm quo rerum natura gubernatur, per quod affectus nostros illuc valeremus referre ac promouere. Atque hanc intentionem tetigit Psalm. membro illo postremo, Sapientiam præstans parvulis. Homo siquidem in sua existimatus natura, pusillus est, atque imbecillior quàm vt posit metam illam pertingere, nisi supernè suffecta nobis esset supranaturalis sapientia. ¶ Secunda conclusionis ratio sumitur ex necessitate informandi humana iudicia. Enimuerò cùm actiones nostræ circa singularia contingentia versentur, quæ lubrica fallantiaque sunt ac subinde diuersis ingenijs varia iudicia progignūt, inde nascitur legum humanarum diuersitas apud diuersas nationes: vt aliud fuerit Atheniensium ius, aliud Romanorum, atque aliud Hispanorum sit, & Gallorum aliud. Igitur necesse fuit diuinitus nobis illucescere lex, quæ fidissima esset certissimaque norma ad quam omnes humanæ exigerētur & collimarentur. Et per quam scire homo certò posset quid sibi congruens esset, quid verò nocens. Talis enim est decalogus, in tabulis à Deo insculptus, ac Euangelium in nostris impressum mentibus. Atque hac de causa Dauid appellauit legem testimonium fidele. Eterim humana lex, nulla existit vsque adeò certa & stabilis. ¶ Tertio, eadem lex fuit nobis necessaria propter absolutam nostram iustitiam. Hæc enim non tam in externis officijs posita est, quàm intus in animo. Nam ex corde, vt ait Christus, exeunt cogitationes prauæ, atque inde opera: puta adulteria, homicidia. &c. homines autem, quia alienorum cordium latebras nequeunt inspectas habere, non valent suis legibus internos actus repurgare. Necesse ergò fuit lex Dei, quæ non solùm manum, verùm & animum prohiberet, vt potè quæ non furtum tantùm atque adulterium, verùm & istorum concupiscentiam cōpesceret. Et hoc significatur illo secundo membro Dauidicæ sententiæ, conuertens animas: nimirum quòd diuina lex, non modò operum prauitatem cohibet, verùm & penetralia cordium perpurgat. ¶ Quarta demum causa diuinæ legis fuit, quòd, vbi author est. 1. lib. de libe. arbit. Auguſt. leges humanæ nequeunt vitia cuncta, quanuis extera, cohibere: imò neq; debent. Nam si cuncta supplicijs coërcere satagerent, tum multa impedirent bona, tum & ciues in peiora truderent flagitia. Videlicet si omnia mendacia acri supplicio vindicarent, non esset qui loqui auderet: & si meretrices abigerent, ansam porrigerent ad peiora. Necessaria ergò fuit lex quæ ante Dei tribunal vniuersa vetaret: quippe quem vniuersa punire, nullum est periculum: sed æquissima iustitia. Atqui hoc sonat primum eiusdem Psalmi verbum: Lex Domini immaculata: id est, neq; minimas turpitudinis sordes admittens, sed cunctas detergens. ¶ Posterior conclusio: Hanc diuinam legem in duas esse diuisam, quæ non prorsus duæ essent species, sed veluti imperfectum ac perfectum eiusdem speciei distarent, conuenientissimum fuit, ac diuina sapientia dignissimum. Ratio autem conclusionis, licèt sanct. Thom. eam missam fecerit, tamen & ex legis celsitudine, & ex hebetudine naturæ nostræ planè colligitur. Enimuerò cùm lex diuina, tā longè pusillitatem ingenij nostri exuperet, genusq; nostrum veluti per omnes ætates adoleuerit, non debuerunt tam alta mysteria humano generi pueritiam agenti concredi: nam illa tunc non caperet. Sed operæpretium fuit Prophetarum oraculis, futurorumque figuris, ac demum cæremoniarum significationibus, quasi sub pædagogo imbui, donec illis assuetum ad iustam perueniret ætatem quæ Deum factum hominē tam longa expectatione optatum agnosceret, ac de Trinitatis arcanis prædicantem idoneè audiret, ac demum tanquàm olim sibi promissum, susciperet. Expediens ergò fuit vt vmbratilis illa lex veritatem nouæ antecederet. Atq; hęc est apostoli doctrina ad Gala. 3. Itaq; lex pedagog⁹ noster fuit in Christo. At vbi venit fides, iam nō sumus sub pedagogo: omnes enim filij Dei estis per fidē. Et. c. 4. Cùm essemus paruuli sub elementis huius mundi eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum. &c. Hic autem ab imperfecto progressus ad perfectum ex triplici capite perpenditur. Nempè ex fine, quò lex ducit: ex iustitiæ ordine, quem constituit: & ex modo quo subditos cogit. Ex fine inquam, quòd illa bonum sensibile ac terrenum pro brauio proponebat. Sed de hoc distimine luculentiùs quæstione proxima, arti. 3. ¶ Secunda distantia qua lex illa veluti puerorum ac seruorum pædagogia à nostra, Euangelio fruentium, elongabatur, est quòd illa non sicut nostra internam cordium

Secunda ratio.
Tertia ratio
Matthæi. 15.
Quarta ratio.
Augustinus.
Vltima conclusio.
Ratio cōclusionis.
Paulus.

cordium iustitiam explicabat. Non quòd malas cupiditates nō refrænasset: erat enim in Decalogo: Non concupisces rem proximi tui, nō vxorem. &c. Verùm quòd Euangelium cogitationum prauitatem explicatiùs retundit: Qui viderit mulierem ad cōcupiscendum eam, iam mœchatus est. Et qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Ob idq; ait: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm scribarum & Pharisæorū, nō intrabitis in regnum cœlorum. ¶ Tertium inexhaustum est in modo cogēdi. Illa enim pœnarum potissimè metu, veluti pueros ac seruos vrgebat: nostra verò amore quo pectora nostra Christus infundit, nos allicit. At verò & de hoc pariter articulo citato. q. seq. commodior dabitur dicendi locus.

Ad primum argumentū. AD primum ergò argumentum iam respōsum est quomodò hæc positiua Dei lex differat ab æterna, & qua ratione sit præter naturalem nobis necessaria. Nempè q naturalis, quæ naturæ nostræ capacitatem non excedit, ordinet nos in finem naturalem: sed diuina per quam æterna altiori modo nobis participatur, euehat nos ad supernaturalem. ¶ Et pariter respondetur ad secundum, quòd licet consilium, opus sit rationis, necesse tamen est supernaturali lege informari. Atq; in hoc præclarius nobiscum & excellentius factum est quàm cum irrationabilibus animantibus. Nam illæ ad naturalem duntaxat finem, qui humilis est, ordinem habent: quem etsi suis viribus adipiscantur, nihil egregium est. Nos verò ad supernaturalem fœlicitatem creati sumus: quod quidem ineffabile beneficiū præcunctis corporeis creaturis Deo debemus. Quò ideò per se natura nostra pertingere nequit. Sed tamen, cùm, Aristotele authore, id quod per amicos possumus per nos ipsos quodāmodo possimus, hoc quoque hominis excellentia patefecit, quòd sic est Deus paratissimus nobis suppetias ferre, vt nū quam nisi ob nostram culpam nobis desit.

Ad secundū argumentū.

Ad tertiū argumentum. ¶ Tertium autem argumentum id præcisè probat q incongruens fuisset duas ab vno dimanare Deo leges, sic prorsus distinctas, vt sunt leges diuersarū gentium. Fuit nihilo minus expedies ac decorum vt vnus Deus ad eūdem finē alia præcepta poneret imperfectis hominibus, quibus pueritiam quasi sub pædagogo cernebat degere: alia verò ad ætatem iustam pro tectis. Eò potissimum quòd salus nostra, quæ finis est legis, per Christum nobis erat obuentura, cui perinde competebat perfectam legē ponere. At nihilo minus oportebat & per altera rudimenta ad eius susceptionem (vt dictum est) præparari. Lex autem naturalis, quia vniuersalia continet præcepta, eademque adeò cunctis mortalibus cuiuscunq; sunt conditionis communia, nequit nisi vna esse.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm lex vetus fuerit bona.

QVONIAM eousq; solet humana natura labefactari, vt non defuerit Manichæorum caterua, qui contra veterem legem ceu malam, à maloque Deo conditam oblatrasset, quæritur an fuerit bona. Et arguitur à parte negatiua. Multa scripta sunt in veteri lege, nouę repugnantia: vt primū ipsum verbum: In principio creauit Deus cœlum & terram. Cuius cōtrarium asseritur Ioan. 1. Mūdus per ipsum, scilicet verbum, factus est, & sine ipso factum est nihil. Mox & illic legitur requieuisse die septima Deum ab omni opere quod patrauerat: & tamē Ioan. 5. ait Christus, Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor. ¶ Secundò, Deus ipse fatetur Ezech. 20. dicens: Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: lex autem de præceptorū qualitate existimatur: ergò lex illa non fuit bona. ¶ Tertio, Ad bonitatem legis duo sunt potissimum requisita, vt suprà nos Isidō. docuit. Primùm vt communi animarum saluti consulat: mox vt sit obseruatu non difficilis, humanæque cōsuetudini accommodata: neutrum autem istorum erat in illa lege. Ait enim quantum ad primum Paul. ad Romān. 5. Lex subintrauit vt abundaret delictum. & cap. 7. Sine lege peccatum mortuū erat: ego autem viuebā sine lege aliquando: sed cum venisset mandatū peccatum reuixit: ego autem mortuus sum. Et de secūda qualitate ait Petrus Actuum. 15. Quid tentatis ponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos neq; patres nostri portare potuimus? Lex ergò illa non erat bona. ¶ Quartò: Si lex illa bona fuisset, eò maxime quòd Dei sanctio fuit: Deus autem non apparet fuisse eius conditor. Primùm, quia vt habetur Deutero. 32. Dei perfecta sunt opera: lex autem nihil ad perfectum adduxit, vt ad Hæbræ. 7. author est Paul. Mox quod deberet esse perpetua: Lex autem illa cessauit, vt ibidem Paul. docet, propter eius infirmitatem. Imò quia (vt dictū est) occasio erat peccati: ergò nō fuit à Deo lata, atq; adeò neq; inde eius potest probitas colligi. ¶ Quintò: Si Deo latore bo-

Prima ratio à parte negatiua.
Secunda ratio.
Tertia ratio
Paulus.
Petrus.
Quarta ratio.
Paulus.
Quinta ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re bona esset, condecens fuisset, vt per Angelos, qui (vt est in Psalm.) sunt Dei ministri fuisset lata: at verò non per Angelos, sed ore Dei prolata fuit. Legitur enim Exod. 20. Loquutus est Dominus sermones hos. Et statim, Ego sum Dominus Deus tuus. Quòd si vllius ministerio vsus est, ille fuit Moyses: secundùm illud Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Et illud Exod. 33. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem: nil ergò restat vnde probitas illius legis elici possit. ¶ In contrarium autem Paulus. est Paulinum oraculum ad Roman. 7. Itâque lex quidem sancta est, (loquebatur autem de veteri) & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.

Prima conclusio. AD quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima: Lex vetus (vt ait Paul.) fuit sancta & iusta & bona, atq; omnibus suis causis congruentissima. Tametsi nõ vndequaque absoluta & perfecta. Conclusio hæc per omne causarum genus asseritur & confirmatur. Primùm, ex ratione vtriusque obiecti scilicet tam materiæ de qua præcipiebat, quàm formæ & figuræ præcipiendi. Fuit enim tum morum compositrix, tum & futurorum vmbra, & vtrinque bona. Enimverò cum duplex sit in nobis ratio, sicut veritas speculatricum scientiarum inde perpendetur quòd sit rationi speculatiuæ conforma: ità & legis bonitas eo q̃ sit concors rationi practicæ: lex autem vetus qua parte erat morum regula, egregie propellebat tum operum pranitatem, tam & cupidines cum ratione colluctãtes. Decalogus enim ille quem Deus Moysi in tabulis exarauit, cõpendium fuit substantiaq; & flos totius naturalis legis: quippe qui (vt quæstione. 3. latius patebit) hominem & ad Deum referebat & cum hominibus cõglutinabat: neq; solam manum verum cor etiam illo mandato compescebat: Non concupisces rem proximi tui, non vxorem. &c. Vnde Paul. ad Roman. 7. Consentio, inquit, legi quoniam bona est. Et rursum, Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Quo sanè verbo ostendit legis virtutem eam fuisse, vt sensualibus cupiditatibus obsisteret, quæ exteriorem, hoc est, sensualem hominem deuexant. At verò quoniam legis sanctitas per ordinem ad finem expenditur: finis autem diuinæ legis non est sicuti humanæ, temporalis tranquillitas & quies reipublicæ, sed sempiterna fœlicitas, quæ in eius cõspectu posita est. illa censetur perfecta lex quæ vsque ad illum perducit finem. illa autem, bona quidem non tamen simpliciter absoluta, quæ licet illuc dirigendo ducat, non tamen perducit: hoc autem discrimine vetus illa à nostra differebat. Enimuerò cùm finis ille vires excedat naturæ, nullius legis opera nisi gratia superne iuuante sufficiunt illuc quenquam perferre: secundùm illud ad Roman. 6. Gratia Dei vita æterna. Et Paulus. quoniam gratia per Christi redemptionẽ, qui fuit Euangelicus legislator collata fuit vniuerso mundo, lex vetus quæ per se gratiam hanc non continebat, eatenus bona erat, nimirum præcipiens virtutũ officia, vt tamen non esset perfecta, sicut nostra: quæ per eandem legiferi nostri gratiã ad suum finẽ nos perducit: vnde Paul. ad Titũ. 3. Cùm benignitas & humanitas Paulus. apparuit Saluatoris nostri Dei, nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum generationis & renouationis Spiritus sancti, quẽ effudit in nos abundè. Et Ioãnis. 1. Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Christum facta est. Et eòdem attinet quod ait ad Hebræ. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. ¶ Hanc differentiam iam diximus repetẽdam nobis. quæst. 7. Tantisper tamen, nè pendulus Lector hæreat, rem aperiamus. Est enim intellectu non facilis. In cõtrarium quippe est argumentum Obiectio. hoc. In circuncisione antiquæ legis conferebatur gratia virtute fidei Christi illic protestatæ, qua gratia remittebatur originale, sicuti nostra per baptismum virtute eiusdem Christi. Rursus qui opera legis per eandem gratiam tunc implebant, condignè merebantur æternam vitam, sicuti nos. Et sicut illi extra gratiã implentes legem solùm præstabant opera moraliter bona, non tamen quæ essent beatitudinis meritatiua & nobis accidit. Quid ergò discriminis restat inter illam & nostram? Respondetur non hoc esse, sed aliud. Nempè quòd causa Solutio. illius gratiæ qua illi in amicitiam Dei recipiebantur: non fuit exhibita nisi per Christum latorem legis nostræ: nam causa illa, vna eius fuit passio, secundum illud Paul. ad Colos. 1. Nũc Paulus. per mortem & sanguinem suum reconciliauit vos cum essetis aliquando alienati, & inimici eius. Itaq; vt de contrito inter Theologos fertur, quòd licèt ante confessionem à suis sit peregratiã Christi absolutus delictis, nihilo minus quia virtute propositæ confessionis, quę sacramentum est passionis eius, contritio illa operatur, fit vt quando ad pedes confessarij accedit, tũc vere absoluatur. sic de iustorum vniuersitate, Christi passionẽ præcedentium, censendum est. Videlicet q̃ erant veluti in depositio quoadusq; Christus veniret qui pretiũ redẽptionis soluens, cunêta expiaret piacula. Et ideò occlusę illis erãt cœlorũ valuæ: quasi nõ essent digni qui

Paulus. qui admitterentur in possessionem filiorũ Dei Atque hoc est quod ait Paul. ad Rom. 3. Deus proposuit Christum propitiatorem in sangui ne ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tẽpore. Ecce quomodò fons totius gratiæ fuit Christi passio etiam respectu præcedẽtium. Est ergò differentia quòd illi non per legis opera salui fiebant, sed per fidem Iesu Christi futuri, cuius passione nitebantur iustorum merita. Nos verò per fidem eiusdem Christi præsentis in nostra lege: nempè qui gratiam nobis eo temporis articulo meruit qua idoneè digneq̃ impleremus legem: quo articulo lex nos eius obligare cœpit. Et hæc est perfectio qua lex nostra veteri præstat quantum ad moralia præcepta. ¶ Mox bonitas eiusdem legis ratione causæ finalis ostenditur. Fuit enim cõdita vt viam in terris venturo Messiæ præpararet & communiret. Hæc autem præparatio in duobus consistebat. Primùm, vt esset futurorum præconium & præsagium: mox & euãgelicæ quasi inchoatio. Præconium scilicet per Prophetarum oracula: vnde Christus Luc. vltimo: Oportet impleri omnia quę scripta sunt in Lege, & in Psalmis, & Prophetis de me. Et Ioannis. 5. Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Præsagium verò per cæremonialia quæ vmbra erant futurorum, secundùm illud. 1. ad Corinth. 10. Omnes patres nostri in Moyse baptizati sunt, & in nube & in mari: & omnes eãdem escam spiritualem manducauerunt: & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Hæc enim omnia in figura facta sunt nostri. Fuit deinde quasi inchoatio Euangelicæ, quatenus sub illa lege semotus est peculiaris ille populus à reliquo orbe, & ab idolorum cultura coërcitus, atque cultui vnius Dei addictus. Vnde Paul. ad Gal. 3. Priusquàm veniret fides sub eadem lege custodiebamur, cõclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Et hæc de prima cõclusione. ¶ Sed vt ratione quoq; efficiẽtis causæ bonitas eiusdem legis corroboretur, apponitur secunda. Deus fuit author eiusdem legis: vt patet Matth. 15. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Erat quippè Christo tunc sermo de illo mandato: Honora patrem tuum & matrem tuã: quod scriptum erat in lege. Et ratio colligitur ex superioribus hæc. Lex illa, vt dictum est, præparamentum erat Euangelicæ, cuius porrò neque Manichęi negare poterant Deum fuisse authorem: igitur cum eiusdem sit, & finem proponere, & disponere media, idem Deus per se suosq; ministros

Quo sensu proposita differentia saluetur.

Ostenditur bonitas legis diuinæ ex ratione causæ finalis.

Secunda Cõclusio.

Ratio quæstionis.

legem illam tulit. Diabolus enim nunq̃, vt diabolico ore Manichæus blasphemauit, legem illam constituisset, per quam Christus prę signabatur colebaturq̃; à quo erat ipse victus expellendus. Atq; hunc sensum exhibebat ipse Redemptor Matth. 12. Si Satanas Satanã eijcit, diuisum est regnum eius. Animaduertenda tamen est assertio huius cõclusionis, quippè quę non tantùm Manichæorum blasphemiam retundit, delirãtium ac mentientium fuisse opus principis tenebrarum: verum & docet nõ fuisse legẽ alicuius angeli vel hominis, sicuti sunt leges humanæ, sed sicuti noua: ità illam à Deo latam esse ac subinde diuinam censeri. Ità enim vbiq; habet. Loquutus est dominus ad Moysen dicens. Et Exod. 24. Postquàm Moyses retulit ad populum legem, respõderunt: Omnia quæ loquutus est nobis Deus facimus. Et infrà dum sanguinis aspersione eandẽ legem ceu testamentum stabiliret in figuram Christi qui suo sanguine confirmaturus erat nouum, ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit vobiscũ Deus. Id quod & Paul. ad Hebræos. 9. retulit. Quando ergò ait Ioãnes: Lex per Moysen data est, non intelligit fuisse suam, sed eius ministerio promulgatam: sicut lex Euangelica non fuit Apostolorum, sed Christi, ipsorum diuulgata prædicatione. ¶ At verò, quò nihil legis illius defensionum prætermittatur, tertia adhibetur cõclusio. Lex illa à Deo per angelos posita est, secundùm verbũ Paul. ad Galat. 3. Lex Paulus. data est per Angelos in manu Mediatoris. Id cuius Stephanus testimoniũ perhibet Actuũ. 17. Dicens: Accepistis legẽ in dispositione Angelorum. Et Dionys. 4. cap. Cœlestis Hierar- Dionysius. chię congruere docet, vt diuinorum arcana ad homines Angelorum ministerio deferantur. Hæc autem ratio non peculiariter de antiqua, sed & de lege nostra curreret: quæ tamen non per angelos, sed per Christum lata est. Et ideò S. Tho. peculiarem adhibet eiusdem prouidentiæ analogiam, quam ab architectis mutuatur. Architectus enim nauis nõ per se, sed per suos ministros ligna dolat, ac præparat: ipse tamen compingit nauis fabricam. Idemq; videre est in architecto domus. Condecens ergò fuit vt Deus legem illam quæ ad Euangelij perfectionem sternebat viam, per cœlestes suos ministros præmitteret: Euangelicam verò ipse factus homo conderet, suoq; sanguine consecraret. Atq; hoc inter alia dignouit Apostolus Paulus. ad Hebr. 1. vbi excellentiã Euãgelij inde cõmẽdat, q̃ per illud loquutus Deꝰ est nobis in Filio q̃ melior est angelis, quos fecit spũs ministros- que suos in ministeriũ missos propter eos qui hære-

Tertia conclusio.

S. Thomas.

Paulus.

Discrimen inter veterẽ & nouam legem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreditatem capient salutis.

Manichæi. ARgumenta in contrarium obiecta Manichæorum arma erant: quorum inter alias hæreses hæc quoq; fuit, vt legem veterem conuitijs proscinderent, & tanquàm à principe tenebrarum conditam repudiarent. De qua quidem hæresi meminit August. lib. de hæres. cap. 46. & in eius repulsam scripsit, præter alios, cõtra Faustum libros vigintitres. Quanuis hæresis huius Cerdo feratur primus author Marcionis magister, cui post centum annos successit Manichæus. Isti enim, non intelligentes, malum per se nullam habere causam, sed esse boni privationem: neq; verò bonum Deum effectorem esse malorum, in illam sunt primùm vesaniam collapsi, vt duo ex æquo rerum principia adstruerent: principem scilicet lucis, bonorum authorem: principem autem tenebrarum, inuentorem malorum. Atque inde rursum cùm legem veterem in malorum prædicamento collocarent, inuentum esse dixerunt illius principis tenebrarum. ¶ Argumentorum verò capita quæ contra legẽ moliebantur hæc fermè sunt. Primum ratione finis, qui omniũ est causarum prima improbabant illam, quòd non nisi terrena promitteret. Vnde Faust. lib. 4. eò ait testamentum vetus nõ accipere, quòd in eo non est hæreditas sicuti in nouo. Ob idque negabat esse ambas eiusdem Dei leges. Ad hoc tamen iam superiùs responsum est, Deum illis tanquam pueris terrena fuisse pollicitum: tum vt in illis futura delincaret, tum vt palàm faceret quàm esset fidus suorũ promissorum seruator. ¶ Secundum caput argumentorum suorum erat, quòd dictis multis lex illa cum Euangelio pugnabat, vt primo nos argumento tetigimus. Ad quod tamen August. latissimè in lib. contra Adimantum respondet: ea nimirum conciliando quæ pugnantia videri poterant. ¶ Haud enim repugnat, cuncta esse à Deo facta: quare ait Moyses, Creauit Deus. Et tamen illa cõdidisse per verbum, ceu per suam artem: quare ait Ioannes, Per ipsum facta sunt. Neque obstat vt factus fuerit homo ad imaginem Dei secundùm naturam, vt illic habetur: & tamen secundùm morum malignitatem dixerit Christus Iudæis Ioãnis. 8. Vos ex patre diabolo estis. Neq; aduersantur vt quieuerit die Sabbatho ab opere creationis mundi: & tamẽ semper operetur, ipsum cõseruãdo & gubernãdo. ¶ Tertiò inculpabant legẽ, vt in secũdo argumento insinuabamus, quod contineret præcepta mala. In primis crudelia: vt est illud, Oculum pro oculo: dentem pro dente, quod idcircò Christus Matthæ. 5. ceu iniquum respuit, dicens: Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros. Mox & charitati aduersantia: qualis erat libellus repudij & vsurarum permissio: nã Deuteron. 23. permittebantur fœnerari alienigenis. Et illud quod refertur Matth. 5. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Quæ quidem testimonia sunt, non esse legem vtramque eodem Deo latam. Ad hæc verò eodem fermè respondetur: nempè quòd cùm populus ille tam iniuriarum esset tenax, tamque diuitiarum sitiens, atque ad charitatẽ durus, permisit illis Deus illam talionis vindictam, & vxorum repudiationem, atque vsurarum modum, vt ab immanioribus illos arceret. Adueniente autem lege gratiæ superstruxit Christus celsiores charitatis gradus. Tametsi illud verbum, Odio habebis inimicũ tuum, non extabat in lege: vt patet Leuit. 19. Sed erat Pharisæorum interpretatio. Quapropter Fabri Stapulensis adnotatio super eundem locum Euãgelij minimè tuta est. Ait enim quòd illud ex veteribus scripturis apertè cognoscebatur, quæ passim mala imprecantur inimicis: vt in Psalm. 53. Auerte mala inimicis meis. Et 82. Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi. Est enim impius error hanc notam legi inurere, quòd præciperet inimicorum odium. Nam quòd iuberentur illi Chananæos & Iebusæos perdere, non erat odij iusio, sed executio iustitiæ: Imò Prouerb. 25. præcipiebatur: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Illæ autẽ Psalmorum phrases, expositore vbiq; Augustino, non sunt malorum imprecationes: quasi Dauid optasset mala inimicis suis: sed futurorum prophetiæ. Ac si dixisset: Auertes mala inimicis meis. Igitur ad secundum argumentum respondetur, quòd quando Deus fatetur dedisse eis præcepta non bona, cæremonias denotat, quæ non appellauit mala, sed non bona: id est, non perfecta, neque ad vitam per se sufficientia: quia non conferebant gratiam peccatorum lotricem, quæ quidẽ peccata eisdem cæremonijs illi confitebantur: nam gratia in circunc isione à sola promanabat fide. Et ideò subiunxit, & iudicia in quibus non viuent, scilicet vita gratiæ. Ac posteà: Et pollui eos in muneribus suis: hoc est, Per illa munera quæ pro peccatis offerebant ostendi eos esse pollutos. ¶ Quartò deniq; hoc super omnia ijdem Manichæi improperabant legi, quòd tum obseruatu erat difficilis: tum & peccatorum existeret causa: quò tertium nostrum argumentum tendebat. Verùm tamen super eisdem locis Pauli ad Romanos. 5. & 7. citatis satis à nobis expositum est, legem non fuisse causam, ſam, vt peccatum viueret, & homo gratia emoreretur, veluti effectricem & positiuam: quin verò hanc maculam abstergit eidem legi idem Paul. dicẽs quòd esset sancta. Et 1. ad Timoth. 1. Scimus autem quòd bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. At quia malum vetabat, docebatq; adeo quid esset peccatum, ex hac parte, primùm tollebat excusationẽ: secundò, quia vt ait Lyricus nititur in vetita, inde homines occasionem captabant, vt maiori impetu ferrẽtur in malum: & quia gratiam nõ conferebat, ex hac parte negatiuè erat causa peccati: id est, non satis iuuans ad illud cauendum. Vnde nõ ait, Occasione data, sed occasione accepta: id est, quam non lex dedit, sed homines inde acceperũt: peccatum scilicet originale, cuius fomes carnis in nobis relictus est, per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiã. Quare cap. 5. vbi dixerat peccatum intrasse vt abũdaret delictum, particula, vt, non dicit causam. Haud enim illa fuit voluntas Dei ferentis legẽ vt per eam concitaret homines ad malum, sed tantum dicit consequutionem. Ex hominum nanq; infirmitate consequutum est vt data lege, peccata cumularent. ¶ Ad quartum satis responsum est vbi rationẽ expoſuimus tam imperfectionis legis, quàm etiã cessationis. Cum enim esset figura legis gratiæ, nihil vetat, quin à Deo fuisset lata, & nihilo minùs non absolutam obtinuisset perfectionem. Erat enim præparamentum Messiæ, authoris gratiæ, quæ est legis perfectio: quapropter consequens erat, tũ vt vsq; ad ipsum non adipisceretur suam perfectionem, tum vt per eiusdem Dei præsentiam illa antiquaretur. ¶ In quinto autem argumento non vna tantùm dubitatio dissoluenda petitur. Vna enim est de locutionibus illis antiquis qua Deus dicebatur loqui Moysi: vtrùm scilicet per se ipse loqueretur, an verò angelus nomine ipsius. August. nanq; 3. de Trini. cap. 11. & 12. super Genes. ad literam cap. 27. huc propendet, quòd vnus angelorum per dispensationem personã domini su gerebat. Quemadmodùm scriba dum nomine iudicis sententiam refert, Nos. &c. mandamus. Et quo pacto sacerdos ait loco Christi, Hoc est corpus meũ. Et astipulatur eius assertioni modus loquendi scripturæ. Enimuerò Exod. 3. vbi nos legimus quod apparuit de rubo Dominus Moysi in flamma ignis, Septuaginta habent, apparuisse Angelum Domini. Et sic legit August. Nihilo minus tamẽ qui apparuit dixit: Ego sum Deus patris tui. &c. Et Genes. 32. Ille qui luctabatur cum Iacob, ait ad illum: Cur quæris nomen meum quod est mirabile? Angelus ergò loquebatur in persona Dei. Et causa est huiusmodi. Cùm voces illę sensibiles essent, liquidum est fuisse factas in aëre verberato quo homines audiunt atque adeò Angelorum ministerio, quo Deus vtitur, intonuisse. Et ideò censetur Angelus loqui in persona Dei. Tametsi nos super illo paterno verbo Ioannis. 3. Hic est Filius meus dilectus, non sumus veriti dicere vocem fuisse Dei propriam patriq; attributam: nempè quòd vel Deus se solo verberasset aerem, vel quòd Angelico fuerit functus obsequio, quasi instrumẽto, ceu nos vtimur lingua. Hac ergò ratione dicitur lex data per angelos seu dispositionẽ angelorũ, quòd dum Deus Moysi in monte loquebatur, vox illa angelorũ opera auribus eius insonabat. ¶ Sed tamen hinc secunda emergit quæstio quod Exod. 33. asseritur Dominus facie ad faciẽ Moysi loquutus. Respondetur tamen secundùm August. locis citatis, hoc esse intelligendum secundùm opinionem vulgi. Nam paulò post optatissimè cũ Deo expostulabat, dicens: Ostende mihi gloriam tuam: nempe quam nondum viderat. Igitur vtrùm post viderit Dei faciem, vt Paulus in raptu, an solum posteriora, hoc est, aliquid in quo ei gloria illius illuxit, sub iudice est. Veruntamen quando in mõte legem suscepit voce per angelos fabricata loquebatur ei Deus. Quid ergo est quod ait Ioannes, Lex per Moysen data est: qua sanè de causa dicitur Mosaica. Respõdetur quòd sicut Christus per seipsum reuelauit Apostolis legem, quam ipsi orbi promulgarent, sic Deus per angelos tradidit Moysi, vt ipse denũtiaret populo. Et ideò dicitur Moysis, tanquàm promulgatoris.

Argumenta Manichæorum cõtra legem veterẽ.

Argum. 1. Faustus.

Solutio.

Argum. 2.

Solutio Augustini.

Ad Primum argumentũ principale.

Ad cõfirmationes.

Ad secundũ argumentũ.

Adnotatio Fabri minime tuta.

In fabrum testimonia facta. Solutio: argumenti.

Ad secundum argumentum.

Ad tertium argumentum. Author Commentarijs super Epistolã ad Rom.

Paulus.

Ad quartum argumentũ.

Ad quintum argumentũ. Duplex dubitatio. Prima.

Augustinus

Reboratur sententia Augustini.

Ratio assertionis præteritæ.

Secunda quæstio. Solutio.

Alia obiectio.

Dissolutio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm lex illa soli debuerit populo Israel poni, illumque duntaxat obligare.

POst quàm de bonitate causisq; vetustæ legis satis à nobis dictũ est, subsequitur vt de eius subditis sermonem adhibeamus. Quæritur ergo an fuerit expediẽs populo Israel peculiariter poni, eumq; duntaxat obligare. Et arguitur à parte negatiua. Lex illa, vt dictum est, figura fuit præparatioq; euangelicæ: figura autem & via debet suo fini similitudine respondere. sed lex euãgelica nõ Iudæis tantũ, verùm & Gẽtibus vniuersis futura erat in salutem, secũdum oraculum illud Isaiæ. 49. de Christo

Primum argumentum à parte negatiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sto præcant atum: Partim est vt sis mihi semen ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israël conuertendas: dedi te in lucem Gentibus, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. ergò & lex vetus debuit vniuerso mundo promulgari. Eò vel maximè quod vt legitur Actu. 10. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi. ¶ Secundo, si lex illa Iudæos tantùm obligaret, deterrima fuisset grauissimaq; eorũ conditio inter omnes mortales. Illi enim non poterant sine legis obseruantia obtinere salutem. Extat enim Deuter. 27. Maledictus omnis qui non permansit in sermonibus legis huius, neque eos opere perficit: reliqua verò Gentium vniuersitas extra illam legẽ solo iure naturæ seruari poterat: amplior ergò salutis via patebat Gentibus quàm Iudæis. ¶ In contrarium autem est sententia Pauli ad Rom. 3. Quid ergò amplius Iudæo? multum per omnẽ modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Et Dauid, non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Secundum.

Paulus.

Germinaque filio clausa in quæstionem posita. Prima. Secunda.

QVæstio, vt inter arguendum insinuatum est, duo petit. Primum an singulari illi populo congruẽs fuerit legem illam edi. Alterum an solum illũ obligabat. Nam posset quis cogitare, quòd licèt Iudæis fuerit promulgata, nihilo secius cum lex Dei esset, qui Rex est vniuersi orbis, ad quoscũq; fama illius penetraret, tenerentur illam suscipere. Quinq; ergò conclusionibus cõstabit responsio. Prima: Conueniens fuit legem illi tantùm populo dari. Conclusio hæc ex superioribus colligitur. Nam cùm opus Dei fuerit, enim summa sapientia attingit à fine vsq; ad finem, & disponit omnia suauiter, dubium nullum relinquitur quominus fuerit consultissimum ac decentissimum. Attamen quia ratio hæc nimis generalis est, ex ipso rerum fine explorãda est alia, cui animus acquiescat: puta quæ rationem diuinæ sapientiæ referet. Est autem aliud quærere cur selectus est aliquis populus, cui daretur lex illa, & non potius toti mundo inuulgaretur. Aliud verò cur ille Hebræorum. ¶ Sit ergò secunda conclusio. Ratio cur delectus alicuius populi ex cunctis mortalibus factus est, sumitur à fine eiusdem legis, qui fuit aduẽtus Messiæ. Inde enim duplex accipitur ratio. Vna quòd cùm sublimitatẽ tã excelsi mysterij totus mundus capere non posset: quippè in quo quàm plurima essent hominũ ingenia, tum naturali hebetudine, tum morum peruersitate caliginã tia, condecens fuit vt pusillus quidam populus peculiariter seligeretur, cui tam alta, tamq; recondita mysteria initio cõcrederentur. Nam si sparsim fuissent statim per orbem euulgata, ludibrio ciuium haberentur, quàm eis adhiberetur fides. Sic enim solent cordati homines & prudentes arcana sua non temerè publicare, sed illos deligere quorum fidei cõmittant. Iuxta illud Eccles. 6. Multi pacifici sint tibi, consiliarius vnus de mille. Quin verò nuntiũ rei grauissimæ non audes in initio in vulgus propalare, nè deridiculus videaris: sed in quorundam aures primum susurras, quousq; fama vires accipiat. Poterat quidem Deus talia facere hominum ingenia, vt omnes statim caperent, sed tamen more naturæ cũcta suauiter disponit. Docuit enim nos experientia mille quingentorũ annorum, non dicam quàm sint mysteria nostræ fidei captu difficilia, sed quàm sit humanum ingenium tardum, quamq; ad optima capessenda indociles: cùm minimã orbis angulus fidem retineat, eandemq; tam multis ex partibus lacerã. ¶ Altera ratio est ex eodem itidem fine sumpta, quòd decuit selectam esse stirpem ex qua Christus genus duceret. Quemadmodùm enim Romanorum gens & Athenienſiũ, vt verbi gratia dicamus, sua celebrârunt nomina, ità condecuit Christi prosapiam ac genealogiam, illustrem in mundo fuisse. Atqui vtraque ratione circuncisionis charactêre insignitus ille populus fuit, vt à reliquo dignosceretur orbe. Fuitq; insigne illud in mẽbro illo iussum vt illius genitura significaretur, qui vnà cum reliquis delictis labem generatione contractam erat abstersurus. Et quemadmodùm inter Romanos illustriores familiæ: vt Cæsares, Camilli, Scipiones. &c. sic etiam ex illo populo selectus est Dauidicus truncus ex quo diuinus flos germinaret. Quapropter vt super primũ cap. ad Roma. recolimus, nuncupatus est Christus filius Dauid. ¶ De alio verò proposito mẽbro, scilicet cur ille potius Hebræorũ populus fuerit electus, statuitur Tertia conclusio. Ratio huiusmodi electionis neq; potest neq; debet ex aliqua causa vel merito illius populi captari, sed in meram Dei misericordiam est referẽda. Duas quippè causas comminisci posses populo illi congruẽtes. Quarũ vna esset, quòd cùm reliquis orbis Gentibus in idololatriæ impietatem immersis soboles illa Abrahæ in vero cultu vnius Dei perstiterit, iustum erat illam peculiariter in peculium Dei eligi. Sed tamen ratio hæc nõ est cõuincens. Nam post susceptam legem in eandẽ idololatriã irruerunt: quod multò illis iniquius absurdiusq; fuit quàm Gentibus. Vnde Exod. 33. & Amos. 5. Nũquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Et portastis tabernacula Moloch Deo vestro & imaginem idolorum vestrorũ sydus Dei vestri quæ fecistis vobis? Secundam ergò rationem effingere quis fortè posset, quòd licèt fuissent posteà idololatræ, tamen aliquibus iustitię officijs vel ante vel post legem floruerunt, quorum meritò data est illis lex. Veruntamen planè legitur Deuter. 9. Scito quòd nõ propter iustitias tuas Dominus tuus dedit tibi terram hãc in possessionem, cùm durissimæ ceruicis sis populus.

Prima cõclusio qua satisfit primęque ſtioni. Prima probatio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Duplex ratio cõclusionis.

Secũda ratio

Tertia conclusio.

Duplex ratio non satis apta.

Refellitur prima.

Explodituꝛ ſecũda cauſa.

Ratio veræ cõclusionis. Explanatur poſita ratio.

Merita Abrahæ minimè in causa fuêre vt præ ceteris illius populus sele geretur vnde Christus originẽ duceret: sed hoc ipsum in mi

¶ Veruntamen licet hæc fuerit proxima causa, non tamen in illa animus requiescit. Nam respondẽdum restat, cur selectiorẽ Deus habuit Abraham ac suam progeniem cui mysteria Christi reuelaret, atq; ex suo sanguine gignendum polliceretur, quàm vnumquemlibet aliũ mortalium: vtrùm merita eius fuerint in causa. Re vera minimè, sed vt conclusio asserit, Dei misericordia. Hoc nanq; in primis astruit oraculum illud Isaiæ. 41. Qui suscitauit ab Oriẽte iustum, vocauit eum vt sequeretur se. Nam de terra Chaldæorũ vocatus fuit: vt Gene. 11. legitur: quæ quidem regio terræ promissæ orientalis erat. Mox & ratio idem demonstrat. Nã cum gratia qua grati Deo reddimur non cadat sub meritum, fit vt neque eius initium & caput promereri vlla possit creatura: initium autem fuit Christus: ergò eius aduentum neq; intemerata Virgo mereri valuit: quanto minùs Priscorũ quispiam. Et cùm lex fuerit Christi figura, neq; illam vel Abraham, vel eius progenitores, aut posteri meruerunt. Quocircà mera fuit Dei clemẽtia quòd ipse eiusque prosapia inter omnes mortales eligeretur. Neq; vlla potest humana designari causa, sed in radicẽ prædestinationis, quæ nullam præter Dei voluntatem habet, referẽda est talis electio: iuxta illud celebre Aug. axioma super Ioan. Quare hũc trahat & illũ nõ trahat, noli velle iudicare, si non vis errare. Verũtamen quod de Deipara Virgine confitemur, & de Abrahã quoq; suo gradu censendum est. Etenim etsi Virgo non meruit Christum incarnari, tamẽ fixo illo diuino proposito, fecit eam Deus dignam quæ ipsum conciperet: secundum illud quod Eccle sia canit: Quæ Dominum omnium meruisti portare. Et simili modo in suo inferiori gradu fecit Abraham inter mortales dignum, cuius sanguinem nascituro filio suo deligeret. ¶ Hæc autem electio primũ in sacro Canone designatur: Genes. 10. Vbi cum peruentũ est ad enarrandum progeniem Sem filij Noë, ait scriptura: Sem quoq; nati sunt patre omnium filiorũ Heber. &c. Quod vtique verbum cõsideratiſi mè meditatus est. 16. de Ciuita. Dei August. Filij enim Heber dicti sunt Hebræi. Ob idque quãuis non fuerit primogenitus eiusdem Sem, tamen ob hanc dignitatem primus nominatus est. Nõ ergò ab Abraham quasi Abrahæi, vt quidam Iudæorum autumãt: sed ab Heber nomen traxerunt. Vixit nanq; pater ille sub ætatẽ Nemrod quando facta est linguarum diuisio: ob idq; appellauit nomen filij sui Phaleg, vt ibidẽ legitur, quod est diuisio: eò quòd in diebus eius diuisa sit terra. Inde ergò diuinitùs separatus est Heber à reliquis, qui cum Nemrod aduersus Deum ipsum coniurauerãt. A quo Heber sextus fuit Abraham, quẽ Deus (vt legitur Gene. 12.) præcepit exire de terra sua & de cognatione sua. ¶ Et hæc de priori quæstionis membro. De posteriori verò puta de legis obligatione an extenderetur ad Gentes, subiunguntur duæ aliæ conclusiones: hæc distinctione præmissa. In lege quædam erant præcepta de lege naturæ, vt Decalogus & moralia reliqua: quædam verò eidem naturali iuri adiecta, vt cæremonialia & quædam legalia. Sit ergò conclusio ordine quarta. Cuncti mortales tenebantur seruare illa quæ sunt legis naturæ, non quidẽ ob vinculum Mosaycæ, sed id eâdem iubente natura. Reliquorum verò obseruantia nemini extra illum populum neceſ-

Obiectio.

Misericordiã diuinam referendum est. Ratio præsatæ assertionis.

Augustin.

Electio Abrahæ in sacro Canone designatur.

August.

Distinctio præceptorũ legis antiquæ. Quarta conclusio bimẽbris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probatio prioris membri.

faria erat ad salutem. Prior pars notissima est: quoniam & ante aduentū legis totum humanum genus lumine diuini vultus illustratum seruare stringebatur cuncta quæ natura docebat, tum ad cultum diuinum, tum & ad humanam societatem referre: lex autē scripta neminem ab huiusmodi iugo exemit. De his ergò naturæ præceptis in lege conclusis ait ad Roman. 2. Paul. Gentes quæ legem non habent,

Paulus. Probatio posterioris membri.

naturaliter quæ legis sunt, faciūt. Posterior autem pars ex dictis plane colligitur. Etenim qui ad sublimiorem religionis ordinē assumuntur, pluribus religantur quàm reliqui laxioris vitæ, vt in clericis & monachis videre est: populus autem ille selectus fuit ad excelsiorem sanctitatis gradum: qualis decebat populum, ex quo erat Christus nasciturus, & qui figuram eiusdem Christi gerebat: ergò ad peculiaria illa instituta, legi naturæ superaddita, solus ille populus erat obligatus. Vnde Deut. 18. Perfectus eris & absque macula coram Domino Deo tuo. Quam ob rē veluti arctioris religionis cultoribus quædam professionis imago illius legis erat inuncta: secundùm illud eiusdē lib. cap. 26. Profiteor hodie coram Domino

Quinta conclusio.

Deo tuo &c. ¶ Hinc demum colligitur quinta conclusio. Tam currente illa lege, quàm ante ipsam potuerunt sub lege naturæ homines salutem obtinēre. In lege inquam naturæ: non tamen per eiusdem naturæ vires. Nā Dei gratia res est supernaturalis: quam ideircò sine intellectus aliqua fide, ac subinde diuina ope volūtatis motrice adipisci nemo vnquàm valuit.

Dionysius.

Et in hoc sensu intelligitur Dionysi. 9. cap. cœlest. Hierarch. vbi ait multos Gentiles per angelum fuisse in Deum reductos. Et Eccles. 17. In vnamquamq; gentem proposuit Deus rectorem: ac perinde ea quæ ad salutem sufficie

Quid sentiendum de exitu Socratis, Platonis, atque Arist.

bant. Nam in omni lege voluit omnem hominem saluum fieri vsq; ad euangelicā quæ omnibus est necessaria. Igitur si de Socrate, Platone, Aristotele, Catone, Seneca & id genꝰ ethnicis præcipui nominis explorare cupis, fuerint ne ingressi salutis viam, perpendendū tibi primum est an aliqua vitia admiserint, tam aperte cum naturali ratione pugnātia, vt nullum sibi possent ignorantiæ clypeum obtendere. Nam quos tales inueneris, impietas esset suspicari fuisse seruatos. Quare nullus idololatrarum excusari potuit. Neq; eorum qui adulteria & furta ac peiora flagitia ignorārunt. Secus de fornicatione simplici: cuius ignorantia probabile est ethnicorum aliquos ante scriptam legem potuisse excusari. Sicuti & Socratem, cui venenum epotauit, quod re vera non est li-

citum, potuit tamen ignorantia excusari, nimirū credens legem illam qua cōdemnatus est, fuisse bonā. Et simile dicēdū de Seneca, cui data à tyrāno fuit mortis optio. At neq; Catonē neq; aliorum quēpiam qui mortē sibi cōsciuerunt, legitima ignorantia excusat: iuxtā enim naturæ planè docet nemini licēre sibi mortem cōsciscere. Platonem autem August. in lib. de Ver. relig. laude commēdat quod perpetuam seruauit abstinentiam. Et certe est perquàm verisimile in Dei gratiam fuisse receptum. Hęc autem quæ in coniecturis posita sunt, non est quòd nos remorentur.

August.

Verisimile est Platonem in Dei gratia fuisse.

Ad primum igitur argumentū capitis quęstionis respondetur, quòd nō oportuit legem, quæ figura erat nostræ, tanta similitudine ei respondēre, vt esset tam vniuersalis. Imò decuit ratione iam dicta peculiari populo præscribi, ex quo Christus nascereturus: secundum illud ad Rom. 9. Quorū, scilicet, Iudęorum, est adoptio filiorum Dei, & legislatio: quorū patres, ex quibus Christus est secundum carnē. Neq; subinde Deus fuit personarum respector. Nam cùm nemini debitor sit, cui vult misereatur & quem vult indurat. Vnde Aug. lib. de Prædest. sanctorum: Omnes, inquit, quos Deus docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet: hoc enim venit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis. Suppositis autem nostris meritis quæ ex eius gratia pullulant, citra personarum acceptionem reddit vnicuiq;, vt ait Paulus, secundùm opera sua. ¶ Ad secundum negatur deteriorem fuisse Iudæorum cōditionem, quàm Gentiū. Imò tanto fuit præstātior populus ille, quanto Dei legi & cultui districtius mancipatus. Quemadmodùm & inter Christianos quo arctius se homines religionū votis præstringunt, fœlicius viuūt. Vnde Deuter. 4. Quæ est alia gens sic inclyta vt habeat cęremonias iustaque iudicia? Quocircà vt Exod. 12. scripum est, quicunque Gentilium voluisset in Iudæorum familiam commigrare ac nomen suum in legē illam ascribere, circūcisus admittebatur: Vt in vsu illis nunc est qui religiones profitentur. Quòd si quis hic hæreat vtrū poterant Gentilium quiq; particulam legis recidere absq; totius professione: & præcipuè an poterant circuncidi extra legen viuentes. Viditur nanq; ratio partem affirmatiuam persuadēre. Nam inter Abraham & Moysen duraūit quingentis annis absque lege circuncisio. Respondetur quòd nihil Gentiles vetabat quo minùs possent cęremonias aliquas quę sibi placerent à Iudæis mutuari. Sicuti Romani non-

Argumētū.

Ad secundū.

Hæsitatio.

Suadens pars affirmatiua.

Respōsio.

nonnullas leges ab externis Gentibus receperunt. Attamē nisi profiterētur legem, nō esset illis propriè diuina. Quin verò arbitror post datam legem, circuncisionem nemini ad salutem conduxisse, nisi totam profiteretur. Erat enim sicut nobis baptismus, professio legis.

Paulus.

Quod apertè ad Gala. 5. docet Paul. sub illis verbis, Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm lex vetus cōgruenter data fuit tempore Moysi.

Restat posterò, temporis datæ legis rationem reddere. Et ideò quæritur vtrum tempus illud quo data fuit Moysi, negotio conueniret.

Primum argumentum.

Et arguitur à parte negatiua primò ex his quę dicta sunt. Erat enim salutis præparamētum, quæ erat per Christum conferenda: statim autem homo lapsus remedio indiguit salutis: ergò illicò debuit in mūdi primordijs ferri. ¶ Secundò: Data fuit in sanctificationē eorum ex quibus Christus progignēdus erat: illa autem sanctificatio cœpit in Abraham: vt legitur Gen. 12. ante Moysen quingētis annis, cui facta

Secundum.

Paulus.

fuit promissio, quiq;, vt ait ad Roma. Paul. Credidit Deo & reputatū est illi ad iustitiam. ergò illi, vt circuncisio iussa est, ità & lex poni debuit. ¶ Tertiò: Quemadmodùm nuper dicebamus, sicuti Abraham ex vniuerso orbe selectus fuit vnde Christus originē traheret: sic posteà ex illo populo Dauid vnde peculiare genus duceret: quare nūcupatus est filius Dauid: ergò sub Dauide qui post Moysen annis pluribus quàm quadringētis natus est cōgruentiùs fuisset lata. ¶ Contrariū autē colligitur ex Paulo ad Gala. 3. vbi ait, Legē fuisse ordinatam per Angelos in manu mediatoris: ordo nanq; Dei temporis quoq; opportunitatem denotat.

Tertium.

Paulus.

Quæstio perfacili negotio expeditur, si ex sola Dei volūtate ratio petatur. Nā cum illa non habeat priorē causam neque quicquam humano generi debeat, legē dedit quando per suā sapientiā decēre cognouit. At tamen exploranda restat causa ex parte hominū, ob quorū salutem data est. Et ideò statuitur conclusio affirmatiua. Illo temporis articulo data est quod in rem erat maximè humano generi. Etenim tanq; iniquorū medela cōdita est ad emolliendā eorū duritiam corumq; edomandā superbiā: & tanq; bonorum iuuamen,

Cōclusio responsiua.

ad promouendam eorum salutē. Atq; ex his duabus radicibus duæ cōclusionis rationes duncuntur. Enimuerò si priorē spectes, humana superbia de duobus extollitur, naturali scilicet sapientia, & potētia: id quod versutus serpens in sua posuit suggestione dum Euam adortus est. Eritis enim, inquit, sicut dij scientes bonum & malū. Eadem enim procella eum cœlo depulerat. Ex re ergò humani generis fuit, vt Deus illud longis sæculis suo fauore desereret: porrò vt longo experimēto cognosceret q̄ esset suapte natura & ad cognoscēdū, quod sibi expediret, ignarū, atq; ignauū ad agēdū. Hac ergo de causa mortales destituit duabus integris ætatibus, vna scilicet, annis mille quingentis, & co amplius ante diluuium, quo mundū scelerum flagitiorumq; fœtore pestiferum submersit. At verò nō sic prorsus destituit quo minus in linea quę Christi genealogiam ducebat nonnullos egregia sanctitate insigniret: vt Abel, Enoch, & tandem Noë, in cuius stirpe iustitia seruatum est mundi semen. Atq; inde quasi nouas ei inducias indulgens expectauit hominem secunda ætate fere annorum quingentorum vsq; ad Abraham, quem pessimus Nemrod, contra Deum rebellans centum quinquaginta annis antecessit: Ninus autem Babyloniꝰ: per quem idololatria in orbē irrepsit, quinquaginta. Et quia peccatū cōtra naturam idolatriæ atq; infidelitatis pœna est, vt ad Roma. 1. diserte Paul. docuit, paulò pòst nefanda Sodomorum turpitudo aerē infecit, sub quod vtique tempus deleganit Deus Angelos ad Abrahā, vt Genes. 18. refert historia, qui Christum in salutem humani generis suo illi nomine pollicerentur. Vbi non est mysterium illud prætereundū: nempè quòd Angeli ipsi qui veluti inferno igni vrbes illas incensuri venerūt, nuntium simul attulerunt futuræ salutis. Itaq; clamor & fumus Sodomorū cœlum ascendentes, Deum & ad iustitiam irritauit, vt de nefandis illis vltionem sumeret, & vnà ad misericordiam cōmouit, vt hominibus in futurū prospiceret. Vnde vt ijdem Dei legati mundo patefacerent quàm sit Dominus ad misericordiam quàm ad iustitiam propensior, propter decem quos inuenirēt iustos veniam corruptissimis vrbibus promittebant. Nam ob octo animas quas tēpore diluuij iustas inuenit, nō prorsus vniuersum deleuerat orbem. ¶ Inde tamē charactēre circuncisionis obsignatam Abrahæ familiam, tertiam aliam ætatem aliorum quingentorum annorum assuefecit, vt ad suscipiendam legem esset paratior. Tanti erat periculi statim diuina illa præcepta orbi concredere.

Prima ratio cōclusionis.

Prima mundi ætas.

Secūda ætas

Paulus.

Mysterium.

Tertia ætas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Enimuerò cùm ei tantùm sueq; soboli facta fuerit promissio: lex autem que non vni familiæ, sed iusto hominum numero qui populum faceret tradi debuit, expectauit quousq; eadē progenies augeretur in populum. Et præterea nè de repente susceptam legem veluti rem nouam non facilè susciperent: Ecce moras quibus Deus tardauit legem ferre vsque ad initium quartæ ætatis sub Moyse, anno ab orbe condito bis millesimo quadringētesimo quinquagesimooctauo: tunc ergò data est lex ad retundendam humanam superbiam qua parte ex naturali sapientia nascitur. Erat enim iam tunc naturale lumē vsq; adeò obtenebratum, vt vix homines dignoscere possent inter bonum & malum: sed dicerēt (vt ait Propheta) malum bonum, & bonum malum. Officium igitur legis fuit hoc docere, explicando naturę principia. Vnde Paul. ad Ro. 5. Per legem est cognitio peccati. ¶ At verò restabat eosdem docere homines quod neq; cognitio peccati eidem superando & euincendo sufficiebat, nisi diuinitus vires ei suppeditarētur ad agendum. Obidq; reliquit Deus mundum sub lege scripta tribus alijs ætatibus: nempè mille quingētis annis vsq; ad Christum, vt lōgo rerum vsu eandem suam infirmitatem atq; imbecillitatē discerent, vt eum optatius susciperent.

Sub Initium quartæ ætatis vetus lex lata est.

Paulus.

Mūdus fuit sub lege scripta tribus ætatibus.

Solutio.

PER hæc soluuntur argumenta in contrarium, quandoquidem reddita est ratio cur non decuit statim in mundi primordijs legem ferri, neq; eādem dari Abrahæ. Quod autē nō debuit differri vsq; ad Dauid, inde cōstatq; nō solū familiæ ex qua Christus nasciturus erat, sed toti circūciso populo descēdēti ab Abrahā fuerat promissa. Quāuis illis qui præcisi fuerāt à trūco & recta linea, vt Ismaëlitis, & Idumęis descendentibus ab Esau, lata nō fuerit. ¶ At verò contra hæc quæ dicta sunt restat argumentum simile illi quod fit de aduentu Christi. Ait enim ipse Matth. 11. Quod si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes quas ipse faciebat inter Iudæos, pœnitentiam egissent. Et ideò remissius futurum esset illis gentibus in die iudicij. Simile inquam quis cogitare posset de lege veteri: videlicet quod si vel alium populū Deus elegisset, vel alio tempore scripsisset eis legem, obseruātior fuisset ei præstita obedictia, quàm tunc ab illo populo, qui statim ad idololatriā peruersus fuit. Respōdetur autē quòd illas nos rationes ignoramus sicuti mysterij illius quod refert Paul. ad Romañ. 11. nempè cæcitatem contigisse in Israel donec plenitudo gentium intraret. Ob idq; causas reddimus quas cōgrue re coniectamus. Et nō est dubium, quin licet

Soluūtur argumenta.

Argumentū cōtra hactenus assertā.

Paulus.

alij fortassè fuissent tunc obedientiores, tamen ad finē vniuersalis redemptionis ex alia parte concurrerint congruentiores causæ, cur Deus illam gentem & tempus elegerit. Tametsi demum causæ omnes ad fontē prædestinationis referendæ sint. Ex quo primū argumentū præcedentis articuli dissoluimus.

QVÆSTIO SECVNda, De præceptis legis veteris in genere.

Sanctus Tho. 1. 2. quæst. 99.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex vetus vnicum tantùm continuerit præceptum.

SEQVITVR quæstio secunda de legis antiquę præceptis in genere. Et arguitur quòd non fuerint plura, sed vnum tantùm. Tum ex illo ad Roma. 13. Si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: quod vnicū est. Tum ex illo Matth. 17. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis: hęc est enim lex & Prophetę. Lex nāque vetus nō erat amplior quàm quæ lege & Prophetis concludebatur: ergò tota lex vetus vnicum erat præceptum. ¶ In contrarium est Apostolus qui ad Ephes. 2. appellat illam legē mandatorum, quam Christus decretis Euangelicis euacuauit.

Argum.

Paulus.

IN ingressu statim præceptorum legis generalissimus articulus est, an fuerint plura. Similem nanque suprà de lege naturæ quæsiuimus, similiq; hic modo conclusione dissoluetur, quæ est hæc: Præcepta veteris legis vnum quodammodò sunt ratione ordinis ad eūdem finem: simpliciter tamen plura, secundùm peculiares obiectorū rationes quę eiusdē finis assequendi media existunt. Et ratio est per se lucida. Cùm em̄ præcepta de actionibus sint humanis earum rerum quę fieri debēt: necessitas autem cuiusq; operis & officij à fine sumatur: finis verò legis (vt suprà monstrauimus) sit bonos facere ciues, fit vt per ordinem ad hunc finem cūcta præcepta quodam modo dicantur vnum, sicuti lex vna. At verò quoniā ad hunc cun-

Conclusio responsiua.

Ratio conclusionis.

eundem finem multa sint officia necessaria, de quorum singulis speciebus operæpretium est edici singula præcepta, fit vt simpliciter sint plura. ¶ Sed porrigit nihilo minùs nobis vtrūque membrum dubitandi ansam. Prius in quā quòd legis veteris non vnus tantùm, si præcedentium memineris, constitutus est finis: sed vnus præceptorum moraliū, qui erat subditorum probitas, atq; alter cęremonialium, puta Christus qui illis præsignabatur. Quare neque ratione finis vnum erat præceptum. Respōdetur tamen quòd finis diuinæ legis, vt articulo proximo patebit, nō est sicuti humanæ, amicitia tantùm & charitas inter homines: sed illa quæ nobiscū est cum eodem ipso Deo: de qua vtiq; legitima charitate illud. 1. Timot. 1. intelligitur, finis præcepti charitas. Hanc autē amicitiam nulla legis opera (vt dictum est) conciliare absq; Dei gratia possunt. Concedimus ergò duos fuisse particulares fines legis, ad vnum tamen relatos. Finis enim moralium erat mores cōponere: finis autem cęremonialiū, vēturus Christus, author gratiæ: quorum vtrunq; ad verā salutem animæ exigitur, qui vnicus est legis finis. Nam per Christi gratiam eius effici mur membra: in ipso autem compaginati per legis officia progredimur ad vitam æternam.

Prima dubitatio.

Solutio.

Secunda dubitatio.

¶ Alterum verò dubiū est huic contrariū. Apparent enim omnia præcepta, non solùm (vt aiunt) secundùm quid per ordinem ad vnum finem, sed simpliciter esse hoc vnum: Diliges Dominum Deum tuum. Enimuerò dilectio Dei nihil aliud est quàm eius seruare mādata: iuxta illud Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eū. Et 1. Ioan. 2. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mēdax est. Qui autem seruat verbū eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Et confirmatio sententiæ huius est, quòd per cuiusq; præcepti, quod verè est præceptum, transgressionem amittitur Dei charitas. Quod certè non contingeret, nisi cuiusq; transgressio in trāsgressionem dilectionis Dei incurreret: omnia ergò præcepta simpliciter vnum sunt. Nanq; si hoc neges, cū negare nequeas quin cuiuslibet pręuaricatio sit etiā violatio huius præcepti diuinæ dilectionis, consequens tibi fit, vt nullum sit simplex peccatū, sed cuncta sint dupla: vt cùm hominem occideres, vnum esset contra charitatem proximi, puta occidere: & alterum contra charitatem Dei. Et cùm furtum vel adulterium faceres, similiter. Respōdetur ergò, non vnum, sed plura esse, quorum distinctio à distinctis rationibus obiectorum sumitur: vt quęstione sequenti patebit. Sed tamen omnia sunt quædam explicationes illius generalis, quod est diligere Deum. In hoc enim constituit nostrum erga ipsum amorem, vt ipsum in primis coleremus, mox nos diligeremus inuicem. Quocircà cōceditur, hominem occidere esse quandam transgressionem diuinę dilectionis, sed tamē non sunt duo peccata, sed vnum quod à proximo obiecto nuncupatur homicidium: sicuti aliud, furtum: atq; aliud, adulterium. Itaq; ratio illa generalis diligendi Deum cōtrahitur per diuersas species: sicut ratio animalis. Vnde sicut homo & animal nō sunt duo, sed vnū, quod est homo: sic occidere, ac dilectionem Dei violare. An verò præter hoc generale sit speciale dilectionis mandatum quod suum habeat peculiare obiectum, S. Tho. docet. 2. 2. q. 44. & quęst. sequenti recolendum nobis superest.

Alia confirmatio.

Cōfirmatio.

Responsio.

S. Thomas.

AD primum igitur mēbrum argumenti in contrarium respondetur, quòd sicut modò dicebamus, generale diuinę dilectionis mādatum specialibus cunctis præceptis participa ri: ità & hoc, Diliges proximum tuū sicut teipsum, finis est omnium quę erga proximum implentur: quin verò genus per reliqua specialia tum expositū. Nihil enim aliud est diligere proximum, quàm illum non lędere, puta non occidere, non furari. &c. quod verbum Paulinū, instaurari, designat. Inter alios nanq; significatus, quos nos illic agnouimus, hunc præcipuè probauimus, quod est, recapitulari, ac repeti. Qui enim iubet proximū diligere, in virtute præcipit non mœchari, nō furari. &c. In dilectione autem proximi includitur dilectio Dei: eò quòd cùm vniuersos mortales pro filijs ducat, in hoc vult amorem nos sibi exhibere, vt nobis inuicē exhibeamus. Vnde. 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Atq; hac ratione hoc solo mandato, Diliges proximum tuum sicut teipsum, complexus est Paulus ambo illa quę Christus Matth. 22. distinxit de dilectione Dei & proximi, in quibus duobus pēdere docuit omnem legem & Prophetas. ¶ Et eōdem relabitur solutio secūdi membri. Cum enim. 9. Ethic. c. 8. authore Arist. ab ipso eodē homine ea omnia quę ad amicitiam attinent ad cęteros perueniant, quod est, ex eò quòd se quisq; deamat, alios subinde amare, cūcta amicitię iura ac perinde præcepta quę inter amicos ac proximos seruantur, hoc vno concludantur, vt ità se quisq; ad alios habeat quemadmodùm ad seipsum: idq; comprehenditur illo generali principio, Omnia quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, hęc & vos facite illis.

Ad primum argumentū.

Author in cap. 13. Epistolæ ad Romañ.

Ad secundū argumentū. Aristot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. II.

Vtrùm præceptorũ legis veteris trina sit differentia, videlicet moralium, cæremonialium, atq; iudicialium

CVM mõstratũ nobis fuerit, præcepta moralia esse plura, ordo poscit vt explorem⁹ vtrum eiusdem sint speciei, an verò trina differẽtia distinguãtur, vt alia sint moralia, alia cęremonialia, alia verò iudicialia. Et arguitur cõtra hãc trimẽbrẽ diuisionem. Argumẽ. 1. Præcepta moralia, vt in subsequẽtib⁹ visuri sumus, oĩa sunt de iure naturæ: ergò nõ opus fuit in tabulis legis veteris scribi. Probatur cõsequẽtia quoniã lex diuina illic debet nobis suppetias ferre, vbi natura succũbit: si ergò ratio naturalis decalogũ mortales docebat, quidnam opus erat lege diuina explicari? Eò potissimè quòd lex vetus dicitur litera occidens: vt patet. 2. ad Paulus. Corinth. 3. morum autem præcepta, nõ occidunt, sed viuificant: secundum illud Psalmi, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, Argum. 2. quia in ipsis viuificasti me. ¶ Secundò arguitur, si præcepta moralia scripta necessaria erãt, nihil opus erat cęremonialia adijcere. Moralibus enim vt nomẽ sonat humani mores informantur, inter quos præcipua pars est diuinus cultus: vt gentes vniuersæ sub lege naturæ agẽtes more & vsu vbiq; docuerunt: cęremonialia autem, ad diuinum cultum pertinent: vnde Cicero. Cicero in sua Rheto. Religio, inquit, diuinæ naturæ cultum cęremoniamq; affert. concludantur ergò religionis cęremoniæ sub moralibus præceptionibus. Quod si dicas, gratia præmõstrandi Christi fuisse instituta, id sane potius Solutio. verbis demãdari deberet q̃ rebus: quippe cùm Replica. verba. vt. 2. de Doctri. Christ. author est Augustinus. August. principem teneant significandi locum. Argum. 3. ¶ Tertiò ex eodem fonte arguitur. Iudicialia præcepta ad iustitiam prorsus pertinent: nam iudiciũ actus iustitię est: quod & Dauid in psalmo significat vbi ait: Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium: officia autem iustitię, per inde atq; aliarum virtutũ sub moralibus præceptionibus cõprehendontur: nulla ergo necessitas postulabat, iudicialia mandata moralibus adhiberi. Argum. 4. ¶ Quartò arguitur, si oportuit tres istos præceptionum ordines distinguere, necessariũm quoq; fuerat plura adijcere: nempè testimonia. Nam Deut. 16. legitur, custodi præcepta Domini Dei tui, & testimonia, & cęremonias. Deinde mãdata: quoniam eodẽ lib. cap. 11. quatuor distinguũtur, vbi legitur, Observa præcepta, & cęremonias, & iudicia, & mãdata. Ad hęc & iustificationes: iuxta illud Psal. In æternum nõ obliuiscar iustificationes tuas. Item quia præcepta moralia, vt infrà de Decalogo videbitur, omnia pertinent ad virtutẽ iustitiæ: debuerunt subinde alia adhiberi de virtute & temperantia & alijs virtutibus. ¶ In cõtrarium est illud Deut. 6. Hæc sunt præcepta, Deutero. 6. nempè moralia, per antonomasiam, cęremoniæ, atq; iudicia. Et capitu. 14. Decem verba scripsi in duabus tabulis lapideis: & mihi iniunxit in illo tempore, vt docerem vos cæremonias & iudicia quę facere debeatis: quibus locis tria hęc præceptorũ genera designãtur.

QVoniam de singulis præceptorum generibus singulæ inferius repetendæ sunt quæstiones, ad presentem, quę generalis est, quatuor conclusionibus breui compẽdio respondetur. Prima est, necessarium fuit Prima conclusio. præcepta moralia lege illa veteri explicari, vt Exod. 20. vbi decalogus scriptus habetur: & alijs locis quibus alia scribuntur, comprobatur. Probatio. Enimuerò vt præcipua humanę legis intentio est homines mutua inter se beneuolentia deuincere, ità & Dei propositum est per suas leges eosdem secum arctissima amicitia copulare. Quare non est eius intentio, vt eunq; bonos nos efficere humano more, sed sibi gratos: cũ autem similitudo sit mutui amoris fons, secundum illud Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile, sit vt optimo Deo nemo gratus acceptusq; esse possit, nisi ei suo gradu sit bonitate similis. Et cùm authore Aristo. 2. Ethico. Vir Aristot. tus sit quæ bonum facit habentẽ, & eius opus bonum, intentio diuinæ legis est, homines virtutibus sibi gratis imbuere morumq; ornamẽto decorare: hoc autem non fit nisi per morũ præcepta, nam inde dicuntur moralia: ergò illa fuerunt in lege necessaria. Atq; hinc fit lucidus earum monitionum sensus, quibus, amantissimus noster Deus ad virtutes nos, diuinarũ imitatrices allicit. Vt Leuit. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et in Euangelio Christus: Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est: Lucę. 6. Et Matth. 5. Estote ergò & vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectꝰ est. Ac si dicat: Aliter ei chari esse nõ valetis, nisi sitis imitatrice virtute assimiles. ¶ Quòd si contra præceptorum istorũ numerum arguas quòd non fuerit sufficiens, propterea quòd, vt patet in Decalogo, præcise sunt præcepta iustitiæ, quæ est ad alterum: cùm tamen sint & aliæ hominis virtutes in ordine ad seipsum: vt fortitudo, & temperantia, atque id genus plures. In subsequenti quæstione tibi affulgebit responsio, vbi patebunt præcepta alia: quæ tamen omnia ad Decalogũ reducuntur. ¶ Secunda conclusio. Præter moralia cõdecens fuit ac necessariũ vt lex vetus cæremoniarũ præceptiones explicaret. Nomẽ enim cæremonia, siue à Cerere dicatur, quam frugũ deã colebant, quo Cicero. 1. in. Verrem, his verbis annuere videtur: Sacra Cereris, summa maiores nostri religione cõfici, cæremoniaq; voluerunt. Siue (quod Valerius libẽtius recipit) à Cere oppido, vbi Roma à Gallis direpta, religionis sacra recondita sunt: tamẽ eos significat ritus, qui ad diuinũ attinent cultũ. Verũtamen S. Thomas. diuinus cultus, vt Diuus Tho. hoc loco scitèr docuit, differẽter altiusq; diuinis legib⁹ instituitur q̃ humanis. Etenim cum lex humana, vt nu perrimè dicebamus, rebus duntaxat humanis consulat, (nil de Ecclesiasticis in præsentia definimus) non altiorẽ cultum Dei instituit quàm quem ad cõmune tẽporarium bonum cõducere iudicat: Deus autem homines ad seipsum pertrahẽs eum sui cultũ suis legib⁹ edocet, quo homines, terrenis posthabitis, ad ipsum animis subleuẽtur. Et cùm nõ solum per internos actus credẽdi, sperãdi, & amãdi, verũ & per exteras protestationes, p̃fiteamur nos eius famulos, necessariũ fuit cæremonias illas diuina lege Prima dubitatio. institui. ¶ Emergunt autem ex hac cõclusione dubia duo. Primũ quòd negare videmur cæmonialia ad morũ informationem pertinere: quãdoquidem à moralibus huiusmodi præcepta secernimus. Cùm tamẽ in morum cõpositione pars illa præcipuũ habeat momẽtum, quę diuino cultui dedicatur. Quapropter sicuti nos orantes, psallentes, thurificãtes, atq; hoc genus cultus offerentes, sic & patres illi suis cæremonijs, ceu per alios mores, bene de Deo merebãtur. Secundũ dubiũ est quòd quasi iu- Secunda dubitatio. stum, approbamus morẽ humanarũ legũ, diuinum cultũ ad suũ ciuilem finẽ referẽtiũ. Cùm tamen peruersitas appareat, qua fruendis vtimur. ¶ Dubij autem prioris responsio est, cæremonialia præcepta nõ sic esse moralibus diuersa, vt species ex ęquo distincta: sed differunt vt generis determinatio ad speciẽ. Id quòd facilè perspicias, si discrimẽ memoriã repetas quod lib. 1. q. 5. constituimus inter ea quæ sunt iuris merè positiui, & ea quæ sunt iuris naturæ. Nã licet omnis lex & præceptũ à naturalibus principijs deriuetur: alias, vt illic monstrauimus, neque legis vigorem haberet, neque præcepti: est tamẽ deriuatio diuersa. Nam ex eisdem vniuersalibus principijs, quædam deriuantur per modũ conclusionum, perinde atq; in scientijs speculatiuis: quædam verò per modum determinationis formæ vniuersalis ad specialem. Ad hunc ergò modum moralia cæremonialiaq; mandata differunt: nempè, vt illa deriuentur priori modo: hæc verò posteriori. Exẽpli gratia. Id nè facias alijs quod tibi fieri non vis, principium est per se notum. Mox quòd occidi ab altero nolis, aut tua dispoliari substantia, aut torum tuum commaculari, eodem etiam lumine naturali clarescit. Ex quibus naturali itidem consequentia colligũtur moralia præcepta: Non occides, Non furtum facies, Non adulterabis. Et ad hunc fermè modum dicemus infra de alijs quæ sunt extra Decalogum: nam sunt plures gradus. Lex autem humana & omnis positiua, nõ naturali collectione, sed humano arbitramento determinat genus ad speciem. Exemplum. Deum esse colendum, principium est naturale. Quòd autem hoc vel illo modo, natura non docet, sed ab Ecclesia Euangelica per humanas leges puta canonicas ab apostolis deriuatas sancitur. Puta quòd talia feriemur festa, hisq; aut illis ritibus religionem profiteamur. Quòd autem negotium ecclesiæ iam sanctitate prouectæ Christus cõmisit, hoc Deus rudi illi populo quem ex toto orbe volebat esse illustrem, per se exhibuit. Cuncta inquam veluti pueris delineauit. Quare idem naturale cultus principium speciatim exposuit per illa animalium sacrificia, aliosque ritus quos natura non clarè docebat. Et hæc sunt cæremonialia præcepta. Tametsi hoc fuit legi illi peculiare, quòd cum esset vmbra futuri Messię, qui futurus erat verus Deus, talia decuit iubere sacrificia & cęremonias, quibus sub nube & figura eundem Messiam cultores eius profiterentur. ¶ Ad secundum vero Ad secundũ dubium. dubium respondetur bifariàm contingere, diuinum cultum ad ciuilem finem & humanum referri. Vno modo vt humanus, tanquam supremus existimetur. Et hæc esset peruersitas vtendi fruendis, fruendique vtendis. Attamen diuinum cultum referre ad temporalem finem, nõ tãquàm ad supremum, sed tanquàm ad illum qui rursus refertur in Deum, nulla est peruersitas. Quin verò per hoc profitemur cũcta nobis diuinitùs obuenire. Qua ratione Ecclesia preces fundit, sacrificiaq; & missarum solennia offert pro temporalibus bonis: lex ergo humana hoc modo refert diuinũ cultum ad suum finem. Quanuis Canonicæ & Ecclesiasticæ, diuinarum sequaces, ciuilibus debent hoc præstare, vt animos hominum à terrenis diuulsos ad Deum promoueant. ¶ Gentilium autem superstitiosa religio eatenus est inculpanda, quòd ritus in primis suos dijs falsis dicabant.

Lucidus sensus monitionum diuinarum quibus mortales ad virtutes diuinarũ imitatrices allicit.

Moralũ, cęremonialiũ, ac iudicialiũ discrimen.

Secunda conclusio.

Cicero.

Valerius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabant. Mox quòd dæmoniacis illusionibus seducti extorum inspectione animalium, aliorumq; superstitione auguriorum contendebant futura prænosse. Tertiò, quòd spurcis cęremonijs vtebãtur. Ac demum quòd quasi fœlicitatem in terrena prosperitate collocantes non alia ratione deos videbantur colere, quàm quòd eorum ope indigebant. Quare aliam colebãt frugum deam, alium vini, atq; alium bellorum, qui cùm ipsis egebant, tunc præcipuè placare curabant. ¶ Tertia conclusio. Præter hæc duo præceptorum genera necessariũ rursus fuit iudicialium tertium. Huius enim ratio similis illi est quam de proximis cæremonialibus informauimus. Cum enim lex diuina homines primùm in ordine ad Deum, mox ad suam inuicem amicitiam pacemq; instituat: quorum vtrumq; naturalis lex in genere pręcipit: consequens fuit vt ambo in specie Deus explicaret. Atq; adeò sicuti cęremonialia præcepta peculiariter de diuino cultu instituit: sic etiam debuit & iudicia constituere, quibus beneuolentia & pax inter homines constaret. Collige ergò differentiam horum trium generum præceptionum: reliqua enim duo à moribus deriuantur quæ dictamina sunt iuris naturæ: nempè cęremonialia respectu diuini cultus: iudicialia verò respectu tranquillitatis humanæ. Quocirca vt in solutione primi author est S. Tho. lex vetus aliquid addebat supra ius naturæ: nimirum eo modo quo leges humanę adiectiones sunt ad idem ius. Habemus etenim & sub noua lege cæremonialia, vt dictũ est: vt Psalmodiã, processiones, thurificationes & alia huiusmodi. Et iudicialia, vt excõmunicationes, suspẽsiões atq; irregularitates. &c. Et antiquas Canonũ pœnitẽtias: Sicuti & iure ciuili iudicialia supplicia malefactoribus decreta. Nisi quòd ratione suprà dicta Christus hæc in Euangelio nõ expresit, sed Ecclesiæ & reipublicæ ciuili cõmusit. Deus autem in lege veteri cuncta explicuit. ¶ Hinc subsequitur alterum discrimen. Nempè quòd præcepta moralia sunt simpliciter de iure naturæ, puta præcepta, quia bona: aut prohibita, quia mala. Reliqua verò, de iure positiuo diuino, sicut cæremoniæ & iudicia nostra, de positiuo humano: nempè bona, quia præcepta: vel mala, quia prohibita. Quẽadmodum Aristot. 5. Ethicor. cap. 7. distinguit iustum naturale, hoc est natura sua tale, & legitimum, quod antè quàm positum esset nihil referebat, sed postquàm positum est. Atqui ad hæc tria genera fortè alluſit Paulus ad Romañ. 7. dicens quòd lex est sancta, quantum ad cæremonialia: eò quòd illud est sanctum, quod Deo dicatum est. Et mandatum iustum, quantum ad iudicialia: & bonum, hoc est honestum, quantum ad moralia. ¶ His demum adiungitur quarta conclusio. Quanuis alia inueniantur in veteri lege nomina, scilicet mandata, testimonia, & iustificationes: cuncta tamen ad hæc tria genera reducuntur. Ratio conclusionis sic habet. Quædam in lege existunt quæ ceu agendorum præcepta edicũtur. Alia verò adhibentur quasi robur ad eorum custodiam. Illorum ergò sunt tria genera iam posita: horum autem altera tria. Nam quod ad legis obseruantiam cõducit, primum est legislatoris authoritas: secundum verò legis vtilitas: quæ est vel consequutio præmij, vel supplicij cautio. Illa ergò quibus authoritas maiestasque legislatoris commendatur, dicuntur testimonia. Vt Deuterono. 17. Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Et legis caput, quo pronuntiatur creator cœli & terræ. Et in Psalm. Tu terribilis es: & quis resistet tibi? Et Omnipotens nomen eius: & similia. Illa verò quibus vel præmia vel supplicia proferuntur iustificationes. Vt Deute. 18. Si audieris vocem Domini Dei tui, faciet te celsiorem cunctis gentibus. Et Isai. 1. Si audieritis, bona terræ comedetis: Quod si nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Nam per hæc diuina iustitia commendatur. Mandatum autem forsan idem est quod præceptum. Sed quoniam loco citato videntur ab inuicem secerni, fortasse præcepta referantur ad ea quæ ad salutem sunt necessaria: mandatum verò ad illa quæ per charitatẽ supererogantur, cuius generis sunt & Euangelica consilia. Atq; illud Exodi. 2. Si pignus acceperis vestimẽtum à proximo tuo, ante solis occasum reddas ei. Vel fortè præcepta sunt, quæ Deus in tabulis scripsit: vt Decalogus: mãdata verò, quæ Moysi reuelauit, vt populo promulgaret. Tametsi & ipsę iustificationes, testimonia etiã sunt diuinæ iustitiæ. Vniuersa autẽ reducuntur ad tria priora generalia. Quã doquidẽ alia (vt dictum est) nõ tam præcepta sunt, quàm ad eorum custodiam pertinentia.

His hoc pacto cõstitutis ad primũ argumẽtum in cõtrarium respõdetur, q; etsi præcepta moralia nihil aliud sint quàm q; lex naturę dictat, & serena ratio docere potest, operę pretiũ nihilo minùs fuit vt Deus nõ tãtùm supernaturalibus, verũ & in naturalibus tali prudẽtia illis opẽ ferret. Nã etsi nunq; rationis syderesis eousq; extinguivaleat, quin prima principia naturalis iuris ei refulgeant, tñ ea potest caligine obduci, vt circa eorum conclusiones hallucinetur oberretq;. Idq; non solùm in speculabilibus, verùm & in moribus. Mirabile eñ est dictu quanta de speculabilibus sapientium vetustorum deliramenta memoriæ prodita sunt. Et in moribus non solum fornicatio simplex, verùm & grauiora pro licitis ducebant. Atq; illo maxime tempore quo lex data est, hanc mentium nebulam, credibile est mortales obtenebrasse. Eãdem enim de causa & supernaturalis fides non solùm de supernaturalibus articulis nos erudit, verùm & de alijs quos natura docet. Vt quod Deus est vnus, atque omnium causa, quodq; anima sit immortalis, & de similibus. Id autem quod in eodem argumento adiectum est: nempè id quod est literã legis occidere: moralibus præceptis non competere, negatur. Imò, vt Augustin. lib. de Spiritu & literã, cap. 14. author est, nosque ab ipso instructi super tertium caput ad Roma. fuse tractauimus, præcepta ipsa Decalogi sunt de quibus Paulus ait literam occidere, atq; iram operari. Non quidem quòd id directa intentione (vt iam dictum est) facerent, sed quia ostendendo peccatorum opera nudabant subditos omni excusatione: & tamen lex illa gratiam non cõferebat. Attamen qui ex fide venturi Christi iustificati illa præstabant, iustitiam suam augebant apud Deũ. Et ideò appellabat eadem opera Dauid iustificationes. ¶ Secundum etiam argumentum solutum est vbi declarauimus quemadmodum cęremonialia ad mores quoque & merita pertinent: sed tamen quia naturali lumine non eliciuntur ex dictamine naturæ, sed humano arbitramento vel diuino, à moralibus secernuntur. Itaq; Deum colere principium morale est: hoc autem vel illo ritu, cæremoniale. ¶ Ad aliud autem quod illic subijcitur respondetur quòd etiam si verba commodiora sint ad significandum, nihilo minùs, vt Dionys. 1. cap. Cœlestis Hierar. author est, nasibilibus spiritualia intelligere. Ob idq; decuit illi populo cæremonias iuberi, quibus vẽ turum Christum profiterentur. ¶ Ad tertium pariter, vt de cæremonialibus, respondetur, q; & si actus iustitiæ in genere ad moralia præcepta pertineant, tamen hæc vel illa in particulari iudiciorum præcepta dicuntur iudicialia. Quemadmodum quod omnis malefactor punitus sit, præceptum est morale: quòd autem fur sit suspendendus, & hæreticus combustus, iudicialia sint. Vnde cùm iudicialia partim cum moralibus conueniant, scilicet quod à ratione deriuantur, ad mores q; pertinent, & partim cum cæremonialibus, in hoc scilicet q;

Primũ discrimen inter tria genera præceptorũ. moralium, cęremonialium, & iudicialium.

S. Thomas.

Secundum discrimen.

Aristot.

Paulus.

Quarta conclusio.

Ratio conclusionis.

Ad cõfirmationem eius dẽ argumẽti Augustin. Author in cap. 3. Epist. ad Romañ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad cõfirmationem.

Dionysius.

Ad tertium argumentũ.

Ad primum argumentum.

vtraque, speciales sunt determinationes generalium præceptorum, consequens factum est, vt nonnunquàm connumerentur inter moralia: vti Deut. 5. Audi Israel cęremonias atque iudicia: quandoq; verò inter cęremonialia, vt Leuit. 18. Facietis iudicia mea & præcepta mea seruabitis. In priori enim loco iudiciorum nomine comprehenduntur moralia: & in posteriori cæremonialia. ¶ Quartum verò suprà solutum est: præter illam particulam de virtutibus moralibus distinctis à iustitia: quarum vtique præcepta statim quæstione proxima constabit quomodò ad iustitiam reducãtur: eò q; præceptum dicit semper rationem debiti.

Ad quartum argumẽtum.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm lex vetus ad sui obseruantiam per temporalium promissiones & cõminationes debuit suos subditos inducere.

POST veteris legis præcepta sequitur in. 3. articul. vt dicamus de eius præmijs & pœnis, quibus eius cultores & alliciebantur ad eius obedientiã & à transgressione deterrebantur. Quęritur inquam vtrum decuerit promissiones illas & comminationes esse temporales. Et arguitur à parte negatiua. Intentio diuinę legis est homines Deo amore & timore subijcere, secundùm illud Deut. 10. Et nunc Israel quid dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum: temporalis autem cupiditas à Deo animos longè abducit: secũdum illud Augustini lib. 83. quęstionum. q. 36. venenũ charitatis est cupiditas: ergo illecebrãta illa ac terrimenta minimè diuinam legem decebant.

Argumẽ. 1.

Augustinus.

¶ Secundò. Leges humanę inde apparent deiectiores q; per hæc lubrica, pereuntiaq; tẽporalia ad bonũ ciues promouent: lex ergò diuina quę ad immortalẽ fœlicitatem mortales ducit, nõ deberet similibus munusculis ac deterriculis vti. Atq; eò minimè q; temporaliũ prosperitas cõmunis est iniustis cũ iustis, atq; aduersitas iustis etiã cũ iniustis: secundùm illud Eccles. 9. Vniuersa tẽporalia hęc eueniunt iusto & impio: bono & malo: mundo & immundo: immolanti victimas, & sacrificia contẽnenti: ergo tẽporalia bona vel mala incõgruenter statuuntur vt præmia vel pœna mandatorũ legis diuinę. ¶ In cõtrarium autem est illud nuperrimè citatum Isũ. 1. Si volueritis & audieritis me, bo-

Argum. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

na terræ comedetis: quòd si noluerit is, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

ADnotandus est in primis quæstionis titulus. Haud enim in dubiũ reuocatur, quin custodes illius legis per fidem & gratiam Iesu Christi præmia consequerentur æterna: transgressoresq; afficerentur perpetuis supplicijs, sicut Euangelicis professoribus cõtingit. Effulserat nanq; antiquis illius alterius vitę lumen: vt patet Gene. 37. Descendã ad filium meum lugens in infernum. Sic enim appellabant decessum vitæ præsentis: propterea quòd illis nondum cœlestes fores patebant: quare etiam iusti descendebant ad limbum. Et ezechi. 37. aperta extat futuræ resurrectionis prophetia in campo illo quem propheticè cernebat plenum ossibus. Nam dictum est ei, Putásne viuent ossa ista? Et sequitur: Ecce ego mittam in vos spiritum & viuetis. Et Iob. 19. Credo q̃ Redẽptor meus viuit. Et actu. 23. mẽtio fit opinionis Sadducæorum negãtium resurrectionem mortuorum contra fidem quam reliquus populus sustinebat. Et Dauid Psal. 101. In memoria æterna erunt iusti. Et Sapi. 5. Tunc stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Et de miseris supplicia luentibus subditur: Videntes turbabũtur terrore horribili. &c.

Sensus Propositę quæstio.

Igitur quod in quæstionem producitur, non est cur non fuerint illi patres aut præmiati aut puniti nisi temporaliter: sed cur, cum eadem illos, sicuti nos, præmia & supplicia manerent sempiterna, non fuerint in lege scripta nisi temporalia. ¶ Respondetur ergò vnica conclusione. Condecens fuit & illi populo congruentissimum, vt illis pollicitationibus & comminationibus temporalium adduceretur. Iam enim superiori libro monstratum est leges ad sui obseruantiam suppliciorum metu præmiorumq; spe homines attrahere: instar scientiarum speculatiuarum, quæ per principiorum cognitionem ad conclusionũ assensus permouent. Quapropter esse debet legislatoris prudentia, vt secundum ingenia ciuium tam præmia statuat q̃ supplicia: populum autem illum Paul. ad Galat. vt. q. præcedenti meminimus, puero confert, dum sub pædagogo eruditur: sed naturale puerorũ ingeniũ est solis illis munusculis allici, quæ sunt ante oculos: nã ea quæ absunt, mente percipere nequeunt. Et eadem ratione præsentium timore deterrentur. Expedientissimum ergò fuit, vt lex illa quæ, vt dictum est, tanq̃ imperfectio quædam ad perfectionem Euangelij gentẽ illam præparabat, infimo illo præmiorũ pœnarumq; genere vteretur. Quapropter Paul. ad Philip. 3. Euangelicam familiam veluti filios iam Dei charitate proiectos atq; in hęreditatem missos exemplo suo commonefacit, dicens: Quę quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea quę priora sunt extendens me ipsum, ad destinatũ persequor, ad brauium supernę vocationis in Christo Iesu. Quicunq; ergò perfecti sumus hoc sentiam?. &c. Ecce ergò cur Exod. 30. vbi Deus apparuit Moysi, quẽ ad seniores populi in Ægyptum delegaret, quibus daturus erat legem, hoc tantum eis pollicetur q̃ adducet eos in regnum Chananęorum, terram scilicet fluẽtem lacte & melle. Christus autem Matth. 4. lator legis nouæ non inferius regnum quàm cœlorum nobis proponit. Illic bona terrę promittũtur: in Euangelio verò vita æterna. Et Deute. 28. Si audieris, inquit, vocem Domini Dei tui. &c. faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quæ versantur in terra: venientq; super te vniuersæ benedictiones istę. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. &c. Matth. autem. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Non vtiq; infernam Chananęorum, lacte & melle fluẽtem, sed supernam Angelorum, diuino nectare exuberãtem. ¶ At verò huic quę canonica ratio est, alteram eidem proximam subiungamus ex eadem pullulantem radice. Cùm illa inquã quę Christus mundo promissurus erat vix prę sua celsitudine ab hominibus credi poterant, quia neque in cor hominibus ascenderant, consultò Deus voluit fidelitatem suam in illis temporalibus declarare, vt certiorem arrogaret apud nos fidem, dũ postmodũ inuisibilia promitteret. Hac enim de causa populum illum in exilium Aegyptia cũ ire fuit, vt inde eum posteà in terram promissam optima fide cum tam ingẽtibus signis & portentis reuocaret: nempè vt in illis, tum cœlestium futuras promissiones depingeret, tum etiam, vt quàm esset in suis pollicitationibus fidelis, humano generi persuaderet. Atq; hac, vt reor, de causa Augustinus. 4. lib. cõtra Faustum illud appellat testamentũ vetus, hoc verò nouum: scilicet nõ ob id tantùm quòd illud huic pręfuit: verùm & quòd illius promissiones rerum erant cum tempore senescentium: in nostro verò illa promittuntur, quæ sunt æternum permanẽtia. ¶ Simile est & inter supplicia illius nostræq; legis discrimẽ. Patet eñ tum alibi sępe, tũ luculẽter Leuit. 26. Vbi post tẽporalia pręmia, videlicet, Si in pręceptis meis ambulaueritis. &c. dabo vobis pluuias in tẽporibus suis vt terra germinet semẽ suũ: & id genus

Paulus.

Conclusio responsiua.

Probatio prima conclusionis.

Paulus.

Altera ratio cõclusionis.

Augustinus.

nus plurima: subdit, Quòd si nõ audieritis me visitabo vos velociter in egestate & ardore qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis semen quod ab hostibus deuorabitur. At verò non sic de hoc interuallo hallucinandum est, vt quis credat neminem illic opera fecisse nisi metu pœnæ. Sancti enim illi patres, vt Moyses & Abraham & prophetæ timore filiali Deum reuerebantur. Et vice versa in Euangelio multi timore seruili pertrahuntur. Quin verò vt Apostolus ad Roma. 1. nos admonet, longè apertiùs nobis Christus in Euãgelio comminatus est Dei iram de cœlo reuelatam: nempè infernorum tormenta. Sed discrimen est quòd illic non comminabatur Deus nisi temporalia supplicia: nobis autem comminatur æterna. Ait enim Deus per Esaiam: Si audieritis, bona terræ comedetis: q̃ si nolueritis, gladius deuorabit vos. Ait verò Christus: Et ibunt hi in supplicium ęternũ: iusti autem in vitam æternam. Præterea, lex illa plena erat timore, quare data est in mõte cum tonitruis & coruscationibus. quod Exod. 20. exponens Moyses ait: Vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis. Nostra verò lex in igne amoris effulsit in die Pentecostes. Quod quidem discrimen edisserit ad Hebræ. 12. Paul. quare in illam legem peccantes, statim in supplicium rapiebantur: vt patet in conflatione vituli: vel tradebantur Philistæis aut Babylonijs, aut alijs hostibus quibus vindicibus iratus Deus vtebatur. Vnde Dauid Psal. 77. Cùm occideret eos, quærebant eum & reuertebãtur. Nobis autem (quod notatu dignũ est) nullum in Euãgelio comminatus est Christus temporale supplicium: sed cuncta nos manẽt in altero ęculo. Qua de causa multò quàm illi deberemus acerbiora expauescere. Sed de discrimine inter ambas leges accuratiorem habebimus quæstione. 7. luculentioremq; sermonem vbi de lege Euangelica dicendum nobis restat.

Paulus.

Paulus.

Ad primum argumentũ.

ADprimum igitur argumentum respondetur tres esse hominum ordines quantum ad temporalium cupiditatẽ distinctos. Vnus enim est perfectorum, qui neutrum oculum ad huiusmodi fluxibilia bona conijciunt, sed illis prorsus abiectis, Deo infixi sunt. In quo ordine non erat ille populus: licet quidam rarissimi hunc gradum pertingerent: quorum ait ad Hebr. Paul. dignum non fuisse mũdum. Alius est extremus ordo peruersorũ qui finem suũ in huiusmodi lubricis bonis statuunt. Atq; horum cupiditatem asserit August. esse charitatis venenum; quibus ideò periculosa esset lex, quæ tẽporalia promitteret. Sed tertius est medius imperfectorum gradus: qui scilicet bona temporalia sic cupiunt, vt viã iudicent ad æternorum fruitionem: quare istis salutare est per hęc temporalia ad amorem Dei pellicere. Nam vt est in Psalmo, cõfitebitur tibi cùm benefeceris illi. ¶ Ad secũdum respondetur quòd præstantia diuinæ legis prę humana inde deprehenditur, quòd humana proponit præmia ab hominibus cõferenda: Deus autem, illa quę ipse est collaturus. Ob idq; optimo iudicio illa largitur iustis & subtrahit iniustis. Nisi quãdoq; ratio contrarium popoposcerit. Vnde si historias veteris instrumenti perlustres, semper ille populus quandiu Deo legiq; parebat, temporaliũ prosperitate affluebat: & contrà dum ab eius gratia decidebat, tunc cœli atq; hostiũ aduersitatem experiebatur. Quòd si iustos aliquos, quos ait ad Hebr. Paul. angustiatos & afflictos malafuisse perpessos, eiusmodi aduersis exercebat, hoc faciebat, vt eis ad maiorem coronam cederet. Quanuis & nonnullos qui exterius legem colentes internum cor in temporalibus sentiebat infixum, secundum illud Esa. 9. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Sinebat quidem ad cumulatiorẽ ipsorum condemnationem illis frui.

Ad secundũ argumentũ.

Paulus.

QVÆSTIO TERTIA, De moralibus præceptis.

Sanctus Tho. 1. 2. quæst. 100.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.

HACTENVS de legis præceptis in genere, deinceps dicendum ergò iam est, ad species singulas. Inter hęc autem primum ac principẽ locum moralia obtinent. De quibus duas adornamus quæstiones: nempe hãc de omnibus in genere, atq; alterã speciatim de singulis. De his ergò primũ interrogatur vtrũ omnia pertineãt ad legẽ naturæ. Et arguitur à parte negatiua. Primo, Eccles. 17. Pręcepta moralia dicũtur disciplina: de illis enim dicit, Addidit illis disciplinã: & legẽ vitę hæreditauit illos. Disciplina autẽ, cùm per doctrinã acquiratur,

Argumẽ. 1.

contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra legem naturę diuiditur: quę potè non addiſcitur, ſed naturali inſtinctu percipitur: nō ergò omnia præcepta moralia ſunt de lege Argumē. 2. naturę. ¶Secundò: lex diuina perfectior eſt q̄ humana: Lex aūt humana legi naturali multa accumulat bonorū operū documēta. Vnde ſit vt cùm ius naturæ idem ſit apud omnes, humana tamen morum inſtituta ſint apud diuerſos diuerſa: ergò multò fuit æquius vt diuina lex aliqua naturali inſuper adderet. ¶Tertiò: Non Argumē. 3. ſolùm naturalis ratio, verùm & fides ad morū inſtitutum conducit. Vnde Paul. ad Galat. 5. Paulus. Fidem ait per dilectionē operari: fides autem ſub naturæ lege non comprehenditur: quippè quæ ſuper naturalem rationem extollitur, ergò non omnia præcepta moralia legis diuinæ ad legem naturæ ſpectant. ¶In contrarium eſt Paulus. illud Apoſtoli ad Roma. 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: vbi moralia præcepta deſignabat.

QVæſtio præſens non tantum mouetur præceptis Decalogi, verùm vniuerſim de cunctis quę per ſe ad mores pertinēt. Ad quam duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt: Vniuerſa moralia præcepta nō ſolùm quæ veteri teſtamento ſcripta ſunt, imò ſi quæ ſint alia, ſunt de lege naturæ. Probatur concluſio: Præcepta moralia, ſic definitum eſt, à cæremonialibus iudicialibuſq; diſtare, quod per ſe, hoc eſt natura ſua, quacunq; ſeclusa poſitiua lege, ad mores pertinent: nam cæremonialia atq; iudicialia non per ſe, ſed quia per arbitrariam legem poſita ſunt, ad mores attinēt. Probitas autem morum per ordinem ad rationem naturalem, quæ humanarum actionum proprium principium eſt, exiſtimari debet. Sicuti lapidis aut ligni rectitudo per hoc quòd normæ commeſurantur. Nempè vt illi mores dicantur, ſintq; probi, qui rationi concordant: reprobi autem qui ab eadem diſcrepant: rationis autem iudicium, tam practicum quàm ſpeculatiuum ex principijs ad concluſiones procedit: hoc enim ipſum eſt ratiocinari. Fit ergò conſequens vt omnia præcepta moralia, ſiue principia ſint, ſiue concluſiones, ſint de iure naturæ: ius enim nihil aliud eſt: quàm regula.

Prima cōclu ſio. Probatio.

Secunda Cō cluſio. ¶Secunda concluſio. Præcepta id genus moralia in triplici gradu ſunt de iure naturæ, ſecūdum tres diuerſos modos quibus ab eiſdē primis naturæ principijs deſcendunt. Quædam enim ſunt concluſiones quæ protinùs nullo fere negotio, ſed qualicunq; cōſideratione quiſque per eadem vniuerſalia principia approbat aut reprobat. Et hęc ſunt in primo gradu. Sicuti, Honora patrem tuum & matrem tuam, Nō occides, Non furtum facies: & huiuſmodi. Ex illo nanque principio, Id facias alijs quod tibi fieri vis, ſubſumpta hac, naturaliter quoq; per ſe nota, quòd velles à filijs tuis honorari, ſequitur quòd & tu debes honorare parentes: Niſi mauis ex illo id deducere, quòd qui beneficiū recipit, beneficium debet: ſummū quippe temporalium beneficium eſt quod à parentibus recipim⁹. Rurſus ex illo, Id nè facias alijs quod tibi fieri non vis: ſubſumēdo ſtatim quòd nolles ab alio lædi vel in perſona vel in bonis: colligitur, Non occides, Non furtum facies, Non adulterabis. Alia verò ſunt quę non ſtatim cuiuſque ratio ex eiuſdem principijs colligit, niſi ſubſidio adiuta ſapientium, quorum eſt penitiùs res meditari. Veluti illud Leuit. 19. Coràm cano capite conſurge & honora perſonam ſenis. Hoc enim non eſt adeò notum, quàm debitum honorandi parentes. Et illud Euangelij: Nè dicas fratri tuo Racha: quod non tam manifeſtum eſt quàm prohibitio non occidendi. Sed alia ſunt quæ licèt ſint rationi naturali conſentanea, tamen non poteſt per ſeipſa ratio niſi diuinitùs illuſtrata attingere. Cuius ordinis multa ſunt quę ad diuinum cultum pertinent: Non facias ſculptile: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Hęc enim & ſimilia ea dem ratio naturalis niſi diuino fulgore irradiata, non medullitùs callet. ¶Quò autem hæc plusculum lucis accipiant, arguitur contrà primò. Præcepta moralia atq; iudicialia, vt quæſtione proxima dictum eſt, deriuantur quoq; à iure naturę: nam ſunt etiam rationi congruētia: aliàs non haberent rationem legis, vt ſuperiori libro monſtrauimus: deberent ergò collocari in aliquo gradu iuris naturę. ¶Mox præcepta Decalogi, vel cenſentur principia vniuerſalia iuris naturę, vel concluſiones. Primum dici non poteſt: quoniam, vt. S. Tho. docet, non ſunt niſi concluſiones inde proximè pullulantes: ſi ergò ſunt concluſiones, quomodò collocantur in primo gradu? Item illa quę ſuper naturam Deus nos docet non ſunt de lege naturę: cur ergò illic cōſtituimus tertiū gradum? ¶Ad primū ex ſuperioribus colligitur reſponſio. Etenim etſi cæremonialia ac iudicialia à iure naturę deſcendant, nō tamen per conſequētiam & illationem naturalem, ſicut concluſiones ex principijs: ſed per determinationem generis ad ſpeciem, legiſlatoris arbitratu. Et ideò potiùs ponūtur in altero ordine à lege naturę ſemoto q̄ collocentur in eius recta linea. Obid que hęc nō permanſerunt ſub lege Euāgelica, ſicuti moralia: ſed abolita ſunt. ¶De materia verò ſecundi argumēti, variè à doctoribus opinatur.

Secundus.

Tertius.

Obiectio aduerſus fatam ve tatem.

Prima ratio

Secunda ratio.

Tertia ratio

Quæſtio.

Ad primum obiectionē.

Solutio.

Ad ſecundū

Scotus. natur. Nam in. 3. ſentē. diſt. 37. Scotus & Scholaſticorum nonnulli vniuerſalia principia naturæ conſtituunt primum gradum: concluſiones autē tam ſecundæ tabulæ Decalogi quàm alias, in ſecundo. De iſtorum autem opinione infra artic. 8. preſsiùs diſputandum eſt. Interim tamen perſpectè animaduertenda eſt ſententia. S. Thomæ nè quis fallatur, arbitratus Decalogum conſtituere inter vniuerſalia principia pro eo quòd ipſum ſtatuit in primo gradu. Eniuerò prima per ſe nota principia non faciunt gradum, ſed ſunt radix & fons: gradus enim idē eſt quod greſſus: vnde ſicut in linea conſanguinitatis ſtirps & radix non eſt gradus, ſed fratres: inde proximè cadentes ſunt in primo: ſic iure naturæ principia non ſunt gradus, ſed quæ inde conſequentia deſcendunt. Et per elongationem ab eiſdem principijs cæteri gradus diſcernuntur. Itaq; cùm in Decalogo ſint duæ tabulæ, ſeptem poſteriora quæ ſunt in ſecunda collocantur in primo gradu. In ſecundo verò illa quæ ſunt extra Decalogum. Qualia ſunt præcepta honorandi ſeniores, & alia quæ non pertinent ad iuſtitiam. Sed in tertio conſiſtunt præcepta primæ tabulæ. Igitur non ſtatuuntur in tertio ordine, propterea q̄ non ſint omnium digniſsima, imò propterea iudicantur à principijs naturæ elongatiora, q̄ ob ſuam ſublimitatem ratio noſtra illa nō plenè inde elicit niſi diuinitùs adiuta. Sicuti & in illis ſecundi gradus ſapientium indiget diſcipli na. Alter igitur dignoſcitur inter hæc dignitatis ordo, alter verò cognitionis. Quid enim naturę amicius cōſentiens, quidve dignius, quàm præcepta primæ tabulæ: quippè quæ ad cultū vnius Dei ſpectant? Et tamen quia ab humana cognitione ſunt remotiora, nullū inter Ethnicos ſcelus tam latè pererebuit, quàm idololatriæ impietas. Nam circa alia præcepta ſecundæ tabulæ minimè erratū eſt. Et circa illa quæ ſunt in ſecundo gradu minùs quàm circa primam tabulam. Atq; hic ordo cognitionis eſt quem ſcientiſsimè. S. Thom. per gradus diſtribuit. ¶Quærat autē hic fortaſſe Lector vtrùm omnes gradus illi prohibiti Leui. 18. eſſent de iure naturæ. Reſpōdetur verò quòd illi qui per lineam rectam aſcendebant, iure naturæ erant prohibiti: vt, turpitudinem matris tuæ non reuelabis. Et cum filia & cum nepte: prętereà cū nouerca & cum ſorore. Alia verò ad latus poſita, vt cum ſorore matris aut patris, aut cū vxore fratris nō erant prohibita, quia mala: ſed mala, quia prohibita iure diuino poſitiuo. Quo circà illa quidem erant moralia: hęc vero iudicialia. Ac proinde iſti poſteriores gradus non ſunt in Euangelio prohibiti: eſſentq; iure naturę liciti, niſi Eccleſia humano iure illos interdixiſſet propter deformitatem quam præ ſe ferunt: ſed de his latiùs articulo octauo inter agendum de iſtorum diſpenſatione.

Ad primum argumentū.

ET per hæc patent argumentorum ſolutiones. Dicuntur enim præcepta moralia, diſciplina: propterea quòd non ſunt prima vniuerſalia principia per ſe nota, ſed quę dilucidatione nōnulla indigēt. ¶Et ad ſecundū reſpondetur, q̄ ſicuti leges humanæ aliqua adijciunt iuri naturę, ſic & diuina adiecit cęremonialia & iudicialia. Atq; ad tertiū reſpondetur q̄ etſi fides ſit lumē ſupernaturale, nihilo minùs neceſſaria eſt ad dilucidandā nōnulla naturalia præcepta: quæ licèt colligantur ex iure naturæ, tamen propter ſuam celſitudinem indigent ſupernaturali radio, vt vniuerſis mortalibus clareſcāt. Qua ratione fides articulum vnius Dei inter alios connumerat, qui tamen naturali lumine ſapientibus innotuerat. Ex quo fit, in illo ſuperius aſſerto, nempè præcepta moralia eſſe, quæ per ſe ad bonos mores attinent, vocē, per ſe, ſupernaturale lumen nō excludere: ſed duntaxat poſitiuam aliam legem: vt expoſitū eſt. Itaq; etſi nulla eſſet lex poſitiua, naturale ius præciperet vnum coli Deum, & reliqua primæ tabulæ: tamen niſi lumen fidei mortalibus irradiaſſet, non omnes ea planè perſpexiſſent.

Ad ſecundū argumentū.

Ad tertium argumentū.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm præcepta moralia legis ſint de omnibus actibus virtutum.

SEquitur in ſecundo articulo, vt ſufficientiam eorūdem præceptorum perpendamus. Et arguitur quòd ſint de omnium virtutum actibus. Obſeruatio illorum dicitur iuſtificatio, ſecundùm illud Pſalmi, Iuſtificationes tuas cuſtodiam: iuſtificatio autem eſt actus iuſtitiæ: ergò in ſola hac virtute verſantur cuncta. ¶Secundò ad idem arguitur ex nomine ipſo præcepti, quod rationem debiti ſignificat: debitum namque ad nullam aliam virtutem attinet quàm ad iuſtitiam, per quam vnicuiq; ius ſuum redditur. ¶Et accedit huc tertiò quòd lex (vt ſupradictum eſt) ob bonum commune ponitur: quod vt. 5. Ethicor. author eſt Ariſt. obiectum eſt iuſtitię. ¶In contrarium eſt quod Auguſt. ait, peccatum nihil aliud eſſe quàm dictum vel factum vel cōcupitum contra legem Dei.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

Ariſtot.

Auguſtinus

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anakrosius. Et Ambro. transgressionem esse legis diuinæ & cœlestium inobedientiam mãdatorum: peccata verò cunctis virtutibus aduersantur: ergò & moralia præcepta legis ad vniuersas protenduntur.

ARticulus præsens non solùm ob id in quæstionem prolatus est, vt constet quàm latè virtus diuinæ legis protendatur, quæ de vniuersis virtutibus iubet, verùm vt humanarum collatione eius præstantia innotescat. Tribus igitur cõclusionibus dissoluitur. Prima. Leges humanæ de solis iustitiæ actibus primaria intẽtione præcipiũt: de reliquis verò virtutibus nõ nisi quatenus ad iustitiam referuntur. Conclusio hæc superiori libro quæst. 6. sua fuit genuina ratione demonstrata: quæ hic tamen in gratiam diuinæ legis recolenda est. Legis inquam cuiusque præcepta (vt suprà ostensum est,) ad commune bonum ordinem habent. Quapropter (vt. 3. Polit. Arist. docet) secundum diuersas politias diuersæ statuuntur leges. aliæ scilicet in democratia, aliæ in aristocratia, atq; aliæ in regno: quoniã diuersimodè sibi proponunt commune bonũ: lex autẽ diuina & humana, iam suprà monstratæ sunt fine differre. Nã humana solũ proponit humanũ bonũ, quod ad pacẽ amicitiãq; inter homines spectat: homines aũt amicitię fœdera per sola extera illa officia retinent, quæ sunt virtutis iustitiæ: per quã scilicet vnicuique quod suum est tribuitur: lex ergò humana primario proposito ad iustitiæ virtutem attendit. Et si quę alia de fortitudine, decque temperantia iubet, nõ nisi quatenus ad suum commune bonum referuntur. Præcipit inquam fortitudinem, non quæ tibi necessaria est ad tuas propulsandas iniurias, sed quæ rei bellicæ necessaria est: puta nè locum in acie deseras. Iubet item temperantiæ moderamen nõ tamen quo nõ sis aut tecum aut cum tua vxore intemperans, sed quo adulterium non committas. Sententia est Arist. 5. Ethico. cap. 1. vbi ait leges de omnibus dictare, conijcẽtantes aut communem omnium vtilitatem, aut optimorum, aut principum: vbi tria genera politiæ distinguit. ¶ Secunda conclusio: Lex diuina non de iustitiæ tantùm actibus, sed de vniuersarum virtutum operibus ex æquo præcepta ponit. Probatur ratione contraria: finis diuinarum legum non est illa quæ inter homines est beneuolentia, sed ipsorũ cum Deo amicitia, ac subinde familiaritas, tum in præsenti sæculo, tum demum in futura æternitate: homo autem nõ solùm per officia iustitiæ specialis virtutis fit Deo charus, verum & per vniuersas studiosas actiones quibus homo secum rectè viuit: non modò exterè, verùm etiam interna mente in qua Deus suam impressit imaginem. Præcipit ergò lex diuina actus fortitudinis, temperãtiæ, mansuetudinis. &c. non solùm in ordine ad iustitiam inter homines, insuper quatenùs in homine ipso diuinam imaginem exornant. Quare ex æquo primariaq; intentione tam intellectuales virtutes, quæ sunt rationis lumina, q̃ morales, quæ appetitum eidem rationi subijciunt, iubet. Nempè tres in primis Theologicas, fidem, spem, & charitatẽ: mox & quatuor morales, secundùm illud Sapien. 8. de eadem diuina lege & sapiẽtia assertum. Sobrietatem & sapientiam docet, & iustitiam, & virtutem: quibus vtilius nihil est in vita hominibus. ¶ Tertia conclusio. Non omnia virtutum opera eodem cogendi rigore proponit: sed illa quæ adnecessarium rationis ordinem spectãt, sub reatu culpæ iubet: reliqua verò, quę ad cumulationem virtutum perfectionem ornatumq; attinent, sub forma consilij admonet. Qualia sunt illa quę pertinẽt ad inimicorum dilectionem: vt Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Et reliqua præcepta misericordiæ, vt. c. 3. De primitijs omnium frugũ tuarum da pauperibus. ¶ Duplex autem, licet exigua, dubitatio ex his fit reliqua. Vna scilicet de differentia inter humanam legem ac diuinam constituta. Apparet enim in contrarium quòd diuina perinde atq; humana principem intentionem dirigat ad iustitiam. Nam præcipuè exigit obedientiam, quæ est generalis iustitia. Præterea quicquid iubet, eò refert, vt vel particularem iustitiam, quæ est inter homines confoueat: vel illam, qua appetitus rationi subditur: ergò nunquam exit iustitiæ tramites. ¶ Ad hoc autem facilè respondetur, in hoc discrimen cõsistere, quòd humana lex habet pro fine iustitiã specialem virtutem qua humana societas fidelèq; constat. Lex autem diuina simpliciter cuiusq; perfectionem. Nam obedientia quæ pertinet ad legalem iustitiam, non est finis legis, sed est virtus quæ subijcit ciues principi: finis enim legis est per obedientiam facere bonos ciues. Illa autem subiectio appetitus ad rationem, etsi ad finem legis pertineat, eò quòd in illa consistit humana perfectio, tamen cùm nõ ordinet hominem ad alium, sed ad seipsum, nõ habet proprie rationem iustitiæ, sed (vt ait. 5. Ethico. Philosophus) metaphoricam: pro quanto appetitus & ratio eiusdem suppositi considerantur vt duo. ¶ Altera verò dubitatio est quòd non videtur lex vetus vniuersas instituisse virtutes. Nam (vt legitur Matth. 6.) Christus collatione facta inter ambas leges ait: Audistis quia

Prima cõclusio.

Suadetur cõclusio.

Seconda cõclusio.

Probatio.

Tertia conclusio.

Geminatio dubitationis.

Prima dubitatio.

Secunda dubitatio.

Ad primam dubitationẽ.

quia dictum est antiquis, Non occides: Ego autem dico vobis, Qui irascitur fratri suo. &c. Et ideò præmisit: Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Scribarum & Pharisęorum, nõ intrabitis in regnum cęlorum. Respondetur q quicquid Christus expressit, quod veram haberat rationem præcepti concludebatur in lege veteri, sed Phariſæi erant qui eam obnubilauerant. Nam si Christus prohibuit inimicorum odium, idem etiam prohibebatur Leuit. 19. vbi legitur: Non oderis fratrẽ tuum in corde tuo. Et si Christus concupiscentiam cordis compescuit, idem scriptum erat Exod. 28. Non concupisces vxorem proximi tui.

Solutio.

AD primum igitur argumentorum respondetur quòd vbi diuina mandata appellantur iustificationes, non trahitur nomen à iustitia speciali virtute quæ est inter homines: sed à iustitia qualis esse debuit inter hominem & Deum, quę est legalis generaliſq; virtus. Inde scilicet quòd debemus proprias voluntates rationi semper ac perinde diuinis eius iussis habere conformes, qua ratione in eius amicitia persistimus. ¶ Et pari modo respondetur ad secundum. Nam etsi omne præceptum rationem debiti præ se ferat, non tamen debiti specialis iustitiæ, sed debiti quod est voluntatis ad rationem, atq; hominis ad Deum: quicquid enim obedientiæ rationi debitũ est, debetur & Deo, qui rationis est author. Et hæc est obedientia generalis. ¶ Tertium denię; iam solutum est. Nam etsi omnis lex in bonum commune referatur, commune tamen bonum aliter lex humana prospicit, aliter vero diuina.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm omnia præcepta moralia veteris legis ad decẽ Decalogi reducãtur

GVM definitum sit legem veterem de omnium præcepisse virtutum actibus, & tamen in Decalogo non extent nisi decem præcepta iustitię; quærendũ supererat, vtrùm reliqua aliarum virtutum ad hæc decem reducantur. Et arguitur à parte negatiua. Prima omnium capita, vt Matth. 22. legimus, sunt: Diliges proximum tuum. hæc autem nec sunt in Decalogo posita, nec videntur ad ipsum posse reduci: ergo non omnia reducuntur ad ipsum. ¶ Secundo arguitur. Tertiũ præceptum, Memento vt diem Sabbathi sanctifices, apparet cęremoniale: moralia vero nõ reducuntur ad cæremonialia, sed potiùs con-

Argum. 1.

Argum. 2.

Secunda dubitatio.

Ratio dubitandi.

uersorum: cùm moralia sint conclusiones naturalis iuris, cęremonialia verò, minimè: ergò non omnia reducuntur ad Decalogum. ¶ Tertiò: præcepta moralia non solum sunt de actibus iustitiæ, sed patent præterea ad reliquas virtutes, quæ ad mores pertinent: in Decalogo autem non extant nisi iustitiæ præcepta: ergò nõ omnia illuc reducuntur. ¶ In contrarium autem est glossa super illud Matthei. 5. Beati estis cũ vos maledixerint homines: dicens quod Moyses decem præcepta proponens posteà per partes explicuit.

Argum. 3.

Glossa.

QVæstio hęc inferiùs artic. 11. vbi in particulari aliorum numerus præceptorum refertur, lucidius patebit: nunc ergò tantùm in genere duabus conclusionibus absoluetur. ¶ Prior est, discrimen inter Decalogũ ac reliqua præcepta, hoc est potissimum, quod decem illa Deus Angelorum ministerio, vt dictum est, in tabulis Moysi insculpsit: alia verò dedit per Moysen. Est ergo meditate speculanda differẽtia quod solum Decalogum homo à solo doct⁹ est Deo: reliqua verò ab hominib⁹. Rationi autem consonantissimũ erat, vt Deus tanquàm naturę author illa per se dũtaxat doceret, quæ vel naturalis ratio perexigua adhibita consideratione ex primis naturæ principijs elicit: vel ex infusa fide protinus innotescunt: quorum hęc sunt in prima tabula, illa verò in secunda, vt inferiùs patebit. Et quoniam inter omnes virtutes patentissima est iustitia, in hac explicanda virtute totus Decalogus versatur. Quapropter duo præceptorum genera prętermisit. Illa scilicet quę tãquàm per se nota principia in mentibus nostris consignauerat: hęc enim nulla prętereà editione indigebant: vt, id facias alijs. &c. Mox & illa quę vigilantiorem exigunt sapientum indagationem. Quę scilicet Moysi & alijs deinde sapientibus docenda reliquit. ¶ Hinc ergò colligitur posterior conclusio: Nempe quod omnia ad Decalogum reducantur. Nam illa generalia principia in proximis conclusionibus: quoniam, Non occides, Non furtum facies. &c. nihil aliud est quàm id ne facias alijs, quod tibi fieri non vis. Reliqua verò continentur in eodem Decalogo, sicuti conclusiones in suis principijs. Vt illud Leuit. 19. Coram cano capite consurge: virtute continetur in illo quod est honorare parentes: & Non fornicaberis, ad id quod est, Non mœchaberis: & illud, Nõ fœnori dabis, ad id quod est, Non furaberis. Attamen quia copiosius ac luculentius articu. 11. explicanda hęc sunt, illuc vsque reliqua sunt expectanda.

Prima cõclusio.

Secũda conclusio.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur, ideò illa principia de dilectione Dei & proximi non esse in Decalogo expressim posita, quòd nulla editione opus habebant: eò q̃ sint per se nota: sed Decalogus fuit illorum explicatio. Prius enim statim per fidem fit notũ: vt articulo proximo patentius fiet. Quicunq; enim fatetur esse Deum, eadem ipsa confessione compertissimum habet eundem à se esse diligendum. Neq; quicquam esse potest rationi naturali apertius cõsentiens. Attamen quia diligendi modus, cùm res sit supernaturalis, non sit cunctis mortalibus in comperto, cũdem expressit in præceptis primæ tabulæ, ad quæ ideò præcepta reducitur, tanquàm principium in suis conclusionibus cõtentum. Ac pari modo secundum de dilectione proximi reducitur

Ad secundũ argumentũ.

ad præcepta secundæ tabulæ. ¶ Ad secundum argumẽtum iam supra dictum est præceptum sanctificandi festi in genere, puta vt tempus ali quod diuinis meditationibus offeramus, non esse cæremoniale, sed morale: in particulari autem esse cæremoniale.

Ad tertium argumentũ.

¶ Tertij quoq; responsio itidem explicata est. Enimuerò cùm Decalogus illa tãtùm cõtineat præcepta quæ Deus per se tulit: ipsum autem nõ nisi manifestas naturæ conclusiones exprimere decuerit, & præceptum omne præ se ferat rationẽ debiti, quæ quidem ratio in virtute iustitiæ patentior sit, in reliquis verò latentior, cõsequens est vt Decalogus ea tantùm præcepta cõplectatur, quæ pertinent ad iustitiam. Reliqua verò de fortitudine deq; temperantia ac de cæteris, qua parte includunt rationẽm debiti, ad eundem Decalogum reducuntur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm præcepta Decalogi conuenienter distinguantur.

POST tres superiores articulos de præceptis moralibus in genere disputatos descendendum est peculiariter ad Decalogum. De quorũ dispositione adhibẽtur alij quatuor: nempè de distinctione eorum deq̃ue numero, ordine, & traditionis figura. Quæritur ergò vtrùm præcepta Decalogi vti iacent Exod. 26. sint conuenienter distincta in tria primæ tabulæ, & septẽ secũdę. Et arguitur à parte negatiua. Fides quę

Primum argumentum partis negatiuæ.

intellectualis est habitus, & latria quæ est religionis adoratio, duæ sunt virtutes distinctæ: ergô distincta sunt præcepta fidei, & latriæ. Vt illud: Non habebis deos alienos coram me, pertineat ad fidem: quod autem subditur, Non facias sculptile, spectet ad latriam. Ex quo fieret consequens esse quatuor primæ tabulę.

Argumẽ.

¶ Secundò: Illud primum verbum, Ego sum Dominus Deus tuus, est affirmatiuum: quod autem sequitur, Non habebis deos alienos coràm me, est negatiuum: præcepta autem affirmatiua distinguuntur à negatiuis: ergò sunt duo: ac perinde resultabunt quinq; primæ tabulę. Nẽpè adiunctis duobus alijs: Ne iures vana per eum: &, Sabbatha sanctifices.

Argumẽ. Pauli.

¶ Tertiò: Concupiscentiam non nisi vnam ponit Apostolus ad Romañ. 7. vbi ait, Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non cõcupisces: ergò vnica est concupiscentiæ prohibitio, atque adeò distingui non debet in vnam concupiscẽtię vxoris alienæ, & alteram aliarum rerum.

Augustin.

¶ In contrarium est authoritas Augustini super eodem loco Exodi, distinguentis tria præcepta primæ tabulæ, & septem secundę.

Gemina diuisio inter omnes constat.

DE præceptis Decalogi, nemo negare potest esse decem: nomine id plane proclamante. Quare de hoc vna est omnium cõcors sententia. Item eodem consensu affirmant in prima tabula fuisse scripta præcepta pertinentia ad dilectionem cultumque Dei: in secunda verò illa quę dilectionem proximi explicatè continẽt. At verò quot sint, tam hęc quàm illa non inter omnes vnanimiter constat. Sunt eñ

Triplex opinio.

tres opiniones. Prima Isychij super illud Leui. cap. 26. Ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes: qui ponit quatuor in prima tabula, & sex in secunda: vt primum sit illud affirmatiuum, Ego sum Dominus Deus tuus: secundum, Nõ habebis deos alienos coràm me.

Prima Isychii.

Atqui Hierony. Oseę. 10. super illud, Cùm corripietur propter duas iniquitates suas: eodem modo duo hęc secreuit. Tertiũ ponit Isychius, Non facies tibi sculptile: & quartum, Non assumes nomen Dei in vanum. Illud autem de obseruatione Sabbathi, illic insertum, non censet connumerari inter præcepta: neq; intelligendum esse secundùm literam: eò quòd cùm mutatum fuerit apud Christianos in diem Dominicam, non illud connumerat inter præcepta moralia. Illa nanq; inmota permãserunt. Sed ait intelligi secundùm Spiritum: vt nullum mũdi huius opus vnquam faciamus. In præceptis autem secundę tabulę nonũ ac decimum compingit in vnum. Quare non facit nisi sex.

Hieronym.

¶ Secunda opinio est Origenis eodem loco, itidem distinguentis quatuor primæ tabulę: paulò tamen differentiùs ab Isychio. Illud enim: Ego sum Dominus Deus tuus, nõ facit distinctum

Secunda opinio Origenis.

præceptum, sed pro eodem illud existimat atque subsequens, Non habebis deos alienos: secundum verò arbitratur, Non facies sculptile: ac tertium, Non assumes nomen Dei tui in vanum: ac deniq; quartum, Memento vt diẽ Sabbathi sanctifices. Reliqua verò sex cogitur veluti Isychius connumerare.

Tertia conclusio.

¶ His tamen non obstantibus statuitur certa conclusio quæ est Augustini eodem loco. Præcepta Decalogi distinguuntur in tria primę tabulæ, & septem secundę. Ad horum autem perspicuam intelligẽtiam notandum est duarum tabularum primã haberi mentionem Exod. 31. vbi postquàm enarrantur præcepta quę Deus dedit Moysi in monte, subditur: Dedit quoque Dominus Moysi completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Vbi neq; nominantur prima & secunda, neq; memoratur quid in alterutra fuerit scriptum: Hebræorum autem confessio est in vtraque fuisse sculpta quina præcepta. Est quippe sententia Iosephi legis peritissimi, lib. 3. antiqui. cap. 6. Illic inquam ait in vtraq; quina verba fuisse scripta: in vna scilicet quatuor de dilectione Dei: seiungit enim in duo, Ego sum Dominus Deus tuus: &, Non facies sculptile: ex quo Origenes & posteà Hierony. illã opinionem ebiberunt. Et in eadem priori tabula quintum collocat mandatum de honore parentibus deferendo. Eam fortè ob rem quòd cùm Deus sit ex quo omnis paternitas deriuatur, voluit, vt sui instar parẽtes nostros honore coleremus. Atqui est vero quàm similimum, sic fuisse distributa pariter præcepta: quoniam tabulæ, æquales erant. Et est non exilis coniectura, in secunda tabula non extitisse nisi quinque negatiua: Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces. Nam præcisa hæc consultò connumerat Paul. ad Romañ. 13. vbi ait: Hæc omnia instaurari illo verbo, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Nam quòd addit: Et si quod est aliud mãdatum, nõ adhibuit nisi propter illa quæ extra Decalogum vagantur. At verò quoniam duo isti ordines in duo capita de dilectione Dei & proximi resoluuntur, non tam ad numerum, quàm ad mysteriũ alij patres attendentes, illa quæ dilectionem Dei referunt, appellant primam tabulam: illa verò quæ dilectionem proximi, secundam. Mox & hoc recolendum, quòd primum præceptum trina habet in Exodo membra. Scilicet, Ego sum Dominus Deus tuus. Non habebis deos alienos coram me. Nõ facies tibi sculptile. Atq; hoc ansam præbuit varia de ipso

Iosephus.

Paulus.

Alterum documentum.

opinandi. ¶ His ergò prælibatis quia asserta conclusio duo habet membra, probatur quòd in prima tabula tria sint tantùm præcepta. In primis Isychius violenter nimis à Decalogi numero præceptum detruncauit obseruandi Sabbathi. Primum quòd cùm reliqua in sensu literali, ceu ad mores pertinentia, fuerint illic conscripta, absurdum est dicere illud solùm in sensu spirituali fuisse permixtum: cùm tamen eadem serie sint omnia disposita. Deinde quòd cùm in illa tabula de diuino cultu homines erudirentur, curta fuisset, nisi tempus aliquod eidem diuino cultui dicasset: quem cultum præceptum illud explicat. Præterea quòd cùm illa fuerit explicatio naturalis iuris, & nulli essent mortaliũ qui dijs nõ statos dies feriassent, necessarium erat, vt Deus suæ familiæ & festũ, & eius rationem explicaret. Ad hæc quòd sensus spiritualis abstinendi à peccatis, parum illic ad rem attinebat: de quo latiùs. q. sequen. Argumentum autem in contrarium suprà in simili solutum est. Enimuerò cùm præceptum diuini cultus, morale sit, ritus verò in particulari, cæremoniales, fit, vt vnum seruare festum, sit morale: quòd autem hic aut ille dies, pertineat ad ius Ecclesiasticum. ¶ Contra opinionẽ verò Origenis arguit Augustin. quòd idem sit, vnum colendum esse Deum, & non habere deos alienos. Nam, cùm nemo possit duobus dominis seruire, vnum cole Deum, accipitur excluſiuè. Quòd autem adijcitur, Non facies tibi sculptile, perfectiùs id explicat quod dixerat, Non habebis deos alienos: Facere nanq; sculptile, non est interdictum, nisi quatenus idololatriæ impietas est. Nam Exodi. 25. imagines seraphin præcipiebantur in templo collocari. Igitur cùm totum illud, vnum sit: & secundum, Non assumes nomen eius in vanum: ac tertium, Memento diei Sabbathi: fit vt secundùm trinitatem personarum, tria quoq; sint præcepta illius tabulæ. Rursùs meritò arguit quòd prohibitio concupiscendæ vxoris alienæ diuersa sit ab alia concupiscendi res alienas. Nam secundùm Peripateticum principia actus distinguuntur per obiecta: & clarum est muliebrem vsum diuersum esse obiectum à rerum possessione: quare alterum ad luxuriam pertinet: alterum verò ad auaritiam.

Probatio. prioris membri posteriꝰ. cõclusionis. Isychius. Prima ratio in Isychiũ. Secunda ratio. Tertia ratio. Quarta ratio. Solutur fundamentum prædicti authoris. Argumentũ Augustini in Originem.

HIs nihilo minus constitutis dubium ingerunt argumẽta initio quęstionis obiecta. Est enim primum in fauorem dicentium duo esse præcepta: Nõ habebis deos alienos: &, Nõ facies sculptile. Nam prius apparet fidei: posterius verò latrię. Ad quod non ità multum perspicuè S. Tho. respondet. Ait quippe non fuisse ne

Ad primum argumentũ. S. Thomæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſe neceſſarium, vt præceptum fidei exprimere tur in Decalogo: nam illud præſupponitur tã quàm principium. Sicuti articulo præcedẽti dictum eſt de generali præcepto dilectionis. Vnde Paul. ad Hebræ. 2. Accedentem, inquit, ad Deum oportet credere quia eſt. Quare non indigebat noua promulgatione: ſed tamen oportuit addere præceptum latriæ, quæ eſt proteſtatio fidei. At verò non explicat vtrum illorũ duorum ſit habendum pro præcepto primæ tabulæ. Neque verò explicat ſitne illud præceptum negatiuum, an affirmatiuum. Et ideò certè ſolutio eius videtur mutila. Nam inferiùs articulo ſeptimo ad primum, in præceptis primæ tabulæ ſolùm vnum agnoſcit affirmatiuum, de ſanctificatione Sabbathi: inſinuans duo priora eſſe negatiua: & tamẽ in forma cõmuni eccleſiæ primum præceptum eſt: Vnum cole Deum. Sic ergò accipito mẽtem eiuſdem ſancti Doctoris, quam arbitror eſſe veriſimã. Ex illis inquam tribus membris primi præcepti illud quod eſt in capite, Dominus Deus tuus vnus eſt, non eſt morale præceptum: ſed fidei veritas, quam confiteri tenetur quicunq; ad eum accedit. Quapropter cũ illi qui legem Dei accipiunt iam tunc ſe profiteãtur eius ſubditos, præſupponere debent confeſsionem fidei, vt ait Paul. Atq; hoc eſt quod S. Tho. dicit fidem præſupponi ante Decalogum. Secundum autem, ſcilicet: Nõ habebis deos alienos, licèt ſit expreſsio eiuſdem fidei, pertinet nihilominùs ad latriam & cultum. Igitur licèt ſanct. Thom. in argumẽto duo illa propoſuerit, Nõ habebis deos alienos, Non facies tibi ſculptile: quaſi prius ad fidem pertineret: poſterius verò ad latriam: reſponſio tamen eius eſt, eiuſmodi diſtinctionem negare. Imò prius cẽſet eſſe primum mandatorum Decalogi ad latriam pertinens: poſterius verò, nihil aliud quàm eius explanationẽ. ¶ Sed arguis: Ergò ſecundum eum nullum eſt præceptum fidei: quando quidem à Decalogo illud excludit. Negatur conſequẽtia: imò expreſsè. 2. 2. q. 1. art. 8. illud affirmat. Quin etiam hìc: ſed ait quòd tale præceptum non eſt intra Decalogum, ſed eius præambulum, ſicut præceptum dilectionis. Quo quidẽ præcepto & antiqui etiam tenebantur: quin verò & omnes in lege naturæ quantum ad illam fidem qua ait Paul. Quia Deus eſt, & quia remunerator eſt. ¶ Quò fit vt primum Decalogi præceptum, ſit in forma negatiuum: ſed tamen affirmationem comprehendens, vt ait ſtatim in ſolutione ſecundi. Quare nõ fuit operæpretium duo ſeorſum fieri, ſicuti: Honora patrẽ & matrem: &, Non occides. Quocirca non repugnat vt affirmatiuè quoq; proponatur, Vnum cole Deum. Tametſi huius peculiaris conſideratio quæſtione ſequenti redibit. ¶ Ad tertium iam reſponſum eſt, vbi deſignata eſt diſcriminis ratio inter concupiſcentiam mulieris, & auaritiam aliarum rerum. Attamen quoniam ambæ in vnam generalem rationem appetendi coëunt, ſub eodẽ nomine Paulus vtrãque complexus eſt.

Solutio Sancti Thomæ videtur mutila.

Mẽs S. Thomæ.

D. Thomas.

Paulus.

Primum Decalogi præceptum licèt negatiui formam præferat affirmationẽ tamen.

mẽ comp ctitur.

Ad tertiũ argumẽ

ARTICVLVS. V.

Vtrùm præceptorum Decalogi numerus congruat.

IN articulo præcedẽti de diſtinctione tantummodò præceptorum primæ & ſecundæ tabulæ definitum eſt: quod illicò ſubſequitur de numero diſputare: videlicet: an denarius congruerit. Et arguitur à parte negatiua. Peccatum, vt ſuprà ex definitione tam Ambroſ. quàm Auguſt. patuit, eſt tranſgreſsio diuinæ legis: peccata autem triformia ſunt: nempè, quibus quis peccat, aut in Deum, aut in proximum, aut in ſeipſum: cùm ergò in Decalogo nullum præceptum tertij generis exiſtat, puta quo homo in ſeipſo componatur, diminutus eſt. ¶ Secũdò: & in præcepto tertio primæ tabulæ apparet curtus: cùm ex tam multis ſolẽnitatibus ac ſacrificijs quibus Deus colebatur, de vno tantùm Sabbatho mentionem fecerit. Atq; idem ſit argumentum cõtra ſecundum, vbi tantùm cautum eſt, Nè nomẽ Dei aſſumatur in vanũ: cùm tamen præter periurium paſsim oborian tur blaſphemiæ, falſæq; doctrinæ, quibus Deus ab hominibus dehoneſtatur. Atq; adeò ſimile obijcitur contra quartum præceptum. Nam vnuſquiſq; naturali fœdere non ſolùm parentibus dilectionem debet, verùm & filijs ac cẽteris, ſeu ſanguine, ſeu quauis alia neceſsitudine coniunctis: ergo cùm authore Paul. 1. ad Timoth. 1. Finis præcepti ſit charitas, de horum ſingulis debuerunt ſingula ſcribi præcepta. ¶ Tertiò arguitur. Quodcunq; peccati genus priùs corde quàm opere committitur. Nam vt ait Chriſtus, Ex corde exeunt cogitationes prauæ, adulteria. &c. ſed in mœchia & furto ſeorſum poſt operum prohibitiones, Nõ mœchaberis, Non furtum facies: explicantur peccata cordis: Non cõcupiſces rem proximi tui: ergò eadem regula debuit & in reliquis obſeruari. ¶ Et quartò poſtremoq; arguitur. Appetitus ſenſitiuus in irascibilem & concupiſcibilem

Argumẽ

Argumẽ Ambroſij Auguſtini

Argumẽ

Argumẽ

Poſtremũ argumẽ

bilem diuiditur, quarum vtraq; pars ſedes eſt corrupti affectus: ergò ſicut concupiſcibilis ſingularibus præceptis infrenata eſt, ità debuit & irascibilis compeſci. ¶ In contrarium eſt illud Deuter. 4. Oſtendit vobis pactum ſuum quod præcepit vt facere tis. Et ecce verba quæ ſcripſi in duabus tabulis lapideis. Quæ quidem decẽ ſunt prorſus.

Concluſio reſponſiua.

Prima ratio pro concluſione.

QVæſtio facilima eſt: nempè ad hoc tantum mota vt argumentorum dubia diluciderentur. Eſt ergò concluſio, compe tentiſſimũ eſſe numerum Decalogi, quæ non ſolùm generali illa ratione patet, quòd Dei per fecta ſunt opera, verùm & peculiaribns, à fine legis oblatis. Dictum enim eſt finem diuinę legis eſſe, hominem, tum in ordine ad Deum inſtituere, tum deinde in ordine ad proximos: Deo autem cum primis fidelitatem debemus: quæ in hoc conſiſtit, vt eius honorem nemini præter ipſum deferamus: hoc ergò primo præcepto cauetur, Non habebis deos alienos.

Secunda ratio.

Mox debemus eidem reuerentiã: quæ in hoc poſita eſt, vt nihil in eũ iniuriæ iaciamus: quod cauetur præcepto ſecundo: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Præterea ob beneficia quæ in nos tam ampliter collocauit, debemus ei obſequium, ac famulatum. Nempè vt tempora quædam ſuccidamus quę eius meditationi donemus: de qua re tertio præcepto cõmonemur. Et quoniã inter beneficia hæc primũ fuit creationis opus, deſignatus fuit dies Sabbathi quo, illo opere abſoluto, requieuit Deus: Ordo autem hominis ad hominem, vel peculiaris eſt, vel generalis. Peculiare autem debitũ, atq; omnium illuſtriſsimum eſt quo filij tenẽtur parentibus obſequi, à quibus, ſecundùm Deum, vitam, quæ bonorum omnium baſis eſt, ſuſceperunt. Et ideò ſtatim poſt tertium de famulatu, qui Deo debetur, ſubſequitur quartum de honore parentibus deferendo. Adeò, vt ſicut paulò anteà dicebam⁹, nõ ſit vero diſsimile in priore tabula fuiſſe cõſcriptũ. Generalẽ aũt homo ordinẽ habet ad reliquã mortalium vniuerſitatẽ quibus iure naturæ ſocius eſt, qui busq; perinde id debet, vt nemini, neq; opere, neq; ore, neq; corde ſit nocuus. Opere aũt primo nocumẽtũ infert quis alteri in propriã perſonam, adimendo ei vitam, quæ omnium eſt temporalium bonorum maximum. Idq; adeò prohibetur præcepto quinto: Non occides: vbi læſio omnis corporea interdicitur. Secundò in perſonam ſibi coniunctam: quod prohibetur ſexto, Non mœchaberis. Tertio in bona exteriora: quod inhibetur ſeptimo: Non furtum facies. Ore autem nocet, qui ciuis famã lædit: quod vbiq; vetatur præcepto octauo, Non loqueris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium. Sed corde iniurius quiſq; eſt in quemlibet per concupiſcentiam: ſiue quæ ad luxuriam pertinet, quæ nono præcepto, ſexto reſpondenti infrænatur, Non concupiſces vxorem proximi tui: Aut ſecundùm auaritiã: quæ decimo tandem præcepto compeſcitur, Non concupiſces rem proximi tui. Nam tales cupidines iniurioſæ exiſtunt: vtpotè quæ radices externorum operum ſunt, ſecũdum verbum Chriſti: De corde exeunt cogitationes prauæ, adulteria. &c. Atq; vt ſcite S. Thom. adnotauit, tres iſti ordines in præceptis primæ tabulæ dignoſcuntur. Nam primum, Non facies tibi ſculptile, opus externus inhibet: Non aſſumes nomen Dei tui invanum, oris impudentiam: ſed, Memento diei Sabbathi, pro ſine habet internam mentis contemplationẽ. Et quoniam ſtatim articul. 11. videndum eſt quemadmodùm alia præcepta ad hæc decem reuocentur, & quæſtione ſequenti de ſingulis eſt reſumendus explicatior ſermo, ſatis in præſentiarum fuerit ſummatim cuncta verbis fermè ſancti Thomæ retuliſſe.

S. Thomas.

Ad primum argumẽtũ.

AD primum igitur argumentum quo dubitabatur cur in Decalogo nullũ fuerit præceptum adhibitum de virtutibus quę hominẽ in ſeipſo peculiariter componunt, ſed tantùm illa quæ ad iuſtitiam, qua humana ſocietas retinetur, fuerint illic expreſſa. Prior reſp õſio D. Thomæ eademq; biformis eſt, quòd cum præcepta cuncta ſint ad dilectionẽ relata, illa opus fuerit prorſus exprimere, quæ caligans ratio non clarè perſpiciebat: proprius autem amor nemini vnquam mortalium nõ innotuit: adeo eſt naturæ inditum, vt res omnis ſeipſam diligat, ſeq; omninò conſeruet. Vel forte quod cùm in Decalogo iubeatur homo Deum & proximum diligere, illic ſatis planè præcipitur ſua cuiq; dilectio. Nam rectè hominis ſuiipſius amor, eſt debitum ordinem ad Deum tenere & ad proximum. Qui enim Deum diligit, cũctas in ſe paſsiones extinguit, ſiue concupiſcibilis ſiue irascibilis appetitus quibus ratio perturbatur, quæ nos Deo ſubiectos continet. At verò poſterior reſponſio plauſibilior eſt. Nempè quod Decalogus, vt ſuprà diximus, hoc a reliquis præceptis diſtat, quod ipſum Deus perſe nos docuit: iuxta illud Deute. 10. ſcripſit in tabulis iuxta id quod priùs ſcripſerat, verba decem quæ locutus eſt ad vos Dominus. Deũ autem, ceu naturæ authorem illa nobis decuit per ſe prorſus iubere, quæ ſtatim naturali lumine humanæ menti promicant, vbi idem lu-

Prior ſolutio. D. Thomas.

Altera ſolutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men non est caligine obductum: vnde cùm præceptum omne rationem habeat debiti: ratio autem debiti ad iustitiam spectet, quæ est hominis vel ad Deum vel ad alium hominem (nam iustitia est ad alterum) congruentissimũ fuit vt præcepta tantùm iustitię quæ primæ sunt naturæ conclusiones, Deus nobis in Decalogo exprimeret. Ratio nanq; debiti hominis ad seipsum non ità naturali luce clarescit. Primò enim aspectu apparere cuiq; potest in his quæ ad seipsum pertinent liberam habere potestatem: obidq; virtutes fortitudinis ac tẽperantię, quæ hominem respectu suiipsius moribus instruunt, Moysi & reliquis sapientibus commisit, quas mortales docerent. De his nimirum eos erudientes quę sibi quisq; propriè debet. ¶ Ad secundum eâdem ratione respondetur, quòd non fuit condecens vt vniuersa Deus particulatim exprimeret, sed per capita: ad sanctificationem autem Sabbathi reliquę omnes solemnitatum obseruationes referuntur. Omnes enim erant institutæ, tum in memoriam alicuius pręteriti beneficij, tum in figuram alicuius futuri. Pręteritorum autem caput fuit creatio mundi, quæ per sabbatha in memoriam reuocabatur: & inter futura pręcipuum est mentis quies in Deo, quę in pręsenti sæculo fit per gratiam, atque in futuro per gloriam: secundum illud Isaię. 58. Si auerteris à sabbatho pedem tuum, vocaberis sabbathum Domini delicatum, & sanctum Domini gloriosum: hæc autem quiete sabbathi prefignabantur. Reliqua verò, vt celebratio Phase quę commemoratio erat beneficij liberationis populi de Aegypto, & vmbra futurę passionis Christi: atq; id genus cuncta ad hunc ordinem referebantur. Et pariter ad aliud membrum respõdetur quòd prohibitione assumptionis diuini nominis in vanum, reliqua omnia vitia, seu falsę doctrinę, seu blasphemiæ comprehenduntur. Ac simili subinde modo respondetur ad tertium membrũ eiusdem argumenti, quòd omnia alia amoris debita in quarto pręcepto quodammodò cõtinentur. Explicatum enim est cur in Decalogo ea tantùm cõtinentur prę cepta quę manifestã repręsentat rationem debiti. Quod autem homo neminem lędat, manifestum debitum est, & ideò vniuersaliter nocumenta sex pręceptis prohibita sunt: videlicet vt nemini nemo illa inferat. Attamẽ quòd quis quidpiam alteri, ceu debitum cõferat, nõ sic est lumine naturali notum. Sed id tantum quòd parentibus liberi genituręque lege debẽt, rationeq; educationis & disciplinę. Quapropter Deus illud in Decalogo expressit. Reliqua verò beneficia quæ ob alias necessitudines & naturæ cõnectiones debẽtur, Moysi & prudentibus cæteris, vt suprà dictum est, explicanda demandauit. Vt quòd parentes debent filijs: quæ quidem debiti ratio non est quasi aliquid ab illis susceperint, sed quòd sunt aliquid ipsorum, & amando seipsos suas amant proles, vt. 8. Ethicor. author est Arist. Sed de his reductionibus aliorum præceptorũ in Decalogũ, articu. 11. ¶ Ad tertium verò respõdetur quod & si quæcũq; prohibitione condẽnetur opus, vnà interdicat & eius affectus, nihilo minùs differentia est, q̃ in his quæ natura ipsa exhorrescit, vt homicidium & falsitas: quia eorum cupido non est per se allectiua, sed propter alias passiones, puta propter vindictam vel auaritiam, satis fuit opus ipsum inhiberi. In illis verò quæ sunt sensui læta, vt sunt venerea & rerum affluentia, quoniam eorum appetitus per se ipse delectat, decuit non solum opera prohiberi, verùm seorsum appetitus: vt potè in quo vincendo peculiaris est difficultas, sed de hoc iterum quæstione proxima. ¶ Ad quartũ deniq; respõdetur quòd cùm ex passionibus cõcupiscibilis appetitus illę resultent quæ sunt in irascibili, nã ex amore illius quod oblectat nascitur contrariorũ repulsio, sedato concupiscibili nulla prætereà opus fuit prohibitone irascibilis.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

Ad quartum argumentũ.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm præcepta Decalogi debito sint ordine dispositа.

POST distinctionem & numerũ præceptorum sequitur de eorum ordine meditari an fuerit lucidus. Arguitur ergò à parte negatiua. Primùm quod cùm cognitio nostra à sensu incipiat, & dilectio proximi ex positior sit sensui quàm dilectio Dei, secundũ illud. 1. Ioannis. 3. Qui fratrem suum quem videt non diligit, Deum quem non videt quomodò potest diligere? posterior tabula quę ad dilectionem proximi spectat, debuit loco prę esse priori quæ pertinet ad dilectionem Dei. Mox quòd cùm præceptis negatiuis prohibeãtur mala, affirmatiuis verò instituantur bona, & via naturæ (vt comment. prædicam. author est Boẽti.) prius sint extirpanda vitia, quàm inferantur virtutes: secundum illud Psalmi: Declina à malo & fac bonum. Et illud Isai. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere, vnde & Lyricus, Vitium fugere prima virtus est: consequitur vt præcepta negatiua deberent affirmatiuis anteire. Ac perinde præcepta, cordium cogitationes inhibẽtia, illis quę manus ab operibus arcent: quandoquidem radix operũ, cor est. ¶ In contrariũ est quòd Decalogi ordo dispositio Dei fuit: cuius, vti ad Romañ. 13. ait Apostolus, ordinata sunt opera.

Primum argumentum à parte negatiua.

Argumẽ. 3.

Paulus.

FAcilima est quæstio, sed tamen scitu digna, ad quã quatuor cõclusionibus respõdetur. Prima est: Præceptorũ ordo exigebat vt priùs homines respectu Dei instituerent quàm ipsos inter se inuicem. Probatur ex illo prędicto fundamento quòd Decalogum ea prorsum debuit cõtinere mandata, quę naturali lumine illucescunt. Inde enim protinus colligitur, vt quo ordine sunt quæq; rationi propinquiora, eorumq; cõtraria eidẽ magis dissona, eodẽ deberent in serie esse priora: finis autẽ supremus nostrarum actionũ primum se omniũ rationi offert: & peccatum in ipsum grauius est quàm circa media: fit ergò consequens, vt præcepta quibus Deo, qui finis est noster, proximè subdimur, primę sedi congruũt. Qualia vtiq; sunt tria prioris tabulæ. Et cõfirmatur analogía ab exercitu sumpta. Prius enim debent milites in ordine ad principẽ instituì, quàm inter se: nam & grauius peccatur in ipsum quàm si miles in militẽ delinquat. ¶ Secunda conclusio. Inter præcepta prioris tabulæ illud debuit esse primum quod ad latriam, id est, ad culturã vnius Dei attinet: secundũ quo ei reuerẽtia exhibetur: ac perinde tertiũ quo eidem impẽditur famulatus. Primũ enim fundamentũ & basis militiæ est vt fide â milite data, sacramẽtoque firmata, soli principi militet, pactũ omne & conuentũ cum inimicis abiurãs. Quare hoc est grauissimũ omniũ scelus si tali fracta fide ad hostes desciscat. Quocirca primũ pręceptum est, nè habeamus deos alienos. Huic autem proximũ de reuerentia quæ soli Deo debetur: ac tertium de famulatu eidem præstando. Grauius enim in honorem principis peccat qui eum de honorat, quàm qui ei nõ obsequitur. Quapropter secundũ præceptum est, nè nomen Dei vanè vsurpetur: ac demum tertium, vt eius Sabbatha celebremus. ¶ Tertia conclusio. Ex præceptis, quibus inter se homines amicitia cõglutinantur, illud debuit esse primũ, quo iubentur parentibus honorẽ exhibere. Ratio iam suprà tacta est. Nẽpè quòd licèt nemini vllus debeat nocere, tamen beneficium conferre nõ omnis omnibus debet, sed solis parentibus. Quapropter ratio debiti quæ in omni præcepto inest, apertior est respectu parentum, atq; adeò prę

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

Secunda Cõclusio.

Probatio.

Tertia conclusio.

Ratio cõclusionis.

Boẽtius.

ceptũ illud debuit cæteris negatiuis præponi.

¶ Quarta conclusio. In negatiuorum serie illę seruari debuit ordo, qui est inter malorum grauitates, quæ eisdem prohibentur: grauius autẽ homo lędit opere q̃ verbo, & verbo q̃ corde. Atqui opere tunc maximè cũ vita priuat, quæ omnium est bonorũ temporaliũ summum. Mox si lædatur in persona coniũcta vnde proximis certitudo perit: ac tertiò si dispẽdium bonorum patiatur. Obidque quintò prohibetur homicidium, sextoq; adulterium, ac septimò furtum, atq; octauò falsum testimonium: nonò verò concupiscentia alieni tori, sed decimò auiditas aliarum rerũ. De quibus sigillatim quæstione proxima dicendum est.

Quarta conclusio.

Series pręceptorum negatiuorum.

AD primum igitur argumentorũ quæstionis respondetur, quòd etsi ad sensum notior nobis sit dilectio proximi quàm Dei, tamen vice versa hæc est illius ratio & causa: & præceptorum series debuit sequi dignitatis ordinem. ¶ Et eodem modo respondetur ad secũdum, quòd etsi circa eandẽ materiam quãtum ad executionem priùs sit à vitijs cessandum quàm studiosè agẽdum, neq; posit studiosus habitus generari, nisi vitioso depulso: tamẽ in intẽtione legislatoris prior occurrit virtus propter quam expellũtur vitia: atque adeò dignitatis ordine etiam in eadem materia debuerũt præcepta virtutum anteferri prohibitionibus contrariorum vitiorum. Sed prætereà quando pręcepta in diuersis materijs instituuntur, excellentior debet pręferri: pręcepti autem de honorandis parẽtibus diuersa materia est ab illis quæ præceptis negatiuis subijciũtur, eademq; præstantior, atq; adeò suo merito est prælata. ¶ Sed ad tertium respondetur, q̃ etsi peccata cordium causa sint operũ, atq; adeò priora in executione: tamẽ quoniã opera grauius offendunt, eorum prohibitio citius occurrit rationi.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm præcepta Decalogi congruenti modo tradantur.

IN hoc deniq; articulo septimo adhibetur sermo de forma & figura præceptorum, vtrùm scilicet perspicuus fuerit ac debitus tradendi modus. Et arguitur à parte negatiua. Affirmatiuis præceptis instituimur ad colendas virtutes: negatiuis verò ad vitia cauenda: in quacunq; autem materia opponitur virtuti vitium: in quacunque ergo debuerunt congeminari præce-

Primum argumentum à parte negatiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pta affirmatiua & negatiua: videlicet vt non solùm iuberemur non occidere, verùm & vitę proximi consulere, atq; in alijs pari modo.

Argum.1. ¶Secundò: cùm lex omnis ratione cõstet, nõ erat cur tantùm primo atq; tertio præceptis subderetur præceptionis ratio, sed debuit omnibus pariter subscribi. ¶Tertiò: cum præceptorum obseruatio sit præmiorum meritum, nulla apparet ratio quare solis primo & quarto propositum fuerit præmium. ¶Quartò: & pœna vt dictum est causa est obseruãdæ legis: præsertim apud priscos, cùm testamentum illud lex esset timoris: debuit ergò omnibus supplicij commemoratio adhiberi: quæ tamen nõ nisi primo & secũdo adhibita est. ¶Ac deniq; quintò arguitur: Cuncta diuina præcepta sunt altissima memoria retinenda, secundum illud Prouerb. 3. Describe ea in tabulis cordis tui.

Argumẽ. 3.

Argum. 4.

Argumẽ. 5.

Respondendum ergo est cur non nisi tertium præceptum sempiternæ memoriæ fuerit inter cætera singulariter commendatum. ¶In contrarium autem est quòd Deus, vt Sapien. 2. legimus, omnia fecit in numero, pondere, & mẽsura: id ergò præcipuè de eius præceptis credendum est.

PRæsens quæstio nihilo obscurior est præcedenti, ad quam ideo indubitata cõclusione hac respondetur. Decalogum, vt est congruẽtissima distinctione, numeroq; & ordine digestus, ità esse & luculentissima forma traditum. Splendet nanq; in præceptis diuinæ legis sapiẽtia maxima: secundum illud Deuter. 4. Hęc est vestra sapientia & intellectus coram populis: sapiẽtis autem est cuncta & ordinis luce disponere, & congruenti forma adaptare. Quæ (vt ex præcedentibus liquet) in Decalogo sunt luculenter obseruata. At verò commota est quæstio vt ad argumẽtorum quæsita, quæ quinq; sunt numero, responderetur.

Conclusio responsiua.

Difficultas primo argumento præfata.

IN primo igitur argumento quæritur, cùm suum vnicuiq; virtuti opponatur vitiũ, cur non in vnaqualibet materia combinatum est negatiuum præceptum cum suo affirmatiuo. Responsio autem est, quòd omnis affirmatio negationem includit: sequitur nanq;, si est album, non est nigrum: eò quòd contraria non sunt cõpossibilia. Econuerso verò non omnis negatio infert affirmationẽ. Haud enim quod non est nigrum, statim est album: eò quòd inter contraria interstant media. Pari ergò ratione & modo nõ omnibus quibus tenemur nõ nocere, subinde obligamur lege iustitiæ benefacere. Nam latiùs patet malorum prohibitio, quàm bonorum præceptio. Atque hac de causa nulli sex prohibitionum secũdæ tabulæ apponitur affirmatiuum præceptum. Tenemur inquàm neminem occidere, neminemq; suis bonis expoliare, non tamẽ alienam vitam aut bona omnibus conseruare: nisi vrgens ingruat necessitas: quæ non comprehenditur lege iustitiæ, sed misericordiæ. Hæc ergò præcepta, quia non sunt naturæ luce adeò peruia, sapientibus docenda commissa sunt. Quibus autem obedientiam obsequiumq; debemus & honorem, sunt Deus & parentes, à quibus suo vtriusque gradu esse recepimus. Et ideò suppositis duobus negatiuis præceptis respectu Dei, quibus cauetur nẽ fidem quam illi solidebemus in falsos Deos traducamus, & nè reuerentiam illi debitam vanis iurationibus obscuremus, adhibetur tertium affirmatiuũ de die seruãdo Sabbathi, quo famulatum Deo exhibeamus: & quartum de honoratione parentum. Quibus non opùs fuit negationes contrarias adiungere: eò quòd affirmatio obsequendi & honorãdi, negationem infert dehonestandi ac rebellandi. ¶Hic autem multa nos dubia occuparent, nisi quæstione proxima accommodationem nanciscerentur locum quibus disputentur. Enimuerò dum S. Tho. in priori tabula vnum tantùm agnoscit affirmatiuum præceptum, docet duo priora esse negatiua. Attamẽ iam suprà tetigimus, & posteà perspectius videbimus quemadmodum primum, scilicet, Non habebis deos alienos, affirmationem includat vnius colẽdi. Item dubitatio hinc emergit de tertio præcepto quod adstruitur esse affirmatiuum: cùm tamen si Ecclesiasticam sanctionem de sacro audiendo excluseris, quantum ad ius diuinum attinet, non videatur esse nisi negatiuum, quo scilicet opere seruili interdicimur: sed de his & similibus quæstione sequenti. ¶In secundo argumento percontabamur cur non sua singulis præceptis annexa fuerit ratio. Ad quod respondetur quòd moralia patentiores secũ afferunt rationes, quàm vt eas oporterit explicare. Sed tamen vbi vel aliquid cæremoniale commiscetur, vel commune præceptum morale ad aliquid peculiare speciatim applicatur, tunc operæpretium fuit rationem illius subnectere. Obidq; cùm primo præcepto eliminauerit Deus alienos deos, omnemq; proscripserit idolorum sculpturam & cæremoniam, condecens fuit vt rationem subiungeret, dicens, Ego enim sum Dominus Deus tuus. Et pariter in tertio, vbi morale præceptum sibi seruiendi ad requiem Sabbathi contraxerit, necessarium fuit rationem subdere: quòd tali scilicet die à mundi structura requieuerit. ¶Tertium argumentum adiectum est ad

Solutio.

Ad secundum argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

est ad explorandum cur non omnibus præceptis sua proposita sint præmia: quandoquidem sua singulis debentur. Ad quod pari modo respondetur, quòd in quibus res ipsa per se lucescit, non opus erat præmia adhibere, sed vbi res latet. In præceptis autem negatiuis secundæ tabulæ manifestũ est quòd qui ab iniurijs inferendis se cohibet, supplicia cauet quæ in propatulo est malefactoribus decerni. At verò dum nõ solùm caueri mala iubemur, sed bona etiam facere: quia natiuum nobis est nihil nisi intuitu præmij & cõmodi agere, opùs fuit vt vbi nulla vtilitas apparebat, vel commodum impediri videbatur, id Deus nobis exprimeret. In honorandis autem parentibus nullum videbatur nobis emolumentum agi: propterea quòd cùm in recessu sint vitæ, potiùs videntur nobis impedimento esse suis fruendi bonis. Hac ergò de causa præcipiens nobis honorare parentes, nõ satis duxit in memoriam nobis reuocare susceptа generationis & educationis beneficia: sed nouũ quoq; sæculare præmium pollicitus est: vt sis inquit longæuus super terram. Et habet præmium hoc energiæ plurimum. Nam cùm vitam à parentibus recipiamus, debemus eis suam sustentare & prolatare. Quare qui obedientiam eisdem non repẽdit, eiusdem punitur breuitate vitæ, quam parentibus vel imprecatur, vel molestijs fatigat. Pari modo quia primo præcepto quo homines à cultura deorum arcentur videri poterant beneficijs orbari, quę falsi dij apparent hominibus impertiri, subiungit præmium, dicens se facere, misericordiam in millia his qui ipsum diligunt, & custodiunt præcepta eius. ¶Similiter ad quartum respondetur de pœna, quòd cum non sit eius comminatio necessaria, vt Ethic. 10. author est Arist. nisi vbi procliuior est ad malum pronitas, in illis peculiariter apponi debuit pœna, in quibus patentior est præcipitatio in culpam. Et quia tum ob consuetudinem cum gentilibus proni erant Hebræi ad idololatriam: tum etiam propter effrænatam iurandi consuetudinem erant quoq; ad periuria proni, primo tertioq; præceptis annexa fuit supplicij cõminatio. ¶Ac deniq; ad quintum respondetur, quòd cùm præceptum Sabbathi in memoriam statutum sit celeberrimi beneficij creationis, peculiariter sub illa forma positum est, Memento vt diem Sabbathi sanctifices. Vel fortè quòd illa determinatio singularis diei non erat de iure naturæ, sed cæremonia eidem iuri superaddita: atque adeò metus erat nè facilius quàm moralia memoria decideret.

Ad quartum argumentũ.

Aristot.

Ad quintum argumentũ.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm præcepta Decalogi sint dispensabilia.

POST hæc examinare superest Decalogi vim: vtrùm scilicet super aliquo eius præcepto fit possibilis dispensatio. Et arguitur à parte affirmatiua: Si non essent mandata Decalogi dispensabilia, maximè quia sunt de iure naturę: attamen (vt. 5. Ethi. cap. 7. author est Arist.) nõ nulla sunt de iure naturæ quæ variari possunt, ac perinde sunt dispensabilia. ¶Secundò: sicut legislator humanus se habet ad suas leges, sic & Deus: humanus autem princeps super suis dispensare potest: ergò & in suis Deus. Eò præsertim quòd Apostolus. 2. Corinth. 2. tãquàm Dei dispensator ait: Nã & ego si quid donaui propter vos, donaui in persona Christi. Vnde fit non solùm Deum, verùm & eius prælatos posse in diuinis legibus dispensare. ¶Tertiò: In Decalogo vetitũ est homicidiũ, sed in hoc præcepto dispensat iudex malefactorum vindex: Dispensauitq; Deus cum Abraham vt charissimũ filium immolaret. Et cum Sãsone, Iudic. 16. vt sese cũ Philistæis occideret. Et cum Eleazaro. 1. Macchab. 6. qui ab elephante quẽ occidit oppressus occubuit. Subinde extruunt argumenta de fornicatione & de furto. Permisit eũ, quin verò præcepit Oseę vt vxorẽ fornicariã acciperet: & filijs Israel vt Aegyptiorũ vasa surriperẽt: ergò huiusmodi præcepta dispẽsabilia sunt. ¶Quartò arguitur: Connubiũ inter fratres iure naturæ prohibitum est: super quo nihilo minùs instrumẽto veteri legimus dispẽsatum: vt inter Adæ filios vsu venisse certum est, & inter Abraham & Sarã perquàm probabile. ¶Deniq; quinto arguitur: Obseruatio Sabbathi est vnũ præceptorũ Decalogi, idemque Iudæis sanctissimum: sed in hoc fuit cum Macchabæis olim dispensatum. Sic enim legitur lib. 1. cap. 2. Et cogitauerunt in die illa dicẽtes: Omnis quicunque venerit ad nos in bello in die Sabbathorum, pugnemus aduersus eũ: ergò præcepta Decalogi, sunt dispensabilia. ¶Contrarium perhibetur apud Isai. testimonium, cap. 24. vbi quidam ideò reprehenduntur quòd mutauerunt ius & dissipauerunt fœdus sempiternum: quod de illo potissimùm iure intelligitur, quod in Decalogo continetur.

Primum argumẽtum à parte affirmatiua.

Aristot.

Argumẽ. 2.

Paulus.

Argumẽ. 3.

Argum. 4.

Argumen. 5

Isaiæ.

QVæstio est inter eas quę de Decalogo disputantur scitu digna: vtpotè perquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

constat quanta sit eius authoritas. Etenim sensus eius non est hic tantùm, vtrùm homo aliquis authoritatem habeat super huiusmodi præceptis dispensandi: sensus enim hic neminì in dubium cadere potest. Quippe cùm publica confessio sit, neq; penes summum Pontificem talem esse ordinariam potestatem: quia inferior superioris leges mutare nequit, ac multò minimè naturales, quæ in nostris sunt pectoribus impressæ. At dubium est vtrùm simpliciter eò sint vsq; indispensabilia, vt neq; ab ipso Deo per eius absolutam potestatem fieri talis possit dispensatio. Vbi ex postremo articulo superioris libri recolendum discrimen est inter tria hæc, legem interpretari, & in lege dispensare, quod nihil aliud est, quàm manēte in genere eius ratione & vigore, eandem in particulari casu, certisq; personis relaxare.

Quæstionis sensus.

Triplex opinio de quæstione.

¶ De hoc ergò quæstionis intellectu tres, vt plerunq; solet, versantur opiniones, duæ scilicet extremæ, & vna media. Prima per vnum extremum opinio est Occham. 2. sent. distin. 19. vbi ait non modò omnia præcepta Decalogi esse dispensabilia, verùm & Deum posse contraria præcipere. Que ideò contrà præcipiente laudabile, inquit, esset ac meritorium contra illa operari. Quin verò ait Deum & se solo posse in nostra volùtate sui ipsius odium ingignere, & nobis quoq; , vt odio eum prosequamur, præcipere. Et vtroq; modo fatetur idem odium esse laudabile. Neq; verò tam insignia dogmata aliter quàm ex suo familiari Achylle sibi habet persuasa: videlicet, Quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere: secundùm illud Angeli, Lucæ. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum: hæc autem, inquit, nullam implicant. At verò opinio hæc adeò se apertè rationi aduersam obijcit ac subinde absurdam, vt sit repulsu facillima. In primis articulus Parisiensis eos condemnat, qui affirmauerint posse quemquam per odium Dei mereri. Neq; ciusmodi articulus illā glossam admittit, vt intelligatur de potentia Dei ordinaria. Nam de illa nulla vnquàm potuit esse controuersia: articulus autem non est definitus nisi ad aliquam dirimendam. ¶ Sed præter articulum arguitur. Illud in primis Nominalium axiòma, Quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere, perperàm à nonnullis illorum defenditur. Nam si intelligatur quòd quicquid non apertè duas cōtradictorias intulerit, Deus facere posit, falsum est. Negant enim ijdem ipsi duas inde colligi contradictorias, quòd fit homo equus: & tamen id Deus non potest facere. Neq; verò Angelicus sensus alius fuit quàm quòd quicquid Deus pollicetur, seu quòd quicquid factibile sit, Deus potest facere. Hoc nanq; dicitur Dei verbum: vt potè qui dicendo operatur. ¶ Secundò arguitur: Id re vera dicitur implicare contradictionem, quod, suppositā natura vnius partis contradictionis, ex concessis infert alteram. Et quia immutabilis natura rationalis animalis est, non esse inhibilem, si concederetur Deum facere posse hominem esse equum, esset inhibilis, & non esset inhibilis. Ad propositum ergò, Deum odio haberi, tam intrinseca ratione est malum, puta sempiternæ eius legi absonum, quàm est intrinsecum hominem esse rationalem: ergò tam repugnat id esse licitum, q̄ hominem esse, eūdemq; irrationalem. Atq; adeò repugnat, Deum odium sui vel efficere vel præcipere. ¶ At quò res perspectius deprehendatur, fac, verbi gratia, virum iustum iussu Dei eum ipsum odio habere: sequeretur tunc simul esse in eius gratia atq; in eiusdē inimicitia: qua nulla esse potest apertior contradictio. Nam quòd permaneat in eius amicitia, palàm est, postquam nihil aliud facit quàm eius obsequi voluntati: quod autem sit pariter inimicus, docet eius odium, quo Deum prosequitur. Nam hoc negare est negare naturam ipsius actus, cùm amicitia ab amore dicatur. Item Deus seipsum odisse non potest. Quis nanq; intellectus contrarium capere posset? Et tamen tota ratio repugnantiæ est quòd odium Dei adeò habet innatam malitiam vt nulla recta voluntate possit illud optari: ergò similis repugnantia est vt Deus idem alteri præcipiat. Esset enim præcipere vt alter faciat secundùm suam regulam & voluntatem, & simul faciat contrà. Nam quid aduersantius esse potest diuinæ regulę, quàm summam bonitatem odio haberi? Negatur ergò hoc non implicare contradictionem. ¶ Est igitur secunda opinio Scoti. 3. Sententiar. distinct. 37. non quidem tam extrema, sed medio incedens modo. Ait quippe bifariàm quippiam esse iuris naturæ. Vno modo tanquàm principium practicum ex terminis notum, vel conclusionem quę inde fit necessariò consequens. Alij eius scholares in duos distinguunt hos gradus: sed tamen eorum præceptor pro eodē ducit ambos quantū ad rationē dispensationis. Et in talibus, inquit, quę strictissimę sunt de lege naturæ, nulla esse potest dispensatio. Alia verò sunt quę neq; principia existūt necessaria, neq; conclusiones inde necessariò illatæ: atq; adeò neq; necessariam habēt connexionē ad consecutionem vltimi finis. Secundū eius assertum est: Præcepta secūdæ tabulæ sunt istius secūdi ordinis, ob idq́ue sunt per diuinam authoritatem dispensabilia: præcepta verò primæ tabulæ sunt prioris ordinis: quæ ideò dispensari neque à Deo ipso valent. ¶ Tertia nihilo minùs opinio est sancti Thomæ loco præsenti: eadēque fuit Altisiod. lib. 3. tracta. 7. quæst. 5. & antiquorum: secundùm quā statuuntur duæ conclusiones quibus soluitur quæstio. Prior est. Vniuersa præcepta Decalogi tā secundę quàm primę tabulę sunt prorsus indispensabilia: vsq; adeò, vt neque Deus possit super illa dispensare. Hæc enim plana mens est sancti Thomæ, vt tū toto articulo, tum clarè in solutione secūdi patet. Aliàs quæstio non esset digna tanta disputatione. ¶ Posterior conclusio. Alia præcepta quę extra Decalogum vagantur, neque in ipso implicitè cōtinentur, etiam si sint iuris naturæ, nihil vetat quo minùs sint dispensabilia. Deniq́ue neq; vlla principia, neque verò conclusiones primi, secundi, aut tertij gradus, qui suprà articulo primo sunt designati, vllam dispensationē admittunt. Illa verò præcepta quæ intrinsecè non continent rationem ipsam iusti tię, sed speciales modos ipsam seruandi, dispensari possunt: puta illa quæ in Decalogo neque explicitè sunt neque implicitè: vt infrà luculentius liquebit. Quarta si vis opinio est Durandi in. 1. senten. dist. 47. quæst. 4. qui tenet quartum duntaxat & quintum præceptum esse dispensabilia. Cuius hallucinationem infrà reprobabimus. Probantur ergò ambæ conclusiones S. Thom. ista bimembri ratione: In illis præceptis, vt artic. vlt. primi libri monstrauimus, fieri potest dispensatio, per quæ si tali casu ad literam seruarentur, obuiaretur intentioni legislatoris: sed per nullum præceptorum Decalogi vllo vnquam casu & ratione potest intentioni Dei obuiari: quin verò quotiescunque contra præceptum fieret, contradiceretur eidem intentioni: ergò nullatenùs eorum dispensatio est licita. Maior vſque adeò nota est, vt neq; aduersarijs ipsis sit dubia: sed probatur Minor de qua est controuersia. Intentio legislatoris præcipuè tanquam in finem fertur in bonum commune: hoc enim est ab eius intentione inseparabile. Deinde respicit ordinem iustitiæ & virtutis quæ media sunt assequendi tendendiq; eundem finem. Igitur quando præcepta per se intrinsecè continent eandem ipsam rationem & cōseruationem boni communis, vel ordinem ipsum iustitię ad idem bonum: ea dē subinde præcepta per se intrinseca ratione sic continent legislatoris intentionem, vt non

Ratio vulgaris Occham.

Articulus Parisiensis.

Prima ratio aduersus priorem opinionem.

Secunda opinio Scoti.

Tertia opinio.

Tertia opinio. S. Tho. Altisiodorēsis.

Prima conclusio.

Secunda cōclusio.

Prima probatio vtriusque conclusionis.

sit ab ipsis semouibilis: atq; adeò nec sint dispēsabilia: quia nunquàm contingere potest vt facere contra illa non aduersetur intentioni legislatoris. Exempla rem ipsam patefaciunt, si iussio legis reipublicæ esset hæc, Nemo destructor sit labefactatorq; reipublicæ: vel hæc, Nullus iniustè agat. Profectò rationi intrinsecæ & natiuæ talium legum repugnaret dispensatio: implicatio enim est contradictionis, licēre cuipiam iniustè agere, aut bonum commune impugnare, ad cuius custodiam omnes leges referuntur. Si autem lex diceret, nemo fores vrbis (dum obsessa est) pandat, quia hoc non est salus ipsa reipublicæ, sed modus ipsam seruandi, nulla esset repugnantia vt aliqua de causa fieret dispēsatio: puta dum fugiens dux se illuc vellet recipere. Præcepta autem Decalogi sunt prioris ordinis. Nam præcepta prioris tabulæ innatum ordinem habent ad bonum commune, quod est Deus: præcepta verò secundæ, ad bonum commune hominum: vt scilicet neminì iniuria fiat, sed cuiq; ius seruetur suū: quod licèt non sit tam perfectum, est nihilo minùs tam intrinsecè bonum quàm quod debetur Deo: imò cùm rationē ipsam iustitiæ expressè cōtineat, in Deum ipsum intimè refertur. Qui enim dicit, Nō furtum facies: idem dicit quod, Non iniustè, aut illicitè, aut malè facies. Sic etiā, vti ait sanct. Thom. intelligenda sunt præcepta Decalogi. Atque in hoc hallucinatus est, salua eius existimatione, Doctor subtilis, discriminans quantum ad hoc inter præcepta primæ ac secundæ tabulę. ¶ Secundo quò rationis vis luculentiùs pandatur, arguitur sic. Hoc quod est adulterium facere, quod est in Decalogo: & mentiri aut fornicari quæ implicitè illic latitant (nam de ambobus intelligitur prior conclusio) tā intrinsecè mala sunt (vt de odio Dei proximè arguebamus) quàm est homini esse rationalem: ergò naturæ suæ iustitia repugnat ac probitas: Deus autem dispensare nequit nisi vbi aliqua est ratio æqui & boni: ergò in his dispensare non potest: aut, quò temperatiùs loquamur, dispensabilia non sunt: perinde atq; homo nō est factibilis irrationalis. Et hoc est quod sanct. Tho. cogitabat dum dixit huiusmodi præcepta per se continere rationem communis boni, atque adeò intentionem legislatoris. Nam naturale est Deo, nihil nisi bonum velle: & naturale est huic, quod est furari aut mentiri esse malum. ¶ Atqui vt opposita iuxta se posita fulgentiùs elucescant, probatur secunda conclusio. Illa præcepta quæ non per se continent bonum commune, quod est legis finis, sed medium aliquod, puta ordinē iustitiæ

Secunda ratio.

Probatio secundæ cōclusionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitię ad ipsius consequutionem, possunt quandoque deficere ab intentione eiusdem boni cõmunis: ergò tunc eorum dispensatio nihil eidẽ fini officeret, essentque subinde dispensabilia. Exempli gratia. Lex ad seruandum fidelitatis bonum est vt reddatur depositum: nihilo minùs dum vesano domino suum gladium denegas, nõ vtiq; eidem fini aduersaris, sicuti in exẽplo nuperrimè posito patet de aperiẽda obsessa vrbe cõtra legis verba. Et pariter si lex sit vt ciues per ciues excubias sustineant, dispensare iusta de causa cum aliquo, non est contra commune bonũ. ¶Prætereà ad eandem conclusionem arguitur argumento eiusdẽ Scoti, quod re vera minimè soluit: Præcepta secundæ tabulæ omnia secundum Paulum ad Roñ. 5. includũtur in illo principio, Diliges proximum tuum sicut teipsum: dilectio autem proximi sequitur ex præcepto dilectionis Dei. Nam vt ait Ioannes: Si hominem quem vides nõ diligis, Deum quem non vides, quomodò potes diligere? Præceptum autem dilectionis Dei, vt Scotus fatetur, est indispensabile: ergò & præceptum dilectionis proximi, atq; adeò præcepta secundæ tabulæ. Ad hoc argumẽtum prætermissis alijs solutionibus respondet Scotus distinguẽdo de dilectione proximi. Hæc enim dilectio qua tenemur, inquit, velle proximo vt Deũ diligat, sequitur ex dilectione Dei. Nam qui verè diligit Deum, omnes velle debet vt eũdem ipsum diligant: ac perinde dilectio hæc proximi indispensabilis est. Attamen dilectio, inquit, qua proximo volo temporalem vitam & honorẽ, temporaliaque bona, & immaculatum torum & similia', non sequitur necessariò ex dilectione Dei, neque habet cõnexionem necessariam ad consequutionem ipsius vltimi finis. Quapropter dispensare Deus mecum potest vt occidendo, furando, inhonorando parentes. &c. non peccem: imò assequar vltimum ipsum finem. ¶Contra solutionem autem est argumẽtum, ex contrarijs principijs ortum. Dilectio enim proximi quæ est de iure naturæ, est illa quæ ex dilectione Dei sequitur, qui est author institutorq; naturæ: hæc autem non solum est illa qua ei volumus vt Deum diligat: nam hæc plus habet dilectionis ipsius Dei: sed illa quoque qua illi cupimus bona naturalia quæ ad mutuum vicariumque amorem pertinent. Equis enim dicat non aliud nobis præcepisse naturam, ac Deum ipsum, quàm vt ipsum diligeremus? Imò vero cum omnes simus factura Dei, sic nos conglutinauit, vt inter nos ipsos custodiremus iustitiam ac fidem: vnde Ioannes: Qui viderit fratrem suũ necesse habere & clauserit viscera sua, quomodò charitas Dei manet in illo? ¶Respondetur ergò Scoto q̃ hæc dilectio proximi necessariam habet inseparabilem que iustitiã: ac proinde tanq̃ ex dilectione Dei necessariò consequens necessariam habet connexionem ad consequutionẽ vltimi finis. Quare perinde esset Deum dispẽsare in homicidio, aut furto, atq; si dispensaret, vt iustitia ipsa iustè perturbaretur: quod est contradictionis implicatio. ¶Ac per idem soluitur aliud Scoticũ argumentum. Nempè q̃ si præcepta secundæ tabulæ non essent dispensabilia, sequeretur q̃ Deus necessariò aliquid extra se vellet, sic vt non posset velle contrarium: vt puta honorare parentes: & nè quis bona aliena furaretur. &c. Respõdetur inquam per distinctionem quòd Deum extra se quidpiam velle, stat dupliciter. Vno modo vt velit existẽtiam illius rei: & hoc modo nihil necessariò extra se vult: quia vniuersa liberè, tum condidit, tum etiam sustinet ac seruat. Alio modo vt velit cõnexionem extremorum. Atq; hoc pacto necessariò fatendũ philosophis est, aliqua necessariò velle: puta cũcta illa quæ sunt perpetuæ veritatis: vt hominẽ esse animal rationale: &, vti ait Augu. quatuor & tria esse septem: quæ quidem, etiam si mundus non fuisset nec res existerent, vera essent. Hoc ergò pacto, non est occidendum, non est furandum, non est mœchandum. &c. necessaria sunt diuinæ voluntatis obiecta: quia perpetuæ veritatis: quorum ergò contraria neq; præcipere potest, neque permittere, vt iustè fiant. Quod Scotus ipse necessitate compulsus concedere habet de primis principijs naturæ quæ ipse agnouit esse indispensabilia: vt, Id alijs faciendum quod sibi homo vult fieri: & de dilectione qua homines Deum diligunt, quæ res creata est: ex qua sequuntur præcepta primæ tabulæ quæ ipse indispensabilia fatetur.

ET per hæc soluuntur argumenta in cõtrarium. Ad primum enim respõdetur quòd Aristot. loco citato loquitur de iusto naturali quod non includit finem ipsum ordinemq; iustitię, sed determinatum modum ipsam seruandi. Exempli gratia: quòd fides ciuibus seruanda sit, adeò est intrinsecè bonum, vt in ipsum nulla cadat dispensatio: quòd verò hoc vel illo modo seruetur, variari potest ac super ipso dispensari. Qua ratione furioso non est reddendus suus gladius. Quoniam per hoc nõ peruertitur humana fides. ¶Ad secundum respondetur latam esse differentiam inter humanum legislatorem & Deum: nam leges humanæ non habent intrinsecam natiuamq; à natura iustitiã, sed sunt bona quia per legẽ posita: & mala quia

Altera ratio ad idem.

Paulus.

Solutio Scoti.

Contra solutionem.

Respondet ad Scoti.

Solutio aliud argumenti Scoti.

Deus non potest aliquid extra se velle dupliciter.

Deus aliquid necessariò vult.

Ad primum argumentum.

Ad secundum argumentum.

quia vetita: ob idq;, etiam si in aliquo casu relaxentur, non peruertitur finis. Vt si die per Ecclesiam vetita nõ iciunes, aut si fur iusta de causa non suspendatur. Et pariter Deus potest dispensare in suis legibus positiuis. Potest enim quemlibet à præcepto baptismi absoluere & à præceptis aliorum sacramentorum. Ac perinde potuit super omnibus cæremonialibus & iudicialibus antiquis dispensare: sed tamen præceptis naturalibus quæ innatam habẽt iustitiam repugnat ex parte rei dispensatio. Et ideò quia ipse est ipsissima iustitia, si super ipsis dispensaret seipsum negaret: eò quòd ordinem iustitiæ subuerteret: & tamen vt. 2. Timoth. 2. ait Paulus: Deus fidelis est, qui seipsum negare nõ potest. ¶Tertium autem argumentum est, quod rem presijs vrget: videtur enim Deum homicidium Abrahæ, & filijs Israel vt Ægyptios de prædarentur, & Oseæ fornicationem præcepisse. Et iudex præcipit malefactorem occidere. Ad hæc ergò Caietañ. distinguens respondet: Nempè quòd præcepta Decalogi secundum ordinem iustitiæ quem continent sunt indispensabilia. At verò secundùm applicationẽ ad aliquem singularem actum sunt per Deum dispensabilia. Illa tamẽ inquit dispensatio non est præcepti relaxatio, sed est facere quòd iste actus non sit homicidium. Videlicet dum præcepit Abrahæ vt filium immolaret, non relaxauit naturæ ius: veluti cùm Papa dispensat in iciunio, suam relaxat legem in tali casu: sed fecit vt ille actus nõ esset homicidium, propterea quòd à suprema authoritate iubebatur sine qua fuisset homicidium. Nam homicidium nõ quãcunq; occisionem significat, sed iniustam. ¶Responsio autem hæc obscura est & lubrica, & quæ subinde videtur principium petere. Primùm enim dicere quòd præceptum nõ est dispensabile inquantum includit ordinem iustitiæ, nihil aliud sonat quàm si dicas, Non est dispensabile permanens contra iustitiam: sed quod ait loco citato Durand. coniunctim, id est, non potest Deus præcipere aut permittere vt iustè fiant mala, dum mala sunt in sensu cõposito. Quod quidem cùm nullatenùs sit dubitabile, nihil ad rem attinet. Dubitatio autem solum est, vtrùm hoc quod est accipere alienum inuito Domino aut hominem occidere: qualiter id natura negat, possit permissione Dei fieri licitum. Et respondere quòd est dispensabile per applicationem ad singularem actum, est principium petere, nisi lucidiùs explanetur. Nè ergò rem offuscatius obnubilemus, hæc vna distinctio meditatè audienda est, quam nemo, vt arbitror, qui perspexisset, potuisset, neque Scotus ipse sententiam nostram inficiari.

Ad tertium argumentũ.

Caiet. solutio.

Solutio Caiet. obscura.

Deus duas habet potestates.

Deus inquam duas habet potestates in vniuersum orbem: vnam quòd iure creationis est Dominus, non solùm bonorum omnium exterorum, verùm & corporum & ipsius etiam humanæ vitæ: & Angelorum quos tanquàm sua opificia in nihilũ redigere potest. Altera verò est quòd est legislator atque adeò vniuersalis omnium iudex. Et claritatis causa opùs est alteram ab altera seorsum considerare. Hoc supposito dicimus quòd si non esset verum Dominus, sed tantùm legislator & iudex, neutiquam posset dispensare vt quis rem alienam inuito Domino, si innocens esset licitè vsurparet: quia hoc adeò est intimè iniquum vt fieri iustè nequeat. At verò quia est Dominus potest cuiuscunque rem alteri tradere ipso inuito. Quod quidem nullam habet dispensationis rationem. Cùm enim tu rem tuam alteri tradis, non dispensas in furto: quia capiens non furatur. Et si pater vestem paruuli filij eo inuito traderet amico, non dispensat in furto: licèt inuitus filiolus expolietur: quia pater est verus Dominus: sicut neque prælatus meus dispensaret in furto, si me vel inscio vel inuito facultatem alteri faceret capiendi meos libros. Pari ergò modo licèt Deus vasa Ægyptiorum tanquàm Dominus tradidisset Hebræis, eisdemque posteà terram promissam, neutiquàm dispensasset in furto. Neque illud esset furtum: nã licet peculiares Domini inuiti fuissent priuati, à supremo tamẽ Domino fuisset facta donatio. Idq; inde confirmatur, quòd licèt per impossibile Deus non fuisset legislator, neq; vlla in leges potestate fungeretur, legitima fuisset vsurpatio illa: quod testimoniũ est nihil illic dispensationis interuenisse. Locutus tamen hic sub cõditione sum: quoniã Deus in traditionibus illis non absoluta potestate Domini vsus est: sed legitima iudicis authoritate. Nam quoniã de laboribus quos Ægyptijs Hebræi impenderant nullam recepissent mercedem, iusto iudicio illã eis Deus persoluit. Et, vt legitur Deuter. 9. propter execranda Chananæorum scelera pepulit eos suis sedibus, in quas Israëlitas induxit. Et quando iudex criminosum, licèt inuitum suis bonis priuat, neutiquã in furto dispensat, prohibitione enim illa furandi solùm interdicitur id quod ius naturæ vetat. Nempè innocentem inuitum authoritate priuata suis bonis nudare, vt. q. 3. lib. 5. patebit. Pari modo Deus tanquàm corporum Dominus, non tanquàm legislator potuit meretricis facultatem facere Oseæ, vt illa vteretur etiã inuita. Nam licèt consensus particularis iure ordinario requiratur ad matri-

Ægyptij.

Deus legitima iudicis authoritate vsus est, vastã Ægyptiorũ Hebræis tradendo.

Oseas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

matrimonium: tamen vbi Deus duos renuentes coniungeret, tam legitima esset coitio, imò multò magis quàm si ipsi consentirent. Tamet si neq; illic Deus credendus est absoluta potestate vsus, sed cùm omnia disponat suauiter, fortan conciliauit amborum animos vt in matrimonium consentirent. Sed in hoc sensu iussus est Oseas facere filios fornicationis, quòd illius iussus est suscipere prolem, quæ tunc fornicaria erat. Nam etiam si nullum aliud fuisset particulares consensus matrimonium, concessio Dei, quia Dominus est corporum, sat esset vt copula illa non fuisset fornicaria. ¶ Similiter ergò dicendum est de historia Abrahæ: iubens nanque ei Deus immolandum filium, neutiquam in homicidio dispensauit: quia si non esset nisi legislator, id neutiquàm potuisset facere: sed quia est Dominus vitæ potuit illam tradere in potestatem Abrahæ, sicuti pecoris Dominus potest eius vitam cui voluerit concedere. Atq; hac ratione illic non fuit homicidium: quia, vt dictum est de prohibitione furti, interdicto homicidij solùm prohibetur id quod lex naturalis abhorret. Quare cùm iudex tradit reum carnifici nõ dispensat in homicidio: quia prohibitio non extenditur ad occisionẽ illam: imò illam præcipit. Sicuti neque est dispensatio quòd quisq; inculpata tutela inuasorem interficiat: quia id natura non vetat. Vnde si homo esset Dominus vitæ suæ sicut suæ pecudis, citra dispensationem posset alteri facere facultatem vt se occideret. Et quia isto modo Deus est Dominus, citra dispensationem potuit filium patri tradere iugulandum. Quin verò vt peracutè Diuus Thom. rem tetigit, non solùm tanquàm Dominus, sed tanquàm iudex potest innocentem à culpa actuali occidere. Nam ratione præuaricationis Adæ omnes incurrimus pœnam mortis: quam idcircò morbis & fortuitis casibus à nobis in dies poscit. Verùntamen & de hoc quoque diuina laudatur misericordia quòd noluit vt Abraham trucem illã innocentis necem executioni mandaret. ¶ Discrimen ergo inter Diuum Thomam & Scotum hoc est, quòd Scotus putat furtum permanens sub ratione furti posse dispensatione diuina licitè fieri, sicut fractionem ieiunij: sed sanèt. Thom. id negat: concedit tamen quòd ceu Dominus facere potest acceptionem rei quæ anteà non erat tua non esse furtum. ¶ Per hæc planè proditur deceptio Durandi negantis dispensationem furti factam fuisse à Deo cum Hebræis in expoliatione Ægyptiorũ, aut cùm Osea in fornicatione: & tamen concedentis q̃ cum Abraham dispensauerit in homicidio filij. Deceptus inquam inde fuit: quòd non perspexerit, quemadmodùm sicuti bona Ægyptiorum potuit tanquàm Dominus tradere Hebræis, ità & patri tradere vitam filij: atque adeò sicut illud non erat furtum, ità neque hoc homicidium, à natura vetitũ: quod in malum sonat. ¶ Neque verò minori mentis lippitudine captus est dum concessit in quartum præceptum cadere posse dispensationem, arbitratus non inesse in illo mãdato tam intrinsecam iustitiæ rationem quàm in cæteris. Cùm tamẽ contrà stet veritas. Est enim naturæ intimum vt à quibus esse receperis eisdem honorem debeas: cuius ideò contrarium non magis fieri iustè potest quàm furtum. ¶ At verò de Samsone, vel dicendum est quòd tanquàm vir fortis absque vlla, seu reuelatione seu dispẽsatione potuit, vt hostes perimeret, periculo sese obijcere extremo: vel, quod libentiùs cum Augustino adstruxerim, id reuelatione Dei fecit: quippè cuius fortitudo naturalis non esset, sed supernaturalis in coma latitans: quam quidem fortitudinem, vt eius historia refert, in illo aggressũ à Deo repetiit. De Eleazaro autem facile id fuit habor quòd veluti strenuus miles elephantẽ post habita propria salute impetiuit. ¶ Quartum argumentum nihil mirum si maioris apud quospiam habeatur momenti. In primis de Abraham & Sara mihi cum Caietano & quibusdã alijs longè fit probatius fuisse fratres, quàm fratrueles: primum quòd non solùm Genes. 12. verùm & cap. 20. maritus appellauit cõiugem sororem: cùm ad cauendum periculũ satis fuisset ei persuadere vt diceret se suam esse fratruelem. Quin verò secundo loco litera Hebræa habet, verè soror mea est. Et quanuis fratrueles dicerentur etiam fratres, vt Iacobus frater Domini: tamen, verè soror maiorem habet emphasin. Illud autem potissimum est argumentum quòd si tantùm significare voluisset esse fratris filiam, non tanta verborum explicatione vteretur dicens, Filia patris mei & non filia matris meæ. Filia enim patris, durum est, pro eo vsurpare quod est, Neptis aui mei. Maximè cùm tam significanter subiungatur, Et non filia matris meæ. Hoc enim totum positum esse videtur ad explicandum rationem qua esset soror. Nam fortè quãdo soror erat, non vterina, sed tantùm paterna, non erat interdictum coniugium. Attamen Iosephus, quia hoc forsan non intellexerat, primus fuit qui lib. 2. Antiquita. cap. 15. dixit Saram fuisse filiam Aram sororemq; Loth, ac subinde fratrueles Abrahæ. Quem authorem D. Augustinus super Genes. sequutus est, ac deinceps alij. At verò non est hìc

Credit Author Deũ cõciliasse animos Oseæ et mulieris fornicariæ vt in matrimoniũ consentirent.

Abraham.

S. Thom. peracuta sententia.

Discrimẽ inter S. Tho. & Sco.

Durand. deceptio.

Durandi sententia.

De Samsone.

De Eleazaro.

Probabilius est Abrahã & Saram fuisse fratres quàm fratrueles.

Iosephus.

Augustinus.

hìc locus hoc vel prolixiùs discutiendi, vel certiùs definiendi. Nam quantum ad rem attinet præsentem satis est filios Adæ inter se fratres matrimonia cõtraxisse, quod certo certius est: atq; adeò in hoc naturæ interdicto fuisse dispẽsatum. Respondetur ergò quòd S. Tho. solùm negat posse fieri dispensationem, aut super Decalogo, aut super aliquo præceptorũ quæ illic implicantur, continentium in se rationẽ ipsam iustitiæ vel iniustitiæ: qualia sunt, honorare maiores, fornicatio. &c. Prohibitio autẽ connubij inter fratres non est propter iniustitiam aut iniuriam quam alter eorũ pateretur, sed propter naturalem indecentiam. In qua quidem ratione finis etiam naturalis, puta propagandi humani generis, qualis fuit in filijs Adæ, aut propter alium, poterit absq; vlla absurditate dispẽsari. Nam etiam secundus gradus consanguinitatis quoddam præ se fert indecorum naturale ad matrimonium contrahendum: siquidẽ propter hoc est ab Ecclesia vetitus: & tamen dispẽsationem admittit. Patrem autem filiæ aut filium matri matrimonio commiscere vsq; adeò fœdum est, vt non sit dispensabile. Quanuis si contingere posset, vt totum humanum genus in patre & filia fieret superstes, nõ prorsus probabilitate caret, quin possent connubio iungi. ¶ Deinq; ad quintum sanctus Tho. nihil aliud respõdet quàm quòd illa Macchabæorum cogitatio in Sabbatho pugnandi non fuit dispẽsatio sed epicikeia, de qua suprà loquuti sum⁹: non enim tenemur festum seruare cum mortis periculo, vt Matth. 12. Christus nos docuit: nempè quòd opera charitatis diem festum nõ violant. Haud tamen rei satis videtur facere. Quicquid enim hoc præcepto continetur, nẽpe cessare à seruili opere & audire sacra, dispensationem recipit: non solùm quę à Deo fiat, verum quam potest etiã facere Ecclesia. Qua ratione, vt superiùs vidimus, Isychius non annumerat hoc in Decalogo tanquàm ius naturæ. De hoc autem quæstione proxima art. 3.

Fieri potest vt & pater filiæ, & filius matri licitè possint cõnubio iungi.

Ad quintum argumentũ.

ARTICVLVS. IX.

Vtrùm modus charitatis cadat sub præcepto.

Primum argumentum à parte affirmatiua.

POST hęc quæ de præceptorum firmitate dicta sunt, consequitur vt videamus de eorum vi obligandi: An scilicet virtutis modꝰ cadat sub præcepto legis. Et arguitur à parte affirmatiua. Modus virtutis est iustè quę iusta sunt operari: iuxta illud Deut. 16. Iustè quæ iusta sunt exequêris. atq; eadem ratione strenuè ac fortiter quæ sunt fortitudinis, & temperatè quæ sunt temperantiæ: iustè autem & strenuè facere, non contingit sine virtutis habitu: ergo talis modus cadit sub præcepto. ¶ Secundò: nihil magis ad vim attinet præcepti quàm quò fertur legislatoris intentio: hic autem, vt 2. Ethic. ait Arist. intendit studiosos efficere ciues: sed studiosus nemo est quousq; habitum genuerit: ergò agere ex habitu cadit sub præcepto. ¶ Tertiò: Modus virtutis est prompto lætoq; animo virtutis officia præstare: hoc autem in Psal. 99. iubemur, Seruite Domino in lætitia. Et 2. Corinth. 9. Non ex tristitia: hilarem enim datorem diligit Deus: ergò omnes isti modi cadunt sub præcepto. ¶ In contrarium est argumẽtum quòd studiosus (vt modò dicebamus) nequit nisi habitu imbutus virtutum munera dignè perficere. Qua propter si hic modus virtutis caderet in præceptum, quicunque absq; tali habitu legẽ impleret, censeretur eius transgressor, ac perinde reus esset pœnę legis: consequens tamen inde cõstat esse falsum, quod ob id lex comminatur pœnam vt eius metu custodiatur, & sic ciues consuetudine habitum generent.

Argumẽ. 2.

Aristot.

Argum. 3.

AD intelligentiam huius quæstionis discernẽdus primùm est modus virtutis de quo hic agitur à modo charitatis, de quo in subsequenti articulo. Charitas enim est habitus infusus, gratiæ gratum facientis indiuiduus comes: habitus autẽ virtutis esse potest acquisitus ac informis: non ergò hic quæritur vtrum ad satisfaciendum præcepto requiratur habitus gratię, sed vtrùm requiratur vt operetur homo ex habitu saltem informi. Secundò meminisse oportet trium cõditionum quas Aristoteles. 2. Ethicorũ, cap. 4. in studioso requirit: quæ sunt, vt sciens faciat. Deinde eligens propter hoc: puta ex electione in ordine ad finem. Et tertio vt firmo ac immutabili animo id eligat. Indoctè enim quidam in duo dissecant eligens & propter hoc. Nam sine coniunctione vnica est conditio eligere propter virtutis finem. Atque hæc simul tria, non sunt tres, sed vnus virtutis modus: vna enim deficiente deficit modus. ¶ His ergò prælibatis perspectè notandum est quòd modus iste virtutis, vt tres habet partes, ità trina differentia consideratur à diuina lege & humana. Nam partim ab vtraque perpenditur: partim verò à sola diuina: non autem ab humana: sed partim ab vtraque illarum. Eapropter tribus conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prima est, scientiam,

Sensus quæstionis explicatur.

Tres cõditiones requisitę in studioso, ex Arist.

Prima cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam,quę prima pars est modi virtutis,tam humana lex quàm diuina respicit ac iudicat. Quod enim quis ignorans facit, id non simpliciter volens facit. Quocircà ignorantia vtroq; iudicio tam diuino quàm humano culpā, vel in totū,vel in partem excusat.¶Secunda conclusio.Illa conditio secunda,vt opus fiat ex electione propter finem, non quidem ab humana lege,sed tamen à diuina cōsideratur. Radix autem huius discriminis est distantia cognitionis humanæ à diuina. Enimuerò lex quælibet, vt suprà dictum est,&.10.Ethico.cap.9. Aristmeminit, pœnæ metu ad sui custodiam vrget: pœnam autē legislator à nemine exigere potest,nisi de illa re,quæ in suā potest venire notitiam.Nam de alijs iudicare non valet: homines autem qui, vt.1.Reg.16.legitur,ea duntaxat quæ patent vident,de intimis cordium cēsere nequeūt:sed,vt est in Psal. Solus Deus corda scrutatur & renes. Hinc ergò palàm fit ꝙ neq; de hominis intentione,neq; de eius volūtate lex humana iudicium ferre potest, atque adeò neq; obligare, vt opera tali intētione aut voluntate fiant: lex autem diuina non solùm illam, verùm eam potissimùm suis bilancibus pendit, ac pro illis præmia suppliciaq́ue decernit. Lex inquam humana internā iram, etiam si firmum pariat nocendi propositum, punire nequit:secus autem diuina. Ait quippe Christus Matth.5. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio:&,Qui viderit mulierem ad cōcupiscēdam eam,iam mœchatus est eam in corde suo. Pari ratione qui creditori debitam pecuniam vel gladium corrupta intentione reddit: nempè vt vel vsuram exerceat, vel homicidium faciat, legi humanæ non est aduersus: persoluet tamen Deo supplicium.¶Tertia cōclusio.Tertium illud quod ad virtutis modum requiritur, puta firmo stabiliq; animo operari,quod proprie ad habitū pertinet,& de quo præsens præcipuè quæstio instituta est, sub præcepto non compræhenditur,neq; humanæ legis,neq; verò diuinæ. Qui inquam parentibus honorem debitum impendit,etsi habitum nō habeat pietatis,legi nihilo minus satisfacit humanæ: & nisi alia circunstantia vitietur actus, similiter satisfacit diuinæ,vt peccatum effugiat. ¶Emergunt autem ex his nonnulla dubia explicatu digna. Et primum circa primam conclusionē, qua asseritur scientiam & ignorantiam vtraq; lege ad culpæ pondus atq; ad leuamen existimari. Est dubium an idem sit prorsus quātum ad rationem virtutis, vtrum scilicet qui ignorans facit opus legis,eidē satisfaciat. Vt si quis exempli gratia in ebrietate audiret sacra, nescIens prorsus quid faceret, vtrùm præceptum expleret. Videtur nanq; ratio id suadere.Nam postmodùm rationis luce potitus non censere tur reus culpæ,quamuis iterum non audiret. Et confirmatur ratio. Nam qui obnixè reluctans inuitus pertraheretur in ecclesiam, cogeretur-q́ue interesse sacris,videtur præceptum implere.Sicuti & ille qui in die ieiunij per vim arcere tur à cœna. Et rem facit probabiliorem quòd si pœna vlla, seu excommunicationis seu alius decreta esset in huiusmodi præceptorum transgressores,istos non ligaret. Respōdetur nihilo minùs,Nullū præceptum vt reor, impleri,per actum qui nullam habet libertatis rationem. Nam aliàs & puerum ante rationis vsum censeres implere præcepta.Cùm tamen hac ratione nulla eos lex comprehendat, quòd cùm nō sint arbitrij sui compotes,nōdum capaces sunt legalis vinculi: lex nanq; hominibus ponitur: & ideò humano more non brutorum implenda est.Et hoc arbitror.S.Thom.punctim designasse,vbi ait scientiam ab vtraq; lege considerari. Nam ignorantia sicut ob id quod volūtariū tollit excusat à culpa:eadē ratione tollit impletionē præcepti.¶Sed arguis cōtrà,vel dispu tationem esse tantùm de nomine,vel sic ignorantem implere legem. Nam qui præcepti tēpore vel somno vel mero captus est,vel alia ratione mentis inops, illo temporis articulo non transgreditur præceptum: ergò perinde est ac si impleret. Negatur consequentia. Neque est disputatio de solo nomine.Nam & si illo tempore per ignorantiam excusetur,tenetur nihilo minùs si antequàm tempus præcepti labatur in mentem redeat,ipsum implere:aliàs reus esset pœnæ iuris.Et idem est de illo qui inuitus facit.Quamuis iste quia vsum habet rationis,liber esset à pœna iuris.Ille autem qui metu implet, legi satisfacit:id est, nouā euitat culpam, quoniam talis impletio,actus humanus est, ac liber.Quòd si rursus insurgas: Si cui in pœnitentiam iniunctus esset dies ieiunij,& vi,vt pœnitentiam impleret, primaretur cibo, verè debitū solueret. Nam si pecuniam alia ratione deberet & creditor vi ab illo eriperet, satis restitueret:ergò eadem est ratio de aliorum præceptorum debito. Fortassè sint qui primum antecedens concedant: ego verò id minimè faciam: quoniam impletio præcepti pœnitentiæ deberet esse humanus actus. Quare si flagella essent mihi iniuncta & ab alio inuitus vapularē, non facerem satis: quia illa non est actio, sed solùm passio: præcepta verò affirmatiua per actionem implenda sunt. Neque est simile de illo qui tantùm debet pecuniam: quoniam quomodocūq; illa in manus creditoris veniat, liberatur debitor. ¶Contra secundam cōclusionem,quæ diximus intentionem non pensari,neq; existimari à lege humana, binū existit argumentum.Primum,quòd exemplum sancti Thomæ quod adduximus non apparet ad propositum pertinere:videlicet quòd qui mente proponit nocere,sed re non nocet, non punitur lege.Nam hoc est considerare actum interiorem per se absolutè:& tamen quæstio est de ipso quatenꝰ causa est externi operis, quod re vera fit.¶Ad cuius claritatem secūdò arguitur.Si quis hominem occidat nō plenè deliberata intentione sed subitaneo motu: vel si metu cessset Ecclesiam adire:vel aliud præceptum implere: isti actus interioris voluntatis perpenduntur humano iudicio ad remittēdam vel augendam pœnam:ergò conclusio secunda non est omninò vera. Ad prius istorum respondetur quòd exemplum sancti Thomę optimum fuit ad explicandum quomodò peccatum interius lex humana nō affert in suum tribunal. Nam inde colligitur quòd quando re vera est causa operis,non punitur nisi ratione eiusdem operis.Et quando externum opus est iustum, nihil de actu interiori curat: vt dicebamus de illo qui mala intētione debitum soluit.Et idem est de iudice si ex odio latronem suspendat: solus enim Deus illius cor iudicabit. Ad aliud verò respondetur, quòd si ille qui ex metu vel subita ira peccat aliquatenus humana lege excusatur,non est quia non intendit facere,sed quia quodammodò facit ignorās, vel quia causa faciendi libertatem minuit.

Primum argumentum contra secūdam conclusionem.

Argum.2.

Ad primum argumentū.

S. Thom

Ad secundū argumentū.

Solutio argumenti.

Ad primum argumentū.

AD primum igitur capitaliū argumentum respōdetur quòd modus virtutis qui præcepto iubetur est vt officium secundùm ordinem iuris præstes. Hoc enim est iustè quod iustum est exequi: nempè vt de latrone aut homicida nemo nisi iudex publicus vindictam sumat,idemq; legitimè cognita causa.¶Ad secūdum superiori libro cùm de legis actibus agemus respondebamus,quòd intentio legislatoris primùm fertur in finem,qui est bonos facere ciues: id quod nemo nisi firmato habitu assequitur: medium verò & via ad eundem finem consistit actuum exercitio: nam ex actibus gignitur habitus:finis autem legis non cadit sub præcepto,sed medium quo ad eundem peruenitur. Quę quidem regula inter canones moralis philosophię egregia est.Quare præcepta non de habitibus,sed de actibus instituuntur,in quibus ratio peccati & meriti consistit. Negatur ergò primum antecedēs, scilicet id cadere sub præcepto quò præcipuè intētio legislatoris fertur.¶Ad tertium respondet.S.Tho. quòd virtutis officium absq; tristitia fieri, sub præcepto continetur:eò quòd agens ex tristitia non agit simpliciter volens.Item læto hilariq; animo operari,si lætitiam denotet quæ ex dilectione dimānat,ad vim etiam præcepti pertinet:sicuti & dilectio ipsa: si verò illā quæ procedit ex habitu,non ad præceptum,sed ad finē eius virtutisq; spectat.Et nè cui obscura appareat responsio,prius membrum de sola lege diuina intelligendum est,quę internorum etiam actuum rectitudinem exposcit. Qui enim ex tristitia operatur, intus remurmurat aduersus legem:quod porrò Deo ingratum est: lex autem humana non se item cordibus scrutandis immergit: & ideò licèt ex tristitia illā impleas, eidem satisfacis.Et eodem modo intelligitur secundum: videlicet sub præcepto comprehendi lætitiam quæ ex dilectione manat. Nam quòd diuinæ legi satisfacias,requiritur vt ex electione in ordine ad finem opereris:scilicet propter honestatem virtutis:quæ quidem electio hilaritatem quandam habet annexam:eò ꝙ non fit coactè.Hilaritas autem quæ ex habitu enascitur,alius est generis. Nempè quòd cùm habitus reluctantes passiones compescat,tristitiā pellit,promptumq; reddit animum,atq; adeò lætum.Quod iam dictum est non præcepto iuberi,sed finem illius esse & ad genitam pertinere virtutem.

Ad secundū argumentū.

Ad tertium argumentū. S. Thomæ.

ARTICVLVS. X.

Vtrùm modus charitatis cadat sub præcepto diuinæ legis.

QVoniam negatum est modum virtutis cadere sub præcepto, inuestigare subinde restat, an præcepto diuinæ legis charitatis modus cōprehendatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Ait enim Christus Matth.18. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Vbi astruere videtur mandatorum custodiam per se sufficere ad obtinendam æternam vitam: virtutum autem officia minimè ad id sufficiunt nisi ex charitate oriantur, secundùm illud.1.ad Corinth.13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas:& si tradidero corpus meum ità vt ardeam:charitatem autem nō habuero,nihil mihi prodest:ergò modus charitatis cadit sub præcepto. ¶Secundò: Præceptum est omnia nostra opera in Deum referre, iuxta illud.1.ad Corint.10.Omnia in gloriam Dei facite: hæc autem

Primum argumentum partis affirmatiuæ.

Argumē.2.

Tertia conclusio.

Primum dubium circa primam conclusionem.

Secunda Cōclusio.

Ratio cōclusionis.

Egregia regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem relatio pertinet ad charitatis modum: quippè cuius propriũ obiectum est Deus quò cuncta refert: ergò ad talem modum vis extenditur præcepti. ¶ Tertiò: Si modus charitatis sub præceptum non veniret, posset quisq; præcepta extra charitatem implere, atq; adeò extra gratiã quæ eius est indiuiduus comes: hoc autem in Pelagianorum errorem impingit: vt Augustinus. August. lib. de hæres. cap. 88. docet: ergò absq; tali charitatis modo nullũ impletur diuinum præceptum. ¶ In contrarium autem est, quòd si modus charitatis necessarius esset ad implendum præceptum, quicunq; eadem esset orbatus charitate, quæcũq; opera, etiam genere suo bona exerceret, transgrederetur præceptum, ac perinde mortaliter peccaret: quod est cõcessu absurdissimum.

Argum. 3.

Sensus quæstionis propositæ.

Quæstio præsens non sicuti precedens, de omni virtute tam humana quàm diuina, sed peculiariter de diuina mouet: quoniam de humana nulla est controuersia. Nam cùm (vt modò definitum est) ad intrinsecos voluntatis motus, quæ sedes est charitatis, nõ pertingat, nõ obligat ad talem charitatis modum qui nos Dei facit amicos: sed illum habet proximum scopum vt pax inter homines extrinsecùs constet. At verò cùm proximus finis diuinæ legis sit amicitia Dei quæ in actibus interioribus consistit, & ipse paratissimus sit tali charitate, nisi per nos steterit nos suffundere, meritò quæritur an suarum obligatio legum eò pertingat vt teneamur illas ex charitate implere. Modus nãq; charitatis est, Dei iussa ceu eius filij facere: vel per actũ quo constituamur eius filij. ¶ Et sanct. Tho. recitatis duabus opinionibus contrarijs easdem reconcilians respõdet duabus cõclusionibus: quæ hac distinctione clarescunt. Actus charitatis bifariàm consideratur. Vno modo vt est quidam singularis actus peculiaris virtutis amandi: sicuti est alius actus sperandi atq; alius credẽdi: nempè cuius contrarium est formaliter odisse. Et iuxta hũc modum statuitur prior conclusio. Actus charitatis cadit sub singulari præcepto. Nẽpè sub hoc: Diliges Dominũ Deum tuum, & proximum sicut te ipsum. Altera verò ratione consideratur non vt est singularis obiecti, sed vt est vniuersalis conditio & modus omnium virtutum. Paulò enim antè explicuimus, Non habere deos alienos, Non peierare, Sabbatha sanctificare, nil aliud esse quàm Deum diligere: sicuti honorare parentes, non furari, non occidere. &c. nil aliud quàm diligere proximũ: non quidem formaliter, vt aiunt, sed materialiter. Exẽplum est in virtute iustitiæ: nam alia est singularis commutatiua, atq; alia generalis, quæ est modus vniuersalis obedientiæ, omni virtuti cõmunis: ac proinde dicitur legalis: quoniam per omnem virtutem obedimus legi. De hac ergò charitatis ratione statuitur posterior cõclusio. Modus talis charitatis nõ cadit sub præcepto: quod est dicere, In hoc præcepto, Honora patrem & matrem, non includitur vt sint parentes ex Dei charitate honorandi: sed quòd exhibeatur eis exterior reuerentia. Quare licèt eam præstes in peccato mortali non ideò fis præceptí transgressor. Probatur conclusio. Charitas Dei ideo est generalis modus omnium virtutum, ꝙ est finis ad quẽ lex diuina ordinat, iuxta illud suprà citatũ. 1. ad Timoth. 5. Finis præcepti, charitas. Et ad Roma. 13. Plenitudo legis est dilectio: finem autem iam definitũ est non cadere sub præcepto legis, sed actiones, quibus illuc tenditur. Quare bene ait. S. Tho. intentiõnem finis esse modum formalem superioris ordinis. Quod est dicere, non includi in præcepto rum substantia. Et hoc pacto conciliat dictas opiniones: nempè vt quæ affirmat modũ charitatis cadere sub præcepto, intelligenda sit de singulari dilectionis præcepto: negans verò, interpretãda sit de alijs. ¶ At verò quoniam ista quæstio plurimis scatet ambiguitatibus, accuratiorem postulat, ac perinde paulò ampliorẽ disputationem. Et quo faciliora priùs expedia mus, præter opiniones duas quas hìc. D. Tho. recitat, exiſtit tertia, quę in istarũ concordiam pertrahi non valet. Sunt enim quæ secundam conclusionem sancti Thomæ auersentur, dicẽtes singula præcepta Decalogi atq; omnia diuina includere modum charitatis. Itaque legis officia nisi in gratia fiant, non solùm non sunt meritoria, verum sunt peccata: vt potè eorundem præceptorũ trasgressiones. Hæc inquam opinio non modò est Lutheranorum, vt lib. 3. de Natura & gratia, adnotauimus: & infrà hìc lib. 8. repetituri sumus: verum & fuit olim opinio doctoris aliàs celebris Dionysij Cistercien sis in suo. 2. Sentẽtiarum, dist. 17. Is nanq; hallucinatus ex fallaci illa consequentia est. Quibuscunq; nos Deus præceptionibus suis intendit ad suipsius amorẽ pertrahere: ergò ex eodem amore tenemur cuncta perficere. Et addu cit pro se illud Petri Apostoli, Omnia opera vestra in charitate fiãt: atq; aliud Bernar. Omne quod præcipitur, in sola charitate solidatur: atq; Augustini similia. ¶ Hæc autem opinio non solùm falsa, verùm & errori quàm proxima est, Tridentina Synodo, can. 7. aduersus Lutheranos damnato: nempè cuncta opera quæ extra gratiam Dei fiunt, esse peccata. Contra quem

D. Thomas.

Distinctio.

Prima conclusio.

S. Tho.

Secunda conclusio.

Paulus.

Ratio conclusionis.

Dionysij Cistercien. Ratio Dionysij.

Author lib. de natura & gratia.

quem nos errorem lib. 1. de natu. & gratia, cap. 19. & quatuor subsequẽtibus depugnauimus. Nam vt illa mittamus opera quæ ex obiecto & circunstantijs sunt mala, cætera aut sunt præcepta, aut consilia, aut indifferentia: puta comedere & ambulare, quæ bene maleq; fieri possunt. Si ergò præceptorum obsequia cũcta extra gratiam peccata sint, illa quoq; erũt peccata quæ sub consilio militant. Nam si præcepta Deus nos obligat ex charitate implere, videtur id pariter & de consilijs iussisse: atque adeò de alijs naturalibus operibus, quę iure nobis ad vitam viuendam licent. Nam omnia sunt à Deo veluti à naturæ parẽte instituta. Atq; adeò omnia opera quæ in peccato fiunt peccata essent.

Prima ratio in Dionysiũ

Secunda ratio.

¶ Deinde arguitur. Si vniuersa mãdatorum officia teneremur ex charitate exhibere, vel hoc esset ob communem illorũ obligationem, vel ob singularem charitatis præceptionem. Non quidem ob generalem omnium: nam per illa nõ imperantur nobis aut prohibẽtur nisi opera: vt paternus honor, & ab iniurijs abstinere quibus amicitia violatur. Quòd si in honore parentum charitas aliqua includatur, certè illa satis erit, quæ naturaliter inter homines initur. Singulare autẽ charitatis Dei mandatum, cùm affirmatiuum sit, nõ obligat (vt aiunt) pro semper, sed certis opportunisq; temporibus: extra quæ ideo tempora non est cur obligemur cætera ex charitate præstare. ¶ Insuper arguitur. Si illud singulare præceptum in cũctis alijs esset obseruatu necessariũ, sequeretur ꝙ cuiusq; transgressio duplicatum esset delictum. Scilicet & contra peculiare obiectum: verbi gratia, furari: & contra diuinam charitatem. Præterea sequeretur quòd vbiuis in materiam cuiuscunque præcepti incideremus, teneremur cõscientiam discutere, vt in Dei gratiam reciperemur. Quin age sequeretur insuper quòd nemo ad sacramentum cõfessionis dignè accedere posset, nisi qui gratia iam potiretur. Nam illud etiam confessionis præceptum deberemus implere in gratia. Imò neque ad baptismum posset dignè accedere adultus nisi iam factus membrũ Christi. Quare neutiquam sacramenta possent primam conferre gratiam. At non opus est pluribus contra huiusmodi opinionem dimicare: quippe contra quam loco citato de natura & gratia, plurima coniecimus. ¶ Sed cõcludamus cum Theologis distinguentes bifariàm posse Dei præcepto satisfieri. Vno modo quantum ad substantiam operis, quod est, sic ipsum implere vt transgressionis peccatum aut omissio nis caueatur: altero verò modo quantum ad intentionem præcipientis: id est cum finẽ & metam attingendo, quò præcipientis intentio dirigitur: quæ est vita æterna. Illuc nanque nos Deus per suas leges perducere proposuit, secũdum illud, Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Vnde vt legi priori modo satisfaciamus nõ est necessaria charitas, sed vt eam posteriori ratione impleamus. ¶ Quo fit vt ad illum priorem implendi modum nulla sit opus relatione operis in Deum per specialem eius succursum, ceu in finem supernaturalem: quod Gregorij Ariminenẽ. in. 1. Sentent. dist. 26. & sequẽtibus placitum fuit: sed satis est in ipsum referri tanquam in finem naturalem: in quem sanè quod cunq; per se opus, quod nulla praua circunstãtia vitiatur, natiuam habet relationem. Deus nanq; naturæ conditor ad se cuncta dum condidit, retulit. Quocirca eiusmodi mãdati implẽtio naturali Dei influxu fieri potest: iuxta illud Pauli ad Roma. 2. Gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt. Tametsi tota lex absq; speciali gratię subsidio impleri nequeat, vt longo tempore absq; peccato viuamus. Hęc autem lib. 2. de Natura & gratia, cap. 20. satis discussimus. ¶ De priori autem conclusione sancti Thom. nempe de singulari præcepto charitatis acriora sunt dubia: scilicet tam de eius necessitate, quàm de eius materia, & modo. Dictum est enim finem legis non cadere sub præcepto: cùm ergò charitas & Dei amicitia, finis sit diuinæ legis, nõ oportebat singulare de illa præceptum institui. Est enim bra uium quod per aliorum præceptorum obseruantiam obtinetur. ¶ Mox arguitur: charitas est donum supranaturale Dei: præceptum ergò illius assequendę nequit à nobis naturali facultate impleri: quia neq; ipsam valemus naturaliter assequi: cùm ergò fidelis Deus nihil nobis impossibile præcipiat, non debuit nobis tale mandatum iniungere: atq; ideò minimè, ꝙ cum nemo sciat an odio vel amore dignus sit, nullus posset certior fieri an illud impleuerit. Quare neque vllus posset conscientiam de hac suam pacare. ¶ Præterea cùm sit affirmatiuũ, dignoscenda tempora restant quibus obligat: hęc autem nõ sunt deprehensu facilia. Nam si dixeris satis esse semel in vita, idq; in articulo mortis implere, profectò longè à natura eiusdem præcepti aberras. Cùm enim præceptum hoc cæterorum omnium sit præambulum, & vt ait Paul. finis: præcepti charitas: ridiculum esset dicere quòd liceat transigere totam vitam antequàm nos obliget. Præterea si ab humanis exemplum petamus, miles dum nomen suum in militiam dat, tunc se in amicitiam principis addicit: præceptum ergò, si vllum est charita-

Tertia ratio

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Distinctio.

S. Thomas.

Discutitur prior cõclusio.

Prima ratio

Secunda ratio.

Tertia ratio

Paulus.

Cõfirmatio prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio. Refutatio. tis, ab initio statim vitæ obligat. Quòd si dicas statim elucente rationis lumine obligare, certè hoc non est omnibus, sed paucissimis notum. Imò neque vllus vnquàm huiusmodi omissionem sacerdoti confessus est. Ad hæc S. Tho. loco præsenti alia tempora huic præcepto cõsignat: vt pote qui in fine articuli docet transgressionem eiusdem præcepti contingere posse, vbi alia violantur. Quòd si cum Scoto in 3. dist. 27. respondeas tempora huius præcepti esse omnes dies festos: sanè quibus homo tenetur se Deo commẽdare & gratias agere: in cõtrarium est argumentum quòd hoc non exprimitur in præcepto sanctificandi festum: quippe quo duntaxat iubemur à seruili opere cessare. Et quãuis finis eius sit vacare Deo, tamen finem, iam dictum est, non cadere sub præcepto, quod in talem ordinatur finem, de quare. q. sequenti ar. 4. latius. In summa, hoc in præsentiarum desideratur, quidnam tali præcepto nobis iubeatur, vtrum videlicet intraria sola dilectio, an verò extrarium etiam opus. ¶ Respõsio horum argumentorum à postremo auspicanda est. Præceptum inquam dilectionis non præcisè ad internum affectum obligat, sed certe ad externum opus. Affectus enim bonus propter bonum opus est. Obligat enim primum omnium charitatis lex, si diuo Thomæ fidem tribuas, vt dum quis primùm rationis lineam ingreditur, se & sua in Deum referat. Cùm primùm, inquàm, non eodem temporis momento, sed cùm incipit homo plene deliberare & vnum esse primum rerum parentem nosci. Et certè non absque ratione hoc adstruxit. Nam cùm ad hoc nos Deus creatos duxerit, ratioq; naturalis eum nobis, vnã fuisse omnium primam causam ostendat, quàm maximè sit rationi consentaneum, vt tunc homo ipsius amore à malo recedere debeat proponere, atque agere bonum. Hoc enim est Deum pro tunc super omnia diligere. Quare præsente tunc eius speciali auxilio, fidẽ homo & gratiam reciperet, qua ab originali mundaretur. Quicquid autem de hoc sit, arbitror, vt cùm homo rationis compos baptismo intingitur, vitam in Deum suam referre debeat: sicuti eã tunc præcepto fidei tenetur credere, ità & quę credit sperare, & à quo illa sperat diligere: vt lib. 2. de natu. & gra. cap. 12. & subsequẽti mõstrauimus: instar illius qui in militiam nomen suũ dat principi. Ac subinde crediderim quòd qui tunc non se ad gratiam disponeret, peculiariter contra charitatem delinqueret: veluti cõtra fidem si non crederet. Neq; in his tantũ modò casibus, verùm fortè quoties opus aliquod egregium inceptamus, vel causa subeundi martyrij nobis offertur, vel illustre aliquod beneficiũ à Deo suscipimus, vt dum nos à præsentissimo mortis periculo eripuit: nõ esset temerariũ asseuerare, sed certè prudentia, vt eodem quoq; præcepto teneamur Deum diligere: etiam quantum ad modum: hoc est apparare nos quantũ in nobis est ad ineundã cũ Deo gratiam. ¶ Hoc tamẽ hic adnotato opus est, quòd vt reliqua, sic & singulare quoq; præceptũ charitatis potest quantũ ad substantiam operis impleri absq; eius modo. Exẽpli gratia: Arbitror præceptũ hoc hominẽ perstringere vt quoties nomen Dei blasphemari viderit, eiusq; honorem pessundari ac lacerari, à parte ipsius stet, eiusq; tueatur inaccessam maiestatẽ. Quo tamẽ articulo nõ subinde crediderim teneri suorũ criminũ pœnitere vt Dei sibi amicitiã conciliet. Quare neq; hoc præceptũ vniuersim obligat ad suum ipsius modũ, sed quãdo occurrit articulus internè diligẽdi: nam in hoc cõmemorato casu solùm est necessitas exterioris protectionis. Et per hæc soluta restant penultimũ vltimumq; argumẽta. ¶ Ad primũ autem respõdet sanctus Tho. 2. 2. q. 44. q etsi charitas finis sit aliorũ præceptorũ, atq; adeò non cadat sub ipsorũ vinculo, nihilo minùs decuit singulare eius præceptum cũctis alijs præmitti, tanquàm eorum præambulũ. Et ideo illud, sicut neq; alterũ dilectionis proximi, nõ est in Decalogũ inclusum, sed extra in radice præfixũ, in quod reducũtur præcepta primæ tabulę: sicuti in alterum, præcepta secundæ. ¶ Ad secundũ autẽ facilè respõdetur per illud Aristotelicum axiõma: Quæ per amicos facimus, per nos ipsos facere videmur. Nam quanuis per nos ipsos præceptum & modũ charitatis nequeamus implere, tamen Deus paratissimus est, nisi per nos steterit, opẽ nobis ad id perficiendũ ferre. ¶ Verùm tamẽ minimè prætereunda est vltima clausula sancti Tho. in responsione quæstionis. Ait enim quòd qui parentes ex Dei charitate non honorat, non est transgressor præcepti de honorandis parentibus: licèt sit transgressor præcepti quod est de actu charitatis, propter quam transgressionẽ meretur pœnã. Ex his enim verbis nõnulli ex nostris hanc inferunt mentem sancti Thomę, quòd vbicunq; occurrit materia aliorũ præceptorũ, concurrit pariter charitatis mãdatum, contra quod subinde peccatur si cætera nõ impleantur ex charitate. Intellectus autem iste cõtrarius est diuo Thomæ. Quippe qui definiens modum charitatis nõ includi in alijs præceptis, docet neque semper cum eis concurre-

Ad primum argumẽtum principale. Obiectio. Solutio. Ad tertium. S. Thomas.

re: sed, cùm sit affirmatiuum, habere sua definita tempora, vt in solutione secundi euidentius edocet. Mens ergo eius est q si illo tempore quo præceptũ charitatis, eiusq; modus obligat, cõcurrere accidat aliorum quodlibet, tũc illud aliud implendum sit ex charitate: nõ propter illius obligationem, sed propter huius vinculum.

SVperest autem vt argumentorum in capite quęstionis obiectorum respõsa subijciamus. Respondetur ergò ad primũ q cùm vnũ præceptorũ sit ipsum charitatis & modi eius, quicunq; vniuersa seruat, est in gratia. ¶ Sed arguis cõtrà. Stat homini existenti in peccato nũquàm afferri tẽpus præcepti dilectionis: tũc ergo cuncta ille poterit seruare quantũ ad substantiam operis, & tamẽ non ingredietur vitã. Propter hoc argumentũ sunt qui affirmẽt existenti in peccato præceptũ esse cõuerti in Deũ: quod quia peccator non implet, non ingreditur vitam. Attamẽ licèt hoc, problẽma sit, nũquàm mihi tamen persuasum est pluribus præceptis obid præcise hominẽ teneri quòd lapsus est, quàm obligatur dũ existit in gratia. Sed est ei necessarium conuerti necessitate finis, si vult habere vitam æternam. Quicquid autem de hac re teneas, argumentũ præsens non vincit. Respondetur ergò quòd verbũ Christi intelligitur de illo qui est in gratia. Ille enim si seruat cuncta mandata, saluus erit. Qui autẽ per vnius transgressionem à gratia decidit, ille nõ seruauit mãdata. Et ideò non satis habet deinde seruare cætera quousq; violati pœniteat. ¶ Ad tertium respondetur quòd hoc quod est omnia in Deum referre, ad præceptum peculiare charitatis pertinet. Ob idq; quoties tempus eiusdẽ præcepti occurrit, tenemur cuncta quæ tunc facimus in Deum tãquàm in finem supranaturalem referre. Quare illo temporis articulo qui parentibus extra charitatem obsequeretur, licèt non esset violator quarti præcepti, esset tamẽ transgressor præcepti charitatis. ¶ Subelit autẽ diuus Thom. quod cùm hęc sint duo præcepta affirmatiua nõ obligãtia ad semper, possunt pro diuersis tẽporibus obligare: & ita potest contingere quòd aliquis implens præceptũ dilectionis non tunc transgrediatur præceptum modi charitatis. Vbi planissimè dilucidat quod super proximis verbis in calce quæstionis nuperrimè adnotauimus. Tunc ergo secũdùm ipsum nõ est peccatũ nõ referre illud opus in gloriam Dei tãquàm supernaturalis finis. Igitur verbũ Pauli dupliceẽ exclubere potest sensum: videlicet & præcepti & consilij. Si sit præceptum, non obligat pro

semper: si autem consilium, sensus est vt procuremus nos semper in Dei gratia per impletionem omnium mãdatorũ asserere. Tametsi & qui in peccato opera exequitur moraliter bona, eadẽ in gloriã Dei facit naturali modo. Quare tertius sensus eorundem verborũ est vt nulli operi aliũ finẽ quàm Deũ præstituamus: sed cuncta eo fine exequamur ad quem creata sunt: quod vtiq; præceptum quantũ ad substantiam operis etiam extra gratiam impletur. ¶ Ad tertiũ respondetur q cũ nemo valeat cõplere præcepta, nisi & ipsum quoq; charitatis quãdo occurrerit expleat, & hoc absq; gra per fici nequeat, fit vt neq; sine illa possim̃ implere omnia. At verò quãuis hic, vbi de modo charitatis sanct. Thom. tractabat, hac fuerit contẽtus solutione, nihilo minùs neq; alia vniuersã mãdata potest homo post lapsum naturę per peccatũ Adę absq; speciali Dei munere implere. Sumus enim sicuti infirmi qui possint aliquot passus gradi, non tamẽ plurimos progredi. Et ideo licet possimus vnum aut alterũ nostrapte natura morale bonũ præstare, diu tamẽ stare non valemus, quin decidamus. Hoc autẽ lib. 1. de Natu. & gratia, cap. 22. latissimè ex dictis Augustini Conciliorumq; Mileuitani & Arausicani constabiliuimus, perque doctrinam eiusdem sancti doctoris. 1. 2. quæstione. 109. explicauimus.

Solutio S. Tho. extẽditur. Author lib. de natura & gratia. Augustinus. Con. Mileu.

ARTICVLVS. XI.

Vtrùm alia præcepta moralia quæ extra Decalogũ vagantur, cõgruenter, tũ distinguantur, tum etiam ad eundem reducantur Decalogum

HIC articulus in superioribus sæpe desideratus est ac insinuatus, quò explicetur numeri sufficiẽtia Decalogi, eiq; annexarum moraliũ præceptionum. Arguitur ergò q non fuerint alia moralia præcepta præter decẽ illa necessaria. Omnis enim lex & prophetæ, vt Matth. 22. asseruit Christus, ex duobus illis pendẽt, charitatis Dei & proximi. Prius autem illorum abundè priori tabula explicatur: posterius verò posteriori: ergo nulla sunt insuper necessaria. ¶ Secũdò arguitur. Si alijs opus fuisset præceptis, hoc esset vel tanquàm generalibus vel tanquàm specialium ipsorum determinationibus: non quidem tanquàm generalibus, quia maxima illa duo nõ erãt explicitu necessaria:

Primũ argumentum ad partem nẽgatiuam. Secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed sunt, vt dicebamus, decalogi præuia principia: conclusiones autẽ generales, omnes sunt in Decalogo. Neq; verò opùs erat moralibus alijs tanquam generalium determinationibus: nam, vt anteà ostensum est, determinationes moralium præceptorũ ad cæremonialia pertinent, atq; ad iudicialia. ¶ Tertiò arguitur cõtra sufficientiam eorundem præceptorũ. Præcepta moralia (vt suprà constitutum est) debẽt institui de vniuersis virtutum actibus: ergo sicuti in lege extant præter Decalogum præcepta pertinentia ad liberalitatem, misericordiã, castitatem & latriam: ità etiam deberent adhiberi præcepta de fortitudine, de temperãtia: & de huiusmodi virtutibus quæ sunt hominis ad seipsum: & tamen non inueniuntur: ergo non satis lege veteri de omnibus cautũ est. ¶ In cõtrarium facit Dauidicũ illud testimoniũ: Lex Domini immaculata cõuertens animas. Quo docetur, vniuersa prohibuisse mala quibus anima maculatur: vniuersaq; præcepisse bona quibus conuertitur: ergo cum non sint cuncta in Decalogo, fit vt sparsim alijs in locis habeantur, quæ in ipsum reducuntur.

Tertium.

Psalm. 18.

INitium huius soluendę quęstionis ex superioribus sumendũ est. In primis supponẽda est distinctio cæremonialium, iudicialiumque à moralibus. Nempe quòd cæremonialia & iudicialia ex sola diuina institutione vim habent: sicuti in republica leges humanæ. Non enim sunt de illis quæ sunt iussa quia mala: sed de his quę antequã iubeantur aut prohibeantur nihil referebant. Sed (vt ait. 5. Ethic. Arist.) quia constituta sunt, referunt.i. eò sunt bona, quia iussa: & mala, quia prohibita. De quibus ideo in præsentiarum nullus habetur sermo. Moralia verò nõ ex institutione solùm sed dictamine naturalis rationis, seclusa alia lege, vim habent & energiam ligandi. Sunt autem in triplici ordine. Quædã enim existunt cõmunissima ac perinde patẽtissima principia, quæ ideo nullius indigent editionis: sicuti mandata de dilectione Dei & proximi: atq; illud, Id facias alijs, quod tibi fieri vis, & similia. Quæ ideo nõ sunt in Decalogo: sed sunt sicuti eius finis. Alia verò sunt nõ viq; adeò vniuersalia, sed eorundem principiorum cõclusiones: quę quisq; per se etiã plebeius facilè potest perspicere. Verũtamẽ quia ob morum peruersitatẽ & rationis nebulam potest nonnunquàm eorum iudiciũ peruerti, editione indigent. Atq; huius secundi ordinis sunt cũcta præcepta Decalogi. Quãuis illa secundæ tabulæ, quia nullo indigent fidei lumine, constituta suprà sunt in primo cõclusionum gradu: præcepta verò primæ, quia illo indigent, in tertio. Sed tertius ordo est eorum quę non ita quisq; facilè rationis luce perspicere potest, at sapientum indiget adminiculo. Quæ ideo art. 1. in secundo conclusionum gradu collocauimus. Et hæc sunt extra Decalogum per Moysen & Aaron suggestione diuina superaddita. At quoniam ea quæ minùs cognoscuntur, per illa quæ patentissima sunt innotescunt, præcepta huiusmodi tertij ordinis ad Decalogum, quo implicita sunt reducuntur: singulis scilicet ad singula respondentibus. Exempla patent. Cùm enim primo Decalogi præcepto alienorum Deorum cultus proscriptus condemnatusq; sit, cuncta quæ ad idololatricam superstitionem spectant, ad ipsum referuntur. Quale est illud Deuter. 18. Non inueniatur in te qui lustret filium suum aut filium suam, ducens per ignem: nec sit maleficus atque incantator, neq; qui Phytones consulat, neq; diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Rursus quia secundo mandato periurium cauetur, eôdem reducitur prohibitio blasphemiæ: quæ Leuit. 24. extat, vbi blasphemus iubebatur lapidibus obrui. Et prohibitio falsæ doctrinæ: cuius Deut. 18. fit mentio: vbi falsi prophetæ refelli iubentur. Ad tertium autem præceptum de sabbathi sanctificatione cuncta reducuntur cæremoniarum instituta. Sicuti & ad quartum de honore parentibus deferendo applicãtur omnia quibus iubemur seniores & magistros honestare. Quale est illud Leuit. 19. Coram cano capite consurge: & honora personam senis. Pari iure quintum præceptum, quo homicidium condemnatur, iura omnia comprehendit, quibus corporea quæuis proximi læsio inhibetur: quin verò & internum odium. Qualia illa sunt eiusdem capitis, Non stabis contra sanguinem proximi tui. Et rursus, Nẽ oderis fratrem tuum in corde tuo. Ad eundem modum sexto præcepto, quæ prohibitio est adulterij, implicatur genus omne luxuriæ. In primis, simplex scortatio, & nephandum crimen, atq; bestialitas: secundum illud Deute. 24. Non erit meretrix de filiabus Israel: neq; fornicator de filijs Israel. Et Leuit. 18. Cum masculo non commisceberis: cum omni pecore non coibis. Atque eodem tenore septimo præcepto, quo furtum vituperatur, affine est aliud, Deuterono. 18. quo prohibetur vsura: Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram. Et prohibitio fraudis, secundùm illud Deuteron. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera. Ac perinde vniuersa technarum & calumniarum genera. Denique eodem pacto ad octauum præceptum, quod prohibitio est falsi

Tertium.

Secundus ordo.

Primus ordo

Triplex ordo moraliũ.

Aristot.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

falsi testimonij, adiungitur & prohibitio falsi iudicij, atque omnis mendacij species ac detractionis. Legitur enim Exod. 23. Neque in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt a veritate deuies. Et infrà, Mendacium fugies. Et Leuitic. 19. Non eris criminator & susurro in populis. Postremis autem duobus, vtpote quibus omnis cohibetur sinistra cupido, nullum aliud superest quod adhibeat. ¶ Circa hęc nõ nisi vnicum simplex dubiolum restat. Etenim in hac reductionum serie multa recensita sunt grauiora quæ ad leuiora reducuntur: vt blasphemia, ad periurium: & ad adulterium, iusta da bestialiaque flagitia: ac denique rapina ad furtũ. Cũ tamẽ ratio suadere videatur, vt quæ leuiora sunt ad acerbiora reducantur. Huius autem rationem Caita. hanc subiungit, quòd cum illa leuiora, communiora, vt inquit, sint & frequentius in vsu, ad illa referuntur alia, quæ rarius contingunt. At verò ratio hęc non plenè videtur dubium diluere. Nam illa ratione fornicatio simplex, quæ latiùs inter homines serpit, deberet in Decalogo prohiberi ad quam reduceretur adulterium. Ratio ergo nõ est nisi quã suprà sæpenumerò adnotauimus. Nempe quod cum in Decalogo illa deberent penitus conscribi, quæ sunt patentissima, & inter virtutes omnes iustitia, atque adeò inter iniquitates iniuria sit cunctis notissima, in prima tabula posita sunt illa quæ palàm est nos Deo debere. In secũda verò nõ nisi illa quæ iniuriã in proximum annexam habent. Quale est mœchia. Nefandum enim crimen & bestialitas, & si sint fœdissima ac subinde grauiora: tamen non sunt peccata contra iustitiam, sed in corpus proprium. Tametsi in furto & rapina verum sit quod per minoris cautelam prohibetur maius.

Nonum & decimum. Dubiolũ vnicum.

Ratio Caie.

Ad primum argumentũ.

PEr hæc igitur, argumenta facilè soluuntur. Ad primum enim respõdetur quòd etsi tota lex pendeat ex illis duobus mandatis, nihilo minus alia euidentius ex illis inferuntur: & hæc in Decalogo cõpilata sunt. Alia verò minus euidenter: & hæc commissa sunt sapientũ doctrinæ. ¶ Ad secundum autem respondetur quod cæremonialia & iudicialia, vt dictum est, sunt generalium determinationes: nõ per viã illationis, sed per viam arbitramenti quo generalia speciatim determinantur: quare illa non reducuntur ad Decalogum: sed illa prorsus quæ vi naturalis instinctus inde sapientes ratiocinãdo eliciunt. ¶ Ad tertium autem per id quod sæpe dictum est respondetur: videlicet quod in Decalogo illa tantum sunt prohibita quæ manifestariam inferunt iniuriam: seu in personam præsentem, vt homicidium: seu in futuram prolem, vt adulterium. Reliqua verò quæ hominem in ordine ad seipsum componunt, vt fortitudo & temperantia, quia eorum contraria non sunt adeò manifesta crimina, commissa sunt alijs edocenda: vt ducibus in bello, qui doceant non esse fugiendum: Deuteronom. 20. Nolite metuere: nolite cedere. Et patribus familiàs qui suos instruãt temperatè viuere: vt eodem lib. cap. 21. Monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ, atque conuiuijs. Est enim hæc reprehensio atque correptio qua parentes in filios vti debent

Ad secũdũ.

Ad tertium.

ARTICVLVS. XII.

Vtrùm præcepta moralia veteris legis iustificarent.

CVM quæstio præsens in preceptis moralibus legis veteris dilucidandis versetur, quæritur postremo articulo de eorum vigore, vtrum videlicet eorũ obseruantia iustificaret. Videtur enim Paulus ad Roman. 2. id affirmare: vbi ait, Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis: hoc est, legis mandata complentes iustificabuntur. ¶ Secundò & id ipsum assertum esse videtur verbis illis Leuitic. 18. Custodite leges meas, atque iudicia quæ faciens homo viuet in eis: vita scilicet spirituali: in qua iustitia apud Deum consistit. ¶ Et ratio id tertiò persuadere videtur. Lex enim vetus, vtpote diuinitus lata, excelsioris erat virtutis quàm humana: lex autem humana iustos facit homines. Nam vt suprà dictum est, propositum legislatoris est bonos facere cives: boni autem non sunt nisi per virtutes, quarum vniuersitatem Aristoteles appellat legalem iustitiam: ergo lex vetus iustificabat. ¶ In contrarium est illud Pauli. 2. ad Corinth. 3. Litera occidit. Quod secundum Augustinum in lib. de spiritu & litera, cap. 4. & proximis, de præceptis moralibus ad literam intelligitur.

Primũ argumentum ad partem affirmam. Paulus.

Secundum.

Tertium.

Augustin.

QVæstio hæc tempore sancti Thomæ licet contra Pelagianos satis fuisset, tum ab alijs tum præcipuè ab Augustino discussa: tamen postquàm Lutherani catanus fidei iustificationem asscribere moliti sunt, vt operibus omnem denegauerint iustitiæ vim, celebrior facta est. De quo pene argumento

Universidad de Deusto
Biblioteca

tripertitum nos opus de Natura & gratia ad
ſanctum Concilium Tridentinum edidimus.
Hic ergo nimis operoſum eſſet tam vaſtam
diſputationem ingredi: ſed ſatis erit præſenti
loco inſeruire. Et quid diffiteri non poſſumus
S. Thomas. quin articulus hic apud ſanctum Thom. preſſior ſit atque implicatior, quàm ſua eſſe ſolet lux ingenij: quia cum illo tunc temporis res erat conſtitutiſsima, non duxit neceſſarium præſenti loco eam euoluere. Accedit quòd vniuerſa eius exemplaria expoſitorum chalcographorumque ſubinde negligentia mendoſa hoc loco ſunt. Igitur vt tum S. Thom. tum res ipſa aperiatur, notandum eſt quòd ſicuti iuſtitia duplex eſt, ſcilicet inſuſa & acquiſita, ſic & iuſtificatio altera ſit apud Deum, atq; altera apud homines. Quare dicendum priùs de illa quæ eſt apud Deum, que ſimpliciter eſt iuſtitia: ac deinde de altera, quæ tantùm dici-
Author lib. de natura & gratia. tur iuſtitia humana. Iuſtificatio ergo (vt 2. lib. citato. c. 6. dicebamus) ſi propriè & per ſe primò nomen accipias, idem eſt quod iuſtitiæ factio, puta opus quo quis ex iniuſto fit iuſtus. Sicuti calefactio eſt actio qua frigidum fit calidum. Nam huiuſmodi nomina mutationem inter duo extrema ſignificant. Accipitur nihilo minùs paulò extenſiùs pro augmento, & quod Phyſici dicunt, intenſione eiuſdem iuſtitiæ. Nam in formis quæ latitudinem habent, nõ ſolùm inceptio, verùm & progreſsio idem ſortitur nomen. Dicitur enim aqua calefieri quanto tempore fit calidior. De priori ſignificatione ait Paulus ad Roman. 4. Credenti in
Paulus. eum qui iuſtificat impium: hoc eſt ex iniuſto iuſtum efficit. Et cap. 6. Qui mortuus eſt iuſtificatus eſt à peccato. Eſt ergo iuſtificatio priori modo nihil aliud quàm peccatorum remiſſio per gratiam Spiritus ſancti: ſecundùm illud ad Corinth. Iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Quapropter iuſtificatio in propoſito nõ deriuatur à iuſtitia particulari virtute, qua vnuſquiſque alteri ius ſuum tribuit: ſed vt importat totius hominis rectitudinem reſpectu Dei. Enimuerò ſicuti in rebus corporeis illud dicitur alteri iuſtificari quod eidem adæquatur, vt lapis normæ: ſic ille apud Deum iuſtificatur, qui eius voluntati ſubiectus ad eius legem & regulam ſua opera admetitur. De ſecũdo autem iuſtificationis modo ait Ioã. Apoc. 22. qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Et Eccle. 18. Non verearis vſq; ad mortem iuſtificari. Et Iaco. 2. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Quibus verbis aduerſatus fuiſſet Paulo dicenti: Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, & non ex operibus: niſi Paulus de infuſione diuinæ gratiæ loqueretur: Iacobus autem de eius incremento. Quo fit vt vtroque prædictorum modo iuſtificatio cùm opus ſit ſupranaturale, non niſi per gratiam Dei perq; infuſam iuſtitiam fiat. Sed eſt differentia, quòd prima iuſtitiæ infuſio in paruulis quidem per ſolum fit ſacramentum: in adultis verò per proprias diſpoſitiones: puta vel per voluntariam ſuſceptionem baptiſmi, vel per contritionem, quæ licèt non ſit meritum gratię, aliâs, vt ait Paulus, non eſſet gratia: eſt tamen præparamentum abſque quo nemini eam Deus confert.

Differentia inter primos & adultos quoad iuſtitiæ infuſionem.

Quare ad conuerſionem prima diſpoſitio requiritur fidei: nam, Accedentem ad Deum, ait Paulus, oportet credere quia eſt. Deinde requiritur ſpes, iuxta illud ad Roman. 8. Spe ſalui facti ſumus. Deniq; motus charitatis, ſecundùm illud Ioannis, Tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Et ſecundùm illud Saluatoris, Qui diligit me diligetur à patre meo. Atverò poſtquàm diuinitus iuſti facti ſumus ac Dei filij conſtituti, per infuſas ab ipſo cum gratia virtutes, ac per diuinum eius fauorem operamur opera, hoc eſt merita vitæ, augendo iuſtitiam. Prior ergo iuſtificatio eſt acquiſitio ſeu aſſequutio iuſtitiæ: poſterior verò eſt eiuſdem executio. ¶ Iuſtitia autẽ acquiſita quæ eſt apud homines, vna eſt ſecũdùm rei veritatem: quando ſcilicet homo re vera facit legis opera, quam appellat Paulus ad Romanos. 3. legem factorum. Et dicitur iuſtitia operum, vt illic nos adnotauimus, quia eſt humana rectitudo quæ per naturalem facultatem in moribus conſtituitur ſecundùm legum normã. Ac differt à iuſtitia fidei, quòd talis rectitudo, licèt ſubſtantiam operum faciat moraliter bonam, non tamen perſonam iuſtificat per remiſsionem præteritorum peccaminum: iuſtitia verò quæ fundatur in fide, ideóque nuncupatur iuſtitia fidei per gratiam iuſtificat priùs perſonam à delictis præteritis, vt deinde iuſta exequatur opera quę ſint Deo grata. Sed eſt præterea humana iuſtificatio in foro exteriori, quando ſecundùm allegata & probata iudex reum abſoluit. Quo ſenſu ait Sapiens Prouerbiorum. 17. Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. De hac autem acceptione nihil ad præſens. Quapropter & reſpectu etiam acquiſitæ iuſtitiæ apud homines, vno modo vſurpatur iuſtificatio pro acquiſitione & aſſecutione habitus iuſtitię, puta cuiuſcunque virtutis: nam generali etiam nomine accipitur

Iuſtitia quoad homines.

pitur hîc iuſtitia: atque altero modo pro executione & exercitio ſtudioſorũ operũ. ¶ Hæc igitur præmeditati ad literam ſancti Thomæ deſcendentes, quinque concluſionibus ad quę ſtionem reſpondeamus. Monet enim peculiariter quæſtionem de præceptis moralibus legis veteris: propterea quòd de illis peculiariter tractatur in hac quæſtione: videlicet vtrùm iuſtificarent, hoc eſt hominem facerent iuſtũ apud Deum, ac dignum vitæ ęternæ. Pro cuius
Suppoſitum pro deciſione quæſtionis. deciſione ſupponit, quòd ſicuti ſanum propriè accipitur pro animali quod ſanitate formaliter eſt ſanum: ſecundariò verò pro ſigno vel cauſa ſanitatis, quemadmodum vrinam dicimus ſanam ac medicinam, ſic iuſtificatio proprie & formaliter accipitur pro receptione & cuſtodia iuſtitię que eſt peccatorum remiſsio:
Prima concluſio. ſecundariò verò pro diſpoſitione atque adeò pro ſignificatione eiuſdem iuſtitiæ. ¶ Quo ſuppoſito ſtatuitur prima concluſio. Præcepta legis ſecundo improprioque modo iuſtificabãt, tum inquantum diſponebãt homines ad gratiam Chriſti iuſtificantem, tum etiam inquantum eandem futuram Chriſti miſericordiam
Auguſtinus. ſignificabant: nã vt ait contra Fauſtũ Auguſt. vita illius populi prophetica erat, & Chriſti figuratiua, ſecũdum illud. 1. ad Corint. 10. Omnia in figura contingebant illis. Per contaris autem vtrùm hoc peculiare erat præceptis illius legis, ac moralibus ſingulare. Nam & opera noſtra, præparamenta etiam ſunt ad gratiã. Reſpondetur in hoc nihil intereſſe diſcriminis inter opera illius legis & noſtra, quod pertinet ad cuiuſq; perſonæ iuſtificationem. Imò ſicuti opera noſtra extra gratiam poſſunt eſſe moraliter bona, atque adeò cum auxilio ſpeciali diſpoſitio ad gratiam: ſic opera illorũ tam cæremonialia & iudicialia, quàm moralia. De hoc autem eſt differentia, quòd cùm gratia & miſericordia per ſolum Chriſtum nobis obueniat, per opera illius legis diſponebatur populus ad ſuſcipiendum eundem Meſsiam, eiusq; legem euangelicam, quam & cæremoniæ etiã ſignificabant: ob idque concluſio cuncta legis opera comprehendit. Opera verò noſtræ legis non diſponunt ad ſuſcipiendũ ſignificandũm ve Chriſtum: ſed quem iam ſuſcepimus, per ea colimus. ¶ Si autem loquamur de iuſtificatione proprie dicta, puta de receptione & cultura iuſtitiæ, tunc, vt paulò anteà admonebamus, diſtinguendum eſt. Nam iuſtificatio vel vſurpatur pro acquiſitione & aſſequutione iuſtitiæ, vel pro executione eiuſdem acquiſitæ, puta pro exercitio operum viri iuſti. At verò virtutum aliæ ſunt acquiſitæ, aliæ infuſæ: quarũ priores noſtrorum operum vſu & conſuetudine ſecundùm Ariſt. 2. Ethic. ingenerantur: poſteriores verò diminitùs cum gratia infunduntur. In quibus ſimpliciter vera iuſtitia conſiſtit, quæ eſt apud Deum, puta remiſsio peccatorum: ſecundùm illud Pauli ad Roñ. 4. Si Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſcilicet apud homines, ſed non apud Deum. Atqui de hac vera iuſtificatione quæritur in præſentiarum. De qua idcircò ſtatuitur ſecunda concluſio negatiua, eademq;
Secunda cõcluſio. generalis: Præcepta moralia quibus humani actus inſtituuntur nequâquam efficere tunc poterant: neque verò in nobis modò poſſunt ciuſmodi iuſtitiam. Haud enim cõcluſio peculiariter intelligenda eſt de præceptis illius legis: ſed de omnibus generaliter, etiam noſtræ quę ad mores pertinent. Atqui hoc eſt argumentũ quod Paulus tum in alijs epiſtolis, tum præſertim ad Romanos atque ad Galat. demonſtrandum curauit aduerſus Iudæos, qui ſuam ſalutem ſuis legis operibus aſcribebant. Conſtituit inquam nemini vnquàm ſalutem niſi per fidem Ieſu Chriſti, obtigiſſe. Et rationem
Ratio cõcluſionis. ſæpe aſsignauimus: Nempe quòd cùm iuſtificatio opus ſit ſupranaturale, vigorem noſtrorum operum excedit, vt ab eccleſia contra Pelagium iam pridem ſancitum eſt. Quare altera, vt diximus, nuncupatur iuſtitia operum, quæ eſt apud homines: altera verò fidei, quæ perſonam à piaculis emundat. At verò diuus
S. Thomas. Thomas concluſionem ad præcepta moralia eò coërcuit quòd de cæremonialibus ſacramẽtis dubium reſtabat, an ſicuti noſtra, gratiam efficerent. ¶ Ab hac ſtatim concluſione litera S. Tho. non ſolum implexa eſt, verùm & mẽdoſa. Subduntur nanq; duo membra eorundem verborum: hæc ſcilicet. Si verò accipiatur iuſtificatio pro executione iuſtitiæ. Quæ rurſus verba ſtatim repetuntur. Quare neceſſe eſt vt in priori legamus, pro acquiſitione vel aſſecutione. Nam illud fuerat prius membrum ſuperioris diſtinctionis. At verò non ſubinde patefit litera. Nam cùm negaſſet opera moralia iuſtitiam apud Deum efficere, conſequens fit vt neq; eiſdem eandem acquiramus aut aſſequamur iuſtitiam: & tamen protinus ſubiungit quòd pręcepta moralia iuſtificabãt inquãtum continebant id quod eſt ſecundùm ſe iuſtum. Dicendum ergo eſt S. Tho. tria membra inſinuare: ſcilicet efficere iuſtitiam, aſſequi iuſtitiam, & exequi iuſtitiam. Et de primo ſtatuit ſecundam concluſionem negatiuam. De ſecundo autem ſubijcitur tertia. Præcepta mo-
Tertia concluſio. ralia iuſtificant ſi iuſtificatio accipiatur pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

assecutione, & acquisitione, hoc est, Per eorũ opera omnes assequebantur iustitiam, tum naturalem, quæ generatur assuetudine operum bonorũ moraliter, tũ etiã illam quæ est apud Deũ. Nõ quidẽ in ratione meritorũ, hoc enim est Pelagianum & secunda conclusione negatum: sed tamẽ in ratione dispositionis per speciale auxilium. In quo (vt nuper dicebamus) opera nostra ab illis nõ differebãt. Sunt enim vtraq; moraliter bona ex obiecto. Et hoc est quod ait D. Tho. Inquantum continebant id

Quarta conclusio.

quod est secundùm se iustum. ¶ Quarta conclusio. Cæremonialia legis opera, nempe prisco rum sacramenta non conferebant gratiam sicuti nostra. Conclusio hæc non est propria præsentis loci, sed ad doctrinæ cõplementum

S. Thomas. Paulus.

inserta. Constituit eam tamen D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 6. iuxta verbum Pauli ad Gal. 7. Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, hoc est secũdùm glossam, ad legem. Quæ quidem dicebatur infirma eò quòd perfectè non iustificabat. Vbi non negatur in circumcisione cõsensi fuisse tunc solitam gratiam: attamẽ non conferebatur vi sacramenti, sed per illam cæremoniam populus ille protestabatur. Et ratio discriminis est quòd tunc, cùm nondum fuisset exhibita passio, sola intentione per modum finis applicabatur per fidem. Quare cæremoniæ illæ non erant passionis instrumentũ, sed præcise testimoniũ. At verò cùm per euãgelium exhibitam iam passionẽ profiteamur, nostra sacramenta non tantùm eiusdem testimonia, verùm & instrumenta censentur, in quorum perinde applicatione virtus latet, esse efficax gratiæ. ¶ Igitur vt ad rem redeamus, si iustificatio pro exercitio & executione iustitiæ

Quinta conclusio.

vsurpetur, adiungitur quinta conclusio: Omnia præcepta legis iustificabant. Nam extra gratiã erant moraliter bona iustificantia apud homines. In his autem qui per gratiam Dei iustitiam fuerunt apud ipsum adepti, vera erant merita digna fœlicitatis æternę. Neque in hoc vllum erat interuallum inter nostra & illorum opera. Agnoscit autem sanctus Thomas non nihil discriminis inter cæremonialia præcepta & reliqua, seu moralia, seu iudicialia: quòd cęremonialia, inquit, ideò iustificabant, hoc est erant meritoria, quòd continebant iustitiam secũdùm se in generali: ob id scilicet quòd per ea exhibebatur Deo cultus: sicuti nos modò per thurificationem & alias ecclesiasticas cæremonias Deum colimus. At verò in speciali, id est propria ratione obiecti, non continebant secundum se iustitiam, nisi ex sola determinatione legis diuinæ. Quod est dicere, litare certa animalia, nempè vitulos, aut capros, aut agniculos, aut passeres destinato numero, linireque altaris cornua sanguine, & id genus alia, secundùm eorum naturam nihil iustitiæ continebant, magis quàm occidere canes aut cæsè mures. Continebant tamen iustitiam ex determinatione diuinæ legis: porrò quia diuinitùs erant instituta. Et ideò inquit de huiusmodi præceptis dicitur quòd nõ iustificabant, nisi ex deuotione & obedientia facientiũ. Attamẽ præcepta moralia generaliter continebant id quod erat secundùm se iustum: nẽpe Dei proximiq; amorem, quæ est generalis iustitia, omnem virtutem secũdùm Arist. 5. Ethi. comprehendens. Præcepta verò iudicialia continebãt specialem iustitiam, hoc est determinationem generalis rationis præceptorum moralium ad aliquam speciem, modo suprà expositò. Est enim genus moralis præcepti vt malefactor in supplicium adigatur: iudiciali autem in particulari decernebatur, vt qui furaretur ouẽ, quia tuor solueret: & fur nocturnus occideretur, & adultera lapidibus obrueretur.

Aristot.

Ad primum argumẽtum.

PEr hæc ergo clarescunt argumentorum solutiones. Verbum enim Pauli ad Rom. 2. quòd factores legis iustificabũtur, intelligitur secundùm sententiã quintę cõclusionis de executione iustitiæ: nẽpe quòd implẽtes legẽ extra gratiam exequebantur opera moraliter bona: in gratia verò opera de condigno meritoria. Aliud autẽ Leuit. 18. nẽpe quòd faciẽs homo iudicia legis viueret in eis, non intelligitur quòd per se ipsa opera vitã donarẽt spiritualẽ: sed quòd q legẽ custodiret nõ incurreret mortis pœnã, quã semper lex cõminabatur. Quãuis & in eis ob id viueret spiritualiter, quòd iustus seruãdo legẽ cõseruaret Dei amicitiã. Ad

Ad secũdum.

Tertium autẽ argumẽtũ solùm probat quòd opera humanarũ legũ iustificant iustitia acquisita quæ est apud homines. Cõclusio verò secũda quæ est principalis huius articuli negat vlla per se opera iustificare apud Deum.

Ad tertium.

QVÆSTIO QVARTA, De præceptis Decalogi in singulari.

S. Thom. 2. 2. quæstio. 122.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm præcepta Decalogi sint præcepta iustitiæ.

Quæ-

QVÆSTIONI præcedenti, qua de mandatis Decalogi in genere dissertum est, hanc quartam subnectendam duximus de singulis præceptorum in particulari: vt de eorum cognitione nihil ampliùs desideretur. Nam species & individua suo generi suppositæ lucidiora fiunt. Quam ob rem eãdem quæstionem ex sancto Tho. 2. 2. vbi est. 122. nempe postrema de iustitia huc accersiuimus. Decalogus etenim quatenus pars est veteris legis, ad legũ tractatum in communi attinet, quem diuus Thom. in. 1. 2. collocauit: quatenus verò ad iustitiam spectat, in. 2. 2. in particulari tractatur. Nos verò propter innatam affinitatem quam species habent & genus, simul ambas coniunximus. Igitur quanuis superiori quæstione satis hoc fuerit inculcatum, nihilo minùs quia hic proprius est locus, quæritur primò vtrum cuncta præcepta decalogi partes sint speciesque iustitiæ.

Primum argumẽtũ a parte negatiua.

Et arguitur à parte negatiua. Propositum legislatoris, vt Aristot. 2. &. 5. Ethicor. author est, huc fertur vt ciues faciat bonos: hoc autem perficere nequit nisi omnium illos virtutum officijs imbuat: ob id enim dictum est de vniuersis virtutibus præcipere: Decalogus ergo qui totam legem complectitur, non solùm iustitiæ præceptiones debuit continere. ¶ Secundo lex etiam præcepta iudicialia tradidit, & cæremonialia, ac demum alia de actibus iustitiæ pertinentibus ad commune bonum: puta de publicis magistratibus: vt quomodò essent creandi sacerdotes templi & iudices populi: hæc ergo debuerunt quoque in numerum redigi, & non illa solùm decem quæ virtutes instituunt priuatas. ¶ Tertiò duæ decalogi tabulæ in dilectionem Dei & proximi, vt suprà dictum est, resoluuntur: ergo sub charitate potiùs quàm sub iustitia continentur. ¶ In contrarium est quòd sola iustitiæ virtus est, aut illi annexa, per quam vnus ad alterum ordinatur: præcepta autem decalogi, si illa inspexeris, cuncta respectum habent vnius ad alterum: ergo omnia pertinent ad iustitiam.

Secundum.

Tertium.

Vnica conclusio.

QVæstio facilima est, ac satis superque soluta. Respondetur ergo vnica conclusione. Omnia præcepta decalogi ad iustitiam oportuit pertinere. Probatur. Decalogus cõtinere debuit non nisi prima legis principia: nam conclusionum multitudo vsque adeò est numerosa, vt nequeat certo numero

Ratio cõclusionis.

compræhendi: principia autem decet sic habere manifestam rationem debiti: (nam præceptum, debiti rationem dicit) vt quàm facilimo negotio vnusquisque id videat: ratio autem debiti in sola ratione iustitiæ luculentissimè apparet: debitum enim respectum ad alterum palàm affert. Nam cùm vnusquisque sui sit suorumque Dominus, non ità compertum est hominem sibi ipsi aliquid debere: sit ergo consequens vt cuncta decuerit ad iustitiam pertinere. Quocircà præcepta primæ tabulæ ad religionem Dei attinent, quæ potissima est pars iustitiæ: quartum verò ad pietatem, quæ illi est proxima: sed tamen subsequẽtia ad iustitiam quæ est inter æquales. ¶ Hic nihil adnotandum superest quod superiori quæstione non fuerit definitum, nisi si quis hoc fortè ambigeret quòd videtur sanctus Thomas sibipsi contrarius. Etenim superiori quæstione articu. 1. præcepta Decalogi non dixit esse principia, sed proximas conclusiones: quare præcepta secundæ tabulæ eò posuit in primo gradu, quòd modica consideratione approbantur per illa communia & prima principia. Nempe, Id facias alijs quod tibi fieri vis. idque &c. hic autem ait esse prima principia. At verò nulla est contradictio. Non enim hic ait præcepta Decalogi esse simpliciter prima principia, sed cum restrictione, prima principia legis: hoc est intrinseca legi. Lex enim est præceptorum numerus quæ ædita sunt & posita: præcepta autem quæ ponuntur ex primis eliciuntur principijs naturæ per viam conclusionis: ob idque nihil repugnat vt Decalogi mandata conclusiones sint primorum principiorum naturæ quæ sunt legi extrinseca, quasi fons eius & origo: & tamen eadem præcepta sint primò per legem lata, ex quibus alia deducuntur, quæ sunt extra Decalogum. Quo fit vt sicut in speculatiuis primorum principiorum cognitio dicitur intellectus: conclusionum autem scientia, quæ ad discursum rationis pertinent: sic & vniuersalia morum principia nullo rationis discursu egeant, sed in simplici sunt intellectu conscripta, simplicique actu visa. Decalogus verò nonnullo opus habeat rationis negotio. Ob idque sanctus Thom. non ait quòd Decalogi præceptis statim intellectus assentit, sed ratio quæ illa ex primis principijs colligit. ¶ Rursus vbi ait religionem, potissimam esse iustitiæ partem, id intelligito propter excellentem obiecti dignitatem: tam etsi hoc deficiat à iustitia quòd per ipsam æquale non reddimus. Hic enim defectus potiùs

Concordan tur loca. S. Tho.

Dubiũ sub ortum ex. S. Tho. doctri na.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excellentia est. Nam propter eminētissimam Dei excellentiam & beneficiorum exuberantiam quæ ab ipso suscipimus, æquale ei debitū reddere nequimus.

Ad primum. AD primum igitur argumentum respondetur, q̄ etsi intentio Dei fuerit homines bonos facere, id tamen ordine quodam executus est: Dedit quippe nobis per se decalogi mandata, ceu legis capita, sapientibus autem committ, vt de alijs nos erudirent. ¶ Ad secundū quātum ad iudicialia & cæremonialia, iam artic. 1. superioris quæstionis dictum est cur nō ad decalogum pertineant: quia scilicet nō eliciuntur ceu conclusiones ex primis principijs naturæ: imò neque ex ipso decalogo. Quare ad ipsum non reducuntur, sed sunt determinationes generalium ad ius positiuum pertinentes. Cæremonialia scilicet quātum ad diuinum cultum: & iudicialia quantum ad ciuiles mores. Alia verò de publicis magistratibus ob id non erat opus in decalogo explicari, quòd cùm non ad omnes pertineret, sed ad quosdam hominum status, aptius iudicialium albo adscribuntur.

Ad secundū.

Ad tertium. ¶ Tertium autem argumentum id tantum cōuincit quòd præcepta decalogi ad charitatem quasi ad finem referantur: sunt tamen propriè de operibus iustitiæ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm primum præceptum Decalogi congruenti sit modo traditum.

COnstituto ergo Decalogo sub virtute iustitiæ, seriatim singula eius præcepta exploranda sunt ac perpendenda. Quæritur ergo de primo an sit congruēter traditum. Et arguitur à parte negatiua. Homo arctiori vinculo tenetur Deo quàm patri secundùm carnem: iuxta illud ad Hebræ. 12. Quanto magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus: sed præceptum paternæ pietatis constituitur affirmatiuè: videlicet, Honora patrem tuum & matrem tuam: ergo & primum religionis præceptum, qua Deum colimus, debuit affirmatiuè poni: eò præsertim quòd affirmatio est prior negatione. ¶ Secundò. Primum præceptum decalogi ad religionem spectat: quæ cùm vna sit virtus, vnum habet actum: vnico ergo debuit & non trino illo verbo designari: Non habebis Deos alienos coram me: Nō facies tibi sculptile: Non adorabis ea, neq; coles. ¶ Tertiò. Per hoc præceptum, vt August. in lib. de decem chord. author est, excluditur superstitionis vitiū: multò autem plures sunt superstitionum peruersitates præter idololatriam: ergo trunca fuit forma illa eiusdem præcepti. ¶ In contrarium est scripturæ authoritas, Exod. 20.

Primum argumētū pro parte negatiua.

Secundum.

Tertium.

Vnica solutio.

AD quæstionem vnica conclusione respōdetur. Forma primi præcepti per trinā negationem congruentissimè fuit expressa: scilicet, Non habebis Deos alienos: Non facies tibi sculptile: Nō adorabis ea, neq; coles. Probatur conclusio: si illud prius substernamus sæpissimè assertum: videlicet, legislatoris sinè esse bonos facere ciues. Hic nanq; bonitatis progressus naturalem generationis ordinē imitari debuit: in ordine autem generationis duo sunt attendenda. Primum vt pars illa quæ est initium vitæ primò constituatur. Nam si naturam consulas, prima pars quæ in anima viuit, est cor: si verò artem, primum struendæ domui iacitur fundamentum: in morum autem decursu fundamentum primum est recta voluntatis intentio circa finem: inde enim omnes actiones circa media suam sortiūtur bonitatem: cùm ergo finis noster supremus, Deus sit, primum in nostra institutione fundamentum iaci debuit religionis, qua Deum coleremus. Secūdum autem in ordine generationis animaduertēdum est, q̄ naturaliter priùs impedimenta tollenda sunt quàm virtutum semina iacienda: agricolarum porrò more qui priùs agrum expurgant, q̄ serant: secundùm illud Hierem. 4. Nouate vobis nouale & nolite serere super spinas & tribulos. Fit ergo ex his duobus consequens, primum omnium præceptum legis illud esse debuisse quo religionis impedimentum amoueretur. quod cum potissimum sit Dijs falsis addici, congruētissima ratione primum illud præceptum fuit positum sub forma trinæ negationis. ¶ Hic igitur primum omnium error vulgi repellēdus est. Existimant enim plebei primū mandatū esse illud maximū dilectionis, vt scilicet vnus diligatur Deus: cùm tamē, vt suprà dictum est, non sit Decalogo inclusum: sed ante illud suppositū tanquàm finis fundamētum; q̄ omnium primæ tabulæ: quę certè non sunt nisi quędam illius explicationes: sicut sex secundę tabulæ explicationes alterius de dilectione proximi. Rursus neq; est præceptum fidei. Nā & hoc præmissum est toti legi, secundùm verbum Pauli, Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quia remunerator est. Quo circà, vt suprà articul. quarto asnotauimus, Exod. 20. in capite Decalogi habetur: Ego sum Dominus Deus tuus: Non habebis Deos alienos

Ratio solutionis.

alienos &c. Cuius primum verbum non habet formam præcepti, sed admonitionis. Ac si dixisset, Accedens ad legem meam admonitus sit me esse Dominū Deum suum. Qua præfixa fidei confessione, inde exorditur legem, subdens, Non habebis Deos alienos &c. Igitur vt artic. quarto superioris quæstionis docuit sanctus Thomas, primum Decalogi præceptū est latriæ, hoc est diuini cultus: qui non modò religionis Christianæ, verùm & naturalis iuris primū est caput. Quare nulla fuit vnquàm inter etlnicos tam barbara natio, quæ non primum suarum legum fundamētum & basin in Dei cultura posuerit. Cultus hic autem in hoc consistit, vt vnicus tantùm credatur, habeatur, adoretur, venereturque Deus. Huic igitur primo præcepto è regione opponitur impietas idololatriæ. Ob idq; sub forma negatiua ponitur. Non habebis Deos alienos. Cum enim meridie sit cunctis mortalibus perspectius, Deum esse, nō opus erat affirmatiuè illud ponere, sed negatiue: puta non esse vno plures. Ex quo fit formā huius præcepti esse negatiuā: vt superiori quæstione artic. 4. & 7. secundum sanctum Thomam adnotauimus, & hic expressè docet. ¶ Huic autem doctrinæ contraire cuipiam apparebit Ecclesiasticus Catechismus: quippe cum in nonnullis ecclesijs affirmatiuè exponatur: Vnum cole Deum: Ne iures vana per eum &c. Ad hoc autem eodem artic. 4. citato respōdit sanct. Thom. negatiuum hoc præceptum includere affirmationem vnius Dei. Vnde diuus Bonauentura in. 3. dist. 37. ait, quòd licèt secundum formam sit negatiuum, tamen secundum rem est affirmatiuum. Id quod illo à nobis modò cōstituto syllogismo fit notum. Supposito nanque ex naturali lumine Deum esse, negatio plurium Deorū est vnius affirmatio: vt tantum valeat, Non habebis Deos alienos, ac si dixisset, Vnum Deum tantùm proprium domesticumque habebis.

Dubium ortum ex Catechismo Ecclesiastico. Soluitur dubii ex S. Thoma. Bonauētura.

Ad primum

AD primum igitur argumentum respondetur, quod sicut in secunda tabula vnū est præceptum affirmatiuum, sic & in prima circa religionem Dei: ordine tamē inuerso. Nam in secunda secundùm ordinem dignitatis, quo affirmatio prior est negatione, affirmatiuum reliquis præpositum est: in prima autem seruatus est ordo executionis, quo negatio affirmationem antecedit. Quocirca prioribus duobus præceptis expurgatur animus, scilicet ab infidelitate, ne plures agnoscat Deos: atq; ab irreuerentia, ne nomen eius indigne vsurpet: demum tertio loco adiectum est affirmatiuum præceptum sabbathi, quo famulatus Deo debitus instituitur. ¶ Et sunt qui ordinem trium horum mandatorum secūdum diuinarum personarum attributa meditentur. Nempe vt primum respondeat Patri, cui attribuitur vnitatis maiestas. Est enim principium sine principio: cui ideo maiestati hæc fides debetur, vt nullus cum ipso admittatur Deus. Secundum autem respōdeat Filio, cui tribuitur veritas, atq; adeò debetur ne testis falsi producatur. Tertium verò Spiritui sancto, cui tribuitur bonitas & sanctitas, debeturque adeò per famulatum sanctificatio. Quòd si ad tria nostra officia spectare lubet, primum respondet fidelitati cordis: secūdum veritati oris: ac tertium operis probitati.

Ad secundū

¶ Ad secundum respondetur, q̄ etsi verè religionis actus vnus sit, eius tamen violatio non vno sed pluribus fit modis. Fuēre nanq; gētes qui absque vlla imaginis effigie creaturas pro Dijs mente colebant. Refert enim. M. Varro Romanos absque simulacris aliquandiu Deos coluisse. De quibus Paul. ad Ro. 1. ait, Diuinos honores ad volucres, serpētes, & lapides deuoluisse. Et contra hos dicitur, Nō habebis Deos alienos. Alij verò suis delùbris imagines ponebant quas adorabant: contra quos subditur, Non facias tibi sculptile, Neque coles ea. ¶ Ad tertium denique respondetur quòd cuncta superstitionum figmenta eodem præcepto abacta intelliguntur & explosa. ¶ Circa secundum autem membrum huius præcepti, Non facias tibi sculptile: dubium tractari assolet de imaginibus, sintne religioni germanæ. Videntur enim hic, veluti idololatriæ materia prohiberi. Et Deutero. 4. explicatissimè: vbi ait Moyses, Non vidistis aliquam similitudinem in die qua loquutus est vobis Dominus in Oreb de medio ignis: nè forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel fœminæ. &c. vbi sanctissimè illi populo vetitum fuit similitudinem aliquam animantium reptilium ve aliarum cœli aut terræ adorandam efformare. Horum igitur similiumque occasione oraculorum sacræ scripturæ non defuerunt hæretici qui imaginum religionem ab Christiana familia relegandam proscribendamque contenderint. Quæ quidem hæresis adeò fuit antiqua, vt non satis constet quisnam eius fuerit primus parens. Quod enim Platina in vita Adriani primi hanc hæresin Fœlicianam appellat, intelligi non potest ac si Fœlix illius temporis fuerit primus eius author: nam anteà præcesserat Leo tertius Imperator imaginum destructor: & multo priùs Damascenus eiusdem hæresis confutator. Primus ergo quem de hac re legerim est ante Hieronymi

Ad secundū

Ad tertium

Dubium de imaginibus.

Platina.

Damascenus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nymi ætatem antiquissimus Epiphanius. Is enim tom.2.lib.3.in hæresi Collyridianorum statuas & imagines humanas earumq; adorationem acriter flagellat: Quas & in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum iterum velli cat. Hic autem forsan quòd ignorantia excusatur, eò quòd contra idololatras id scriberet, non annumeratur hæreticis. At verò Damascenus illi ætati propinquus, lib.4.cap.17.hûc errorem, ceu hæreticum expugnat. Post illam autem ætatem annis ferme trecentis, quippè anno.720. Leo tertius Imperator Romanus eandem hæresin suscitauit: ingenti nimirum edictorum rigore omnes imagines è templis

Gregorius tertius. excludens. Quem tunc errorem, Gregorius tertius in Concilio Romano nonagintatrium Episcoporum, vt Sigisbertus refert, condemnauit. Ac post modum de eadem re indictum fuit secundum Concilium sub Hirene Augusta, vbi à trecentis Episcopis eadem fuit hæresis anathematis mucrone peremptа: posteaq; ab Adriano, vt refert Platina, in Concilio Fraconiæ contra Fœlicem explosa: ac deinde in sexta synodo Constantinopolitana, vt refertur de consecration. distinct. 3. Cano. Venerabiles. sancitum est venerabiles imagines esse colendas: quam Synodum Adrian. suscepit vt ibidem patet, Can. Sextam Synodum. Post multa verò sæcula pestilentissimus ille Ioannes Wiclef, in Concilio Constantien. condemnatus, eandem hæresin inducere molitus est.

Wiclef.

Contra quem solennis author Walden. tomo.5. de sacram. cap. 150. multa congessit testimonia. Denique temporibus nostris Lutherani templa sua, quod non sine ingenti animi angustia & mœrore vidimus, cunctis imaginibus expoliârunt. ¶ Igitur de imaginibus adorandis triplex habenda est consideratio. Prima si adorentur adoratione latriæ: hoc est cultu Deo debito, ac si numẽ in ipsis diuinum insit. Et hæc est idololatriæ impietas: quæ hîc & loco citato Deu. prohibetur tanquàm infandum crimen, primo præcepto cõtrarium. Ob idq; simul componitur, Non facies tibi sculptile: neq; adorabis ea: id est, non facias vt tanquàm Deum adores. Et hoc pacto intelligendus est tex. Gregorij ad Serenum Massilien. sem episcopum: qui refertur de consecra. dist. 3. can. Perlatum. vbi laudat Serenũ quòd imagines adorare vetuerit: insimulat autem quòd illas infregerit. Adorabantur enim tanquàm dij, ideoq; minus erat episcopi docere non sic esse adorandas: frangere autem, nequâquam. Secundò huiusmodi adoratio consideratur tãquam periculo exposita idololatriæ. Et hac ratione Deus antiquum populum ab huiusmodi imaginibus vehementissimè absterrendum duxit: quippe quem nouerat ad id vitium propensissimum: nõ ob id solùm quòd leuis erat ac sensibus deditus, atque adeò sensualibus simulacris: verum quòd tum in Ægypto fuisset nutritus, vbi astra cœli & infima terræ animalia adorabantur, tum & inter Chananæos & Iebusæos aliosq; idololatras vitã ageret. Item quia illo tunc temporis cùm Deus non sicut nobis in forma humana apparuisset, nulla tũc vt Damas. lib.4.cap.17. adnotauit exprimi poterat sensuali effigie. Et ideò neq; sacrorum simulacrũ vllum tunc permittebatur. sed tãtùm illa quibus diuina maiestas cum terrore cõspectui illius sensualis populi obijceretur. In hoc enim munus illa Cherubin Exo.25. præcipiebantur ex vtrãq; parte oraculi effingi: non inquam vt sicuti à nobis modò angelorũ imagines tanq; aduocati nostri adorãtur, suspiceren tur: sed vt tremenda diuina maiestas fieret illis venerabilior. Tertia denique imaginum cõsideratio est quatenus in illis Deus ipse & sancti repręsentantur. Sunt nanq; veluti quædã vulgarium scripturæ, diuos ipsos in memoriã nobis reuocantes: vt tum ipsos de suis claris gestis veneremur, tum etiã vt nos ipsos eorũ exemplis informemus. Atq; hac ratione nihil aliud est q̃ officium, bonaque religionis pars, imagines adorare: nobis præcipue qui Deum ipsum hominem factũ colimus & profitemur. Etenim postquam nobis sensuali forma apparuit, fas est & diuos ipsos sensualibus imaginibus exprimere. Neq; vllus est metus vt tanq̃ dij à nobis adorẽtur: quemadmodum in suprà citato Can. Venerabiles. sancta Synodus ait. ¶ At verò hoc in præsentiarũ silendum non est quòd non tantum nobis seruiunt quasi scripturę, in memoriam nobis diuos ipsos reducentes. Nã scripturas & sanctorum nomina non adoramus, sed Deũ & sanctos qui per illa repræsentantur. De imaginibus autem longè aliter sentiendum. Non enim nos tantùm eleuant, vt diuos adoremus: In hîc enim vsum nullus hæreticorum imagines abnegauit: sed easdem ipsas debemus adorare. Haud quippe tãtùm ait Ecclesia, Te Christum adoramus. sed, tuam crucem. Eidemq; cruci ait, O crux, aue spes vnica. Non autem adorantur inquantũ lapides sunt aut ligna, aut quęuis alia materia: sed inquantum Dei sanctorũmve formę in illis existunt. Quo fit vt vnaquæq; imago eodem sit cultu adoranda, quo res ipsa. Vt imagò Dei & Christi adoratione latriæ: imago verò Virginis aliûsve cuiusq; Diui adoratione duliæ.

Tex. Grego. interpretat.

Triplex de imaginibus consideratio

Lutherus.

A R-

ARTICVLVS. III.

Vtrùm secundum præceptũ conueniẽti sit forma positum.

Primum argumentũ ad partẽ negatiuam.

SECVNDVM locum obtinet præceptum, quo prohibetur assumptio diuini nominis vana. Et arguitur quòd non sit congruenti modo positum. Illud præceptum aliter exponit gloss. Exod. 22. scilicet non existimes creaturam esse filium Dei: qua vtiq; glossa error prohibetur circa fidem. Aliter verò Deute. 5. Non assumes nomen Dei tui in vanum: hoc est nomen Dei ligno & lapidi tribuendo: quo prohibetur falsa cõfessio, quæ est infidelitatis actus: fides autem præstantior est religione, cùm sit eius fundamentum: & infidelitas prior superstitione: ergo secundùm illas expositiones, nõ secundo, sed primo loco debuit constitui. ¶ Secundò arguitur: Eodem loco Exod. 20. exponitur idem verbum, Non assumes nomen Dei in vanum: hoc est pro nihilo: vbi ideò tantùm videtur vana iuratio caueri: hoc est illa quæ absque iudicio sit & prudentia: sed multò grauius est periurium, hoc est falsa iuratio quæ veritate caret: & iniquum iuramentum, quod iustitia vacat: ergo curta fuit forma illa prohibendi. ¶ Tertiò: Blasphemia scelestior est impietas & enormior quàm vana iuratio: ergò illa expressiùs prohiberi debuit, q̃ vanũ iuramẽtũ. ¶ In contrarium autem est scriptura sacra.

Argum. 2.

Argumẽ. 3.

Vnica cõclusio.

Ratio cõclusionis.

AD quæstionẽ vnica conclusione respondetur. Præceptum hoc optimo est modo & loco positum. Conclusionem autem pulchra ratione explicat. D. Tho. Enimuerò cùm vt iam præloquuti sumus, priùs decuerit obstacula veræ religionis excludi, quàm affirmationem eius præceptum æderetur, secũdum numerum eorum quæ religioni obstant, ponenda erant negatiua præcepta. Eiusmodi autem impedimenta, duo sunt. Alterum scilicet per excessum: vt si religionem soli Deo vero debitam, falsis communices. Alterum quasi per defectum: vt si Deo quem solum adoras, non pro eius dignitate reuerearis. Primo ergò præcepto exclusum est vitium prius: scilicet nè plures colamus deos: qui enim cum vero falsum deum colit, non verè eum colit, qui verus est. Vnde Isaiæ. 28. Coangustatum est stratum, scilicet deorum, ità vt alter decidat, videlicet de corde hominis: nempè aut verus aut falsus: & pallium breue, hoc est, iusta religio, vtrumque operiri non potest. Restabat ergò vt secũdo præcepto irreuerẽtia caueretur qua agnitus verus Deus quantum in nobis est dehonoratur. Prius enim est vnum Deum colendum suscipere, quàm eum non dehonestare.

De iuramẽti vsu & abusu.

¶ De iurãdi autẽ vsu & abusu, præter cõmẽtaria super illud Matth. Nolite iurare omninò, libellum ædidimus quo pleraq; ferè omnia disputauimus, quæ ad rem hanc pertinebant. Nihilo minus necessarium est expositioni præsentis loci satisfacere. Animaduertendum hic ergo primùm omnium secundum hoc præceptum non esse sic prorsus negatiuum, vt nulla tenùs diuinum nomen in testimonium veritatis liceat vsurpare, sed nè id assumamus in vanum. Imò verò sicuti primum præceptũ duo in se contraria amplexatur membra, expressam scilicet negationem idololatriæ, quæ affirmationem veri cultus, vt expositum est, includit: ità & hoc sic excludit iurandi abusum, vt simul implicet iurandi religionem. Quocirca sicuti deierans hanc transgreditur prohibitionem: sic legitimè iurans virtutem exerceat, quæ ad hoc reducitur præceptum. Quòd enim legitimè iurare religio sit, patet Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Et Hiere. 5. non conqueritur Deus quòd filij Israël iurassent, sed q̃ iurassent in his qui non erant dij. Colligamus ergò, iurare, si legitimè fiat virtutem esse non vnamquamlibet, sed re vera religionis: quippe qua Deum profitemur supremũ veritatis fontem, cuius vtiq; testimonio omne verum constat. ¶ Obijcies tamen nobis verbum Christi Matth. 5. vbi citans antiquam legem videtur eam omninò aut reprobasse aut emendasse: dicens, Audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis. (nam sic erat scriptum Leuit. 19.) reddes autem altissimo vota tua: (hic quippe erat sensus illius Deut. 6. Et per nomen illius iurabis.) Ego autẽ dico vobis. Nolite iurare omninò: vbi omne prorsus iuramentum videtur condemnare. Hierony, respondet, non prohibuisse omninò iurare, sed iurare per creaturas idololatrarũ more: qui in ipsis diuinum numẽ inesse putabant. Sed re vera, vt in libello illo capit. 3. satis discussimus, sensus non est nisi simplex vt iacet, vt neq; per Deum neq; per creaturas iuremus, nisi vbi ratio naturalis religioq; expoposcerit: vt patet ex verbo Iacobi. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare, neq; per cœlum, neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iuramentum: hoc est, neq; per Deum neque per creaturam. Ad intelligentiam ergò mandati Christi, id quod suprà tetigimus recolendum est, nempè præcepta omnia Decalogi cũctaq; moralia

Secũdũ præceptum non est prorsus negatiuum.

Hieronymus

Universidad de Deusto
Biblioteca

moralia quæ in illis sunt implicita, nihil aliud esse quàm explicationes naturalis iuris. Quapropter naturæ luce veniunt illustrandæ. Præcepit, verbi gratia, Nõ occides: illic autem non prohibetur nisi homicidium, quod natura vetat. Vnde dum vel iudex reũ patibulo affigit, vel se quisq; legitimo tutamine defendens aggressorem occidit, quoniam lex naturæ alterũ iubet, alterumque permittit, nulla pro tunc fit mandati exceptio: quia neque istos casus vetabat. Pari modo dicens Christus, Nolite iurare omninò, neutiquàm nobis interdixit nisi iuramentorum abusum. Nam vbi ratio iusiurandum exigit, natura est mãdati interpres. Adiecit autem, omninò, ad abstergẽdum ignorantiam, nè quis falso crederet iurare per creaturas, etiam vanè, non esse periurium. Itaq; vocula, omninò, non exclusit casus omnes iurandi: sed formas vniuersas vanè iurandi. Id quod per subiunctam expositionem Christus ipse explanauit: neq; per cœlum, neq; per terram. &c. ¶ Est autem deinde animaduertendum iurandi officium non per seipsum virtutem esse, veluti est charitas & iustitia: sed necessitas illud intra lineam virtutis constituit. Illud enim. S. Tho. 2.2. q. 39. iuramẽtum secundùm se licitũ est & honestum, intelligendum est secundùm suos indiuiduos comites, scilicet veritatem, iustitiam, & necessitatem. Enimuerò si status ille innocẽtiæ, de quo nos parens noster eiecit per duratset, quia nulla illic potuisset esse fraus, sed sancta esset inter homines fides, nulla fuisset virtus, iurare: sed tamen quia inde defectus, factus est omnis homo mendax, fidesq; subinde humana adeò est debilitata, vt non per se satis sit ad animum creditoris confirmãdum, sit ad animum creditoris confirmandum, beneficio Dei concessum nobis est iuramẽtum, quod eidem fidei nostræ roborãdæ necessarium erat. Vnde quod ait Christus, Sit sermo vester est est, non non: id est, quod verum est, simpliciter affirmate: & quod falsum, simpliciter negate: synceritatem in qua Deus naturam nostram creauit, & quam nos semper deberemus imitari designat. Quòd autem subiecit, quod amplius est, à malo est, Augustino interprete, non sonat malum culpæ, quasi citra delictum nunquàm iurare liceat: sed malum pœnæ, id est iuramentum ab illa originis labe descendere, per quam homines authoritatem suam perdiderunt vt non illis habeatur citra iuramentũ integra fides. Quocircà iuramentum, vt ait Augustinus. à iure dicitur. Nam qui iurat, ius, inquit, veritatis Deo reddit. Vel quod forsan nominis germanius alludit, iusiurandi nomen inde deriuatur q̃ id quod iuratur pro lege habendũ est, ac velut ius, sic sanctè seruandum, eo q̃ Deum ipsum pro teste veritatis constituis. Quo fit vt Deo ipsi iniuria fiat si post iuramentum testimonium aliud exquiras. Vnde Paulus ad Hebræ. 6. Iuramentum, inquit, est omnis controuersiæ finis ad confirmationẽ. Quare Iurisconsult. in cap. tituli, de iureiurando. ff. Maximum inquit remediũ expediendarũ litium in vsum venit iusiurandi religio. Et in lib. de Offic. Cicero: Nullum vinculum ad stringendum fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.

¶ Habemus ergò sensum huius præcepti sic esse negatiuum vt legitimam iurandi religionẽ permittat. Superest ergò explicare comites qui iuramentum intra lineam virtutis atq; honestatis custodiũt. Hi nãq; sunt numero, quos Hierem. cap. 4. diuinitùs afflatus deprompsit: vbi ait, Iurabis, Viuit Dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Vbi Hieronymus, animaduertendum inquit q̃ iusiurandum hos habet comites, veritatẽ, iudicium, atq; iustitiam. Ob idq; vbicunq; istorum aliquod abfuerit, periurium est, tametsi diuersa ratione. Enimuerò iusiurandum cui deest veritas, maximè propriè est periurium: cui autem abest iustitia, id, licèt verum sit, nihilo minùs est iniquum: ideoque subinde periurium, quòd qui rem iniustã sub iuramento pollicetur, id iurat quod nõ debet implere: eademq; fit ratione periurus, siue postea adimpleat, siue secus. Attamen iuramẽtum quod absq; discretione & iudicio fit, quãuis sit verum ac de re iusta, est nihilo minùs temerarium: quod ob peierandi periculum nomen etiam meretur periurij. ¶ Ad rem ergò vt proximè accedamus vbi assumptio diuini nominis vana prohibetur, tres vanitatis gradus certo ordine subnotãtur. Vanũ enim est quod fit fruſtrà, hoc est quod suo caret fine: iuramẽtum ergò falsum in primo est gradu vanitatis: caret enim veritate, quæ medulla est, & substãtia iuramẽti: atq; adeò sic vanũ est, vt auellanæ testa, nucleo vacua. Iuramentũ autem iniquũ, nempè cum res iuras te facturum iniustas: vt homicidiũ, aut furtum: eò vanum est quòd ornamento iustitiæ vacat. Quocircà non solùm non obligat, imò peccatum est illud implere. Ob idq; tota eius iniquitas de qualitate iustitiæ quæ est in obiecto pensanda est. Vt si iurasti peccatũ mortale patrare, iuramentum est mortale, siue id perpetres siue non perpetres. Si autem iocosè mentiri iurasti, iuramentum est veniale: eò q̃ illud implere nõ peius quàm venia le est. Quod si arguas: Si quis non impleat, falsum iurauit: iurare aũt falsum in quocũq; indiuiduo est mortale: ergò iuramentũ de re venia li erit mortale. Negatur Minor. Nam iuramentum promissorium nõ implere, tũc prorsus est peccatum, quando est obligatorium: quando verò non obligat, licèt non implens tunc ostendat & efficiat iuramentum fuisse falsum: tamẽ quia tunc nullatenùs peccat, non inde pensanda est malitia iuramenti, sed ex ipso actu iurandi. qui si eius obiectum, peccatum est veniale, non erit peior quàm veniale. At verò iuramentum temerarium, scilicet quod & verum est & de re iusta, sed iudicio prudentiaq; vacat, ea ratione vanum est q̃ necessitate caret, quæ iuramentum facit esse virtutem. Sed ob hoc solùm dicitur periurium, q̃ qui vanè iurat, in periculo versatur iurandi falsum. ¶ Per hoc grauitatẽ culpæ trium horum peierandi graduum rimari quisq; facilè potest. In primis periurium primi generis, hoc est assertorium iuramentũ falsi, non modò genere suo & obiecti ratione lethale crimen est, verũ in quocunq; indiuiduo. Quod eñ genere suo sit mortale, cõmune illi est cũ reliquis Decalogi mãdatis. Nam cũ omnia ad iustitiam pertineant, reipublicæ necessariam, sit vt omnium obseruantia sit de necessitate salutis. At verò quòd in quocunque indiuiduo sit etiam mortale, singulare illi est inter omnia. Etenim licèt furtum genere suo sit mortale: tamen leuitate materiæ, vt si obolum furetis, fit veniale. Attamen falsum iurare, etiam in re minima, vt si peieres te non tangere calamũ quem manu tenes: & pro quacunq; necessitate id facias, vtpote pro salute totius mundi, peccatum nihilo minus mortale est: nam tam falsum est te non tangere calamũ, quàm si iurasses rem aliam grauissimam falsam. Adducere autem Deum in testem falsi, mortalis irreuerẽtia est. Iuramenti autem promissorij grauitatẽ iam nuper diximus ex obiecto esse perpendẽdam. Iuramentum autem temerarium, id est quod nullã habet aliam vanitatẽ quàm quòd citra necessitatem & circunspectionem fit, nõ est genere suo mortale, sed tantùm veniale: vt si dum in conspectu omnium pluit, cum iuramento id affirmes: aut cùm res est leuissima, quam credere aut nõ credere nihil referat: aut dum alius citra iuramentum tibi adhiberet fidem. ¶ In iuramentorum autem frequẽtia prę sentissimum est periculum peierandi. Ob idq; omni cura & vigilantia cauenda est immanis hæc bestia. At verò per falsos iurare deos, quã tumcunq; veritas & humana iustitia insit, peccatum est idololatriæ. Vti autem infideliũ iuramento, vt ait ad Publi. August. in casu necessitatis licitum est.

Iurandi officium nõ est per seipsum virtus.

S. Thomas.

Paulus

Cicero

Tres vanitatis gradus

Hieron.

Seruies & ordo grauitatis inter varia periuria.

Tres vanitatis gradus

Augustin.

Soluitur.

AD primum igitur argumentum respondetur, expositiones illas interlineales nõ esse literales, sed mysticas. Vnde in odium Arrianorum expositum est, nomen Dei in vanum vsurpari, cùm Verbum incarnatum, quod per substantiã est nomen Dei, asseritur esse creatura. Altera verò expositio Deut. 5. ad infideles refertur, quorum impietas illa retũditur, quòd per saxa & ligna iurant, ac si fi sint dij. ¶ Ad secũdum iam responsum est nomen Dei non tunc solùm pro nihilo vsurpari, quando temeritate citra iudicium & prudẽtiam iuratur, verùm & tunc peius, dũ falsè aut iniustè deieratur. ¶ Ad tertium denique respondet S. Tho. quòd sicut ei qui scientia aliqua primùm eruditur, cõmunia triuialiaq; documẽta primùm exhibentur: sic & ordo requirebat vt communia statim & quæ in vsu frequentiora sunt, prohiberentur, per quæ homines sese intelligerẽt grauioribus interdictos. Imò verò arbitror Deum idcircò exhorrendas blasphemiarum formas non expressisse, quòd illas tacendo apertiùs expressit eò vsq; esse abominabiles vt neque in lege essent nominandæ. Etenim qui Deũ verum non cognoscit, nihil mirũ si ad falsos peruertatur: quòd tamen qui verum adorat, blasphemijs illum dehonestet, citra vllam legis positionem patet quàm sit nefandũ. Quin adde & hoc in verbis huius præcepti meditãdum, q̃ ad exaggerandam maiestatem diuini nominis non solùm prohibetur vt per ipsum nõ peieretur, verùm nè vanè ore afflimatur. Quare non solùm sub forma iurãdi, verùm neq; in triuialibus colloquijs obloquendum de Deo est vane, eiusve nomẽ sine causa depromẽdum. Et quãuis multa sint diuina nomina: tamen quia omnia sunt eiusdẽ virtutis, singulari numero dictũ est, Nõ assumes nomen Dei in vanũ. Tametsi Hebræi alium sensum ex hoc præcepto eruãt. Nempè q̃ illud nomen lege celeberrimũ, Adonai, adorandum esset: nõ tamen proferendum. Qua de causa illud nuncupabant græcè Tetragrãmaton, id est, nomen quatuor literarum.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm tertium præceptum de sanctificatione Sabbathi sit rectè positum.

COnsequenter de tertio præcepto, quod est vltimum primæ tabulæ, pari modo quæritur an sit congruenter positum. Et arguitur à parte negatiua. Aut intelligitur secũdum spiritualem sensum, aut secundum literalem: secundùm spiritualem

Primum argumentum à parte negatiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tualem non est speciale,sed generalis omnium
Ambrosius. ratio. Ait enim Ambro.Lucæ.13.de Archisynagogo qui indignabatur Christum curare Sabbatho:Lex in Sabbatho non prohibet hominem curare,sed seruilia opera, id est,peccatis grauari: quod omni præcepto prohibetur. Secundùm autem literalem sensum est cæremoniale. Legitur enim Exod.31. Videte vt Sabbathum meum custodiatis: quia signũ est inter me & vos in generationibus vestris: hoc est rememoratiuum conditi à me mundi.præcepta autem Decalogi non sunt generalia aut
Argumẽ. 1 cęremonialia,sed specialia & moralia:ergò hoc præceptũ minimè Decalogo cõgruit. ¶ Secũdò:Præcepta Decalogi omnia tanq̃ iuris naturæ lege etiã Euangelica obseruantur: Euangelici autem neque Sabbathum seruamus, neq; verò Dominicum diem Iudaico more:quippe qui & cibos paramus & alia huiusmodi exercemus, quæ illis non licebant: ergò non propriè præceptum hoc ad Decalogum pertinet.
Argumẽ. 3 ¶ Tertiò:Cuiuscunq; præcepti Decalogi transgressio est genere suo mortale piaculum: in veteri autem lege licebat citra Dei offensam Sabbathum violare:circũcidebantur enim die octaua, etiam si incidisset Sabbathum. Et Helias dum iter quadraginta dierum perfecit, nõ cessauit Sabbathis. Aliaq; id genus fiebant licitè: ergò non est præceptum Decalogi. ¶ Cõtrà verò stat scripturæ sacræ testimonium.

Prima conclusio. AD quæstionem tribus conclusionibus respondetur.Prima est: Præceptum sanctificationis Sabbathi congruenter tertio loco positum est, idq; affirmatiuum est. Probatur.
Probatio. In institutione religionis, vt dictum est, priùs debuerunt negatiuis præceptis impedimenta veræ religionis radicitus cõuelli: quæ quidem impedimenta sunt idololatria atq; irreuerentia: illis autem conuulsis consequens erat vt præceptum religiosi famulatus adhiberetur, hoc autem est præceptũ sanctificandi Sabbathi: ergò congruẽti loco collocatum est. ¶ Se-
Secunda cõclusio. cunda conclusio:Eodem tertio mandato præcipitur exterior Dei cultus, puta corporalis re-
Ratio pro cõclusione. quies ad famulandũ Deo. Probatur. Diuinus cultus, tam interior est,vt meditatio & mẽtalis oratio, q̃ etiã exterior, vt sacrificiorũ oblatio: interior aũt sub exterarũ rerum similitudinib⁹ nobis qui sensibiles sumus proponitur: vt per cęremoniã thurificandi instruimur quẽadmodum orantis mens sit in Deum eleuanda:secũdum illud Psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: ergò & exterior cul-
Tertia conclusio. tus decuit pari modo per aliquod signum nobis significari. ¶ Tertia cõclusio. Præceptum idem tertium appositissimè propositum nobis est sub signo creationis mundi commemoratiuo: vt scilicet quemadmodùm tunc die septima requieuit Dominus ab opere quod patrauerat: sic nos septima quaq; die ab operibus seruilibus cessantes, tẽpus seriemus quod recolẽdis diuinis beneficijs sit dedicatum. Pro-
Obstendit conclusio. batur. Nam cùm bonorum omnium fundamentum sit, esse,fit vt beneficiorum primum, vnde reliqua omnia nobis prouenêre, fuerit nostri plasmatio, mundiq; fabricatio, nostri gratia conditi. Quapropter eiusdem memoria beneficij viam nobis pandit ad reliqua commemoranda. Vnde Exod.20. præmisso præcepto de sanctificatione Sabbathi, pro causa subditur: quia sex diebus fecit Deus cœlum & terram, & septima die requieuit. ¶ Verùm tamen haud desunt circa harum singulas conclu-
Ratio cõclusionis. siones dubitandi argumenta. Etenim cõtra primam,quatenùs asserit præceptum hoc esse affirmatiuum, offertur forma ipsa præcepti, quæ videtur non affirmatiua, sed negatiua: sicut duorum præcedentium. Iubemur nanq; per illud in sensu literali nihil aliud quàm cessare ab opere seruili: cessare autem est abstinere ab opere, id est, non operari: sicuti ieiunare, est abstinere à cibo,quod est non comedere. Sed ad hoc respondetur præceptum esse
Solutio affirmatiuum, scilicet diem sanctificare, id est, sancto famulatui dedicare. Vnde Exod.20. affirmatiuè ponitur:Memento vt diẽ Sabbathi sanctifices. Sed forma sanctificandi subditur: Non facies omne opus in eo, scilicet seruile,vt diuinis vacare queas. Idq; Ecclesiæ instituto confirmatur quæ generalem illum sanctificandi modum speciatum expressit:iubens vt festis diebus audiremus sacra. ¶ Difficiliores autem ambigendi occasiones nobis offert secũda con-
Prima ratio. clusio. Est em̃ prima omniũ dubitatio,vtrùm hoc præceptum exteriorem nobis tantùm cultum iubeat, an verò simul internum opus. Est
Scotus. em̃ Scotus qui lib.3. dist.37.sentire videt hoc nos præcepto iuberi diebus festis bonum habere mentis actum circa Deum:nempè eius dilectionem. Id quod explicatiùs asseruerat eodem libro, distin.27.dicens, singulare tempus implendi præceptum dilectionis Dei continetur illo præcepto: vt scilicet tali tempore mane re vnusquisq; debeat apud se, recolligendo se, & ascendendo ad Deum suum. Vnde fit consequens vt teneatur tunc quisq; conteri:vt modum etiam charitatis seruet:Cõsequiturq; subinde secundum hanc opinionem, vt nomine seruilis operis à quo requiescendum est, non solum intelligantur mechanica opera,idq; genus

nus alia quibus homo homini seruit: verùm potissime peccata quibus homo mancipium fit dęmonis. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati. Opinio fuit Isychij quam superiori articul. impugnabamus quòd hoc præceptum solùm faciat spiritualem sensum de cessatione à peccatis: Isti autem & si non illum tantùm,tamen illum putant esse præciputum. Itâq; qui in die festo peccat, præter culpam quam in alio profesto die contraheret, peccat rursùs festum contaminando. Quare duplici peccati macula inficitur: ac perinde vtranq; confiteri tenetur,perinde ac ille qui in Ecclesia
Alexander Halensis. homicidium facit, atq; ille qui Monialem vitiat. Sẽtentia est Alexã.Haleri.3.parte,quæst. 32.membro.5.art.2.vbi expresse in solutione ad quartum ait fornicationem in die festo duplicem habere malitiam. Atqui ab illo egregio
D.Thomas. doctore hãc opinionẽ discipuli eius dicti sunt. Imò eadem apparet esse sententia Diui Thomæ in hoc articulo, inter soluendum tertium argumentum: vbi distinguit triplex seruile opus: scilicet quo homo seruit peccato, & quo secundum corpus seruit homini, & quo seruit Deo. Et subdit quòd opera seruilia primo & secundo modo cõtrariantur obseruantię Sabbathi, inquantum impediunt applicationem hominis ad diuina. Et subinfert quòd quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati quàm per opus corporale aliàs licitũ magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die festo quàm qui aliud corporale opus licitum facit. Cui prætereà sententię patrocina-
Ambrosius. Augustin. ri apertè videtur Ambro.loco citato in primo argumento super Lucam. Et August.in lib.de decem chordis: vbi ait, Meliùs faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quàm si in theatro se ditiosùs existeret. Et meliùs fœminæ eorum die Sabbathi lanam facerent,quàm quòd tota die in neomenijs suis impudicè saltarent. Et, quod rem vehementiùs vrget,subdit: Tibi autem, id est Christiano dicitur vt obserues spiritualiter Sabbathum in spe futuræ quietis quã tibi promittit Dominus: spes autem hæc non
Prima ratio sit nisi per internam dilectionem. Et certè ratio eidem opinioni non tenuiter apparet faue-
Secunda ratio. re. Primùm quòd cùm sit affirmatiuum,vt dictum est, ad famulatum pertinens: famulatus autem Deo gratior sit ille qui intus in mente exhibetur, ad hunc potissimùm nos obligare videtur. Adde quòd cùm iure diuino aliquam sanctificationem,vt nomẽ sonat,iubeat,necesse est illam etiam secluſa Ecclesiæ sanctione designare: quæ tamen alia designari commodiùs nequit, quàm diuina dilectio per quam iustus
Solutio prioris dubij. sanctificatur. ¶ His veruntamen nihil obstantibus responsio dubitationis huius legitima est, vim istius præcepti non ad internam dilectionem aut contritionem, sed ad exteriorem cultum extendi,vt conclusione.2. quæ S.Thom. est adstruximus. Probatur. Reliqua cũcta De-
Probat assertio præfata. calogi præcepta, præter octauum & nonũ in quibus concupiscentiæ nomẽ expressum est, externa tãtùm opera iubent & prohibẽt:ergò & hoc pariter. Nulla enim est ratio cur istud à generali regula excipias: quandoquidem hic nulla fit mentio interni motus. ¶ Secundò id
Altera ratio eiusdẽ assertionis. apertè monstrat Ecclesiasticum institutũ quo cultus hoc præcepto iussus per hoc determinatur, quod est missas audire: vt patet de consec. dist.1. can. Missas. Quæ quidem præceptio à traditione vsq; & Canone Apostolorum originem duxit,vt ibidem patet,can. Omnes fideles. cùm ergò Ecclesia cultum hoc præcepto in clusum perinde suo statuto exprimeret atque diuini præcepti confessionis tempus vt semel in anno fieret determinauit, & hæc sua præceptio ad cultum nos tantùm externum arctet: palàm est iure diuino non esse illic alium contemptum:quoniam aliàs,nisi illum explicaret, nõ fuisset fida diuini iuris interpres. Dixerim, Ad cultum tantùm externum,illum tamen interiorem actum nõ excludam, à quo exterior proficiscitur, scilicet velle audire Missam cum decenti reuerẽtia & attentione,vt sit actus humanus: Nõ tamen nos cogit ad aliam seu dile-
Cõfirmatio. ctionem seu contritionem. Et cõfirmatur hæc ratio:quia vt receptissimus ecclesię vsus habet, præter cessationem ab opere seruili nullus cultus est in præcepto diebus festis præter illum quem Ecclesia exprimit: temerarium ergò est ligamen aliud superaddere. ¶ Tertiò arguitur:
Argumẽ.3. Præceptum dilectionis Dei,vt suprà dictũ est, non est in Decalogo inclusum,sed in fröte præfixum tanquam omnium finis:ergò præcepta Decalogi distincta sunt prorsùs à præcepto dilectionis. ¶ Quartò arguitur.Finis præcepti,vt
Argumẽ.4. suprà monstratum est,nõ cadit sub præcepto: quia præcepta non dantur nisi de medijs:sicuti præceptum ieiunij nõ obligat ad carnis macerationem, sed ad abstinentiæ modum ab Ecclesia præscriptum,licèt maceratio illa sit finis: cùm ergò finis præceptorum Decalogi sit diuina dilectio, fit vt illa sub nullo illorum comprehendatur. ¶ Et quintò eadem confirmatur
Argumẽ.5. conclusio: quia eiusmodi præcepta non obligant ad charitatis modum, sed possunt quantum ad substantiam operis extra charitatem impleri,ità vt euitetur peccatum:absq; vlla ergò ratione, imò contra rationẽ singulare hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

adscribitur huic præcepto, quòd obseruari nō possit sine modo charitatis: & tamen contraria opinio id contendit, asseuerans quòd in die festo tenetur se homo ad gratiam disponere.

Argum.6. ¶Sextò arguitur quòd hoc præceptum non obliget ad contritionem. Est enim citra cōtro uersiam religionis mandatum: contritio autē non est actus religionis, sed pœnitentiæ quæ singularis est virtus, iustitiæ annexa.

Argum.7. ¶Præterea septimò occurrit sanè mihi ingentissimum argumentum cōtra hanc opinionem, quòd si hoc nos præceptum ad contritionem obligaret atq; ad veram dilectionem Dei, impendiò quàm periculosum esset quòd tot Ecclesia multiplicaret festa: esset enim hoc Christianorum animos irretire & in arctissimas angustias conijcere: nempè quòd tam crebrò ad rem tā arduam tenerentur.

Argum.8. ¶Deinde octauò arguitur quòd hoc præceptum non obliget ad nō peccandum in die festo, obligatione alijs mandatis adiecta. Præcepta omnia moralia nō in sensu spirituali & metaphorico, sed secundùm plana literam intelligenda sunt, vt cunctis est confessissimum: quia stylus mores instituendi non debet esse translatitius, sed planus: peccata verò non dicuntur seruilia opera in sensu literali, sed per metaphorā: cùm ergò iubemur cessare ab opere seruili, non cohibemur nisi ab operibus quæ communi vulgo seruilia nuncupantur: puta quibus homines hominibus seruiunt. Et hoc inde confirmatur quòd quantū ad ius diuinum attinet eadem est substantia præcepti huius nobis modò quæ olim Hebræis: illi autem ad nullum actum interiorem obligabantur, sed ad illos externos cultus: ergò neq; nos nisi ad nostros.

Cōfirmatio.

Euasio. ¶Sed ais, Propterea quòd dies festus tempus est sacrum, quocunq; peccato contaminatur: sicuti & locus sacer. At contrà hoc est manifestum argumentum quòd sacrilegium non committitur nisi vel in personam ratione voti: vt si monachus vel sacerdos fornicarius fuerit: vel ratione Ecclesiastici statuti, vt si in loco sacro vel sanguis vel semen effundatur. De tempore autem nulla extat lex. Accedit præterea quòd neq; locus sacer quolibet peccato contaminatur, nisi duobus his modis nominatis. Nam etsi in Ecclesia blasphēmes vel peieres non committis sacrilegiū: cur ergò si id perpetres in die festo? Colligamus ergò, peccatum in festo commissum non esse sacrilegium, atq; adeò circunstātiam festi non esse confessiu necessariam: licèt accidentarie aggrauet, & ideò cōsilium sit eam confiteri. Neq; tale præceptū obligat ad alium actum interiorem quàm ad illum qui propter exteriorem est necessarius: scilicet verè audire Missam ea attētione vt sit actus humanus. Tametsi cū internus amor & diuinorū meditatio, finis huius præcepti sit, ad hoc maximè sunt Christiani festis diebus animādi & alliciēdi: & vt à peccatis caueāt. ¶Sunt hic autē qui claritatis (vt censent) gratia duos fines præcepti huius dignoscant: nempè alterū immediatum, qui est audire Missam, ad quem tenemur: alterū verò mediatū, qui est mentis elenatio per charitatē: ad quem minimè obligamur. Ego verò, licèt disceptatio in nomine videatur versari, illum priorē, non finem appellauerim, sed substantiā præcepti. Habet enim duo mēbra: alterum negatiuum, quod est cessare à seruili opere: alterum verò affirmatiuum, quod est, cultus ab Ecclesia præscriptus. Et hoc secundū est finis, nō tam præcepti, quàm prioris eius membri.

S. Tho. ¶Igitur ad authoritatem S. Tho. respōdetur quòd cùm ait peccata aduersari obseruantiæ Sabbathi, nō intelligit quātum ad substantiā præcepti, sed quantū ad eius finē: refertur em præceptum hoc ad vacandum Deo & diuinis, cui quidem fini pugnatiùs obsistit peccatum quàm opus seruile: ob idq; peius est sonicari in die festo quàm cauare. Non quòd per fornicationē violetur festū, sed quòd peius per se peccatum sit & intentioni Dei repugnantius. Et hoc ipsum est quod ait August. Quod autem ibidem subdit, scilicet Christianis obseruandū esse Sabbathum spiritualiter, non dicit quasi illa sit substantia præcepti, vt qui sic non seruauerit transgressor eius sit: sed quòd ille sit modus, si seruandū est ad intentionem præcipiētis vt seruetur in spe futuræ quietis, quā nobis promittit Dominus. Et quòd iste sit sensus, patet manifestè: quoniam confert Christianum illic cum Iudæo, dicens quòd Iudæus seruabat illud in figura: nos autē seruare debemus in spiritu. Et tamen quantū ad substantiā præcepti, eodē modo tenebātur illi sicut nos: fit ergò vt ille sensus spiritualis non sit de substātia præcepti. Ad verbū autem Ambrosij patebit suo loco respōsio, vbi & mens D. Thō. apertior fiet. Ratio autē prior quam cōtrariæ opinioni subiecimus, id tantùm euincit, ep internus famulatus per charitatem sit finis præcepti, inde tamē non cōsequitur vt cadat sub præcepto. Ad posteriorem autem negatur, alium sub hoc præcepto contineri cultum, quàm quem Ecclesia determinauit. ¶Circa tertiam conclusionem id tantùm animaduertēdum est quòd hoc præceptum partim morale est, partim verò cæremoniale. Iam enim suprà dictum est morale præceptum elici vt cōclusionem de iure nat-

ræ. Vn

ræ. Vnde cùm eodem iure teneātur quicunq; mortalium Deum colere, consequens inde fit vt tēpus aliquod debeant de alijs negotijs succidere, eidemq; muneri dedicare. Nā secundùm sapientem cuncunq; rei, naturæ iure, suū debetur tempus: vt refectioni, somno, & alijs officijs. Quin age, suauitatem perpende & lenitatem præceptorum Dei. Et si nulla nos lex cōlēdi Deum requiem indixisset aliquorum dierum, ratio ipsa naturæ, quæ lucem ad laborē retulit, & tenebras ad quietem, deposcebat, vt dies aliquot feriaremur, quibus labores interpellādo recrearem⁹ animos. Cui ergò dies illos negotio mācipare melius valuissemus, quàm Deo nostro colendo? Et ideò super hoc nulla potest esse Ecclesiæ dispēsatio. Potest inquam Ecclesia, quæ iure positiuo dies festos stabiliuit, oēs, vt suprà dixim⁹, vel tollere vel mutare: saltē factū teneret, licèt Spiritus sanctus id nō permitteret: quia pernicies esset. Haud tū vlla fieri vnquam potest dispensatio quin homo tempus aliquod seu dies seu horas teneatur diuino cultui deputatos impendere. Quòd autē dies isti aut alij festi fiant, cæremoniale est: in quod subinde Ecclesia ius habet. Cæremonia autē omnis, figura est, aut cōmemoratiua aut præfiguratiua. Significabat ergo præceptum hoc in sensu literali creationis beneficiū, tāquā illius memoriale. In sensu autē allegorico præfigurabat requiē Christi in sepulchro: quæ dies etiam fuit Sabbathi: quasi tunc ab opere redēptionis requieuerit. Sed & in sensu tropologico, qui ad mores p metaphorā pertinet, significat cessationem à peccatorū operibus. Quare secundùm illum sensum nō erat speciale præceptum: sed referebat generalē rationem omnium, quibus ab hac seruitute peccati arcemur. Ac demum in sensu anagogico significabat sempiternā requiem quæ nos manet in cœlo. Constituitur ego in Decalogo secundùm literalem moralemq; sensum. Vnde ob tam multiugā Sabbathi significationē, cùm aliæ complures essent in lege festorum solennitates, de hac sola in Decalogo mētio habita est qua reliquæ cōprehendūtur. Nam cæterarum singulæ ob particulāre beneficium fuerunt institutæ: illud autem creationis fuit vniuersāle. De festis autem illius legis, & quemadmodum illorum singulis singula nostra respondeant, videbimus quæstione proxima. ¶Atqui per hæc ratio liquet cur fuerit ab Ecclesia catholica à sęculo vsq; Apostolorum *in* diem Dominicam mutatum. Nam ratio illa literalis commemorandi beneficium creationis, altiùs mutata est in beneficiū recreationis, quæ facta est à Chri

Ratio abolitionis Sabbathi & mutationis in diē Dominicū.

sto per gratiā: hoc enim beneficiū Dominica die resurgendo absoluit, quæ fuit in statu gratiæ lux prima, infinitùm præstantior illa de qua tunc dixit Deus, Fiat lux. Præterquàm, ep & dies illa prima creationis mundi, Dominica etiam fuit: quandoquidem septima fuit Sabbathum. Figura autē allegorica Christi quiescentis in sepulchro, præsente veritate cessauit. Sensus autē anagogicus perpetuæ quietis cœlestis multò aptius congruit Dominicæ diei. Volubilitas enim huius mundi curriculo hebdomadæ significatur: immutabilis autem fœlicitatis æternitas significantiùs exprimitur Dominica die.

Altera ratio.

Ad primum argumentū. AD primum igitur argumentū quod de authoritate Ambrosij procedebat respondetur, patrem illum mysticorum sensuum amatorem, intellectum eiusmodi Iudæis obiecisse, propterea, quòd opera misericordiæ in Sabbatho fieri non ferebant: & ideo cùm dixit illo præcepto peccatorum opera prohiberi, nō id intellexit in sensu literali, in quo sita est specialis præcepti substantia: sed in sensu tropologico, qui generalis est omnium præceptorū virtus.

Ad secundū ¶Ad secundū respondetur quod Sabbathi obseruatio apud Iudæos erat figuralis: & ideò strictiore religione illud seruabant: adeò vt neque cibos igne possent parare: vt patet Exod. 16. &. 35. Nempe vt illā cessationē Dei à mundi fabrica ad viuū exprimerent. Nam figura, cùm sit rei signum, debet veritatem vsq; ad minima fidelissimè referre. Nos autem nō ob illum figuralem ritum, sed institutione Ecclesiæ tum dies Dominicos, tum festos alios feriamur. Quapropter cōgruentiùs naturali iuri eiusmodi festa colimus: nempè vt & victui ne cessaria naturali more paremus. Et nobiscum super reliquis quæ necessitati naturæ seruiunt, facilius dispensetur.

Ad tertium argumentū. ¶In tertio igitur argumento vastissimus aperitur campus eorū quæ nobis diebus festis, tum licitè permittuntur, tum dispensatione indulgentur. Sunt enim vsque adeò multa, vt vix queant sub numero cōprehendi: ideoque tantummodò eorum capita teneri memoria possint. Et primùm cùm in hoc præcepto aliquid sit negatiuum, vt dictum est, id est cessare à seruili opere: atque alterum affirmatiuum, quod est sacrum audire. Circa vtrumque perpendenda illa sunt, quibus citra iniuriā violatur præceptum. Vnde primùm omnium supponenda est illa suprà tacta distinctio sancti Thom. quòd operum seruilium alia peccata, quibus dęmoni seruitur. Et hęc sunt per omnia mandata vetita: significata verò hoc singulari in sensu morali metaphorico. Alia verò

Distinctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt quibus secundùm corpus homo hominis seruit: vt mechanica. Et hæc sunt ista præcepto ad literã interdicta. Sed alia prætereà sunt, quibus seruimus Deo, nempe quæ ad eius cultum attinent. Et hæc adeò non respuũtur isto præcepto, vt sint ad eius finem impendiò conducentia. In hoc enim ab alijs seruilibus abstinemus, vt inseruiamus Deo. ¶Sex ergò capita sunt per quæ illa iudicare possumus quæ Sabbathis licent. Primum est hoc quod modò diximus: scilicet, si sit ad Dei cultũ pertinens. Inter hæc autẽ sunt gradus. Primũ obtinent spiritualia quæ ab spiritu increato supernaturaliter nobis donantur: vt est sacramentorum administratio: quibus gratia confertur, in qua vita spiritualis consistit. Quapropter & antiqui circuncisionẽ ministrabant in Sabbatho, si octaua tũc incidisset dies. Vnde Christus Ioannis. 7. Circũcisionem homo accipit in Sabbatho, vt nõ soluatur lex Moysi. Et nos quoq; omnia administramus sacramenta. Atq; illa insuperquẽ ad altaris ministeriũ attinent exercemus: scilicet prædicamus, & ea legimus quæ ad meditationem & animi refectionẽ conferunt. In secundo gradu sunt illa corporalia in quibus cultus etiam per se consistit: vt erat antiquis arcam testamenti deferre: & nobis baiulare sanctorum statuas, crucem, & huiusmodi in processionibus. Ad hæc organis canere & alijs instrumentis, de quibus operibus illud intelligitur Matth. 12. Sacerdotes in tẽplo Sabbathũ violant, id est corpore labores exercent: & sine crimine sunt. In tertio gradu locantur illa quæ sacrorum sunt præparatoria. Sed hæc tripertita. Nam quædam adeò sunt propinqua cultui vt sine illis fieri nequeat: vt antiquitùs sacerdotes animalia, quæ Deo litabantur, mactabant & torrebant: & nunc campanæ pulsantur. Alia verò sunt quæ possunt præcedẽti die fieri: & hæc non sunt sine causa in festo facienda, sed anteà præparãda: vt hostias coquere, & monumentorum apparatus extruere: ni fi forsan continuatio festorũ exigat vt in festo fiant. Sed tamen alia sunt, non quidem per se, sed accidentariè ad diuinum cultum spectãtia, vt colere agros paupercułæ Ecclesiæ vel hospitalis: aut ad eius structurã vectare lapides. Et hæc neq; sine necessitate fieri in festo debent, neq; sine Prælati facultate: quandoquidem opera sunt vere seruilia: ideoq; licèt lex misericordiæ in causa sit dispensandi, fieri tamẽ non debent absq; episcopi dispensatione: vel saltẽ paræciani, vbi lic habet vsus. ¶Secundũ autẽ genus operum quæ in festo licent est spiritualium actionum, quæ ab spiritu nostro proficiscuntur: vt docere, consulere, & id genus alia. Seruile enim opus idem est quod corporale. Nam corpus est quod animæ seruit: quare quæ ad animam attinent, non connumerantur seruilibus. Attamen non inde infertur mechanicarum artium exercitium in festo esse permissum, & si artes illæ intellectuales quoq; sint. Quoniam non de suo tantum principio, verùm & de fine pensanda est spiritualium ratio. Scientię ergo quarum finis est intellectum illuminare, spirituales sunt: illæ verò quarum finis in fabricato opere positus est, quod manibus cõficitur, obidq; mechanicæ dicuntur, seruiles habentur. At verò sunt nonnulla spiritualia quæ ecclesia bona causa in festis interdixit, vt ius dicere, & causas agere, & iuramentũ solenniter in iudicio nisi causa pacis præstare: vt patet extrà, de ferijs, cap. omnes dies. & cap. conquestus. Tametsi hæc ingruenti atroci extraq; ordinario crimini dispensationem quoq; admittant. Vt si publicus latro, aut maiestatis læsor caperetur in festo, liceret eum subitò in supplicium rapere. Et religionis gratia hæretici in solẽni festo solent igni admoueri. ¶Tertium genus & caput eiusmodi licitorum operum est quæ quanquàm sint corporalia, non tamen sunt propriè seruilia. Nam inter corporalia quædam extãt genere suo seruilia, quorũ exemplum in mechanicis positum est: quędã verò genere suo libera, vt artium liberalium opera, qualis est musica, & figuras geometricas in abaco ducere: quæ certum est licẽre in festis. Quedam autem sunt & seruis cõmunia: de quibus dubium est an liceant: vt sunt scribere, itinerari, venari. &c. Et quidem si scribere ad id duntaxat reducatur quod est cum absentibus loqui: vt scribere epistolas: aut orationes habendas ad populum, aut prælegendas lectiones, liquet esse licitum: si autem ad opus seruile vergat, vt stata mercede transcribere, aut alia ratione calamo mereri, id minimè fas est: itinerari autem audita Missa, maximè illis qui in itinere sunt, mos quarundam prouinciarũ admittit. Sed animi gratia venatum ire, claret nõ esse seruile opus. ¶Quarta causa per quam nefas non est operari in festo, subiungitur necessitas. Primum illorum quæ ad diurnum victum pertinent, hoc est ad condiendos cibos igneq; parandos: qualis est coquorum opera, & eorum qui pastillos farciũt, & laniorum ac macellariorum. Pistores autem non excusantur, neq; furnarij: nam panis potest pridie festi confici. Nisi tantus esset festorũ concursus, qui id exigeret. Secũdò & necessitate salutis corporeæ excusantur medici, pharmacopolæ, & fan-

Sex capita vnde possis internoscere quæ liceant diebus festiuis.

Primum.

Secundũ genus operum quæ in festo licent.

Tertium.

Quarta causa.

guinis missores. Et qui fugiunt propria pericula, exemplo Heliæ qui fugit in Sabbatho à facie Iezabel. Vnde Christus Ioan. 7. Mihi indignamini quia totum hominẽ sanũ feci in Sabbatho. At verò pharmacopolæ nõ excusantur nisi secundũ necessitatẽ diei præsentis. Est enim seruilis ars, quam sola necessitas facit in festo licitam. Tertiò & necessitas cõmunis salutis reipublicæ excusat milites in bello: & qui illicaggeres & vallũ ducunt. Et qui quosuis alios labores perferunt. Qua ratione vt legitur. 1. Maccha. 2. Macchabęi hostile prælium sabbathis propulsare prudenter decreuerũt. Deinde & propter particulares necessitates licita sunt opera in festo. Vnde Deut. 22. Non videbis ouem fratris tui aut ouẽ errantẽ & præteribis, sed reduces fratri tuo. Cui alluſit Christus Matth. 12. Quis erit ex vobis homo qui habet vnã ouem: & si ceciderit in sabbatho in foueã nonne tenebit & leuabit eam? Et per id excusamur dum cõflagrationibus occurrimus, & inũdationibus. Quin etiam tẽpore messis stante aura iustè perpurgantur grana. Imò verò vbi aeris inclementia timetur possunt & areæ teri: atq; etiam, licèt hoc nõ tam facilè sit permittẽdum, segetes meti. Quãuis in his casibus, vbi ambigitur an necessitas vrgeat, consultius est Antistitẽ adire vel saltẽ paroecianũ, per quem hæc liceant. Atqui ex hoc capite excusantur etiã illi qui munia reipublicæ necessaria exercent, quæ nõ possunt sine graui iactura festis omnibus interpolari. Qualia exercent nautæ, cursores, muliones, & qui istis seruiunt, vt mareschalci veterinarij, q̃ soleis ferreis bestias calceãt. Et qui furnos cõflandi vitri accendũt. Sũt qui & eandẽ facultatem illis faciunt, qui lateres coquunt & calcem. Sed in his non tantum video necessitatis. Adde q̃ & propter reipublicę ornatum licet opificibus in festis operari, vt in torneamentis. Tametsi salubrius semper sit dispẽsationem procurare. Atqui sicut necessitas immunes facit à transgressione legis communis, sic & à trãsgressione particularis. Licet eñ aduocatis in festo indices informare: & instante necessitate etiam scribis aliquos actus agere. ¶Quinta causa quæ à transgressione festi operantes excipit est Ecclesiæ concessio. Indulget enim Alexan. 3. ca. licèt. de ferijs. vt possint in festis piscatores haleces piscari. Et idem est de thynnis atq; alijs piscibus qui solo vno anni tẽpore eodemq; breui capiuntur. ¶Sextum denięq; excusationis caput est consuetudo. Prohibetur in dict. cap. omnes. de ferijs. mercatus fieri in festo. Sed iam creberrima consuetudo est nundinas in festo celebrari. Consuetudines autem tunc à culpa liberant, quando sunt rationi congruentes, & prælatorum cõsensu introductæ, & antiquitate receptæ. ¶Ecce de membro negatiuo huius præcepti, quod est cessare ab opere seruili. Affirmatiuum autẽ, quod est audire sacrum, venerantiùs obseruãdum est, neq; quacunq; de causa omittendum, nisi sit valde vrgens: vt si causa sit fugiendi periculum mortis: aut seruiẽdi infirmis, qui citra periculum relinqui soli nequeunt: aut si timeretur puellæ raptus, & similia. Quãuis in hoc inualescere possit consuetudo. Vbi enim in more est nubiles puellas non exire in pubicum, nullam contrahunt culpam nõ prodeuntes in templũ. Quin verò si mater aduersum quidpiam filiæ timeret, posset domi manere eius custos. Et præterea si maritus zelotypia æstuans vxorem cohibeat ne in sacrum progrediatur, parêre ipsa tenetur. Et pariter serui & famuli dum herus vel iter eis imperat, vel aliud negotium, licèt sacrũ non audiant. In ipsum autem herum refundetur noxia, si absq; causa seruum impediat, quo minùs Missam audiat. ¶Id autem quod in præsentiarum occasionem quibusdam hæsitandi offert, est vtrùm illa omnia quæ dicta sunt in die festo licêre, illicita ob id fiãt, quòd pro mercede exhibentur. Inuenias enim nõnullos hac opinione captos, quòd qui præcipua intentione ob mercedem operãtur in festo, ipsius sunt trãsgressores: si autem officium suum propter necessitatem potissimè præstẽt, licet eis accessorium stipẽdium recipere. Imò alij censent q̃ qui diues est, tenetur in festo gratis opera mile ricordiæ facere. Istorum autem scrupulus hoc habet, si vllum habet fundamentũ, quod opus seruile est illud quod fit in obsequiũ alterius: qui autem mercede operatur, alteri ceu seruus obsequitur. fit ergò illud opus seruile. Nã quãdo necessitas in causa est vt opera in festo sint licita, eò est quòd illa tũc opera liberis cum seruis communia sunt. Si ergo pacta mercede effi ciuntur seruilia, fient subinde illicita. ¶At verò citra vllum scrupulum, quod articulo præsenti etiã Caietan. agnouit, quoduis opus quod vel propter necessitatem, vel propter consuetudinem, vel propter quamcunque causarum quę modò à nobis recensitæ sunt, licitum in festo est, manet perinde iustum: quanuis non fiat nisi præcipuo mercedis intuitu. Spes enim lucri non facit opus seruile: siquidem & liberorum opera, qualis est negotiatio, & musica, & venatio, & militatio, & similia, propositam sibi habent mercedem. Et vice versa, seruile opus gratis etiam impendi consueuit: vt opus mechanicum. Neque hoc quod est alteri obsequi, constituit

Quibus de causis possit quis citra noxam die festo nõ interesse sacris

Quorundã scrupulus.

Ratio dubitandi.

Solutio.

Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stituit seruile opus. Nam & liberorum opera fieri solent in obsequium alterius. Et econuerso seruilia in obsequium ipsius artificis. ¶ Præterea arguitur. Famuli stipendia recipiunt pro famulatu etiam in festo impenso: Quin verò musici præcipuè seruiunt in festis atque in Ecclesijs pro mercede. ¶ Post hæc arguitur. Quæuis opera in diefesto sint necessaria, non tamẽ opifices & artifices tenentur illa gratis præstare: quia non sunt necessaria propter inopiam personarum, sed ex natura rei, vt in superioribus exemplis patet: ergò illa licitè possunt solùm propter mercedem exequi, aliter non facturi. Possuntque perinde de pretio pacisci. Nullatenùs ergò ratione mercedis aut præmij perpendendum est quódnam sit seruile opus, quod verò minimè: sed per capitales causas paulò antè commemoratas. Itaque si docere scietiam licitum de se est in festo, licebit etiam operarum pretium exigere. Et pariter aduocatus si consilium respondeat in festo. Idemque censeto de Medicis & de alijs infirmorum administris. ¶ Ex quo fit neque studere in die festo lucri causa, illicitum esse. Nam aliâs etiam scholares ius violarent si in festo literis vacarent: nam plerique id faciunt spe lucri. Et nihil refert lucrumne post longum tempus expectes, an in præsenti recipias. Neque refert doctór ne & aduocatus diues sit, an pauper. Tametsi diuitibus consilium sit dies festos aut diuinis dicare, aut causis pauperum largiri.

Prima ratio.

Secunda ratio.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm quartum præceptum de honorandis parentibus congruè tradatur.

DIutius nos præcedentes quæstiones remoratæ sunt. Hæc autem de quarto præcepto facilimè expeditionis est. Arguitur nihilo minus de more ꝙ non fuerit congruè positum. Præceptum quantum ad pietatem attinet quę est pars iustitiæ, non quidem directa eius species est, sed potentialis. Sũt autem multæ aliæ similis iustitiæ partes, vt habes apud sanctum Thomam. 2.2. quæstio. 80. vt obseruantia, gratia, veritas. &c. non ergò hoc tantùm debuit poni affirmatiuum præceptum, sed similium virtutum insuper alia. ¶ Secundò, non solùm parẽtibus, verum & patriæ & sanguine coniũctis debetur ex pietate cultus: ergò manicum fuit præceptum quod solos parentes colere iubet. ¶ Tertiò, neque parentibus solus debetur honor, verùm & sustẽtatio: ergò & in hoc fuit etiam mutilum, quòd solum honorem expressit. ¶ Quartò, neque causa illi subiuncta, videlicet quòd parentibus morigeri erunt longæui super terrã, vt legitur Exodi. 20. in vniuersum verum habet: inuenias enim parentibus obedientes, eosdemque tenera ętate luce sublatos: videasque contrà multos rebelles qui longo fruuntur senio: non ergo congruenter positũ est. ¶ In contrarium facit scripturę authoritas.

Argum. 1.

S. Thomas.

Argumẽ. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

Conclusio responsiua.

QVæstioni vna satis est conclusio breuissima. Congruentissimè tribus præceptis dilectionis Dei, proximè quartum de reuerendis parentibus subiunctum est. Probatur. Præcepta primę tabulæ dilectionẽ Dei, vt dictum est, commendant: & præcepta secundæ, dilectionem proximi: inter proximos autem maximè proximi sunt parentes, quippe quibus id quod sumus secundùm Deum debemus. Sũt enim particulare principium nostri: sicuti Deus vniuersale omnium: ergò locus hunc præcepto debitus, proximus loco est diligendi Deum. Est enim pietas in parentes illi quæ Deo debetur adeò affinis, vt. 8. Ethicorũ Aristot. compositè dixerit, Dijs & parentibus neminem posse æqualia rependere. Et Cicero in Oratione post reditum: Parentes, inquit, charissimos habere debemus, quòd ab his nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. In primis autẽ Deum, cuius beneficio hęc omnia tenemus.

Probatio.

Aristo.

Cicero.

CIRCA materiam ergò primi argumenti id animaduertendum est, quod in capite libri octaui luculentiùs exposuimus: videlicet partes iustitiæ alias esse specificas, vt distributiuam, & commutatiuam: alias verò potentiales: hoc est illi annexas: vt puta quæ cùm non integram habeant rationem iustitiæ, non directè ei subduntur, sed tamen propter aliquid vtrique commune reducuntur ad illam. Ratio nãq; iustitiæ est esse ad alterum, cui æquale debito redditur: religio ergò conuenit cum iustitia, quia est ad alterum, puta ad Deum: cui tamen nequimus æquale reddere. Atque in hoc deficit à iustitia. Ad religionem autem spectãt præcepta primæ tabulæ, quæ est virtus annexa iustitiæ. Pari ratione pietas quæ est ad parentes, quibus æquale reddere non possumus, est pars potentialis iustitiæ. Et similiter obseruantia: quæ est reuerentia hominibus ob virtutem exhibita. Nam neq; virtuti æquale pręmium reddi ab hominibus valet, vt. 2. Ethicorum

Ad primum argumẽtum.

rum est apud Arist. Quare hæc virtus ad quartum præceptum reducitur: sicuti suprà in illo verbo adnotauimus, Leuit. 19. Coram cano capite consurge. Liberalitas autem alio pacte claudicat nè sit prorsus iustitia: nẽpe quòd in beneficijs cõferendis versatur quę non sunt debita: sicuti & gratia quæ non ratione debiti, sed ratione honestatis beneficia repensat. Hæc ergò omnia reducuntur ad hoc præceptum. Iam enim superiori quæstione dictum est in decalogo illa precisè debuisse locari, quę absq; vllo sapientum officio elicere ex naturæ principijs ratio posset, nisi vbi nubila essent: hæc autem nonnullo sapientum adminiculo opus habent, quo plenè percipiantur. Præterquàm ꝙ filiorum debitum ad parentes cunctis est mortalibus cõmune: reliqua verò, specialia: sub generali verò specialia militãt. ¶ Ad secundũ ad eundem propè modum respondetur, quòd ratio quare patriæ, & sanguine agnatis, atq; alijs necessarijs nostris debitores sumus, parentes fuêre, qui nos tali loco & sanguine genuerunt: & ideò cùm præcepta Decalogi, vt dictum est, sint prima legis principia, abundè parẽtes pro cunctis nominati sunt. ¶ Et eôdem reducitur solutio tertij argumenti, nempè quòd honor parẽtibus à cunctis filijs per se debetur, siue locupletes sint siue egeni. Sustentatio verò accidit vt debeatur dum parentes egent: ad ea autem quæ sunt per se ea reducuntur quæ accidunt. ¶ Ad quartum demum respondetur, cõgruentissimum, vt superiori quæstione exposuimus, propositum fuisse huic mandato præmium longæuæ vitæ, transgressoríque, supplicium breuis. Vnde Paul. 1. ad Timoth. 4. Pietas ad omnia vtilis est: promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Nam cùm vitam à parentibus secundùm Deum susceperimus, qui gratus illis est, meretur non solùm æterna potiri, verùm & temporalem sibi augeri: qui verò ingratus, illa orbari. Ob idque adeò Solõ, vt Cicero pro Sexto Amerino refert, nullum parricidijs supplicium constituit: cuius causam interrogatus respondit, se id neminem facturum putasse. Romani autem intelligentes, nihil esse tam sanctum, quod aliquando non violaret audacia: supplicium in parricidas, quàm maximè congruens excogitárunt: nempè vt in culeum insuti in flumen deijcerentur: vt his rebus omnibus de repentè carerent: nempe elementis ac bestijs, ex quibus omnia nata esse feruntur. Videlicet nè cœlum viderent, nec solem, neque verò aquam tangerent, neque aërem ad respirandum: neque terræ eius cadauera mandarentur, neque adeò obijcerentur feris aut bestijs, nè videlicet tactu suo aut elementum aliquod aut bestiam polluerent, qui sese immanissimo scelere polluissent. At verò quoniam neque præsentia hæc labentiaque bona sub merito cadunt, neque aduersa malà satis sunt ad expianda piacula, fit vt Deus occulto iudicio quandoq; sinat vt & boni exiguo hoc præmio careant, & mali, supplicio: quippè quibus auctiora in altero manent sæculo.

Ad secundũ argumẽtũ.

Ad tertium argumẽtũ.

Ad quartum argumẽtũ.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm sex reliqua præcepta conuenienti ordine & modo tradantur.

SE reliquis sex præceptis satis suprà dictum est: sed nè ab ordine illa excludamus, arguitur quòd nõ sint sufficienter tradita. Primùm sic: Alia sunt præter homicidium, adulterium, furtum, & falsum testimonium nocumẽta quæ ciuibus inferuntur: diminutus ergò fuit numerus. ¶ Secundò. Concupiscentia in nono & decimo præceptis aut accipitur pro sensualitatis motu, secundùm illud Iacobi. 4. vnde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs, quæ militant in membris vestris? aut pro voluntatis consensu, vbi peccati ratio consummatur, & pariter virtutis ac meriti, secũdùm illud Sapien. 6. Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum perpetuum: sed prior quidem prohiberi non potuit: quia naturæ corruptæ naturale est cum ratione pugnare: secundùm illud Pauli, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: aliàs sensualitatis commotiones essent mortalia peccamina: quod est falsum. Secunda verò vno quodlibet præcepto prohibetur. Qui enim prohibet homicidium, vnà prohibet & eius voluntatem: nihil ergò opùs habuit peculiari mandato. ¶ Tertiò denique, Homicidium adulterio & furto grauitate antecellit: non autem seorsum prohibita est eius cupiditas: non ergò erat cur aliorum concupiscentiæ seorsum inhiberentur. ¶ A parte contraria pugnat authoritas ipsa legis.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argumẽ. 3.

AD quæstionem post ea quæ superiùs explicata sunt perfacilis est responsio, quæ vnica conclusione continetur. Sex præcepta debita ratione prohibitionis tenore posita sunt. Probatur. Duæ sunt partes iustitiæ, facere bonum, à malo q; recedere. Primum autem non cũctis promiscuè per se debetur, sed perso-

Conclusio responsiua.

Probatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis certis: cui autem potissimùm debetur, est Deus,& secundùm illum parentes: sed tamen iniurijs & vi minimè lędere, omnibus debitũ est: obidque post primam tabulam quartũq; mandatum,quibus ea præcipiuntur quæ Deo parentibusque debentur, optimè nocumenta respectu omnium in vniuersum prohibentur. De distinctione autem, numero, ordine,& traditione eorum, deque singulorum grauitate, satis superque quæstione superiori dissertum est.Quòd si de numero adhuc hęreas,eò quòd cùm alia multa præterquàm parentibus & cõsanguineis, alijs etiam debeantur,secũdum verbũ Pauli,Reddite omnibus debita:cui tributũ, tributũ.&c. debuerint.alia adhiberi affirmatiua præcepta. Respõdetur q cũ Decologus primordia solũmodò cõtineat legis,non decebat in ipso nobis tradi nisi ea quę vniuersis mortalibus communi ratione debita sunt: & talis est honor quem debemus parẽtibus Ad reliquos verò non vna, sed diuersis rationibus contrahuntur debita, & ideò nõ erat illis opus speciali præcepto: sed satis erat generalis iustitia,quę præcipit vnicuique ius tribui suum.¶ Atq; per hoc documentum liquet id quod quæstione. 3.contra Burgẽsem super Leuit.19.adnotauimus: qui contra sanctum Thomã,imo contra planam veritatem præceptum dilectionis proximi negat esse omnibus cõmune atque notissimum: propterea scilicet quòd amicitia non fuit philosophis cõperta respectu omniũ, sed tantum respectu studiosorum.Est enim mens Diui Thomę & rei veritas, quòd cùm præceptum dilectionis proximi includat,& benefacere,& non maledicere, prius est notissimum: non quidem respectu omnium proximorum, sed respectu certi generis, scilicet parentum: posterius verò respectu omnium: & ideò ex eodem principio solùm elicitur quartum præceptũ affirmatiuum,& reliqua negatiua.

Scrupulus.

Solutio.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd cùm nocumenta, atque iniuriæ quibus alter in alterum nocuus & iniurius est nõ potuerint certo numero colligi, cõsultum fuit, ac perinde decorum, capita tantùm poni, quibus alia cohęrent membra.Quicquid enim detrimenti alteri inferas, aut personę illud impingis: & id rerum genus ad homicidium reducitur: aut personæ coniunctæ per modum libidinis: & hæc referuntur ad adulterium. Damna autem in rebus data, siue per vsuram, siue per aliam fallaciam, omnia ad furtum propendent. Sicuti & iniuriæ omnes quibus infra verba peccatur: vt sunt mendacia,& detractiones, & verbales contumeliæ,ad falsum testimonium. ¶ Ad secundum respondetur, nõmine concupiscentiæ non prohiberi sensualitates in sultus atque illecebras: sed voluntatis consensus,vbi subest peccatum, secundùm verbum Christi, Qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et quanuis vno quolibet præcepto vnà & res & eius cupido prohibeatur: exposcebat tamẽ singularis necessitas vt speciatim concupiscentia alienæ vxoris, atq; alienarum rerum exprimeretur propter rationem quã superiori quæstione, articulo.5.declarauimus: nempè quòd aliorum peccatorum obiecta non per se ad cõcupiscentiam illectant: sed ob alias affectiones cupiũtur: vt homicidium propter vindictam, quæ ex odio nascitur: & propter iram.Quare in illis sufficit res ipsas prohiberi: ea verò quæ ad concupiscentiã carnis & oculorum spectãt, per se animum pelliciunt: atque adeò non solùm in abstinẽdo ab illis difficultas est, verùm & noua in refrænanda concupiscentia:obidq; præter opus, consultum fuit & cupidines singularibus prohibitionibus interdici.

Ad secundũ argumẽtum.

QVÆSTIO QVINTA, De præceptis cæremonialibus.

S. Thom.1.2.q.101.&.2.&.3.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm cæremonialia præcepta quadrifida fuerint, scilicet sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantiæ.

ESTSI FVNCTIO nostra fuerit Diuum Thomam explicando amplificare, tamen in his cęremonialium ac iudicialiũ quæstionib⁹ diuersa erit. Adeò enim copiosè & disertè cũcta ipse explanauit, vt nequeat doctrina eius vel extẽdi ampliùs vel elucidari. Igitur vt summatim cõpendium faciamus, primò quæritur an cæremonialia quadrifida partitione diuidãtur, scilicet in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias. Et arguitur à parte negatiua: Si hoc ratione distribuerentur, id maximè esset quod cæremonialia ad diuinum attinebant cultum,vt nomina ipsa sacrificiorum & sacrorum designant. Erant autem aliqua cæremonialia

Primus status.

nialia quę nihil ad cultum Dei referre videbãtur, vt abstinentia ciborum quæ præcipiebatur Leuit.11.& abstinentia à vestimentis, scilicet nè vestem duobus contextã, hoc est lana & lino, vllus indueret, vt Leuitic. 19. cautum erat:ergò non omnes cæremonię cultui seruiebant.¶ Secundò si sacrificia illa, & sacramẽta, atque obseruantiæ alicui erãt vsui accõmoda, maximè vt rerum aliquarum essent figuræ, secundùm verbum Pauli,omnia in figura cõtingebant illis: id autem nequàquam legi cõgruebat: vtpote quæ vt Augu. 4.de doctrina Christiana author est,& suprà citatus Isidõrus,manifesta esse debet & cũctis peruia:cùm illa quę figurarum mysterijs tecta sunt theatricam potius ænigmaticamq; repræsentationem præseferant, quàm legis claritudinem:haud ergò decuit esse figuralia.¶ Tertiò,legis synceritas simplicitatis præceptorum amatrix est, multitudinisq; expultrix. Est enim præceptorũ multitudo sarcina potius & ruinæ occasio quàm adminiculum ad virtutem: secundùm illud Petri Actu.15. Quid tentatis demum imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus: caueri ergo illa debuit cæremoniarum turba.¶ Quarto,cęremoniæ illæ,Christi erant vmbra & prognosticum: sacrificia autem abũdè præsignabant Christum,qui secundùm Apostolum ad Ephes.5. sacrificium se obtulit & oblationem & hostiam:in noua autem lege sacrificium ipsum altaris simul est & sacramentorum,idemq; potissimum,atque idipsum dicitur sacrum, omniaque sacrificia & sacramenta sunt quædam obseruantiæ: non ergò opus illa est quadrifaria distinctione.Aliàs deberent & alia superaddi membra: puta solennitates, oblationes, atque id genus multa. ¶ In contrarium autem est quòd lex illa de his omnibus meminit.

Argumen.1.

Paulus.

Augustinus.

Argumẽ.3.

Argumẽ.4.

AD quæstionem iuxta numerum argumẽtorum quatuor conclusionibus respondetur. Prima est. Cæremonialia illa cuncta ad Dei cultum pertinebant:sic enim quæst.2.tres præceptorum ordines secreuimus, quòd moralia ex principijs naturæ, ceu conclusiones eliciuntur. Cæremonialia verò & iudicialia, non cõclusiones,sed speciales determinationes sunt generalium præceptorum quæ arbitramento quodam statuuntur. Cæremonialia quidem circa religionem quæ nos ordinat in Deum: iudicialia verò circa pacem & tranquillitatem ciuium secundùm charitatem proximi.Est eñ naturale præceptum, vt Deus colatur. Quòd autem vel hoc vel illo modo, arbitramentum

Prima cõclusio.

est humanum vel diuinum:sicuti ait Aristo.5. Ethicor.Litare enim hæc aut illa animalia, nihil natura sua refert nisi quia lege positũ.¶ Secunda conclusio.Cultum illum diuinum in lege veteri decens fuit prognosticam figuram Christi eiusq; Euangelicæ legis prætulisse.Probatur.Sicuti homo,& anima constat & corpore,ità & cultus tam interior est quàm exterior: secundùm illud Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.Et sicut corpus ad animam relatum est,sic & exterior ad interiorem refertur. Cultus autẽ animæ in hoc positus est,vt Deo suo coniungatur: ob idq; secũdum diuersam eius coniunctionem diuersum esse congruit externum cultum. Quo fit vt in statu sempiternæ beatitatis, vbi anima secundùm intellectum atq; affectum Deum habet præsentem, nullo opùs sit vmbratili figuratiuoq; cultu,sed omnia perficiuntur laude:secũdùm illud Esai.51. Si gaudium & lætitia inueniuntur in ea,gratiarum actio & vox laudis.In statu autem præsentis vitæ,vbi absentes ab illo cõspectu exulam⁹,necesse habemus radijs eiusdem diuinæ veritatis sub sensibilis figuris illustrari:vt.1.cap.Cœlest. hierar.author est Dionys. diuersimodè tamen secundùm diuersum statum cõditionis humanę.Nobis quippe sub lege degẽtibus Euãgelica, quia etsi veritas ipsa non per se elucescat: tamen via iam patula est, & per Christum reuelata,nullis alijs operæpretium est figuris, quàm æternæ illius beatitatis quæ nos etiamnum futura manet. Veterẽ autem populum,cui non solùm diuina per se veritas, verùm & via quæ futurus erat Christus, vti,ad Hebr.7.ait Apostolus,nõdum erat propalata, quàm maximè decebat in illo versari exteriori cultu, qui nõ solùm figura esset sempiternæ veritatis in patria contuendæ, verum & Christi etiam qui futurus erat via,veritas,& vita:nempè vt tam diuturno tamq; celebri rerũ vsu populus ille assuetus & admonitus venientem posteà veritatem promptissimè reciperet. Vnde Paul. ad Hebr.10. quo discrimen antiquæ legis & nostrę insinuaret,vmbram,inquit,habẽs lex (scilicet vetus)futurorum bonorum,nõ ipsam imaginem rerum: videlicet quale nos habemus. Elõgatior enim à veritate est vmbra q̃ imago, quæ eã germaniùs exprimit. ¶ Tertia conclusio: Condecens etiam fuit vt non vna tantùm cæremonia, sed multiiuga earum varietate populus ille occupatus esset, diuinoq; cultui mancipatus.Cõgruitas enim hu iustam ex iniquorum necessitate quàm ex iustorũ perpẽditur.Illi enim qui ad idololatriam prochues erãt, quoniam idololatrarum super

Aristote.

Secunda cõclusio.

Probatio.

Dionysius.

Paulus.

Tertia conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitiones multifidæ erãt, necesse habebant ecõ trariò cæremoniarum multitudine instituí, vt in illis occupati nõ illa auêrent quę inter Ethnicos cernebant. Sed & boni atq; ad diuinorum contemplationem acciues, nihilo minùs congeminatis cæremonijs erant imbuendi: tum vt assiduitate illa in diuina contemplatione persisterent, & varietate recrearentur: tum etiam vt Christi multiiuga mysteria multiplici cęremoniarum cultu identidem prospectarẽt. ¶ Quarta conclusio: Et si variæ fuerint multiplicesq; priscorum cæremoniæ, ad quatuor tamen capita reducuntur, quæ sunt sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantiæ. In cultu nanque tria est considerare. Primum quidem in quo eius substãtia posita est: videlicet sacrificium quod in Dei reuerentiam offertur. Secundò instrumenta: vt templum, vasa, aliaq́ue eiusmodi. Et hæc dicuntur sacra, hoc est anathema: puta diuino cultui mancipata & consecrata. Tertiò, cultores ipsi in quibus duo dignoscuntur: videlicet consecratio vel totius populi, vel singulariũ ministrorum. Et hæc sunt sacramenta, quibus vel populus sanctificatur, vel consecrãtur ministri. Et rursus singularis eorũ habitus & famulatus: qua ab exteris secernuntur, qui non sunt eiusdem religionis, tum quantum ad cibos, tum etiam quantũ ad vestimenta. Atq; hæc dicuntur obseruantiæ. Hæ igitur quatuor species sub vno cæremoniarũ genere concluduntur.

Quarta conclusio.

Ratio cõclusionis.

Ad primum argumentũ. ET per hæc patet argumentorũ solutio. Ad primum enim respondetur quòd illa cibo rum abstinentia vestimentorumq; habitus ad diuinum cultum conferebant. Non quidẽ per se primò vt sacrificia, sed quasi præparatoria ornamenta: quamobrem sub genere etiam cæremoniarum continentur. ¶ Ad secundum respondetur quòd diuinorum arcana non sunt quibuslibet inuulganda. Quocircà à musitando atque à labiorum compressione mysteria dicuntur. Aliàs, vti Christus admonuit, esset margaritas porcis inculcandas proijcere. Nã quæ homo non capit, illicò spernit. Obidq́ue figurarum schemata & rerum typi non sunt scripturæ sanctæ incongrui. Imò sicuti in theatris homines sensili representatione contuẽtur quæ nudo intellectu capere nequeunt: sic & in scriptura est operæ pretium. ¶ Ad tertium respondetur quòd sicuti ægroto corpori dũ vna non sufficit medicina, alia ac subinde alia adhibetur: ità & in illis cæremonijs, quæ vt suprà diximus, de se non iustificabant, sed egena erant & infirma elementa, fieri necessum erat. Et ideò tanquàm sapiens legislator consultius Deus duxit transgressiones aliquas multitudinis cęremoniarum permittere, quàm vt si otio populus ille vacaret, in idololatriam collaberetur. ¶ Ad quartum denique iam reddita est ratio distinctionis illorum quatuor. Nostrum enim sacrificiũ Christum ipsum cõtinet: quod est proinde sacramentum: nõ sic autem sacrificia veteris legis. Ideoq́; alia erãt sacramẽta, quibus suo gradu purgabatur expiabaturq́; populus, atque alia sacrificia. Itẽ solẽnitates quodammodò ad sacra pertinebant: sicuti templa sacra. Offerebantur enim sacrificia, sicut in loco certo, ità & statis temporibus.

Ad secũdũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

Ad quartũ argumentũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm singulis istis cæremoniarum speciebus reddi possint legitimæ causæ.

SVBSEQVITVR in secundo articulo vt de causis cęremoniarũ cursim saltem dicamus. Quæritur ergò an causas habuerint vllas. Et arguitur à parte negatiua. Sup illud ad Ephes. 2. Legẽ mandatorũ decretis euacuans: ait glossa, decretis Euangelicis ob id esse euacuatas obseruantias antiquę legis, quòd ex ratione sunt: illæ ergò per contrarium sensum ratione carebant. Præsertim quòd si ratione pollerent, moralia fuissent. Nam quicquid ratione constat ex principijs naturæ deducitur, ex quibus morales præceptiones oriuntur. ¶ Secundò arguitur, quòd saltem nullam habuerint literalem causam. Enimuerò si cæremoniæ vniuersæ nõ nisi signi, figuræq́; rationem habebant, nõ alia in illis existebat ratio quàm per res illas futura præsignare, atque adeo nullã habebãt causam quę secũdum primæuum significatũ literę existeret. Idq́ue ex ipsis legis verbis confirmatur. Nam si qua erat cæremonia quę causam haberet literalẽ, maximè vel circuncisio vel Phase Paschæ. De priori autem legitur Genes. 17. Vt sit in signum fœderis inter me & vos. De posteriori verò Exod. 13. Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos: ergò alia multò minùs habebant literalis causæ. ¶ In contrarium autem est quòd non solum sacramenta & sacrificia figuram gerebant Christi, verùm & historiæ ipsæ: vt transitus maris rubri, peregrinatio deserti, atque id genus reliqua. De his quippe ait Paul. 1. ad Corinth. 10. Omnia in figurã contingebãt illis:

Primum argumẽtum.

Glossa.

Vtrũq; cõclusio.

Differimẽ inter sensum literalẽ & mysticum.

Argumẽtum.

Paulus.

Probatio cõclusionis.

illis: sed in historijs pręter mysticum intellectũ inerat etiam literalis: ergò & cæremoniæ causam habebant literalem.

Prima cõclusio.

AD quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prior: vniuersus cæremoniarum ritus Mosaycæ legis ex debito fine ducebat suas causas. Conclusio hæc in comperto cuicunque est qui crediderit legem illam opus fuisse Dei: quod suprà contra Manichæos iam constitutum est. Nam cùm Deus cuncta sua sapientia gubernet, sapientis autem secundùm Philosophum. 1. Metaph. sit res ordinare, fit vt quæcunque à Deo procedunt, vt Apostolus ad Roma. 13. inquit, ordinata sint: ordo autem cuiusque rei duo exigit: prius vt debito sit fine instituta. Nam illa quæ vel non seriò fiunt, sed ioco: vel non consultò, sed pręter finis intentionem eueniunt, ob defectum ordinis ad finem, dicuntur inordinata & temerè facta. Secundò etiam oportet & id quod ad finem quempiam refertur, proportionem ad illum habere debitam. Quemadmodùm enim 2. Physico. ait Aristot. formam dentatæ serræ ex fine sumi, sic in practicis mediorũ ratio ex fine ducitur. Igitur cùm lex opus sit diuinæ sapientiæ, fit vt vtrumque rationis ordinem habeat. Quapropter Deuterono. 4. Hæc, inquit author ipse legis, est sapientia vestra, & intellectus coram populis. ¶ Posterior conclusio. Nullam credibile est fuisse cæremoniam antiquæ legis quę non habuerit vtrumque sensum & causam: nempe & literalem & mysticam. Ad cuius intellectũ notandum est vt inter proloquia super Matt. fusiùs explicuimus, sensum literalem & mysticũ sic differre, quòd literalis est quo literæ ex sua institutione vel primæua vel metaphorica res ipsæ significãt: mysticus verò est quem res per literas significatæ rursus significant. Exempla sunto. Historia illa Genesis quòd Abrahã duos filios habuit, vnum de ancilla & alterum de libera, ad literam res gestas enarrat. Rerum autem historia Paulo ad Galat. interprete, duo per allegoriam significabat testamenta. Rursus illud Esaiæ. 7. Ecce Virgo concipiet, &c. in sensu literali proprio conceptum prænuntiabat Deiparę Virginis. Illud autẽ cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: in sensu itidem literali, sed tamen improprio, hoc est per metaphoram, eundem Virginis partũ significabat. Sed virga Aaron, quæ vt refertur Numer. 17. effloruit, in sensu mystico & allegorico typus erat & figura eiusdem rei. Hoc præhabito interpretamento pro batur conclusio. Cultus antiquæ legis hoc, vt suprà dictum est, à nostro differebat, quòd no

Snadetur cõclusio.

Philosophus Paulus.

Aristote.

Vtrũq; cõclusionis.

ster non est vmbratilis, tametsi imaginem gerat triumphantis Ecclesiæ: ille verò ad duos erat institutus fines: nempè & ad exhibẽdum Deo honorem debitum, & ad prænuntiãdum futurum Messiã. Quemadmodùm enim prophetarum oracula prædicationes futurorum erant: sic & tota legis illius historia nihil aliud apparebat quàm theatrum quoddam vbi futurorum comœdia agebatur. Hinc ergo fit totum illum cæremoniarum apparatum, & causam habuisse sensumq́ue literalem, seu ad euitãdam idololatriæ impietatem, siue ad commemorandum beneficium aliquod: vt obseruatio sabbathi. Et prætereà figuralem. Quemadmodùm esus agni & beneficij liberationis ex Ægypto præsagium vmbraq́ue erat, & occidendi Christi figura.

AD primum igitur argumentum respondetur, eatenùs cæremonias illas cum nostris collatas censeri non habuisse rationem, quòd natura sua nihil referebant: impertinens enim erat hæc aut illa mactari animalia, vestemq́ue non texi ex lino & lana: sed totam causam habebãt ex institutione. Ex autem nostra, quia in charitatis officijs posita est, à natura ipsa rerum rationem ducit. Ob idq́ue illa non dicuntur moralia: non quòd nullam habuerint rationem, sed quòd eorum probitas & laus non fuerit de natura rerum deprompta. ¶ Ad secundum respondetur, quòd sicut sensus metaphoricus nihilo minùs est literalis, quàm proprius: quia vterque per literam significatur: sic quòd res institutæ sint ad beneficium commemorandum non tollit literalem sensum. Quapropter nil vetat, quo minùs causa literalis circuncisionis illa fuerit, vt monumentum esset fœderis pacti cum Abraham, causaq́ue esus agni, vt esset memoria liberationis populi: licet per allegoriam aliquid prætereà in nostra lege futurum præmonstrassent. Causas ergo vtriusque generis doctissimè ac locupletissimè diuus Thom. figillatim in singulis cęremoniarum enarrat. 1. 2. q. 102. arti. 3. & tribus sequentibus: discurrẽdo per quatuor suprà dispositos cæremoniarum ordines: sacrificiorum enim literalis causa duplex erat: videlicet vt per illa mens humana in Deum subleuaretur ad repẽsanda beneficia de eius largitate susceptata: ideoq́ue offerebatur genus fere omne victualium, nempè animalia, panis, vinum, oleum, & mel. Thus prætereà & sal quibus nos Deus pascit, secundum illud. 1. Paralipo. 29. Tua sunt omnia, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. Sed quia donorũ omnium maximum fuit Christus: sic eũ Deus vt est apud Ioan. dilexit mun-

Ad primum argumẽtũ.

Ad secundũ

D. Thomas.

Duplex causa literalis sacrificiorum antiquæ legis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundum vt filium suum vnigenitum daret,vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam:causa mystica illorum sacrificiorum idem erat Christus. Vnde ad Hebræ. 10. sacerdos veteris legis easdē proferebat hostias, quæ nunquàm possunt auferre peccata. Christus autem pro peccatis obtulit vnam in sempiternum. Offerebantur autē ex animalibus tres quadrupedum species, scilicet, oues, boues,& capræ. Ex auibus verò turtur & colūba.sed ex piscibus,quia extra aquas viuere nequeunt,nullus reputabatur sacrificio idoneus. Occidebātur autem in figuram Christi qui in cruce erat immolandus.Quare & modus præscribebatur occidendi,vt à Gētilibus differrēt. Offerebanturq;,tum vt holocausta in honorē Dei,tum etiam ad expianda peccata,eundemque ipsum pacādum ac propitiandum. Vnde illæ dicebantur hostiæ pacificæ, hæ verò pro peccato. ¶Sacrorum quoque, nempè templi, vasorumq; ac solennitatum, in quibus sacrificia offerebantur, causa quoq; vtraq; assignatur.s.tam literalis quàm mystica.Habuit enim populus ille quando per desertum vagabatur portatile tabernaculum:posteà verò in possessionem missus terrę promissæ,templum.Nam ad literam neq; oberrantes fixum habere poterant templum, neq; quiescentes decebat tabernaculum habere mutabile.Sed quātum ad figuram tabernaculum significabat militantiū peregrinantiumq; in hoc mundo Ecclesiam: templum verò sempiternum cœlestium cœtum. Vbi, sicuti neq; in extructione tēpli nullus vel mallei sonit⁹ vel securis audiebatur,nullus erit luctus neq; strepitus: sed quemadmodum in hac militia,charitatis iustitiæq; officijs ac pœnitentiæ fructibus per Dei fauorem se quisq; exercuerit, dolueritq; & expoliuerit: sic omnes diuina dispositione collocabuntur. ¶Quòd autem non nisi vnicum illis templum concessum fuerit,rationem sanctus Thom.assignat,vt à diuersis locis atq; aris diuersorum Deorum, quos ethnici colebant, abstinentes, vnum verum profiterentur. At verò subticenda alia non est, quam Chrysosto. in homi.aduersus Iudæos disertè meditatus est. Prohibebantur enim pascha & festa nisi Hierosolymis vnoq; templo celebrare, vt Deuterono. 16.& apud Iosephum lib.3.cap.13. constat:eam inter alias ob causam, vt eodem posteà per Titū & Vespasianū diruto, neq; vnquàm deinceps reædificato, palàm fieret legem illam cessasse. Hac enim de causa dum in Babylone captiui rogarentur Hebræi sua celebrare festa, respondebant, Quomodò cantabimus canticum Domini in terra aliena? quasi dicerēt, Nefas nobis est alibi quàm Hierosolymis solennitates nostras peragere.Id nūc ergo si meditarentur Iudæi, facilè adducerentur vt crederent legem illam esse abolitam: quippe cuius sacrificia,sublato templo, antiquata sunt. ¶De vasis candelabrisq; ac reliquis, vide apud S.Tho.ac sub inde de solennitatibus: quæ præter quotidianum festum quo manè & vesperè immolabatur agnus, vt Num. 28. &. 39. legitur, septem erant: videlicet, Sabbathum hebdomadibus singulis.Et Neomeniæ in singulis mensium initijs: & solennissima celebratio paschalis agni, quæ fiebat in memoriam liberationis de Aegypto. Et quinquagesimo inde die Pentecoste, in memoriam datæ legis. Et quinta, festum tubarum in mense septimo,scilicet Septēbri. Nam Martius erat primus, in memoriam liberationis Isaac per arietem,quē Abraham vidit inter vepres, vt legitur Gene. 22.cornibus hærentem: illa quippe cornua tubis illis referebant. Et festum scenopegiæ: hoc est tabernaculorum, ad commemorādum beneficium diuinæ protectionis per desertum. Ac demum septimum collectarū festū: quādo scilicet colligebātur expensæ diuino cultui necessarię. ¶Tertio loco & sacramentorū quoq; causas est ambas facile assignare. Nam per circūcisionē totus populus ab originali mūdabatur instituebatuq; ad Dei cultū. Quare & qđ nobis baptismus, illis erat circuncisio: nempe legis professio. Mox succedebat esus agni paschalis, quo nostrum refectionis sacramentum significabatur. Et prætereà victimarum solutio, effusque panum propositionis, quæ peculiaris erat sacerdotum cultus. Atq; in figuram aliorum quæ nobis sunt sacramenta,erant purificationes & ablutiones. ¶Demū neque obseruantiarū,scilicet ciborum delectus ac vestiū tam populi quàm sacerdotum,deerāt suæ causæ,siue literalem cōsideres,siue mysticam.Hęc autem omnia peregregia mentis attentione vigilantissimaq; diligentia & explicatione diuus Thom.loco citato edisserit. Quapropter cùm nihil nos ei lucis adhibere valeamus, molestiæ potius onerique lectori essemus quàm oblectamento si longiorem hic morā traheremus.

Ratio literalis pariter ac mystica sacrorū tépli.

Alia ratio tépli secundum.Chryſ.

Ioſephus.

S.Thom.

Numerorū festa.

Sabbata.

Neomeniæ.

Pascha.

Pentecoſte.

Festum tubarum.

Festum scenopegiæ.

Festum collectarum.

Causa sacramentorum.

Causa ablutionum.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm legis antiquæ cæremoniæ, vel ante legem extiterint, vel sub lege iustificarent.

Subsequitur vt de cæremonijs quin tam tempore quàm virtute considerationem superioribus adiungamus. Arguitur enim quòd cęremoniæ fuerint ante legem. Primùm quòd,vt legitur Genes.4.Caim & Abel obtulerunt munera Domino: quod genus sacrificij erat atq; holocausti in honorem Dei. Item & Noë, vt legitur Genē.8.& Abrahami, vt habetur ibidem cap.22.Et quantum ad sacra, Abraham etiam Genes.13.& Iacob Gene.28. extruxerunt altaria. ¶Item tertiò:Circuncisio,quę fuit sacramentorum summum ante legem datum præcepta fuit Abrahæ Genes.17.& Melchisedech in lege naturæ, vt legitur ibidem cap.13. erat sacerdos Dei summi. ¶Prætereà quod sub lege cæremoniæ illæ iustificarent, videtur colligi ex illo Leuit. 10. Quomodò potui placere Domino in cæremonijs mente lugubri? Vbi Aaron excusauit se apud Moysen quòd propter mœstitiam occisorum filiorum non poterat sacrificio suo Deo placere. Colligitur ergo contrarius sensus,quòd aliquando placebat. Qui autem Deo placet, iustificatur apud ipsum.Accedit̄q; & verbum Dauidicum: Lex Domini immaculata conuertens animas. ¶In contrarium autem est Apostolus ad Galat. 2. Si data esset lex quæ posset iustificare, Christus gratis mortu⁹ esset,id est sine causa.Quod blasphēmum esset concedere.

Tertium.

Quartum.

Prima conclusio.

Ratio cōclusionis.

AD quæstionem quatuor conclusionibus respondetur: dum modò duo ante legem discernamus tempora: scilicet quod Abrahæ antecessit, & quod ab ipso vsque ad Moysen successit. Duæ enim illæ ætates quæ defluxērē ab orbe condito vsq; ad Diluuium, & inde vsque ad Abraham, statum Gentium continebant merè naturalem: nā cum Abraham cœpit Deus peculiariter de salute humani generis tractare.Sit ergo prima cōclusio: Nulli fuerunt vnquàm mortalium quibus non suæ essent diuini cultus cæremoniæ & ritus. Nō inquam authoritate positæ supernè diuinæ legis,sed ratione naturali magistra.Cùm enim natura genus nostrum doceat Deum esse colendum,inde diuersæ nationes diuersos cultus pro ratione suæ fidei quam de ipso cōcipiunt instituūt. Sicuti ex instinctu quo illectātur ad quietum statum reipublicæ,iudicia quoque legibus sanciunt. Iam enim sæpe suprà dictum est, cæremonialia & iudicialia non concludi ex primis principijs naturæ sicuti moralia,sed arbitrariè to humano constitui. Atq; inde fit vt cùm ius naturæ atq; gentium idem sit apud omnes,cæremonialia tamen ac iudicialia non sint nisi va

ria. Et cùm cultus non nisi per sacerdotes administretur ac dispensetur, iuxta Verbum Pauli Hebr.8.Omnis pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur: nulla fuit perinde natio quæ suos non haberet sacerdotes.Quod quidem sacerdotium vel iure primogenituræ succedebat:vt de Melchisedech fertur, qui fuit Sem primogenitus Noe: & in historia Iacob adnotatur, qui ab Esau primogenito ius primogenituræ ob id coēmit quòd sacerdotium illi,tametsi minori, Deus tribuerat iuxtà illud Malachiæ.1.Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quin verò non esset futilis cogitatio,si & hanc quoque causam meditaremur indignationis Cain adversus fratrem,quòd cùm ipse esset maior natu, ac perinde legitimus sacerdos, nihilo minùs fraterna oblatio præ sua haberet Deo grata.Inter Romanos autem non ità constat iure primogenituræ sacerdotes succedisse: nam creabantur à populo.Et de idijs ptiorum insuper sacerdotibus retulit historia sacra Genes.41. Quod autem de cultu affirmamus, de quatuor subinde cæremoniarum speciebus intelligimus. Habuit enim vnaquælibet gens sua sacrificia quibus diuinum honorem profitebantur: suaque altaria, & aras, & lucos eisdem sacrificijs sacratos. Iusuper & sacramenta: fuitem illud cōmune quo ab originali se & suos pueros emundabant. Non inquam sic commune vt vnum esset tunctis gentibus: nam cùm illud neque diuinitus fuerit toti orbi reuelatum, neque ex principijs naturæ illatum, cùm originis labes,vt.1. lib. de Natura & gratia diximus, non fuerit naturaliter cognita: sed erat cæremoniale, consequens fit vt non fuerit idem apud omnes: sed vbi ratio naturalis suam obtinebat lucem, oblationes instituitæ erant pro paruulis. Vbi verò erat obnubilata,nullum habebant tale sacramētum. ¶Ad hæc & suas quoq; religionis obseruantias vna quæque natio habuit: vt ethnicorum quoque historiæ perpetuæ memoriæ prodiderunt.

Secunda cōclusio.

¶Quin verò secunda subnectitur conclusio. Suprà naturalem instinctum fuerunt insuper nonnulli proceres inter gentes quibus præclariùs diuinus radius affulsit. Vt de Iob nos contestimur,& de Sibyllis, & de Hermete Trismegisto traditur:quorum vtiq; sapientia eiusmodi cæremoniæ instituebantur.Hæc nihilo minùs, quia nō diuina lege scripto sancita erant, non simpliciter censentur cæremoniarum nomine.sicuti sacramenta scriptæ legis. ¶Et per hoc respondetur ad primum argumentorū ordinem de Cain & Iacob & Abraham.Prætereà quàm ad illud circūcisionis, quod quidē sacramentū

Ad primum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentem fatendum est, non pertinuisse ad legem scriptam quātum ad eius institutionem, sed quantum ad eius tantùm obseruantiam. Nam institutum fuit ætate Abrahæ multò ante Moysen. Vnde Christus Ioannis.7. Non ex Moyse est circuncisio, sex ex patribus. ¶ Tertia conclusio; Sacramenta legis veteris à solis carnis sordibus &, quas dicūt, irregularitatibus corpus emundabant: non tamen à culpis animam. Erant quippe legales immunditiæ plurimæ, vt puta leprosus, & qui morticinum tangeret, & puerpera, & quæ profluuium sanguinis pateret: & similes in quorū ablutionē illa erāt sacramēta instituta: ob hoc enim appellat illas Paulus ad Hebr.9. iustitias carnis: quæ vsq; ad tempus correctionis imponebantur. Nam sanguis, inquit hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emuntionem carnis. Secundum autem conclusionis membrū vltimo articulo quæstionis tertij attactum est. Illic enim rationē ostendimus cur præcepta moralia illius legis non iustificabant in quo & nostra cum illis cōueniunt: id est per se non remittebāt peccatoris delicta: quoniam opera sunt naturalia: remisio verò peccatorū per gratiam Dei fit supra naturam. Illius tamē nostræq; legis sacramenta hoc distant, quòd cùm Christus tunc nondum fuisset passus, cuius mors fons perennis est totius gratiæ, sacramenta illa non erant instrumenta quibus realis passio applicaretur: sed applicabatur per fidem per modum finis, in quem omnia illarum opera referebantur. Ob idq; non circuncisio, sed fides per illam protestata sanctificabat. Neque oblationes hostiarum, sed eadē ipsa fides, secundùm illud Leuit. 4. &.5. vbi dum earundem oblationū habetur mentio, subditur: Orabit pro eo sacerdos & dimittetur ei. Quasi noxia non sacrificiorum vi, sed per fidem & Dei gratiam condonaretur. Et ideo appellabat ad Galat. Paul. sacramenta illa, infirma egenaque elementa. Nempe quòd non illa sed fides iustificabat. Atq; hoc mihi Paul. illo verbo docuisse videtur. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ostendit inquam quē admodum iustitia illius legis non circuncisione, quæ Abrahę præcepta fuit, sed fidei nitebatur per illā professæ. Nobis autem passio iam exhibita per sacramenta applicat: quibus ideo ceu eius instrumētis iustificamur. At verò gratia illi iustificati, perinde atque nos, per cuncta legum opera merebantur, seu cęremonialia essent, seu moralia, seu iudicialia. ¶ Quarta cōclusio: Expurgatio illa sacramentorum illius temporis à lue corporaliū sordium, etsi rationem aliquam haberent naturalem, tamē potissima erat in nostri mysterio posita. Literalis inquā in leprosis atq; alijs qui venenosis morbis infi ciebantur, erat vt eorum caueretur contagio. Hac enim ratione è castris pellebantur, neque recipiebantur nisi iudicio sacerdotū essent mūdi. Illi autem qui morticinum tangebant, licet non ejcerentur è castris, propter horrorem tamen non admittebātur in templo, nisi loti. At tamen princeps profectò causa fuit præmonstrare mundationem per Christum futuram à peccatorum tabe: vt Apostolus ad Hebr.7. vsque ad. 10. latè disserit. Est enim in illo ritu cōplura animaduertere, quæ nisi figura essent nostri, pro miraculis haberentur. Primùm leprosorum, aliorumq; contagione laborantium frequentia, qualis non est inter nos. Mox diuina cura impensaq; cautio in illis abigendis atque euitandis. Tertiò q̄ illorum iudicium sacerdotibus esset mandatum, sine quorum sententia non admitterentur in templū. Quod Christus adeò duxit sanctū, vt quibus ipse medebatur, ad sacerdotes nihilominùs remitteret. Cùm tamen negotium illud medicorum potiùs q̄ sacerdotū munus esse videretur: Atq; eò potissimùm quòd cæremoniæ illæ nullam vim habebant naturalem curandi lepram aut sanguinis fluxum. Quin verò nō adhibebantur quousque leprosus mundus iam cēsebatur. Sic enim audiendum est verbum Leuit. 14. Hic est ritus leprosi quando mundandus est, id est qūando iudicandus est esse mundus. Subsequitur nanque, Cùm sacerdos egressus de castris inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur, id est, pronuntiatur esse sanus, vt offerat &c. Quare non constituebantur vt medici ad sanandum, sed vt iudices ad ferendum sanitatis sententiam: in quo ideo credendi sunt testimonio medicorum fuisse vsi. Quare leprosi non nisi naturali via sanabātur & medica opera. Rarissimè autem per miraculum: vt de Maria Moysis sorore legitur Num. 12. quæ septē diebus cooperta fuit lepra vt niue. Quod enim vulgari opinione fertur, quādo sacerdotes errabant iudicantes quempiam nō esse leprosum, tunc, licèt non virtute oblationis, tamen beneficio Dei eum miraculosè sanari, apocryphum est. Ille ergo sacramentorum ritus ad significādum munus Christiani sacerdotij in expiādis piaculis fuit institutus. ¶ Ad postremū igitur argumentum respondetur quòd opera legis si ex gratia fiebant, tanquàm Deo placita cōuer tebant animas: tamen legales cęremoniæ neq; adhibebantur ad mundādum corpora neque ad animas purificandas.

A R-

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm cæremoniæ veteris legis sic in Christi morte cessauerint vt inde citra mortale crimen nequeant obseruari.

Primum argumentum.

SEquitur in hoc quarto articulo de cæremoniarū aboliti one. Et arguitur quòd cæremoniæ illæ cessare nō debuerint in morte Christi: ita vt deinceps citra mortale crimē nequeāt obseruari. Legitur Baruch.5. Hic est liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum: in qua tamen legum cæremoniæ etiam comprehendebantur. Id item documēto Christi comproba tur: qui etiam dum legem nouam prædicabat, leprosum mūdatum (vt modò diccbamus) qua si veteres cæremonias approbans, ad legales sacerdotes remisit. Præterea cæremoniæ antiquæ, vt dictum est, nō modò mysticas, verùm Secundum. & literales causas habebant: illa ergo ratione erant permansuræ. ¶ Secundò arguitur quòd post ipsum euangelium licet illa seruare. Apostoli quos post confirmationem Spiritus sancti ex alto non est credendum peccasse, more seruârunt prisca legalia. Nam, vt legitur Act. 16. Paulus circuncidit Timotheum. Et vt. 21. cap. habetur, consilio auscultans Iacobi assum ptis viris purificatus est. Et Petrus, vt ad Galat. 2. idem Paul. refert: subtraxit se Gentilium cōsortio: de quo nō veretur affirmare Paul. eum vt reprehensibilem insimulasse. Quin verò vt Act. 15. memoriæ proditum est, Apostolorū cōcilium imposuit Ecclesiæ, vt abstinerent ab inuolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, quæ inter cæremonias illius legis habebā tur, ergo nefas Christianis nō est illiusmodi cæremonias obseruare. ¶ In cōtrarium tamen est admonitio Apostoli ad Galat. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit, Christi autem redemptioni obicem ponere, non potest nō esse lethale peccatum: ergo circūcidi aliasq; subinde cęremonias facere post Christi passio nem, peccatum est: idemq; graue, vt pote Christo iniuriosum.

SVperiores articulos, tum quòd prolixum postulabant sermonē, tum præcipuè quòd apud diuum Tho. optima erant & luce cōspersi, & amplificatione ditati, cursim perfunctorieq; tetigimus: hic autem ampliorem exigit scholasticam disputationem: cui ideo explicādo inuentiorem nauabimus operam. Ad plenam ergo quæstionis responsionem quatuor sunt conclusiones necessariæ. Prima. Lex Moysi per legem Christi cessare debuit, atque adeò omnino cessauit. Conclusionem hanc multis in locis asseruit Paulus, Cui Deus inter Apostolos negotium interpretādi legem veterem potissimè demandauit: vt ad Hebr. 7. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Et cap. 8. Nouum testamentum veterauit prius. Et ad Ephes. 2. legem mādatorum decretis euacuans. Sed non opùs est in articulo fidei testimonia multiplicare. Rationem autem iam suprà artic. 2. aperire cœpimus inter reddendum rationē cur debuit lex illa esse figuralis. Cùm enim exterior cultus causa interni declarandi ac profitendi sit institutus, secūdùm triplicem statum trifarius est cultus. In patria nanq;, vbi nihil speratur futurum, nihil opùs est cultu futurorum prognostico. Legi verò euangelicæ, cui præsens est Christus, qui nobis illuc communiuit viam, ille tantùm competit qui imaginem illius triumphantis Ecclesiæ gerat, quò fide & spe tendimus. Sed tamē antiquis, quibus non præsens, sed promissus Messias erat, ille congruebat cultus qui vmbra illius esset, per quem erant ad eandem beatitudinem promouendi. Quo vtique assueti idonei essent atque prompti ad ipsum suscipiendum. Igitur sicuti præsente veritate cœlesti fides prorsus spesq; cessabit, atque adeò figuralis noster cultus: ità præsente veritatis sole, nempè Christo, necesse fuit eius vmbram aboleri. Enimuerò lex illa non erat in perpetuum posita, sed quousque veniret plenitudo temporis, vt author est ad Galat. Paulus. Quare vt lib. 1. q. vlti. diximus, ille vnus est sensuum Christi in illo verbo, Nō veni soluere legem sed adimplere: id est non veni illam abrogare aut infringere aut tollere, quasi esset perpetua: sed adimplere, id est ad cōplendum tempus quousque erat posita, perficiendasque veritates quarum gerebat vmbras, vt exoleuisse nosc atur. ¶ Secunda conclusio. Non modò lex quantum ad cæremonialia & legalia cessauit, verùm si vim illius obligatoriā spectes, tota tunc temporis antiquata fuit. Enimuerò absque vllo exceptionis modo ait Christus, translato sacerdotio, translatam esse legem: & nouum testamentum prius inueterasse. Et Christus simpliciter dixit, Consummatum est. Hanc secundam conclusionem in hoc subiecerim, vt plana fiat intelligentia illius vulgati axiomatis. Lex cessauit quantum ad cæremonialia & iudicialia: non autem quantum ad moralia. Etenim si hunc sensum inde hauseris quòd obligatoria vi antiquæ legis teneamur

Prima conclusio.

Paulus.

Ratio cōclusionis.

Paulus.

Secunda cō clusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos seruare decalogum vel preceptũ aliud mo
rale, falsissimum est. Illa enim lex illi duntaxat
populo posita fuit à cuius vinculo nos Chri-
stus liberauit, vt Apostol. ad Roma. 7. docuit,
Paulus. Exemplo viduæ quæ mortuo cõiuge iure ma
trimonij libera est. Vbi nullã facit moralium
exceptionem. Sensus ergo illius vulgaris asser
ti est q̃ moralia non cessarunt ob id quod erãt
de iure naturæ, quæ vniuersos obligat morta-
les: quibus etiam tenebantur olim gentes: licèt
non virtute Mosaycæ legis. Itâq; nullum testi
monium veteris legis potest adduci Christia-
no quantũ ad vim obligandi: sed tanũ testimo
niũ legis nostræ. Ob hoc nãq; vetus instrumẽ
tum in sacro canone reuereamur acveneramur.
Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio: Cæremonias legis veteris
nullatenùs iam modò licet post euangelij pro
mulgationem obseruare: sed esset mortale pec
catum, atq; adeò hæresis contrà facere. Conclu
Colligitur conclusio ex superioribus sio ex superioribus plana illatione colligitur.
Cæremoniæ enim, vt diximus, protestationes
quædam erant venturi Messiæ. Nam cõfessio
fidei nõ modò verbis verùm & significatorijs
factis fit: fides autem quam nos de Christo cõ
fitemur eadem est prorsus quam profitebantur antiqui: nõ modò quia de eodem est Chri-
sto, verum q̃ easdem veritates ambo populi
confitemur. Nempe eius natiuitatem, passio-
nem, resurrectionem &c. tamen per enuntiatio
nes diuersi temporis. Fatebantur enim illi veri
tatem illã Isaiæ, Ecce virgo concipiet & pariet
filium. Nos autem similem euãgelicam, q̃ con
cepit & peperit. Igitur sicuti qui modò adstrue
ret Christum nasciturum, passurum, & resurre
cturum, impius esset in fidem, quoniam falsita
tem fidei contrariam affirmaret: sic & ille qui
cæremoniarum gestis idem assereret. Vnde cõ
Augustinus. tra Faust. August. Iam non promittitur nasci-
turus, passurus, resurrecturus, quod illa sacra-
menta quodam modo personabant: sed annũ
tiatur q̃ natus sit, passus sit, & resurrexit: quod
hęc sacramẽta quæ à Christianis aguntur, iam
personant. ¶ At verò de hac legalium cessatio-
ne multa meditãda sunt, de quibus neq; inter
Prima dubitatio. antiquos patres, neq; inter scholasticos vnde-
quâq; cõuenit. Versatur enim in lite quo tem-
Secunda. poris puncto & lex vetus fuerit abolita, & euã
gelica suam fuerit vim nacta. Rursus vtrum le-
Tertia. galia illa cùm primùm fuerint mortua, fuerint
perinde mortifera. Et vtrùm lex nostra antèà
fuerit in consilio, quâm vim obtinuerit obliga
tione cogẽdi. August. nanq;, vt in epistola. 19.
Diuisidũ Au videre est, Hieronymũ de hac re in litem euo-
gust. & Hie. cauit. Inter quos hoc deprehenditur discrimẽ,
ronymi. q̃ Hierony. duo tantùm dignouit tempora an
tiquæ legis. Alterum scilicet quod vsq; ad pas-
sionis articulum defluxit, quo legalia cũcta vi-
tam habuêre, vigoremq; suum obligandi reti-
nebant. Alterum verò ab eodem passionis mo
mento vsq; ad finem sæculi decurrens, quo &
mortua sunt & mortifera. Itâq; cùm primùm
extincta sunt, lethifera esse cœperunt. Quapro
pter negauit vllum Apostolorum post Chri-
sti ascensum seruasse legalia: sed id tantùm asse
rit simulasse. August. verò tria secernit tempo-
ra: Primum quo cum Hieronymo cõuenit, sci-
licet quòd ante passionem viuentia fuerint ac
perinde obligantia. Secundum verò quo fue-
runt mortua, sed tamen non mortifera: puta in
tercapedinem illam à passione vsq; ad diuulga
tionem euangelij. Tunc nanque, vt omni erãt
vi ac virtute destituta: tamen nõ erant seruatu
illicita. Non quidem q̃ in eis spem liceret salu-
tis statuere, sed quòd mortuam iam tunc syna
gogã honore illo humari deceret. At verò post
sufficientem euãgelij promulgationem, quod
secundum August. tertium tempus est vsque
ad finem mundi, & mortua sunt & lethifera.
Atque hæc Augustin. sententia non solùm in
scholis plurimùm obtinuit (licèt Adria. 4. sen-
ten. q. 1. Hieronymum pro virili defendat) ve-
rùm & à Florentin. Concilio ad literam vide-
tur recepta. Vbi postquàm sancitur legalia
cessasse in aduẽtu Christi, subditur: Non tamẽ
negat (scilicet sancta synodus) à Christi passio
ne vsq; ad promulgatum euangelium illa po-
tuisse seruari, dum tamen minimè ad salutem
necessaria crederentur. Quod miror Adria. nõ
inspexisse anteq̃ ab Augustino descisceret.
¶ Ex eodem ergo August. documento quod
D. Thomas cum Theologorum cœtu ample-
xatur, inferũtur de mente eiusdem S. Thomæ
quatuor asserta. Primum. Et si à baptismi insti
tutione vsque ad Christi mortem circumcisio
& tota lex vetus permaneret in præcepto, ni-
hilo minùs baptismus erat in consilio. Baptis-
mus nanque, viuente Christo, non solùm insti
tutus fuit, verùm & in vsu habitus. Nam Ioan.
3. & 4. refertur quòd discipuli Christi baptiza
bant: & non baptismo Ioannis, vt notum est.
Quoniam de hoc murmurabãt discipuli Ioan
nis quòd plures discipulos Christus faceret &
baptizarent: sed baptizabant Spiritu sancto:
de quo ipse Dominus dixerat Nicodemo, Ni-
si quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,
non potest introire in regnum Dei. Quamuis
tunc illum nõ instituit: quandoquidem priua-
tim id Nicodemo dixit: Sed est mihi perquàm
verisimile, sacramentum illud instituisse dum
baptizatus est à Ioanne. Non quidem facto il-
lo, vt

A Ioanne ba ptizatus est, non ipso fa cto sed, verbo. lo, vt aliqui putant: nam ille baptismus nõ erat
sacramentum euangelicum, sed tamen verbo: li
cèt non fuerit in euãgelio scriptum. Et mouet
me verbum illud Baptistæ, Ioan. 1. Ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua,
ille mihi dixit, super quem videris Spiritũ san-
ctum descendentem, & venientem super eum,
ipse est qui baptizat Spiritu sancto. Et ego vi-
di & testimonium perhibui, quia hic est filius
Dei. Si ergo tunc Ioan. cognouit quòd Chri-
stus baptizaturus esset in Spiritu sancto, verisi
Secundum assertum. mile fit tunc institutus esset baptismus. At satis no
bis in præsentiarum est, fuisse tunc in vsu. ¶ Se
cundum assertum. Statim à passione Christi
vel à resurrectione (nam hoc inferius explica-
bimus) sicut circumcisio & tota lex, neq; in pre
cepto super fuit, neque in consilio, neq; vllam
vim retinebat ad salutem, quia iam erat extin-
cta: sic baptismus & tota lex noua non solum
Tertia asser tio. in consilio, verum in præcepto esse cœpit: sicu
ti est modo. ¶ Tertium assertum. Nihilominus
vsq; ad sufficientem promulgationem licitè ser-
uabantur legalia saltem inter conuersos ex
Iudaismo: vt ait S. Thom. vt synagoga hono-
rificè traderetur sepulturæ: Nam inter Genti-
Quarta. les non erat eadem ratio. Sed & de hoc inferius
rursus fiet mentio. ¶ Quartum deniq; assertũ
est, post sufficientem promulgationem legem
veterem nulla prorsus ratione citra impietatis
S. Thomas. Richardus. Durandus. crimen seruari posset. Atq; in his omnibus as-
sertis schola ferè doctorum diuum Tho. sequi-
tur, vt Richard. in. 4. distinct. 3. art. 5. q. 3. & Du
ran. distin. 1. q. 9. atque alij. ¶ Verũtamen Sco-
Scotus in tri bus punctis deuiat à sancto Tho. tus lib. 4. sen. distin. 3. q. 4. non prorsus cũ ipso
consentit, sed quadamtenus ab eo discrepat.
Nempè in tribus. Primũ quantum ad baptis-
mum. Quod enim nos dicimus ab eius institu-
tione vsq; ad passionem Christi fuisse in consi-
lio, à passione verò illicò cœpisse esse præceptũ,
ipse negat. Imò ait ab eadem institutione vsq;
ad promulgatum euangelium manifisse in con
silio. Itâq; in articulo passionis nihil de baptis-
mo discriminatum est, sed cœpit esse in præce
pto post promulgationem. Secundò differt
quantum ad legalia. Nã quòd nos dicimus per
durasse quantum ad vim obligãdi vsq; ad pas-
sionem, ac tunc fuisse, & quantum ad virtutem
& quantum ad obligationem mortua, ipse ab-
negat: sed ait circumcisionem non obligasse ni-
si vsque ad institutionem baptismi: & exinde
simul in consilio cucurrisse cũ baptismo vsq;
ad promulgationem euangelij. Itaq; quiuis Iu
dæorum audiens euangelium posset filiũ suũ
vel circumcidere vel baptizare: & vtrumlibet ei
sufficeret. Qui verò nihil de euangelio audisset,
tenebatur circumcisionis lege ac perinde om-
nium legalium. Et in hoc tertio differt à diuo
Thoma, quòd negat legem veterem fuisse in
passione extinctam: imò ait obligasse vsque ad
sufficientem promulgationem euangelij: quæ
quidem promulgatio cœpit, inquit, in Pente-
coste, & durauit per aliquod tempus. Itaq; vbi
q; tenebãtur Iudæi seruare legalia quousq; ad
illos euangelicum præconium personaret. In
summa, cùm antiqua lex secundum ipsum nõ
fuerit antiquata vsq; ad promulgationem euã
gelij, neq; noua cœpit nisi tunc esse in præce-
pto. ¶ His ergo prænarratis quarta est conclu
sio nostra: Legum confinium, quo vetus desijt Quarta con clusio.
ac noua cœpit, fuit tempus passionis. Est autẽ
intelligenda conclusio cum suis annexis: cum
cæteris scilicet assertis quæ ei proxime circum
scripsimus. Probatur conclusio. Legalia figurã Probatio pri ma conclu sionis.
erant & vmbra futuræ per Christum redem-
ptionis: vmbra autem, si de visibilibus documẽ
tum petamus, non durat nisi aduscq; veritatis lu
cem: veritas verò redemptionis, in morte & re-
surrectione Christi perfecta fuit: ergo tunc vm
bræ illę legalium, dicente Christo, Consumma
tum est, virtutem suã expirauerunt, vimq; ex
halauêre obligandi. Quin verò tota lex, vt pau
lò anteà dicebamus. Huc nanq; refertur secun-
dum omnes expositores, illud Ioannis. 19. Cõ
summatum est: &, velũ in duo scissum, vt Mat
th. 27. legitur. Omnes inquam illic agnoscunt
confinium vtriusq; testamenti. Nempè absolu
tionis alterius, atq; alterius obligationis. Inde-
cens enim erat & diuinę prouidętię absonum,
vt mundus absq; vlla legis obligatione per tem
pus aliquod duraret: atq; adeò si in morte Chri
sti ruptum est antiquę vinculũ, illic cœpit liga
re noua: vel in resurrectione. ¶ Secundo & vis Secunda. Paulus.
argumenti irroboratur ex illatione Pauli ad
Rom. 7. vbi ex eo quòd sumus liberati à pecca
to, infert quòd sumus pariter & à iugo legis
exempti. Cùm ergo in morte Christi liberi fa
cti simus à peccato, fit vt tunc fuerimus etiam
liberi à lege. ¶ Tertio loco accedit eius illic ex- Tertia.
emplum. Ait enim quòd sicut mulier in morte
viri libera fit matrimonij lege: ità & synagoga
in morte Christi à legis obligatione. ¶ Quartò Quarta.
deniq; id confirmatur verbo eiusdem Aposto
li suprà citato. Trãslato sacerdotio, necesse est
vt legis translatio fiat, vbi rerum consequentiã
denotauit: Christus autem in morte transtulit
sacerdotium Mosaycum in sacerdotium euan
gelicum secundum ordinem Melchisedec: vt
ibidem Paul. edisserit: docens quemadmodum
Christus assistens pontifex futurorum bono
rum introiuit semel in sancta, ęterna redẽptio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne inuenta. Quod quidem sacrificiū in ara crucis obtulit: ergo tunc facta est legis translatio.

Refutantur assertiones Scoti.

Per hæc ergo labefactantur omnia tria membra opinionis Scoti: videlicet (vt à secundo exordiamur) q̄ circūcisio non obligauit nisi vsq; ad institutionem baptismi, quam ipse institutionem fatetur antecessisse passionem: nam si lex non fuit extincta vsq; ad passionem, atq; adeò cætera omnia legalia illuc vsq; obligabāt, falsum est circumcisionem non eò etiam vsq; eandē vim retinuisse. Id quod præterea confirmatur ex verbo Christi, Non veni soluere legem sed adimplere. Nam cùm eā vsq; ad mortem non impleuit, si anteà rupisset circumcisionis vinculum, iam legem antequā impleret desiisset. Atq; inde pariter repellitur tertium eius dictum: Nēpe q̄ eadem circumcisio & lex post passionem Christi obligabat Iudæos inscios euangelij. Nam tota lex fuit in passione & resurrectione consummata. Item & primū eius assertū refutatur: scilicet q̄ baptismus post passionem non erat nisi in consilio. Nam vbi prioris obligatio legis desijt, posterioris cœpit. Aliàs mundus esset sic liber à lege diuina positiua, vt nulli teneretur. ¶ Præterea ad idem arguitur. August. & Hieron. licèt aliter dissentiāt, tamen in hoc vnanimes sunt, q̄ lex vetus in Christi passione primum fuit mortua, tam virtute quàm obligatione: & quòd tunc noua obligare cœpit: affirmare ergo q̄ circumcisio ante passionem desijt obligare, & post passionem ignorantes legem obligabat: & negare baptismum statim à passione Christi obligare, palàm est cum ambobus sanctis patribus prælium inire. Audi verba August. in epistola citata. Vbi, inquit, venit fides quæ prius illis obseruationibus pronuntiata est, post mortem & resurrectionem Domini reuelata, illa sacramenta vetera amiserunt vitam officij sui. Atque in hoc lubenter se fatetur adhærere Hieronymo.

Prima ratio in Scotum.

Secunda.

Glossa.

Adde & glossam super illud ad Hebr. 8. Hostiā & oblationem noluisti. quæ ait, Noluisti, scilicet à tempore passionis. Nam tunc illa displicere cœperunt quando est completa veritas cuius erant figuræ: vt ait ipse Augustinus super Psal. 39. ¶ Præterea arguitur contra fundamētum illud eiusdem Scoti. Arbitratur enim tunc legis obligationem incipere quando in notitiā venit subditorum: quod profectò falsum est: sed tunc incipit obligare cùm primùm publico edicto à principe ponitur. Enimuerò prædicatio Apostolorum nō fuit positio legis: quia ipsi non erant legislatores euangelij, sed Christi promulgatores, licèt particulares possent alias leges ponere. Vnde in festo Pentecostes non fuit data lex orbi, sed virtus facultasq̄; Apostolis ad illam promulgandam. Nam anteà dixerat Christus, Ite prædicate Euangelium: docete omnes gentes, baptizātes eos. quod signū est iam tunc obligasse baptismum. ¶ Item ad idem arguitur: Si lex neminem obligaret quoadusq; legem audiret, impropriè ignorantia diceretur excusare: nā excusatio non est nisi ab eo ad quod homo tenetur: si ergo ignorantia excusat, signum est, vinculum de se legis ad omnes extendi: sed ignorantia protegit ignorātem à culpa. ¶ Et tertiò ad idem arguitur. Sequeretur si qui nondum audiuit non obligatur, quòd neq; dum ignorantia fieret vincibilis, ità vt sua culpa non audiret, obligaretur. Nā quæro quando cœpit obligari? Ad quod certè responderi non potest niti, Quando data est lex. ¶ Et quartò ex eodem modo opinandi sequeretur q̄ postquàm quis religatus esset à lege veteri & obligatus nouę, contingere posset sine nouæ mutatione legis, vt rursus absoluere tur à noua & teneretur veteri. Enimuerò si Iudæus à Hierosolymis distans post Pentecostē audisset legem Christi obligare, cui antequàm signa sufficientia videret fidem daret, non tamen leuiter quod fieri poterat: iam tunc non obligaretur ad antiquam & teneretur nouæ. Si verò posteà pseudoprophetæ contrarium ei dicerent, adhibendo signa & testimonia falsa, ità vt citra culpam rediret ad priorem fidē, rursus eximeretur à nouę obligatione & subditus fieret veteri. ¶ Et per hoc dissoluitur eius argumentum quo ait: Nullus aliter se habet ad aliquam legem quàm prius, nisi quia est sibi aliter promulgata: sed ante passionem non tenebantur homines ad baptismum: ergo neque tenebantur quousque eis fuerit promulgatus: quod vsu non venit statim à passione. Distinguitur nanq; prior præmissa: si enim intelligat, nullum ante promulgationem aliter se habere ad legem quantum ad vinculum obligandi, id abnuendum est. Imò statim vt lex solenniter à principe edicitur, obligat. Si autem intelligat quòd nemo constituitur in culpa antequàm legem sciat, equidem fatemur: cum tempramento tamen, nisi per se steterit quo minus illam audiret. ¶ Sed contra aliud assertum Scoti, nempe quòd post passionem vsque ad sufficientem promulgationem, vtrunque, scilicet circumcisio & baptismus sic concurrerint sub consilio, vt optio fieret Iudæo vtrum susciperet mallet, vrgentissimè (vt arbitror) arguitur. Aut enim id intelligit de Iudæo ignorāte euangelium, aut de audiente, qui illud tenebatur suscipere: de priori id nō potest dici: nam ille manifestè

Secundo

Tertiò

Solutio argumenti.

Secundū argumētū eiusdem Scoti.

Ratio Scoti.

manifestè tenebatur circumcisione. Præsertim secundùm ipsum Scotum qui ait legem veterem obligasse vsque ad nouæ promulgationem. Si autem id intelligat de posteriori, ratio contrariū demonstrat. Nam cùm ille iam nulla excusaretur ignorantia, tenebatur profiteri Christiana religionē: professio autē Christiana fit in baptismo: ergo tenebatur baptizari atq; adeò baptizare paruulos suos sicut modo tenētur Christiani. Alioquin manifestè sequitē q̄ nullus vnq̄ Iudæorum etiam si post biennium fidem susciperet teneretur baptizari, neque suas baptizare proles, quod esset concessu absurdissimum. Profectò fateor me opinionē Scoti in hac parte non deprehendere. ¶ Sunt nihilo minùs cōtra istas assertas veritates argumenta non modò Scoti, verùm & alia solutu digna. Et vt ordine successionis temporum procedamus, arguit Scot. q̄ ante passionē cum primùm baptismus cœpit esse in consilio, obligatio circumcisionis vera est pariter in consilium. Præceptū inquit baptismi totaliter aufert circumcisionem, reddēdo eam prorsus inutilem ac perniciosam: ergo & consilium eiusdem baptismi tollit eius necessitatem, relinquendo eam sub consilio. Consequentia inde probat, quòd si alicuius rei præceptum, prohibitio est alterius rei, eiusdem cō silium tollit saltem necessitatem eiusdem rei.

Primum argumentum Scoti.

Solutio.

Consequentia autem fallacissima est. Tenet enim illic prorsus vbi res illæ secum pugnant: vt in virginitate patet & matrimonio. Cui enim præcipitur virginitas, omninò interdicūtur nuptiæ. Et ideo consiliū virginitatis tollit nuptiarum præceptum. At vero vbi res vtraque alteram secum patitur, consequētia nō valet. Haud enim orationis consilium in quadragesima tollit præceptum ieiunij. Cùm ergo lex vsque ad veritatem redemptionis esset posita, non est cur peculiariter circumcisio dicatur per cōsiliū baptismi vim amisisse obligandi. ¶ Secūdò ad idem arguit: si Iudæus paruulum suū ante passionem fide nostra imbutus baptizaret, non autem circumcideret, paruulus ille euolaret ad cœlū: ergo circumcisio non erat in præcepto. Sed neque hæc consequentia valet: quia pater ipse peccaret non item circumcidendo. Nō quidem propter necessitatem gratiæ filio conferēdæ, sed propter necessitatem implendæ legis. Quemadmodum & Scotus ipse probè cōcedit, quòd etsi puer Hebræus ante octauum diē per sacrificium naturale in mortis periculo ad lubitum obtineret gratiam, nihilo minus si in octauo esset superstes, erat vi legis circumcidēdus. Sicuti etsi quis modò per baptismum flaminis Spiritu sancto suffundatur, nihilo minus

Secundū argumētū eiusdem Scoti.

habita copia aquæ teneturipsa tingi. ¶ Sed re ipsa tingi. ¶ Sed re stat argumentum cōtra illud nostrum assertū q̄ baptismus ante passionē tantùm erat in consilio. Iudæus tunc sufficiētia expertus miracula & verborū Christi energiam, teneretur eius legem suscipere: Nam si non venissem, inquit, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Christiani autem effici non poterant nisi per baptismum: ergo tenebatur baptizari, atq; adeò baptismus iam tūc erat in præcepto, subindeq; circumcisio prorsus cessauerat. Ad argumentum hoc respondetur: illa præmissa perempta q̄ non posset tunc Iudæus percipere legem euangelicam sine baptismo: quandoquidem non percipiebatur nisi pro tempore succedente passionē. Et ideo Iudæi omnes qui legem priùs susceperāt, statim post resurrectionem ad prædicationem Apostolorū tenebantur baptizari. ¶ Sed arguis: ergo Gentiles si ante passionem conuerterentur non tenebantur statim baptismate ablui. Negatur consequentia. Imò cum illi circuncidi non poterant, tenebantur baptizari. Quanuis indubiè credendū sit Iudæos quoq; ante passionem conuersos illicò sacro fonte intingi vt Christianorū charactēre insignirentur. Id quod euangelico testimonio suprà citato comprobatur, quo habetur Apostolos Christi, viuente Magistro, baptizasse. ¶ Alia verò Scoti argumenta ad probandum legē veterem post passionem vsq; ad promulgationem euangelij durasse: post illa quę dicta sunt, nullum retinent vigorem. Si enim arguas, Iudęus post passionem inculpabili ignoratione euāgelij laborās, tenebatur suos liberos circumcidere: ergo circūcisio, atq; adeò lex tota obligabat. Negatur prior consequentia, si obligandi rigorem perpendas. Nam cùm simpliciter posset citra culpam non circuncidere, vt puta si euangeliū audisset, non simpliciter censendus erat obligatus. At si non placet tam stricto rigore loqui, adhibetur altera responsio, quòd tenebatur, non quidem vi præcepti, sed propter ignorantiam qua laborabat, sicuti qui hodie crederet feriam esse sextam, teneretur à carnibus abstinere quanuis feria secunda sit. ¶ Et dilucidatur perspicatiùs responsio hęc. Si lex dum Deus Abrahę circumcisionem præcepit sic iussisset: Omnes tui posteri circumcidentur vsque ad punctum tēporis quo Messias passus resurrexerit: Certè nemo assueuerare posset post illum tēporis articulum legē obligare, & nihilo minùs qui articulum eum ignorassent deberent etiam posteà circuncidi propter ignorantiam. Figuraverim casum sub conditione, quę re vera ità in virtute contigit. Non

Argumentū alterum.

Responsio.

Replica.

Solutio.

Argumēti.

Solutio.

Elucidatio præteritę solutionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim posita fuit lex vetus nisi vsque ad illud tẽ poris momentum, quo Christus dixit: Cõsum matum est: & resurrexit. ¶ Quod si vrgentius arguas: Si Iudæus post passionem vel leuiter motus, vel ex malitia credens legem veterem abrogatam, nollet suum circuncidere infantu lum, peccaret quidem: & non contra conscien tiam: ergo contra legem qua tenebatur. Respõ detur quòd peccaret contra conscientiam quã ante sufficientem promulgationem euangelij tenebatur habere. ¶ Veruntamen esto circun cisionis statim à passione obligatio esset extin cta, videtur tamen retinuisse sanctitatis virtutẽ. Nam si Iudæus euangelij ignarus filium circũ cideret, fieret infans ille saluus. Respondetur q̃ fieret saluus non circuncisionis virtute, quæ iã vanida erat, sed parentum fide. Itaque circun cisio tunc nihil amplius valebat quàm signum quo lege naturæ protestatio fieret sanctæ fi dei: & quo Iudæi ante octauum diem vtebantur. ¶ Dubium autem quod molestius hic pre mit est, Si Iudæus tunc qui euangelij prædica tionem audisset, & miraculorum intuitus esset virtutem, quem iam ideo culpabilis ignoran tia non excusaret, persistens nihilo minus in sua perfidia puerum circũcideret, vtrum puer ille ab originali macula abluueretur. Facit enim pro parte affirmatiua q̃ si ab alio inuincibili ter ignorante idem applicaretur sacramẽtum, puer, vt modo dicebamus, salutem obtineret: & tamen iniquitas circuncidentis non est cur misero infantulo noceret. Nam si quis modò puerum baptizaret, intendens id facere quod Christiani perficiunt: licet minime in baptis mum crederet, prodesset puero. Nihilo minus respondetur nullatenus circuncisionem illam puero quicquam profuisse. Et ratio est plana: nam circuncisio de se nihil iam tunc proderat nisi per fidem applicantis: qui autem tenebatur credere euangelio, inique applicabat fidẽ. Alioqui concedendum esset q̃ etiam nunc Iudæi circuncidentes liberos suos, illis ad salutem prosunt: quod concedere absurdissima esset hę resis. Qui autem inuincibiliter ignorans illo sa cramento vtebatur, rectè suam fidem applica bat. Negatur ergo quòd in tali casu iniquitas circuncidentis nihil noceret puero. Aliud au tem est de baptismo nostro qui in se continet sanctificandi virtutem à quouis applicetur.

¶ At verò præter istas rationes alia supereſt maioris energiæ. Christus in passione nullam tulit legem: ergo tunc lex euangelica non cœ pit obligare. Legitima verò responsio huius est, ipsum dum inter mortales ageret legẽ tulis se pro illo tunc temporis articulo quo mysterium salutis perficeret, in alteraq̃ resurgeret immortali vita. Sed tamen restat nihilo minus dubitatio vtrùm lex ab eodem punẽto obliga re cœperit quo moriens antiquam aboleuit. Nam si id concesseris, videberis euangelio con trarius: quandoquidem post resurrectionem præcepit Apostolis, Ite prædicate &c. bapti zantes eos. Matth. 28. vbi videtur legem quasi ex tunc obligantem tulisse. Item neque ratio permittere videtur vt statim à momento pas sionis lex cœperit obligare. Nam mysterium salutis quæ duos habet terminos, scilicet mori peccato, & resurgere in nouam vitam, non in punẽto passionis absolutum fuit, sed in resur rectione, secundum illud Pauli ad Rom. 4. tra ditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: quẽadmo dum illic à nobis expositum est. Si autem con cedamus q̃ lex vetus cessauit dicente Christo, Consummatũ est: noua tamen non cœpit nisi post resurrectionem, incidimus in hanc foucã q̃ tempore aliquo fuerit orbis sine obligatio ne legis præter naturalem. Sicuti erat ante le gem scriptã. Quòd tamẽ mihi durissimum fit, imò videtur naturæ amborum testamentorũ palàm repugnare. Nam sicut in naturalibus corruptio vnius est generatio alterius: ità & an tiquum non fuit abolitum nisi per obligatio nem noui, sicuti aboletur vmbra per præsentiã solis. Hoc enim exemplum vniuersis scriptu ræ interpretibus celeberrimum est. Quin verò Paul. ad Hebr. id ex professo, cap. 7. & 9. & 10 videtur constituere. Respondetur ergo q̃ san cti, quin verò Apostolus articulum cessationis vnius legis & obligationis alterius non in pun cto constituerunt, sed totum triduũ pro vno reputarunt articulo. At verò ad rigorem lo quendo, Primùm pro certo habendũ est pro pter rationẽ modò factam q̃ obligatio vnius quassauit alterã. Quare si altera cessauit vbi Christus dixit, Cõsummatum est, inde incepit noua: nam tunc persolutum est redemptionis pretium, apertumq̃ regnum cœlorũ. Statim enim patres viderũt Christi diuinitatem. Sed enim quia lex vetus non solùm illud, sed resur rectionem quoq; in noua vita præfigurabat, di cere optime possumus q̃ non cessauit vsque ad resurrectionem, & inde incepit noua. Vnde sanctus Tho. 3. parte. q. 66. ar. 2. Baptismus, in quit, virtutem accepit quando Christus bapti zatus fuit. Sed necessitas vtendi hoc sacramen to indicta fuit hominibus post passionẽ & re surrectionem: tum quia in passione Christi ter minata sunt figuralia sacramẽta quibus succe dit baptismus & alia sacramenta nouę legis: tũ etiam

etiam quia per baptismum configuratur ho mo passioni & resurrectioni Christi in quan tum moritur peccato & incipit nouam iusti tiæ vitam. Et ideo oportuit Christum prius pa ti & resurgere quàm hominibus indiceretur ne cessitas se configurandi passioni & resurrectio ni eius. Vnde quod post resurrectionem dixit Christus, Ite prædicate &c. non est signum la tæ tunc legis, sed Apostolis tunc iussit vt illam quæ iam obligabat, vniuerso orbi promulga rent: vti. 4. sen. dist. 3. ar. 5. ait sanctus Tho. Imò Christus id ipsum significat, subdens. Docen tes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vo bis. Itaq; Christus ante passionem legem con didit, quæ post eius mortẽ obligaret: sed post resurrectionem præcepit Apostolis ipsam di uulgare: & in Pentecoste misit eis virtutem ex alto quæ ad eandem functionem erat necessa ria. ¶ His tamen sic constitutis respondendum est ad aliud dubium quod sententia Augustī ni secum affert. Enimuerò si statim post passio nem vel resurrectionem lex mortua fuit, conse quitur vt continuò esset mortifera: quare neq; liceret eam vlla ratione seruare. Cõsequentia probatur per rationem qua probauimus con clusionem tertiam, quæ est S. Thomæ. Cere monialia illa iam inde tunc erant mẽdacia, ergo qui illa seruaret facto ipso mentiretur: si cuti qui assereret q̃ Christus foret nasciturus, passurus, aut resurrecturus: mẽdaciũ autẽ sem per est peccatum. Et dum est perniciosum, si cuti hoc, fit lethale: atq; adeò sententia Hiero nymi est præferenda q̃ non licebat ea seruare. At nihilo minùs standũ est Augustino, cui conci lium Florentinum (vt dictum est) subscripsit: & respondendum q̃ cæremoniæ tunc non serua bantur tanquàm futurorum signa, sed in hono rem sepulturæ synagogę. Quod si scisciteris quæ nã esset illius honoris causa: respondetur q̃ vt internosceretur inter legem veterẽ & Gẽ tilitatẽ. Nã si lex vetus de repentè, vt Gentili tas fuisset eiecta, in suspicionem veniret q̃ non fuisset Gentilitate sanctior. Et fuit hoc eousq; congruens vt illa, quod arbitror, ratione celaue rit Deus aliquanto temporis Apostolos ipsos mysteriũ illud q̃ legales cæremoniæ essent per euangelium abigẽdæ: nẽpè vt securiùs illa ser uarent. Id quod historia illa Actu. 10. contesta tur, qua narratur Petrum ostenso sibi vasel in teo, de cœlo summisso, communiũ animalium pleno, manducare iussum, respondisse: Absit Domine, quia nunquàm mãducaui omne cõ mune & immundũ. Illa autẽ causa honorãdæ synagogæ cessante iam nullatenus licet easdẽ cæremonias obseruare. Quòd si interroges quã tum tẽporis durauit sufficiens euangelij pro mulgatio qua licuit illa seruare legalia: Respon detur certũ esse à Pẽtecoste cœptum esse pro mulgari. Quo autẽ temporis punẽto omninò fuerint lex extincta, & mortifera, nõ cõstat. For san, vt ait Sco. durauit vsq; ad destructionem Hierosolymitanam: quæ quadraginta ferè an nis contigit post Christũ passum. Crediderim nãq; viuentes ipsos Apostolos omnimodam abolitionẽ legis prędicare cœpisse. Quidquid autẽ de temporis punẽto sit, certũ est q̃ longissi mè ante tempus Aug. omninò cessauisse: vt ea dẽ ipsę epistola. 19. aduersus Hiero. docet. Quo circà iam inde nefas est ad illas regredi cęremo nias. Neq; in sententiam profectò huic contra riã consentire cũ Caietano possum, qui. 3. par. super. q. 37. approbare non renuit Indorũ mo rem: qui sese baptizatos circumcidunt: non tan quàm antiquum seruantes ritum, sed vt religio nẽ illa Christum imitentur. Enimuerò patres nunq̃ ausi sunt id post passionem concedere, nisi ob causam Augustini. Et Concilium Florẽ tinum simpliciter id negat licêre. Et Paulus sim pliciter dicit: Si circuncidimini, Christus nihil prodest. Et imitari in hoc Christum, est imitari legẽ, cuius gratia id passus ipse est. Neq; excu sari potest quin habeat speciẽ mali. Neq; verò ad hæc abundè Caietanus respondet. Secùs si sanitatis gratia pelliculam illã quis tolleret.

Restat igitur ad argumenta in capite quæ stionis obiecta respondere. Et quidem au toritas Baruch Prophetæ id tãtùm sibi vult q̃ lex esset in æternũ secundũ moralia præcepta per se duratura: secundũ verò cęremonialia, nõ nisi per futuras veritates quas præfigurabant. ¶ Factũ autem Christi, qui leprosos à se mun datos ad sacerdotes misit, non probat post pas sionem legẽ fuisse permansuram, sed illuc vsq; duraturam: atq; adeò ante passionem, prędicã te Christo, vnà cum euangelio currebat: quod à nobis iam supra assertum est. ¶ Et ad tertiũ eiusdem argumenti membrum respondetur, q̃ rationes literales cęremoniarum ad diuinũ cul tum referebantur: qui tamen cultus in passione Christi erat in alterum migraturus. Vnde cir cuncisio mutata est in baptismũ, & sabbathũ (vt dictum est) in diem Dominicam: & festum Paschalis agni in festum Resurrectionis. Festũ autem Pentecostes permansit. Nam & eo dem fuit nobis quodãmodò lex data, hoc est Apostolis facultas eiusdem promulgandę col lata: sicuti & antiquę Moysi. ¶ Ad duo autem priora mẽbra secundi argumenti per senten tiam suprà expositam Augustini responsum est. Illa enim ratione licuit Paulo Timotheum

Replica.

Solutio.

Altera ratio

Solutio.

Responsio.

Dubium.

Ratio dubitandi.

Dubium alterum.

Solutio.

Paulus Responsio.

Sententia Caieta.

Prima ratiõ in Caie.

Secunda.

Tertia

Postremaũ

Ad primum argumentũ.

Ad tertium mẽbrũ eiusdẽ argu.

Ad duo mẽbra secundi argumenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maternè Iudęũ circuncidere, & seipsum purificare: nempe nè videretur perinde legem atq; Gentilitatē abiectè consepelire. Et ne teneris conuersis nondumq; satis instructis scandalum offerret. ¶ De tertio verò mẽbro, puta delite quam Paul. ad Gala. 2. commemorat sibi intercessisse cum Petro, discordes, vt diximus, fuêre proceres illi, diui Hiero. & Aguſt. historia notissima est & solennis quæ Antiochiæ contigit, vbi Petrus cum christianis è Gētilitate neophytis cōmunicabat: non tantùm colloquio, quia inde nullam scandali occasionem nanciscerentur Iudæi: sed etiam mensa, vescendo cum illis suillis carnibus alijsq; communibus cibis lege vetitis: quod iam in linteo sibi extenso cognouerat esse licitum. At cùm quidam illuc peruenissent recentes ex Iudæis Christiani, quos Iacobus ad illum miserat, nè scandalum eisdem obijceret, subtrahebat se à commercio Gentilium, abstinebatq; eisdē illegitimis cibis. Vnde cum tunc fortè contingeret vt illuc Paul. appli cuisset, resciuisset q; tumultum Christianorum ex gentilitate, qui ex facto Petri colligebāt, legal. a in Christianismo esse seruanda, in conspectu omnium eum reprehendit: quia, inquit, reprehensibilis erat. Hieronymus ergo opinatus legalia, ptinus à passione fuisse lethifera, negat Petrum illa seruasse: sed tantùm ait simulasse: ac subinde ait Paulum non verè, sed simulatorie eum in gratiam Gētilium obiurgasse. Augustinus autem contrà inutroque opinioni Hieronymi reclamat. Primum in hoc quòd ait Petrum licitè potuisse seruare: seruasseque adeo legalia. Secundò & in hoc quoque quòd ait vere fuisse, tum reprehensibilem, tum perinde reprehensum. Sunt autem qui Hieronymi patrocinium suscipientes, inter quos est Adrianus in 4. distinct. 1. adducūt in eius tutelam id quod Paulus ipse ait: scilicet Iudæos & Barnabam cōsensisse in illam Petri simulationem: quo verbo excludi videtur veram fuisse obseruātiam. Quocirca duplex, aiunt, vsu venit simulatio. vna quando fingitur aliquid fieri quod nō fit: qualis est in comœdijs: vt si quis fingeret se circuncidere & non circuncideret. Et hæc si fiat intentione fallendi, est peccatum: quoniam mẽdaciū. Alia vero accidit simulatio, qñ res verè fit: nō tñ ea ratione qua alij putāt: Vt si quis pelliculam sibi abscinderet sanitatis gratia: quam circunstantes abscindi crederent religione Iudaica. Et isto modo, aiunt, Paulus finxit circūcidere Timotheum ad euitandum scandalum: & Petrus à communibus cibis abstinuit. Et ait Adrianus nunquàm Augustinum à Hieronymo dissensurum fuisse si eum intellexisset. Ego verò dixerim minùs fuisse Augustinū ab hoc doctore intellectum, quàm ipse Hieronymum intellexerit. Augustinus enim non arbitratur culpam Petri fuisse, mendacium: nempe quod simulauit id quod non fecit: Imò credidit absque simulatione verè potuisse seruare legalia. & seruasse, modo suprà expositō: sed q plus iusto illa seruasset. Et facit pro Augustino q Paulus non incusabat Petrum quod legalia seruasset: sed quòd Gentes cogeret iudaizare. Puta quòd vsqueadeò nimiam in eorum obseruatione adhiberet diligentiam, vt cōuersos ex gentilitate in eam opinionem pertraheret, quod essent seruanda ea ratione & fine quo in lege veteri, ac si non cessassent. Et primùm, q seruare legalia nullum esset crimen, probatur: nam aliàs reuera propter solum euitandum scādalum nunquàm Paulus circuncidisset Timotheum, neque se suasu Iacobi purificasset. Imò potiùs docuisset non esse licitum. Porrò autem quòd Petrus fuerit reprehensibilis, re vera citra grauissimam iniuriam scripturæ negari nō potest. Enimuerò si tantùm Paulus eum simpliciter reprehendisset, potuisset vtcunque cōmentari id fecisse simulanter: vbi autem tanta cum emphasi dixit, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat: negare fuisse verè reprehensibilem ac proinde reprehensum, est sacræ scripturæ contradicere. Quod enim Ioannes Maio. in. 4. distinct. 3. q. 1. ait in scriptura non haberi quòd Petrus esset reprehensibilis, sed quòd hoc Paulus dixit, cauillus est nihilo minus scripturę Iniurius, quàm scripturam abnegare. Nā cum id fides catholica confiteri cogat, quòd quicquid Apostoli affirmarunt sit diuinū oraculum, fit vt tam verum sit, Petrum fuisse reprehensibilem, quàm est, Paulum illud affirmasse. Alioqui si permitteretur, vti ait Augustinus, negari scripturæ sensum, qui planè est literalis, tota eius autoritas illico deperiret. Quòd si quis inferat, culpam Petri fuisse mortalem, nā pertrahere alios in tam falsam opinionem grue erat peccatum in fidem: quod tamen Apostoli post confirmationem committere non poterant: Respondetur quòd Petrus non putauit tantum oriturum scandalum: & ideo inconsideratio illa fuit culpa venialis. ¶ Quid ergo ad illud pro Hieronymo adductum respōdebimus, quod Paulus actionem illam Petri appellauit simulationem? Respōdetur non eā sic ideo appellasse quod non fuisset verū opus Iudaicum, sed quod non fuit factum intentione ac fine Iudaico, tanquàm futurorum signū retinens virtutem suam. Et est discernendus effectus quem Petrus fecit in cōuersis è iudaismo,

Ad tertium eiusdē membrum. Paulus.
Hieronymus.
Augustinus.
Adrianus.
Duplex simulatio.
Perperā intellectus ab Adriano Augustinus.
Inficiatur primo posterior pars scripturarum reprehensa.
Cauillatoria.
Ratio horum.
Augustinus.
Obiectio.
Soluitur.
Ad argumentū eorum quæ obijciuntur.

mo, & in conuersis è Gentilitate. Illos enim & Barnabam adduxit vt in eius simulationē consentirent, id est simul se subtraherēt Gentilium consortio: Gentilis autem cogebat iudaizare: hoc est credere quòd tenerentur & ipsi abstinere à suilla: atque ab alijs communibus cibis. Quapropter exaggerationis gratia dixit, & Barnabam etiam secum duxisse. Nam cùm ille esset ad euangelizandum Gētibus segregatus minùs ei licebat Gentilium se conturbernio subducere. ¶ Vnus tamē ex his fit reliquus scrupulus, quòd distinctio. 15. can. Sācta Romana. Hieronymus honorificè suscipitur, eiusque dogmata approbantur quæ aduersus Ruffinum atque alios definiuit. Quomodò ergo Augustinus de hac re per censuram etiam Concilij Florentini præfertur? Respondetur nullatenus secum ista pugnare. Etenim in Canone, Sancta Romana, meritissimè delata est Hieronymo Palma aduersus illos quos, ceu errantes in fide, debellauerat. Et ideo tanquàm solēnis Ecclesiæ doctor receptus est. Haud tamen in his cunctis quæ contra Augusti. cuius illic etiam doctrina simili honore suscipitur, disputauit, prælatus est illi. ¶ Ad postremum autem mẽbrum eiusdem secundi argumenti, quo sensus quæritur Apostolici concilij Actu. 15. Diuus Tho. tres attulit solutiones. Prima est quorundam qui arbitrabantur sanctiones illas Concilij minimè in sensu literali intelligendas, sed in spirituali: vt scilicet in prohibitione sanguinis intelligatur prohiberi homicidium: in prohibitione verò suffocati inhiberi violentiam & rapinam: sed in prohibitione immolatorū, idololatriam. Hic autem interpretandi modus, vanus est. Nam cum illa crimina, tum apud Gentiles illicita haberentur, tum etiam in Decalogo essent explicita, non erat cur rursus super illis Concilium cogeretur. Secunda ergo erat aliorum opinio, quòd in sensu literali sunt illic prohibita: non quidem ad legis obseruantiam, sed ad reprimendam gulam. At verò cùm alia essent minora irritamenta gulæ, quorum illic non est habita menti, non est credendum illam fuisse prohibitionis causam. Eequod enim gulæ illectamentū in suffocatis & idolo immolatis reperitur? Legitimā igitur solutionem historia nos ipsa docet. Enimuerò cum conuersi è Iudaismo & præcipuè Pharisæi mordicùs cōtenderent circuncisionem & reliquas cęremonias vnà cum euangelio retinere, in Concilium Apostoli de re illa considentes decreuerunt circuncisionem & legalia non esse à Gentilibus obseruanda, neque honoris gratia sepulturæ synagogæ deferendi: sed tamen ob improbitatem Iudæorum quatuor illa eisdem Gentibus interdixerunt: non qui lē quasi necessaria esset legalium obseruantia, sed vt posset inter Christianos vtriusque populi iniri cōmercium. Prohibitum ergo illis est vt à carnibus idolis immolatis abstinerent: videlicet nè apud conuersos è iudaismo in suspicionem venirent idololatriæ. Quare falsò nonnulli opinati sunt prohibitam illic esse idololatriam. Nam illam in confesso cunctis erat esse euangelio execrabilem. Verùm tamen quia sacerdotes Gentilium macellum habebant immolatorum idolis, prohibiti sunt Christiani illis vti esceis. Secundò prohibiti sunt vesci sanguine & suffocato: quæ quidem adeò Iudæi exhorrebant, vt nauseam illis faceret. Quicunque in eorum conspectu talibus vterentur epulis. Fornicatio autem vetita illis est peculiariter: non quòd non esset lege naturæ interdicta, sed quòd illicaligine mentis obtecti nullam in libera Venere agnoscebāt culpam, neq; erat in Decalogo expressa. Contra hanc autem solutionem existunt argumenta. Primum, quòd si non erāt illa ad legis obseruantiam prohibita, non satisfiebat quæstioni Iudæorum, qui contendebant vt legalia cum euangelio simul currerent. Secundo quia in ipso Concilio habetur: Visum est Spiritui sancto & nobis nihil vltrà imponere vobis quàm hęc necessaria. Si ergo erant necessaria necessitas ex lege, pcedebat. Tertiò quia si illa ratione, phibebātur sanguis & suffocatū, pariter deberet prohiberi esus suillarū carniū & aliorum communium. Ad hæc autem respondetur, Apostolos Pharisæis non ad eorum mentem respondisse: sed illa ad ipsorum pacandum seditionem ac tumultum indulserint: atque ad hunc finem censuerunt illa esse necessaria. Prohibuerūt autem illa duo, scilicet sanguinem & suffocatum, quę magis erant Iudęis exosa: non autem suillas carnes atque alia venationum ac piscium genera: quia esset Gentilibus perquàm molestum propter Iudęos illorum vsu priuari. Et ideo ait sanctum Concilium nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria. At qui tota hęc doctrina ex verbis Pauli facile colligitur. 1. ad Corinth. 8. vbi docet quòd esus carnium idolis immolatarum non est de se illicitus, sed propter scandalum infirmiorum: quo pacto sanctionem Concilij declarauit. Idemq; edocet ad Roman. 14. vbi ait omnes cibos esse mundos nisi propter scandalum aut conscientiam. Et Mat. 15. ait Christus: Non quod intrat per os coinquinat hominem. Et ex his sequitur illam prohibitionem non fuisse in perpetuum factam, sed in tempus, idemq; perexi-

Vana interpretatio eorum qui sanctiones apostoli & Concilij spiritualiter intelligunt.
Explodituir secunda expositio.
Vera interpretatio ex historia deprompta.
Argumentū primum cōtra proximā solutionem.
Secundum.
Tertium.
Ad argumēta facta.
Corollariū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

guum dum Christianus populus coalesceret, & Iudæorum gens horrorem illum ciborum deponeret. Quare vel sæculo ipso Apostolorum vel proximè vis expirauit illius Concilij.

Argumentū Concilium Gangrense.

¶Huic nihilo minus sententiæ obstare videtur Canon Concilij Gangrensis, si quis. dis. 30. vbi habetur omnia manducare licere præter idolothyta: vbi glossa expressè tenet quòd nū quàm licuit, neq; modo quidem licitum est idolothytis vesci: quanuis nulla detur scandali occasio. Imò non magis licere eorum esum, quàm in Quadragesima carnium. Et allegat

Augustinus.

pro se dictum August. in De bono coniug. quod refertur. 32. q. 4. can. sicut satius. vbi inquit, satius esse fame mori, quàm idolothytis vesci. Ad textum autem Concilij respondetur

Solutio,

illud fuisse habitum proximè tempus Apostolorum, quando nondum eorum concilium prorsus cessauerat: ob idq; glossator falsissimè inde intulit opinionem quod modo

Paulus.

non licet illa edere. Imo Paul. 1. ad Timoth. 4. generaliter absque vlla exceptione condemnat eos qui in nouissimis temporibus loquentes mendacium, prohibituri erant à cibis quos Deus creauit abstinere. Et forsan tempore Augustini nonnulla durabat eiusdem concilij observantia: nisi dicere malueris quod forte respexit ad elapsum tempus, quando vigor Concilij durabat.

QVÆSTIO SEXTA.
De iudicialibus mandatis.

S. Tho. 1. 2. q. 104. & 5.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm præcepta iudicialia rectè à cæremonialibus distinguantur.

TErtium præceptorum genus, vt in superioribus cõstituimus, est iudicialium. De quibus primò quæritur quibus modis à cęremonialibus distinguantur. Et primò arguitur nõ

Primum argumentum.

in hoc differre, vt suprà dictum est, quòd cęremonialia pertineant ad diuinum cultum: iudicialia verò ad pacificum conuictum qui est inter ciues: tum quòd iudicialia, vt nomen sonat, sunt illa quæ in foro tractantur coram iudice: & tamen extra forum sunt alia quæ ad eundem pacificum statum conferunt: tum etiam quòd sicut inter cęremonialia aliqua erãt quæ hominem ad seipsum ordinabant, vt delectus ciborum & vestimentorum: ità & inter iudicialia decebat esse aliquam præceptionem quę ad ipsum singulariter hominem pertineret: nõ ergo omnia ad iustitiam attinebant, quæ est

Secundo.

vnius ciuis ad alterum. ¶Secundò arguitur cõtra aliam differentiam, quæ inter hæc præcepta constitui solet: nempè q̃ cęremonialia cõstituta erant vt signa figuraq; essent & vmbra futurorum: iudicialia verò minimè: nã glossatores iudicialium, Exod. 21. & 22. cuncta etiam interpretantur allegoricè & moraliter.

Tertiò.

¶Atq; inde tertium colligitur argumentum aduersus tertiam differentiam quæ adhiberi consueuit: scilicet cęremonialia non licere amplius obseruare: secùs autem de iudicialibus: nam si erant futurorum signa, pari modo debuerunt cessare sicut & cęremonialia. Vnde

Paulus.

Apostolus generaliter ait ad Hebr. 7. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. ¶In contrarium autem est q̃ tres istas differẽtias inter pretes legis solent inter eiusmodi prę cepta internoscere.

HÆc fermè omnia in superioribus discussa sunt & definita: sed vt eorum summa oculis obijciatur, repetuntur. Supponamus ergo discrimen, non semel in præcedentibus explicatum inter moralia ex vna parte, atque alia duo genera ex altera. Moralia enim iam diximus esse illa quæ ex principijs naturalibus per modum illationis colliguntur: cęremonialia verò ac iudicialia quæ non nisi arbitramẽto quodam ex generali præcepto per modum specificationis cõstituuntur. vt si exempli gratia dicamus, Deus est colendus: ergo, hoc vel illo modo. Malefactor est puniendus: ergo, tali aut tali supplicio. ¶Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur, trinum exprimẽtibus discrimẽ inter cęremonialia & iudicialia.

Prima clausa.

Prima conclusio. Ratio iudicialium præceptorum in duobus consistit: primùm vt non inferatur ex principijs naturæ tanquàm eorum cõclusio: & in hoc differunt à moralibus, conueniũtq; cũ cęremonialibus. Secundò vt ad cõuictum hominũ inter se inuicẽ spectẽt: & in hoc à cęremonialibus elõgãtur. Enimuero sicut ex illo principio, q̃ Deus est colẽdus, arbitratu diuino institutа sunt hæc & illa sacrificia, quæ natura sua nihil ad mores referebant: sic ex illo quòd pax est in republica pro viribus custodienda, collecta sunt iudicialia: vt qui vnam furaretur ouem, quatuor solueret: & quòd nocturnũ in flagrãti delicto interficeretur: diurnus verò, minimè, &c. Hæc autem conclusio adeò est hactenus frequentata, vt permolestũ

Secunda cõclusio.

sit in ipsa, velut in salebra diutius hærere. ¶Secunda conclusio. Præcepta iudicialia secundò à cęremonialibus hoc discriminantur, quòd cęremonialia instituta erant in figuram vmbrãque futurorum: iudicialia verò non nisi ex consequenti. Discrimen nanq; hoc ex prima conclusione originem ducit. Etenim cum cultus il

Deducitur cõclusio ex priore.

le priscorum patrum ad populi sanctitatẽ pertineret, quę quidẽ sanctitas ex mediatore Christo dependebat, condecens erat ac necessariũ, quod suprà expositũ est, vt per easdem cęremonias eundem venturum profiterentur. Attamen cùm iudicialia nõ ad diuinũ cultũ, sed ad iustitiam & æquitatẽ inter ciues conciliandam instituerentur: ratio non postulabat vt p gnostica essent eiusdem futuri Messię. Nihilo minùs quia totus ille status populi in expectatione erat eiusdem venturi Dei, ex consequẽti eadem iudicialia aliquam eius præferebant vmbram: iuxta verbum Pauli. 1. ad Corinth. 10. Omnia in figuram cõtingebãt illis. Exempla. Decimarum solutio significabat perfectionẽ, quæ vltima denarij vnitate designatur, Christo tribuendam. Atq; illud Exo. 21. quòd seruus Hebræus post seruitium sex annorum esset septimo anno liber, figurabat post militiã huius mundi subsequuturam fore libertatẽ cęlestem, quæ erit perfectum sabbathum. Quapropter Gentilium iudicia, vt puta Græcorum & Romanorum, nullum recondebant mysterium, sicuti Hebræorum leges. ¶Tertia cõclusio. Etsi iudicialia præcepta sic prorsus fuerint

Tertia conclusio.

euacuata & extincta vt post Christi resurrectionem nullatenus sint obligatoria, differunt tamen & in hoc tertio à cęremonialibus, quòd quãuis cęremonialia nullatenus iam seruare licuerit, nihilo minùs liceat iudicialia iterato instituere. Prima pars conclusionis huius iam satis suprà demonstrata est: vbi ostendimus totam prorsus legem quantum ad Mosaicã vim cessasse. Secunda verò pars ex secunda cõclu-

Probatio cõclusionis.

sione, sicuti secunda ex prima, colligitur. Ratio enim quare cęremonialia reuiuificare modò nõ licet, illa suprà assignata est, quòd cùm signa fuissent prognostica futurorũ, præsente veritate, facta sunt falsa mendacia. Cum ergo hæc ratio in iudicialibus nõ reperiatur, quia nõ per se instituta sunt ad significandum, nihil pericli inest si iterum constituantur in noua lege. Hac igitur ratione constitutæ ab Ecclesia sunt decimæ, quæ quantũ ad quotam iudiciales erãt: nec instituta q̃ sunt quandoque talionis

leges, & reddere quadruplum pro simplici furto, & similia. Hæc omnia facilima sunt, & ex superioribus liquida.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentũ respondetur, quòd licet iudicialia à iudicio nuncupentur, propterea quòd rempublicam instituere ad principem attinet, penes quẽ potestas est iudicandi, nihilo minus quia eidẽ principi incumbit non modò litigia dirimere, verũ & quæ ad spontaneos contractus attinent de liberanter sancire, fit vt non solùm illa quę in foro tractantur, verùm & quæ in domo & in

Ad secundũ argumentũ.

ciuium cõmercijs, iudicialia nuncupẽtur. ¶Ad secundum autem membrum eiusdem argumẽti respõdetur diuersam esse rationem cęremonialium ac iudicialium. Nam cum cultus ad Deum pertineat, ad quem homo tanquàm in proprium finem ordinatur, fit vt ad eundem cultum referatur, vt minister ipse seipsum componat in cibo & vestitu: quare & de hoc erat cęremoniale præceptum: homo autem nõ ordinatur ad proximum sicut in finem, sed sunt sicut duo membra: & ideò nullo opùs erat iudiciali præcepto hominis ad seipsum: sed omnia ipsum ordinabant in alterũ. Aliorum autẽ solutiones satis ex superioribus clarescunt.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm iudicialia præcepta conueniẽter sint in quatuor gña dispertita.

POST distinctionẽ iudicialium à cęremonialibus, subsequitur vt de ipsorum ab se inuicem partitione dicamus. Vtrum scilicet quadrifariàm fuerint distributa: nempè vt alia extiterint quæ principes in ordine ad subditos informabant: alia verò quæ inter se inuicem subditos: & tertia quæ populum in ordine ad exteras gentes instituebant: atque alia demum quæ domesticam inter se familiam conciliabant. Arguitur enim primò. Supre-

Primum argumentũ. Aristote.

ma potestas reipublicę est in spiritualibus sumus sacerdos cum alijs sibi assistentibus, & in temporalibus, rex: nam secundùm Aristot. 7. Polit. hoc est regiminum optimum: vt potè quã in vnitatem maximè resolutur, atque adeò ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

in lege veteri. Nam sicut Aarõ Deus ipse per se elegit, vt patet Exod. 28. Leuitisq; decimas in eorum sustentationem solui iussit, vt Leuit. vltimo scriptum est: sic debuit & per seipsum regem creare: quod tamen non fecit, sed populo id commisit. Habetur enim Deuter. 27. Cùm dixeris, Constituam super me regem, eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit.

Neq; regibus stipendia designauit. Imò populus à Moyse vsq; Saülem quadringentis annis mansit cum sacerdotibus absq; rege: quem tũ demum in malum ipsius populi Deus permisit: vt. 2. Reg. 8. commemoratur. ¶ Secundò arguitur quòd neq; de conuictu inter se ciuium congruenter fuerint iudicialia instituta. Præcipiebatur enim Num. 27. vt hominis absq; filio defuncti hereditas transiret ad filiam: & tamen Aristo. Polit. ca. 7. ait, Regna inde & possessiones perditum iri, quòd ad mulieres transeunt. Et Leuit. 22. habebatur quòd anno Iubilei omnes venditæ possessiones ad pristinos possessores remearent: quod firmitati contractuum obstare videbatur, sine quibus tamen mortales cõuiuere nequeunt. Et Exod. 21. instituta fuit talionis pœna: vt oculũ pro oculo reus redderet, ac dentem pro dente: cuius nimiam acerbitatem denotauit Christus Matth. 5. Atq; aliæ erant in illo populo legales sanctiones quę videbantur absurdæ. ¶ Tertiò & erga exteras gentes incongrua videntur illa quæ illic extant iudicia. Habetur enim Deute. 23. Ammonites & Moabites etiam post decimam generationẽ non intrabunt in ecclesiam Domini in æternum. Et tamen econuerso subditur, Non abominaberis Idumæum: quod certè videtur ad respectum personarum attinere: qui tamen, vt habetur Actu. 10. non est apud deum. Et Exod. 20. cautum est, Aduenam non contristabis, neq; affliges eum. Et nihilo min⁹. 23. permittebatur idem populus pecuniã alienigenis ad vsuram mutuare: quæ quidem duo præcepta sibi inuicem videntur repugnare.

¶ Quartò neq; circa domesticas personas videtur iudicialia præcepta satis esse rationi cõsentanea. Nam cum primis de seruis legitur. Exo: 21. Qui percusserit seruum suum vel ancillam virga, si vno die superuixerit, nõ subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est: permittere autẽ homicidam impunem, natura ipsa abhorret: quare leges humanę etiam dominos seruorũ occisores grauius puniunt. Et de filijs videtur dura illa lex Deut. 21. videlicet q̃ pater duceret filiũ suum ad seniores ciuitatis puniendũ. Ac demũ de vxoribus lex, quæ vt Deut. 24. habetur, libellum repudij permittebat, videtur in naturã matrimonij pernicio sa: vtpote q̃ ad educãdas proles debet esse perpetuũ. ¶ In contrarium autem est quod sapient. diuina Prouerb. 8. ait: Iusti sunt omnes sermones mei. Non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Et Dauid, Iudicia Dñi vera, iustificata in semetipsa.

Argumen. 3

Aristot.

Argumen. 4.

Argument. 3

S. Thom.

Conclusio respõdetur.

Quæstionem istam non intelligas in hoc à nobis summotã, vt quàm amplè ipsa patet, sit nobis differenda: id enim diuino pene ingenio D. Thom. quod omnibus est in confesso, absoluit. 12. q. 105. Sed tamen nè filum dicendi nostrũ rumperemus, transitũ per hæc summatim nos facere decuit. Vnica ergò conclusione duximus respondendum. Præcepta iudicialia legis veteris in quatuor oportuit mẽbra distribui. Enimuerò cùm prudẽtia ferendarum legum, ars quædã sit illustrissima: ars autem ordine ac dispositione præluceat, cõdecens fuit vt iudicialiũ numerus quibus respublica instituebatur, secundùm insignes eiusdẽ reipublicæ partes atq; ordines disponerentur. Ordines autẽ isti quatuor sunt numero: Principis scilicet ad subditos, subditorumq; interse, totiusq; reipublicæ ad exteros, ac partium inter se vnius familiæ. Igitur de principibus latæ sunt diuinitus leges, quẽadmodum, tum creandi essent, tum etiam & se erga populum gererent: ac subinde quẽadmodum vicissim à populo colerentur. Mox circa ciues latæ sunt leges emptionum & venditionum, aliorumque contractuum qui liberè inter homines fiunt: decretaq; perinde iudicia in malefactores, qui iura violarent. Deinde leges adhibitæ quẽadmodum se populus tum in bellis gerẽdis, tum in suscipiendis peregrinis erga externas gẽtes deberent conuersari. Ac demum circa domesticam familiam superadditæ sunt & aliæ de seruis, deque vxoribus & filijs.

Quæ plexus ter ne cæ pars.

Ad primũ igitur argumẽtũ respõdetur q̃ cum in in gubernãda republica duo sint habendi respectus: prior. s. vt ciues oẽs creãdorum magistratuũ gerendæq; publicę curę participes fiant. Nam hac ratione vt. 2. Politico. author est Aristot. æquitas cõstat, ac subinde pax in republica. Posterior verò, vt regimẽ eligatur optimũ: qđ secundũ eundẽ Philosophũ 3. Politi. ex tribus speciebus, s. Aristocratia, Democratia, & Regno, hoc vltimũ est præstantissimum, diuina Deus prudentia hæc oĩa circa populi principes custodiuit. Primum eñ quia peculiarẽ curã illius populi gerebat, iuxta illud Deute. 7. Te elegit dñs Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, sibimetipsi electionem regis reseruauit. Vnde sicut summum ipse creauit sacerdotem, sic & de rege ait loco citato Deute.

Ad primũ argumẽtũ.

Ad secundũ argumentũ.

Aristo.

Çùm

Cùm dixeris, constituam super me regẽ, eum constitues quem dñs Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorũ. Qua ratione diuino mandato à Prophetis vngebantur. At verò quoniam regnum, vt est optimum regimen, dum rex idoneis virtutibus pollet: sic fit & pestilentissimum dum in tyrãnidem corrũpitur: & populus ille, tum crudelis erat, tum etiam auarus ac libidinosus, quib⁹ potissimum vitijs rex corrumpitur, quadringentis annis distulit regem illis dare cum plenitudine potestatis. Gubernauit tamẽ populum instar regni per vnum, puta per Moysen, perq; eius successores iudices: quousq; populus, quasi excutiens diuinũ regimen, voluit sibi creare regem. Vnde. 1. Reg. 8. ait Deus ad Samuẽlem, Non te abiecerunt, sed me, nè regnem super eos. Ecce quàm fuerit deus solers in sustinendo optimo regimine regni. Quocircà quàm cõtra eius voluntatem fuerit absoluta regis potestas introducta, ipse rei euentus ostendit. Nam statim sub Roboã diuisum regnum suijpsius desolandi causam attulit, iuxta verbum Christi, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. ¶ Quantũ verò ad Aristocratiam, quæ est optimorũ potẽtia, iussit eligi septuaginta viros de senioribus Israẽl: vt patet Num. 11. vnde Deut. 1. Tuli de vestris tribubus viros sapientes & nobiles, & cõstitui principes. Democratiam verò, quæ est popularis potentia, catenus seruari voluit q̃ & totus populus magistratus crearet, & de omnibus tribubus eligerentur. Vnde Exod. 18. Prouide de omni plebe viros sapiẽtes. Et Deutero. 1. Date ex vobis viros sapientes, &c. Quòd autem sacerdotibus decimæ fuerint adiudicatæ, non autẽ principibus, illa ratio fuit q̃ sacerdotes vt in maiori haberentur reuerentia decuit ex vna singulari tribu institui, quæ ideo ab alijs alenda erat. Principes verò seculares ex omnibus promiscuè tribubus eligebantur, quibus possessiones erant decretæ. Et præterea eorũ stipendia pro bellorũ indigentia crescebant: & tũc natura ipsa docebat populares cõtributiones esse illis augendas. ¶ Circa materiã secundi argumenti notãdum sequitur, iudiciales leges, quibus ad humanũ conuictũ inseruientes, in duos ordines secari, secundũ duas, quæ in populo sunt, cõmunicationes rerum ac cõmutationes. Alia enim cõmunicatio fit publica authoritate principis: alia verò priuata cuiusque voluntate: homines quippe subditi sunt principi: possessiones autẽ ad dominiũ priuatorum pertinent. Quare iudicia quibus homines iura seruare coguntur, & supplicia quibus malefacta vindicantur, principis authoritate instituũ tur: donationes autẽ rerum & cõmutationes, priuata cuiusq; voluntate celebrantur. Et de vtroq; ordine leges Deⁱ optimas iudiciales edixit antiquo populo. Constituit enim quantũ ad primũ iudices & magistros, vt patet Deut. 16. ac testium numerum, pœnasq; diuersas, p diuersis delictis. Et quantũ ad secundũ vt pax firmius inter illos stabiliretur, diuisit eis terrã promissionis. Vnde Num. 34. Ego dedi vobis terram in possessionẽ quã sorte diuidetis vobis: pluribus dabitis latiorẽ, & paucioribus angustiorem. Sed quantũ ad vsum voluit quodãmodo fructus esse cõmunes: secundũ illud Deut. 23. Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit. Aliaq; deinde multa pulcherrimè constituit, vt est apud D. Thom. videre. ¶ Ad formã ergò argumenti respondetur quòd eatenùs in hæreditatis successione legem Deus naturę seruauit q̃ noluit fœminas, nisi deficiente masculo, ius hæreditariũ adire. Successio nanq; patrimonij sequi naturã debet generationis, per quam species propagatur: generationis autem virtus in lumbis viri residet: cui vtiq; fœmina, ceu natura substernit. Quapropter ratio naturalis docet vt in masculinam prolem, in quam virtus generatiua traducitur, transeat hæreditas, quã cum sanguine ad suos posteros transmittat. Et hanc arbitror omnium causarum naturaliũ primam quare iura primogenituræ in rebus publicis bene institutis masculina serie transfunduntur, neque fœminæ nisi masculorũ defectu admittuntur. Cui accedit & ratio secunda q̃ viri prudentia, muliebri præstat: tum in alijs, tum etiam in aguenda re familiari. Vnde Arist. 3. Polit. ca. 3. viri inquit est acquirere, mulieris autem seruare. Quocircà Ethic. 2. cẽsuerat regna in manu fœminæ deperire. Accedit tertiò q̃ cùm viro cõpetat substantiæ administratio, quãdo hæreditas filiæ obuenit, tunc gener nõ est tam solers ad augendam substantiam soceri, eiusque amplificandum nomen, quàm si esset filius. Quapropter dum res quæ transit in filiã, subinde transeat in generum, quodãmodo censẽtur in alienum sanguinẽ transmigrare. In lege autem veteri illud fuit necessariũ, vt possessionum partitio quæ facta est inter tribus nõ cõfunderetur. Quãuis tali euentu cautum erat nè hæres fœmina alij quàm viro suæ tribus nuberet. Neq; vero inter christianos vsq; adeò lõgè à successione ejci filiæ debent, vt neq; deficientibus filijs admittantur. Nã hac rõne longiùs solent abalienari primogenituræ, q̃ si mutieres succederẽt. ¶ Eâdẽ rõne adiecta fuit & lex alia anni Iubilei: Nã si vẽditiones i ppetuũ fierent,

Ad formam argumenti.

Potissima ratio quare ius primogenituræ masculina serie trãsfunditur.

Aristote.

Ratio legis anni Iubilęi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent, non fuisset perpetua diuisio possessionū inter tribus. Quin verò & ratio naturalis profectò ab hoc non abhorret: nam illa ratione, vt loco proximè citato admonet Aristot. nempè si possessiones in perpetuum diuendantur, solent diuitiæ in vnum accruatę alios deferere pauperes. ¶Lex autem talionis vindicatrici illi gēti minimè fuit incongrua: vt per illam, quę duriuscula videbatur, coērcerentur, nè acrius sese de hostibus vindicarēt: licèt Christus docuerit benignitati Christianæ non competere. De reliquis autem vide apud S. Tho. ¶Circa tertiū argumentū itidem admotandū est bifariā se rempublicā gerere posse erga extraneos: nempè aut iure pacis, si cōmerciū cum illis nectat: aut iure belli, si sint hostes. Et iure quidē pacis tripliciter exteræ nationes ad Iudaicū populū accedebāt. Primò vt transitū quasi peregrini facerēt erga quos lex extabat Exod. 23. Peregrinò molestus non eris. Secundo modo vt tāquam aduenæ apud illos habitarēt: de quibus etiā ca. 20. præmissum erat, Aduenā nō cōtristabis. Tertio modo quia volebant prorsus in eorū ritum & cōsortiū admitti. Inter quos secundū naturalē rationē ordo dignoscebatur.

Ratio legis talionis.

Ad tertium argumentū.

Admonet enim tertio Polit. Philosophus, extraneos nō esse temerè in rempublicā recipiendos, nisi sint vel abauo vel ab attauo oriundi: aliàs multa ab illis pericula imminerēt reipublicæ. Obidq; quia Idumæi ab Esau fratre Iacob descenderant, & ipsi Israēlitæ apud Aegyptios peregrini plures ducentis annis egerant, iubebantur pacificè illos recipere, & proselythos qui vellēt eorū religionē profiteri charactere circuncisionis insignirent. At verò quoniam Amalechitæ perpetui hostes eorū erant, secūdū illud Exod. 27. bellū Dei erat contra Amalech à generatione in generationē. Et pariter Ammonites & Moabites de terra promissionis fuerant expulsi, citra personarū acceptionē potuit eos Deus à sua republica abigere.

¶Sed & de bello contra hostes tam offerēdo quàm sustinēdo, sanctissima erat scripta lex, Deut. 20, vt primò pacē eis offerrēt. Secūdò si ducià suam in ipsum Deū reijcerent. Tertiò vt inidoneos, qui impedimento esse possent, domū remitterent. Quartò deniq; vt victoria modestè vterētur: fœminis parcētes ac pueris.

Ad quartum argumentū.

¶Ad quartū deniq; argumentum respōdetur quòd cū familia in tribus ordinibus consistat, scilicet viri ad vxorē, parētis ad filios, ac domini ad seruos: de omnibus tribus sancitas Deus curauit optimas leges. Et primò de seruis, qđ ad mitigandos eorum labores pertinebat, præceptū erat Deut. 5. vt die Sabbathi sicuti & domini requiescerēt. Itē in memoriā liberationis ex Ægypto, vbi ipsi seruierant, & in præsagiū Christianæ libertatis, & præcipuè propter ęternā charitatē, cautū erat Exod. 21. vt ex filijs Israel nemo esset perpetuò seruus: sed septimo anno egrederetur liber, cum omnibus quæ asportauerant, adhibito iusuper viatico: vt Deu. 15. legitur. Neq; quantū ad eorū vindictā fuit Deus negligens: imò & eodē cap. 21. statuit vt Dominus qui seruū mutilaret liberū dimitteret, & ancillā quam in vxorē duceret. Illud autē quod in argumento obiectū est, scilicet occisorē seruū impunè euadere, intelligebatur quādo correctionis gratia virgula, non intentione vulnerandi percussisset: neq; posteà certum est se tā ob tale vulnus obijsset mortē. Nam si protinus moreretur, tunc dominus reus fiebat.

Leges seruorum.

Et erga filios etiam Exod. 22. iubebantur parētes vt eos religiosè instituerent, quos etiam paternè castigare poterant. At verò quia, vt Philosophus. 10. Ethicor. docet, pater vim non habet coērciuam in filiū, quādo eorum crimē id postulabat, iubebatur, vt argutum est, filium publicæ potestati puniendū permittere. ¶Sed & de vxoribus tam ducendis, quàm gubernādis optimæ extabant leges. Attamen libellus repudij ob eorum duritiam, qui perpetuī erāt odiorum memores, permissus illis fuit, vt per illud minus malum à maiori continerētur: videlicet nè vxores enecarent.

Leges vxorum.

QVÆSTIO SEPTIMA, De lege Euāgelica quātum ad eius substantiā.

S. Thom. 1.2. quæst. 106.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex noua sit lex scripta, an potiùs cordibus indita.

QVatuor legū genera circa initium superioris libri distinctè monstrauimus: videlicet ęternā, naturalem, atq; humanā: de quibus lib. 1. dissertū est: ac demum diuinam, quā in hoc sumpsimus elucidandā. Hanc autē in veterem partiti sumus, ac nouā. Vnde cùm de priori hactenus dictū sit, subsequitur vt de noua quę Euāgelica est, sermonē subtexamus. Hęc enim, si ęternā excipias, lex legū est, cuius gratia

gratia mundus creatus fuit, ad quam ferēdam Deus ipse de cælo descendit, quæq; eiusdē Dei digito scripta est in cordibus nostris, per quā deniq; solam vniuersō orbi & inferi clauduntur, & ad ęternam fœlicitatem cæli referātur. Vt ergò hanc supracœlestem legem de cunctis suis numeris ac dignitatibus perpēdamus: Quęritur primò sitne scripta dicenda, vt leges humanę & vetus diuina, an verò sicut naturalis, à natura, sic supernaturaliter mentibus nostris impressa. Nam q̄ sit scripta sunt argumēta nōnulla. Primum: lex hęc, ipsissimū est Euāgelium: de quo tamen Ioan. 20. ca. ait, Hęc autem scripta sunt, vt credatis.

Primum argumentum. Argumē. 1.

¶Secundò. Si lex hęc non esset scripta sed indita, nihil à naturali distaret: quippe de qua ait Propheta, Signatum est super nos lumē vultus tui Dne.

Argumē. 2.

¶Tertiò. Lex Euāgelica, christianorū est ,ppria: lex verò indita vniuersis communiter nationibus patet. Legitur enim Sapiē. 7. q̄ diuina sapientia per nationes in animas sanctas se transferti amicos Dei & Prophetas constituit: ergò lex noua nō est lex indita.

Hieremias.

¶Cōtrarium autē attestatur Hieremię vaticiniū ca. 31. Vbi Deus nostram designans legem, ait: Ecce dies venient dicit Dns, & consummabo super domū Israel & super domū Iacob testamentū nouū. Quod quidem testamentū declarans subdit, Dabo legem meam in visceribus eorū, & in corde eorum scribam eam. Idq; Paulus ad Hebræ. 8. ad hoc ipsum propositum allegat. Et. 2. ad Corinth. 3. latius edisserit.

Paulus.

QVæstio hæc ex his modò citatis scripturę testimonijs inter catholicos doctores originem duxit, qua prima legis nostræ excellentia cōmendetur. Statuamus ergò conclusionē quę cunctis est catholicis receptissima. Lex nostra hoc à veteri differt, q̄ cùm ipsa scripta esset in tabulis lapideis: nostra tamē in cordibus insculpta est. At verò cōclusionis sensum patefacere, nō est vsq; adeò peruium. Augu. enim lib. de spiritu & liter. ca. 21. huc tātum ptinere arbitratur, quòd charitas Dei, quę secūdum Paulū, & plenitudo & finis legis est, per Spiritum sanctum, vt ait idem Apostolus diffusa est in cordibus nostris. Quē quidē. D. Tho. secutus, sic cōclusionē interpretatur. Vna quæq; inquit, res, vt. 9. Ethicor. author est Aristo. illud esse videtur, quod in ea est potissimū: hoc autem in lege noui testamenti est gratia Spiritus sancti, quæ datur per fidem Christi, virtusq; est implendi legē: iuxta illud ad Rom. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis: cū ergò gratia hęc intus infundatur à Deo in corda nostra, fit vt

Conclusio catholica.

Augusti.

D. Thomas. Aristote.

lex ipsa principaliter sit in cordibus infixa. Tā etsi illa quæ credenda sunt & agenda in sacra nobis pagina proponantur. Qua ratione secūdariò potest dici scripta. ¶Opus est tamē hęc locupletiàs exponi: quoniā statim offerentur è regione argumenta. Primū quòd legis virtus est intellectum instruere ac dirigere, mentesq; illustrare: hęc autem virtus per scripturam patescit in Euangelio, sicuti antiquis in suo canone nō est ergò cur nostra nō dicatur scripta, sicut illa. Secundum argumentū est q̄ & charitas & gratia tam antiquis quàm nobis diuinitus infundebatur in corda, cuius virtute legem obseruabant: non est ergò cur illa minùs dicatur indita q̄ nostra.

Primum argumentum. Argumen. 2.

¶Ad huius ergo pleniorē intellectū discernendæ sunt duæ legis virtutes: altera directiua, qua scilicet intellectus illuminatur, vt recta ire sciat, atq; altera voluntatis affectiua & motiua ad operandum. Et secūdum vtrāq; lex Euāgelica singulariter est intus mēti insculpta. Doceri enim homo potest legem dupliciter. Vno modo scripturā legendo, atq; altero vinam audiēdo vocem. Atq; hic est prę stantior modus: quoniā auditus, vt lib. de sensu & sensat Philosophus, sensus est disciplinæ. Et quidem antiquis priori modò data est lex: nempè in lapideis tabulis scripta, quā illic subditi intuētes sequerentur: nostram verò nō sic scriptam Deus nobis de cælo misit, sed ipse inde delapsus viua voce in aures mortaliū inuulgauit, mentiq; impressit: hoc est sermonis energia, miraculorūq; potentia persuasit. Neq; verò humano tantū more illā nobis in dies insculpit, verum & assensum fidei, quæ superna nobis indicat, supernaturaliter nobis ingenerat. Itaq; cum generanda fides duo exigat, scilicet, & vt proponantur credenda, & vt intellectus assensum illis prębeat, vtrunq; nobis Christus absq; scriptoperfecit. Tāetsi ad illud prius officium administros sibi adiunxit: nempè Apostolos eorūq; successores, qui adminiculo illi essent ad prædicandam eādem fidem & legem. Et hoc est quod. 2. ad Corinth. 3. ait Apostolus: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris: hoc est per charitatem cordibus nostris infixa. Quēadmodū autē essent epistola, explanans subdit: Manifestati q̄ epistola estis Christi, ministrata à nobis, hoc est: Quāuis nos vobis credēda ,pposuerimus, Christus tā est q̄ fidei assensum in vobis insculpsit. Igitur quantū ad intellectus illuminationē, q̄ prima legis est virtus, ,pptereà per se primò lex nostra scripta est nobis in mēte, q̄ assensio fidei opus est dei. At qa illa quę intellectui ,pponūtur in absentia Chri & apostolorū, labi memoria pos

Duę virtutes legis.

Aristote.

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria possent,per accidens est scripta.Si enim vox Domini semper auribus nostris insonaret, nulla nobis opus esset scriptura.Quare vt Chrysost.in prologo super Matth.author est, librorum vice gratia Spiritus sancti deberemus vti: sed qa illā excussimus,literæ sunt inuentę.Christus nāque nihil Apostolis scripto tradidit. ¶Sed & quantū ad alteram legis virtutē, quæ est voluntatem ad agēdum afficere ac permouere,pariter scripta est intus:quoniā legem ad finem prępcipientis implere, nisi per gratiam & fauorem Dei,non possumus. Lex etenim tantùm ostendit quid agere debeamus: tollēs subinde,vt supra diximus,excusationem: qua ratione ait Paul.literam occidere:sed virtus operandi per gratiam nobis & charitatem suppeditatur.Qua de causa subdit,Spiritꝰ sanctus viuificat.Et hoc est quod ait Ioānes, Lex per Moysen data est,puta scripta in tabulis,in quibus nulla inerat agendi vis:sed gratia & veritas (ad purificandum corda,qui finis est legis) p Iesum Christum facta est.

Ad'primū argumentum.

HIS ergò constitutis facilimæ sunt argumētorum solutiones. Ad primum enim respondetur ꝙ tam in lege veteri quàm in noua scripta ea sunt quæ ad fidem gratiamq; Spiritus sancti attinent:nempè tum illa quæ ad cognoscendum diuinitatem dei, & humanitatem Christi conducunt, quàm agenda quibus charitas confouetur:quæ quidem fides & charitas tam sub illo testamento illis donabatur in cordibus,quàm sub nostro imprimitur.Attamen cū tam illic quàm hic virtute vnius mediatoris illa fiebat impressio,differētia est quòd cū illic nōdum ille mediator præsens esset,nempè neq; per se ipsum prædicasset,neq; sacramenta illius legis virtutē passionis eius nōdum exhibitæ ad conferendam gratiam iuuissent:nostram verò & ipse Christus tradidisset nobis,& spiritus sanctus Apostolis declarasset,ac perinde sacramenta eandē charitatem nobis & gratiam infundant:lex nostra meritò præ illa censetur in cordibus ingenita: sicuti illa erat in tabulis.Vnde Paul.nō ait simpliciter in cordibus,sed in cordibꝰ carnalibus: vt alluderet ad lapideas tabulas, duritiem cordium illius populi significantes:cū tamen per charitatē nouæ legis corda,vt carnea, rem ollescant.¶Ad secundum autem argumentum respondetur ꝙ lex naturæ indita est in cordibus naturali via:lex verò gratiæ supernaturaliter.

Ad secundū argumētum.

Ad tertium argumentū.

¶Atque ad tertium iam responsum est quòd non solum sub lege scripta, verum neq; sub lege vnquā naturæ quispiam recepit Spiritus sancti gratiam,nisi per fidem Christi. Et ideò licet eadem sapientia fidei cunctos qui ab Adam vsq; iusti fuere, iustificauerit: peculiariter tamen propter præsentiā eiusdē authoris gratiæ,cēsetur cordibus inscripta.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm lex noua iustificet.

SEcunda excellentia legis nostræ ab eius effectu petitur: atq; ideò quæritur vtrùm virtutem habeat iustificandi.Arguitur nāq; à parte negatiua.Nemo nisi per diuinę legis obediē tiam fit iustus,secundū illud ad Hebræ.5. Factus est Christus omnibus obtēperantibus sibi causa salutis æternæ:Euangeliū autem non id vniuersim præstat,vt ei obediatur, testante ad Roma.10.Paul.nō omnes obedire Euangelio:ergo lex noua nullam præ antiqua virtutē habet iustificandi. ¶Secundò per id Paul.ad Roma.probat legem veterem non iustificasse quòd ea adueniēte prævaricatio creuit. Ait enim ca.4.Lex iram operatur.Vbi enim nō est lex, neq; prævaricatio:sed multò peius lex noua prēuaricationē aggrauat:eò quòd maiori pœna dignus est,qui post legem nouam,diuinam voluntatem apertius notificantem, delinquit. secundum illud ad Hebræ.10.Irritā qui faciebat legem Moysi sine vlla miseratione duob⁹ vel tribus testibus moritur:quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit?ergò lex noua minus quàm vetus iustificat.¶Tertiò,iustificare nunꝰ est peculiare Dei,secundum verbum Pauli ad Rom. 8.Deus est qui iustificat:lex autem vetus perinde ac noua Deo authore lata fuit:ergò non est cur noua excellētius q̄ vetus iustificet.¶In contrariū autē est idem ipse Apostolus ad Roma.1.Nō erubesco Euangeliū: virtus enim Dei est in salutē omni credenti.Vbi singulare quid piam in Euangelio agnouit:salus autē & iustificatio idē est:fit ergo vt virtus Euāgelicę legis sit iustificare,ac perinde saluos facere credētes.

Primus argumentum pro parte negatiua.

Secundum.

Argumentum Pauli.

QVæstio hęc ditius locupletata est, apertiusq; explicata .q.3.articulo vlt.cuius solutio tribus conclusionibus continetur. Est enim in lege,secundum id quod proximè dicebamus,duo considerare:nempe documenta ipsa,& mandata exterius ad credendum & operandum scripta: & præterea interna gratia fauorq; Spiritus sancti ad opera eiusdē legis exequenda,atq; ad eius assequendū finē. Quo habito prima conclusio est:Lex Euangelica,si pura documenta & mandata atq; operum

Prima conclusio.

rum substantiam consideres,non magis per se iustificat quàm vetus,vel lex ipsa naturæ. Iam enim loco citato expositum reliquimus quēadmodùm verbum Pauli,Nō ex operibus, sed ex fide & gratia hominem iustificari:non tantùm de operibus legis veteris,verūetiam de nostris intelligi.Sicuti & id quod ait,literam occidere,Spiritum autem viuificare, interprete in de spiritu & lite.Augustino,de Decalogo etiā ipso esse intelligendum.Nam de ipsa concupiscentia in Decalogo prohibita subiungit,Concupiscentiam nesciebam esse peccatū, nisi lex diceret,Non concupisces.Lex enim nihil aliud præstat quàm docere quid sit peccatum: mundare autem à peccato,quia virtus est supernaturalis,soli gratiæ per fidem Christi adscribitur.¶Secunda conclusio.Lex Euangelica,si in ternam eius virtutem mediteris, hominem iustificat.At verò quoniam eadem virtus nō solùm Euangelicos,sed & antiquos patres & qui sub lege naturæ iustè viuebant, iustificabant, adhibetur Tertia conclusio. Lex Euangelica ob id præ alijs cēsetur iustificare,quòd author ipse gratię,cuius fide olim agebatur salus,lator fuit nostrę legis quam suo sanguine confirmauit,cuius pretio saluificam gratiam per eius sacramenta obtinemus.Hæc autem iam satis suprà expositа sunt.

Augustꝰ.

Paulus.

Probatio cōclusionis.

Secunda cōclusio.

3.Cōclusio.

Ad.1.argu.

QVocirca primæ obiectioni conceditur nemini obuenire salutem nisi per obediētiam Euangelij:inde tamen solū colligitur legem nouam quantum ad substantiam operum externaq; mandata & documēta non per se iustificare:sicut neq; antiquam, quod prima conclusione concessimus. ¶Ac perinde respondetur ad secundum. Gratia eñ Euangelica eatenus subditos iustificat,vt tamē minimè illos sic cōfirmet, vt peccare nequeāt: imò qui cōtra eandē gratiam legē violauerit, eo fit maioris reus supplicij quo apertius notiuit voluntatem domini sui. Nihilominus hoc est adnotatu dignū,quòd verbum Pauli, scilicet,Lex iram operatur,nō perinde Euangelicę conuenit,atq; Mosaycæ.Nam lex vetus communi nomine,nō gratiam,sed meram literam significat:quæ tantū ostendit quid sit pecatū, atq; adeò occasio fit peccādi,vnde nascitur ira Dei.Lex autem Euangelica non tantū literam sed gratiam,eiusq; sacramenta comprehendit. Quare non est lex iræ,sed benignitatis ac misericordiæ.¶Ac subinde ad tertiū eodem penè tenore respōdetur.Nēpe quòd etsi idem Deus vtriusq; fuerit author legis,diuersimodè tamē. Nam illam tantū scripsit in tabulis: nostrā verò,modo expositо,vt ait Paulus, in cordibus

Ad.2.argu.

Ad.3.argu.

Primus.

Paulus.

carnalibus.Quare expositore eodē,lib.de Spiritu & lite.Augustinus.legem illam extra hominē scriptam appellat idem Apostolus ministrationem mortis & dānationis: nostram verò, ministrationem spiritus & iustitiæ. Augustinus.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm lex noua debuerit dari à principio mundi.

SVbsequitur vt quēadmodū de veteri disputauimus,sic de Euangelica inuestigemus,cur non fuerit statim in mundi primordijs posita. Arguitur enim id maximè cōdecuisse. Deus vt habetur ad Rom.2.non est personarum acceptor:& tamen vt habetur statim ca. 3.Omnes homines peccauerunt & egent gratia Dei:ergò debuit Euangelico lumine,statim homine lapso,orbem perfundere,vt oēs viam salutis ingrederentur.¶Secundò arguitur. Legem Euangelicā non minus congruit fuisse vniuersalem quo ad tēpus, quàm quo ad locū: vult enim Deus omnes homines saluos fieri: voluit autem hac ratione,vt patet Matth. & Marc.vlti.Euangelium prædicari in vniuersō mundo:ergò debuit illud vniuersis sæculis notum facere.¶Tertiò deniq; arguitur. Consultius fuerat homini ad spiritualem vitam & æternam,quæ præstantior est,necessāria prouidere,quàm ad corporalem,quæ tēporalis est:ab initio autem in tēporalibus prouidentissimè homini prospexit,tradendo ei cūcta quę creauerat in suam ditionem,vt patet Gen.1.ergò debuit & lege Euāgelica,quę maximè necessāria erat ad spirituale salutē, mortales illicò ab initio mundi instituere.¶In contrariū faciunt Apostolica testimonia.Nō prius quod spirituale est,sed qđ animale.Et ad Gala.4. Cū venit plenitudo tēporis misit Deus filiū suū. &c.

1.Argumentum.

2.Argumē.

3.Argumē.

Paulus.

AD quęstionē facilima negatione respōdetur.Nō decuit statim ab initio mūdi Euāgelicam legē mortalibus affulgere, sed multò fuit cōsultius per tot differri sęcula. Ad intelligentiā autē cōclusionis huius prenotandū est, duplicē esse quęstionis sensum:vnū.s.suppositо ꝙ ędi nō debuit nisi per Christū,cuius sanguinis effusione erat cōfirmanda.Et tūc idem est q̄rere ac si quęrat vtrū debuit Chr̄us statim in mūdi exordio carnē induere. Hūc autē sensū nō est prędentis loci discutere. Disputat nāq; à D.Tho.3.par.q.1.Nosq;.art.vlt.huiꝰ lib.ró-

Conclusio respōsiua.

Duplex quęstionis sensus.

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes eiusmodi dilati temporis adducemus. Alter verò sensus est, vtrum decuit legem Euangelicam dari ante Christi aduentum, vel ante eius redemptionem. Et in hoc sensu respondetur non expedisse. Cuius tres rationes assignat D. Thom. Prima est: Lex noua, vt iam modò dicebamus, potissimum est gratia Spiritus sancti: quam scilicet, vt ait Paulus, Spiritus sanctus abundè in nos effudit: abūdantia verò gratiæ effundi non debuit nisi impedimento sublato quod per peccatum ei obstat: vnde Ioannis. 7. Nondum erat Spiritus datus (videlicet exundans) quia Iesus nondum erat glorificatus: impedimentum autē illud per Christi mortem sublatum est: ergo vsq; ad ipsum passum non decebat legem gratiæ dari. Atq; hanc rationem Paul. ad Rom. 8. edisserit: vbi ait. Deus filium sum mittens in similitudinem carnis peccati de peccato, hoc est de carne, quæ licet nō in suo supposito, infecta tamen erat peccato, damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Est enim illa mirabilis antithesis per quam diuina potentia patefit: nempè quòd Deus non quomodocunq; damnauit peccatū, sed per carnem ipsam cuius natura peccatum, & commissum fuit, & serpebat in omnes. Lex ergò gratiæ, qualis est Euangelica, à morte Christi debuit vigorem sumere.

¶ Secunda ratio sumitur ex perfectione legis. Seruauit nanq; Deus naturæ ordinem quę ab imperfecto progreditur ad perfectum: sicuti per puerilem ætatē progreditur ad virilē. Ad quod alludit Apostolus in illo citato verbo, Non prius quod spirituale est, sed qđ animale. Nā embryo, vti ait Philosophꝰ, prius vuit vita animali quàm rationali. Et hanc rationem declarat idem Apostolus ad Galat. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Itaq; sicut magister præstantior est pedagogo, sic & lex nostra lege veteri. Pædagogus quippe clientulum in tenera ætate quæ non est doctrinæ idonea, metu terroreq; arcet à malo: magister verò prouectiorem discipulum docendo veritatem allicit ad bonum. Tertia ratio inde sumitur quòd lex nostra est lex gratiæ: & ideò oportuit vt homo sub lege veteri relictus collabendo in peccatū suam agnosceret infirmitatem, ac subinde quā esset gratiæ indigens. Quam quidem causam aperuit nobis Pau. ad Rom. 5. vbi ait, Lex sub intrauit vt abundaret delictum: vbi autem abūdauit delictum, superabundauit & gratia. At qui hæc ratio non solum de Euangelio probat quòd esset differēdum, verum de ipsamet Christi redemptione.

Triplex rō cōclusionis. D. Thomas.

Paulus.

Tertia ratio.

Paulus.

Secunda ratio concluſ.

Aristote.

Paulus.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd cùm humanum genus per peccatum Protoplasti nostri iustè fuerit auxilio gratiæ spoliatum, nihil ei amplius Deus debuit: & ideo quos non seruauit, ex iustitia perierunt, quibus autem per gratiam opitulatus est, per misericordiam succurrit. Vnde Augustin. in lib. de perf. iusti. infert nullam esse personarum acceptionem apud Deum: vt pote ꝙ vbi nulla est ratio debiti, nullum obtinet locū. ¶ Ad secundum respondetur quòd diuersitas locorum, status hominum non variat: & ideò dum Christus legem dedit, in omnem locum prolatari voluit: diuersitas verò temporum diuersas distinguit in genere nostro ætates, quorum non omnes fuerunt Euangelij capaces. Tametsi suis singulæ legibus fuerint institutę, quibus potuerunt obtinere salutem. ¶ Ad tertium deniq; respondetur aliam esse rationem prouidentiæ in his quæ ad naturam pertinēt: aliā verò in his quę ad gratiam. Bona enim naturę non ordinantur ad tollendum peccatum, sed ad sustentandam vitam: ideoq; homini status in eius creatione debuerunt conferri: at verò quoniam gratia ad tollendum peccatum cōfertur, lex abundantis gratiæ dari non debuit nisi peccati impedimento submoto.

Ad primum argumentum.

Ad secundum.

Ad tertium.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm lex noua sit vsq; ad finem mundi duratura.

VM lex vetus aduentu nouę fuerit repudiata, meritò q⁹ dubitet vtrum alia sit prętereà superuentura, per quā Euāgelica aboleatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Dominꝰ, Ioan. 16. pollicitus est discipulis venturum spiritum sanctum qui docturus eos esset omnem veritatem: at nondum ecclesia cuncta cognouit diuina mysteria: nam multa in dies sanctis Concilijs reuelantur: ergò expectanda est alia lex, per quam Spiritus sanctus nos omnē doceat veritatem. ¶ Secundò, Matth. 24. ait Christus: Prędicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe: & tunc veniet cōsummatio: sed Euangelium Christi iam prędicatum est, neq; tamen consummatio peruenit: ergò aliud nobis est opperiendum Euangelium Spiritus sancti, aliaq; lex, qua peruulgata, cōtinuò fiat cōsummatio. ¶ In contrarium facit verbū eiusdē Redemptoris eodem cap. 24. Dico vobis quia non prætęribit generatio hæc donec omnia fiant. Quod Chrysostomus de generatione fidelium interpretatur: quorum ergò status ad finem vsq; mundi perdurabit.

Argum.

Chrysost.

AD quæstionem tribus conclusionibus respondetur, quæ ex hac distinctione dimânant. Duobus modis status mundi variari contingit. Vno secundùm legis diuersitatem, atq; hoc pacto non amplius variabitur lex nostra, sed vsq; ad finē mundi persistet. Probatur conclusio. Si Euangelica hæc nostra antiquæ succesit, cò quòd perfectior est illa: nulla autem esse potest hac Euangelica in hoc mundo præstantior: ergò nulla est illi succesura. Prior prę missa iam satis suprà declarata est: lex enim tāto est perfectior, quāto suo propinquior fini: legis autem finis, vt habetur ad Rom. 10. Christus est: & ideò qno lex vetus elongatior erat à Christo quàm nostra, eo erat imperfectior: nostra autem adeò est propinqua eidem fini vt ipsum habeat præsentem: ergò nulla esse potest perfectior. ¶ At nè quis cauilletur Christū posse aliam perfectiorem ferre, arguitur secundo. Legis perfectio ex fine tandē vltimo existit: manda est: puta ex cælesti fœlicitate ad quam lex omnis nos ducit: nulla autem in hoc sæculo perfectiùs nos illuc ducere potest, ꝙ quæ homines omni labe perpurgat, quæ impedimento nobis est ingrediendi regnum, Deiq; ipsius corpore pascit, ac sanguine potat, subindeque valuas eiusdem regni cūctis expandit: hæc autem est lex nostra: itaq; Christi ipsius testimonio constat, qui initio suæ prædicationis agentibus pœnitentiam regnum cœlorum pollicetur: ergò nulla restat alia præsto lāda. Quòd si verbum huc nobis Apostoli obijcias. 1. ad Corinth. 13. Cum venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est, nihil obstat: quoniam illic de perfectione quæ nos in patria manet sermo habetur ab Apostolo: vbi fidem propter suam obscuritatem appellat cognitionem ex parte, quæ visionis fulgore euacuabitur. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. ¶ Secundo modo potest status hominum variari per hoc quod diuersimodè se habeant ad eandem legem. Et de hoc modo adhibetur secunda conclusio. Nihil vetat quo minùs status legis nouæ, perinde atq; status veteris, mutetur. Quod est dicere: Sicuti lex vetus quandoque accuratiùs obseruabatur, quandoque verò segniùs ac negligentiùs, sic & in statu Euangelico vsu venit. Aliquando enim latiùs multo ac fusiùs patuit Christianus cultus: quandoque verò idem Christianissimus strictior fuit & angustior. Ratio autem huius cōclusionis, non quidē Deus est, qui paratissimus est omnes homines saluos facere: sed humana libertas. Nam cùm gratia Euangelica, vt dictum est, habentes non confirmet in bono, sed suo relinquat arbitrio, vsu illis proinde venit vt eādem gratiam abijcientes ac despicientes carnalibus desiderijs mancipentur. ¶ Tertia conclusio. Etsi status Christianissimi latior patentiorq́ expectetur, nullus tamen futurus est, vbi gratia copiosior sit & abūdantior quàm hactenus præcesit. Prior pars inde patet quòd, vt Christus testatus est, quousque Euangelium in vniuersum mundū prędicetur, non erit finis. Et ad Romanos. 11. Apostolus ait cæcitatem in Israel contigisse vt plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Quo loco declaratum reliquimus quemadmodum ante finem mundi ab omnibus sit lex Christi exoseulanda. Posterior verò conclusionis pars probatur. Nam quando nulli antecessissent sancti præter Dei param Virginem atque Apostolos, qui Spiritus primitias acceperunt, non est cur alios expectemus tam ingentis sanctitatis. Quibus nihilo minùs numerosissima Martyrum, Cōfessorumque atque Virginum copia adhuc per Dei gratiam successit. Quocirca etsi sub Antichristi tyrannide defuturi non sint sanctitate proceres, qui eius truculentissimam rabiem perpessi, pro fide Christi atrocissimas mortes oppetant: tamen priscorum excellentiam nō adæquabunt.

Prima conclusio.

Probatio.

Paulus.

Secunda cō clusio.

Ratio cōclusionis.

Tertia conclusio.

Probatio prioris Partis.

Paulus.

Probatio posterioris partis.

CIrca primum igitur argumentum notandum est non defuisse hæreticos qui negarēt missionem Spiritus sancti, quam Christus pollicitus est, completam fuisse in die Pentecostes. Vnde Manichæi aiebant in suo magistro fuisse cōpletam: quem (vide blasphemiā) Spiritum paraclētum appellabant. Montanus autem & Priscilla non vsque adeò blasphemabant: dicebant nihilo minùs in illis fuisse completam: vt Augustinus contra Faustum meminit. Attamen inconcussa stat catholica veritas, in illis fuisse completam: neque aliam deinde sperare licēre. Iussi nanque fuerunt sedere in ciuitate, donec induerentur virtute ex alto: vt patet Lucæ. 24. promissumque illis est, vt baptizarentur Spiritu sancto, vt Actuum. 1. legitur: quod completum est cùm illis idem Spiritus linguis igneis affulsit. Vnde Ioannis. 6. Nōdum erat Spiritus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Vbi rerum consequentia denotantur: nimirum quòd protinus Christo per resurrectionem & ascensionem glorificato, Spi-

Manichæi.

Montanus.

Augustinus.

Veritas catholica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primum argumentū.

to, Spiritus fuerit plenissimè datus. Ad argumentum ergò vt respōdeamus, negatur Ecclesiam nondum cognouisse omnem veritatem iuxta Christi pollicitationem. Intelligitur nanque promissio illa de omni veritate quæ est ad salutem necessaria: quam quidem plenè fuerūt Apostoli docti, ipsique Christianam familiam docuerunt, secundùm illud, Ite & baptizate omnes gentes, docentes eos seruare quæcunque dixi vobis. Quocirca vbi Petro Christus promisit quòd sua fides non foret vsque ad finem sæculi Ecclesiam defectura, illic pollicitus est quòd esset necessariam omnem veritatem cognitura. Vbi tamē illius cognitione indigeret. Quare non simul omnia nouit, sed nouis obortis hæresibus, temporum curriculo, sicut aurora cōsurgens, magis ac magis illuminatur. Sūt tamen alia quæ non sunt de necessitate salutis, Et hæc non decuit Apostolos, aut doceri, aut docere. Vnde eodem capitu. Actuum. 1. Non est, inquit, vestrum nosse tempora vel memē

Ad secūdū argumentū.

ta quæ pater posuit in sua potestate. ¶ Ad secundum respondetur quòd cùm Christus Euangelium suum appellauerit Euāgelium regni cœlorum, stultissima hæresis esset alium præstolari. Verbum autem Christi Augustini in epistola. 3. ad Ephesium, quæ est. 80. multis modis

Augustin.

Prima interpretatio citati loci.

exponit. Primùm enim Redēptor nihil aliud sibi voluit quàm quòd non esset finis mundi venturus, antequam Euangelium prædicaretur in vniuerso mundo: quanto autem tempore post eiusmodi prædicationem esset venturus, non declarauit. Secundò, vt Chrysostomus & alij interpretantur, non tam de fine mūdi quàm de Hierosolymitana euersione illic loquebatur. Vnde statim subdit: Cùm ergò videritis abominationem desolationis. &c. tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Quocirca idem Chrysostomus ante illam subuersionem opinatur Euangelium fuisse prædicatum in vniuerso orbe: secundùm Propheticum verbum quod ad Romanos. 10. citauit Apostolus: In omnem teram exiuit sonus eorum. Nā si non intelligeretur tunc iam completum, nullum esset argumentum Pauli, quo volebat Iudæos excusatione denudare, quam sibi præte

Secunda. Chrysost.

Paulus.

xerint, quòd non receperint fidem, quam nō audissent. Tametsi Augustinus in eadem epistola contendat nōdum tunc temporis Pauli impletum fuisse vaticinium illud: quamuis per verbum præteriti fuerit prolatum. Quoniam & Propheta similiter illud protulit: & tamen ætate sua nondum erat impletum. Cui simile & illud est alterius Psalmi, Foderunt manus meas & pedes meos. Et certè citra stupendum

Augustinus.

miraculum non potuisset in totum terrarum globum tuba Euāgelica tam breui intonāsse: vt latiùs loco citato super Paul. scriptum curauimus. Hieronymus autem super eundem locum Matthęi litem per hāc distinctionem conatur dirimere. Euangelium dupliciter intelligi potest diuulgari, vno modo ita vt fama Christiani nominis euolet. Et hoc modo fieri potuit, vt Apostolorum sæculo eadem fama à gente in gētem per ora delata in vniuersum permanauerit orbem: nō tamen cum illa energia vt Christi fides vniuersis persuaderetur. Alio ergò modo contingit vt cum effectu sic prædicetur fides, vt in culpa omnes cōstituat, qui eam non recipiunt. Et hoc modo tenendū est cum Augustino quòd nondum fuerit Euāgelium vniuerso orbi diuulgatum. Vnde infert sanctus Thomas, quòd si priori modo prædicatio Euangelij intelligatur, subintelligēdum est cum Chrysostomo tūc subsequutum esse finem, hoc est, Hierosolymorum excidium. Postquàm verò posteriori modo vniuersum orbem compleuerit, tūc demum subsequetur mundi consummatio. Nam negari non potest, quin eodem loco Christus de vtroq; fine & termino permistim loqueretur.

Hieron.

D. Tho.

QVÆSTIO OCTAua, De collatione legis nouæ cum veteri.

S. Thom. 1.2. quæstio. 107.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex noua sit veteris complemē tum.

POSTQVAM lex diuina in veterem & nouam est distincta, scire expedit quibus modis hæc ab illa distinguatur. Et arguitur primò à parte negatiua quòd nullo distinguantur modo. Vtraque lex data est colentibus Dei fidē: vtpote sine qua, vt ad Hebræos. 11. ait Paulus, impossibile est placere Deo. eadem autem est nostra antiquorumque fides, vt suprà expositum est: ergò eadem est lex. ¶ Secundò arguitur quòd noua non sit veteris complementum. Cōplere enim huic opponitur

Prima pars.

Argumē. 1.

nitur quod est euacuare, & inueterare: lex autem noua euacuauit antiquam, secūdùm illud ad Ephesios. 2. Legem mādatorū decretis euacuans: eamq; inueterauit, hoc est antiquauit, secūdùm illud ad Hebręos. 8. Nouum testamē tum veterauit prius. Quod præterea & Christus facto ipso mōstrauit: nā multa cōtraria illi legi, tum docuit, tum etiam fecit: vt est illud Matthæi. 5. Audistis quia dictum est antiquis. &c. Ego autē dico vobis: vnum autē contrariū

Argumē. 3.

nō cōplet alterū: ergò noua veterem nō compleuit. ¶ Tertiò: Si noua esset veteris cōplemētum, sequeretur quòd in illa fuisset contēta tāquàm veritas in figura: multa autem credēda nobis tradita sunt & agenda in noua lege, vti sunt sacramēta & consilia, quæ in veteri nō extabant: ergò nostra non cōtinebatur sub illa: atq; adeò neque illam cōpleuit. ¶ Contrarium asseruit Christus Matthæi. 5. Nō veni soluere legem, sed adimplere. Vnde & subdit, Iōta vnū aut vnus apex non præteribit donec omnia fiant.

ET hęc quoq; quęstio in superioribus tacta fuit & bona ex parte definita: Sed vt recētes adhibeantur rationes, tribus etiamnū conclusionibus secūdùm argumētorū numerū diluetur. Prima. Lex Euangelica neq; prorsus est alia ab antiqua, neq; omninò eadē: sed sic ab illa distans, vt perfectū ab imperfecto. Probātur partes omnes. Cùm vnaquælibet lex finē habeat peculiarem, illæ sunt omninò diuersæ quę in diuersos tendūt fines: sicuti leges reipublicæ per Regem administratæ aliæ essent à legibus alterius quę per Aristocratiā gubernare tur, atq; à legibus illius quæ regeretur per Democratiam. Illæ autē leges quę ad eundem ordinātur finē, quarū tamē vna propiùs ad eundem accedit finē quàm altera, nō latiùs differūt quàm sicut perfectū ab imperfecto sub eodem fine: vt leges quæ adultis perfectisq; viris ponūtur, atq; illæ quibus instituūtur pueri. Exemplū est in motibus naturalibus. Motus enim sursum alius est à motu progressiuo, sed tamē intēsior calefactio nō est omninò diuersus motus à remissiori. Ad propositū ergò, cū lex noua & antiqua ad eundē tendāt finē: nā idem est Deus vtriusq; testamēti, qui illos vt pueros sub pædagogo ad vitā æternā educabat, nos verò tāquàm viros prouectos ad eandē beatitudi nē instituit, secūdùm illud ad Romañ. 3. Vnus Deus est qui iustificat circūcisionē ex fide, & præputiū per fidē: non sunt omninò diuersæ: sed differunt sicuti lex timoris, quasi ferula coërcens pueros, vt ad Galat. 3. significat Apostolus: & lex charitatis, quæ

Prima conclusio.

Probatio.

Mot

est vinculum perfectionis, qua nos Christus peculiariter instituit, vt expositum est. Hanc conclusionem quæst. 1. articu. 1. huius libri fusius luculentiusq; expositam reliquimus: nempè quemadmodùm lex nostra eo sit antiqua perfectior, quòd modò per eius sacramēta gratia conferatur, per quam solam supremum finem legis adipisci possumus. Nam illi non per legem, sed per fidem & gratiam eiusdem nostri authoris seruabantur. Et ideo non opus hic nobis est ampliùs immorari. ¶ At verò qa diximus illam fuisse legem timoris: nostram verò charitatis & amoris, qua breui differentia ait Augustinus contra Adaman. Manichę. legem nouam à veteri diuersificari, non est id memoria prætereundum, quod in præcedentibus adnotauimus, nō defuisse in illa lege quosdam, qui ducerentur amore. Nam illis etiam præceptum erat Leuit. 19. Diliges proximum tuum. Et Deutero. 6. Diliges Dominum Deū tuum. Et in nostra aliqui contrà trahuntur timore: nam & nobis comminatus est Christus ignem æternum. Discrimen ergò non est sumendum ex conditione singularum personarum, sed ex conditione statuum ambarum legum in genere. Etenim quoniam ille erat puerorum status qui metu potiùs arcentur à malo quàm ratione ducātur ad bonum: noster verò status sit liberorum, quos Christus à lege & morte, vt habetur ad Romañ. 8. liberauit, & liberi amore potiùs filiali quàm seruili metu ducantur, nostra dicitur lex amoris: illa verò, timoris. ¶ Ac pari modo de alia cēsendum est differentia, quam idem Augustinus contra Faustum libro. 4. inter easdem leges cōstituit: nempè quòd illud testamentum ideo dicatur vetus, quòd præmia tantùm temporalia caduca; quę promittebat quæ senescunt: nostrum verò, nouum, eò quod sempiterna pollicetur quæ semper virescunt: non inquam sentiendū est discrimē inter personas: nam & illic aliqui alliciebantur æterno præmio: & hic vice versa nonnulli pelliciuntur temporali. Etenim & Marci. 10. promittitur relinquentibus domos & fratres, quòd centies in hoc tempore accipient, præter vitam æternam: sed hæc differētia inter status est dignoscenda. Nam pueri præsentibus munusculis inescantur, quæ ideo illic erant frequētissima: nobis autem rarissima vtpote qui tāquàm viri ad absentia potiùs, sed tamen sempiterna inhiamus. Horum etiam in stat intelligendum est discrimen aliud quod Apostolus ad Roma. 4. internoscit: vbi legem antiquam appellat legem factorum: nouam verò legem fidei. Haud enim denegandum est

Qualiter dif ferimen positum sit accipiendum.

Paulus.

Augustinus.

Quarationę lex vetus ap peliatur lex

Universidad de Deusto
Biblioteca

factorũ, non verò lex fidei.

quin & illic locũ etiam haberet fides Christi, per quam tam illi quàm nos iustificamur. Neque vice versâ negandum quin & lex nostra contineat facta, tam moralia, secundùm illud Matthæi. 5. Benefacite his qui oderunt vos, quàm cæremonialia: vt sunt sacramenta, secũdùm illud Lucæ. 20. Hoc facite in meam commemorationem. Sed tamen quia lex illa plurimùm præsertimque in factis illis, puta in cæremonijs posita erat, quæ non, vt nostra sacramenta, iustificabant: neque verò moralium opera, sed sola fides Christi salutem operabatur: nostra verò lex præcipuè, vt expositum est, consistit in interna fide & gratia, quam abundè Spiritus sanctus in nos effudit, Lex illa dicebatur lex factorum: nostra verò per antonomasiam lex fidei & gratiæ. ¶ Secunda cõclusio. Lex nostra fuit antiquę complementũ. Omne enim perfectum id quod imperfectum est complet, eius supplendo defectus. Hunc autem supplendi modum in calce expositionis cap. 3. ad Romañ. super illo verbo, Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus, fuse diluciduimus. Est enim in lege duo considerare: scilicet & finem & præcepta: finis autem legis illius duplex erat. Vnus communis illi & nostræ, qui est per iustitiam perducere in vitam æternam: alter verò illi peculiaris, puta futuras veritates prefigurare. Præcepta verò erant in triplici genere, morali scilicet, cæremoniali, ac iudiciali. Et quantum ad hæc omnia, absolutissimè lex nostra compleuit veterem. Primùm omnium quantum ad finem illum supremum, qui est, iustificare, illam compleuit, id quod illa non valebat: perficiendo. Nam cùm opera illa de se non iustificarent nisi in fide Christi: quare quotquot iusti vita defungebantur, in limbo, ceu in deposito tenebantur recõditi, aduentum eius præstolantes, qui aditum illis ad regnum panderet, & lator nostræ legis beneficium illud quod illi expectabant, exhibuit, meritò lex nostra hac ratione illam cõpleuit. Vnde Paulus ad Romanos. 8. Quod impossibile erat legi, Deus filium suũ mittens in similitudinem carnis peccati damnauit peccatum in carne: vt iustificatio legis (id est, quam expectabat lex) impleretur in nobis. ¶ Deinde & alterum eiusdem legis finem, scilicet significare, quod propriũ erat cęremonialium, impleuit, exhibendo veritatum lumina, quarum lex illa vmbram gerebat. Vnde ad Colossen. 2. ait Paulus cæremonias illas fuisse futurorum vmbrã, corpus autem, Christi: hoc est eorum veritatem pertinere ad Christũ. Ob idque lex illa dicebatur lex vmbræ & figuræ: nostra autem lex veritatis. ¶ Secundò & præcepta ipsa perfecit compleuitq; Christus lege noua, & facto & verbo: facto scilicet, seruando legem nã & circumcisus est & oblatus templo, & alia persoluit legalia, iuxta illud ad Galat. 4. Factum sub lege. Verbo autem tripliciter eadẽ impleuit, hoc est perfecit præcepta. Primò scilicet legitimum intellectum depromendo: vt homicidij & adulterij, quorum sensus Pharisęi de prauauerant, docentes tantùm prohiberi illicitum, non animum. Christus nanq; docuit animi etiam affectiones illic compesci. Secundò & cautelas adhibuit tutiùs illa seruandi: vt non iurare omninò, neq; per cœlum. &c. nisi necessitate intercedente. Et tertiò superaddendo consilia: vt patet Matthęi. 19. vbi iuueni asserenti seruasse præcepta, cõsuluit vt si esse perfectus vellet, diuenditis quæ haberet, sequeretur se. Cùm ergò Christus his modis legem impleuerit, meritò illam absoluit, ac subinde ostẽdit per Euangelium esse exclusam: non tamen destructam, vt ait Paulus: quia permanet in testimonium nostræ. ¶ Tertia cõclusio. Lex noua continebatur in veteri: non quidem actu, sicuti locatum in loco: sed virtute, vt perfectum continetur in imperfecto. puta animal in embryone, & actus in potentia: videlicet species in genere, & arbor in semine. Conclusio ex dictis palàm fit manifesta. Quo quidem sensu intelligitur illud Ezech. 1. Rota erat in rota, hoc est, Gregorio interprete, nouum testamẽtum in veteri. Vnde Chrysostomus exponẽs illud Marci. 4. Vltrò terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentũ in spica, ad tria id genera legum accommodat. Lex enim naturæ tantùm herbescere valuit: Lex verò Moysi, spicas protulit, quas Euangelica pleno frumento compleuit.

Vide Authorem in ca. 3. Epistolæ ad Romañ.

Quot modis lex noua suis complementum veteris.

Paulus.

Paulus.

Secunda cõclusio.

Gregor.

Chrysost.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd licèt eadem fuerit fides antiqui & noui testamenti, inde tamẽ solùm colligitur quòd fuerint vna lex ex parte finis: attamen quia fides eadem alterum tunc habuit statum, quo scilicet sperabantur futura: alterũ verò in nostra, quo illis potitur præsentibus, quadantenùs sunt diuersæ leges. ¶ Ad secundum verò negatur impletionem, quemadmodùm expositum est, euacuationi & antiquationi esse contrariam: imò cæremonialia per hoc quòd veritate impleta sunt, fuerunt euacuata: hoc est mendacia deinde facta: Moralia verò non fuerunt euacuata: sed neque iudicialia sic, quin instituì rursus possint. Præcepta verò Christi, vt Augustinus Faustum docuit, non erant antiquis contraria. Lex enim, verbi grã-

Ad primum.

Ad secundum.

tia, libelli repudij, non præcipiebat vxorem repudiare. Tunc enim contraria esset ei repudiandi prohibitio: sed id permittebat. docens tamẽ, vt non facilè dimitterentur vxores. Cui quodam modo concinuit lex Christi, docens vt non dimitterentur nisi fornicationis causa. Correxit tamen antiquam legem vt non dimitterentur nisi quo ad torum. Pari modo dicendum de prohibitione iuramenti, & de mitigatione legis talionis: aliqua enim duro illi populo & peruicaci indulgenda erant quæ Euangelicis non decebat permitti. ¶ Ad tertium denique respondetur quòd omnia quæ in nouo testamento proponuntur explicita latitabant in veteri: amo & omnia quæ præcipiuntur agẽda, quanuis excelsiora videantur quàm quæ illic palàm extant, quantum ad substantiam illic omnia pene recondebantur. Sed quia non ab omnibus erant percepta, luculentiùs sunt ac locupletiùs per Christum expolita.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm lex noua grauior sit quàm antiqua.

Argum. 1.

POstremò comparãda est lex nostra ad veterem in gravitate: & arguitur q̃ sit grauior, tum q̃ non solum externos actus, verùm & internos prohibet in quibus comprimendis angor & labor est: tum etiam quòd illa accedentibus ad Deum prosperitatem temporalem pollicebatur, nostra verò tribulationes, secundùm illud. 2. ad Corinth. 6. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus & angustijs. In cõtrarium autem est testimoniũ Christi Matth. 6. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: nempe, secũdum expositionem Hilarij, oneribus legis, quorũ meminit Petrus Act. 15. Vnde & subdit, Iugũ meũ suaue, & onus meum leue.

Hilarius.

Distinctio

AD quæstionẽ suppositã distinctione duabus conclusionibus respondetur. In lege enim duplicem est considerare difficultatẽ & laborem, tam ex parte obiecti, quàm ex parte modi agendi. Sit ergo prior conclusio. Si difficultas ex parte obiecti perpẽdatur, multo erat grauior antiqua lex quàm noua: nempè quæ non solum Decalogum, verum & numerosissimam importabilemque, vt ait Petrus, cæremonarum iudiciorumque sarcinam humeris illius populi imponebat. Sic enim congruens erat indomitam illam gentem & ad nouitates procliuem exercere, ne otium eis malorum occasionem offerret. Cùm tamen nostra præter ipsissimam naturæ legem non nisi sacramenta, eademq; in bonum nostrum imperauerit.

Prima cõclusio.

¶ Posterior conclusio. Si difficultatem ex modo agendi existimes, & illa quæ Christus expressit animaduertas, grauior est quodammodò nostra: illis tamen præcise qui non sunt virtutum habitibus imbuti. Expressit enim nobis vt animi etiam motus componeremus, quos vt. 5. Ethicorum autor est Arist. reprimere carentibus habitu, quàm difficillimum est. Ait enim operari iusta, facile esse: sed tamen operari iuste, hoc est, animi promptitudine & alacritate, perquàm difficile, quousque per ingenitos habitus virtutes dulcescant. Vnde super illud Matthæi. 5. de minimis mãdatis ait Chrysostomus, Mãdata Moysi in actu facilia sunt: vt, Non occides, Non adulterabis: mandata verò Christi, scilicet, Non irascẽris, Non concupisces, in actu difficilia sunt. At verò Augustinus super illud. 1. Ioannis. 5. mandata eius grauia non sunt. Grauia, inquit, non sunt amanti, sed non amanti sunt grauia. ¶ Circa priorem conclusionem hoc nõ est, quin admoneamus, dissimulandum, quòd etsi in Euangelio facultatem Christus Ecclesię reliquerit superaddendi sanctiones nouas: eãdem tamen facultate Antistites quàm tẽperatissimè vti debent, ne Magistri iugum, quod leue suaueq; ipse esse voluit, molestum atq; acerbum reddant. Quare primùm omnium in hisce legibus condendis id debet sanctissimè eis esse perspectum, vt nulla condatur lex nisi quam ad tutiorem custodiam Euangelij duxerint necessariam. Est enim Euangelium, murus Syon, quem Ecclesia circundare debet antemurali. Mox cauẽdum est nè legum multitudo ipsas vilipendio exponat, atq; adeò causa sit vt non opere expleantur, sed pretio redimantur, ac subinde diruto antemurali concutiatur murus. Vnde Augu. ad inquisitiones Ianuarij de eiusmodi legum multiplicationibus, Ipsam, inquit, religionem nostram quam in manifestissimis & paucissimis celebrationum sacramentis Dei voluit misericordia esse liberam, seruilibus premũt oneribus, adeò vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui legalibus sacramentis, non humanis præsumptionibus subijciuntur. ¶ Circa posteriorem verò conclusionem & hic quoque notato quòd non adstruximus etiam quantum ad modum operandi grauiorem simpliciter esse legem nostram, sed quo ad expressionem,

Secunda cõclusio.

Probatio cõclusionis, Aristo.

Chrysost.

Augustinus

Pulchra admonitio rectorib. Christiani Populi suscipiendã.

Augustinus

Illustratur posterior cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm antiquam:tum quòd etiam illa sanè intellecta internos quoq; animos compescebat. Dum enim homicidium prohibebat & adulterium, affectiones quoq; eorum admonebat ex animo conuulsas iri: tum maximè quòd qui incompositos corruptosque patitur animi motus,multò difficilimè potest à prauis operibus abstinere. Vnde licèt rigida videatur prohibitio interni motus, suauior tamè est ad cauendum opus. ¶In summa, vide quàm suèrit lex Christi leuis ac dulcis. Tria tantùm cõtinet: moralia scilicet præcepta,sacramenta,& cõsilia. Et moralia quidem idcircò iussit,quòd cùm sint de iure naturæ, nequiuit non iubere: sacramenta verò, licèt superaddita videantur, in hoc tamen præcepta nobis sunt, vt per gratiam quam conferunt, opitulentur nobis ad implendum legem: quam porrò per nos implere non sufficimus. Quare & in hoc lex nostra leuior est quàm vetus:quandoquidem ad eleuandum legis onus, sacramenta nobis adhibuit,quę illis erant onera.Sed consilia sic nos Christus docuit,saluberrima nobis esse, vt tamen noluerit præcepti necessitatem habere.

Lex Christi leuis ac dulcis.

Ad argumẽtum factum.

AD argumentum igitur in contrarium respondetur quòd aduersitates & angores quos lex noua diligentibus Deum offert, & spe regni iam nobis patentis & filiali amore dulcescunt. ¶Est igitur operæpretium in calce quæstionis præsentis quæ differentijs inter legem veterem & nouam instructa est,omniũ pro nostra facultate Epilogum colligere: quæ sunt numero duodecim. Prima sumitur à dignitate legislatoris ministriq; legis. Vetus enim per Moysen data est: noua verò per Deum ipsum hominem factum lata & inuulgata. Quare illa dicitur lex Moysi: hæc verò Christi. Secunda attenditur ratione subiecti. Illa nanque,vt proximè dicebamus,extra hominem in tabulis scripta est: hæc verò intus in anima. Quapropter illa dicitur corporalis & scripta: hæc verò spiritualis atque indita. Tertia cõsideratur ratione temporis. Illa quippe temporalis erat, id est,per tempus duratura: nostra verò vsque ad finem mundi. Quocirca illa dicitur temporalis:nostra verò perpetua. Quarta, ratione vniuersalitatis. Illa siquidem vni peculiari populo data erat: nostra verò vniuerso mundo: Quamobrem illa dici potest particularis: nostra verò vniuersalis.Quinta differentia patet ratione figuræ. Quandoquidem illa, vmbra erat & figura nostræ: nostra verò,illius veritas: qua de causa illa vmbratilis erat: nostra verò patens. Sexta ratione significationis: nam etsi eadem fides esset illis nobisque necessaria ad salutem: tamen quæ illi implicitè credebãt futura, nos gesta iam explicitè confitemur.Septimum vtique discrimẽ idemque potissimum ex parte perfectionis atque effectus expenditur.Nam etsi neque nostra neque antiquorum opera sine gratia iusti ficent, tamen quia passio illis non erat exhibita, neque sua sacramenta gratiam, vti nostra, conferebant, lex Euangelica iustificat, quod illa de se præstare non poterat. Quopropter illa dicitur lex operum: nostra verò lex fidei & gratiæ.Vnde octaua differentia sumitur ex natura præceptorum.Illa quippe grauior erat, nostra verò leuior ac suauior. Nona differentia. Lex nostra explicatiora atq; adeò ampliora continet præcepta quàm illa: vt puta quæ actus interiores expressius prohibet. Ac decima q̃ consiliorum perfectionẽ illi superaddit. Vndecima q̃ illa tẽporalia promittebat & cõminabatur:quare dicitur Lex timoris & seruorũ:nostra verò sempiternã hæreditatem nobis pollicetur.Quare dicitur Lex filiorũ ac libertatis.Sed duodecima supremaq; differẽtia est,q̃ illa cœli portas non aperiebat: nostra verò id nobis præstat.Quocirca illa lex temporalium regnorum dicebatur,quæ Deus promisit contulitque illi populo:nostra verò lex regni cœlorum.

Epilogus differẽtiarũ legis veteris ac nouæ.

Prima differentia.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima

Octaua

Nona.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

QVÆSTIO NONA, De his quę in lege noua continentur.

Sanct. Tho.1.2. quæst.108.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm lex noua actus exteriores sufficienti ordine instituerit.

POSTREMA quæstio de lege noua, atq; adeò de tota legum materia mouetur de his quę eãdem Euãgelica lege constituta sunt: quorũ sunt tria genera: nẽpè præcepta, sacramenta, & consilia: quibus instituimur, tam quantum ad externa opera,quàm etiam quantũ ad internos animi motus. Quæritur ergò primò, vtrũ exteras actiones probe instituerit. Et arguitur

Fundamentum.

à parte negatiua quòd circa huiusmodi actiones nihil debuit Euangelium constituere. Lex Euangelica est lex Regni cœlorum, vt patet in Christi prædicatione, Appropinquauit regnum cœlorum. Et Matthæ. 24. Prædicabitur Euangelium regni: regnum autem huiusmodi non consistit in externis operibus,sed in intimis,secundùm illud Luc.17. Regnum Dei intra vos est. Et ad Roman. 14. Non est regnum Dei esca & potus:sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Quare inter leges veterem & nostram illi suprà posita internoscitur differẽtia, quòd illa cohibebat manum, hæc verò animum. Accedit quòd & ad Roma. 8.dicitur lex spiritus.Et.2.Corin.3. vbi Spiritus Domini, ibi libertas: non est autẽ libertas vbi homo ad exteriora opera vel faciẽda vel cauẽda obligatur:ergò nil debuit de exterioribus officijs decernere. ¶Secundò principaliter arguitur contrario modo, quòd manca fuerit & minus sufficiens circa eiusmodi exteriora opera. Lex enim Euãgelica ad fidem pertinet quæ per dilectionem operatur: secũdum illud ad Gala.5.In Christo Iesu neq; circũcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quę per charitatem operatur.De fide autem plura explicuit credenda quę non erant explicita in lege veteri: ergò debuit etiãm de charitate moralia superaddere mandata:quod tamen nõ fecit:quia solum Decalogum sicuti illa nobis iussit. Item & circa cæremonias ad diuinum cultum pertinentes angustior videtur & breuior: quia tantùm sacramenta nobis tradidit: cultus autem Ecclesiæ reliquit instituendos, sicuti & cum iudicialia multa illic per se Deus edixerit: nulla tamen nobis tradidit, sed reipublicæ tam ciuili quàm ecclesiasticæ hoc permisit: est ergò circa exteriora minus sufficiens minusq; prouida quàm antiqua. ¶In contrarium est illud Matth. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam supra petram: sapiens autem ædificator nihil eorum prætermittit, quæ sunt ad fabricã conducẽtia.

a parte negatiua.

Argum.2.

IN hac quæstione altissima est meditãda Dei prudentia ac benignitas in condenda Euangelica lege. Primùm igitur omnium ex superioribus hoc recolendum est fundamentum, quòd lex Euãgelica nõ solùm altior est quàm humana, quippe quæ non ad finem tantùm naturalem, sed ad supranaturalẽ nos instituit: verum & quàm Mosayca inde præstantior,q̃ fidem & gratiam, quam illa præfigurabat,per Christi passionem exhibet:per quam gratiam introducimur in regnum cœlorum. Ex hoc enim fundamento colligitur, nihil de operibus nostris eandem legem stabilire, quàm quæ ad eandem gratiam ordinantur ac referuntur. Atque eo gradu & ordine vnũquodque prohibet ac consulit, quo ad eandem gratiam confert. ¶Hoc præhabito, ad quæstionẽ quatuor conclusionibus respondetur. Prima est.In operibus exterioribus primum omniũ lex Euangelica ceu fundamenta prouidentissimè iecit septem sacramenta. Tria enim operũ genera in fronte quæstionis tetigimus:scilicet sacramenta, & moralium præcepta, & consilia.Probatur cõclusio. Gratia in qua legis substantia consistit, bifariàm consideratur. videlicet quantum ad eius generationem & acquisitionem: & rursus quantum ad eius vsum & exercitium: generatio autem eius & infusio, munus supernaturale est, quod nobis Deus per mediatorem:puta per filium suum,hominem factum communicat: quare ipse priùs secundùm humanitatem plenus fuit gratia absque mensura: eandemque subinde per eandẽ humanitatem in pondere & mensura nobis impartitur: secundùm illud Ioannis. 1. cap. Verbum Caro factum est. &, Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. &, de plenitudine eius nos omnes accepimus.Et quoniam Deus supernaturalia ipsa ea suauitate disponit,vt ad modum naturæ nostræ nobis participentur, nostra autem cognitio à sensibus incipit, decuit eãdem gratiam per exteriora nobis signa suppeditari: vt per illa tum certi pro captu nostro efficeremur nostræ salutis: tum etiam nostri excitaretur animus ad diuinum cultum. Et hæc sunt septem sacramẽta, de quorum sufficientia non est presentis loci dicere. Quapropter necessarium fuit vt Christus ipse tãquam author gratiæ, per se, tum illa institueret, vt Baptismum,Eucharistiam: tum periude crearet eorundem sacramentorum ministros:nempè Apostolos ac discipulos totumque subinde facer dotalem ordinem. ¶ Secunda conclusio. Non decuit maiestatem ac libertatem Euangelicæ legis vt alia sacra, & obseruantiæ, & cæremoniæ per ipsum instituerentur, quàm quæ eisdem administrandis sacramentis necessariæ erant: sed hoc debuit Ecclesiæ prudentiæ committi. Probatur conclusio ex differentia inter statum antiquæ legis & nostrum. Populus enim ille, vt idem ex Apostolo adnotauimus, erat sicut in puerili ætate sub pædagogo,nondum virili prudentia præditus:& præterea figuras vmbrasq; gerebat futurarum veritatum: vtriusque ergo rationẽ decens erat vt Deus per se illum de cunctis etiam minutionibus per suas leges erudiret, neque reipu-

Prima conclusio.

Probatio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Ostenditur conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

blicæ eorum instituiones committeret. Christiana verò familia, tum ætate & prudentia proiectior, atque adeò idonea cui traderetur hæreditas, tum etiam qui per suas cæremonias non alium Messiam deberet præfigurare, non erat cur de eiusmodi cæremonijs tam peculiariter erudiretur, sed id muneris Ecclesiæ concrederetur. Atque eò potissimum quòd munus illud Christus Spiritui sancto dimisit, quem venturum pollicitus est, vt eandem sanctã Ecclesiam doceret omnem veritatem. ¶ Ecce de operib⁹ quibus gratiam diuinam assequimur. Illa autem quæ ad eius vsum pertinent, sunt charitatis officia, quę erga Deum & proximũ exercemus, quibusque adeò per diuinum fauorem eadem nobis augetur gratia. Horum autẽ operum quædam sunt vel ad eius custodiam necessaria, vel eidem necessariò contraria: alia verò libera sine quibus in eadẽ Dei gratia permanere possumus. ¶ Sit ergò tertia conclusio. Necessarium fuit vt lex Euangelica opera quę necessariam habẽt connexionem ad gratiam per se præciperet, & quæ illi obstant prohiberet: hæc autem sunt quæ Decalogus nobis exhibet, & quæ ibi impliciter continentur: hoc est necessaria consequentia inde colliguntur, quorum quæstio. 3. tres gradus distinximus. Conclusio est manifesta: nam legislatoris prudentia in necessarijs nõ debet deficere. ¶ Quarta conclusio. In alijs autem quæ hanc non habent necessariam connexionem ad gratiam, non fuit congruens Euangelicæ legi vt illa in particulari per se Christus definiret: sed, sicut dictum de cæremonialibus est, ità & iudicialia reipublicæ tam ciuili quàm Ecclesiasticæ committeret. Iam enim sæpè dictum est, cæremonialia & iudicialia à moralibus differre quòd non eliciuntur ex principijs naturæ, sed arbitramẽto quodam generale præceptum adspeciale contrahunt. Et sicut cæremonialia ad cultum diuinum attinent, ità & iudicialia ad quietum reipublicæ statum. Ratione ergò iam proximè assignata, nempe quòd Euangelicus populus prudentia progressus est, & quasi liber ad hæreditatem admissus, relinquendus in his iudicialibus erat suæ reipublicæ: vt contractuũ leges & malefactorum supplicia, quæ illic per se Deus constituebat, Antistites Euangelici & sæculares Principes suo arbitratu sancirẽt. Accedit & altera huius ratio quòd lex illa vni eidemque pusillo populo posita est, nostra verò vniuerso orbi: ille ergo populus cuncta illa seruare poterat: Christianis verò pro diuersitate temporum, regionum, atq; hominum sunt iudicia constituenda. Quare Christus nihil no-

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Ratio cõclusionis.

Altera ratio cõclusionis.

bis comminatus est neque pollicitus nisi inferna, & cœlestia, & sufficientiam vitæ: hoc enim illud sonat, Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Alia verò supererogationis opera, neq; præcepit, neque omnino voluit, vt cuncta ab Ecclesia præciperentur: sed aliqua: vt ieiunia quadragesimæ, & quædam festa. Reliqua verò consuluit & vniuscuiusq; optioni reliquit, vt art. 3. videbimus. ¶ Ex his ergo trina ratio colligitur cur legem nostram Iacob. cap. 1. appellauerit legem perfectæ libertatis. Primò, quia tanquàm adultis filijs & iam à pædagogia exeuntibus hereditatis possessionem nobis tradidit. Secundò quòd neque ad cæremonialia aut iudicialia Christus nos, vt antiquos, coarctauit: sed liberè illa reliquit prælectis ac magistratibus pro conditione locorũ ac temporum instituenda. Sed tertiò quòd illa noluit vt quasi serui metu impleremus: sed ex habitu gratiæ, vt liberi filij.

Tria ex quare lex euangelica dicatur perfectæ libertatis.

AD primum igitur argumentum respondetur, quòd etsi regnum Dei in intimis cordium præcipuè consistit, puta in iustitia, pace, & gaudio spirituali: nihilo minùs ex consequenti & ad illud regnum illa pertinent exteriora opera, quæ vel extrinsecis motibus foras promãnant, vt Dei cultus, & parentum: vel fine quibus cõseruari nequeũt eadem spiritualia, vt homicidia, furta &c. Quocircà etsi lex nostra præcipuè prohibeat animum: eum nihilo minus cohibere debet ab illis actionibus quæ ipsum perturbant. Sicuti vice versa prohibendo antiquis manum, ex consequenti prohibebat animum. Ea verò quæ necessariam nõ habent connexionem ad gratiam, lex euangelica per se non constituit vt vetus. Qualia sunt esca & potus, de quibus Paulus loquitur: vt puta delectus ciborum & ieiunia: quæ non Christus sed Ecclesia, eius authoritate sanciuit. Ad aliud autem membrum eiusdem argumenti satis responsum est, vbi explicuimus cur lex euangelica dicatur lex perfectæ libertatis. ¶ Ad secundum verò principale respõdetur diuersam esse fidei rationem ac moralium præceptorũ: nam cùm fides naturali rationi excellat, quam ideo nisi per gratiam apprehendere non possumus, necesse fuit vt lex abundantioris gratiæ cumulatiùs nobis expressiusq; mysteria eiusdem fidei detegeret: moralia autem præcepta sunt de iure naturæ: quæ ideo iactis in decalogo fundamẽtis potuit respublica Christiana intelligere. ¶ Ad aliud quoq; eiusdẽ argumenti mẽbrum respõdetur, q̃ cùm sacramenta nouæ legis gratiã conferãt, necesse fuit vt author ipse gratiæ illa instituret: sacramentorum autem ritus

Ad primum argumentum

Ad secundum

Ad aliud

ritus atq; ecclesiasticas cæremonias, quia non sunt ad gratiam necessariæ, ecclesiæ Christus commisit, cuius suprà rationem adduximus.

Obiectio.

Quòd si obijcias redemptorẽ ipsum cæremonias aliquas Apostolis tradidisse: vt patet Lucæ. 9. & 10. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.

Solutio.

Respondetur illa ad cæremonias non pertinere, sed fuisse vel permissiones, vel institutiones ꝓ illo tempore Apostolis necessarias. Permissiones, inquam, secundùm expositionem Augustini in lib. de consen. Euang. Nam cùm Apostoli & verbi prædicatores ius habeant exigẽdi alimẽta, illud, Sine pera fine pecunia &c. nõ tam præcepti formam habet, secundùm Augustinum, quàm concessionis: hoc est, Non opus est vobis viaticum prouidere, siquidem ius habetis alimenta petendi. Vnde subdit, Dignus est enim operarius cibo suo. Reliqui verò sancti dicunt esse præcepta, non cæremonialia sed moralia: necesse enim tunc habebãt qui in discipulatu Christi recentes erant, neq; in paupertate satis assueti, ad eandem mendicitatem eruditi. Vnde iam prouectioribus ait idem Redemptor Lucæ. 22. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calciamentis, numquid defuit aliquid vobis? & respondentibus, nihil, adiecit: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Quasi iam tunc statum perfectæ libertatis essent ingressi, quando iam relinquendi erant arbitratu suo viuere.

Augustinus.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm lex euangelica interiores nostros actus sufficienter composuerit.

Primum argumentum

POst actus exteriores subsequitur de interioribus cernere quemadmodùm per legẽ euangelicã Christus illis prouiderit. Arguitur ergo de more quòd non fuerint ab ipso abundè compositi. Primò, vt Matth. 5. videre est, etsi decem sint præcepta decalogi, tria tamen præcisè quantum ad eorum internas affectiones exactè expressèq; emendauit: videlicet homicidium, prohibendo irasci in fratrem: atque adulterium, vetando mulieris conspectum ad concupiscendum eam: & circa periuria omnem refecans iurandi voluntatem, Dico vobis non iurare omnino: igitur cùm septẽ alia subticuerit, non satis hac parte complexit perfecitq; abundantiam iustitiæ nouæ legis supra

per illam veteris. ¶ Secundò arguitur: Præter præcepta decalogi quæ moralia sunt, erant & iudicialia & cæremonialia, de iudicialibus autẽ tria tantùm eodem capite correxit, scilicet repudium vxoris, talionisq; pœnam, & inimicorum odium, sed de cęremonialibus nihil memorat: ergo non satis humanos affectus composuit. ¶ Tertiò ad legitimam animi compositio nem pertinet vt nihil homo præter humanum finem faciat: sunt autem alij humani fines præter inanem gloriam atq; mũdanum fauorem, item & alia multa opera præter ieiunium, orationem, & eleemosynam: Christus autem, vt eodem loco videre est, hæc tantùm tria fieri cauit, ob inanem mundi gloriam: ergo breuis nimis in eiusmodi institutione fuit. ¶ Quartò, solicitudo humana circa ea quæ necessaria sunt adeò est à natura indita, vt sit etiam brutis animantibus nobiscum communis. Vnde Sapiẽs Prouerb. 6. ad formicam mittit pigrum à qua doceatur prouidere in æstate quæ sibi sint in hyeme necessaria: institutio autem fidei naturam non tollit sed perficit: nõ ergo debuit nobis Christus tam solicitè humanam solicitudinem interdicere vt neque in crastinum nobis prospiciamus. Quintò denique ac postremò, ar guitur quòd cùm iudicium sit actus iustitiæ, secundum illud Psal. Quousq; iustitia conuertatur in iudicium, non erat cur nos tantoperè absterreret nè iudicaremus. ¶ In contrarium autem est sententia Augustini in Sermon. Domini in mõte: vbi super illis verbis, Qui audit verba mea hæc, ait, illis Christum verbis significasse, sermonem illum diuinum omnibus præceptis quibus Christiana vita formaretur, esse perfectum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Augustinus.

AD quæstionem quãnam alia conclusione respõdeam quàm quòd in illo Sermone, quo Christus leges vniuerso orbi tulit, vniuersos humanos mores intùs & in cute perfectissimè informauerit? Singula autem verba singula deposcebant capitula quibus exponerentur. Verum cùm eorum expositio tam latè apud sanctos pateat, quibus nos pro modulo nostri ingenij in eorum commentarijs meditationes nostras appendimus, perfunctoriè tenuiterq; hic trãsibimus. Dominꝰ enim illic vt sapientissimus architectus primũ fundamentũ totius Christianæ fabricę iecit, quod in moralibus est finis quò cuncti referũtur mores. Finis autẽ nostrorum morum est beatitudo & fœlicitas: quẽ ideò primum omniũ contra vanam philosophorum opinionem constituit. Beati pauperes spiritu: contra illos qui fœlicitatẽ, vt 1. Ethic. ait Aristote. in diuitijs collocauerunt,

Conclusio responsiua.

Explanatur conclusio.

Aristo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beati mites: contra illos qui illam statuerant in honoribus. Beati qui lugẽt: aduersus eos qui illam posuerant in diuitijs. Mox constituto fine, Apostolorum pectora instruxit, quos orbi præfecerat, vt tãquàm duces & lumina mũdi ab vniuersis terrenorũ affectibus tam essent abstracti, quàm illis opùs erat, qui, ceu sal terræ & lux mundi, vniuersum orbem deberent, & ab infectione temporalium præseruare, & ad cœlestem patriã perducere. Deinde intus nostros animos, vnde operum radix procedit in ordine ad seipsos, quantum ad duo quæ virtuti sunt necessaria, instituit. Primùm ex parte obiecti: nempè vt non solùm à malis operibus qualia sunt homicidium, adulterium, & similia, abstineremus: verùm & ab ipsorum affectibus simus perpurgati. Qui iracitur fatri suo: &, qui viderit mulierem &c. nam scrutator cordium Deus, interna pectora præ cunctis operibus habet grata. Præterea & intẽtionem finis, vnde laus maximè aut vituperium operis emanat, rectificauit: nimirùm cauere iubens nè quid causa humanæ gloriolæ agamus, nè mercedem, quam ipse nobis optat cumulatissimã conferre, ab hominibus præstolantes, potissimo frustremur præmio. Præterea descendit ad imbuendum homines quibus officijs erga proximum se debeant gerere. Primùm nè officiũ vsurpãtes Dei, de occultis eius gestis iudicem⁹: quod quidẽ iudiciũ cùm causam nobis offerat proximũ nostrum aut odiẽdi, aut contẽnendi iniuriũ est ac nocuum. Mox vt neque in sacrorum iniuriam, quæ ad Deum pertinent, negligentes simus: nẽpe nè ineptis illa atque inidoneis, ceu porcis committamus. Et super omnia adeò curauit nostram dilatare charitatem, vt vsque ad inimicos pertingeret. Postremò denique docuit quemadmodum absque diuino fauore sanctissimæ legis mãdata implere nequimus. Vnde ait, Petite & accipietis: pulsate & aperietur vobis. Cautelamq; adhibuit, vt contẽdamus per angustam portam intrare: nam virtutis semita, quippe quæ media est inter duo extrema, angusta est: deuiandi autem campus, latissimus. Vnde Aristoteles scopum, inquit, pertingere, vno tantùm contingit modo: aberrare verò, infinitis. Quapropter & à falsis, pphetis cauere etiã nobis iussit, qui nos à recta diuertunt. Multa denique alia illic resplendent mandata, quæ angustia præsentis loci exponenda non capit.

Aristot.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur, illa tria peculiariter præcepta ob id Christum explanauisse, quòd illa perperàm Pharisæi populo interpretabantur. Censebãt nanque in solo opere inesse culpam: non autem in affectu: eò (vti ait sanctus Thomas) quòd apparebat illis motus iræ ac Veneris esse naturales. Et præterea fortè (vt reor) quia cùm non viderent per internas animi commotiones, quæ in opus non prorumpunt, vllum irrogari proximo damnum, nullam in illis agnoscebant iniustitiam. Christus autem edocuit illas esse prauas: nõ modò quia causa sunt operũ, verùm quia per se sunt iniuriosæ. Odio enim habere proximũ, iniuria est. Prohibitioni autẽ periurij adhibuit etiam iurandi frænum: fortè quia iurare verum, nullum putabant esse peccatum: etiam si temerè & absq; iudicio fieret: imò id pertinere ad reuerentiam Dei, vt aliqui nunc blasphemi autumant, inquientes quod qui bene, id est, multùm iurat, bene credit.

¶ Ad secundum pari modo respondetur, supposito illo discrimine superiùs inter cæremonialia & iudicialia constituto: nempe quòd iudicialia non sic prorsus lex noua reiecit, quin rursum possint institui: sed cæremonialia sic consopiuit, vt nullatenùs valeant reuiuiscere. Hac enim de causa iudicialia quidem Christus correxit, cæremonialia verò minimè, sed ablegauit. Bifariàm autem Pharisæi circa iudicialia hallucinabantur. Primùm nanque nonnulla, quæ permissiones erant, arbitrabãtur esse per se iusta & imperata: vt repudiũ vxoris: & vsuras ab extraneis corradere. Quare vtrumque illos dedocuit. De repudio enim declarauit non esse præceptum, tanquàm æquum: sed ob eorum duritiem permissum, quasi minus malũ. Sed & vsurarum exactionem inhibuit Lucæ. 6. inquiens, Date mutuum: nihil inde sperantes. quem tamen locum lib. 6. enucleatiùs fusius expositurj. Secundo modo errabant, existimantes quæpiam quæ lex facienda propter iustitiam instituerat, eadem exequẽda fore vel appetitu vindictæ, vel temporalium cupiditate, vel odio inimicorum. Quocirca tria præcepta in contrarium sensum Christus operæ pretium duxit explanare. Iudiciale enim illud talionis, quod datum fuit vt iustitia seruaretur, ipsi vindictæ causa putabãt exequendum: quẽ ideo Dominus errorem ex eorum animis reuulsit: docens paratos debere nobis esse animos vbi charitas poposcerit, non reddere malum pro malo: sed percutienti vnam maxillã, alteram si oportuerit, præbere. Pari modo iudicium aliud rependendi quatuor ones pro vna, animos eorũ ad cupiditatem irritabat: & ideo docuit vt prompti simus animo, volenti nobiscũ in iudicio de tunica contendere, permittere & pallium. Tertiò denique ex legibus illis quę ipsis bella aduersus Chananæos & Iebusæos gerere præcipiebant, colligebant odium aduersus inimicos, esse præceptum. Et ideò docuit leges illas iam cessauisse, sed inimicos potius esse diligendos. De cæremonialibus autem, causa iam dicta, nihil meminit: sed vnico verbo cuncta confodit. Nam vbi Ioan. 4. Samaritanæ dixit, Venit hora quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis patrem: sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. docẽs templum destructum iri: docuit pariter omnia illa temporalia sacrificiorũ impedimenta in spiritualem cultum abitura.

Ad secundum

Ad tertium.

¶ Ad tertium huiusmodi responsio subiungitur. Cuncta quæ in mundo expetere mortales possunt, ad illa tria reducuntur quæ Ioannes in. 1. c. 2. adnotauit, inquiens, Omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, hoc est corporales deliciæ ac voluptates: concupiscentia oculorum, puta diuitiarum auiditas. & superbia vitæ, puta honoris ambitus, & gloriæ cupido. In antiqua autem lege non promittebãtur deliciæ: imò ab illis populus arcebatur. Quare Christus nõ opùs habuit populum ab illis absterrere. Promittebatur tamen honoris celsitudo, diuitiarumq; exuberantia. Legitur enim Deuterono. 28. Si audieris vocem Domini Dei tui, faciet te celsiorem cunctis Gentib⁹. Et infrà, Abundare faciet te omnibus bonis. Hęc ergo duo consultum Christo fuit corrigere: ob idq; vanam gloriam à tribus operum generibus expulit, ad quę cuncta officia reducuntur. Quicquid eñ homo facit, aut suipsius gratia peragit: & id significatur ieiunij nomine, quo homo suas sedat voluptates: aut amore proximi, cuius generis est eleemosyna: aut propter diuinum cultum, qualis est oratio. Ex his enim tribus, eò quòd opera sunt supererogationis, solent homines mundi auram ambire. Ne autem aliquid facerent auaritiæ causa, prohibuit statim, dicens: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

Ad quartum

¶ Ad quartum respõdetur, Deum non interdixisse nobis necessariam solicitudinem, sed superfluam: quæ in quatuor consistit: scilicet, dum quis finem in rebus temporalibus constituit, Deo propter temporalia seruiens, pluris scilicet ea estimans quàm ipsum. Et ideo ait, Nolite thesaurizare vobis. Nam qui thesaurizat, in thesauro finem constituit: ob idq; subdit, Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: id est intentio, qui est actus circa finem. Secundò nè simus sic circa temporalia solliciti, vt de auxilio diuino diffidamus: cui cura est nostri etiam in temporalib⁹: Ideoque adiecit, Scit enim Pater vester quid opùs sit vobis antequàm petatis eum. Tertiò nè homo sic sit solicitus quasi sibiipsi confisus: ob idque ait, neminem posse ad staturam suã quidpiam adijcere. Quarto nè plus iusto, solicitudo nos futurorum præoccupans, angat. Propter quod ait, Nolite soliciti esse in crastinum. Pari modo neq; iudicium publicum prohibuit sine quo homines vitam transigere nequeunt, sed temerarium: puta nè de occultis sine causa leuiter præcipitetur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm congruè lex euangelica consilia nobis quædam adiecerit.

PRimum quod in lege euangelica considerare refert, est consiliorum ordo, quo nos Christus super oẽs mundi nationes ad beatitudinis culmẽ euexerit. Quæritur ergo vtrũ congrue sint consilia per legem euangelicam nobis adhibita. Et arguitur primò quod nulla sint cõsiliorum opera. Vniuersa enim quæ homo reddere Deo potest, eidem virtute præcepti dilectionis, quo ipsum super omnia tenetur diligere, debet: vtpote quod ex nihilo nos condidit: qua ratione quicquid sumus, ac subinde possumus, illi debemus. Vnde. 1. Paralip. 29. Tua sunt, inquit Sapiens, omnia: & de his quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: nullũ ergo restat supererogationis opus, quod sit consilij. ¶ Secundò arguitur. Si in rem mor talium erant consilia, non erat cur Deus non eadem antiquis traderet, sicuti nobis: in antiqua autem lege talia consilia non legimus: nõ ergo Christus ea debuit superaddere. ¶ Tertiò. Consilia dantur de his quæ sunt ad finem expedientia: non autem esse hominibus omnia expedit: ergo non debuit Dominus noster consilia determinare: sed vel cuiusque arbitrio relinquere, vel sapientum prudentiæ, qui quos nossent idoneos, consiliorum opera admonerent. Quartò. Si aliqua essent consilia maximè illa quæ ad perfectionem vitæ pertinent: illa autem inter præcepta Christus posuit Matth. 5. vt inimicorũ dilectionem, & præbere alteram maxillam vnam percutienti. ¶ In contrarium est illud Sapien. Prouerb. 27. Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici consilijs anima dulcoratur. Christus autem, vt est sapientissimus, ita & nobis maximè amicus: ergo eius consilia

Primũ argumentum

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

silia maximum nobis afferunt emoluntorum pondus.

Prima conclusio. SOlutio quæstionis tribus conclusionibus continetur. Prima est. Multa sunt consilia de iure naturæ, quæ nō solùm sub lege scripta, verùm & ante illa semper fuerunt virtutis officia. Probatur: nam miseris, etiam citra casum

Probatio cōclusionis. grauis necessitatis occurrere, semper fuit officium: & voluptatibus mūdi parciùs vti quàm lex permitteret ob aliquam bonam causam. In summa illis renūtiare quæ licitè homo posset facere, consiliū semper sapientes duxerunt.

Secunda cōclusio. ¶ Secunda conclusio. Congruentissimè in lege noua non modò naturalia illa consilia explicita sunt, verùm & alia receter adhibita quę non erant in veteri. Probatur. Hoc inter consiliorum opera & ea quæ sunt in præcepto interest, quòd præceptorum opera sunt de necessitate salutis: opera verò cōsiliorum sunt supererogationis officia, per quæ expeditiùs ad charitatis perfectionem peruenitur: cùm ergo inter legem veterem & nouam hoc fuerit interstitium, quòd illa erat lex seruitutis & timoris: nostra verò, lex libertatis: fit consequens, vt & illi congruerit non ponere nisi præcepta: & nostræ, vt consilia adhiberet, quæ libere quis-

Tertia conclusio. que exequi posset. ¶ Tertia conclusio. Consilia euangelica atque adeò omnia naturalia ad tria reducuntur genera: scilicet paupertatis, cō

Suadetur cō clusio. tinentiæ, & obedientiæ. Probatur. Consilia, vt proxima conclusione assertum est, sunt illa per quæ homo expeditiùs ad charitatis perfectionem progreditur: est autē homo inter spiritualia bona, quibus charitas comparatur, & temporalia, quibus eiusdem charitatis via impeditur, sic cōstitutus, vt quò illis propiùs accedit, à tēporalibus longiùs absit: & vice versa: tēporaliū autē, vt nuperrimè adnotabamus, tria sunt genera: scilicet cōcupiscentia carnis, cōcupiscētia oculorū, & superbia vitæ. Quapropter q in huiusmodi sic finē cōstituit vt regulas vitę secundùm istorum affectum instituat, prorsus sit charitatis expers: ob idq; per præcepta instituimur vt debitè ac iustè illis ex præscripto vtamur: animos verò ab illis prorsus euellere, non est cūctis, imò neque multis in hoc sæculo possibile. Quare sub cōsilio Christus id cuicunque reliquit, vt qui capere posset, caperet. Per paupertatē autem abdicamus à nobis oculorum concupiscentiam, hoc est facultates ac diuitias: per continentiam verò concupiscibilia oculorū hoc est tactus delicias: sed per obediētiam, oculorum superbiam, hoc est honores, & mundi fastus. Illa ergo tria in capite statim suarum legum Christus proposuit: videlicet, Beati pauperes spiritu, Beati mites, Beati qui lugēt. Quæ quidē Apostolis ratione status vt supereisdē verbis scriptū reliquimus, necessaria erāt: reliquis autē relicta sunt in consilio. Vnde, vt Matt. 19. legitur ait Petrus: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quam ob rem Apostolici viri, hoc est qui apostolicum institutū imitari contendunt, hæc tria vota suscipiunt: iuxta documentum Christi ad iuuenē, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & sequere me. Vbi verbo sequelæ, obedientiam expresit quæ votorum supremum est, atque aliorum finis. Ob hoc enim sæculo valedicimus, vt Christū expeditiores sequamur. Hæc igitur simpliciter sub consilio collocantur: ad quæ capita cuncta reducuntur. Nam eleemosynam extra causam necessitatis erogare, ad consilium attinet paupertatis: & licitis voluptatibus abstinere, ad cōsilium continentiæ: & aliquando hominem suam nō sequi, vbi licuerit, voluntatem, ad consilium quodam modo obedientiæ: vt offensam remittere, cuius posses vindictam exigere. ¶ Quòd si interrogas quæ sint noua illa quæ adhibita sunt in noua lege? In primis virginitas vsque ad Deiparam virginem non legitur fuisse in consilio. Et præterea vt prorsus homo cuncta confirmato voto relinqueret: quod cum Christus iuueni obtulit, quasi de re noua stupuit. Quò alludit illud Petri, Quid ergo erit nobis? quasi, qui fecimus, quod nemo hactenùs fecit. Tamet si & in lege naturæ, licèt non religionis gratia, sed philosophandi, de Diogene & multis Pythagoreorum, historiæ tradunt opulentiam splēdoremq; humanum abiecisse. Et vt nos super cap. 3. Matth. in descriptione deserti quo Ioannes pœnitētiam prædicauit enarrauimus. Fuit etiam inter Iudæos Aessenorum collegium, quorum Iosephus lib. 18. antiquitatum meminit. Et Solinus ca. 48. qui à communi hominū conuictu semoti, absque vxoribus anachoretarum vitam degebāt. De his autem latiùs in lib. 8. sub titul. de voto.

AD primum igitur argumentum negandum est, quicquid nos facere possumus Deo deberi ratione præcepti. Consultissimus nanque & in nos pientissimus Deus in obligando nos suis legibus non tantùm eorum rationem duxit quæ nos illi deberemus: sed eius quòd imbecillis nostra natura præstare posset. Vnde Paulus, De virginibus, inquit, præceptum non habeo: consilium autem do. Quin vero præter sacramētorum præcepta nihil amplius nobis iussit, quàm quod in iure naturæ

turæ positum est: hoc autem iure nemo tenetur quantum potest semper facere: sed consilia non contemnere, & nihil animo admittere, quod dilectioni Dei sit aduersum: hoc est enim diligere eū ex toto corde & ex tota mēte. Et sic est intelligendum illud Eccles. 9. Quocunque potest manus tua, instanter operare. Nam si sensum faciat consilij, nihil cōtra nos. Si autem vim habeat præcepti, intelligitur vt quicunq; pro suo statu faciat quod debet: Neque verò ex contemptu & consiliorum vilipendio omittat ad perfectionē tendere: vt sanctus Thom. 2. 2. q. 186. articu. 2. expositor est. Quocirca neque qui consilia sequuntur ad altiorem gradū charitatis obligantur quàm alij: sed præstantiori via secundùm suam professionem ad charitatem tendere: quę est præcepto rum finis. Sed hæc non sunt præsentis specula

S. Thomas.

tionis: lib. enim octauo, qui est de voto, iterum hæc prosiùs attingemus. ¶ Secundum autem argumentum secunda conclusio dissoluit: vbi reddita est ratio cur decentiùs lex euangelica quàm vetus consilia tradiderit. ¶ Ad tertium respondetur, quòd Christus proponens consiliorum opera ob id ea nemini præcepit, quòd videbat nō cunctis expedire. sed reliquit cuiusq; optioni, vt Matthæ. 19. Si vis perfectus esse, &c. Et rursus: Qui potest capere, capiat. ¶ Ad quartum demum respōdetur quòd illa consilia quæ sunt de iure naturæ sæpe accidit vt sint in præcepto. Ob idq; quantum ad animi præparationem, tenemur prompti esse, vbi necessitas exegerit, illa implere. Quam ob rem Christus præceptorum numero eadem adscripsit: sed tamen extra necessitatis casus sunt in consilio.

Ad secūdū

Ad tertium.

Ad quartum

FINIS LIBRI SECVNDI
DE IVSTITIA ET IVRE.

LIBER

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER TERTIVS
De Iustitia & Iure.

QVÆSTIO PRIMA, De Iure.

Sanct. Tho. 2. 2. quæst. 57.

ARTICVLVS. 1.
Vtrùm ius sit obiectum iustitiæ.

Gemina acceptio iuris.

AD iustitiam, de cuius virtute præsens à nobis opus institutum est, ius pertinet: quapropter de Iustitia & Iure illud inscripsimus. Ius autem bifariàm, vt in fronte primi libri dicebamus, vsurpatur: videlicet & pro rationis regula, prudentiæque dictamine, per quam regulam æquitatem iustitiæ perpendimus: quales sunt leges: præterea pro æquitate ipsa quæ obiectum est iustitiæ: nempe quam iustitia in rebus constituit. Igitur cùm de Iure priori modo, hoc est de Legibus duos hactenùs libros absolutos dederimus, subsequitur vt ad definitionem Iustitiæ propius accedentes, de iure dicamus, posteriori modo accepto nomine, vt pote per quod eadem constituenda est iustitiæ definitio. Continet enim liber præsens, ordine tertius, iustitiæ tractatum in genere, eiusque diuisiones in legalem & particularem, inque distributiuam & commutatiuam: priorem q; eius speciem, scilicet distributiuam: vbi de acceptione personarum disputamus. Quam materiam edisserit. S. Thom. 2. 2. q. 57. & infrà. ¶ Quæritur ergo primò vtrum ius sit obiectum iustitiæ? Et arguitur à parte negatiua ex verbo Celsi Iurisconsulti lib. 1. de Iusti. & iure. Ius est ars boni & æqui. ars enim nō est obiectū virtutis iustitiæ, quæ est in voluntate: sed per se virtus intellectualis, vt. 6. Ethic. author est Aristot. ¶ Secundò, Iustitia præcipuè nos Deo subijcit: secūdum illud Augustini in lib. de moribus Eccles. Iustitia est amor tantū Deo seruiens: & ob hoc bene imperans cęteris quę homini subiecta sunt: ius autem ad diuina non pertinet, sed ad humana. Sic enim Isid. lib. 5. cap. 2. distinguit inter fas & ius, q fas sit lex diuina: ius autem, humana: ergo ius non est obiectū iustitię. ¶ In contrariū autem est tam idē Isidōrus q̄ Philosophus. Ait enim ille ibidē q̄ ius dictū est quasi iustū. Et refertur dist. 1. canius. Et Philosophus in principio. 5. Ethic. Omnes, inquit, talem habitum volunt dicere iustitiam, à quo operatiui iustorum sunt.

Partitio libri.

S. Thomas. Primum argumentum partis negatiuæ.

Aristot. Secundū argumentum. Augustinus.

Isidorus.

Aristo.

IN vestibulo statim quæstionis primū omnium supponendū est, iustitiā vno modo accipi generali nomine pro omni virtute. Sic eñ acceptā Philos. 5. Ethi. c. 1. appellat illā, totam virtutē. Vnde & iustus idē est quod studiosus, quacūq; sit insignitus virtute. Et ratio amplissimi huius significat⁹ est, q̄ in omni virtute extat obediētiæ ratio, legi debitæ. Quicqd autem rationē debiti claudit, iustitiæ formā induit. Quo vtique significato accepit Christus Mat. 5. & 6. iustitiæ nomen, Nisi abūdauerit iustitia vestra &c. Et attendite nè iustitiā vestrā faciatis corā hominib⁹. & Paul. 1. ad Timot. 1. Iusto nō est lex posita. Atq; hoc pacto nō tractam⁹ hic de iustitia, neq; habet peculiare obiectū, sed suū cuiq; virtuti est ,ppriū: nēpe id qd legitimū est: sed accipit vt est particularis virtus moralis atq; vna quatuor cardinaliū, cuius officiū est facere iustū. Secundò nè quis nobis ordinis peruersionē improperet, q̄ priùs de iustitia, q̄ de iure dicendū nobis esset, nouerit doctrinā esse Aris. 2. de anima, text. 33. q̄ qui de potentia vel habitu tractaturus est, exordium auspicari debet ab obiecto: vnde habitus speciē sortitur & per quod describi debet: vt q̄ de sensibus disputationē init, priùs debet de sensibili disputare. Oculus enim nō per hoc propriè definitur q̄ sit sensus sic aut sic cōpositus: sed q̄ sit sensus percipiēdi colores: & pariter auditus q̄ sit sensus percipiēdi sonū: & ferra est instrumentū secādi ligna: & temperātia, habitus quo rectè delectabilib⁹ tactus vtimur. Pari ergo modo loco citato. 5. Ethic. Aris. definit iustitiam per iustum: nempè q̄ sit habitus quo iustum volumus & iustum operamur. Et Vlpian. ff. de iustit. & iur. Iustitia est, inquit, constans & perpetua volūtas, ius suū vnicuiq; tribuens. Cum ergo iustitia per ius definiat, meritò à iure est nobis proficiscendum. ¶ His ergo præhabitis, ad quæstionē vnica conclusione respondetur. Ius est obiectum iustitiæ. Conclusio ex authoritatibus Isidóri, & Philosophi, & Iurisconsulti modo citatis, appellantium ius, iustum illud, quod iustitia in rebus constituit, satis cōstat: nihilo seciùs ratione amplìùs demōstratur quæ sumitur ex differentijs iustitiæ à reliquis virtutibus. Sūt enim ordine tres. Prima, q̄ cum propriū sit omnium virtutū rectum perficere opus, rectitudo tamen reliquarū virtutū existimatur in ordine ad ipsum agentem: iustitia verò in ordine ad alterum. Et ratio est q̄ iustitia est virtus ordinans habentem ad alium: reliquæ verò ipsum ordinant ad seipsum. Exēpli gratia. Temperantia versatur circa rectum vsum delectabilium tactus: & ideo ponit medium inter duas affectiones ipsius temperati: scilicet nè in ciborum venereorūmve vsu à ratione exorbitet: neq; verò minùs sumat q̄ sustentatio vitæ postulat. Et pariter fortitudo inter timorem & audaciam modum constituit. Iustitia verò facit æqualitatem inter debentem & alterum cui quidpiam debet. Vt si vterque nostrūm habebat quinq;, mutuo verò mihi dedisti vnum, cuius causa tantùm habes quatuor ego verò sex, iustitia postulat vt tibi vnū reddam vt vterq; nostrum habeat quinq;, quod est medium inter quatuor & sex. Pari modo si tuas mihi operas locasti, iustitia poscit vt merces mea eadem adæquet. Quocircà & res duæ iustificari dicūtur: vtputa cū architect⁹ lapidē ad normam iustificat, & sutor calceū ad pedē. Secunda ex hac nascitur differentia q̄ in materia reliquarum virtutū nihil verè ac legitimè cēsetur rectum, nisi respectu agētis. Exempli gratia. Si auarus parca vtatur mensa, nō vt temperatè viuat, sed nè pecuniā dispendat: opus illud nō cēsetur rectum, neq; virtuti admensuratū. Si verò debitor quantū æris debet tantum creditori persoluat, ministra tamen intentione: nēpe vt illud dilapidet: vel si gladium quē in depposito habet, domino restituat, sciens in malū vsum esse ab illo repetitum: tunc tale opus iustum simpliciter cēsetur. quia est debito æquale: licēt nō opus virtutis, neq; qui soluit sit studiosus. ¶ Atqui ex hac rursus exoritur tertia differentia: nempe q̄ meritò Doctores virtuti iustitię per se obiectum ascribunt, quod ius appellant & iustum: non autē reliquarum vlli: eò videlicet q̄ in virtute iustitię iustum ipsum ex natura rei constituitur: in reliquis verò nō nisi ex recta intētione agentis. Quapropter diuus Tho. (quod meditate considerandum est) tractatus aliarum virtutum, nimirum fortitudinis aut tēperantiæ, nō ab earū obiectis exorditur, sed à virtutibus, quæ faciunt rectitudinem in opere: tractatū verò iustitiæ ab obiecto: quod in rebus ipsis consistit. Quin verò in alijs virtutibus non tam propriè dicitur obiectum q̄ materia circa quam versatur virtus: vt materia fortitudinis est periculū belli: & materia temperātiæ, delectabilia tactus: in quibus virtus medietatem inter duos affectus constituit: sed virtutis iustitiæ propriè est obiectū: æqualitas ipsa rerum in quam virtus tendit, sicuti visus in colores. Habemus ergo cōclusionē q̄ ius est obiectum iustitiæ. ¶ Veruntamen non desunt qui hoc discrimen superficie tenùs cernētes impugnent. Buridanus inquam. 5. Ethic. q. 1. aduersus hanc doctrinam sic insurgit. Aut loquitur, inquit, diu⁹ Thomas de rectitudine operis quatenùs est rectitudo virtutis, aut de eius rectitudine absolutè, licèt non fiat à virtute. Si priori modo, tunc vti officia aliarum virtutum, sic neque opus iustitiæ rectum est, nisi in ordine ad agentem. Docet enim Arist. 2. Ethi. cap. 4. nullum esse opus virtutis nisi fiat ex electione ,pter legitimum finem: quare, vt modò dicebamus, qui gladium reddit vero dño vt homicidium faciat, nō est studiosus. Si verò loquatur de operis rectitudine absolutè, non quatenùs à virtute proficiscitur, tūc in materia quoq; aliarum virtutum eiusmodi reperitur rectitudo fine ordine ad agētem: vt si quis per hypocrisin iciuniorum legem obseruet, aut propter vanā gloriam strenuè se gerat in bello. Respōdetur, tamen differentiam cōstitui in rectitudine absolutè cōsiderata. Et est hæc, q̄ cū rectitudo iustitiæ in rebus ipsis natura sua sit reperibilis, qui soluit æquale debito mala intentione & fine, facit quidē opus iustum, cùm ius alteri suū tribuat, licèt nō sit iustus, id est studiosus: quia non operatur quando, vbi, & quomodò oportet. In reliquis verò virtutibus, si vnamquamlibet tollas virtutis circunstantiam, nulla retinet moralis rectitudo: hoc est iciunium illud non erit opus temperatū: neque aggressus in bello, opus fortunum: quia talia opera non habent aliam rectitudinem quàm in ordine ad virtutis habitum.

Ratio eōclusionis.

Primum discrimē iustitiæ singularis ab aliis virtutibus.

Secunda differentia.

Tertia differentia.

S. Thomas.

Buridanus.

Ratio Buridani contra D. Thomā.

Aristot.

Solutio obiectionis.

IGitur, vt ad obiecta capitalia respōdeamus, circa materiam primi argumenti idem Buridanus & nōnulli minùs nominis significatum callentes, negant nomē ius accipi pro obiecto iustitię, sed aiunt idē esse quod legem: secundū verbum Isidori quod refertur dist. 1. Ius generale nomen est: lex autem iuris species. At verò qui hoc negat, veritati se authoritate omniū armatæ, contrarium objicit. Enimuerò quod Philosophus appellauit iustum, vbi dixit iustitiam esse habitum iustorum effectricem, Iurisconsultus planè nuncupauit ius, dicens, Iustitiam esse virtutem ius suum cuiq; tribuendi. Si ergo iustitia facit ius & iustum, quis abnuat ius

Ad primum argumentū Buridanus.

Refellitur Buridanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius esse obiectum iustitiæ? Imò crediderim per Apocopen, hoc est per amputationem syllabæ in fine dictionis, iustum, dictum esse, ius: sicut pro eo quod, potestis, dicimus, potes. Vnde Græcè Δίκαιον, idem promiscuè significat, quod iustum, & ius. Quare idem ipse Isidorus eodem loco statim subdit, ius dictum esse quia iusti est. Quapropter lex ipsa ideo dicitur iusta, quia iusti in rebus constituit. At verò quoniam opificiorum artificiatorumque nomina ad significandum quoq; artes transferuntur, sicuti nomẽ medicinæ, quæ est res per artem cõposita ad artem ipsam accommodatur, nomẽ iuris derivatum est: primum ad significãdum artem cognoscendi quidnam sit iustum: & exinde rursus ad significandum legem. Cauendũ nanq; tibi est idem esse censeas artem boni & æqui, & legem: ars enim non est dictamen, sed scientia potiùs moralis, qualis est in iure consultis ad inuestigandum quidnam æquum sit lege sancire. Lex autem est regula prudentiæ, seu dictamen practicum inde constitutum: puta, fac, ne facias. quæ quidem est in principe, vt lib. 1. q. 1. declarauimus. Quocirca vbi ait Isidôrus legem esse iuris speciem non accipit speciẽ quasi quid generi directe subiectum: vt est homo, animali: siquidem subdit, ius id esse quod iustum. Sed quia est regula præceptioq; iuris scripta. Ius enim aliud est naturale, menti nostræ inditum, atque aliud scriptũ: & secundùm Isidôrum lex est constitutio scripta. ¶ Et per hoc detegitur sensus verborũ Celsi: Ius est ars æqui & boni. Vbi hallucinatus Accursius ait non idem esse æquum quod bonum: fingens nescio quid discriminis inter illa membra: cum tamẽ æquum & bonum, vt doctè illic Budeus adnotauit, & nos suprà lib. 1. q. 6. art. vlt. declarauimus, loco simplicis nominis accipiat pro eo quod est epieikeia: puta legis interpretatio, casu quo palàm est legislatorem si adesset, noluisse legem secũdùm scripturæ rigorem seruari: vt colligitur ex. l. nulla. ff. de legib. Nã leges non possunt in omnes singulares casus prospicere, vt habetur. l. neq; leges. &. l. non possunt. eod. titu. Quo fit vt cùm ait Iurisconsultus ius esse artem boni & æqui, ius accipiatur, nõ pro scripto, sed pro naturali: vtpote quòd epieikeia faciens contra verba scripti iuris mentem eius seruat illesam, in qua ius naturale conseruatur. Quare ars æqui & boni idem est quod ars tuẽdi naturale ius vbi scriptum apparet iniquum. Habetur enim Instit. de succeſſ. libert. l. 1. Prætoris edicto hæc legis iniquitas emendata est. &. ff. quod quisque iu. &c. l. si quis. ait Vlpia. Si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauerit, ipse eo iure vtatur. Vnde etiam illud emanauit axiôma, Summum ius, summa iniuria.

Non sunt idẽ lex & ars boni & æqui.

Isidori mẽs.

Accursij Lapsus.

Budeus.

¶ Atqui ex his ipsis quæ dicta sunt colligitur intellectus Vlpiani in eadem lege: vbi ait ius à iustitia appellatum est. Enimuerò si ius pro obiecto iustitiæ, vt dictum est, accipias, falsum quidem est. Nam potius econuerso iustitia dicitur à iure. Quandoquidem habitus ab obiecto sortiatur speciem. Præterquàm quòd per grãmaticorum regulam longior dictio à breuiori deriuatur. Accipit ergo Iurisconsultus ius pro arte & scientia de iure naturali iudicandi. Illa enũ ob id nascitur ex iustitia, quòd ille solus qui iustus est prudentia viget, vt ait. 6. Ethi. Arist. ad rectè de agendis iudicandum. ¶ Vt ergo dictorum faciamus epilogum, ius est in rebus: ars verò æqui & boni in intellectu docente iustum operari: sicuti ars fabrilis. Sed lex est regula intellectus practici per prudentiam cõstituta: atque adeò ratio iusti, hoc est factiua & constitutiua iusti: iustitia deniq;, virtus voluntatis quæ secundùm legem iustum in rebus constituit. Quo fit vt cùm dicitur ius alicui reddi, non aliter accipiatur quàm vt est obiectum iustitiæ. Tametsi sanctus Thomas nonnihil discriminis internoscat: nempe quòd ius reddere sit sententiã in fauorem alicuius pronuntiare, siue secundùm rei veritatem, siue secundùm allegata & probata: etiam dum secundùm veritatem iniquum sit. Quòd autem subdit, ius quoq; accipi pro tribunalis loco, vt dum reus dicitur in iure comparere, fortè ex Paulo iure consulto accepit, qui. l. pen. ff. de iust. & iur. ait ius accipi pro loco. Nescio tamẽ an satis aptè dictum sit. nam quando quis dicitur in iure cõparêre, eodem modo videtur ius accipi, quo quando dicitur in ius vocari, vt ait Iureconsultus. ff. de in ius vocan. est iuris experiundi causa vocari: nẽpe vt actor rei nomen deferens experiatur an ius sibi patrocinetur. Vbi ius accipitur pro iure ipso vel pro lege. ¶ Ad secundũ argumentũ respõdetur Augustinum, vbi ait iustitiam esse amorem Deo seruientem, non denotare iustitiæ substantiam: Imò verò cùm Deo æquale reddere nemo possit, nulla est inter nos & Deũ propria ratio iustitiæ: sed dicit iustitiam esse amorem, id est ex amore seruiendi Deo nasci, & ad eundem tendere finem. Quapropter, fas, idem est quod pium & religiosum: nempe fari dignum: quod quid excelsius est q̃ iustum.

Vlpianus.

Epilogus de dictis.

Aristot. Isidorus.

Aduersus.

Fas apud Varronẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm diuisio iuris in ius naturale & positiuum, sit generi congruens.

Post-

POst quam visum est quidnam sit ius, sequitur de eius diuisione, vtrũ congruè hoc genꝰ, ius, in has duas species, naturale, s. & positiuum, diuidatur. Et arguitur à parte negatiua. Nullũ est in hominibus ius naturale: ergo diuisio supponit falsum. Probatur antecedens: Ius naturale est immutabile atq; idem apud omnes, vt habetur distinct. 1. cano. ius naturale. in rebus autem humanis nihil est immutabile: quia omnia humana in aliquibus casibus deficiunt: ergo nullum est ius naturale. ¶ Secundò arguitur: Nullum est ius positiuũ: ius enim positiuũ est quod humana voluntate & arbitrio ponitur: vt. 5. Ethic. ca. 7. ait Philo. & eadem distin. Isido. vbi inquit, ius ciuile esse quod quisq; populus sibi cõstituit. Ex hoc autẽ quòd humana volũtate ponatur, nõ sequitur id esse rectũ, atq; adeò, neq; vt sit ius: ergo nullũ est ius positiuum. ¶ Tertiò, ius diuinũ neq; positiuũ est, cũ humanæ autoritati nõ innitatur: neq; verò naturale: quia naturã excedit: ergo diuisio nõ est sufficiens. ¶ In contrarium autem est autoritas Philosophi loco citato. 5. Ethic. cap. 7. vbi ius politicũ, puta ciuile, diuidit in naturale & positiuum quod appellat legitimum.

Primum argumẽtum.

Secundum.

Aristot. Isidorus.

Tertium.

Aristoteles.

Primũ fundamentum.

HIC primũ omniũ nosse oportet eisdem prorsus diuisionib⁹ ius distribui, siue illud pro lege accipias, siue ꝓ iusto, quod est iustitiæ obiectũ: nam ex iure qđ iustitiæ obiectum est, & iustitia rationẽ habet virtutis, & lex rationẽ regulę. Quapropter cũcta quæ lib. 1. quæst. 5. de diuisionibus iuris accepti pro lege dicta sunt, & in hunc quoq; locum cõpetunt, ac perinde breuior hic erit disputatio. Secundo & hic quoq; cautè obseruãdum ꝙ ius non statim ex æquo, vt ferè iurisperitorum schola arbitratur, diuidẽdũ est in tria, scilicet in ius naturale, & gentium, & ciuile: licet id Isidorus videatur cẽsere, vt sequenti articulo patebit. Neq;, vt alij putant, in quatuor, scilicet in hæc tria & ius diuinum. Sed si artem diuidendi cõsulas, ius, vt cõmune est ad diuinũ & humanũ, diuiditur in duo, scilicet naturale & positiuum: & pariter ius diuinum: ac deinde ius positiuum humanũ, in ius gentiũ & ciuile. Vnica ergo conclusio ad quæstionem respondet. Ius primò diuiditur i naturale & positiuũ. Probatur cõclusio. Ius seu iustum, idẽ est qđ æquale ad æquatũ: hoc aut fieri nõ potest nisi altero duorum modorum: videlicet aut ex natura rerum, aut ex condicto humanæ voluntatis: dimittamus enim tantisper diuinã legem, de qua statim similiter censendum est. Exempli gratia. Vt qui aliquid credito recepit, tantũ dem restituat, natura rerum docet: & ideo ius naturale est: sicuti & quòd fœmina viro generationis gratia adiungatur. Quod autẽ frumẽti modius quinq; siclis væneat, certè non natura fecit, sed humanum condictum: puta reipublicæ consensus aut principis. Nam cùm ad rationem legis vis requiratur coërciua, non omne condictum vim nanciscitur legis: sed quod est reipublicæ. Vnde quod priuatim inter ciues intercedit, nõ lex, sed pactum est. Pari modo quòd consanguinei in quarto gradu matrimonium ineant, natura nõ vetuit, sed humana voluntas. Cùm ergo his tantũ duobus modis vsu venire possit æquum & iustum, fit vt duo membra genus ipsum iuris absoluãt. Igitur cũ audis ius naturale esse illud quod est à natura, bifariàm id intelligito: nempè & à natura id docente, & ab eadem ad id ipsum instigante. Vnde Vlpia l. 1. ff. de iust. & iur. Ius, inquit, naturale est cõmune omnium: eò ꝙ vbiq; instinctu naturæ nõ cõstitutione habetur aliqua. Vbi è regione opponẽs naturalẽ instinctũ & cõstitutionem, nostram bimẽbrem diuisionẽ infinuat. Eodẽq; refertur Ciceronis diuisio, libr. de Inuent. inquientis: Natura ius est quod nobis nõ opinio, sed quædã innata vis affert. Omnes itaq; definitiones istæ per causam efficientem cõstituuntur. At verò Arist. 5. Ethic. c. iam citato per causam id formalem philosophico more definit, dicens: Ius naturale est quod vbi ꝙue eandem vim habet, & nõ quia videtur: id est quod vbiq; natura sua necessarium est, & nõ quia humano iudicio & arbitramento ponitur. Etenim vt qui decem accepit, totidẽ reddat, nõ est iustum quia hominibus ita existimatum: sed natura sua, sicut ignis est calidus: qui autem frumentũ tanti vendatur, vinũ verò tanti, atq; hoc vitium tali vindicetur supplicio: & hoc aut illud offeratur sacrificiũ, & similia: nõ natura, sed humana voluntas iustũ fecit. Quare ait illic Philoso. iustum legitimum anteq̃ esset positum nihil referre, sed postq̃ positum est. In summa, diuisio hæc præsens in idem cum illa cõcidit, qua Doctores distinguunt, alia esse vel iussa, quia bona: vel prohibita, quia mala: alia vero vel bona, quia iussa: vel mala, quia prohibita. ¶ Offert se nihilominus nõnihil ambiguitatis circa definitionem illã iuris naturalis ꝑ causam efficiẽtẽ: Si enim ius naturæ est quod natura docet, neimo illud posset ignorare: & tamẽ multa sunt de iure naturæ quæ barbarę gẽtes ignorãt, vt de fornicatione simplici ex concilio apostolico adnotauimus, Act. 15. q̃ ideo prohibita fuit cõuersæ gentilitati, ne per ignorantiam excusarentur. Rursus: si ius naturæ est

Cicero.

Aristot.

Cõclusio resolutoria. Probatio.

Prima obiectio aduersus definitionẽ iuris naturalis.

Secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud ad quod natura instigat, sit ius omne naturale esse necessarium: quod tamen videtur esse falsum: cū super aliquo, vt suprà diximus, dispensari possit. ¶ Ad horū prius respondetur ꝙ nō quicquid natura docet, oēs capiūt, sed illi prorsus qui serenā habent rationē & ab omni nebula liberā. Nam qui in vitia immersi, caligine illam obduxerunt, naturæ radios nō satis perspiciunt. Posterior verò dubitatio facta est inter arguendum in fronte quæstionis.

Ad primam obiectionē.

Ad primum argumentū principale.

REspondetur ergo ad primum argumētū vbi idem cōmouebatur scrupulus, concesso, ius omne naturæ esse simpliciter necessarium natura sua. Quapropter præcedenti lib. q. 3. diximus esse indispensabile. Quin verò Scotus ipse quāuis censeat præcepta secundæ tabulæ dispensabilia esse, negare nō debet quin sint natura sua necessaria. Sed fortè diceret ꝙ Deus natura superior poterit super illis dispensare: sicuti angeli & cœli, licèt sint res natura sua necessariæ, possūt supernaturaliter annihilari. Tāetsi satis demonstratū sit neq; id de eisdem præceptis esse posibile: vtpote cū prorsus eorum naturę repugnet esse licita, sicuti homini esse irrationalē. At verò id quod natura sua est necessarium, potest mutatis rebus mutari. Necessitas quippe vniuscuiusq; rei secundum eius naturā perpendenda est. Si enim natura rei immutabilis est, tūc & ius eius erit simpliciter immutabile: vt, quia cœlum res est immutabilis, eius motus est immutabilis, sed quia aqua est res mutabilis, licet simpliciter illi sit naturale infrigidare, nihilominus quando est calida, calefacit. Pari modo quòd depositum sit dño reddendum, per se consideratum est simpliciter necessarium: sed quia homo est mutabilis, dum dñs prauè affectus suum gladium petit ad occidendum, nō est illi reddendum, qa sicut si sanus existeret, ius esset ei reddere, ita dū insanus sit, ius est nō reddere. Eodē modo ius per se simpliciter necessariū est, quicquid debes vt soluas: quādo verò soluendo nō es, ius non te ligat. Ięc ergo mutatio non tā fit in iure, ꝙ in hominibus ipsis. Atqui ex hac radice in fine primi libri rationem deduximus quare expedit leges humanas nonnunq; mutari: nēpe quia res mutantur. Et lib. 2. q. 3. cōmonstrauimus, in illas leges quæ rationē ipsam iustitiæ & finē continent dispensationē cadere nō posse: in illas verò quæ nō finem, sed media secū afferunt, cadere posse: hoc enim naturaliū genus est quod Aristo. loco citato ait posse mutari.

Aristote.

Nā etsi dextera naturaliter validior sit, aliquando deficit: & est sinistrum brachiū robustius.

Ad secundū

¶ Ad secundū respondetur, concesso non esse regulam generalē vt quicquid voluntas constituat continuò sit iustum. Nam si quid cōtra ius naturæ constituat, nunquàm vim legis obtinebit, vt suprà dictum est: reclamante Isaia. 10. Væ qui condunt leges iniquas. Sed quando res est non solùm naturæ non repugnans, verùm pro loco & tempore congruēs, tunc volūtas humana, si publica autoritate polleat, id potest constituere: quod quia constitutum est, sit iustum: &, vt ait Aristo. quod non referebat, iam inde refert. ¶ Ad tertium denique respondetur, vt supra insinuauimus, ꝙ ius diuinum non condiuiditur eadem diuisione cōtra ius naturale & positiuum. Imò verò similiter diuiditur. ¶ Itaq;, vt perspicua sit diuisio, primùm omnium diuiditur ius in diuinum & humanum, deinde vtrūq; membrum eadē prorsus diuisione subsecatur: vt ius diuinum alterū sit naturale, atq; alterum positiuum. Vniuersū enim ius naturale est diuinum: cò quòd Deus est author naturæ, ac subinde cuiuscunq; eius iuris: sed ius diuinum positiuū est, quod supra naturam est ab ipso positum, vt sacramentorū iura Christianæ familiæ: & cæremonialia ac iudicialia antiquæ legis. Præcepta autem primæ tabulæ decalogi non simpliciter dicuntur ius diuinum positiuum, licèt, vt suprà dictum est, per fidem sint explicita: quia ex rerum natura pullulant: licèt, nisi opitulante fide, non ab omnibus agnoscantur.

Ad tertium

ARTICVLVS. III.

Vtrùm ius gentium sit idem cum iure naturali.

CVM duo tantū membra in proxima diuisione posuerim⁹, dum genus iuris in naturale tantum & positiuū distinximus, dubium de iure gentium restat: vtrōnā illorum mēbro cōprehendatur. Et arguitur quòd contineatur sub iure naturali. Ius enim illud in quo omnes homines cōueniunt, esse non potest nisi naturale, quod, vt proximè dicebamus, cōmune est omnibus: iure autem gentium omnes gētes cōueniunt, secundum illud Vlpia. l. 1. ff. de iust. & iure: Ius gentiū est quo gētes humanę vtuntur. & Inst. it. de iure naturali, &c. Ius gentium omni humano generi cōmune est: ergo ius gētium & naturale idem sunt. ¶ Secundo arguitur. Seruitus est de iure gentium, vt habetur distinctio. 1. can. ius gentium. & Institutio. modò ci-

Primum

Secundum

Aristot.

Tertium.

Isidorus.

dò cita. & ff. de iusti. & iure. l. manumissiones. sunt autē, vt Philosophus. ait. 1. Polit. multi naturaliter serui: ergo ius gentium est naturale. ¶ Tertiò, Ius diuidit per naturale & positiuū: sed nunquàm vniuersæ mundi gentes cōuenerunt vt ius aliquod statuerent: ergo natura idē ius docuit, atq; adeò est naturale. ¶ In contrarium autē est Isidorus distin. 1. can. ius autem. vbi distinguit ius gentium à naturali, dicēs, ius autē naturale est, aut ciuile, aut gentium.

Ad tertium

Cōclusio responsiua.

AD quęstionem vnica conclusione respōdetur. Ius gētium & à iure naturali distinguitur, & sub iure positiuo cōprehēditur. Hāc conclusionē, etsi expresè hīc S. Thom. nō ponat, tamen argumēta eius quibus initio quæstionis arguit ius gentium esse naturale, insinuant eius esse mentē id negare, affirmareque subinde esse ius positiuū. Præterquā ꝙ. 1. 2. q. 95. artic. 4. id planè affirmat: vbi ius positiuum diuidit in ius gentium & ciuile: quod nos lib. 1 q. 5. exposuimus. Et ratio quam hic adducit id ipsum patefacit. Probatur ergo conclusio. Ius naturale (vt art. proximo diximus) est illud qđ ex rerum ipsa natura adæquatū est & alteri cōmensuratū. Hoc autē dupliciter cōtingit: Vno modo secundū absolutā rerum cōsiderationē: sicuti masculus & fœmina absoluta natura sua coaptantur in vnum generationis officium: & pater curat filium alere. Alio modo quippiam est alteri cōmensuratum, nō secundū absolutā eius naturam, sed in ordine ad certum finem & per certas circunstantias consideratū. Exēpli gratia. Quòd hoc prædiū ab hoc proprio dño possideatur, & aliud ab alio, natura rerum absolutè existēnata nō magis exigit q̄ vt omnia in cōmuni possideantur. Attamen si ager idē consideretur, vt ad ferendos fructus colendus atq; in pace possidendus: & pro statu naturæ corruptæ in quo homines segniores existunt, ad impendendas proprias operas, quæ in commune bonum cessuræ sunt, & alienorū sunt auidi, ratio statim colligit omninò cōducere vt possessionū diuisiones fiant. Quēadmodùm Philo. 2. Poli. docet: & lib. nos. 4. quæst. de rerum diuisione, nōstraturi sumus. Ex hac ergo distinctione elicitur cōclusionis ratio. Rē nāq; absolutè apprehendere nō solum hominibus, verum & cæteris etiā animantibus naturali instinctu cōuenit: & ideo ius qđ simpliciter est naturale, vt societas masculi & fœminæ, ac prolium nutritio, cunctis est animalibus cōmune. At verò de rebus in ordine ad finem sub certisque circunstantijs iudicare, nō omnibus animalibus cōpetit, sed peculiariter homini virtute rationis, cuius est vnum ad aliud cōferre. Id ergo

Philosophus

Probatio cōclusionis.

Eluciduntur varia Iurisc. cōsultorū verba.

ius quod per talē collatiuam rationē constituitur, dicitur ius gentiū, id est ius quo gentes vniuersæ, quatenus rationales sunt, sibi constituerunt. ¶ Per horū intellectū clarescunt Iurisconsultorum verba, quorū explanatio morali philosopho incūbit. Ait enim Vlpia. l. 1. ff. de iust. & iur. ius gentiū à naturali recedere: idq; indelicere facile intelligere, ꝙ illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se cōmune est. Et Caius. l. oēs populi. quod naturalis, inquit, ratio inter oēs homines constituit, id apud omnes pereq; custoditur: vocaturq; ius gētiū. Non ait, Quòd simplex lux naturę: sed, Quòd ratio, quæ hominibus propria est, cōstituit, id est ponit. Atq; hinc denuò argumentū sumitur aliud cōclusionis. Ius enim naturale est simpliciter necessarium, id est qđ non depēdet ex humano consensu: ius autē gentiū obligat: qa videtur, id est quia ab hominibus sic iudicatur: nunq; autē rerum possessiones diuiderentur, nisi homines cōsentirēt vt isti illas, alij verò alias possiderent: ergo ius gentiū non est simpliciter naturale, sed positiuū. ¶ Quod si conclusionem nostram hoc argumento cōcutias ꝙ inde fieret cōsequens, ius gentium idem esse qđ ciuile: vt luculentior tibi fiat responsio, differē tiam accipito inter has iuris species. Primùm omniū ius gentiū & ciuile à naturali differunt, eò quòd naturale simpliciter est necessarium secundùm absolutam rerum cōsiderationem, vt dictum est: & ideo cunctis animātibus commune: ius verò tam gentium q̄ ciuile humana ratione est positū. Ius autē gētium & ciuile in primis hoc basilari discrimine differunt, quod lib. 1. q. 5. art. 4. ex mente D. Tho. deprompsimus. Nempe ꝙ ius gentium ex principijs naturalibus rerum consideratarū in ordine ad aliquem finem & circunstantias per viam cōclusionis elicitur: vt si dicas, Agri colendi sunt: & homines negligentiores sunt ad cōia q̄ ad propria: ergo priuatim possideantur. Ius autem ciuile colligitur ex vno principio naturali, & altera premissa arbitratu humano posita: & ideo nō colligitur per viam illationis, sed per determinationem generalis principij ad specialē legem: vt de cæremonialibus & iudicialibus idētidem dictū est. vt si dicas, Res iusto pretio vēdantur: iustum autē tritici pretiū pro ratione præsentis loci & tēporis est quinq; sicloru: minor enim non est de iure naturę. Et pariter malefactor est plectendus: ergo suspendendus latro. Ex hac prima differentia sequitur secūda, ꝙ ad constituendū ius gentiū nō requiritur hominum cōuentus in vnum locum: quoniā ratio id singulos per se docet: sed ad constituen-

Alia ratio ꝙ cōclusione.

Primū differmē iuris ciuilis ac gentiū

Scrupulus.

Secunda differentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia.

dum ius ciuile requiritur reipublicæ conciliū, aut principis autoritas: vt vltrò citroq; habito consilio cōstituatur. Atq; ex hac rursus sequitur tertia, videlicet ꝙ ius gentium est gentibus omnibus cōmune, vt dictū est: ius autē ciuile est, vt ait Isidorus, quod quisq; populus vel ciuitas sibi propriū constituit. Quare aliud est ius Athenienſium, aliud verò Romanorū, &c. vt habetur Insti. de iure natu. & gent. §. sed ius.

Cōtractus fere oēs iure gentiū introducti sunt.

De iure autē gentium omnes penè contractus introducti sunt, vt emptio & venditio, locatio &c. sine quibus humana societas constare non potest, vt patet eodem, Institu. §. ius autē. & ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure. Isidorus ergo quia nouit ius gentiū & à naturali differre, & à ciuili, nē tot faceret diuisiones, distinxit ius in hæc tria mēbra. Artificioliùs ergo diuiditur in ius naturale & positiuū: ac deinde ius positiuū humanum, in ius gentium, & ciuile. ¶Est autem admonito opus nē quenquā diuisio Aristotelica fallat, lib. 5. Ethic. ca. 7. vbi ius politicū diuidit in naturale & legitimū. Haud enim politicum pro eo prorsus vsurpat quod iuris prudētibus est ciuile: nam ius naturale nō est species ciuilis, sed illi contra positum. Appellauit ergo generaliter ius politicū, ius omne quo ciuitas vtitur: quo nōie tā naturale ꝙ gētiū ꝙ etiā ciuile cōprehenditur. ¶At verò non omnes scrupuli extincti sunt qui ex hac conclusione succrescunt: videntur enim iura cōtrà extare. Ait quippe Pōponius. l. veluti. ff. de iust. & iur. religionem erga Deum, & vt parentibus & patri pareamus, esse de iure gentiū. Et Florentinus. l. vt vim. iniurias propulsare ad idē spectare ius: hæc tamen omnia sunt de iure naturæ. Nam præceptū religionis & honorādi parētes in decalogo sunt: qui, vt suprà satis demōstrauimus, germen est naturalis iuris. Et propulsare iniurias, conclusio est illius principij, Vnaquæque res appetit se conseruare: ergo ius gentiū idem est quod naturale. ¶Et secundò id ipsum arguitur. Libr. proximo hanc sæpe repetiuimus differētiā inter moralia præcepta ex vna parte, & cæremonialia atq; iudicialia & ius ciuile ex altera, ꝙ moralia inferuntur ex principijs naturæ per modum cōclusionis: non autē reliqua, vt modò declarabamus. Qua de causa diximus decalogum esse de iure naturæ: si ergo ius gentium infertur ex eisdem principijs ꝑ modum conclusionis, fit vt sit pariter de iure naturæ. ¶Ad primū argumentū respondetur iuris prudentes nimiū extendere ius gentium. Censent nanq; tali appellatione cōprehendi quidquid cunctis mortalibus est cōmune: & ius naturale id duntaxat esse quo etiam bruta cum hominibus cōueniunt: cùm tamen multa sint naturalia iura quæ peculiariter cōueniunt humanæ naturæ & non brutæ: vt est decalogus, & quæ ibi implicita sunt. Differentia ergo nō est illa, sed quā nos posuimus: scilicet quod ea quæ inferuntur ex absoluta rerum natura, & cōsequentia necessaria, pertineant ad ius naturale: illa verò quæ non ex absoluta consideratione, sed modo exposito in ordine ad certū finem, sint de iure gentiū. Quare Decalogus non de iure gentiū, sed de iure naturæ est. ¶Et ex hoc elicitur solutio secūdi argumenti. Quādo enim diximus ius gentiū elici ex principijs naturæ per viā illationis, non intelligitur ꝙ illatio sit omninò necessaria: sed rei naturę in ordine ad talem finem cōueniens. Haud enim ex necessitate colendi agros vel pacificæ eorum possessionis cōsequitur tam necessariò dominiorum diuisio, q̄ ex illo principio, Id nē facias alijs, &c. elicitur, Non occides: sed quia est illi fini congruentissimū atq; expedientissimum. ¶Hinc autē oboritur postremū dubium, vtrū in ius gentiū cadat dispensatio, an perinde atque ius naturale sit indispensabile. Respondetur sub distinctione: Aliqua enim sunt de iure gentiū adeò conducentia ad humanū commercium, vt nullatenùs fas sit super illis dispensari: imò forsan dispensatio esset irrita, vt diuisio rerum de qua modò dicebamus. Nanq;, nisi inter religiosos, intolerabilis esset cōmunis rerū possessio. Alia verò sunt eiusdē iuris quæ sunt pro causa dispensabilia. Seruitus enim est de iure gentium: & tamen dispensatum est nē Christiani capti in bello, pro seruis habeantur. Et nōnulli contractuum ciuiliū, etiā qui sunt de iure gentium, possunt dispensari. Est enim de iure gentium seruare fidem hostibus, vt seruare legatos in bello: tamen si causa fidei contrariū posceret, non esset seruandū: imò si corrupta dogmata disseminarent, exurēdi essent: Neq; dispensatione opus esset.

Primum argumentū cōtra præd̄icta.

Secundum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

PRimum igitur argumentū capitale iam solutum est: negatur enim omne illud in quo oēs gentes conueniunt, esse ius naturale. ¶Et ad secūdum respondetur ꝙ Philosophus quādo ait homines esse iure naturæ seruos, nō accipit ius naturæ simpliciter: nā absolutè humana natura pensata, non est cur magis vnus seruiat quàm alter: sed perpendatur in ordine ad finem: puta vt doceatur quis ab alio: & vt seruetur in bello. Et ideo potius est iuris gentium, tāetsi seruitus illius qui rudior est, vt à sapientiori moribus imbuatur, non est libertati contraria, vt lib. 4. in propria quæstione dictum fuit: & ideo est magis naturalis: id est naturæ

turæ indiui dui congruens. ¶Ad tertiū itidem responsum est quòd licèt ad ius gētium requiratur consensus hominum, non tamē conuentus vti ad ius ciuile: nam dispersim vniuersę gētes ratione naturali id iuris perdocentur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm ius paternum ac dominatiuum & à iusto politico & inter se vlla ratione distinguatur.

REstat ex superioribus dubium circa quasdā iuris species, qualis est paterna & dominatiua, quæ non videntur sub rationibus superiorum prorsus cōprehendi. Quæritur ergo vtrū ius paternū & dominatiuū & à politico & inter se diuidātur. Et arguitur vt moris nobis est à parte negatiua. Ad iustitiam in genere pertinet vnicuiq; quod suum est reddere: cùm ergo ius sit obiectum iustitiæ, fit vt pari modo vnū quenq; æqualiter aspiciat. Quare nō est distinguendum aut inter patrem & filium, aut inter dūm & seruum. ¶Secundò: Lex quæ, vt arti. 1 diximus, ratio est & regula constitutiua iusti, ad bonum cōmune totius ciuitatis spectat: nō ad vllius personę priuatum: pater aūt & filius, dominusq; & seruus ad priuatam pertinent familiā: non ergo distinguitur ius paternum & dominatiuum à politico. ¶Tertiò: Si hæ species iuris essent discernendæ, pari ratione & dignoscendæ essent aliæ plures secundùm gradus diuersos qui sunt inter ciues, vt puta ius militare & sacerdotum, &c. ¶In contrariū autem est autoritas Philosophi. 5. Ethico. ca. 6. distinguentis ius paternū ac dīnatiuum à politico.

Primū argumentū à parte negatiua.

Secundum.

Tertium.

Aristot.

ARticulus hic in hoc solùm adhibitus est vt locus hic citatus Arist. exponatur. Ad quem igitur tribus breuissimis cōclusionibus respondetur, quibus sentētia Arist. sum matim exponitur. Prima est. Inter patrē & filium non est simpliciter iustum politicum, sed secundum quid. Et memēto non vsurparenos hic politicum pro eo quod est ciuile, vt distinguitur à iure naturali & gentiū: sed, vt ꝓxime dicebamus, pro eo quod est ius inter ciues ciuitatis constitutum. Sic enim accipit Arist. vt etiam naturale comprehēdat. Probatur ergo cōclusio. Iustum, vt hactenus dicebamus, idem est quod adæquatum & cōmensuratum alteri. Intercedit enim iustitia, nō nisi inter duos aut plures: est tamen vnus homo alter ab altero duplici-

Prima conclusio.

Probatio cōclusionis.

Secūda conclusio.

Ratio cōclusionis.

Tertia conclusio.

Paulus.

Ratio cōclusionis.

Aristot.

Explicatio primę cōclusionis.

ter: Vno modo quia simpliciter ab illo distinguitur, vt ciuis quilibet ab altero ciue: Alio modo secundùm quid: nempe quia quodāmodò est alter, puta alterum suppositum: quodāmodò verò idem, videlicet pars alterius. Filius autem non est simpliciter alter à patre, sed secundùm quid: vtpote pars eius: vt habetur Ethic. 8. nempe semen ab illo decisum: ergo inter patrem & filium non est simpliciter iustum, sed secundū quid: quod peculiariter dicitur iustum paternum. ¶Pari ratione constituitur secūda conclusio. Inter dūm & seruum nō est simpliciter iustum: Quoniam, vt. 1. Polit. ait Philosophus, Seruus non est simpliciter aliud à domino: imò quicquid est, domini est: puta instrumentum: ergo sicut inter instrumentum & artificem non est propria ratio iusti, neq; artifex iniuriam facit instrumento si ad libitum suum illo vtatur: sic neq; inter dominū & seruū, sed secundùm quid, id est herile. ¶Tertia cōclusio Inter virum & vxorem maior est ratio iusti q̄ inter patrem & filium, & quàm inter dominū & seruum. Conclusio hęc adiecta superioribus est ad conciliandum cum Apostolo Philosophum. Si enim Apostolum audias ad Ephes. 5. inquientem, virum & vxorem ad idem pertinere corpus, secundum illud Genes. 2. Erunt duo in carne vna: facilè inde tibi colligere videberis, minorem rationem iusti intercesse inter virum & vxorem quàm inter patrem & filiū: eò quòd minùs videantur esse duo. Nihilominùs Arist. loco citato plus inter eos iusti internouit. Et ratio est quòd ambo, licèt non ex æquo, ordinem tamen habent ad cōmunē familię dispensationē. Quare & filij et serui eodē pene iure obedire tenentur matrifamiliās quo & patri. Nam etsi vxor obedire teneatur viro, cui ad eiusdem prolis generationem coniungitur, ob idque dicatur esse quodāmodo idem corpus, id est idem corporale principium, qua ratiōe prima mulier de costa viri plasmata fuit, tamen non quæcunque singularis mulier eo modo pars est mariti quo filius patris. Imò, si ita loqui liceret, compars eius est: nam ambo sunt partes vnius carnis: ob idque dicūtur duo in carne vna. Ac multò minùs se habet ad virū, vt seruus. Quare Philosop. 1. Polit. barbariei tribuit vt fœmina & seruus eodem gradu habeātur: ob idque inter virum & vxorem œconomicum iustum est. ¶Circa primam conclusionem in primis notandum quòd cum asseritur inter patrem & filium non esse simpliciter iustum, sed secundùm quid: illud secūdum quid quamuis rationem iusti diminuat, non tamen minuit rationem debiti & naturalis virtutis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed potiùs auget. Etenim cùm iustitia & ad alterum sit, & debitum insinuet, & æqualitatem constituat, ex defectu cuiusque illarum trium rationum deficit à ratione iustitiæ. Nam inter patrem & filium deficit ratione prima: quia non est simpliciter ad alterum. Prætereà ratione tertia, qui parentibus æquale reddere non possumus: non autem ratione secunda, quia plus patribus debemus quàm cæteris. Quocirca caue putes ius paternum minus habere naturæ quàm politicum: imò magis naturale est: etsi minus habeat iustitiæ. Atqui rationes istæ multo iustius nobis competunt respectu Dei. Primùm quia quodãmodò aliquid ipsius sumus, non quidem partes, sed tamen effectus. & ideo multò minùs sufficimus ei æquale reddere quàm parentibus. Liberalitas autem deficit à ratione iustitiæ, quia non versatur circa debitum. Fit ergo ex his consequens, illud secundũ quid iustum quod est patris ad filium, quidpiam excellentius esse quàm est simplex iustitia, vt puta pietatem. ¶ Scisciteberis autem forsan vtrum cùm diximus inter patrem & filiũ non esse simpliciter iustum, intelligatur ex vtroque termino: scilicet tam patris ad filium, quàm filij ad patrem. Respondetur vtrinq; intelligi, licèt non æqua ratione. Filij enim ad patrem non est iustum simpliciter: nõ solùm quia pars est, sed quia æquale reddere non potest: patris autem ad filium, non propter rationem secundam, sed propter primam: nempe quia se habet sicut totum ad partem. Vnde sicut inter hominem & sua membra nõ est propria ratio iusti: quia non sunt simpliciter duo: sic neque patris ad filium. Nam quicquid in illum confert, sibijpsi quodãmodò confert: & prosperitas atque aduersitas filij patrẽ ipsum attingit. Vnde Seleucus Locrensium monarcha, vbi filio vterque erat eruendus oculus, supplicium ex æquo partitus est, vt vtrique alter erueretur, quasi quòd vnus essent hõ. ¶ Huic autem veritati forsan quis hoc obmoliatur argumentum. Esto ita sit quòd filius quãdiu est sub cura parentũ aliquid sit patris, tamẽ postquã emãcipatus est, iã inde, sua quadra viuens, fit ciuis sicuti est pater: cui deiceps publici magistratus pariter decernuntur. Imò quandoq; est patre superior, puta, vel prætor, vel consul, vel dux belli. Item inter patrem & filium possunt tunc celebrari contractus emptionis, venditionis, & alij, in quibus iuris ratio æqua libra vtrinque pendet: ergo inter patrem & filium interuenire potest perfecta ratio iusti. Atqui huc annuere videtur. D. Thom. in solutione secundi argumenti: vbi ait quòd pater & filius, dominus & seruus, cõsiderari possunt vt sunt homines: & vt vnus aliquid alterius: & ideo etiam dantur aliquæ leges de patribus quomodò se debeant habere erga filios. Caietanus cõtendit quomodocunque cõsiderentur filij, nõ esse ius simpliciter inter ipsos & parentes, sed secundùm quid. Nam ius, inquit, quod est inter eos quatenus homines, modificatur per illud quòd vnus est pars alterius. Et ideo fit ius secundum quid, puta paternum. At verò si meum iudicium vllius est momẽti, distinguerem potiùs quòd quantum ad naturalia iura semper inter filios, etiam emancipatos, & parentes, manet ius paternũ: puta quãtum ad honores illis deferendos, & quantum ad aliqua obsequia & iuuamina, dum opùs illis fuerit filiorum opera: sed quantum ad ciuilia, ius simpliciter & iustum est inter illos.

Quæstio.

Solutio.

Argumentũ primum.

Secundum.

D. Thomas.

Caietan. Iuris.

AD primum igitur argumentum conceditur ad iustitiam pertinere reddere vnicuique quod suum est: supposito tamen quòd sit alterius simpliciter ad alterum. Cum enim qui sibijpsi quidpiam tribuit quod sibi debetur, puta cibum aut vestitum, non facit simpliciter iustum, ac perinde cùm pater alit filium. ¶ Secundi quoque responsio ex superioribꝰ elicitur. Nam etsi iustitia ad bonum cõmune spectet, non obstat quò minùs inter patrem & filium non habeat rationẽ perfectam. Attamen quia partes domus ad bonũ etiam cõmune referuntur, iustitia quoque leges ponit tam patribus respectu liberorum, q̃ dominis respectu seruorum. ¶ Ad tertium nõ negatur quin etiã in republica distinguatur ius militare, & ius sacerdotum, vt lib. 1. inter expo nendas legum diuisiones concessum est, & declaratum. Tamen illa iura nulla ratione deficiunt à perfecta iustitia, sicuti paterna: quia est alterius simpliciter ad alterum. Omnia enĩ reipublicæ mẽbra immediatũ ordinem habẽt ad bonum cõmune: & ideo tam iustum est inter principem & ciuem, & inter quẽcunq; magistratum & subditũ, quàm inter reliquos ciues: sed differunt illa iura penes diuersa officia: vt loco citato declaratum est.

Ad primum argumentum.

Ad secundum.

Ad tertium.

QVÆSTIO SECVNda, de iustitia.

Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 58.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm definitio iustitiæ à Iurisperitis sit rectè constituta.

Iuris

SIcut igitur natura præfinita, sequitur vt virtutẽ ipsam iustitię, de qua præsens opus constituimus, & definitione monstremus, & omnibus suis numeris circunscribamus.

Quæritur ergo vtrum definitio VIpiani. ff. de iusti. & iur. quæ ait, Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi, naturam iustitiæ absolutè declaret. Et arguitur à parte negatiua. Phil. 5. Ethi. ait iustitiam esse habitum quo iusta operamur & volumus: nõ ergo est voluntas quæ est potentia. ¶ Secundo: Sola Dei voluntas est perpetua: ergo vel iustitia nõ est perpetua voluntas, vel non est in hominibus. ¶ Tertio: Perpetuũ & constans idem est: alterum ergo in definitione redundat. ¶ Quartò. Ius reddere, munus est principi proprium: non ergo id habitui iustitiæ competit. ¶ In contrarium est autoritas Iurisconsulti.

Primum argumentum Aristot.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Cõclusio rẽ ipsam sua.

Probatio. Aristot.

AD quæstionẽ vnica respondetur affirmatiua cõclusione. Definitio illa sanè intelligitur bona est. Etenim cũ virtus omnis sit habitus electiuus, vt 2. Ethic. ait Aristot. & habitus ab actu sortiatur speciem, sicuti & actus ab obiecto, illa est optima vniuscuiuslibet virtutis definitio, quæ per proprium actum & obiectum naturam rei exprimit. Quoniam sicut anima rationalis forma est hominis, sic & actꝰ est forma habitus: iustitia autẽ, vt suprà sæpè dictum est, & inferius est demonstrandum, est virtus quæ habentẽ ordinat ad alterum inter quos æqualitatem constituit dati & accepti.

Aristot.

Quare actus proprius iustitiæ est reddere ius vnicuique suum. Sunt autem & tres conditiones omnii virtuti cõmunes, quas Aristo. 2. Ethicorum declarat: scilicet vt sciens quis operetur, atque eligens propter finem, & tertio vt perpetuò & cõstanter in omnibus actionibus, vt oportet, operetur. nã vnus aut alter virtutis actus non facit studiosum: sicut neq; vna hirundo ver. Vbi ergò Iurisperitus ait, Iustitia est voluntas, nõ accipit nomẽ pro potentia, sed pro eius actu: nam nomẽ potentiæ aliquando tribuitur actui, quẽadmodum principiorum cognitio dicitur intellectus. Neq; verò est prædicatio identica, sed causalis: iustitia enim est habitus quo fit voluntarius actus: quemadmodũ Augu. super Ioannẽ ait, Fides est credere quod non videtur. id est, est habitus credendi. Quare voluntas ponitur loco generis. Oratorio autẽ modo iurisconsultus vsus est noie voluntas, ad exprimendũ in primis propriũ virtutis subiectum: aut ne qd, vt illico dicturi sumus, est volũtas.

Deinde ad exprimendũ virtutis opus, qđ debet à sciente & eligẽte sponteq; proficisci: nã quod per ignorantiã vel per violentiã fit, quia nõ est voluntarium, nõ est officium. Et eadẽ ratione Anselmus quando in lib. de veritate, dixit, quod iustitia est rectitudo: non fecit propositionem quam dicunt identicam: sola enim diuina voluntas est sua rectitudo: sed vsus est propositione causali: propterea quòd iustitia efficit in opere rectitudinem. Quod autem VIpian. adiecit, perpetua, seruit ad deprimẽdam tertiam conditionem virtutis. Perpetuum enĩ duplicitèr sumitur: Vno modo ratione actus, q̃ nunquàm interrumpitur: atque hæc perpetuitatis ratio soli deo competit. Alio modo ratione obiecti, vt scilicet quisq; proponat in omni euentu debitè, & secundum legem operari: & hæc cõditio necessaria est omni virtuti. Sapiẽter tamen apposuit, constans, quod nõ est idẽ quod perpetuum. Nam perpetuum solùm dicit propositum atq; intentionẽ sic semper operandi: constans autẽ addit eiusdem propositi firmitatem: nẽpè vt homo tali proposito non nutet & vacillet, sed fixum id gerat. Quæ quidem constantia nemini obtingit antequã omnem sit adeptus virtutẽ: scilicet vt neq; propter auaritiã, neq; propter metum, neq; propter aliquam voluptatem, aliãve vllam affectionẽ à iustitię rectitudine deflectat. Vnde, cõstans, idem est quod vndiq; quasi tessera quadratus stans. Quot enim reperias habentes propositum semper studiosè agendi, qui tamen quia firmis radicibus virtutis nõ nitũtur, idẽtidẽ dilabuntur? Hactenus ergò genus virtutis iustitiæ definitum est. Quod autẽ adhibuit, ius suũ vnicuiq; tribuendi, differentiæ locum obtinet, iustitiam à cæteris virtutibus discernens, atque adeò eius speciem complens. ¶ Ex quo sit Buridanum præter rationem. 5. Ethicorum. quæst. 2. negare prædictã definitionẽ cõgruere iustitiæ quantũ ad omnes suos actus. Subdit nanq; ibidem Iurisperitus: Iuris præcepta sunt hæc, honestè viuere, alterum non lædere, suum cuiq; tribuere. Ait ergò Buridanus definitionem hanc soli tertiæ parti iustitiæ conuenire. Porro autem hoc falsum est: imò exprimit totam iustitiæ substantiã. Est enim propria eius functio ius cuiq; tribuere, a c perinde neminẽ lædere. Nam, Non occides, Non furtũ facies, &c. rationes iustitiæ explicat. Prima autem pars Iurisconsulti, scilicet, honestè viuere, non est peculiaris actus iustitię, sed generalis omnium virtutum. Nam iam dictum est omnẽ virtutem, generalem habere rationem iustitię, vt inferius hic amplius explicabimus. Et ideo

Anselmus.

Dupliciter modus perpetuitatis.

Buridanus hic lucinatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa pars non includitur in definitione quę particulari iustitię asscribitur. Est ergò optima definitio Iurisconsulti, imò explicatior quàm illa Aristot. scilicet, Iustitia est habitus iustorũ operatiuus: quia hæc nõ explicat specialẽ rationem iusti, quæ est, ius alteri reddere. Si autẽ conciliare ambas libet & luculentiùs elucidare, colligito cum sancto Thoma definitionẽ hãc, Iustitia est habitus quo quisq; perpetua constantiq; voluntate ius suum vnicuiq; tribuit.

Absoluta definitio Iustitiæ.

Obiectio. Solutio.

¶Neq; obstat quod & hoc principi etiam & dici competat. Nã princeps ius reddit imperãdo & dirigendo tãquàm custos iusti: virtus autem iustitiæ, cuiusq; animum promptum reddit, siue princeps sit, siue subditus tanquàm obediẽs rationi & legi, vt reddat vnicuiq; quod debet. Per hæc ergo soluta restant argumenta in capite quæstionis obiecta.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Iustitia sit virtus quæ habentem ad alterum ordinat.

Primum argumentum. à parte negatiua.

Argum. 2.

Argum. 3.

Cicero.

Prima conclusio.

COnstituta iustitiæ definitione subsequitur vt eius substãtiam atq; innatas qualitates singulatim exploremus: idque examinãdo singulas definitionis particulas. Quæritur ergò circa eius vltimam differentiam, quę est ius suum vnicuiq; tribuere, vtrum iustitia propriè sit ad alterũ. Et arguitur à parte negatiua, ex illo Apostoli ad Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi: fides nãq; non dicitur per cõparationem vnius ad alterum. ¶Secundò, iustitia Dei est æterna: & tamẽ ab æterno nõ habuit à se aliium ad quẽ eadem referretur: ergò iustitia non est ad alterum. ¶Tertiò, officia iustitiæ etiam si ad alterum sint, moderamine nihilominùs egent & rectificatione in ordine ad agentem: nam auarus ægrè ab se abdicat æs quod habet alienũ. Quare vt est Prouerb. 11. iustitia simplicis diriget viam eius: ergò iustitia non solùm circa ea quæ sunt ad alterum, verùm & in moderandis affectionibus ipsius habentis versatur. ¶In contrarium est Cicero lib. de offic. inquiens iustitiam eam esse rationem, qua societas hominum inter ipsos & vitæ cõmunitas cõtinet. Qua porrò descriptione insinuat ordo ac respectus vnius ad alterũ.

QVæstio facilima est, duabusq; conclusionibus contẽta. Prior est. Iustitia, ppriè dicta duo requirit diuersa supposita, inter quæ æqualitatẽ constituat. Conclusio est Philosophi. 5. Ethicorũ, ca. vlt. quæ porrò ex ipso nominis significato dilucidè patet. Iustitia enim idem est quod æqualitas seu æqualitatis habitus: æqualia autẽ, nisi abusiuè aut per metaphoram, nõ nisi duo dicũtur, vt patet in quãtitatibus ad eandem normã iustificatis. Rursus iustificari, si ad mores accõmodetur, nõ conuenit nisi humanis actionibus: actiones verò, vt 2. de anima author est Philosophus, non conueniunt naturæ vel partibus, sed tantùm suppositis: humanitas enim inquit nõ net, neq; verò digiti aut manus, sed mulier: neq; verò manus aut per iniuriam propriè percutit, aut per iustitiam debitum soluit, sed homo, nisi fortè per similitudinem, seu tanquã instrumenta cõiuncta. Consequens ergò sit vt iustitia nõ solũ inter duo qualitercũq; distincta, sed inter duo suppositæ sua exerceat munera. ¶Posterior cõclusio: Nihil vetat quo minùs iustitia metaphoricè dicta inter partes eiusdẽ suppositi existat. Et hãc quoq; cõclusionẽ subdit eodẽ loco Philosophus. Et patet exẽplum inter duas hominis partes. Primùm enim iustitia est inter membra: dum scilicet oculi pedes suo lumine ducunt, & vicissim pedes sua opera illos portant. Prætereà pars sensualis, puta irascibilis & cõcupiscibilis, dum rationi obsequio despotico obediunt, iustitiam custodire dicũtur: & dum rebellant, iustitiam perturbare. Vnde Aug. in lib. de morib. Eccles. ad iustitiã, inquit, pertinet ob hoc ꝙ quis Deo seruit benè imperare cæteris quæ sunt homini subiecta. Est autẽ rationi appetitus subiectus, secundùm illud Geñ. 4. Super te erit appetitus eius, scilicet peccati, & tu dominaberis illius. ¶Res est facilima quæ nullius eget amplificatione, nisi forsan si quis interroget an tanta sit ratio iustitiæ inter has partes eiusdẽ hominis, quãta inter patrẽ & filium. Apparet enim ita esse: nam quia filius est aliquid patris, diximus nõ reperiri inter illos iustum nisi secundũ quid. Respondetur tamẽ diuersam esse rationẽ. Nã cùm pater & filiꝰ duo sint suppositi, verè ac propriè constituitur inter eos ratio iustitię: licèt quodãmodò minuẽs intra latitudinẽ eiusdẽ rationis: sed tamẽ inter rationẽ & appetitũ, quippè quę nõ sunt duo suppositi, nõ est iustitia nisi metaphorica.

Aristot. Ratio conclusionis.

Ad secundũ argumentũ.

Aristot.

Ad tertium argumentũ.

Vltima conclusio.

Explanatio conclusionis.

Argum.

AD primũ igitur argumentũ respõdetur, ꝙ cùm ait Paulus iustitiã esse per fidem, nõ accipit iustitiã, vt est specialis virtus moralis quæ facit opus iustũ, id est, adæquatum alteri homini: sed vt hominẽ ipsũ à peccato liberat rectificando appetitũ, vt sit rationis obsequens. Et secundũ hanc rationem est iustitia metaphorica. Tãetsi, vt suprà diximus, eadem pariter hominẽ iustificat respectu Dei reddendo eum illi subditum, gratũ, & acceptum, eiusq; voluntati cõmensuratum. Et secundùm hoc propriè etiã dici potest iustitia.

Ad primum argumentũ.

Argumen. 2.

Argumen. 3.

Aristo.

Gregorius.

Conclusio resolutiua. Probatio cõclusionis.

¶Ad secundũ verò argumentùm respondetur iustitiam Dei esse æternam secundũ propositum, in quo eius substantia consistit: tãetsi secundùm effectum ab æterno non habuerit in quibus eam iustitiam exercuisset, sed postquã mundum condidit. ¶Ad tertium deniq; articulo. 4. patebit fulgentius responsio. Interim autem respondetur, ꝙ passiones quę operibus iustitiæ obsistunt per alias virtutes reprimuntur, quibus mitigatis per iustitiam fit electio recta, vt loco citato elucidabitur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm Iustitia sit virtus.

Argum.

GRæca genus definitionis, quod dictũ est esse habitum iustè operandi, quęritur vtrùm iustitia sit virtus. Et arguitur à parte negatiua. Ait Christus, Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus: opus autem virtutis nõ est inutile. Ait enim Ambrosius. 2. de Offic. vtilitatem nõ pecunialis lucri æstimationem dicimus, sed acquisitionem pietatis: ergò facere quod quis debet, in quo iustitia consistit, non est opus virtutis.

Ambrosius.

Argumen. 2

¶Secundò, quod sit ex necessitate nõ est meritorium: reddere autem cuiq; suum, quod est opus iustitiæ, est necessarium: ergò non est meritorium, atq; adeò neque virtus: quandoquidem virtutibus omnibus per Dei fauorem meremur.

Argumen. 3

¶Tertiò, omnis virtus moralis est circa agibilia: ea autem quę exterius constituũtur, non sunt agibilia, sed factibilia, veluti sunt artiũ opificia, vt. 9. Metaphy. author est Arist. Cùm ergò iustitiæ munus sit, exterius opus iustum perficere, sit vt non sit virtus.

Aristo.

Gregorius.

¶In cõtrarium est Grego. 2. Moral. vbi quatuor cardinales virtutes distinguit: scilicet, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, atq; iustitiã. Quin verò & sapientia ipsa, vt patet cap. 8. easdem se virtutes docere prædicat.

Conclusio resolutiua. Probatio cõclusionis.

AD quæstionẽ vnica conclusione respondetur. ¶Iustitia est moralis virtus. Probatur: Virtus secundũ Aristo. 2. Ethico. est quæ bonum reddit habentẽ & eius opus bonũ: iustitia autẽ est huiusmodi: ergò est virtus. Probatur Minor. Bonum hominis est operari secundùm rasionis regulã: nam cùm homo natura sua sit rationalis, secundùm rationẽ actiones nostræ probæ iudicantur: iustitiæ autem hoc ipsum munus incumbit vt secundũ rationis lineam æquitatẽ constituat inter duos: fit ergò vt sit virtus: eademq;, vt Aristo. ait, non qualiscunq;, sed tanto cæteris rutilantior, quãto Hesperus reliquis astris firmamenti splẽdore antecellit. Quod & Cicero. 1. de Offic. repetit, vbi ait in habitu iustitiæ virtutis splendorẽ esse maximum, ex qua viri boni nominantur.

Aristo.

Cicero.

Hæsitatio.

¶Posset quis in præsentiarum hæsitare an à virtute iustitiæ aliter dicantur viri boni, quàm á cæterarũ qualibet. Virtus enim quæcunque facit bonum hominẽ simpliciter. Ars inquam pictoria facit bonum pictorem: & ars medica, bonum medicum, neutra tamen bonũ virum. Et virtus intellectualis, puta scientia, efficit virum doctum: non tamẽ pertingit vt cõstituat virum bonum: sed sola est virtus moralis, quæ cùm faciat hominẽ, cuius natura est rationalis, viuere secundũ rationem, cõstituit virum bonum. Sed præter hanc acceptionem, vsurpatur etiam bonitas, vt idem sit quod benignitas & fertilitas, qua scilicet homo est alteri beneficus: sicut terra dicitur benigna & bona quia fertilis. De iustitia ergo posset quispiam affirmare vtraq; ratione hominẽ denominare bonum: eò quod iusti, nõ solùm studiosi sunt, sed & alijs boni & vtiles. At verò res medullitùs inspecta nõ sic habet. Bonitas enim, hoc est benignitas & fertilitas, non est quomodocũque tribuere: sed tribuere nõ ex debito, quod liberalitati & magnificentiæ conuenit. Quin verò Aristo. etiam prodigum, quod est nomen vitij, non veretur appellare bonum: hoc est benignum & frugi, quia sua effundit. Iustitia verò nõ tam dat, quàm reddit. Vnde Cicero eodem loco, secunda bonitatem, non iustitiæ, sed beneficentiæ tribuit. Ait enim, Et huic, scilicet iustitiæ, coniuncta est beneficentia: quam eandem vel benignitatẽ vel liberalitatẽ appellari licet. Vnde iustitia solùm facit bonum habentẽ, & bonum opus, bonitate eiusdẽ generis quo reliquæ virtutes. Et ideò vbi ait Cicero à iustitia bonos viros nominari, accepit iustitiam, vt est generale nomẽ omniũ virtutum: licèt iustitia inter cardinales fastigium ob hoc teneat ꝙ ordinat hominem ad alios, atq; adeò non potest non se protinus exerere, atq; in publicũ prodire. Et re vera qui iustus est, vt vnicuique quod suum est promptissimè reddat, is proximus est vt sit beneficus ac liberalis.

Cicero.

Vera solutio dubitationis propositæ.

AD primũ igitur argumentum optimè S. Tho. respõdet, quòd qui facit quod debet nihil vtilitatis affert, hoc est nihil auget

Ad primum argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lucri ei cui debitum reddit, sed tantùm ab eius dãno manus abstinet: at sibijpsi vtilis est, quatenus spõte sua faciẽs quòd debet, præmiũ meretur apud Deũ. Sumus ergò respectu Dei nõ sicut serui respectu mortalium dñorum: serui quippe quicqd sunt, dñorũ sunt: & ideò quicquid operis exequuntur, domino accrescit in lucrum. Ob idq; sunt vtiles, nam vtile est bonum propter aliud. Obsequia verò quæ nos Deo impẽdimus nihil ei lucri accumulãt: quia bonorum nostrorum non indiget: sed in nos ipsos vtilitas redundat: Deo autem, non nisi gloria. Et ideò dicimur serui inutiles, hoc est nihil accumulantes Deo, propterea q̃ non facimus nisi id quod de iustitia debemus. Attamẽ quia id quod debemus, virtus iustitiæ est, quã Deus nobis præcepit, fit vt facientes quod debemus, apud ipsum promeremur præmium.

Ad secundũ argumentũ. ¶ Ad secundum respõdetur duplicem esse necessitatem. Alia quippe est coactionis: & hæc tollit meritum & laudem ac pariter vituperiũ: vt in fine. 3. Ethicorũ ait Arist. Altera verò est necessitas præcepti & finis, quem sine tali medio consequi nõ possumus. Et hæc rationem virtutis nõ extrudit: quatenus id homo quod debet sua voluntate agit, vnde ratio laudis exoritur. Excludit tamen meritum supererogationis, quale est in operibus cõsilij. Vnde Paul. Paulus. 1. ad Corinth. 9. Si Euangelizauero, non est mihi gloria. ¶ Ad tertium argumentũ respondet S. Tho. q̃ iustitia non consistit circa exteriores res quãtum ad hoc quod est eas facere: Ad tertium argumentũ. S. Thomas. quod pertinet ad artem: sed quantum ad earum vsum, qui alteri est debitus. Hæc autem verba quidam adeò multis elucidare satagunt, Mens sancti Thomæ. vt potius obnubilent: res enim est clara. Iustitia inquam non est ars factibilium: quia functio sua non est pecuniam cudere, aut fabre facere domum: sed vti pecunia, soluendo illã debitori. Vnde cùm architectus recepto pretio ædes ædificat, & si per artem eas extruat quales debet, tamen iustitia est quæ eum applicat ad ædificandum vt debitum soluat.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm Iustitia sit in voluntate.

Primum argumentum. GIrca aliam definitionis particulam qua dictum est iustitiam esse volũtatem, quæritur vtrùm voluntas sit eius subiectum. Est enim argumentum quòd sit in intellectu. Subiectum veritatis est intellectus: iustitia verò sæpissimè dicitur veritas, vt in Psal. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Eo vel maximè q̃ iustitia, vt dictum est, dicit ordinem ad alterum: ordinare autẽ opus, rationis est. ¶ Et secundò arguitur. Si non est in intellectu, illa est causa quòd non est virtus intellectualis, sed moralis: at verò inde colligitur neq; esse in voluntate, sed in appetitu irascibili vel concupiscibili, quos Aristot. 1. Ethicor. docet esse sedes virtutum moralium: ergò non est in voluntate. ¶ In contrarium est Anselmus, qui definiens iustitiam, ait esse rectitudinem voluntatis propter se seruatam.

Conclusio responsiua. AD quæstionem vnica conclusione respondetur. Iustitia est in voluntate tanquam in subiecto. Conclusionem hanc insinuat Aristot. in initio. 5. Ethico. vbi ait iustitiam esse habitum quo homines iusta agunt, & volunt iusta. Et Iurisconsultus, vt diximus, vbi ait: Iustitia est voluntas. designauit enim habitum per proprium subiectum. Et ratio est hæc, quæ per sufficientem exclusionem aliarum potentiarum procedit. Vnaquæq; virtus in ea est potentia cuius est actus quem rectificat: iustitia autem nõ rectificat actum intellectus aut alicuius alterius cognoscitiuę potentiæ. Haud enim iusti dicimur quia iusta cognoscimus: id siquidem etiam prauis commune est: sed quia iusta vt ait Arist. operamur & volumus: in nulla ergò est potentia cognoscitiua. Fit igitur vt sit in aliquo appetitu, qui principium est proximũ volendi & agendi: appetitus autẽ alter est sensitiuus, in irascibilẽ & concupiscibilem diuisus; atq; alter rationalis, qui est voluntas: in sensitiuo autem existere nõ potest. Iustitia nanq; ordinem, vt dictum est, ad alterum dicit: ordinẽ autem eiusmodi nullus sensus cognoscit, quem sequitur appetitus sensitiuus: colligitur ergò ex hac inductione nullam superesse potentiã in qua iustitia considere possit præter voluntatem. ¶ De hac conclusione nemo est qui dissentiat: de hoc autem inter Doctores disputatur, vtrum proprie sit iustitiæ inter cardinales virtutes, esse in voluntate: iustitiæ inquam & aliarum sibi annexarum: quales sunt religio, liberalitas, & similes. Scotus nanq; (quod in superioribus tetigisse meminimus) in. 3. Sent. dist. 33. atq; Occham. q. 10. quos neotericorum plerique sequuntur, & præcipuè Burid. 1. Ethi. q. vlti. Burid. ma, mordicus tenent, non modò iustitiam, verùm & fortitudinem & temperantiam in voluntate residere. Quorum ratio ea est potissima, quòd cùm proprium virtutis opus sit reddere actum facere electionem circa finem, vt. 2. Ethi. cap. 4. Arist ot. docet, in illa potentia insidere debet, cuius proprium est electionẽ facere: hæc autem est voluntas, ex qua laus vituperiumq; ope

Scotus

Ratio Scoti

Ratio Burid.

operis proficiscitur: ergò illa est omnium virtutum sedes. ¶ At verò quanuis disputatio hęc apud D. Tho. non hic, sed. 1. 2. q. 56. sita sit: tamen quantum ad rem attinet præsentem istorum doctrina Aristoteli è diametro obuersatur: qui quidem. 2. Ethi. cap. 3. ex professo demonstrare contendit virtutes morales, nempè fortitudinem & temperantiam in reprimendis voluptatibus ac doloribus & tristitijs versari: cuius fundamentum contrarium illi est quo isti vtuntur. Enimuerò voluntas, cũ proprius sit appetitus hominis: & cuiusq; rei appetitus per se sit in bonum ipsius rei, nisi aliunde impediat, propẽsus: & rectè agere secũdũ fortitudinẽ, & secũdũ tẽperantiã, bonũ sit propriũ ipsi⁹ hominis: nullo ad hæc prorsus indiget virtutis habitu: sed cũ virtus sit circa difficile, illi est potẽtię necessaria, ex qua animi perturbationes oriuntur electioni virtutis obsistentes: quas qui dem perturbationes ipsa per se potentia compescere non sufficit: ob id enim indiget opitulante sibi habitu: cùm ergò tota difficultas recte aggrediendi expectandiq; in bello à timore & animia audacia existat, irascibilis est quæ virtute indiget. Et pariter cõcupiscibilis ad reprimendas voluptates, quibus pacatis affectibus voluntas rectam faciat electionem. Negatur ergò istorum maxima: puta in ea potentia debere esse virtutem, quæ rectam facit electionem. Nam quando per se potentia id potest, non indiget virtute, sed illic est necessaria vnde nascitur difficultas atq; obstaculum rectè eligendi ac subinde agendi. Quo fit vt præter rationem negauerit illic Sco. habitus appetitus sensitiui mereri proprie virtutũ nomen: cùm sint cardinales: Quoniam per illã represionẽ sensualium affectionum sunt verè principia & causæ rectę electionis. ¶ Et per hoc proditur omnium argumentorum fallaciæ quas Buridan. accumulat, quorum vnum est: Voluntas sæpe inclinatur versus appetitum, neq; sine difficultate consentire potest rationi: ergò indiget habitu inclinante eam versus rationem. Negatur quippe antecedens: per se enim non vergit in appetitum, sed propensissima est in bonum ipsius suppositi, quod est bonum rationis. Quòd si quandoq; sequitur appetitum, est quia ab eo prauè affecto pertrahitur: non ergo ipsa in se, sed in appetitu habitu indiget, affectionem extrudente per quam vincitur. ¶ At tentatur sententia hæc illo argumento: Intellectus per se inclinatur ad verum, & nihilo minùs scientiarum habitibus eget. Respondetur tamen, diuersam esse rationem. Propositio nanq; nostra intelligitur quando potentia inclinatur ad bonum per modum appetitus, hoc est per modũ potentiæ actiuę, quia fertur in ipsum. Tunc enim quia per se propendet in obiectum nullo instigante indiget: potentia verò cognoscitiua non est actiua, vt feratur in obiectum: sed passiua, id est, apta in se obiecti imaginem recipere. ob idq; sicut cognoscere ipsum non potest nisi per species ab ipso profusas: ita neq; rectè iudicare nisi per habitus, veritatem rei demõstrantes, atq; adeò applicantes intellectum ad iudicandum. ¶ De iustitia autem diuersa est ratio, vt suprà diximus: nam per se voluntas non est perinde in bonum alienum propẽsa atque in proprium. Ob idq; quanuis nullam pateretur affectionum violentiam, indiget nihilo minùs habitu inclinante ipsam ad reddendum alteri quod suum est. Quocircà paulò inferiùs mõstraturi sumus iustitiam non versari circa passiones. ¶ Quòd si arguas, ius alteri tribuere est bonũ propriũ tribuentis: nam virtus est bonum studiosi, cùm bonum faciat habentem: ergo neque ad hoc voluntas eget habitu. Respondetur quòd quanuis iustitia sit formaliter bonum habentis: tamen eius obiectum est bonum alienum: versatur enim circa hoc quod est reddere alteri quod suum est. Et in hoc stat aliarum dissimilitudo.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum respondetur quòd iustitia nõ est veritas quæ dicit adæquationem rei ad cognitionem, sed vt significat rectitudinem, quam ratio, quæ veritas dicitur, in appetitu constituit, atq; imprimit: nam propter propinquitatem affectus ad causam, nomen causæ per Synecdochen effectui tribuitur. ¶ Ad secundum respondetur. Ob id q̃ volũtas sequit rationis ordinẽ, velle aliqd in ordine ad alterũ: quare nõ obstat quin ordinare sit propriũ actus rationis, & nihilo minùs cõpetat iustitiæ quæ est in volũtate. ¶ Ad tertium autem iam responsum est quod Philosophus loco citato. 2. Ethic. solum cõstituit, virtutem moralem esse in subiecto, quod est rationale per participationem: id autem non solum conuenit irascibili & concupiscibili, in quibus sunt fortitudo & temperãtia: verùm & voluntati quatenus rationi obedit, ad quod iustitia inclinat in ordine ad alterum, modo exposito. Tametsi voluntas plus rationis participet: quia propinquius illi adiungitur.

Ad secundũ argumentũ. Ad tertium argumentũ.

Ad argumẽtũ præfatæ opinionis.

Ad aliud argumentũ Buridani

Argumentũ.

Solutio.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm Iustitia sit generalis virtus.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ON satis est constituisse iustitiam esse virtutem, nisi examinetur sit ne specialis virtus, an generalis. Et arguitur quòd nulla sit iustitia generalis. Iustitia est vna cardinalium virtutum, vt patet Sapien. 8. sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam & virtutem: hoc est fortitudinem: generale autem non condiuiditur speciebus. Et cõfirmatur: quia temperantia eò quòd est cardinalis virtus, non est generalis, sed specialis. ¶ Secundò arguitur. Iustitia est ad alterum: fortitudo autem & temperantia hominẽ componunt in ordine ad seipsum: istæ autem sunt rationes diuersæ: ergo iustitia non sic est generalis vt ad temperantiam & fortitudinem protendatur. ¶ Tertio arguitur. Si iustitia esset generalis virtus, esset omnibus eadem per essentiã, qd. 5. Ethi. c. 1. insinuare videt Aris. vbi ait, iustitiã esse totam virtutem: hoc est eadem omni virtuti: hoc autem est falsum: nam tunc iustitia diuideretur in fortitudinem & temperantiam, de illisq; prædicaretur sicuti animal de homine & equo: quod tamen absurdum est dictu: quoniam ratio iustitiæ, quæ est, esse ad alterũ, non potest sic esse per essentiam genus omnium virtutum, quæ non sunt ad alterum. Quare absurdissima esset diuisio iustitiæ in alias virtutes cardinales tanquàm in suas species. ¶ Quartò arguitur. In virtutibus, vt potè quæ ex inclinatione naturæ procedunt, nihil est superfluum, sicuti neq; in alijs naturæ operibus: si ergò generalis iustitia abundè hominem in bonum commune refert, superflua erit particularis iustitia. Atq; eo potissimùm quòd vnum & multa non diuersificant speciem: instituere autem hominem in ordine ad bonum commune, est instituere in ordine ad multa: instituere verò in ordine ad particularem personam, est ordinare ad vnum: non est ergò quòd duas iustitię species hac ratione distinguamus. Alioqui & tertiam effingere deberemus mediam, quæ partes eiusdem familiæ ad bonum domus instituat, quippe quod medium est inter commune & priuatum. ¶ In contrarium autem est verbum citatum Arist. nempè, Iustitia est tota virtus, hoc est, Omnis virtus est quædam iustitia. Cui sententiæ accedit non modò vulgaris sermo, verum & Euangelicus: Nisi abundauerit iustitia vestra. Vbi omnis virtus censetur iustitiæ nomine. Vnde fit vt omnis studiosus dicatur iustus.

Primum argumentum.

Cõfirmatio.

Argumen 2.

Argumen. 3.

Aristot.

Argumen. 4.

Aristote.

AD plenam quæstionis resp̃onem quinq; opus est conclusionibus. Nam arbitrati sumus tres articulos S. Thomæ sub vno titulo luculentiùs ac subindè cõmodiùs posse dici. Prima. Optimè iustitia primùm omnium diuiditur in iustitiam generalem & particularem. Probatur conclusio. Iustitia, quod idem repetere oportet, est hominis virtus per comparationem ad alium: cõparatio autẽ hęc duobus modis fieri potest. Cõfertur enim homo vel ad alium, ceu singularem ciuem consideratum: vel ad alium consideratum, vt publica præditus est authoritate, qua bonũ cõmune administrat. Nam res publica, ac princeps eam administrãs respectũ habet ad omnes ciues, atq; ad ipsum singuli. Itaq; sicut in corpore humano membrũ vnum cõparatur, & ad alterum & ad totum, ad quod partes ipsæ ordinantur: sic & in republica se habent ciues. Ex vtraq; ergò comparatione sumi potest ratio iustitiæ. Quocirca iustitia quæ ordinat ciuem ad ciuem, tanq̃ vnam partem ad alteram, est particularis: sub qua militant cõtractus omnes emptionis, locationis, restitutionis, mutuati, solutionis mercedis, &c. Altera verò quæ ordinat ciues in bonũ cõmune, est iustitia generalis: quæ quidem sic nominatur, tũ ab obiecto & fine: nam bonũ cõmune est omnium generale: tum etiã ab affectu & proprio munere: nẽpè quòd virtutes omnes ordinat ad tale cõmune bonũ: videlicet vt vir fortis strenuè agat in bello ob cõmune bonum, & vir temperatus abstineat ab alieno toro ob conseruationem eiusdẽ cõmunis boni. Et quoniã ordo iste partium ad cõmune bonum fit per leges quibus princeps vniuersos ad idem bonum instituit, eadem iustitia nominatur etiam legalis. ¶ Restat autem dubium quod tertio argumento quærebatur, vtrum scilicet hæc generalis virtus sit singulis virtutibus eadem per essentiam. Itaq; sicut animal quod est genᵘ per essentiã prædicatur de singulis speciebus, sic & prudentia & fortitudo sit iustitia. Obidq; subiungitur secunda conclusio. Iustitia legalis ac generalis non est eadem per essentiam singulis virtutibus, sed est specialis virtus, cunctas per propriũ imperium referens in commune bonum. Dilucidatio conclusionis abundè illam demonstrat. Bifariàm enim res dicitur generalis: Vno modo per prædicationem, sicut animal est genus ad suas species: & quod hoc modo est generale, ad essentiam eorum pertinet, quibus est generale. Quare essentialiter de singulis prædicatur: nam genus est de essentia specierum. Alio modo quidpiam dicitur generale secundùm virtutem: videlicet quia causa est inferioribus influẽs: quẽadmodũ sol respectu omnium inferiorum causarum. Et quod hoc modo est generale, non est particularibus idem essentialiter, neq; de illis prædicatur. Ignis nanq; non est sol. Ex hac diuisione colligitur conclusionis ratio. Iustitia generalis nullatenus est genus respectu aliarum virtutum: sed hac duntaxat vi pollet vt cunctas referat in bonum commune: ergò non est idem illis essentialiter, sed est quędam specialis virtus cæteris imperans. Exemplum nobis accommodatissimum elucet à charitate. Hæc enim, virtus specialis est, secundùm propriam rationem à fine atq; spe distincta, nihilo minus per eius imperium vniuersa aliarũ virtutum opera refert in Deum tanquàm in finem supranaturalem. Dum enim quis aut strenuè agit in bello, aut cum moderamine tangibilibus vtitur propter naturalem honestatem, opus illud fit à solis virtutibus. Si autem eadẽ exhibeat opera propter Deum, relatio illa fit à charitate. Quemadmodũ vbi quis furatur propter fornicationem, furtum elicitur ab iniustitia: imperatur autẽ à luxuria. Pari ergò modo, si quis in officijs particularium virtutum sese exerceat propter peculiares earundem fines, officia illa non excedunt limites illarum virtutum: dum verò eadem præstat officia propter custodiã & cultum boni communis, & vt publicis legibus obtẽperet, relatio illa fit à iustitia legali, quæ ideò dicitur generalis. Quòd si interroges quidnam sit vnam virtutem alijs imperitare: respondetur nihil aliud quàm ceu causam vniuersalem illas ad opus admouere, atq; vnà cũ ipsis ad idem opus concurrere. ¶ Tertia cõclusio. Iustitia hæc generalis & legalis potissimũ residet in principe quasi architectonicè, ac deinde in subditis, qua probè afficiũtur vt prõpte legibus ac principio obtẽperẽt. Enimuerò sicuti architectus lapides omnes & ligna disponit qualiter ad fabricã est necessarium: sic debet princeps ciues omnes ad bonũ cõmune instituere ac referre. ¶ Quarta conclusio. Vnaquæq; virtutũ cõsiderata vt à iustitia legali imperatur, potest denominationem suscipere, vt legalis dicatur: quemadmodùm omnis virtus secundũ rationẽ qua à charitate imperatur, dici potest quodãmodò charitas. Hæc conclusio ad interpretandũ Aristotelẽ adiecta est. Quòd enim ait, Iustitiã esse totã virtutẽ, hunc exhibet sensum, q̃ quælibet virtus imperata à iustitia legali quodãmodo est iustitia legalis. ¶ Quinta cõclusio. Præter iustitiã legalẽ quæ modo exposito generalis est, requiritur particularis. Probatur sic. Virtutes, vt sæpè dictũ est, per obiecta discernuntur: præter rationẽ autem obiectũ iustitiæ legalis, quæ est reliquarũ virtutum opera in bonum cõmune referre, est alia particularis ratio reddẽdi vnicuiq; quod suũ est: ergò ad hoc necessaria est particularis iustitia. Et cõfirmatur hæc ratio. Præter legalem iustitiã requirũtur alię virtutes particulares, scilicet fortitudo & temperantia ad eliciẽdos actus circa sua particularia obiecta: non obstante ijdem actus ab eadem legali iustitia referãtur in bonũ cõmune: ergò pari iure requiritur iustitia particularis ex quã eliciatur opus circa suum obiectum: quod quidem aliquãdo imperatur ab eadẽ iustitia legali, aliquãdo verò minimè. Potest enim quis mutuatũ reddere, aut mercedẽ soluere operario: non propter obedientiã legis, neu propter bonũ cõmune, cuius nullũ habet amorẽ: sed vt seruet suã fidẽ propter seipsum: & tũc talis actus emanat à sola iustitia particulari. Si autem id faciat propter bonũ cõmune, & vt legi auscultet, tunc imperatur à legali. Qua ratione non solũ Philosoph. locis suprà citatis duas species ponit iustitiæ: &. 5. Ethico. ca. 2. expresse ait sermonem facere de iustitia quæ est pars virtutis: hoc est particularis iustitia: verum & sacri Doctores eãdẽ vbiq; notãt distinctionẽ. Vnde Chrysost. super illud Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã: aut vniuersalẽ virtutem ait illic designari, aut particularẽ, auaritiæ contrariã. ¶ Prima cõclusio extra vllã controuersiam cunctis est doctoribus receptissima: nã omnia tã sacra q̃ prophana appellãt quemcunq; studiosum iustum, ac perinde quamcunque virtutem quodãmodo iustitiam. De secunda autem non omnes neoterici D. Thomã auscultãt, imò ab ipso resilientes negant iustitiam generalẽ ac legalẽ, esse specialẽ virtutẽ: sed aiũt esse rationem quandã omni virtuti per essentiam cõmunẽ. Inter hos est Buridan. qui. 5. Ethico. q. 4. hanc statuit sententiam aduersus S. Thomam. Itaq; secundũ istos temperãtia, quatenus hominem mouet vt moderato vtatur cibo & potu propter particularẽ honestatẽ aut ratione studij aut sanitatis, rem habet & nomẽ temperantię: sed quatenus ad idipsum hominẽ inclinat vt legi obediat & principi, est iustitia legalis. Et æqua ratione fortitudo atq; aliarũ vnaquælibet. Arbitrantur nãq; singulas per se virtutes illam habere innatã rationẽ obediendi legi. Probationem suam Buri. ex penu Nominaliũ deprómit. Superfluè enim, inquit, multiplicantur virtutũ habitus, vbi non sunt necessarij. Singulæ autem virtutũ suopte ingenio appellunt hominem ad studiosè agendum, non solùm ob particulares fines, verum & propter bonum commune, & ad parendum legibus: ergo superuacanea est alia specialis virtus, cui

Ratio cõclusionis. Prima conclusio. Probatur.

Tertia conclusio.

Probatur cõclusio.

Quarta conclusio.

Secunda conclusio.

Dilucidatio conclusionis.

Quinta conclusio.

Probatio cõclusionis.

Cõfirmatio.

Aristot.

Chrysost.

Neotericorũ sententia.

Buridanus.

Motiuũ primũ Buridani

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aristot.

hoc muneris tribuatur. Secundam præmissam videtur sibi ipse colligere ex Aristot. 2. Ethico. cap. 4. vbi docet omnem virtutem id perficere vt fiat opus ex electione propter finem honestum: bonum autem commune & legis obedientia est honestissimum: ergò quæcunq; virtus in illam rationem finis inclinat. Mox omnis virtus perficit habentem, vt perpetuò operetur, quando, vbi, & quomodò oportet: sed ſę penumero occurrit agendum esse propter bonum commune, atq; ad obedientiā legis: ergò quælibet tunc virtus, si virtus est, id per se præstare poterit. Accedunt huc & Aristotelica testimonia: ait quippe. 4. Ethico. cap. de Magnificentia, magnificum non esse in seipsum sumptuosum, sed in communia. Et lib. 3. de Fortitudine ait, illam virtutem potissimum versari circa pericula belli: bellum autem, vt iustum sit, geri non potest nisi ob commune bonum: ergò particulares virtutes rationem habent generalis iustitiæ, atq; adeò non est alia specialis necessaria. ¶ At verò argumenta hæc non sunt tanti roboris quàm isti existimant. Imò & ratio cum primis, & deinde Aristot. documenta è regione illis obsistūt. Primùm enim hoc ipsi nobiscum postulatum suscipiunt, quòd ratio legalis generalisq; iustitiæ est agere propter bonū commune, & propter obedientiam legis. Ex hoc autem loco emergit contra istos manifesta ratio. Stat enim quempiam probè esse virtute affectum ad operandum propter particularem finem, non autem propter communem: & vice versā: vbi autem sunt difficultates diuersæ agendi, diuersis opus est virtutibus: ergò iustitia legalis alia est à particulari. Antecedens experientia compertum est. Videas nanque abstinentem hominem qui propter honestum particulare bonum frugaliter viuit, & tamen nullo ducitur legis respectu. Imò forsan odium eius habet: quia odio habet prælatum. Obidq; si opus aliam non haberet honestatis rationem, nunquàm propter legē illud exequeretur. Rursus, opus virtutis facere propter obedientiam, aliam rationem habet quàm illud facere propter alium honestum finem: sicuti & ieiunium frangere propter famem, aut ex contemptu legis, diuersa sunt vitia: ergò & obediētia & temperantia diuersæ sunt virtutes. Aliàs profectò si quam impugnamus opinionem vera esset, nulla opus esset speciali virtute obedientiæ: sed sufficerent virtutes aliæ in quarum materijs obedientia versatur. Accedunt & Aristo. testimonia. Primum ait. 5. Ethico. complures in proprijs posse vti virtute, qua tamen nequeunt in ordine ad alterū. Et. 3. Polit. ca. 3. ait

Secunda ratio eiusdem authoris.

Aristote.

Primum argumentum contra Buridanum.

Aristot.

non esse eādem virtutem viri boni & boni ciuis: bonus autē ciuis est qui bono publico probè inseruit. Alia est ergò legalis virtus, quæ ad hoc inclinat, ab alijs particularibus. Quin age Arist. expresse. 5. Ethico. ca. 1. duas distinguit iustitiæ virtutes, legalem & particularem ex diuersitate obiecti: quarum prioris obiectum dicit esse iustum legitimum & legale: posterioris verò, ęquum quod est ad priuatam personam. sicuti in naui alia est virtus remigeri, puta industriè remigare, etiam si de salute nauis nihil cogitet: alia verò gubernatoris eandem procurantis salutem: ergo iustitia legalis non solùm dicit rationem generalem omnium virtutū, sed specialē virtutem. ¶ Vnde ad primum Buridani argumentū negatur particularem virtutē ad bonum commune per se suum referre opus, sed hoc illi præstat iustitia legalis: sicuti particularis virtus nō est charitas nisi quatenus à charitate refertur in Deum. Et ad priorem Arist. authoritatem respondetur ipsum non affirmare ęp magnificentia operetur ob bonum commune, sed ait esse vtilē multitudini. Neq; verò fortitudo in idem per se inclinat commune bonū. Aliud enim est ęp bellum non sit principi indicendum aut suscipiendum nisi propter commune bonum: aliud verò quòd cuiusq; militis fortitudo ad idem se referat bonum.

Ad primum argumentum Buridani.

EX his ergò facilis fit descensus ad principalium argumentorum solutiones. Ad primum enim respondetur, iustitiam quæ numero ponitur cardinalium, non esse legalē & generalem, sed specialē. Quòd autem aliarum nullam, puta neq; temperantiā neq; fortitudinem diuidamus in generalem & particularem, ratio est, ęp sunt, vt suprà diximus, in appetitu sensitiuo, qui non se extendit ad commune bonū, sed circa particularia versatur: iustitia verò quæ est in voluntate intellectualem sequente cognitionem, ad idem protenditur commune bonū. ¶ Ad tertiū respōdetur, ęp quia peculiare cuiusq; bonum referri in cōmune & publicum potest: fit vt legalis iustitia omnibus imperet singularib⁹ virtutibus, ac perinde omniū opera dicātur æquitates, sicut & cuncta vitia, iniquitates: secūdū illud. 1. Ioā. 3. Omne peccatū est iniquitas. ¶ Ad quartum tripertitum argumentum respondetur ęp etsi legalis iustitia abunde sufficiat per suum imperium cuncta virtutum opera referre in bonum commune, nihilo minus requiritur iustitia particularis ad eliciendum actum respectu sui proprij obiecti: sicuti & requiruntur virtutes aliæ particulares. Neq; verò bonum commune & priuatū ea sola ratione differunt, qua vnum & multa: sed quia

Ad primum argumentum Buridani.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Aristot.

alia est ratio cōmunis boni, atq; alia singularis: sicuti alia est ratio totius atq; alia partis. Quare Arist. 1. Poli. eos subsannat, qui putabant ciuitatem non aliter à domo differre, ę differunt multum & paucum. Attamē quia inter partes eiusdem familię, vt suprà dictum est, non est propria ratio iusti, non distinguitur tertia species iustitiæ.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum Iustitia particularem habeat materiam, an verò circa aliarum passiones & materias versetur.

Primum argumentum. Augustinus.

OVoniam dictum est particularem iustitiam esse specialē virtutem, habet peculiarem rationem obiecti. Quæritur vtrum peculiarem sibi quoque vendicet materiam. Et arguitur à parte negatiua. Augustin. li. 83. quæst. vbi virtutes animi quibus in hac vita spirituali ter viuitur distinguit in quatuor, quæ sunt temperantia, prudentia, fortitudo, iustitia, subdit ęp iustitia per omnes diffunditur: cui cōsonat glossa super illud Gen. 2. Fluuius quartus ipse est Euphrates, quod interpretatur frugifer: quę dicit ob id non meminisse scripturam contra quos perfluat, sicut dixit de cæteris tribus, ę

Glossa.

Argumen. 1.

iustitia quæ quartum locum inter virtutes tenet, ad omnes animæ partes pertinet. ¶ Secundò arguitur. Si iustitia peculiarem sibi vendicaret materiam, eò esset quòd propriè circa operationes versatur: reliquæ verò circa passiones.

Aristot.

Attamen Philosophus. 2. Ethicorum, moralē virtutem circa voluptates & tristitias versari docuit: ergò & iustitia versatur circa eadem. Eò potissimum quòd operationes iustitiæ, vt suprà dictum est, corruptis affectionibus impediuntur. Nam turpis concupiscentia originem & fomentum adulterio ministrat quod est iniustitia: & auiditas pecuniæ impedimento est virtuti iustitiæ nè debitum persoluat: ergò iustitiæ non est asscribenda particularis materia. ¶ In contrarium est quod Aristo. 5. Ethicorum, ponit iustitiam quæ est pars virtutis, hoc est specialis virtus quæ versatur in actionibus, puta in commercijs hominū emendandis.

Aristot.

QVæstio hæc nihil ad legalem iustitiam attinet: nam si cunctis virtutibus imperat, inde fit consequens vt omnium materiæ sint sibi subditæ: quanuis eius oculus ad opera tiones potius aspiciat. Ait enim. 5. Ethicorum Philosophus, quòd lex fortia opera præcipit, & quæ temperati, & quæ mansueti, &c. Sed quæstio est de iustitia particulari. De qua duæ conclusiones statuuntur. Prior est. Iustitia nō versatur circa totā materiam omniū virtutum, sed solùm circa externas actiones & res. Probatur. Vniuersa rerū sylua quę nostro subsunt arbitrio atq; ad rationis normā emēdari possūt, est materia moralium virtutum. Inde enim virtus dicitur moralis, quòd morum est compositrix & cultrix. Sunt autem tria genera quæ nostræ subduntur voluntatis nempè affectus animi, actionesq; externæ, ac demū res ipsæ, quæ in nostrum veniunt vsum: homo verò ad alterum per actiones tantùm ordinatur & res: nā passionum moderatio & mitigatio ad hominis in seipso propriè rectitudinē pertinet. Cū ergò iustitia hoc à reliquis virtutibus distet, ęp reliquæ hominem in seipso componunt, iustitia verò inter plures æquitatem cōstituit, fit vt propria materia iustitiæ sint operationes & res: puta honorem debitum alteri deferre, & à contumelijs abstinere, & pecuniam vel quamcunq; aliam rem creditori debitam reddere.

Prima conclusio.

Probatio cōclusionis.

¶ Posterior conclusio. Iustitia non versatur circa passiones internosq; animi affectus. Hęc ex superioris ratione colligitur: explicatur autem duabus alijs. Primò ex parte sui subiecti, quod est voluntas. Enimuerò voluntatis actiones neque rem habent neq; nomen passionum, vt. 1. 2. q. 22. ar. 3. inde S. Tho. ratiocinatur ęp passio secum affert corporalem transmutationē, quæ propriè in solo est appetitu sensibili: cùm ergò iustitia non sit nisi in voluntate, non versatur circa passionem. Item quia materia iustitię vt modo dixīmus, in eo posita est quod est erga alterum: cùm ergò latentes passiones non proximè ordinantur in alterum, fit vt hæc virtus non sit circa passiones. ¶ Cōclusiones istæ nō tantùm apud Diuum Thomam, verum & planè apud Arist. 5. Ethicorum inuenias. Quare illorum qui eius doctrinam studio contemplati sunt, nemo est qui eas inficiatur. Nihilominus nōnulli Nominaliū, vt Buridanū. 5. Ethicorum. q. 1. miratur quod Diu. Thom. talem constituat differentiam inter materiam iustitię & aliarum virtutum. Imò vt omnes, inquit, virtutes in voluntate sunt, ità & omnes ac pariter iustitia reprimere habent passiones quæ suam cuiusque electionem impediunt. Et vice versā cæterę virtutes circa operationes quoque ac res versantur. De quo tamen doctore magis esset mirandum quod tam in superficie legerit Aristot. Turmia autem argumentorum eius ad illud principium resoluitur, cuius ixm fit prā falsitatem aperuimus. Principium verò

Secunda.

Buridanus.

Prima ratio cōclusionis.

Vltima conclusio.

est hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio Buri dani.

est hoc,Cuicunque virtuti incumbit rectam facere electionem circa suum obiectum:sunt autem passiones multæ iustitiam perturbantes nè debitum cuiq; reddat:vt amor,odium, auaritia,turpis cupido,& similes:ergò iustitię munus est passiones has reprimere. Versatur ergò iustitia circa passiones.Et vice versa, fortitudo & temperantia non solùm circa passiones, verùm & circa actiones ipsas exteriores & res versatur:nam comedere ac bibere, quando & vbi oportet,sunt operationes: & tamen sunt temperantiæ. Atq; adeò esca & potus sunt res circa quas eadem virtus versatur:non ergò tantum circa internas illecebras, verum circa operationes vice sua fungitur. Pari modo strenuè pugnare est exterior operatio, quæ tamen à fortitudine proficiscitur:ergò permista est materia iustitiæ & aliarum virtutum:atq; adeò defendi non potest,vt iustitia versetur circa operationes externas, aliæ verò circa passiones.

Altera ratio in S. Thomã

¶Fit arguitur præterea in gratiam istorum cõtra fundamentum sancti Thomę.Si iustitia nõ versaretur circa passiones,maximè quia per illas homo ordinem non habet ad alterum: hoc autem est falsum:quia ira & concupiscentia alienæ vxoris sunt iniuriosæ proximo, vt suprà diximus:ergò illa reprimere pertinet ad iustitiam.Par etiam argumentum currit de temperantia & fortitudine.Etenim si virtutes illæ nõ versarẽtur circa exteras operationes, maximè quia per illas non benè homo afficitur erga seipsum:hoc autem est falsum:quia cibo & potu ex virtutis præscripto vti,hominem respectu suiipsius adornant,ergò temperantia versatur circa illas operationes. ¶Hinc ergò isti colligunt vnamquanque virtutem in duas esse secandam:videlicet vt vna iustitia sit in appetitu ad reprimendum passiones,atq; altera in volũtate ad faciendam electionem. Et simili ratione vna sit temperantia in concupiscibili,& alia in voluntate:vnaq; similiter fortitudo in irascibili,atque in voluntate altera. At verò quàm isti pugnanter Aristoteli aduersantur,oculatissimus quisq; iudex esto.Etenim.2. Ethicorum nullum adscribit subiectum temperãtiæ & fortitudini nisi appetitum sensitiuum: & libro. 3. capitul. 10.expressè id de temperantia confirmat.Et lib.5.cap.1. non aliud designat subiectum iustitiæ quàm voluntatem:vbi ait esse habitum volendi iusta.Sed quando Arist.id non docuisset,ratio ipsa efficax est, quam iam suprà declarauimus.Enimuerò temperantia vniuersas affectiones appetitus cõcupiscibilis reprimere sufficit,quomodocunq; illas consideres:siue vt sint impedimenta ipsius temperantiæ,siue iustitiæ, siue cuiuscunq; alius virtutis: quapropter superuacaneum est aliam illic ponere virtutem ad easdem sedandas.Et idem est de fortitudine respectu irascibilis:nulla ergo illic collocanda est iustitia: quandoquidem reliquæ ei satis ancillantur.Quod profectò nemo inficias ire possit,qui Aristotelem intellexerit. 5.Ethicorum:vbi medium iustitiæ non ait esse medium rationis inter affectus: sed mediũ rei, vt illicò dicturi sumus. Item manifestissimè arguitur contra istos.Affectiones appetitus cõcupiscibilis sicut sunt virtuti iustitiæ impedimento, ità & nonnunquàm virtuti fortitudinis:ergò si illa ratione ponenda est iustitia in concupiscibili,eodem iure ponenda est & illic fortitudo:& æqua ratione in irascibili temperãtia:quod esset cunctas indoctè commiscere virtutum sedes.Igitur vt semel istorum Achillem in ipsos obuertamus,nihil in virtutum ordine admitti debet superuacaneum:temperantia autem sufficit in concupiscibili,& fortitudo in irascibili:ergò illic nulla opùs est virtute iustitiæ. Rursus.sedatis passionibus appetitus sensitiuus voluntas se sola rectam facit electionem, quia per se inclinatur ad opus bonum: ergò in voluntate ad hoc munus non opùs est aut temperãtia,aut fortitudine:sed tantùm iustitia respectu alieni boni. ¶At verò nè vllus tibi reliquus fiat scrupulus,Quando dictum est nullas per se passiones ad iustitiam attinere,intelligit ur tanquã eius materiam:nam tanquàm eius effectum & quodammodò finem,certum est quòd illam sequitur gaudium,sicuti iniustitiam tristitia. Ait quippe Aristot.5.Ethicorum : Non est iustus qui non gaudet iustis operationibus. Et lib.8. Delectatio,inquit, est virtutis finis,ob quã studiosi operantur:sic uti & qui prauè agunt, tristitia illicò premuntur.Ex quo fit illud.2. Ethicorum quod aduersarij nobis obijciunt,videlicet moralem virtutem circa voluptates & tristitias esse,si intelligatur tanquàm circa materiam,solis virtutibus appetitus sensitiui congruere:si tamen sic intelligatur quòd nulla sit moralis virtus quę nõ lætitiam generet & moestitiam pellat,iustitiæ etiam commune est.

Aristot.

Rõ efficax contra præfatã opinionem.

VT autem solutiones argumentorum contrariæ opinionis clarescant ; respondetur ex ordine ad vniuersa.Ad primum ergò in frõte quæstionis positum respondetur quòd iustitia particularis,licèt essentialiter ad vnam partem animæ,putà ad volũtatem in qua sita est, pertineat:tamen quia voluntas reliquas partes mouet atque ad sua officia applicat,fit vt iustitia,non quidem directè,sed tamen per quandã redundantiam ad omnes effundatur. Et hoc quantum ad glossam, de Euphrate, qui comparatur iustitiæ ad omnia diffluenti. Nam Augustinus loco citato aliter secũdum intellectũ Diui Thomæ distinguit illas quatuor virtutes animi. Virtutes eñ cardinales dupliciter vsurpantur: Vno modo vt sunt speciales virtutes suis obiectis distinctæ : Alio verò vt quatuor designant modos vnicuique virtuti competẽtes. Ait enim quòd prudentia est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum: Temperãtia verò est refrẽnatio cupiditatis ab his quę temporaliter delectant : Fortitudo est virtus animi aduersus ea quæ temporaliter molesta sunt: Iustitia est quæ per cæteras diffunditur, dilectio Dei & proximi. ¶Secundi argumenti responsio materiam luculenter dilucidat. Enimuerò inter internos affectus atq; exteras actiones & res ipsas talis est ordo, ꝙ actiones medio sunt loco inter affectus,qui earum sunt principia, & res quę sunt earundem materia. Passiones ergò, scilicet ira, cupiditas, auaritia. &c. per seipsas neque profunt quidem proximo neq; nocent,atque adeò sic cõsideratæ nihil attinent ad iustitiam: obidque diximus talium per se mitigationem affectuum ad ipsum habentem in seipso attinere:nocent autem aut profunt proximo per externas operationes. At verò quòd quis alteri nocuus sit aut iniurius, ex duplici defectu oriri assolet:nempè vel ex voluntatis iniquitate, vel ex praua affectione sensitiui appetitus. Exempli gratia : Potest quis alteri rem aliquam surripere aut dãnum dare, non quidem ex cupiditate habendi, sed ex voluntate nocendi. Imò posset quis isto modo violare alterius torum, non ob voluptatem carnis, sed tantùm vt noceat. Et econuerso, vt plurimum consuevit,potest quispiã rem eripere alterius, non quidem ex animi iniquitate, quia mallet non nocere, sed ex cupiditate. Discerne ergò virtutum officia,suumq; cuique tribue. Emendatio rectificatioq; operationis quatenus æquitatem ad alterum important, functio iustitiæ est. Quatenus verò ex corrupto affectu iniquitas oboritur, pertinet ad alias virtutes: vt ad liberalitatem, quæ auaritiam moderatur : & ad temperantiam, quæ restinguit cupiditatem. &c. Attamen quoniã exteriores actiones non fortiuntur speciem ab internis motibus,sed à rebus ipsis,fit vt eædem actiones potiùs sint materia iustitię,quàm alia rum virtutum.¶Quòd si demũ scisciteris quid opus erat accumulare actiones & res : nã cùm in actione intelligatur obiectum, & per obiectum designetur res,satis erat alterum ponere, Respondetur non esse otiose dictum: nam aliquæ sunt actiones quę non propriè versantur circa res,hoc est,circa possessiones:vt honoratio & dehonoratio,murmuratio,laudatio.&c. atque aliæ quę consistunt in rerum vsu, sicuti pecuniæ donatio, ablatio,rerumque quarumlibet restitutio : & omnia hæc sunt iustitiæ materia.

Augustinus.

Ad secundũ argumentũ.

Obiectio

Solutio.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm medium iustitiæ sit medium rei: eiusq; actus, ius vnicuique suum tribuere.

QVoniam definitum est iustitiam esse virtutem, & virtus omnis cõsistat in medio qđ suo actu constituit:consequitur vt perscrutemur an medium iustitię sit medium rei: eiusq; actus, ius suum vnicuiq; tribuere.Et arguitur à parte negatiua. Definitio generis,scili cet moralis virtutis vniuersis speciebus æqua ratione conuenit.Aristot.verò.2. Ethico. cap. 6.definit virtutem esse habitum electiuum qui in mediocritate consistit ea quæ est ad nos definita ratione.Et subdit hanc mediocritatẽ cõsistere inter duo vitia, puta inter duas affectiões quarũ altera exuperãs est,altera verò deficiẽs: ergò & mediũ iustitię inter passiones cõstituit. ¶Secundò arguitur. In his quæ sunt simpliciter bona non est accipere superfluum aut diminutum, atque adeò neque medium: cuius exẽplum Aristot. 2. Ethicorum in virtutibus ponit: virtus enim quo maior,eo melior : iustitia autem,vt habetur.5,Ethic.cap.1.versatur circa id quod est simpliciter bonum: hoc est absolutè in se bonum, quales sunt honores ac diuitiæ : ergò tale obiectum iustitiæ : non consistit in medio. ¶Tertiò: in prædicta definitione virtutis, propterea dixit Aristot. virtutem esse habitum in mediocritate consistentem, prout in ordine ad nos ratio definierit, quòd non respectu quorumcunque hominum idẽ est medium: nam quod alteri in cibis multum est, alteri est parùm: hęc autem discrepãtia pariter iustitiæ conuenit, non enim eodem supplicio plectitur qui in principem manus conicit, quo qui plebeium vulnerauit: ergò mediũ iustitiæ non est rei,sed rationis.¶Quartò denique arguitur.Si medium iustitię esset medium rei, maximè quia eius actus est reddere vnicuique quod suum est:hoc autem non est in vniuersum

Argumen.1.

Argum.2.

Aristot.

Argum.3.

Argum.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustinus uersum verum. Nam Augustinus. 14. de Trinitate, tribuit, ei etiã subuenire miseris. Et suprà
Cicero. citatus Cicero libro. 1. de Offi. ait beneficentiã ac liberalitatem ad iustitiam pertinere: per misericordiam verò & per liberalitatem non ius tribuitur, sed beneficium impenditur. ¶ Cõtrarium autem docet Philosophus. 5. Ethico. cap.
Aristo. 3. & 4.

QVæstio hæc perfacilis est breuissimisq; diluitur duabus conclusionibus, quæ ex proximè dictis planè colliguntur.
Prima cõclusio. Prior est. Medium quod est obiectum iustitię non est mediũ rationis vt in cęteris, sed mediũ rei. Loquimur enim hîc de iustitia particulari:
Aperitur titulus quæstionis. nam generalis nõ ad hoc obiectũ peculiariter angustatur, sed vastè ad omnes diffunditur virtutum materias, vt dictũ est. Oportet autem priùs terminos intelligere. Sunt enim qui res in præsentia distinguunt contra passiones: nẽpè q̃ cęterę virtutes moderentur passiones: iustitia verò cõstituat in mediũ rebus. Attamẽ & si perparùm ad rẽ referat, nõ distinguitur nisi contra rationẽ: vt per probationẽ fiet liquidũ.
Probatio cõclusionis. Probatur ergò cõclusio ex his quæ dicta sunt. Hoc nãq; discrimẽ inter iustitiam & reliquas virtutes cõstitutum est, q̃ illæ versantur circa passiones: hæc verò circa actiones & res: inter virtutes autem non constituitur mediũ virtutis ex ipsa natura rerũ, sed rationis iudicio. Exẽpli gratia: Temperantia cõsistit in mediocritate passionũ: nempè vt nõ plus minúsve sumas quàm oportet: hoc autem plus & minus non perpenditur ex natura rerum, vt scilicet librã omnes sumãt, aut tali certa hora. &c. sed prout expedit cuiusq; valetudini pro loco & tẽpore. Quare qđ parcissimo Diogeni multũ erat, voraci Miloni, qui, vt est in fabulis, integrum edebat bouem, erat parùm. Medium autem iustitiæ, quia consistit in rerũ æqualitate ad alterũ, nõ ex illo rationis perpendiculo & arbitramẽto, sed ex ipsa natura rerũ sumitur. Emis domũ, verbi gratia, aut conducis operas alienas: debet pretiũ rebus ipsis æquari. Sicut duę quãtitates natura sua sunt æquales. Deniq; iustitia nõ dicitur constituere mediũ rei vt res distinguitur contra rationem, eò quòd tale medium nõ sit rationi consonũ: imo est maximè. Nihil enim magis docet aliud ratio q̃ vt debito æquale creditori reddas: sed quia ratio pendet à rerũ natura. Propterea inquã q̃ constituitur æquale in rebus, illud fit rationi cõforme. Neq; verò medium aliarũ virtutũ ideo dicitur medium rationis, quòd nõ constituatur in rebus: imò constituitur inter appetitum sumẽdi multum, & appetitũ sumendi parum: sed quia, vice versa, tale mediũ à ratione depẽdet tãquàm à causa. Non enim librã panis comedere est mihi medium, nisi quia ratio prudentiæ, pensata natura & conditione mea: arbitratur hoc mihi congruere. Vide ergò quàm ex arte Diuus Thomas quasi mathematico more rẽ tractet. Videri enim poterat, sicuti impugnatorib⁹ suis visus est, ineptè cõstituere differentiam q̃ reliquæ virtutes versentur circa passiones: iustitia verò circa operationes & res: & tamẽ id necessarium fuit vt substerneretur via ad demonstrandũ discrimen inter mediũ iustitiæ & medium aliarũ virtutũ. ¶ At vnum tamen posset quispiam ex Theologiæ tyronibus cogitare cõtra hoc argumentũ. Videtur enim temperãtia quandoq; cõstituere medium rei modo expositi: videlicet dum coniunx operam dat liberis, quãdo & vbi oportet, nempè vtendo sua & non aliena: nã in hoc seruat illi fidem quã debet, & vtendo aliena irrogat ei iniuriam, eandẽ frangendo fidem. Ex superioribus autẽ facilis est respõsio, q̃ dum quis alieno toro abstinet concupiscẽtiam refrænãdo, pertinet ad temperantiã: dum verò id facit, vt ius coniugi seruet: pertinet ad iustitiam. Hãc autẽ iustitiæ medio critatem quæstio quinta latiùs explicabit, & ideò hîc supersedendũ est. Illic enim elucidabimus quemadmodùm hoc mediũ rei aliter in distributiua iustitia constituatur, atq; aliter in cõmutatiua. Illa nãq; sequitur medictatẽ Geometricam: hæc verò Arithmeticã. ¶ Posterior conclusio præsentis articuli est de actu iustitię. Proprius inquã eius actus est reddere vnicuiq; quod suũ est. Conclusio hæc annexa est, germanaq; superiori. Si enim obiectum iustitiæ est medium in rebus constituere, quo æqualitas inter homines constet, æqualitas autem idẽ est quod iustũ, iustũ verò, vt suprà diximus, idẽ prorsus quod ius, cõsequens apertissime fit vt actus iustitiæ sit, ius suum vnicuiq; tribuere, vt Iurisconsultus in definitione suprà posita affirmauit. Cui & Ambrosius. 1. de Offic. cõcinit vbi ait, Iustitia est quæ vnicuiq; quod suũ est tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriã negligit, vt cõmunem æquitatẽ custodiat. Quod, vt in subsequentibus patebit, vtriq; speciei iustitiæ particularis conuenit, scilicet tam distributiuæ quàm cõmutatiuæ. Nam iustitia generalis, vt suprà diximus, multò habet latũ officiũ: quippe quæ nõ habet peculiare obiectum: atq; adeò actus eius, nõ est hic tantum, sed, vt dictum est, virtutes omnes in cõmune bonum referre. ¶ In hoc autẽ quod dicimus, ius vnicuiq; tribuere, includitur & hoc quod est, neminem lædere, quod Ambrosius ait, alienũ non vendicare. Iustitia nanq; licet priùs conueniat cõmutationibus voluntarijs in quibus vterq; contrahentium alteri tribuit: deriuatur tamẽ ad inuoluntaria, quibus alter tantùm ab altero inuito quidpiam aufert.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum principaliũ respondetur, quòd cùm mediũ rei, vt expositum est, sit etiam rationi cõsonum, hac ratione definitio virtutis moralis in iustitia
Ad secundũ argumentũ. quoque seruatur. ¶ Ad intellectum autem secundi, meditare priùs, bonum duobus modis
Gemina acceptio boni. simpliciter dici bonum. Priori scilicet, quia sic est omnimodè bonum, vt nullã possit admittere rationem mali. Quemadmodùm est gratia, & gloria, ac subinde virtutes. Et isto modo quanto bonum maius est, tanto excellentius. Quare sicut modus amandi Deum est ipsum sine modo deamare, quia amatur tanquàm finis: sic & ista bona concupiscenda sunt & procuranda. Id quod & Philosophi de sanitate sentiunt, quæ non, vt medicina præscripto modo sanitati commẽsurato, sed absolutè est deamãda. Quocircà virtus non dicitur sic simpliciter bona, vt in suo obiecto non possit contingere superfluum & diminutum: sed quòd augmentum ipsius habitus nunquàm erit superfluum.
Aristot. Alio verò modo aliquid dicitur simpliciter bonum, quia absolutè secundùm suam naturam cõsideratum est bonum. Et hoc modo ait Aristot. iustitiam versari circa simpliciter bonum. Nam honores & possessiones secũdùm suam naturam sunt bona vtilia: nempè ad fœlicitatem cõducentia. Attamen bonum vtile debet commensurari fini secundùm dispositionem subiecti: sicut medicus pharmacum ægroti cõmoditati admetitur. Hac ergò ratione res ipsę, vt per se sint bonæ, tamen dum veniunt in nostrũ vsum, excedere possunt ac deficere. Quãobrem iustitia medium in illis constituit: vt scilicet non minus reddas quàm debes: neq; verò
Ad tertium argumentũ. plus repetas, quàm est id quod tibi debetur. ¶ Ad tertium respondetur quòd etsi iustitia medium rei consideret, tamen quia iniuria ratione personæ cui irrogatur crescit, qualitates
Ad quartum argumentũ. etiam personarum contẽplatur, vt secundùm quantitatem debiti, repensatio fiat. ¶ Ad quartum deniq; argumentum respondetur, quòd vbi Augustinus iustitię ascribit subuenire miseris, non censet iustitiæ, quatenus dicit rationẽ debiti, per se id proprie competere, sed liberalitati & misericordiæ: quæ ea ratione qua sunt ad alterum, reducũtur ad iustitiam tanquàm partes eius potentiales: vt alibi suprà diximus, & lib. 8. explicatius dicturi sumus. Id quod Cicero loco citato significantius asserit, dicens iustitiæ coniunctam esse beneficentiam, quam eandem, vel benignitatem vel liberalitatẽ appellare licet.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm Iustitia inter morales virtutes sit eminentissima.

POSTREMO deniq; articulo quæstionis huius conferenda est iustitia cum reliquis moralibus virtutibus, quærendũq;, adeò sitne omnium præstantissima. Et arguitur à parte ne
Primum argumentum. gatiua. Largiri hominem de suo id quod nemini debet præstantius est & rarius quàm id reddere cuius est debitor: tum quòd vbi minus est obligationis, maior est virtutis vis ad conferẽdum: tum quòd in hoc maximè assimilamur Deo, qui nõ ex debito, sed ex benignitate cõfert: liberalitas ergò præstantior est quàm iustitia, ac potissimum magnificentia: quæ vt. 4. Ethicorum ait Philosoph. omnium virtutum
Argum. 2. ac pariter iustitiæ ornamentum est. ¶ Secundò: arguitur quòd neq; cardinalium virtutum sit iustitia illustrissima. Prudentia nanque est vna quatuor cardinalium virtutum: & tamen est excellentior quàm iustitia, quod ex parte obiecti perpenditur, atque adeò ex parte subiecti. Edocet enim ex professo Aristot. 10.
Aristot. Ethicorum, cap. 7. intellectum esse potentiarũ omnium excellentissimam, atq; adeò voluntate excelsiorem, eò quòd, verum, dignius est odiectum quàm bonum: nempè vniuersalius, ac subinde à materia abstractius. ¶ Tertiò ar-
Argum. 3. guitur. Temperantia quæ vna est virtutũ cardinalium, multò est nobis vtilior quàm iustitia: ergò & eminentior. Probatur antecedens. Nam plura nobis commoda affert: videlicet & corporis salubritatẽ, & mentis trãquillitatem, voluntatisq; libertatem. Hæc enim omnia nobis intemperantia vitiat: quæ tamen tria commoda omniũ virtutum fundamenta sunt: scilicet tam intellectualium ad contemplandum, quàm iustitię ad legibus obsequendum, quàm etiam aliarum omnium, quæ corporis exercitio exhibentur. ¶ Quartò & de Fortitudine
Argum. 4. arguitur. Proprium nanque virtutis ingeniũ, vt. 2. Ethicorum author est Philoso. est ad difficile ac bonum conniti: Fortitudo autem circa difficilius versatur quàm iustitia: nempè circa pericula mortis, quæ omnium est terribiliũ maximum: ergò Fortitudo iustitiæ præstat.
¶ In contrarium autem est loco citato Cicero. Cicero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi ait, In iustitia virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur.

PRimum omnium expendendus est quæstionis titulus. Haud enim iustitiæ vel ad omnes virtutes fit cõparatio, vel tantùm ad cardinales, sed ad omnes præcisè morales. Primùm enim omnium virtutis ampliſsimũ genus diuiditur in illas quæ ratione obiecti supernaturales sunt, quales habẽtur Theologicę: atq; alias, quarum obiectum est naturale. Et quidẽ theologicas, puta fidẽ, spem, ac charitatem, esse omnium optimas atq; maximas, citra controuersiam est cunctis confessum: quippe quæ Deũ habent pro obiecto. Sed naturalium virtutum aliæ sunt intellectuales, aliæ verò morales, quarũ moralium multitudo ad quatuor reducitur cardinales. Quæstio ergò ad sui elucidationem quatuor exposcit conclusiones. Prima est. Virtutes intellectuales dignitate moralibus antecellunt. Conclusio est S. Tho. 1.2.q.66.arti. 3. Et probatur primò ratione subiecti. Nã cùm virtutis propriũ sit rationales actiones dirigere, illa quæ est in potẽtia, quæ per suam essentiã est rationalis, præstantior est illa cuius subiectum est rationale per participationem: intellectus autem est essentia ipsa rationis: voluntas autem eò est rationalis q̃ rationem participat ci obediendo, vt. 1. Ethic. planè Aristot. docet: ergò intellectuales virtutes præstãtiores sunt. Secundò id patet ex obiecto. Etenim q̃ verum præstantius sit bono inde patet, quòd verum abstraluit à rerum existentia: perficitur enim satis intellectus per veritatis cognitionem, siue res sint, siue nulla existat: bonum autem nemo appetit nisi vt habeat quod existentiam secum affert: existẽtia autem conditio est materialis: recipitur quippe natura in suppposito dum esse incipit: quo autem quidpiam defæcatius est ac purificatius à materia, eo præstantius est. Cum ergò verum, sit intellectualium virtutum obiectum: bonum autem moralium, sit vt intellectuales sint dignitate sublimiores. ¶ At verò hanc rationẽ, quia rari intelligunt, rari credũt. Haud enim negamus quin intellẽt̃ singularia etiam & rerum existentias cognoscere possit, neq; negamus quin vice versa voluntas possit quoq; appetere bonum in cõmuni: sed in hoc positum est discrimẽ, q̃ cùm intellectus sit potentia apprehensiua & indicatiua, in hoc perficitur quod est verum cognoscere: appetitus autem, quia fertur in obiectum, nihil appetit nisi illo fruatur, illudq; possideat. Fallax ergò argumentum est si arguas: Melius comparatiuum est boni: cùm ergò bonum sit obiectum voluntatis, sit vt suum obiectum sit melius q̃ verum. Fallax inquam paralogisinus est: quoniam verum ipsum est quoddam bonum, idẽque omnium præstantissimum. Quare in patria in illa intuitione Dei, qui est omnium veritatum abyssus, posita est nostra fœlicitas.

Prima virtutis partitio.

Subdiuisio.

Prima cõclusio.

S. Thomas.

Prima ratio.

Aristo. Secunda.

Solutio

¶ Accedit huc & doctrina Philoso. 10. Ethic. cap. 10. vbi sex rationibus constituit suprema fœlicitatẽ in rerũ contẽplatione cõsistere: hallucinando nanque odorabatur legitimã beatitudinem: licèt rem punctim non attingebat. Probat inquam fœlicitatem in intellectualium fruitione consistere: quoniam virtutes intellectuales primùm in potentia sunt nobiliori, nobiliorisq; sunt obiecti. Secundò, quia intellectualis operatio magis est continua, nam morales, quæ in rebus corporeis versantur, perdurare nequeunt. Tertiò, quia contemplatio suauiori dulcedine delectat quàm moralium exercitium. Item quia contemplatio perpetuò manebit in patria, non autem moralis virtus.

Aristot.

¶ Accedit prętereà q̃ ob easdem rationes vita contemplatiua actiuæ præcellit, pulchrioríq; adeò est, veluti Rachel quàm Lia, atq; adeò cõstantior atq; vberior, paucioribusq; indigens: cuius Maria sedens secus pedes Domini documento fuit, cùm Martha erga plurima distur-baretur. Conclusionem hãc eò tam multis cõfirmatã studuerim, q̃ mirari eos satis nequeo, qui plus dignitatis moralibus virtutibus detulerunt, quàm intellectualibus. Quibus ansam opinio illa porrexit, quã Scot. in. 4. dist. 49. q. 4. asseuerare pertendit: nempè volũtatem potentiam esse intellectu præstantiorem. Vnde inferunt non modò morales virtutes esse ante ferendas: ex quo palàm sequitur neq; vitam contemplatiuam actiuæ præstare, neque fœlicitatem in contemplatione consistere: verum subinferunt & ex moralibus, iustitiam altioris esse gradus quàm prudentiam. Cùm tamẽ corollarium nostræ conclusionis sit, prudẽtiam inter morales virtutes primas obtinere, vt D. Tho. eadẽ quæstione 66. ar. 1. affirmat. Et profectò præter rationẽ generalẽ aliarum intellectualium virtutũ, prudentia etiam si cõsideretur qua parte moralis est, pretiosior est alijs. Virtus eñ moralis à ratione tãquã à primęua radice probitatem suam ducit. Cum ergò prudentia rationem ipsam perficiat, cæteræ verò appetitum, optima omniũ est. Secundò prudentia est cæterarum omniũ ductrix atq; imperatrix. Nam cæteræ virtutes etsi rectam pariant intentionem finis: vt fortiter, temperatè ac iustè agere: tamen eundem finẽ solo prudentiæ officio, media disponentis, assequuntur: vt. 6. Ethi. cap. 12. author est Aristot. Excellit ergò

Aduersum argumentum.

Solutio quo ad vtrumlibet.

Refellitur proxima solutio.

ergò alias ratione simili, qua dux cæteris militibus imperat. Imò verò adeò illi cæteræ sunt cõnexæ, vt sine illa nulla obtinere possit virtutis gradũ. ¶ Anteà verò quàm hinc progrediamur, operæpretium est conclusionẽ hãc argumentis tẽtare, minimè inidoneis. Primùm, propria ratio virtutis, vt vel de nomine ipso deprehenditur, est applicare potentiã ad vsum: hoc autẽ nõ cõuenit intellectualibus, sed moralib⁹. Nã intellectualis virtus tãtùm præstat facultatẽ agẽdi, puta cognitionẽ, vt. 1.2.q.57.ar.1 scienter Doctor sanctus docuit: virtus autẽ quæ est in appetitu, applicat scientiã ad vsum, tam speculãdi quàm operãdi: habitus autẽ est propter vsum nã sine vsu otiosus est & superuacaneus: ergo intellectualis virtus est pròpter moralẽ: atq; adeò moralis, vt quæ rationẽ habet finis, præstantior est. Secundò, virtus moralis est, vt ait Arist. 2. Ethi. quæ bonũ facit habentẽ. Vnde, vt suprà diximus, neq; artes, neq; scientiæ simpliciter faciunt hominem bonum, sed sola moralis virtus. Quare maiori est laude digna: vtpote per quã apud Deum meremur, atq; ad beatitudinẽ gressus facimus. Cũ intellectuales virtutes esse possint sine vsu, probisq; atq; im probis cõmunes. Est ergò virtus moralis intellectuali perfectior. ¶ Argumẽta hęc eos qui rẽ in cortice summis labijs attingunt, permultum mouẽt: est tamẽ peregregia D. Tho. distinctio in eadẽ quæstione citatata, per quã facilè diluũtur. Ait enim nihil obstare quo minùs id quod simpliciter melius est, secundũ quid nõ sit alicui propter necessitatem melius. Philosophari nanq; melius est simpliciter q̃ ditari: inopi verò melius est ditari. Pari ergò ratione, licèt virtutes intellectuales meliores sint ratione obiecti: penes quod simpliciter excellẽtia gradus existimatur: virtutes tamen morales plus participant generalis rationis virtutis, quæ est in ordine ad actum & vsum: propterea q̃ sunt in appetitu, cuius est alias potentias mouere appellereq; ad opus. Vnde. 2.2.q.47.artic. 4. elicuit prudẽtiam præstantiorẽ esse hac ratione cæteris virtutibus intellectualibus: nempe quia nõ tantum verum cõsiderat, quod est intellectus obiectum: sed illud ordinat ad bonum sub ratione boni, puta ad vsum operum: quo homo fit bonus. ¶ At verò arguat quis forte: Si virtus moralis plus habet de ratione virtutis, fit vt fit nobilior virtus. Hoc enthymemate nõnulli discipuli D. Thom. seducti arbitrantur eius mentem fuisse, virtutes intellectuales esse nobiliora entia, nobiliores q; habitus: sed tamen morales esse nobiliores virtutes. Hic autem sensus manifestè reluctatur eius menti: quippè qui ait in

Primum argumentum.

Aristot.

Ad argumẽtum.

Distinctio S. Thomæ.

tellectuales esse simpliciter nobiliores virtutes: nam de virtutum substantia & natura loquebatur. Et ratio est aperta: quia si sunt nobiliores habitus, cùm sint habitus virtutis, fit vt sint quoque nobiliores virtutes. Respondetur ergò consequentiam hanc nullam esse, Ratio generalis virtutis plus cõuenit moralibus: ergò sunt simpliciter nobiliores virtutes: quoniam virtus nobilitatis nõ ex ratione virtutis simpliciter perpẽditur, sed ex ratione obiecti. Exemplum tibi esto. Docet nos Arist. 1. de Anima, sciẽtiam de anima esse nobiliorem cæteris: quia de nobiliori obiecto: & tamen ratio scientię, quę est euidẽtia, illustrior est in mathematicis, quæ ideo non simpliciter, sed secũdùm quid sunt nobiliores scientiæ. Et pari ratione Theologia est nobilior simpliciter scientia quàm musica. ¶ Argumẽta ergò facta hoc tantum cõcludunt, q̃ virtutes morales plus habent de ratione virtutis: & ideo faciunt habentem simpliciter bonum: & sunt magis vtiles, ac subinde cumulationis laudis. &c. ¶ Sed contrà: Dignitas simpliciter virtutis per ordinem ad suprema fœlicitatem perpendẽda est: ad eã autem nos propinquius morales permouent: ergo sunt digniores. Concessa maiori cum minori, negatur consequẽtia: Nam etsi in ordine ad fœlicitatem sint virtutes æstimandæ, tamen digniores sunt illæ in quibus consistit fœlicitas, quam illæ per quas illuc tendimus. Et licèt per virtutes morales illuc progrediamur, tamẽ cõtemplatione Deo perfruimur. Itaq; in hac vita intellectuales sunt propter morales: nam cognoscere est propter operari: sed tamen simpliciter morales sunt media, quibus ad supremam cõtemplationem progredimur. Obidq; etsi morales sint magis laudabiles, tamen intellectuales sunt prę illis honorabiles. Laus namq; debetur vtilibus medijs, honor verò fini. ¶ Ex quo fit q̃ cũ intellectuales moralibus præferimus, intelligendum est comparando genus ad genus, supremumq; intellectuale, puta visionẽ Dei ad supremum morale, videlicet ad amorẽ. Sed si comparatio in individuo fiat, pretiosior est charitas, imò & iustitia, quàm vna scientia naturalis. ¶ Secunda conclusio. Iustitia generalis & legalis earum omniũ moraliũ est præclarissima quæ in appetitu cõfident. Quod apposuerim vt prudentiæ suus seruetur honos. Probatur ex illa sententia Arist. Ethi. 1. Bonũ commune diuinius est particulari: legalis namq; iustitia, vt suprà dictum est: omnes virtutes quæ ad particularia bona hominem instituũt refert in cõmune bonũ: est ergò architectonica virtus, perindeq; cæteras oẽs gubernãs atq;

Ad argumẽtum.

Corollariũ.

Secũda conclusio.

Probatio. Aristot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chitectus ministros, duxq; exercitum ac princeps rēpublicam. Quapropter de illa loquitur Cicero, vbi ait q̄ in iustitia est splēdor maximus. Et Arist. vbi inquit q̄ est sicuti Hesperus inter cætera astra. Quin verò ceu sol est inter humanas virtutes, instar charitatis inter vniuersas: nā vt sol reliquis lumē infundit, sic & iustitia legalis, per hoc quod ad bonū cōmune cuncta refert, ad quod oēs referēdæ sunt partes, maximè illas illustrat. Qua vtiq; ratione, vt suprà diximus, vniuersæ virtutes nomē sibi vēdicant iustitiæ. ¶ Ex quo fit vt extra rerum naturā philosophentur, qui cōclusioni huic maculā impingere moliuntur: in quib⁹ est Burida. 5. Ethi. q. 6. Contēdit cīn præstantiorē esse per se virtutem, quæ hominē bene afficit in ordine ad seipsum, q̄ illā quæ in ordine ad bonum cōmune cum instituit. Natura enim, inquit, & charitas plus inclinat hominē diligere seipsum q̄ cōmune bonū. Quod si pars, puta manus, appetit cōseruare totū, hoc, inquit, est quia inde dependet sua ipsius cōseruatio. Est enim hæc philosophiæ adulteratio. Imò sagax natura, cui maior incūbebat totius cura q̄ partiū, eas propter totius cōseruationē produxit, quib⁹ adeò instinctum impresit conseruādi totū potius quàm seipsas. Vnde experiētia docet, brachiū ictum excipere qui in caput dirigebatur, etiam si ipsius abscisio subsequatur. Quo fit vt deus sit à nobis plus q̄ nos ipsi diligendus: quia est totū respectu nostri: atq; adeò in republica ciui li plus laudis meretur qui bonum cōmune curat, q̄ proprium: ac perinde illa virtus præstātior est & apud Deū & apud homines. ¶ Tertia cōclusio. Virtus iustitiæ etiam particularis omniū est moralium præstantissima, quæ sunt in appetitu: vt semper prudentiam habeamus exemptā. Probatur medijs q̄ plurimis. Primò ratione subiecti. Insidet ēn rationali appetitui, puta volūtati, quæ sensitiuo, cui aliæ insunt, supereminet. ¶ Secundò ex parte obiecti: nā virtus est circa arduū ac difficile: difficilius autem est probè esse hominem affectum ad alienum bonū conseruādum, ad quod natura nostra nō est adeò propensa, quàm ad custodiendum bonū propriū: ad quod, nisi vbi prepedita est, per se est inclinata. Cùm ergo cæteræ virtutes circa proprium versentur bonū, iustitia verò circa alienum, fit vt sit robustior ac præstantior. Vnde Arist. 5. Ethic. cap. 1. Cōplures in proprijs, inquit, vti quidē virtute possunt: sed in his quæ sunt ad alium nequeūt: quia res est magis ardua. Quapropter sententiam illā Biantis probat: Magistratus virum ostendit: eò scilicet q̄ iam inde homo habet respectum ad alios. Experientia enim constat cōplures priuatam agētes vitam studiosos esse: qui tamen ad episcopales functiones, ad aliòsve magistratus assumpti, vbi iustitiam administrare debent, indigni habeantur. Vnde infert Arist. illum esse pessimum qui ad seipsum & ad amicos vtitur prauitate: illum verò esse optimū, nō qui ad seipsum tantùm, sed qui ad aliū vtitur ipsa virtute: hoc enim, inquit, est opus difficile. ¶ Tertiò id ostēditur ex effectu iustitiæ. Cùm enim homo sit politicum animal, natū scilicet in societate cōuiuere, illa in eo fulgentiùs emicat virt⁹, p̄ quā pax & tranquillitas publica tutiùs protegitur: hoc autem omnium maximè præstat iustitia, atq; adeò conuentorum pactorūq; fides: quę, vt. 1. Offic. ait Cicero, eius fundamentum est. ¶ Quocircà, vel ob hoc præcipuè iustitia Hespero assimilatur, q̄ fulgentissimam reipublicę pulchritudinem affert. Enimuerò cum lubrica hæc temporalia bona perexigua sint perq; angusta, possideri nisi per partes nequeunt, atq; adeò nisi auiditates humanæ legibus, ceu limitibus circunscribantur: vt vnusquisq; intra suū ius coērcitus manus ad alienum non porrigat: ex quo legitimum possessorem deturbet. Facit ergo iustitia ceu quadratos lapides, sic hominēs dignitatibus, ordinibus, diuersisq; iuribus distinctos speciosissimā rempublicā extruere. ¶ Atq; hinc quarta elicitur ratio. Illa est præclarior virtus, quæ omnib⁹ atq; in omni tēpore est necessaria, q̄ alię magis particulares: iustitia autem, vt. 7. Poli. cap. 15. & 1. Rhet. ait Philosophus, necessaria est in bello & in pace cum fortitudo in bello tātùm suis fungatur vicibus. ¶ Quintò, illa est nobilior ac magis necessaria virtus, qua seruata omnes possiderētur: hęc autem potissimum est iustitia. Nam cū temperātia & fortitudine necessaria nihilo minùs est iustitia. Si tamē hæc nullibi vulneraretur, omnes alię incolumes essent. ¶ Sextò & illa est pretiosior virtus, & ex re maximè mortalium, cuius maior esse debet cura legislatoris in republica: hæc autē est iustitia, vt loco citato. 7 Politi. ait Philosophus. ¶ Et quò summatim cūcta complectamur, inde maximè res cōfirmatur q̄ in decalogo, vt suprà monstratū est, nullū Deus præceptum posuit præter quàm iustitiæ. Et in republica ciuili nullis vitijs tanta sunt, tamque acerba supplicia decreta, quā crimnibus iniustitiæ, si hæresim modò nefandumq; scelus excipias. ¶ Vnus autem ex his scrupulus enasci potest, vtrum scilicet eousq; cōstituamus iustitiam perfectiorem esse cæteris moralibus, vt quicunq; eius actus sit excellentior quocunq; aliarum. Nam multi ex nostris citra scrupulū ita

Cicero.

Opinio Buridani.

Exploditur Buridanus.

Tertia conclusio.

Prima ratio pro cōclusione.

Secunda.

Aristot.

Quorūdam placitum.

ita censent. Quod profectò nulla probabilitate defendi potest. Ecquis enim dicat quòd vendere piscículos iusto pretio, aut misera holera, eò quòd sit actus iustitiæ, maioris sit laudis & meriti, quàm maximus fortitudinis actus aut temperantiæ: profectò ridiculus meritissimò habeatur. Quando ergo comparamus virtutē vnam ad aliam, collatio tantùm fit, vt nuperrimè dicebamus, inter genus & genus: aut inter maximū actum vnius, & maximum alterius.

Ratio in prędictam opinionem.

Quarta conclusio.

S. Thomas. Probatio cōclusionis.

Quod tamen nihil vetat, quo minùs propter rei tenuitatem, id quod est genere superius, in indiuiduo sit inferius. ¶ Quarta cōclusio. Aliarum duarum virtutum moralium fortitudo est præstantior quàm temperantia. Conclusio est S. Tho. loco citato. 1. 2. q. 66. art. 4. Quę primò probatur ratione obiecti & subiecti. Nā tēperātia versatur circa delectabilia tactus, qui omnium est sensuum maximè materialis, vtpote omnium fundamentum. Prætereà ex parte actus. Fortitudo nanq; versatur circa pericula vitæ in bello, à qua cūcta temporalia bona promanant: temperantia verò circa illa ex quibus quidem vita dependet, vel indiuidui, quātum ad escas: vel speciei, quātum ad venerea. Sed tamen quia in illis nō imminet adeò præsens atq; horrendum periculum mortis, non inest tantum difficultatis, neq; virtutis, quæ circa difficile versatur.

Ad primum argumentū.

PRimum igitur argumentum trimembri responso diluit S. Thomas. Esto enim liberalitas hoc iustitiam exuperet, quòd liberalis id tribuit quod non debet: tamen iustitia propinquius accedit ad commune bonum: tribuit ēn cuique quod suum est, quo seruatur publica pax, ad quam liberalitas nō est tam necessaria, sed respicit bonum priuatum, quod est diffusiuum sui. Secundo: Iustitia latius extēditur: nam respectu omniū est necessaria: quod liberalitati non conuenit. Item quia liberalitatis fundamentum, iustitia est. Nemo enim liberalitatis nomen meretur largiēdo quod non debet, nisi iustus prius sit soluendo quod debet. Et idem est de magnanimitate. ¶ Dubium autem hic supereset de misericordia: quæ etsi sit moralis virtus, præclarior tamē apparet quàm iustitia: vt sanctus ipse Doctor. 2. 2. q. 30. ar. 3. cōfitetur: eò quòd sit propria Dei virtus. Ad hoc autem respondetur quòd si misericordia accipiatur vt est tristitiæ alienæ miseriæ modo ratrix, inferior est quàm iustitia: quandoquidem in appetitu est concupiscibili. Si verò accipiatur vt non dicit ordinem ad sensualem affectum, puta ad commiserationem: sed tantū

Dubium de misericordia.

S. Thomas. Solutio.

voluntatem leuandi alios à miseria, multò est præclarior quàm iustitia, eò quòd est virtus suopte ingenio diuina: velle enim ac posse miserijs cunctis & defectibus tam publicis quàm priuatis succurrere, subiectum supponit, quod nulli esse possit calamitati defectuiue obnoxium, qđ soli potest inaccessæ maiestati Dei congruere. Quam ob rem & eius quoque esse actus est omnium præclarissimus: nempe absq; vllo debito indigentias subleuare ac prorsum tollere. Nam si liberalitatem inferiorem iustitia fecimus, ratio erat quòd in iustitia fundatur, neque ad commune bonum tam propinquè accedit, neque ad omnes extenditur: misericordia autem in suo culmine, puta vt in Deo existit, iustitiam non præsupponit: imò priùs per misericordiam res produxit, quàm illis aliquid deberet: & ad publicum spectat bonum, ad totamque rempublicam prolatatur. Et ideo cùm virtus sit diuina, comparatio iustitiæ nō extenditur ad illam. Quòd si obijcias iustitiam etiam esse virtutem diuinam, atque ideo non excedi à misericordia: negatur consequentia: nam iustitia sic est diuina, vt secundùm propriam rationem, puta debitum soluere, possit esse humana: misericordia verò quaterus nullam secum patitur miseriā, ob id quòd omnes tollit, est Deo maximè propria, atque adeò in ipso illustrior ac rutilantior quàm iustitia.

Obiectio.

Responsio.

¶ Secundo autem argumento sua est conclusio concessa: nempe prudentiam dignitate esse superiorem. Comparamus enim tantum iustitiam ad virtutes morales, quæ sunt in appetitu. ¶ Ad tertium de temperantia respondetur, q̄ etsi illa nobis cōmoda afferat, quam ob rem Arist. 7. Politi. cap. 15. tali ratione iustitiæ illā adæquet: vbi tēperantia, inquit, sicuti & iustitia tempore belli & pacis est necessaria: simpliciter tamen propter allatas suprà rationes iustitia est anteferenda. ¶ De fortitudine autem, quæ quarto argumento contendebatur iustitiæ præponi, maior supereset ambigendi ratio. Habet enim strenua hæc ingenuaq; virtus argumēta multa, sibi in hac causa patrocinantia. Primū, si à nomine eius enim omniū auspiceris, fortitudo nomen virtutis videtur per excellentiā obtinere. Sic enim legitur Sapien. 8. Sobrietatem & iustitiam docet: prudentiam & virtutē, id est fortitudinē. Et ratio ipsa virtutis, quæ est animum ad vsum applicare, eximio fulgore splendescit in illa: puta quæ hominem præsentissimæ morti omnium horrendissimæ obijcit. Et tertiò eius excellentiam splendor commendat, quo habetur in republica. Magnates enim & sanguine præclarissimi inde maximis

Ad secundū

Ad tertium.

Aristot.

Quæstio quarto argumento prætacta.

Ratio prima dubitandi. Secunda

Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facultatib⁹ cumulãtur atq; honoribus suspiciũ tur, quòd fortitudinis virtute rempublicam tuentur. Ob idque nunquàm prosapiæ cõsueuerunt compendiosiori via in republica nobilitari, quàm per bellicam fortitudinẽ. Id quod vel Gentium, nempe Lacedæmoniorum, Romanorum, & Græcorum Historiæ perpetuæ memoriæ prodiderunt. Hæc enim virtus, vt Hercules, ac Thesæos, & quos poëtæ fabulantur, mittamus: Alexandros, Cæsares, Scipiones atq; alios id genus toto orbe celeberrimos fecit. ¶ Quin age vt profana missa faciamus, virtutis maiestatẽ, vt paulò anteà dicebamus, ex maximo eius actu debemus perpendere: optimus autem fortitudinis actus, quale est martyrium, & laude & merito excellentior est quàm supremus iustitiæ. Nam maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis, ac potissimùm pro Deo in testimonium fideiːergo fortitudo fastigium inter morales virtutes obtinet. Ad hæc cùm summum hominis bonum naturale, sit libertas, illa erit virtus omniũ maxima, per quã libertas præsertim vendicatur: hæc autem est fortitudo. Nam vt. 7. Polit. ait Aristo. qui pericula belli non superant, serui fiunt. Adde illam esse pretiosissimam quæ est rarissima: hæc autem est fortitudo: rarius enim fortes inuenias, quàm alijs virtutibus præditos. In summa, fortitudinis ingenium & vis est alios vincere fibique suppeditare, quod Dei virtutem & potentiam proximè præ se fert. vnde fortes atq; animi robusti os cuncti pertimescunt, omnesque venerantur ac reuerentur. ¶ His veruntamen nihil obstãtibus, incunctanter est in sententia persistendum. Satis enim pro sua laude fuerit fortitudini, iustitiam in litem de prælatura vocasse. Quando enim rationes alias suprà commemoratas sileremus, hæc pro iustitiæ victoria abundat, quòd fortitudo nullatenùs est, nisi ad iustitiæ præsidium & custodiam necessaria. Scientissimè nanq; apud Plutar. Agesylaus, dum ceu iudex hanc quæstionem interrogaretur, vtra scilicet harum virtutum alteri præstaret, respondit: nihil vtiq; fortitudine indigeremus, si omnes iusti essemus. Enimuerò nili iustitia violaretur, neutiquàm belliis daretur occasio, in quibus fortitudo reipublicæ seruit.

Quarta.

Quinta ratio.

Postrema.

Solutio pro posita conclusionis.

Plutarchus.

Ad primum argumentũ.

Respondetur ergo ad principale argumentum, quòd etsi fortitudo sit circa difficilius, tamen iustitia est circa id quod est melius. Præclarius nanque est, vt pax & tranquillitas humani generis per iustitiam seruetur, quàm vita priuati hominis. Quare iustitia, vt diximus, vtroq; tempore & pacis & belli refulget. Neque ad pacem necessaria est fortitudo, nisi iustitia prælligata. Pasi modo respondetur ad id quod de nomine obiectum est. Vendicauit enim sibi fortitudo virtutis nomen, non simpliciter per excellentiam, sed quia qualitas illa, ac vis virtutis, quæ animum robustum efficit, & constantem, præcellit in ipsa. Aliud autem de nobilium splendore, quibus nomina fortitudo fecit præclara: Respondetur, quòd si fortitudo tales illis honores pepererit, id tamen non fecit nisi tanq; miles ministraque iustitiæ: quia neque virtutis rationem assequi valet, nisi quatenus est iustitiæ custos ac ppugnatrix. Enimuerò cum honos soli virtuti, vt Arist. 1. Ethi. inquit, debeatur, ac potissimùm iustitiæ, vbi homines aliter quàm iustitiã tuẽdo animi robur exercent, nõ sunt aliter fortes, quàm truces tauri, ferocesq; vrsi, atq; immanes tigres. Cõstituit ergo respublica magnates atq; illustres, vt sacrosanctam iustitiæ virtutẽ sua fortitudine strenuè protegerent: nẽpe non vt iustitiã potẽtia iniuriam alijs offerẽt. ¶ Ad aliud autẽ quod de martyrum fortitudine maiori cũ probabilitate obiectum est, respõdetur quòd etsi actus martyrij, qui apud Deum præclarissimus est, à virtute fortitudinis sit elicitus, non tamẽ inde totam suã laudem nanciscitur: sed quia à supremo charitatis conatu imperatur, qua nemo maiorem habet quàm vt animã suam ponat pro Deo suo. Quare & religionis virtus, quæ præstantior est quàm iustitia, suis illic vicibus fungitur. Quo fit vt ponere vitam pro alio quolibet amico, nõ adequaret supremum actum iustitiæ. Ad aliud negatur, fortitudini maximè esse proprium libertatem asserere. Imò hoc præ cunctis virtutibus iustitiæ cõpetit, quæ, vt suprà diximus, parens est pulcherrimæ pacis: sed iustitia perturbata, necessaria est ad libertatem fortitudo. Ad aliud etsi cõcederem, hac ratione raram esse fortitudinis virtutem, quòd circa truculentissimam mortem, quam homines maximè extimescunt, versatur: tamen profectò si ingentissimam mortalium auiditatem honoris atq; splendoris spectes, quem per fas atq; nefas persequũtur, multò crediderim esse rariorem iustitiæ virtutem: quæ non modò in minimis aut in mediocribus, sed in his quæ ad amplissimas dignitates maximè referunt, constantissimè vigeat. ¶ Ad postremum deniq; negatur per fortitudinem maximè nos Deo assimilari: dicẽt fortes victos suos suppeditent. Non enim hoc est in Deo summum: sed cuncta per iustitiam subiugare: ac potissimùm per misericordiam creare ac recreare.

Quæ-

QVÆSTIO TERTIA DE INIVSTITIA.

S. Thom. 2. 2. quæst. 59.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm iniustitia sit speciale vitium.

Aristot.

VM contrariorum, vt 1. Topicorũ. author est Arist. eadem sit disciplina, opus hoc nostrũ qđ de iustitia & iure. inscripsimus, non solùm circa iustitiæ virtutem, sed plurimùm circa iniustitiæ vitia in subsequẽtibus versabitur. Ob idque post explicatam naturam iustitiæ, necesse est de contraria iniustitia proximum adhibere sermonem. Quæritur ergo vtrum iniustitia sit speciale vitium.

Primum argumentum.

Et arguitur more nostro à parte negatiua. Omne peccatum, vt. 1. Ioan. 3. habetur, est iniquitas: iniquitas autem idem est quod iniustitia: vtpote inæqualitas: ergo iniustitia non dicit speciale vitium, sed generalem omnium conditionem.

Secundum.

¶ Secundò arguitur: Nullum speciale peccatum vniuersis opponitur virtutibus: iniustitia autem opponitur cunctis virtutibus: nam iniustitia quæ in adulterio committitur, opponitur castitati: & quæ in homicidio, manuetudini: & quæ in contumelia, vrbanitati, &c. ergo non est speciale vitium.

Tertium.

¶ Tertiò: iniustitia opponitur iustitiæ quæ est in voluntate, sed omne peccatum, Augustino autore, est voluntarium: ergo omne peccatum est iniustitia. ¶ In contrariũ est quòd iniustitia cõtrariè opponitur iustitiæ: hæc autem est specialis virtus: ergo iniustitia, speciale vitium.

Prima conclusio.

QVestio quã facilima est. Nam per regulam topicam, quot modis dicitur vnũ contrariorum, dicitur & reliquum. Quo fit vt sicut iustitia alia est generalis virtus ac legalis, alia verò specialis: sic & iniustitia alia sit generalis, alia verò specialis. Quapropter duabus conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prior. Iniustitia illegalis quę iustitiæ legali e regione aduersatur, est vitium, speciale quidẽ per essentiam: intentione autẽ atque imperio, generale. Vtraq; pars simillima rationis patet qua idem est de iustitia demonstratum. Enimuerò sicut legalis iustitia bonum habet cõmune pro obiecto, ob idq; specialis virtus est per essentiam: nihilominus cæteris omnibus imperat, omnesq; ad suum refert finem: sic & de iniustitia censendum. Est enim illegalis iustitia legum inobedientia, bonique cõmunis despectio: & ideo est speciale vitium. Sed tamen per reliqua omnia grassatur. Potest em̃ quis adulterari ex contemptu legis, occidere, furari, &c.

Ratio cõclusionis.

¶ Posterior cõclusio. Iniustitia quæ æqualitatẽ, quæ ad alterum est corrumpit, inq; inæqualitatem peruertit, puta prout homo plus habere vult aut rerum aut honorum, minusq; malorum: cariùs scilicet vendendo, aut vilius emẽdo, &c. speciale vitiũ est. Idq; inde patet quod materiam habet specialem & obiectum. Conclusiones ambæ expresè apud Arist. 5. Ethic. ca. 1. constitutæ sunt: vbi bifariam aliquem dicit esse iniustũ: videlicet & qui à legibus exorbitat, & qui plus capit atque iniquus est. sicuti & iustus quoq; dupliciter: & qui legitimè facit, id est legibus obtemperat, & ad commune contuetur bonum: atque ille qui æquus est: id est qui vnicuiq; quod suum est tribuit.

Secunda cõclusio.

Aristot.

REsponsio autem primi argumenti rẽ am plius elucidabit. Respondetur enim q; sicut iustitia legalis dicitur per comparationem ad bonum cõmune humanum, sic & iustitia diuina dicitur per cõparationem ad bonum diuinum: cui cum omne peccatum repugnet, meritò in genere definitur quòd sit dictũ vel factum contra legem Dei. Atque hac subinde ratione omne peccatum est iniquitas.

Ad primum argumentũ.

¶ Dubitas autem an iniquitatis ratio illegalis formaliter conueniat vniuersis peccatis: Appareret nanq; ita esse: quandoquidem peccatum nullum sit nisi contra leges fiat. Responsio nihilo minùs est, quòd etsi commune peccatum materialiter sit illegalis iniquitas: non tamen id vniuersis eis conuenit formaliter. Exempla enim suprà iam sæpe posita sunt. Enimuero si furtum facias, non ea Dei leges despectui habens, sed vt cupiditati tuæ obsequaris: vel homicidium perpetres, non vt bonum pertubes commune, sed quia potis non es tuæ cedere iracundiæ: materialiter quidem illegalis es, quia diuinæ legis transgressor: non tamen formaliter, quia id non habes in intentione: sed es nihilominùs iniquus atque iniustus contra particularem iustitiã. Si autem hęc scelera in contemptum legis & cõtra commune bonum cõmitteres, tunc illegalis esses ac-

Dubitatio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad secundū peruersus ciuis. ¶ Ad secundum respondetur, iniustitiam, quia circa omnes actiones, peculiari nihilo minus ratione versatur, non quidem directè, sed tamen indirectè & materialiter omnes virtutes oppugnare: quippe quæ per diuersas corruptas affectiones, ius alienum violat.

Ad tertium. ¶ Ad tertium deniq; respondetur, q; etsi voluntas, sicuti & ratio ad materiam omnium virtutum se dilatet, nihilo minus iustitia suam habet peculiarem rationem: ideoque non omne peccatum est iniustitia.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm quicunq; iniustum facit, continuò censeatur iniustus.

CVM virtus, autore Aristo. sit quæ bonum facit habentem, scrutari decet vtrū vice versa quicunq; iniustum facit, continuò sit cēsendus iniustus & prauus. Et arguitur à parte affirmatiua. Habitus à suis obiectis nanciscuntur speciem: proprium autem obiectum iustitiæ est iustum: proprium q; adeò iniustitiæ, iniustum: ergo & ex hoc q; quis iustum facit, iustus est habendus: & ex hoc quòd iniustum, iniustus. ¶ Secundò arguitur. Omnis virtus eodē se habet modo ad proprium actum: eadem ergo erit ratio de cibus vitijs: quicunq; autem facit aliquid intemperatum, est intemperatus: ergo & quicunq; facit iniustum, erit iniustus.

Primum argumentum.

Secundum.

Tertium. ¶ Tertiò: Quicunq; iniustum facit, peccat genere suo mortaliter. Nam facit cōtra æquitatē, vel occidendo, vel adulterando, vel furādo, &c. quæ omnia sunt genere suo mortalia: peccatū autem mortale reddit hominem iniustū apud Deum, sicuti gratia reddit eū iustum: ergo quicunq; facit iniustum, est iniustus. ¶ In contrarium est Philoso. 5. Ethi. c. 8. vbi edisserit quem admodùm contingat, vt quis iniustum faciat qui tamen non subinde fiat iniustus.

Aristot.

Qvæstio hæc in gratiam Arist. mota est: nempe vt eius hic locus modò citatus exponatur. Cuius quidem doctrina vna bimembri cōclusione summatur. Cui alteram adhibebimus, vt quartum articulū sancti Thomæ, huius germanum, simul absoluamus. Sit ergo prior conclusio. Nō quicunq; iniustum facit dicendus est subinde per se iniustus: puta si vel ex ignorantia, vel ex passione id faciat: sed ille tantū qui ex habitu & ex electione id audet. Quò autem conclusionis sensum tyrun culus etiam percipiat, meminerit ad rationem virtutis exigi vt quis sciēs ex electione q; faciat ꝓpter honestū & ꝓpetuò, vt ex. 2. Ethi. suprà citatū est. Quare si quis vel casu vel quadā repētina affectione vnum de se præstet virtutis actum, nō subinde studiosus est: quia nō per se, sed p accidēs bonū facit. Id ergo ipsum Arist. docendū duxit & in vitijs. Requiritur enim vt quis iniustus dicatur, nō tantū q; iniustū faciat sed quòd id ex animi morbo efficiat: puta ex habitus corruptione. Patefacit autē rationem hanc D. Thom. hoc modo. Sicuti obiectū iustitiæ est iustum, ita & obiectū iniustitię, iniustū: puta inæquale: radix autē ꝓpria, vnde iniustū oboritur, est habitus, quo potētia afficitur ad obiectū. Quare qui ex electione & habitu operatur, ille ꝓprie iniustus est. Potest ergo duobus modis vsu venire vt quis iniustū patrādo, nō sit iniustus. Primò ꝓpter defectū relationis actus ad obiectū: scilicet quia operans illud nō intēdit: nā actus ex intentione fit spontaneus, ac subinde humanꝰ. Vnde quomodolibet quis nō vltrò faciat, excusatur nē sit iniustus: & cū voluntariū ignorātia, visq; tollat, si quis, inquit Arist. per ignorantiā iniustū faciat, vel vi compulsus, nemini iniurius est: vt si quis tuā manū moueat qua aliū pulses: tunc enim neq; animꝰ neq; verò actio refertur applicaturq; ad iniustum: sed fit iniustum per accidens. Quare nullū est vituperium. sicuti neq; quicquam comparares laudis si illo modo iustū faceres. Secundo verò modo contingit vt iniustū faciens nō sit iniustus ex defectu relationis actus ad habitum: nēpe ꝙ licet obiectū sit voluntariū & intentum, atque adeò operatio referatur ad obiectum, tamē actio non nascitur ex habitu. Vt si quis alioqui mitis homo & probus subitanea iracundiæ procella alium vulneret, tūc nō operatur ex electione: quippe quā necesse est vt deliberatio præcedat: atq; adeò neq; ex habitu. Colligitur ergo ex his nostra conclusio: nēpe: ad hoc quòd quis meritò nominetur iniustus, requiri, vt per se faciat iniustū: nā vbi id ꝙ accidens fecerit, non erit iniustus. Et cùm habitus per actionē referatur ad obiectum, duplex est relatio & applicatio necessaria vt per se faciat quis; iniustū, fiatq; iniustus. Videlicet vt operatio p intētionē referatur ab obiectū, hoc est ꝙ obiectū sit volitū: & præterea vt eadem operatio p electionē referatur ad habitū, hoc est non ex passione sed ex habitu procedat. Hic nihil ambiguitatis supereſt si modò mens Aristotelica pateſcat. Enimuerò quod qui aut ignoranter aut vi coactus quidpiam admittit, nec-

Fundat.

Prima conclusio.

Ratio conclusionis.

Difficultas.

Argumentū

Responsio.

Posterior conclusio.

Probatio.

Aristot.

tit, neq; iustus sit, neq; iniustus, cuidentiam rationis habet: quia actio, quæ spontanea nō est, minime est humana. Attamen ꝙ qui sciens & prudens ex animi ægritudine, puta ira vel alia passione delinquit, non sit iniustus, falsum apparet. Triplex enim peccatorum genus distinguitur: scilicet ex ignorātia vincibili, puta quæ non in totū excusat: & ex passione, quod peius est: & ex malitia, puta studio & electione: quod genere suo pessimum habetur. Arist. ergo male nō admittit hūc tertiū gradū. Respondetur aliter Philosophū censeri de homine iusto atq; iniusto, quàm apud Deū existimatur. Deus nāq; non habitus, sed actus ponderat: & ideo quicunq; delinquit, quantumuis alioqui iustissimus, fit, habeturq; apud ipsum iniustus. Sicuti quicunq; vnico actu bene faciat, etiam si nullo sit virtutis habitu præditus, bene de ipso meretur. Neq; verò Arist. negat quin actus à passione profectus sit vituperandus: sed hoc tantū censet ꝙ nomina hæc, iustus & iniustus, nō cōnotāt nisi habitus. Quocircà ait, id quod extra rationem, idest, per ignorantiā fit, infortuniū esse: quod autē malum ex scientia procedit, sme tamen vitio, hoc est sine habitu, peccatū inquit est: vitiū autē non actus sed habitus nomen est. Et profectò vulgari sermone ita loquimur. Et enim sicut vna hirundo non facit ver, ita neq; vno aut altero actu dicitur quis studiosus, aut prauus: sed quādo ex habitu operatur, ac perinde studio & electione. Qua ratione Theologorum scholæ hunc dūtaxat, censent peccare ex malitia: atq; adeò propriè hunc solū haberi dicique malum. ¶ Ex his ergo colligitur posterior conclusio. Quicunque sciens ac prudens iniustum facit, hoc est non per ignorantiam quæ prorsus sit operis causa, quamuis ex passione id sine habitu faciat, mortaliter genere suo peccat. Clarissima est conclusio. Est enim peccatum mortale quidquid charitati aduersatur: peccatum autem iniustitiæ, quia virtutem iugulat, quæ ad pacem reipublicæ necessaria est, charitati genere suo reluctatur: est ergo suopte ingenio mortale. Dixerim, si nō ꝓcedat ex ignorantia quæ prorsus est causa operis: hoc est quę omninò tollit culpam. Nā ignorantia iuris nō tolleret, Neq; omnis ignorātia facti: licèt digna sit venia: vt. 5. Ethic. autor est Arist. Quin verò Paul. Misericordiam, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci. Adiecerim genere suo, tum ad differentiam prodigalitatis, & gulæ, atq; aliorum peccaminum, quæ genere suo non sunt mortalia nisi ex circūstantijs: tum etiam ad denotandum, contingere posse contra iustitiam ob materiæ tenuitatem: peccare venialiter. Horum autem examinatio ad alium pertinet locum. ¶ Ac per ista quæ dicta sunt intelligendum est quod illic ait Arist. ca. 8. nempe falsam esse eorum opinionē qui existimant in potestate hominis esse, vt statim faciat iniustum: videlicet ex electione: & quòd iustus non minùs quàm iniustus possit facere iniustum: scilicet per se. Errant, inquit, quoniā qui optimis est habitibus imbutus, etiam si velit non potest facilè iniustum eligere: tametsi posset ignoranter aut subito motu iniustum facere. Vnde illud ortum habuit axioma, Nemo repentè pessimus.

Interpretatio Aristo.

Ad primum argumentū.

Aristot.

Ad secundū

Ad tertium.

Ad primum igitur argumentum respondetur, habitus & actus speciem sortiri ex obiectis formaliter, vt aiunt, ac per se volitis; quando autem materialiter ac per accidens, hoc est ex accidenti ignorantia aut passione id fit, non sufficit actus hominem philosopho rum idiomate aut iustum denominare aut iniustum. ¶ Ad secundum respondetur latam esse differentiam inter iustum, quod est obiectum iustitiæ: & temperatum aut strenuum, quæ sunt obiecta aliarum virtutum. Iustum enim & iniustum, quia per se inuenitur in rebus, licèt per accidens fiat, dicitur iustum & iniustum. Quapropter in hac peculiariter virtute ingenioſe constituit Aristo. posse quenquā facere iniustum etiam si non sit iniustus: obiectum autem temperantiæ, quia non est in rebus secundùm earum naturam, sed per ordinem ad agentem, quando per accidens fit, nullatenùs dici potest temperatum: ob idque in illa virtute nulla opùs erat distinctione: sed quicunque facit temperatum, est tēperatus: quia non erit opus temperatum, nisi per se sit intentum. Quare si quis casu abstineat, vt non sit temperatus, ita neque facit opus temperatum: quoniam non facit quando, & vbi, & quomodò oportet. Et pari ratione quando Loth, ver bi gratia, præ ebrietate cognouit filias, vt non fuit intemperatus, ita neque fecit opus intemperatum. In summa, distinctio hæc sine iusti sine iniusti materialis ac formalis locum non habet in obiectis temperantię vel fortitudinis. ¶ Tertium autem argumentum satis solutum est: vbi ostendimus quòd etsi quocunque actu iniustitiæ perdatur Dei gratia, atque adeò apud ipsum fiat homo iniustus, hoc est peccator: non tamē inde sequitur, vt inter morales philosophos, apud quos formales denominationes non ex actu, sed ex habitu perpenduntur, dicatur omnis peccator iniustus aut prauus.

Arti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. III.

Vtrùm quis possit iniustum pati volens.

POst quàm visum est de eo qui iniustum facit, sequitur vt de illo dicamus qui iniustum patitur: vtrùm scilicet quis possit iniustum pati volens. Et arguitur à parte negatiua. Iniustum idem est quod inæquale: recedit autem quisq; seipsum sua sponte lædendo perinde ab æqualitate ac si alium læderet: ergo & volens potest iniustum atq; adeò iniuriam pati. ¶ Secundò. Nemo supplicio plectitur nisi ob iniustitiam. Plectuntur autem ciuiliter illi qui sibi mortē consciscunt. Ait enim Aristo. 5. Ethi. capi. vlti. quòd ignominia quædam instituta erat aduersus eos, nēpe q̄ sepultura interdicebantur: ergo volens quis patitur iniustum. ¶ Tertiò. Facere patiq; iniusti ū relatiua sunt, atq; adeò nemo iniustum facit nisi alius iniustum patiatur. Contingit autem vt quis iniustum faciat volēti illud pati, vt si carius iusto vendat aut pecuniam sub fœnore mutuet: ergo potest quis volens iniustum pati. ¶ In contrarium est q̄ iniustum pati cōtrariū ei est, quod est facere iniustum, sed vt præcedenti arti. definitum est, nemo iniustum facit nisi volens: ergo nullus id nisi nolens patitur.

EThic quoq; articulus gratia interpretādi Arist. adhibitus est, qui. 5. Ethi. cap. 9. & sequentibus constituit, neminem iniustum pati seu iniuriam dum sua id sponte patitur. Doctrina autem eius per duas conclusiones patefit.

Prima conclusio. Ratio conclusionis. Prior est: Nemo per se & formaliter loquendo iniustum neq; facere potest, nisi volens: neq; pati, nisi nolens. Conclusio est quæ luculenta fulcitur naturali ista ratione. Quemadmodùm de ratione intrinseca actionis est vt ab agente procedat, sic & de intrinseca ratione passionis vt ab alio fiat, passo non conferente vim. Ex quo Arist. 3. & 8. Physi. colligit non posse idē esse omnino agēs & patiens: imò omne quod mouetur, ab alio moueri. Principium autē hominibus agendi proprium est voluntas. Vnde illud proprie dicitur homo facere quod à sua egreditur voluntate: ideq; ecōtrario pati, quod renuēte eius volūtate de ipso fit. Nam pati est vinci ac superari. Vbi autem quis volens patitur, vim ad id confert & causam, ac subinde agere potiùs dicitur quàm pati: fit ergo vt per se formaliter loquendo nullus nisi nolēs quidpiam patiatur. Imò hoc ipsum est pati quod violētiæ obnoxium esse. ¶ Posterior cōclusio. Nihil vetat quo minùs quilibet per accidens ac materialiter loquendo volens patiatur in iustum: sicuti & nolens per accidens potest facere iustū. Probatur cōclusio. Vt si quis ignorans id fieri de se consentiat quod sibi malum est, vt cùm ebrius Loth à suisq; filiabus deceptus incestum perpetrauit: & Iacob ignorans stuprum admisit: aut cum necessitate coactus, mutuum sub fœnore recipit. ¶ Circa has conclusiones primùm omniū adnotauerim, quòd licèt ius & iustum idem sit: tamen vsitato more loquendi, iniuriam pati, non eandem ferre videtur distinctionem quàm iniustum pati. Non inquam ita propriè quis dicitur iniuriam pati materialiter sicut iniustum pati. Imò iniuriā pati sēper pro eo vsurpari videtur quod est iniustum per se pati: puta nolentem ac renuentem. Atqui hinc originem duxit illud iuris axioma, Scienti & volenti non fit iniuria. Sicuti neque iniuriam irrogare nemo dicitur nisi qui sciens ac prudens iniustum facit. ¶ Cō tra hanc autem conclusionem offert se illico argumentum, quòd si nullus volens iniuria afficeretur, consequens inde fieret, vt nemo quā quis metu in aliquod pactum consentiret, posset de iniuria conqueri: quod tamen falsum est. Nam matrimonium quod per consensum metu mortis exortum contrahitur, iura propter iniuriam dissoluunt. Quòd si quis vim argumenti repellere cogitauerit, dicens eum qui metu consentit sub conditione id nolle, contra eum stare videtur Arist. qui. 3. Ethi. ait, Eū qui in genere nollet, in particulari tamen vult: simpliciter velle: vt qui in naufragio merces ēiicit licēt nollet, nihilominùs simpliciter vult. Respondetur nihilominus conditionem illam, quam scholastici nolleitatem appellant, satis esse vt quis cēseatur iniuriā passus: tametsi simpliciter velit: dum modò consensus ille contra ius extorqueatur. Nam iniuriam pati idem est quod proprio iure priuari. Quocirca dū quis iure in supplicium rapitur, quantumuis sit nolens, nullam patitur iniuriam. Et si tunc optio illi offerretur, vt si vellet, exempli gratia, meretricem ducere aut triremibus addici, donaretur vita, nulla ei fieret iniuria, etiam si mallet mortem absque illa conditione euadere. Ex quo rursus fit vt qui astu & fraude seductus iniustū patitur, iniuriam quoque per se patiatur, ac si vi consentiret: quia non facit vltroneus.

ADprimum igitur argumentum respōdetur quòd nemo sua sponte sua erogans bona, quæ non debet, vllam facit iniustitiam neq; inæqualitatē: nā cùm sua sit voluntate

tate suorum Dominus, eâdem potest & dona re sua, & pati vt expolietur. Sed arguis: Si quis bona sua decoquat: videlicet si alendam habēs familiam prodigè suam substātiam effundat, illi qui accipiunt iniuriam ei irrogare videntur: & tamen ipse absolutissima volūtate eam elargitur. Respondetur quòd quanuis prodigus ille delinquat, nihilo minùs accipiens nullam illi facit iniuriam, sed fortè familiæ ad quā quodam modo illa bona pertinebant. At verò non his præsiùs tractandis locus est hic accommodus. ¶ Secundi autem argumenti vulgata responsio est, singularem personam bifariàm posse considerari: vno quidem modo secundum se absolutè, Qua vtique ratione nullam sibi potest iniustitiam facere. Cùm enim seipsum quispiam, vel infamat, vel mutilat, vel occidit, facit quidem contra charitatem, qua se ipsum diligere tenetur: minimè tamen contra iustitiam: tum quòd iustitia non est nisi ad alterum, tum quòd sciens ipse ac volens patitur. Secundo modo potest considerari inquātum est reipublicę membrum, Deiq̄ue figmentum & imago. Atque hac ratione qui se ipsum occidit, iniuriam irrogat, tum ciuitati, tum præcipue Deo. Ac proinde tam ciuili q̄ diuina lege supplicium pendit. Sententia est Arist. 5. Ethicor. cap. 11. Attamen nō inde inferendum est, rempublicam dominium habere vitę & mortis perinde ac Deum: neminem nanq; ceu dominus occidere potest, quemadmodùm vnusquilibet sine causa suum potest armētum aut pecudem mactare: sed tāquàm iudex propter culpam, de quo latiùs lib. proximo sub titulo, De dominio. & rursus lib. 5. sub titulo De homicidio. Eodem modo qui alium, id quidem optantem ac deprecantem, interfecerit, cuius exemplum in armigero habes, qui Saūlis iussu ipsum interemit, iniuriam etiam facit, non id iubenti, sed Deo qui vitę dominus est: & reipublicæ, quæ custos est vitæ. Sed nunquid poterat Rex ille alteri iubere, vt se occideret? quandoquidem supremam habet potestatem. Respondetur neutiquam principem potestatem habere interficiendi innocentem, ac multò minus præcipiendi homicidium sui: si tamen tantam exercuisset tyrannidem, posset iudicem sui per se constituere, qui se iure perimeret. ¶ Ad tertium denique respondetur quod agere patique iniustum, si materialiter accipiatur, vbique se vt correlatiua cōsequūtur. Nemo enim facere iniustum potest, nisi alicui qui id patiatur: neque verò pati, nisi ab aliquo qui id faciat. At verò si locutio sit formalis: quoniam hoc perpendendum est ex voluntate agentis & re

nitentia patientis, potest contingere, vt quispiam iniurius alteri sit, & tamen alter nullam patiatur iniuriam. Vt si quis, verbi gratia, aliquid alteri faciat animo lædendi & nocendi quod tamen alteri nihil nocet: vt si alteri vendas rem pluris quàm valet animo fallendi: tamen alter sciens & prudens vult ex sua liberalitate illud dare. Nam si ex egestate emere cogitur, aut ad vsuras accipere, licet simpliciter dare velit, tamen quia dare nollet, iniuriam, vt dictum est, patitur.

QVÆSTIO QVARTA, de iudicio.

Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 60.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm iudicium sit actus iustitiæ.

QVandoquidem de habitu iustitiæ dictum est, deque eius contrario in iustitiæ: habitus verò sit propter habitū: subsequitur vt de eius potissimo actu dicamus, qui est iudicare, vtrùm sit actus iustitiæ. Et arguitur à parte negatiua. Vnusquisque, inquit. 1. Ethic. Aristot. bene iudicat quæ cognoscit: ergo iudicium ad vim cognoscitiuā attinet: Vis autem cognoscitiua in moralibus per prudētiam perficitur: ergo iudicium, functio est intellectualis prudentiæ potiùs quàm iustitiæ, quę est in voluntate. ¶ Secundò Apostolus. 1. ad Corin. 2. Spiritualis, inquit, iudicat omnia: homo autem per charitatem fit spiritualis, quæ per Spiritum sanctum cordibus nostris infusa, illa à terrenorum affectu perpurgat: ergo iudicium officium est potiùs charitatis quàm iustitiæ. ¶ Tertiò: vniuscuiusque virtutis proprium est rectum in sua propria materia iudicium perficere. Nam, vt. 3. Ethi. cap. 4. ait Philosophus, studiosus quisque est regula eorum quæ facienda sunt. Illæ nanque res, inquit, iustæ ac temperatæ dicuntur, quæ tales sunt quales vir iustus agit ac temperatus. Non ergo iustitiæ proprium est iudicare. ¶ Quartò, iudicare non nisi ad iudices & principes spectare videtur: iustitia autē vniuersalis etiā subditis cōmunis est: ergo iudiciū nō est proprie iustitiæ munus. ¶ In contrariū est illud Psalm. Quousq; in

iustia

Universidad de Deusto
Biblioteca

stitia conuertatur in iudicium.

Conclusio responsiua.

QVæstio vnica dissoluitur conclusione. Iudicium actus est maximè proprius iustitiæ. Cõclusio ex ipso nominis soni tu & cõpositione sit manifesta. Iudiciũ enim idem est quod dictio iuris: & iudicare, idem quod ius dicere: & iudex, idem quod ius dicẽs. Quo sit vt iudicare propriè sit actus circa ius.

Probatio.

Ius autem, vt suprà dictum est, est obiectum iustitiæ, puta iustũ illud quod per iustitiam cõstitutur in rebus: ergo iudicare secundũ suam primæuam ac natiuã significationẽ, idem est quod decernere ac definire id quod iustum est & ius: rectè autem censere ac definire rem aliquã procedit ex recto affectu atq; habitu, quo quis se habet erga eãdem rem. Nam vt. 3. Ethicor. cap. 5. ait Philosophus, qualis vnusquisque est, talis sibi videtur finis: vt qui castus est, bene iudicat de venereorum abstinentia: & qui sobrius, de abstinentia ciborum: ergo eãdem ratione proprius actus iustitiæ est iudicium rectum, hoc est recta determinatio iusti. Vnde Arist. 5. Etic. cap. 4. ait, omnes ad iudicem tanquàm ad iustum animatũ confugere. Est enim iudex quasi viuens ac loquens iustitia.

Aristot.

Ad primum argumentũ.

NVlla in conclusione latet dubitandi ratio præter illas quas argumenta ficta petunt. Primùm igitur sciolos atque ex Dialecticis emergẽtes fallere posset: vtpote quibus re in cortice aspecta apparere posset iudicium secundùm suam genuinam significationẽ esse potius actũ rationis, q̃ iustitiæ: eò q̃ iudicare idẽ est quod ius dicere: dicere autẽ est loqui: quod nõ volũtatis, sed intellectus munus est: voces enim sunt signa cõceptuũ: atque adeò quales loquutiones voce proferuntur, tales intellectus priùs formant. At verò res penitùs inspecta aliter se habet. Enimuerò cùm nomen iudicij à iure descendat: fit vt primum fuerit impositum, ad significandum rectam definitionem iustorum. Sed deinde deriuatum est ad significandam in vniuersum rectam definitionem aliarum virtutũ circa propria obiecta, tam in speculatiuis, quàm in practicis. Puta rectam definitionem in materia temperantiæ ac fortitudinis &c. Ac perinde in scientijs id quod dicit adæquationem obiecti ad intellectum. In omnibus autem ad rectum iudicium

Duæ virtutes requirũtur ad rectũ iudicium.

duæ sunt virtutes requisitæ, scilicet & quæ iudicium proferat, & quæ potentiam iudicantis disponat vt idonea sit atque apta ad iudicij rectitudinem. Prius autem proprium est rationis, cuius est loqui, vt modò ostendebamus: posterius verò proprium est habitus bene afficientis potentiam ad obiectum. Qui quidem habitus de rebus speculatiuis est speculatiuus existens in intellectu: in practicis autem est habitus afficiens appetitum. Nempe in materia temperantiæ, habitus temperantiæ: in materia fortitudinis, habitus fortitudinis. Nemo enim rectissimè iudicabit aggredi quando oportet, esse bonum, nisi qui fortis est: neque censebit melius, moderamine ciborũ vti quàm illis immergi, nisi qui temperatus sit. Eâdem ergo ratione iudicium est opus iustitiæ tanquàm inclinantis hominem ad rectum iudicium: prudentiæ autem, tanquàm proferẽtis. Hæc enim virtus in omnium virtutum materijs iudicia profert. At verò vt recta sint, habitus morales affectum præparant. Quòd si rursus scisciteris, Quæst. vtri ergo harum virtutum magis est propriũ munus iudicare? Respondetur quòd propinquiùs conuenit rationi & prudẽtiæ à qua profertur: sed tamen potissimùm conuenit iustitiæ, vnde habet vt sit rectum. Quocircà Philosophus. 6. Ethic. cap. 12. Virtus, inquit, moralis est quæ propositum ipsum efficit rectum: prudentia verò quæ circa media negotiatur. ¶ At qui per hæc ratio claret cur omnes virtutes prudentiæ connectuntur. Nam cùm prudentiæ sit, recta in omni materia morali iudicia proferre: quã rectitudinem à morali virtute recipit: non potest esse prudens nisi qui sit omnibus virtutibus præditus: neque, vice versa, vlla moralis virtus statum habebit virtutis sine prudentia: quippe sine qua nequit suum exequi propositum. ¶ Secundum argumentum, hoc euincit quòd charitati competit rectè iudicare circa diuina, erga quę afficit appetitum, vt per donum sapientiæ rectum ferat iudicium: iustitia verò afficit erga iustum naturale & humanum voluntatem, vt iustus per prudentiam idoneum quoque proferat de ipsis iudicium. ¶ Ad tertium verò respondetur, quòd etsi omnibus sit virtutibus commune affectũ parare ad rectum iudicium circa sua propria obiecta: est tamen differentia quòd cùm reliquæ virtutes, vt crebrò dictum est, hominem ordinent ad seipsum: iustitia verò ad alium: & vnusquisque sit suorum Dominus, non autem eorum quæ sunt ad alterum: fit vt in cæteris virtutibus non sit requisitum iudicium nisi particulare ipsius studiosi: in materia autem iustitiæ necessarium sit præterea superioris, qui inter duos litigatores dijudicet. Quapropter iudicium peculiarius virtuti iustitiæ adscribitur, quàm aliarum cuipiam. ¶ Ac perinde respondetur ad quartum, quòd etsi priuatim iudicare etiam conueniat subditis iustitia pollentibus: tamen quia hæc virtus architec-

tonicè in principe præsidet, in suisque ministris, eis propriè cõgruit eiusdem virtutis potissimus actus, qui est iudicare, iusq; dicere.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm iudicare sit licitum.

Primum argumentum

CONstituto cuiusnam sit virtutis iudicare, subsequitur vt perscrutemur an sit licitũ. Et arguitur à parte negatiua. Pœna non infligitur nisi pro culpa: decernitur autem iudicantibus ea pœna q̃ iudicabuntur, secundùm illud Matthæ. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini: ergo iudicare illicitum est.

Secundum.

¶ Secundò: Peccatori iudicare non licet, secundum illud ad Roma. 2. Inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Nemo autem est à peccato immunis. Nam si dixerimus, ait Ioã nes, quòd peccatum non habemus, nosipsos seducimus: nemini ergo licitum est iudicare.

¶ Contrarium nos autem cohortatur illud Deutero. 16. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio.

CVm articulo proximo definitum fuerit, iudicium esse actum iustitiæ, inde fit consequens iudicare esse licitum. At verò nõ ideò otiosus est præsens articulus: quippe qui non tam adhibetur ad id demonstrandum, quàm ad enarrandas constituendasq; conditiones, quæ ad iudicium requisitæ sunt vt sit rectum.

Conclusio responsiua.

Quapropter conclusio non tam titulo ad formam respondet, quàm ad æquitatem recti iudicij. Cõclusio autem est. Vt vnumquodlibet iudicium rectum sit, tria exiguntur: nempe vt procedat & ex iudicis authoritate, & ex iustitiæ affectione, & ex prudẽtiæ rectitudine: quorum quolibet deficiẽte iudicium erit vitiosum, ac subinde illicitum. Probatur conclusio. Iudicium, vt dictum est, eatenùs est rectum ac perinde licitũ, quatenùs actus est iustitiæ: ad hoc autem vt sit actus iustitiæ, tria hæc cõmemorata requiruntur: ergo eadem omninò sunt ad rectum iudicium necessaria. Probatur posterior præmissa. Propria enim iustitiæ vis est coactiua: cogere autem nemo potest alterum nisi illi sit subditus. Quod naturalium exemplo constat. Agens nanque passum non vincit ni sibi intra suæ actiuitatis periodum subiectum: requiritur ergo principis iudicisque authoritas. Vnde Paulus ad Roma. 14. Tu quis es qui

Probatio conclusionis.

iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit. Atque adeò cùm sit vniuersalis omnium Dominus, nemo inter mortales legitimus est iudex, nisi qui ab ipso iudicandi authoritatem receperit. Quocirca ad Roman. 13. Non est, inquit, potestas nisi a Deo: &, qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Et infrà quemcunque iudicem ait esse Dei ministrum, vindicem in iram ei qui malè agit: Quomodò autem hęc potestas à Deo in homines per legem naturæ deriuetur, Libro proximo sub titulo De dominio elucidabitur. Secundum, vt proximè dicebamus, quod ad rectitudinem iudicij requiritur est vt proficiscatur ab affectione & inclinatione iustitiæ: quod nulla alia indiget probatione, quàm quòd iudicium est proprius huius virtutis actus, tãquàm animum ad iustum afficientis. Quocircà si quis iudicum iuri alterius partis quidpiam adimat, quod alteri tribuat, substantiam iustitiæ subuertit. Tertium autem quod iudicij rectitudo postulat, est officium prudentiæ: cuius munus est, iudicium proferre. Quapropter qui ius dicit, iustumque inter litigantes constituit, non tamen quando, vbi, & quomodò secundùm leges oportet, hac parte demolitur iustitiæ virtutem. Vnde iudicium, cui authoritas deest præsidentis, dicitur vsurpatum: cui autem iustitiæ substantia, nuncupatur iniquum: sed quod fit absque prudentia, si absit iuris ordo censetur suspectum: si verò ex leuitate & absque legitimis probationibus proferatur, est temerarium. ¶ Circa harũ autem conditiones singulas hoc primùm animaduertito quòd singularum defectus genere suo facit mortale peccatũ: Iudex inquam qui vel nullam habens authoritatem vel alienam vsurpans, eum iudicat qui sibi non subditur, leue thaliter peccat: vt si iudex sæcularis in clericorum causas se inferat: etiam si à iure excommunicatus nõ esset, ipso facto mortali culpa commacularetur, perinde ac si priuata esset persona: Imò & eò grauiùs, quòd obtentu publicæ authoritatis id facit: Et si clericũ bonis suis priuaret, verè esset latro: et si occideret, verè homicida. ¶ Secunda etiam conditio est oculatè perpendenda. Assertum enim illud quòd iudicium debet ex affectione & inclinatione iustitiæ procedere, amphibolum est, trinumque potest exhibere sensum. Primus est vt non fiat contra iustitiam. Atque hic est legitimus: vt scilicet vnicuique syncerè tribuatur quod suum est. Cuius idcircò defectus reddit iudicium iniquum. Secundus est vt iudicium procedat ex affectu iustitiæ. Atqui huius defectus nunquàm est peccatum mortale. Enimuerò si iudex

Paulus.

Documentũ

Aliud aduertendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si iudex iustam ferat sententiam, licèt hoc nō faciat ex habitu vel amore iustitiæ, quia improbus homo est, non peccat mortaliter, sed esset veniale delictum. Nam iudex cùm sit iustitiæ custos, eius affectu debet semper iudicare. Tertius deniq; sensus est vt iudicium nō feratur ex alio prauo affectu: scilicet odio, amore, vel cupiditate. Atq; huius defectus, peccatū erit secundùm affectum ex quo procedit. Exē pli gratia. Si iudex eum qui verè latro est, ac legitimè talis comprobatus patibulo affigit ex odio non quidem peccat contra iustitiam, sed tamen cōtra charitatem: & si cupiditate pecuniæ id faciat, non quidem iniquus, sed auarus erit: & si cupidine inanis gloriæ, tūc erit vanus, & venialiter peccabit. Quocircà licèt ex odio occidat, non censebitur homicida: sicuti si esset priuata persona: quandoquidem ius habet occidendi. ¶ Defectus etiam tertiæ conditionis erit peccatum mortale. Vt si regulas & circunstantias iuris prętermittat: & dum persona priuata leuiter ac temerè de occultis iudicat. Potest autem fieri veniale ex leuitate materiæ: vt si iudex leues aliquos terminos iuris missos faciat: aut si quis quempiam de re leui leuiter iudicet: vt in articulo proximo dicturi sumus.

Ad primum argumentū. Augustinus.

AD primum igitur argumētum variè à sanctis patribus respōdetur. Augustinus enim in sermone Domini in monte, ait illic prohiberi iudicium temerarium: quod est de cordium intentione, aut de rebus incertis & occultis: de qua temeritate articulo proximo ineūdus est sermo. Hilarius verò ait prohiberi diuinorum iudicium: quæ cùm captum exuperēt nostrū, non sunt à nobis humanis regulis iudicanda, sed simpliciter credenda. Sed Chrysostomus ait prohiberi iudicium ex animi amaritudine, de quo modò dicebamus. Et quamuis istæ omnes expositiones osculandæ sint, illa tamē Augustini genuina esse censetur textui. ¶ Ad secundum argumentum diuus Thomas distinguens respondet, videlicet iudicem qui est in graui peccato publico nō posse iudicare alios qui similium aut minorum rei sunt: præcipuè quādo illa peccata sunt publica. Et allēgat pro se Chrysostomum id exhortātem super illud Matth. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Si verò iudicis peccata occulta sint, poterit quidem similes peccatores condemnare si id cum humilitate faciat. Quod sententia Augustini cōfirmat, qui in libro de Sermone Domini in monte, ait: Si inuenerimus nos in eodem vitio esse, congemiscamus & ad pariter conandum nos inuitemus. ¶ In hac autem respōsione primum adnotandum est fuisse Wicleff eiusque

Hilarius.

Chrysost.

Ad secundū S. Thomæ.

Wicleff.

assecias qui asseuerauerunt per quodcunque mortale peccatum vnà cum Dei gratia amittū & rerum dominium & omnem iudicādi potestatem: quæ Dei largitate recipiuntur: de qua hæresi libro sequenti sub titulo de Dominio, nonnullam sumus facturi mētionem. Sed hac tamen prætermissa hæresi, fuerunt, suntque ca tholici, qui aiunt ei iudici qui delictis sordescit, crimen esse sententiam in alium ferre peccatorem: non solùm si in peccato sit publico propter scandalum, verùm etiam si sit in occulto: quia officium iustitiæ ex affectu eiusdem virtutis non præstat. Qui enim in vno est scelere, omnibus orbus est virtutibus, atq; adeò iustitiæ habitu caret. Vnde citatus Paulus, Inexcusabilis es ô homo (scilicet peccator) omnis qui iudicas. &c. Et secundò ad idem arguitur: Cum iudex sit Dei minister, debet ei dum alium iudicat, assimilari: secundùm illud Leuitic. 19. Sācti eritis, quoniam ego sanctus sum. Imò & ratione naturali id ipsum constabilitur. Docet enim Philosophus. 2. de anima, visum qui de coloribus iudicat ab omni esse colore alienū: aliàs colorem quo inficeretur in nullo posset obiecto percipere. In summa, quicunq; sacerdos in peccato existens, quantumuis occulto, munus sacerdotale in administrandis sacramē tis exerceat, mortaliter peccat: vt cū alijs Theologis diuus etiam Thomas consentit. 3. part. q. 64. artic. 6. ergo eodem modo qui in peccato potestatem iurisdictionis exercet. Nā sicut potestas ordinis, ita & iurisdictionis, vt ait Paulus ad Roman. 13. à Domino Deo est. Accedit cap. quæsitum. de temporibus ordinandorum. vbi id admoneri videmur. Fuit ergo adeò celebris hæc opinio vt etiā sanctus Thomas ei aliquando subscripserit: nempe in. 4. distinct. 19. q. 2. artic. 2. vbi indiscriminatim siue peccatum iudicis publicum sit, siue occultum, asserit peccatum esse mortale alium peccatorem solemniter condēnare. Quapropter & Caietanus quo lib. 2. q. 14. de hac re disputauit. Veruntamen his nihil obstātibus meritò diuus Thomas sententiam in Summa emēdauit: hūc scilicet & loco citato. 3. part. q. 64. vt occultum peccatore qui iudex est, non censeat mortaliter delinquere iudicando. ¶ Colligimus ergo sententiam hisce propositionibus. Prima: Iudici qui occulto irretitus est scelere, quantumcunq; grauissimo, nisi excommunicatus sit vel suspensus, subditos condemnare, siue de eodem crimine siue de alio dissimili, licet. Ratio est, quod nihilo minùs eiusmodi iudex habet iudicandi titulum. Est enim hæresis id negare. Item potest habere prudentiam & animum seruandi vnicuiq;

vnicuiq; ius suum: nihil ergo illi deest quo minus potestate iudicandi vtatur. Secùs si esset hæreticus qui ratione excommunicationis iudex sedere non potest. Neq; est simile de sacerdote qui in peccato sacramenta administrat, nam ad hoc munus requiritur potestas ordinis, in cuius collatione cōfertur gratia per quā dignus efficiatur atq; idoneus administrandi sacramenta, quibus gratia confertur. Et ideo sanctitate, vt aiunt, quam alijs præstat, vigere debet. Et hoc precisè decretum est in cap. quęsitum. Aliter autem censendum de potestate iurisdictionis. ¶ Reliqua verò argumenta id tantum euincunt quod sit quædam decentia vt qui alios iudicat talem se gerat quales subditos vult esse quos condemnat: & ideo forsan erit veniale peccatum cum peccator peccatorem condemnat. Nam, vt suprà diximus, facere iustum non ex habitu iustitiæ non est peccatū, si fiat ex affectione eiusdem virtutis, perque eius actum, & peccator quamuis careat iustitia infusa, potest tamen habere acquisitam. Sed erit veniale peccatum, eò quòd cùm quis aliū iudicat, profitetur se mundum esse à crimine: & ideo si non est talis, est quodammodò hypocrita: quem taxat illic Christus: Quid vides festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, ejce prius trabem de oculo tuo &c. Sed quia iniuriam non facit, non peccat mortaliter. Illud autem Apostoli ad Roma. 2. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas: non sic intelligitur (vt ait sanctus Thomas) ac si simile peccatum committat: sed quod alium condemnādo ostendit se dignum esse qui simili sententia condemnaretur, iuxta verbum Domini, Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam ¶ Postrema propositio sancti Thomæ est, quod publicus peccator alios condēnans mortaliter propter scandalum peccat: nam tunc iustitia in vilipendium venit apud populum, nempe qui videt non habere eandē vim in iudice quā exercet ipse in subditos. At verò licèt gēere suo peccatū sit mortale, potest nihilo minùs fieri veniale ex leuitate materiæ. Et ideo adiecit S. Tho. si sit in grauioribus criminibus: & præcipuè si sit in similibus: vt si esset ipse publicus latro, & nihilominùs latrunculos persequeretur: Aut si publica admitteret adulteria, & adulteros nihilo minùs iudicio premeret. Nam si esset, verbi gratia, fornicarius, & latrocinia homicidiaq; vleisceret, nō esset mortale scādalū: imò quando crimen nō esset infame, nullū esset scādalū: vt si præauaritia non esset eleemosynarius quando deberet.

Solutio quæsti. arguméti.

Ad alterum argumentum eiusdem opinionis.

Postrema propositio.

Ratio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm iudicium temerarium, puta ex suspicione procedens, sit licitum.

IN superioribus articulis de iudicio iudicis, quemadmodùm sit licitum, disputatum est. In hoc autem sequitur vt de iniquo iudicio, quod non solùm publico iudici, verùm & priuatis vniuersis contingere vbiq; assolet, dicēdum sequitur, vtrùm scilicet dum temerè ex suspicione procedit sit illicitum. Stant enim à parte negatiua argumenta. Primum. Suspicio videtur esse opinio incerta de aliquo malo. Ait enim Philosophus. 6. Ethic. suspicionem se habere & ad verum & ad falsum: de singularibus autem contingentibus haberi à nobis opinio nequit nisi incerta. Cùm ergo humanum iudicium de humanis actibus singularibus & contingentibus concipiatur, si nullum licitum est iudicium ex suspicione, nullatenus iudicare licet. ¶ Secūdò. Per omne iudicium illicitum irrogatur alteri iniuria, nā cùm iudicium rectum sit actus iustitiæ, sit vt corruptum, sit actus iniustitiæ: per suspicionem autem quæ intus in mente latet, nulla proximo irrogatur iniuria: ergo non est illicita. ¶ Tertiò. Si iudicium ex suspicione esset illicitū: atque adeò, vt modò dicebamus, actus iniustitiæ, cùm iniustitia genere suo sit peccatum mortale, fieret vt omne temerarium iudicium esset genere suo lethale crimen. Consequens tamen est falsum: nam vt glossa Augustini habet super illud. 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare: suspiciones vitare non possumus. ergo iudicium ex suspicione nō est illicitum. ¶ Contrarium autem vnanimiter Doctores cōfitentur cum Chrysostomo super illud Matth. 7. Nolite iudicare, &c. vbi ait, Dominus hoc mandato non prohibet Christianos benevolentia alios corripere, sed nè per iactantiam iustitiæ suæ Christiani Christianos despiciant, solis plerunque suspicionibus odiētes cæteros & condemnantes.

Primum argumentum. Aristot.

Secundum.

Tertium.

Glossa.

Chrysost.

QVæstio hæc præcipua est & ad humanos vsus intellectu necessaria: quam ideo vt perspicuè definiamus, animaduertēdum est, temerarium iudicium multis nominibus esse existimandum. Primùm de sua ipsius substantia: scilicet vtrùm de alterius malo addubites: an verò suspiceris per incertā opinionem, vel forte certam sententiam feras. Secundo de causis quibus ad sic iudicādum afficeris. Tertiò ex coniecturis quę in talem te suspicionem

Fundamētū diligēdę quęstioni apprimè vtile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cionem pertrahunt. Et quartô denique ex obiecto: nempe ex quantitate illius mali quod alteri iudicando impingis. Hæc ergo vt lucidè euoluamus, rem ab ipsa iudicij substantia exordiamur. Igitur etsi D. Tho. tres duntaxat dignoscat: tamen, quò perspicacior sit oratio, quatuor gradus operæpretium est discernere temerarij iudicij: si tamen dubietatem illi annumeres. Primus est dubietas, dū scilicet animus pendulus est, neutri parti contradictionis assensum perhibens. Vt si anceps hæreas, an proximus tuus aliquo sordescat crimine: nullum tamen proferens assensum aut affirmatiuum aut negatiuū. Quare gradus hic nō eô attingit vt sit iudicium temerarium, quoniam nullum secum affert iudicium. Secundus gradus est suspicio, quæ est assensus vnius partis contradictionis cum formidine alterius: quam Dialectici cum Philosopho. 6. Ethicor. appellāt opinionem. Attamen in præsentiarum tria connotat suspicionis nomen. Primum, vt dictum est, assensum cum formidine, id est quôd ita assentias vni parti vt non sis omninò firmus, sed vacilles circa alteram. Secundò qualitatem obiecti. Nam etsi opinio indifferens sit ad bonum & malum, tamen suspicio Latinè in malum sonat. Dicitur enim quis in suspicionem laborare: quando sinistra de illo concipitur habetúrve opinio. Etenim si sit de re bona, potiùs dicitur bona existimatio. Tertiò connotat eandem nasci ex leuibus causis: puta cùm de secretis cordium aut de occultis tenues coniecturas habemus, quæ suspicionem generare per se nō possunt nisi ob nostrā leuitatem, aut infectum animum: quę ideo suspicio lineam iam inde ingreditur temerarij iudicij. Temerarium enim prudentię opponitur: ob idque idē est quod sine legitima causa inconsultò concipitum iudicium. At vero diuus Thomas hos duos gradus absque discrimine sub primo cōplexus est. Discernit nanque, vti dicere cœpimus, tres solos suspicionis gradus. Quorum primus, inquit, est dum homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit. Et hoc ait esse veniale peccatum. Veruntamen inter dubitare & suspicari profectò non parùm interest at interualli: nam dubitare est pendulum absque vllo assensu habere animum: suspicari autem, si Philosophum. 6. Ethic. auscultes, est vni assentiri cōtradictionis parti cum alterius formidine. Dubitamus nanque certum astrorum numerum: de quo minimè suspicamur. Igitur sanctus Thomas eò non tam anxiè verborum rigorem obseruauit, quòd cùm neutrum sit peccatum mortale, idem est vtriusque morale iudicium. Atque adeò siue nullus habeatur assensus, siue formidolosus sit, vtrumque & dubitationis & suspicionis appellatione denotauit. Tertius ergo gradus, qui apud sanctum Tho. secundus habetur, est cùm quilpiam pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus indicijs. Atque hunc gradum, quanuis generali nomine appellet diuus Thomas suspicionem, plus tamen est quàm suspicio. Quartus denique gradus, qui illi est tertius, peculiariter ad publicum spectat iudicem: nempe dum ex tali suspicione absque legitimis testimonijs sententiam condemnationis in quempiam profert. ¶ His ergo præmissis, tribus conclusionibus, vt literam D. Tho. non egrediamur, ad quæstionem respondetur. Prima. Suspicio primi ac secundi generis, vt nomine suspicionis dubietatem, breuitatis gratia cum S. Thom. complectamur, est genere suo peccatum: non tamen peius quàm veniale, nisi ex suis causis vel aliunde vsque ad mortale procedat. Etenim quod sit peccatum, inde patet, quòd vnusquisque iure hoc gaudet naturali, vt bonam apud quosque habere debeat sui existimationem, quousque legitima testimonia sua prodant delicta. Quare eiusmodi suspicio, quippe quæ tale ius quadamtenus, hoc est sub dubio, violat, nonnihil habet iniuriæ: etiam dum citra assensum dubitas: vt iniserius fiet euidentius. Adde quòd est etiam & quodam modo nocua: tum quòd causa est vt minoris æstimes proximum quàm decet: & quem despectui habes, periculū est nè & odio prosequaris: tum etiam quôd periculosa est vt eundem infames. Alias autem causas inferius subijciemus. Quòd autem genere suo non sit mortale, ex his liquet, primum quòd genere suo non expellit charitatem: mox quòd ad humanam tentationem pertinet, sine qua vita nostra non ducitur: vt glos. citata habet super illud. 1. ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare. Vnde Augustl. infert eiusmodi suspiciones vix nos posse vitare. Quapropter leuioris est culpæ sine assensione hæsitare, quàm per illā suspicari. ¶ Quòd autem ex causis fieri possit mortalis, probatur. Triplici enim de causa eius modi suspiciones quas legitimæ coniecturæ non generant, oriuntur in homine. Primùm ex sua ipsius prauitate. Qualis enim quisque est, tale fert de alijs iudicium: nimirum de sua conscientia alios æstimans, secundùm illud Ecclesiast. 10. In via stultus ambulans, cùm ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat. Secunda radix eiusmodi suspicionis esse potest odium, quo quis alterum habet. Est enim ingens vis qua voluntas in intellectum vrget ad ipsum labefactandum. Quemcunq; enim in quem vel odio, vel ira, vel inuidia affectus sis, continuò spernis: contemptus autem paratissima est causa vt sinistram quodlibet de illo facilè credas. Tertia denique causa sic suspicandi est longa experientia. Qua vtique ratione Philosophus. 2. Rhetoric. ait senes impendiò esse quàm suspiciosissimos: eò quòd multoties sint hominum defectus experti. Et quanuis tertia hæc causa nō tantùm habeat culpæ, pro eo quòd experientia certitudinem auget, quæ est contra suspicionis naturam: nihilo minùs leui saltem culpa non caret. Attamen alię priores ambæ manifestariam continent peruersitatem. Atque adeò secunda potissimùm sępenumerò facit vt suspicio sit peccatum mortale, quale est odium, vel inuidia, vel ira quæ illi fomentum ministrauit. An verò etiam ex obiecti grauitate peruenire etiā possit ad mortalem culpam, statim disputabitur. ¶ Secunda cō clusio. conclusio. Suspicio tertij gradus, quam diuus Thomas secundo loco constituit, genere suo est peccatum mortale si sit de re graui. Probatur. Quoniam eiusmodi certus assensus, si temerarius est, hoc est ex leuibus indicijs emanans, non infimam affert iniuriam: pro quanto qui certò de aliquo malè iudicat non potest non ipsum contemnere ac subinde odisse. Et confirmatur mortale esse crimen eò quòd suspicio prioris generis tētatio sit quam ægrè recutere valemus: firmitatem tamen assensus facilè vitare possumus quando coniecturę nō nimium vrgent. Vnde Augustinus in commemorata glossa: Etsi suspiciones, inquit, vitare non possumus, quia homines sumus: iudicia tamen, id est definitiuas, firmasque sententias continere debemus. Ob idque tale iudiciū suopte ingenio aduersatur charitati, in quo consistit ratio mortalis criminis: & nonnihil prætereà pręse fert latentis iniustitiæ. ¶ Tertia conclusio. Suspicio tertij gradus apertissimū est peccatum mortale iniustitiæ, tantoque grauius quanto iudici, qui custos est iustitiæ, scelestius est quempiam nisi legitimis testimonijs condemnare. ¶ Circa has autem conclusiones etsi veridicas, nihilo minus primum omnium ambigitur, vtrùm testimonio euangelico satis aperte corroborentur. Afferūt enim in hanc sententiam plerique Doctorum illud Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Qui tamen locus non ita multùm perspicuus est ad condemnandum internum iudicium temerarium, de quo in præsentiarum sermonem habemus. Illic nanque Dominus eos tantùm sub notare videtur, qui cum maioribus illaqueati sint criminibus, suos proximos minorum redarguunt. Subsequitur enim protinus, Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce priùs trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Infāmat ergo illic hypocrisin eorum qui cæteros reprehendētes profitentur se virtutibus pollere, quas non habent. Vnde Hieronymus: De his, inquit, loquitur qui cùm ipsi mortali crimini sint obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt: culicem quidem liquātes camelum, verò deglutientes. Profectò si Doctorum sententias perlustres, hunc sensum omnes agnoscunt: tamē conclusiones nostræ aduersus iudicia temeraria, solùm sensum illum, sed & hunc faciunt quòd iudicare de occultis in vniuersum peccatum est, etiam illis qui non sunt hypocritæ: sed alioqui probi. Imò verò Chrysosto. Opere imperfect. (si illius fuit Diui) ait eo loco euāgelij, iudicare, pro eo accipi quod est, iniurias vindicare. Quod quidem non abs re asseruit, si verba attentè auscultes, Nolite iudicare, & non iudicabimini: quib⁹ non iudicanti prēmiū proponitur quòd non iudicabitur. Enimuerò si iudicare illic, vt nos volumus, vsurparetur pro eo quod est non suspicari, non cohęreret tunc præmium: scilicet quòd nec de nobis habebitur suspicio. Egregius nanque quidpiam videtur ibi Christus polliceri: nempe quôd si nostras iniurias remiserimus, condonabuntur etiam nobis & nostræ. Vnde apud Lucam simul componuntur, Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimittite, & dimittemini. ¶ His tamen nihil obstantibus, conclusio non solùm verissima est, etiam extra hypocrisin, verùm eodem loco asseritur: qui etsi alias permittat expositiones, tamen August. lib. 2. de Sermone Domini in monte expositore, & hunc quoque gratanter admittit. Ait enim id ipsum illic præcipi vt facta quæ dubium est quo animo fiant, in meliorē partem interpretemur. Quin verò & hoc ipsum verba ipsa, Nolite iudicare, & non iudicabimini, ostēdunt. Iudicare enim condemnationem includit. Exhortatur ergo nos Christus vt neminem condemnemus, nè in iudicio finali nosipsi condemnemur. Imò si ab hoc iudicio abstinuerimus, misericordiā promereamur. Adiūgitur & illud ad Rom. 14. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Vbi non solùm hypocritæ qui in maioribus sunt criminibus, verùm & vniuersi aliās probi iudicare prohibentur: id enim sonat, nō man-

Quatuor gradus temerarij iudicij

Quid suspicionis nomē designet.

D. Thomas.

Philosophus.

Hieronymus.

Chrysostomus.

Augustinus.

Paulus.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manducans non iudicet. Et vt connexionem denotaret horum quæ sunt iudicare, & contemnere. Priùs dixit, Is qui manducat, non manducantem non spernat: denique subiunxit, Et qui non manducat, manducantem non iudicet. Quanuis non sine causa in priori loco dixit, spernere: & in posteriori, iudicare: vt illic adnotauimus. Accedit deniq; & in eodem sensu illud. 1. ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus qui illuminabit abscõdita tenebrarum: vbi causam, ne iudices, non illam designat q̃ & tuipse delector sis: sed quòd incerta sunt & obscura quæ tu pro certis ducis & claris. Fulcitur ergo conclusio non solùm rationibus quas de rerum natura deprompsimus, verùm & sacrorum oraculis. ¶ Superiunt autem circa singulas cõclusiones dubiola minoris momenti. Et primùm circa secundam, qua assertum est iudicium temerarium genere suo esse peccatum mortale, animaduertendum est tria esse ad id requisita. Primum vt sit certum: secundum, vt ex leuibus colligatur coniecturis: & tertiũ, vt sit de re graui. Certum autem iudicium vnã tantùm conditionem in speculatiuis dicit: vtputa quòd nihil prorsus habeat formidinis aut ambiguitatis admixtum, quod ad scientiam spectat & ad fidem tam humanam quàm diuinam: in moralibus autem, parum pro nihilo reputatur: & ideo vbi ita firmus es in sententia vt ferè nihil dubites, quasi certum iudicare censeris: ob idq̃ mortaliter peccas. Dum tamen tale iudicium non sit repentinum, quod certè in moribus etiam est perpendendum.

Tria requiruntur vt iudicium temerariũ sit peccatũ mortale

Enimuerò si cum vides iuuenem cum puella absque arbitris colloquentem, subitò ad iudicandum raperis, non est cur culpam mortalẽ timeas: sed quando sedato animo & facta reflexione eandem deliberando sententiam confirmas. De causarum autem leuitate quæ culpam facit mortalem, nulla potest stabiliri certa regula. Et quidem sanctus Thomas in solutione ad primum, nullas alias causas videtur approbare excusantes iudicium à culpa, nisi quãdo quis per idoneos testes, probatur malus: tunc enim ait licite iudicare quempiam posse, alterum esse malum. At verò id intelligendum est respectu iudicis, qui non debet rei euidentiam expectare: sed humanam certitudinem, quæ habetur per idoneos testes: citra quam tamen neutiquam debet præcipitare sententiam. Nihilo minùs citra talia testimonia potest quisque tam iudex quàm priuatus excusari à culpa, etiam dum mente apud se certum fert iudicium. Laudi nanq; Salomoni tribuitur. 3. Reg. 3. quòd ex verbis mulierum quarum altera annuebat puerum medium discindi, altera verò renuebat, iudicium elicuit, vtra illarum puerum peperisset. Haud tamen ob tale iudicium alteram puniuit, sed veræ matri suum natum tradidit. Nulla ergo regula dari potest certior quàm quòd illæ coniecturæ & indicia à culpa excusant, quæ virum prudentem & probum ad sic iudicandum perducerent. Video hominem noctu scala fenestras conscendere, profectò absque culpa possum de illo certò malum iudicare. Vides etiam iuuenem & puellam secreto obscuroque loco petulanter se amplexantes, nulla est culpa sinistrum de illis ferre iudicium. Nam vti. 2. de anima author est Aristoteles. Cogitare possumus cùm volumus: opinari verò non: hoc est, abstinere à iudicando non est semper in nostra potestate. Tametsi iudex ex tali iudicio, quanuis vt priuatus homo possit illud absque culpa concipere, non debeat ad punitionem procedere: sicuti nec Salomon processit. Poterit tamen princeps atque prælatus abstinere nè talem suspectum ad magistratum & ad Ecclesiæ administrationem assumat. Quo fit vt quanto coniecturæ sunt leuiores, tanto cæteris paribus peius ingraescit peccatum: & quanto sunt ipsæ grauiores, tanto magis attenuatur. Atque inde fit rursus consequens quandoq; non posse certò definiri vtrùm iudicium, mortale sit an veniale. ¶ Pari modo censendum est de grauitate illius mali quod alteri iudicando inuris. Etenim Summistæ illud solùm iudicium esse censent de graui malo, quando quis iudicat quempiam esse in peccato mortali. At verò quanuis regula plurimùm vera sit, non tamen est omnimodè certa: sed potius aspiciendum est ad infamiam. Nam inde perpenditur iudicij grauitas. Quocirca vbi peccatum non esset tam infame, iudicare quempiam esse in illo, non esset mortale: vt si facilè certoque iudicares aulicos vel alios perditos iuuenes turpes amores cum mulierculis gerere: aut militem duello alium interfecisse. Quoniam ipsos hęc commisisse nullatenùs pudet. Et econuerso quanuis malum illud non esset peccatum, sed naturale: nihilo minùs iudicium illius posset esse delictum. Vt si de viro qui egregio loco & existimatione habetur, leui de causa certò iudicares esse infami sanguine natum. Nã & in hoc grauiter illi iniurius es. Quare neq; de hoc potest certa cõstitui regula, sed speculãdum est an tale sit malũ, quod alter ægrius ferret de se audire quàm si esset peccatum mortale. ¶ Ex his ergo gradum retrò faciamus ad primam cõclusionem

D. Thomas.

Auctor

inuestigantes vtrum vsque adeò sit verum, suspicionem citra certitudinẽ nõ esse genere suo mortale crimen, vt nunquam vsq; possit cre-
D. Thomas, Caietanus. scere. D. enim Tho. sic sentire videtur, & Caiet. sic sentit, dicens nullũ iudiciũ citra certitudinem esse nisi veniale. Porrò autem contrariũ videtur persuadere ratio: nam etsi id pro regula meritò sit habendum, est nihilo minùs excipiendum quando grauissimum malum de honestissima persona suspicaris. Regulæ enim morales non sunt tenore metaphysico expendendæ: sed ex iniuriæ quantitate. Et re vera si prudentium iudicium consulas, plus iniuriæ irrogas Petro si cum formidine opineris incestuosum esse cum matre, aut cum filia, aut cũ sorore, quàm si certo credares esse fornicariũ: multoq; viliùs eum sperneres, qui apud te in suspitionem veniret hæreticæ prauitatis, aut proditionis reipublicæ, aut alius immanis sceleris, quàm eum quem certò crederes minoribus irretiri. ¶ Deniq; postrema dubitatio est de illo qui citra assensum de bonitate alterius dubitat, quem in prima conclusione complexi sumus huiusmodi nota peccati venialis. Nulla enim apparet huius sententiæ ratio: quandoquidem ille nullam facit mali iudicium. Imo vero virtuti potius dandum est quòd quis animum suspensum teneat, vbi aliquæ coniecturæ proximũ notant. Respondetur nihilo minùs quòd etsi non sit tanta culpa quàm suspicari, imo sępenumerò, vbi coniecturæ ad prauum iudiciũ inclinant, laude dignum sit iudicium suspendere: tamen tam leues esse possant, vt illa etiam animi suspensio sit culpa. Nam, vt suprà diximus, ius habet quisq; non solum vt non habeatur de illo sinistra suspicio, verùm vt quisque de illo existimationem habeat bonam. Et cõfirmatur hoc inde, quòd certe si Petro qui de Ioanne bonam habet existimationem, eandem illi adimeres, malefaceres: malum ergo est & te ex leuissima causa mere neganter habere circa proximum. Quin verò posset nonnunquam esse peccatum mortale. Ecquis enim ambigat quin si videntes honestatem vitamq; integerrimam Ioan. Bap. sacratissimæ Virginis, vt de Deo eius filio taceamus, de eius bonitate dubitarent, graue committerent peccatũ? re vera non est in dubium reuocandum.

Postrema dubitatio.

Responsio.

Solutio.

AD primum igitur argumentũ iam responsum est, quod licet humanum iudicium non possit de singularibus omninò esse certũ: potest tamen quisque humano more, scilicet dum idonea sunt testimonia, citra iniuriã male de altero iudicare. ¶ Ad secundum respondet. D. Thom. nihil aliud quàm quod iudiciũ temerarium, licèt non prodeat in publicum, nihilo minus in mente est pernicioſum: quia est causa cõtemptus. At verò quò res apertiùs pateat, causas perscrutemur malignitatis eiusmodi interni iudicij, vtrum quando est certum genere suo, sit per se peccatum mortale. Apparet enim pars negatiua inde vera, quòd cùm proximus per illud nihil detrimenti patiatur, neq; in sua persona neq; in rebus suis, non est cur tãta nota condẽnetur. Reperias respondentes satis esse vt sit mortale peccatũ quod est à Deo prohibitũ: qui pro sua libertate potuit quæcũque voluerit prohibere. Isti autẽ non perpendunt hoc non esse malũ quia prohibitum, imò prohibitũ quia malũ. Est enim ex his quæ sunt contra ius naturæ, quæ quidem in Euangelio præter sacramenta quæ ad religionem pertinent Christus nobis duntaxat præcepit. Neq; satis est si respondeas, iudicium esse illud malũ, quia ordinem habet ad exterius damnum, puta ad infamandum. Enimuerò cùm sit speculatiuum, non habet ordinem proximũ ad opus: & ideò respondetur quòd quanuis nunquàm exiret foras, in suis latebris per se malũ est mortale. Primùm, vt diximus, quia causa contemptus & odij. Secundò id patet, quia per ipsum infamas proximum tuum apud teipsum: quãdoquidem malam de ipso concipis existimationem. Ex quo subsequitur argumentum ad id tertiũ. Si enim suspicio quam de Petro habeo sinistram, peccatum mihi nunquàm esset mortale, sequeretur quòd neque illam in aliorum mentes dispergere, dum modò nullum aliud consequeretur damnum: nam si mihi mentalis suspicio non est peccatum, neque illis esset sua, atq; adeo nec mihi esset peccatum illam semĩare. Quod tamen falsum est. Præterea est argumentum quòd iudicare de occultis est id vsurpare quod est Dei proprium: secundum illud Pauli, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? ¶ At verò dubium restat si tale iudicium, peccatum est genere suo mortale, vtrùm sit cõtra iustitiam, an verò solum cõtra charitatem. Quod quidem D. Tho. tractat in solutione tertij argumenti: quo quærebat an genere suo sit mortale: & respondet subobscurè. Ait enim quòd cum iniustitia sit circa exteriores operationes, tunc iudicium suspicioſum directè ad iniustitiam pertinet quando ad actum exteriorem procedit: & tunc est, inquit, peccatum mortale. Subdit verò, Iudicium autem interius pertinet ad iniustitiam secundùm quod comparatur ad exterius iudicium: vt actus interior ad exteriorem: puta sicut concupiscentia ad fornicationem: & ira ad homicidium. Manet

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ

Alterum

Questiõcula circa materiã secũdi argumenti.

Suaderur pars negatiua.

Solutio quorundam.

Reprobatio

Solutio vera

Alterum dubium.

S. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergò obscura ac subinde dubia hæc litera: quia non clarè ait, iudicium quod non procedit ad exteriora esse peccatum mortale. Nihilo minùs proculdubiò tenendum est eiusmodi iudicium esse genere suo mortale peccatum, idq; contra iustitiam. Explicatur S. Thomas. Distinguit autem D. Thom. duo illa membra quòd iudicium imperatiuum actus exterioris, scilicet infamandi aut condemnandi, est directè contra iustitiam, vt in tertia conclusione expressum est. Sicut volitio efficax occidendi reducitur ad homicidium: iudicium autem speculatiuum quo non imperatur exterius opus non pertinet directè, ad iniustitiam exteriorem. Et in his stat differentia, videlicet, directè, & indirectè. Sed nihilo minùs est peccatum mortale, vt in secunda conclusione dictum est. Sicuti ira & concupiscentia vxoris alienæ cum consensu in delectatione, licèt non procedatur ad opus, est mortale. Enimuerò non solùm efficax volitio occidendi, mortalis est, verum & internum desiderium mortis proximi aut grauis detrimenti: licet tu nolis damna illa dare.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm dubia sint in meliorem partem interpretanda.

NON satis est nosse, iudiciũ temerariũ iniquum esse, sed explorare oportet vtrum dubia debeamus semper in meliorem partem interpretari. Et arguitur à parte negatiua. Primum argumentum à parte negatiua. Iudicium cùm sit rationis opus, cuius pfectio in veritate consistit, de illis potiùs ferri oportet, quæ plurimùm accidunt, vt rariùs fallamur: sed pluries accidit homines improbè agere, quàm probè: nam cùm sensus hominis ad malum ab adolescentia sua proni sint, vt Genes. 8. legitur, sit vt, quemadmodum habetur Eccle. 1. stultorum infinitus sit numerus: consultius ergò est dubia in malum quàm in bonum interpretari. Argum. 2. ¶ Secundo: Ille piè & iustè vivit, authore Augustino, qui rerum inter ger est æstimator, in neutram partem declinãdo: ille autem qui rem dubiam in partem sanio rem decernit, in alteram inclinat partem: ergò minimè id licet. Argum. 3. ¶ Tertiò: Homo eo modo debet diligere proximũ, quo seipsum, sed circa seipsum salubrius est dubia in deteriorẽ parte iudicare, secũdũ illud Iob. 9. Verebar omnia opera mea, ergò & pariter nos debemus erga proximum gerere. ¶ In contrarium autem est illud ad Romãn. 14. Qui non manducat, manducantem non iudicet: cuius glossa est, dubia in meliorem partem esse interpretanda. Paulus.

ARticulus hic adeò est superiori annexus, vt per illum sit plurimùm intellectus. Respondetur ergò vnica conclusione quæ ex superioribus colligitur. Vbicunq; manifesta indicia non apparent, quæ malum proximi indicent, debemus cuiusque bonam habere existimationem, atq; adeò in meliorem partem id quod dubium est interpretari. Conclusio in quam ex superioribus colligitur. Vnusquisq; ius habet vt bona de se vbiq; habeatur existimatio, quousq; sua delicta cum legitimè prodant: ergò qui citra idonea testimonia sinistrã alterius concipit opinionem, iniurius illi est, atque adeò in meliorem partem tenemur ambigua signa decernere. Conclusio nulla præter superiorem indiget disputatione, nisi hoc forsan scisciteris, vtrùm dubia teneamur in meliorem partem positiuè interpretari, id est assentiri meliori parti: an satis est negatiuè, id est non malè iudicare. Enimuerò cùm aliqua experior ambigua indicia alieni vitij, difficile profectò est contrarium habere assensum. Si autem dicas satis esse animum suspendere, in contrarium emergit statim argumẽtum, quod intellectum continere difficile quoque est. ¶ Caietan. hic arbitratur satis esse negatiuè nos habere. Nihilo minùs id nemini suaderem. Imò vix potest regula constitui certa, sed confugiendum est ad prudentiam. Distinguendum inquam in primis an illum cuius dubia signa apparent, anteà noueris, an verò sit tibi ignotus. Si enim in bona est apud te existimatione, peccatum esset propter signa dubia illã mutare, maius scilicet minúsve secundùm signorum conditionem. Si autem eum non nosscis, tunc arguit hic Caietan. quòd non est prudentia in tali casu assensum melioris partis cõcipere: eo quòd illa neutra signa natura sua talem assensum non generant: & ideo nulla, inquit, est obligatio bene assentire. Quare consultò, ait, negatiuè dixit Christus, Nolite iudicare: & non dixit, bene semper iudicate. Conclusio. ¶ Attamen contrarium citiùs crediderim, responderimq; illi, quòd etsi tales coniecturę non generent, ius tamen naturæ nos cogit non solùm nè male de hominibus vllo opinemur propter dubia signa, verùm vt de omnibus, nõ obstantibus amphibolis indiciis, opinemur bene. Igitur conclusio intelligenda est positiuè, nisi casu quo indicia vsq; adeò vrgerent in sinistram partem, vt satis efficax vtriusq; assensum cauere: Tunc enim consilium est mentem ab eiusmodi cogitationibus dimouere. Quando verò indicia iam non sunt dubia, sed eousque efficacia vt virum prudentem & probum mouerent, nulla est obligatio in meliorem partem illa interpretari. Christus ergo non ideo dixit negatiue, quia satis sit assensum suspendere, sed quia bonam existimationẽ quam iure naturę tenemur de vnoquolibet habere, non debet in nobis leuibus causis extn gui. Confirmatur. Probatur.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum respondet S. Thom. quòd etsi qui dubia in meliorem partem interpretatur frequentiùs fallatur, tamen melius est frequentius falli per bonam opinionẽ de aliquo malo homine, quàm rarius falli habendo malam de aliquo bono: quia ex hoc nascitur iniuria: ex illo autem nulla. Replica. ¶ Sed còntra, Falsitas est malum intellectus: vt puta qui ad omnium veritates iudicãdas natus est: nemo autem tenetur malum sibi proprium, seu procurare, seu incurrere ad euitandum malum proximi: ergo consultius est in sinistram partem iudicium deflectere. Caietañ. putat se per hoc satis respondere, quòd sanct. Thom. non absolutè ait eum qui in partem saniorem iudicando propendet, in pluribus casibus falli: sed quòd pluries fallitur quàm si in sinistram partem vergeret: cum quo stat quòd nõ frequenter fallatur bene iudicando. ¶ Hãc ego tamen solutionem non intelligo. Nam ad vim argumenti satis est id quod ipse cum D. Tho. concedit: nempè quòd pluries fallimur bene iudicando quàm falleremur iudicando male: & ideo responsio est quòd bonum virtutum moralium non est pensandum secundùm bonum intellectus simpliciter, sed in ordine ad agendum, cuius proximum principium est appetitus: homo enim, vt suprà diximus, non dicitur bonus propter virtutes intellectuales absolutè consideratas, sed propter morales quæ circa actiones versantur. Quo fit vt nonnunquàm iudicium falsum speculatiuum generet verum dictamen practicum: veluti Iacob ex illo falso, Hæc est Rachel, intulit illud verum, Hæc est à me cognoscenda: quod quidem ob ignorantiam inuincibilem verum fuit. Quocirca dum iudico Petrum esse bonum, licet speculatiuè fallar, tamen quia iudicium est conforme appetitui recto, fit vt moraliter atque adeò simpliciter bonum sit. Obidque cùm homo secundùm moralem regulam iudicium intellectus informat, non eligit simpliciter malum, sed secundùm quid: simpliciter autem bonum. Hanc enim ob causam suprà diximus

Solutio Caietani. Refellitur Caietanus. Solutio sua thoris.

iudicium esse actum potiùs iustitiæ, bene afficientis animum ad proximum, quàm rationis illud proferentis. Quocirca non satis digna responsio illa mihi apparet Caietani & aliorum, quòd quia ex duobus malis minus est eligendum: etsi falsa opinio malum proprium sit, nihilo minùs quia minus est, ea est eligenda. Nona ratio Caietañ. Non inquam verum est esse simpliciter minus malum. Nam bonum intellectus, puta intellectualis virtus, vt suprà demonstrauimus, simpliciter est melior bono voluntatis: sed tamen quantum ad mores attinet, iudicium cum periculo falsitatis formare ad cauendam iniuriam, non solùm minus est malum: imò simpliciter non est malum, sed secundùm quid: scilicet malum speculatiuum. Eò potissimùm quòd error circa singularia contingentia non est simpliciter malum intellectus, sicuti neque ad eius perfectionem simpliciter attinet cognoscere eorum veritates sed vniuersalium, quibus non potest subesse falsum: vt statim ait S. Thom. in solutione secundi. Adde quòd neque eligitur tale malum. Nam quando iudicia sunt clara, non est prudentia bonum formare iudicium: sed quando sunt dubia, id tantùm est verum, quòd intellectus exponitur falsitatis periculo. Ad secundũ argumentũ. ¶ Ad secundum respondetur diuersam esse rationem iudicandi de rebus ab illa quę est iudicandi de personis. Cùm enim de rebus speculatiuè iudicamus, nihil nocumẽti imminet proximo: obidque simpliciter est tunc veritas indaganda, quæ bonum est intellectus. Ac perinde in rebus dubijs suspendendum est iudicium, nè præcipitio falsitatis intellectum obijcias. Et de hoc loquitur August. Quando autem iudicium est de personis, tunc quia bonum malumque attenditur secundùm illum de quo iudicatur: nempè de eius honore aut contemptu, ad cauendum citiùs iniuriam debemus esse attenti. Præsertim quòd error circa singularia, vt iam modò dicebamus, non è regione opponitur bono simpliciter intellectus. Ex his prudentiam collige, qua discernas iudicium rei merè speculatiuum, non esse morale peccatum, nisi dum illud ad personam applicas: licet enim dum videas cadauer occisi hominis, iudices mortale fuisse peccatum illum occidere: & quanquàm dum audis talem propositionem, quæ hæretica est, fuisse assertam, iudices peccatum fuisse illam ex animo asseruisse, nullum tamen peccatum admittis: sed quando sine causa legitima iudicas hunc fuisse aut homicidam aut hæreticum. Augustinus. ¶ Tertium argumentum peregregiam regulam qua sibi respon Ad tertium argumẽtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur expostulat. Interpretari nanque quidpiã in deteriorem partem, suspicando scilicet ex leuibus causis, bifariãm vsu venit: scilicet, vel definitiuè vel suppositiuè. Prior modus est quem dicimus esse illicitum. Posterior verò scilicet non definiẽdo sententiam, sed ex suppositione, si fortè ità est: non ad lædendũ, sed ad obuiã dũ periculo vel proprio vel proximi: nõ iniustitiæ, sed prudentiæ opus est, Vides hominem quem suus habitus subindicat esse furem, etsi non debeas definitiua sententia id credere, neque verò suspicari ad nocendum, licet tibi tamen non illi tuam domum credere. Sicuti dum filiam habes virginem, licet tibi iuuenes ab eius colloquio abigere. Et pari modo in re propria. Dum videntur tibi opera tua nitida esse in conspectu Dei, quæ quidem opinio periculosa semper est, debes illa timere ne aliqua macula sint infecta. Aliena verò opera, bona iudicare, nulli nocet offert periculo. ¶ Ex his sequitur, quòd etsi dum male de aliquo suspicaris qui in promptu est vt ad aliquam dignitatem eligatur, posses tu illi refragari tuam subtilem cendo suspicionem: tamen illam in aures aliorum disseminare vt hominem infamia respergas, minimè fas est, nisi suspicio legitimis de causis esset tibi certa, & videres in perniciem reipublicæ talem electionem vergere: tunc enim, nisi secretum esset sacramentalis confessionis, liceret illam impedire. Et vice versa, tam leuis esse potest tua suspicio, vt neque teipsum debeat cohibere quo minus eum eligas si aliàs idoneus est.

Corollariũ.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm semper sit secundùm leges scriptas iudicandum.

OVVM IVDICIVM, vt dictum est, actus sit iustitiæ, regulæ autem iustitiæ sint leges: meritò quæritur vtrùm semper sit secundùm leges scriptas iudicandum.

Primum argumentum.

Et arguitur à parte negatiua. Iudicium iniustum vbique cauendum est & vitandum, quãdoque autem scriptæ legis iniquitatem continent: secundùm illud Isa. 10. Væ qui cõdunt leges iniquas, & scribentes, iniustitias inscripserunt: ergo non semper est secundum scriptas leges iudicandum. ¶ Secundò: Iudicium oportet esse de singulis cuentibus: lex autem scripta, vt Philosophus. 5. Ethi. cap. 10. author est,

Argum. 2.

Aristot.

non potest singulos comprehendere: ergo quandoque necesse est contra legis verba agere. ¶ Tertio: Lex ad hoc scribitur, vt legislatoris mens fiat subditis manifesta: quandoque autem vsu venit vt si legislator præsens adesset, aliter iudicaret: ergo tunc licet contra scripturam mentem legislatoris sequi. ¶ In contrarium est sententia Augustini in lib. de ver. relig. vbi ait, In istis temporalibus legibus, quã quàm de his homines iudicent cùm eas instituerint: cùm tamen fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudicibus de eis iudicare.

Augus.

QVæstionem hanc plenariè lib. 1. discussimus. q. 6. articu. 8. Sed quoniam præsenti loco congruenter iterum eam mouet S. Tho. opus est ad idem respondere: quoniam non deerit quod præter illic definita adnotari etiam hic possit. Respondetur ergo per distinctionem duabus conclusionibus. Supponendum nanque in primis, iudicium nihil aliud esse quàm quandam iusti definitionem & constitutionem. Est autem iustum duplex, vt in superioribus sæpè dictum est: & Aristot. 5. Ethicor. cap. 7. docet: scilicet aliud naturale, nempe quod ex natura rerum absolute consideratarum pullulat. Aliud verò positiuum quod Philosophus appellat legitimum: nempè quod humano condicto & arbitramento positum est. Sit ergò prior conclusio. Quando lex scripta ius naturale continet, nequãquam licet neque principi neque subditis contra illam agere, sed semper est secundùm eam iudicandum. Et ratio est in promptu. Quoniã eiusmodi leges non sunt illius iusti constitutiuæ. Quare earum iustum, non ex legibus, sed ex rebus ipsis totum suum habet robur. Vt patet in præceptis Decalogi, & in his quæ necessaria consequentia illic implicantur: ideoq; adeò sancta sunt & firma, vt neque Deus, quatenus legislator, super illis valeat dispensare vt lib. 1. q. 3. disputabamus. Atqui hac de causa non huc simpliciter in quæstionem profertur, vtrùm sit semper secundùm leges iudicandum. Nam de naturalibus, quarum lumen Deus consignauit in mentibus nostris, nequãquam hæsitare licet, quo minùs sit semper secundùm illas iudicandum: sed peculiariter quæsitum est de legibus scriptis inter quas connumerantur humanæ. ¶ Subditur ergò posterior conclusio. Quando lex scripta, est humana, necessarium nihilo minus est tam principi quàm subdito secundùm illam iudicare, quatenus iuri naturæ non repugnat. Probatur: quoniã leges eiusmodi etsi non sint declaratiuæ naturalis iusti, sunt tamen constitutiuæ iusti, quod humano condicto secundùm regiones temporumque conditiones visum est expedire. Et ideo inquit Arist. quòd quamuis anteà quàm ponerentur nihil referebant, tamen postquàm positæ sunt, iam referunt.

Dubium.

Prima conclusio.

Ratio claritatis.

Secunda conclusio.

Probatio claritatis.

Explanatio superiorum exclusionũ.

¶ Conclusiones illæ non solum inferiores iudices, sed & principem ipsum comprehendũt: qui quidem secundùm leges iudicare tenetur: non solum secundùm naturales, verum & secundum illas quas ipse suaque maiores sanxerunt: quandiu causa non incidit vt mutentur. Tametsi differimen interest, quòd inferiores iudices neque dispensare in legibus possunt, neque illas interpretari. Quod tamen in facultate principis positum est. Vnde quo casu potest super legem dispensare, potest etiam & contra legem iudicare. Vt si capitis condemnatus, quàm commodissimus esset reipublicę, posset ob illam publicam commoditatem illum donare vita. Hæc autem omnia libr. 1. satis ac super pro captu nostro, tum discussa sunt, tum etiam definita. ¶ Quod autem hic dubium Theologicum, ceu in proprio loco diiudicandum restat, est vtrum sententia iniusta, hoc est contra leges lata, obliget in conscientia: hoc est vt tam reum vere absoluat, quam actorem iure suo despoliet. Est enim argumentum è parte negatiua, quòd cùm iudex sit iusti custos, ad quem. 5. Ethicor. ait Philosophus tanquam ad viuentem loquentemque iustitiam confluitur: & hæc omnia quæ in foro exteriori peraguntur ad pacem reipublicæ ac perinde ad pacandas conscientias referantur, consequens fieri videtur, vt solennis sententia eius qui publica pollet authoritate, tutas sedatasque reddat easdem conscientias. Eò vel maximè quòd sæpè humanum ius in conscientia obligat, tametsi mera lex naturæ non obligaret: vt patet in lege præscriptionis, qua dominium transfertur in possessorem. ¶ Nihilo minùs respondetur, nullam sententiam quæ contra leges iustas profertur obligare in conscientia. Conclusio est manifesta, & iuris etiam doctoribus confessa, vt apud Innocen. & Panor. videre est cap. quia plerique. de immunit. eccles. quia cum sententia nullum habeat robur iusi quia est iuris declaratiua, vbi non est recti iuris interpres, nulla est in conscientia. Dixerim iniustam contra leges: nempe quæ ab vno aufert quod re vera suum erat, & alteri tribuit cuius non erat. Nam si alicui id adiudicetur quod verè erat suum, licet alter prætermisso toto ordine iuris fuerit priuatus, bona conscientia possidebit quod sibi adiudicatum est: siquidem re vera suum erat. Et præ-

Dubium Theologicum.

Ratio hæsitandi.

Solutio.

termissio ordinis iuris, quanuis peccatum sit in iudice, & iniuriosa parti, tamen non constituit in mala conscientia eum qui quod verè est suum possidet. Idque planissimo exemplo patet. Si tu quod tuum est aut fraude surripias, aut vi auferas à possessore, quanuis delictum mortale fortè committas dum priuata authoritate exequeris quod publica deberes, nihilo minùs ad restitutionem non obligaris illius quod accepisti. Reuertamur ergò ad principale assertum: quod iniusta sententia ius neque tollit neque confert. Fit enim ex illa consequens vt etiam si dum litigabas bona id fide faciebas, nihilo minùs cum primùm certò resciueris sententiam in tuum fauorem latam nõ fuisse iustam, restituere teneris quòd tibi adiudicatum est: licet non expensas, si bona fide litigasti: idque siue reus fueris, siue actor. Et dico iniustam contra rei veritatem, etiam si iudex secundum allegata & probata in foro exteriori rectè iudicauerit. ¶ Quid autem si pars læsa non appellauerit? Videtur enim eo ipso consensisse, atque adeò suum à se ius ablegasse: quapropter posteà nõ admittitur in iudicio ad repetendum. Respondetur quòd etiã si non appellauerit non censetur renuntiare iuri suo. Sed hoc tantùm patitur quòd in foro exteriori non amplius repetens audietur. Atque hæc veritas non solùm ratio naturalis cõprobat, verùm & ex. l. Iulius. de condict. indeb. colligitur. Quòd autem nõ appellans præscripto tempore à tribunali posteà repellatur, sunt qui dicant causam esse in pœnam eius negligentiæ. Ego verò non hanc tantùm crediderim, verùm illam priorem, quæ est ad obuiandum litibus: ad quod leges sanctissimæ fuerũt semper attẽtæ. At verò si quis rem sibi aut suis maioribus iniustã sententia adiudicatam, bona fide legitimoque tempore præscripserit, bona deinceps conscientia possidebit: quia titulum habet legitimum, hoc est lege præsumptum.

Argumentũ

Responsio.

¶ Dubium autem molestius est in beneficijs ecclesiasticis: quãdo quis scilicet per iniustam sententiam expoliatur sacerdotio quod alteri confertur, vtrum possessor deinceps tuta conscientia possideat. Id quod inter cæteros iuris interpres Panormita. cap. 1. de cõst. præbend. & Innocen. cap. quia plerisq; de immunit. Eccles. scienter tractant. Distinguẽdum ergò est de sententia: nam altera est declaratiua: nempè dum inter partes de iure aliquo, aut alia de re, aut de præbenda litigatur: & sententia declarat vtrius illorum sit. Et tunc citra dubium, sicuti neq; in alijs sæcularibus rebus, sententia non ligat. Et ideo dum possessor sciuerit nõ fuisse iustam,

Dubiũ altorum de beneficijs Ecclesiasticis.

Panormitanus.

Innocentius

Solutio dubij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stam, tenetur renuntiare. Alia verò est sententia priuatiua quando prælatus officio propter crimen quempiam sacerdotio multat, quod alteri confert: & tunc censent præfati doctores quòd si reus non appellauerit, quia eo ipso consentire videtur, alter tuta conscientia possidet. Secùs si reus appellauerit: nam tunc licèt iniustè non fuerit auditus, non censetur consensisse. Ego verò profectò, salua eorum existimatione, non sic absolutè crediderim, sed cum distinctione. Si inquam prælatus sciens & prudens illum iniquè condemnauit, arbitror sententiam non tenere. Et ideo quotiescunque possessor id intelligit, renuntiare tenetur, & prælatus alteri restituere. Si verò bona fide secundùm allegata & probata illum condemnauit, etiam si falsò fuerit accusatus, sententia tenet, ac perinde alter tutò possidet: nisi tamen ille fuerit criminator qui falsò accusauit. Nam tunc omnes Doctores Canonici iuris meritò tenent inhabilem esse ad possidendum. Item hoc solùm crediderim in beneficijs ecclesiasticis quæ Prælatorum authoritate conferuntur. Nam in alijs etiam si secundùm allegata & probata sententia sit iusta, si tamen processit ex falsa præsumptione, non ligat in conscientia, vt Innocēt. probè adnotauit in eodem cap. quia plerique. Quo fit vt si cuius nomen de hęresi falsò defertur, suis bonis priuetur: cùm primum fiscus resciuerit, per calumniam fuisse delatum ac condemnatum, tenetur eum in suorum possessionem restituere. Hæc ergò de hac re satis dicta sint.

Ad primum argumentū.

AD primum igitur argumentum respondetur, quòd sicut lex scripta nihil roboris præstat naturali iuri, imò ab illo ipsa vim accipit: sic neque potest eius robur quoquo pacto diminuere: nam homines, qui eas leges scripserunt, non sunt naturæ domini. Quo fit vt quãdo lex scripta legi naturæ aduersatur, nullam habeat vim, atque adeò neque sit secundùm illam iudicandum. Quare tunc non leges, sed legum corruptiones censentur. At verò quando lex scripta à iure naturæ permittitur, scilicet quia ei non obstat, tunc iudicandum est secundùm leges, etiam si forsan melius esset contrarium esse lege positum. Hoc enim maximè notandum est, vt loco suprà citato explicauimus: nempè quòd non est necessarium ad vigorem scriptæ legis, melius id esse quod ipsa decernit, quàm contrarium. Hoc enim pensandum est & consilio agitandum quando ponitur: sed quando posita est, & vsu firmata, non debent hoc subditi arbitrari: sed secundùm illam agere, quousque princeps aut respublica illam mutet. Imò verò neq; mutandæ sunt leges, vt suprà diximus, quacunque de causa quæ meliorem rationem præ se ferat. Est posita lex, verbi gratia, nè merces foras euehantur è regno, & fortasse iam cessat causa, quare posita fuit, tunc etsi principi incumbat illam mutare, tamen subditis non licet contra facere, dum ius naturæ id permittit: nisi iam esse inciperet contra ipsum aut contra religionem, scilicet, si legibus Ecclesiasticis aduersaretur. ¶ Ad secundum pari modo respondetur, quòd sicut potest lex quandoque iuri repugnare naturæ, & tunc non est seruanda: sic quanquàm rectè sit posita, si tamen in euentibus particularibus est contra ius naturæ, licet contra illam facere. Nam, vti ait Modestinus. ff. de legibus & se. con. nulla ratio iuris aut æquitatis benignitas patitur, et quæ salubriter pro vtilitate hominum introducta sunt, ea nos duriore interpretatione producamus ad seueritatem. Tunc enim legislator si adesset, aliter censeret quàm scripsit. Et per hoc dissoluitur argumentum tertium.

Ad secundū argumentū.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm vsurpatum iudicium sit semper peruersum.

TRIA suprà diximus ad rectum iudicium esse requisita, nempè & iudicis authoritatem, & iustitiæ æquitatem, & prudentiæ ordinem. Et quidem de hoc tertio, pupta ordine & processu iuris, nihil ad Theologum, sed res est causidica. Igitur cùm de secundo in proximis articulis dictum sit, subsequitur de primo disputemus: Vtrùm vsurpatum iudicium, scilicet ab eo qui non est iudex, sit vbique peruersum. Et arguitur à parte negatiua. Iustitia est quædam agendorum rectitudo, nihil autem veritati deperit à quocunque pronuntietur, sed à quocunque est amplectenda: ergò neque quicquam iustitiæ officit à quocunque sententia proferatur. ¶ Secundò: Bona pars iudicij est peccata punire: cum laude autem referuntur nonnulli priuati qui peccata aliena vindicârunt: vt Moyses qui, vt legitur Exodi. 2. Ægyptium interfecit: & Phynees Eleazari filius qui Zambri occidit, vt Numer. 25. scriptum est. quod, vt habetur Psalm. 115. reputatum est ei ad iustitiam: ergò licet priuatis citra authoritatem publicam iudicare. ¶ Ter-

Argum. 1.

Primum collatium.

Secundum.

Argum. 3. ¶ Tertiò: Potestas spiritualis quæ à temporali distinguitur nonnunquam se ingerit ad iudicandum sæculares: ergò vsurpatum iudicium non est vbiq; prauum. ¶ In contrarium

Psalm. est illud ad Roman. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum?

Conclusio responsiua. AD quæstionem vnica conclusione respondetur. Iudicium vsurpatum, hoc est, absq; legitima authoritate super eum in quem fertur prolatum, nõ solum peruersum est, verùm & nullum.

Probatio. Probatur. Iudicium est legis ad personas applicatio cum vi coactiua: hæc autem fieri non potest absq; publica authoritate: ergò si aliter fiat, vitiosum est & nullum. Probatur Minor. Eiusdem est legem condere atque eam interpretari & declarare: sed applicatio legis ad personas est quedam eius interpretatio, id est, declaratio, quod talem personam in tali casu ligat: ergo sicut lex ab illo solo condi potest qui publica pollet authoritate ad cogendum ciues, ita & eius solius est, habentisq; eius authoritatem, ius dicere. Conclusio clara est, & 1. libro, quæstio. 1. decisa. ¶ Hoc tamen est hic animaduertendum, quod inter ea quæ ad rectum iudicium publicum exiguntur, primum est authoritas iudicantis. Nã etli alia deficiant, nempe prudentia tenet, saltem dum fertur secundum allegata & probata, vt proximè dicebamus, & semper timenda est: & tamen si emãnet à non iudice, adeò nulla est, vt neque sit timenda. Vnde scitè Gregorius: Sententia, inquit, pastoris siue iniusta, timenda est: 11. quæstio. 3. Duo enim ponit vt sit timenda, etiam si sit iniusta, videlicet vt sit pastoris, & vt sit sententia, id est quæ non manifestarium intolerabilemque errorem contineat. ¶ Ex quo fit primum quod qui per tyrannidem regnum inuasum occupauit, neq; legem ferre vllam potest, neque ius dicere quod vllo pacto ciues in conscientia obliget, nisi forsan præscriptione aut reipublicæ consensu legitimi fuerint tandem principes: vt de Francis apud Gallos legitur, & apud Hispanos de Gothis. ¶ Secundò subsequitur, quòd qui semel legitimè magistratum adeptus est, etli postea crimen commiserit ob quod meritò sit illo abdicandus: tamen quousque iuris ordine priuetur sententia eius ligat, nisi sit ipso facto excommunicatus. Vt quanuis prætor crimen læsæ maiestatis admiserit, ob quod à magistratu expellendus iure est, nihilo minus quoadusque iuridicè priuetur, sententia eius tenet. Secus si esset hæreticus: nam tunc ipso facto est excommunicatus, atque adeò licet non priuatus officio, tamen eius functione suspensus. ¶ De arbitris autem forsan

Gregorius.

Primum collatium.

Secundum.

Dubium de arbitris.

quis dubitet: nam iudicium eorum ligat tam in foro exteriori quàm in conscientia. Tamen nulla videntur pollere authoritate publica: quia non habent nisi quam à partibus accepe runt: quæ tamen non habebant nisi priuatam. Respõdetur autem quodammodò habere publicam. Nam cùm vnusquisq; teneatur fidem alteri seruare, iure gentium conditum est vt qui sequestris fuerint ab aliquibus constituti, vim habeant per suam sententiam ligandi, licet executio ad principem pertineat, qui vim habet coactiuam, & eius ministros.

Iudicibus arbitrarijs.

Solutio.

AD primum igitur argumentum respondetur, quòd etsi pronuntiatio veritatis à quocunque fiat suscipienda: tamen vis coactiua non nisi à principe, quam iudicium importat. Et ideo nisi ab habente authoritatem proferatur, liberum est vnicuique eam suscipere aut repudiare. ¶ Secundum argumentum. Quantum ad historiam Phinees, nullam habet difficultatem. Nam cùm Moyses, vt hanc legitur, authoritate diuina iussisset vt vnusquisque fratrem suum quem reum sciuisset interimeret, eâdem ille authoritate vsus est. Historia verò Moysi anceps est. Legitur enim quòd cùm vidisset Ægyptium percutientem quendam de Hebræis, cum enecauit. Quocircà cùm illum Ægyptium in flagranti delicto occuparet, potuit eum occidere per modum defensionis: nam vnusquisque ius habet vim vi repellendi, non solùm à seipso, sed à fratre suo. Et hac via Ambrosius libro de Offi. Moysen excusat à culpa. Si autem vel iam cessauerat Hebræum percutere, vel occisio non erat ad defensionem necessaria, necesse est dicere quòd in vindictam illum occidit. Et re vera hue gratiùs annuere videtur historia. Sed tunc cum publicam non haberet authoritatem, nõ potest à culpa excusari: nisi dicatur id reuelatione diuina fecisse. Atque hanc rationem approbare videtur illud Act. 7. quòd percusso Ægyptio existimabat Moyses intelligere fratres suos, queniam Dominus per manum ipsius daret salutem in Israël. Et quanuis non expresse dicatur percussionem illam iussisse, sed Moysen sic existimasse seruaturum populum: tamen profectò videtur illic percussio excusari: quare vtraque istarum solutionum potest optimè defendi. At vero sanct. Thom. Augustini sequacissimus eum libentiùs amplexari videtur, qui in quæstio. super Exod. non excusat illum à culpa, sed eum potiùs confert cum benignissimo nouali, quod cum primo feritur, de herbarum quoque inutilium

Ad primum argumentū.

Ambrosius.

D. Thomas. Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liū luxurie ac fertilitate laudatur, propter spem quam promittit futuræ frugis. Et sic interpretatur illud Act. 7. quòd cùm animo plenus esset, ad liberandum populum, illa ratione arbitrabatur rem perfecturum. ¶ Ad tertium denique respōdetur, quòd cùm spiritualis potestas supermineat sæculari, potest Ecclesiasticus Prælatus sæculares iudicio cogere in his quę ad gratiam & ad gloriam pertinent.

Ad tertium argumētum

QVÆSTIO QVINta, De diuisione Iustitiæ.

Sanct. Tho. 2. 2. quæst. 61.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm particularis Iustitia rectè in distributiuam & commutatiuam diuidatur.

POSTQVAM de Iustitia in genere, deq; suo contrario, iniustitia, atq; de eius annexis, iure scilicet & iudicio, quantum res postulabat, dissertum est: superest vt ad illam eius celeberrimam diuisionem descendamus, qua in distributiuam & cōmutatiuam dispartitur. Est ergò quæstio ordine quinta huius libri, vtrùm particularis iustitia rectè in distributiuam & commutatiuam diuidatur. Quæstio hæc autem quatuor articulis absoluetur. Quorum primus diuisionis rationem docebit: secundus, vtriusq; medium: tertius, materiæ diuersitatem: quartus q; tandem formam. A parte ergò negatiua quæstionis arguitur primò. Cùm tres sint reipublicæ ordines: nempè totius ad partes, partium ad totum, & partium inter se, pulchrius atq; ad artē propius fieret ex æquo trimembris diuisio: nimirum in legalem, quæ primum instituit ordinem: & distributiuam, quæ ad secundum spectat: & commutatiuam, quæ circa tertium versatur: inepte ergo fit bimembris. ¶ Secundò arguitur. Si vlla esset huius diuisionis ratio, ea vel inde oriretur quòd habent distincta subiecta: nempè quod distributiua est in principe, cui incumbit bona publica distribuere: commutatiua verò in subditis, quorum pax & tranquillitas hac ratione cōtinetur quòd quisque ius suum alijs seruat: hoc nanq; discrimen prima fronte videtur hæc diuisio insinuare: at verò quæcunq; iustitiæ species tā in subditis est quàm in principe, in hoc nimirum ad gubernandum, atq; in illis vt gubernentur, vt quæst. 1. de legali dictum est: nam commutatiua eadem ratione est in omnibus: ergò ex hac differentia non potest sumi diuisionis ratio. Quòd si dicas differentiam inde sumi, quòd distributiua iustitia pensatur in ordine ad plurimos, quibus facienda est distributio: commutatiua verò est vnius ad alterum: contra facit, quòd vnum & multa speciē non mutant. Eiusdem quippe speciei est vnus homo cum duobus atque cum tribus. ¶ Deinde arguitur tertiò quòd diuisio mācа sit. Iustitia enim vindicatiua neque sub distributiua neque sub commutatiua comprehendi videtur: nam si respondeas contineri sub distributiua eò quòd princeps, vt præmia probis, sic & supplicia reprobis decernit, in contrarium est: tum quòd & psona particularis potest licitè vindictam petere, tum etiam quod vindicta debet fieri ad æqualitatem delicti, quod officium est commutatiuæ iustitiæ. Quòd si hac ratione vlctus pertinere dixeris ad commutatiuam, reclamare hęc ratio videtur quòd soli principi incūbit pœnas exigere pro culpis, quod specimen gerit distributiuæ iustitiæ. ¶ In contrarium est autoritas Philosophi. 5. Ethico. distinguentis duas iustitiæ species, quarum altera est distributionum directiua, altera verò commutationum.

Primum argumentum. Argum. 2. Argum. 3. Arist. Contra. Probat. Arist.

QVo responsio quæstionis lucidior fiat, à terminorum expositione proficiscamur. Cùm iustitia in genere, authore Aristotele. 5. Ethi. sit virtus qua quisq; iustus dicitur, sit vt iuxta nomina sua, iustitia distributiua dicatur particularis iustitia, qua homo in bonorum communium distributione iustus fit. Commutatiua vero sit illa itidem particularis, qua quisq; in commutationibus iustus est. His facile intellectis tali respondetur affirmatiua cōclusione. Iustitia particularis suapte natura in hæc duo dissecatur membra, specie differentia, quæ sunt commutatiua & distributiua. Conclusio est Aristotel. 5. Ethi. cap. 2. cuius ideo authoritate fulcitur. Probatur nihilominus & ratione. Distinctio habituum, si specifica sit, ab obiectorum natura derivatur: nam habitus distinguuntur per actus, & actus per obiecta: est autem in republica, in qua iustitia æquitatem constituit, duplex ordo, idéque particularis ac diuersus: videlicet totius ad partes, & partium inter se: ergo per illos duos ordines duæ etiā species iustitiæ discernuntur. Illa autem quæ est totius ad partes, puta quæ communia bona ciuibus bene dispensat, nominatur distributiua: altera verò quæ æquitatem seruat inter partes, nuncupatur commutatiua: sunt ergò duæ distinctæ species. At licèt conclusio hæc non solùm S. Thomæ, verum & Aristotelis sit plana confessio, non desunt Aristotelis interpretes qui contrarium opinentur. Buridanus enim in eundem locum. 5. Ethic. q. 7. non arbitratur virtutes has specie distare. Neque vllo prorsus argumento vtitur præterq; quòd rationes, inquit, partis cōtrariæ non sunt satis validæ. Hæc autem argutio nullum philosophum hominem contra Aristotelem moue re deberet, nisi validioribus ipse niteretur. Præterquàm quòd ratio hæc facta abundè rē monstrat in philosophia morali, à qua non est expetenda mathematica demonstratio, vt statim in principio Ethic. Aristot. docuit. ¶ Arguitur autem secundò ad eandem conclusionem. Iustitiæ munus est debitum vnicuiq; reddere: est autem diuersa ratio debiti in distributiua iustitia ab illa quæ est in commutatiua: ergò virtutes ipsæ specie differunt. Minor patet. Duplici ter res aliqua dicitur hominis. Vno modo simpliciter, quia propria eius possessio: altero verò secundum quid, vt aiunt: quia scilicet non est sua propria, nisi quatenus est totius, cuius homo est pars. Etenim quæ sunt totius, quodam modo sunt partium. Et ex his nascitur diuersa ratio debiti: alia quippe ratio est, quia res propria erat creditoris: alia verò, quia erat totius reipublicæ. Igitur cùm commutatiua iustitia circa debitum posterioris generis versetur: distributiua vero circa prius, sit consequens esse virtutes diuersas. ¶ Et ex hoc secundo argumē to informatur tertium. Illic opus est distincta virtute specie, vbi operandi difficultas est etiā specie distincta: sed experimur alium esse gradum difficultatis in effundēdis bonis communibus, quæ princeps habet in sua potestate, ne que vnquam fuerūt ciuium, quàm sit in refundendis illis quæ ab alijs recipimus: ergò distincte exigūtur virtutes. Minor patet: nam quòd quisque reddat quod ab alio accepit, ratio hæc protinus & inclinatio naturalis deprecatur. Non erat tuū, sed alter tibi dedit, peiimus esses si non redderes. Attamē quando princeps aut communium dispēsatores penes se habent illa bona, ægerrimè adduci possunt vt distribuant si sibi vsurpare possunt. Hoc porrò nos longa experientia edocet in principibus & in præfectis. Et confirmatur hæc ratio authoritate Aristotelis. 2. Polit. dicentis, homines propensiùs affici ad bona propria quàm ad communia. Altera ergò virtus est distributiua, & altera cō

Buridani sententia. Secunda ratio in Buridanum. Tertia ratio ad idem. Confirmatio. Arist.

mutatiua.

AD argumentum ergò primum ante quæstionem sic respōdetur. Diuisiones vt exactè fiant debere fieri in paucissima membra, atq; adeò inter se opposita. Ob idq; cùm obiectum iustitiæ sit bonum, idq; primo diuidatur in commune & particulare, sit vt iustitia primùm omnium diuidatur ab Aristotele in legalem, quæ est vniuersalis, & particularem: vt iustitia legalis sit illa quæ respicit ordinem partium ad totum, ordinando ciues in commune bonū: particularis verò quæ versatur circa particularia bona. Et hæc est quæ subsecatur in distributiuam & commutatiuam. Sed nunquid distributiua iustitia nō versatur etiam circa cōmune bonum? Respondetur, quòd etsi circa illud versetur, tamen non habet illud pro obiecto vt legalis, quæ illud curat augere. Sed materia distributiuæ est, illa bona distribuere ac diffundere inter particulares ciues: & quia habitus denominatur à termino ad quem, sicut calefactio à calore qui gignitur, non à frigore quod abijcitur, ideo distributiua iustitia est particularis: vtpote quæ communia bona facit particularia: legalis nanq; particularia ordinat in commune. Atqui veluti legalis iustitia non solùm in principe est ad regēdum, verùm & in subditis ad obtemperandum: sic & distributiua est etiam in ciuibus, vt citra responsationem sint contenti. Præterquàm quòd potest & priuato cuipiam, puta patrifamilias alicuius amplæ familiæ vsu venire, vt ipse etiam inter suos distribuat bona sua. ¶ Ad secundum autē quo indagabatur differētiæ radix inter has species, per hæc quæ dicta sunt satis respōsum est. Haud enim differētia hæc colligitur vel ex parte subiecti, vel ex parte muneri: sed illam præscrutamur, tum ex ordine diuerso, vt dictum est, tum ex diuersa ratione debiti: quia commutatiua reddit id quod est simpliciter debitum: distributiua verò id quod est quodāmodò debitum. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, bifariàm contemplari posse iustitiam vindicatiuam: vno videlicet modo quatenus ad publicam iustitiam pertinet, quæ ciues ordinat in bonum commune. Et hac ratione actus est à commutatiua iustitia elicitus: imperatus autem à iustitia legali, quę est in principe, eiusque ministris. Iudex enim non tantùm accusante reo, verùm ex proprio (vt aiunt) officio ob tranquillitatem reipublicæ crimina vlciscitur. Aio autem esse hoc munus iustitiæ cōmutatiuæ, propterea quòd nulla fit ibi bonorum distributio: nec propriè malorum: quia mala non sunt deposita vt distribuantur: sed fit vindicatio

Ad primum argumētū. Scrupulus. Solutio. Ad secundū argumentū. Ad tertium argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatio ad æqualitatem sceleris infligendo supplicium: quæ quidem forma est commutatiuæ iustitiæ, vt confestim videbimus: licèt hanc habeat imaginem distributiuæ, quòd nequiores acriùs puniuntur. Imperatur autem à iustitia legali, cuius est per leges & beneficiorum collationem, pœnarumque inflictionem rempublicam administrare, & particularibus virtutibus in hunc finem imperando vti. Si autem vindicatio consideretur respectu particularis personæ ad tollendum eius nocumentum qualiter vindicatiua non solùm est in principe, sed & in particulari ciue iniuria affecto, cui licitum est more & ordine vindictam petere: non vt malum pro malo reddat, sed vt repensatio sibi fiat, quanquàm illam, nisi per publicam potestatem exequi nequeat: tunc vindicatio non est iustitiæ actus, sed specialis per se virtutis, quæ ad commutatiuam iustitiam reducitur. Doctrina est S. Tho. 2.2.q.108.art.2. ¶Sed interrogas, cur vindicatiua ob commune bonum, cõmutatiua est iustitia, siue in principe siue in ciue: illa autem vindicatio quæ ad bonum particularis personæ refertur, sit specialis virtus. Respõdetur. Quòd respublica per vltionem æqualem crimini, & reddit malefactori quodammodò æquale, & suum recuperat honorem, quæ vera est iustitiæ commutatio. Quando verò persona particularis vindicatur, nihil pro amisso honore vel fama recipit: sed alter patitur sicuti & ipse fuerat perpessus: ideoq; non attingit metas iustitiæ commutatiuæ: sicuti attingit cum virtute restitutionis resarcitur eius honor, vel eius loco rependitur vel alius fauor vel pecunia. Vnde. S. Tho. comparat hanc virtutem alteri speciali virtuti gratiarum actionis pro beneficio suscepto. Illa nanque neq; simpliciter liberalitas est, quia aliqua illic subest imago debiti: neq; verò simpliciter iustitia, quia non est debitum legale, sed morale: ob idq; est virtus specialis quæ iustitiæ adhæret. ¶Est hìc demum principibus adnotandum circa distributiuam iustitiam, quòd cùm sit virtus inter duo extrema, vtrinque coarctatur. Quare neq; tantam finit bonorum effusionem, vt publicum ærarium, quod quàm maximè necessarium est, exhauriatur. neq; verò permittit principem ea esse parcitate in bonis distribuendis, vt nullam habeat apud ciues gratiam, quibus necesse est sæpissimè indigere. At verò hoc cum primis cauendum vbique esset, nè publica tributa & vectigalia quæ in publicos vsus stata sunt & populo decreta, abalienarentur. Inde nanq; tum respublica grauiter periclitatur, tum etiã & miser populus molestissimè aggrauatur & premitur: quippè cũ illud in causa sit, vt tributa in dies auctiora exigant. Sed hoc in fine quæstionis sequentis latius.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm idem sit medium distributiuæ ac commutatiuæ Iustitiæ.

SEquitur hoc secũdo articulo de medio inuestigãdo harum virtutum: vtrùm videlicet eodem modo in vtrâq; accipiatur. Est enim argumentum à parte affirmatiua quòd cùm moralium virtutum medium secundùm rationem inter duo extrema limitetur, vt in fortitudine & prudentia cernitur: & iustitia sit earum potissima, consequens esse videtur & ipsum eodẽ pacto in omni iustitia designari. ¶Mox cùm vtraq; tam distributiua quàm commutatiua sit particularis iustitia, vtpote quæ ad particulares personas refertur ac terminatur, apparet medium in vtraque sumi secundùm æqualitatem rei ad rem, puta in distributiua meriti ad præmium, & in commutatiua rei quę redditur ad eam quæ recepta fuit. ¶Tertiò denique arguitur. Distribuere communia bona idem esse videtur officium, quod collatis beneficijs compensare obsequia & seruitia quæ ciues in rempublicam impendunt, hoc autem iustitiæ commutatiuæ munus est: vt eodem loco. 2.2. q.108. astruit Diuus Doctor: eò quòd fieri debeat secundùm æqualitatem rei ad rem, sicuti & suppliciorum inflictio, licèt vtrunq; per imperiũ fiat iustitiæ legalis: ergò nihil restat quo differat iustitia distributiua à commutatiua. ¶Contraria est Aristot. sententia, eodem loco constituentis mediũ in distributiua secundùm proportionem Geometricam, & in commutatiua secundùm Arithmeticam.

AD quæstionem hanc respondetur duabus cõclusionibus. Prior est. Vtriusq; iustitiæ tam distributiuæ q̃ commutatiuę mediũ secundùm æqualitatẽ, quæ in rebus exterioribus fit, constituitur. Cõclusio est Arist. 5. Ethic. cap. 3. & 4. Hãc enim differentiã. q. 1. huius libri inter reliquas morales virtutes & iustitiã secundùm earum naturã meditati sumus, q̃ cùm reliquæ mores cõponãt hominis in ordine ad seipsum: iustitia verò in ordine ad aliũ, medium aliarum virtutũ inueniat inter duas extremas affectiones, quas virtus moderatur & rectificat. Vt fortitudo inter timores & audacias: & temperantia inter exorbitantes concupiscentias & tristitias, quæ de absentia delectabilium tactus oboriuntur. Iustitia verò: quia in voluntate residet, vbi nullæ sunt passiones, non est earum moderatrix, sed solùm illi incumbit medium ponere in rebus quæ alijs debentur. Etenim licèt quandoq; cupiditas & auaritia impedimento sint officijs iustitiæ; non tamen ad ipsam pertinet illam auaritiam reprimere: sed ad liberalitatem quæ circa tales versatur affectiones. ¶Posterior conclusio est eiusdem Arist. eodem loco. Æqualitas quæ medium est iustitiæ distributiuæ non est eiusdem prorsus rationis atque in commutatiua: imò in distributiua est Geometrica: & in commutatiua Arithmetica. Aequalitas enim Arithmetica sumitur secundùm excessum æqualitatem numerorum: sumiturq; minimum in tribus terminis: quorum tamen medius bis resumitur. Habet siquidẽ respectũ duplicem. Qualis enim est proportio Arithmetica duorum ad quatuor, talis est quatuor ad sex: quoniam excessus sunt pares, licèt maior sit proportio Geometrica quatuor: ad duo, quàm sex ad quatuor: nam illa est dupla: hæc verò sesquialtera. Et dicitur proportio Arithmetica, quia est inter numeros tanq̃ inter proximos proprioſq; terminos: nã arithmos numerus est: licèt sit pariter inter continuas quantitates. Æqualitas autem Geometrica attenditur per æqualitatem proportionum vt proportio quæ est inter octo & quatuor, æqualis est illi quæ existit inter quatuor & duo: quia vtraq; est dupla: tametsi excessus sint inæquales. At quoniã medius terminus bis sumitur, ait Arist. hanc proportionum habitudinẽ consistere minimum in quatuor terminis: vt qualis sit proportio. a. ad. b, talis sit. c. ad. d. Nã Arithmetica proportio inter tantùm duo sit, vt inter vnum & duo: licèt proportionalitas, hoc est, proportionum æqualitas (vt dictũ est) tres postulet. Vnde in commutationibus per rerum duarum æqualitatem æquãtur duæ per fonæ. Patefit ergò conclusio hoc pacto. Vbi princeps decreuerit decem talenta ciuibus distribuere, debet in tot partes illa partiri, quot sunt ciues: tali tamen ratione, vt qualis sit proportio meritorum Petri ad merita Pauli, talis sit & proportio præmij illius ad præmium huius. Si enim merita Petri sunt vt sex, & Pauli vt tria, quæ est dupla proportio, & cõfertur Paulo præmium vt duo, debetur tunc Petro præmium duplum, scilicet vt quatuor. Nam tunc fiet, vt qualis sit proportio meriti Petri ad suũ præmium, puta sesquialtera, talis sit quoq; meriti Pauli ad suum præmium à permutata pro

portione. Videlicet, si. a. se habet ad. b. sicut. c. ad. d. tunc sicut. a se habet ad. c. se habebit & b. ad. d. Fac. a. & b. esse merita. c. verò & d. præmia: Et hoc est inuenire medium geometricũ. Obiectio. Sed quæris cur non statuimus talia exempla vt præmium esset æquale merito? Respondemus hoc nos consultò fecisse: quoniam accidentarium est iustitiæ distributiuæ, &, quod ainnt, impertinens, vt præmium sit merito æquale: Aliter hac ratione non differret à commutatiua. Enimuerò non semper æqualis bonorũ summa distribuitur ciuibus, etiã si semp haberent paria merita: qm̃ respublica humana quãdoq; in bonis plus, quãdoq; minus habet. Nunc enim, verbi gratia, distribuit triginta talenta quam ab hoste prædam eripuit, alio tempore viginti, atque alio decem. Et ideo non potest semper militi obuenire æquale præmium suo merito. Atque idem comperitur in publicis fructibus, qui nunc benignius, nunc verò malignius proueniunt. Et in lege Agraria de diuidendis agris. Quocircà non debet haberi respectus nisi ad geometricam æqualitatem. At verò in distributione diuinorum bonorũ quæ à Christo in die iudicij futura est, quia infinita illa sunt, & quæ exhaurirì nequeunt, distributio fiet, non solùm secundùm proportionem geometricam, vt quo quisque longiùs antecellet alteri meritis, excedat & præmio: verùm etiam secundùm Arithmeticam, vt quisque tantùm recipiat in præmio quantum habuit in meritis, quæ ex diuina gratia processerunt. ¶Ecce de distributiua iustitia. In commutatiua verò alia est habenda ratio: nempè vt sit æqualitas inter rem acceptam & eam quæ redditur. Verbi gratia. Antequam duo mercatores societatem inirent vterque habebat quinque. Petrus verò per contractum aut mutuò aut quomodocunque dedit Paulo vnum, habet ergò tunc Paulus duo plura quàm Petrus: itaque est proportio Arithmetica: puta quatuor quæ habet Petrus, ad quinque quę ambo habent: & quinque ad sex quæ modò habet Paulus: quorum medium est quinque: est ergò facienda per commutatiuam iustitiã taliter restitutio, vt Paulus quoq; reddat Petro vnum, qua ratione ambo sint in medio: nulla personarum qualitate aut cõditione existimata. Enimuerò siue inter magnatem & plebeiũ, siue inter probum virum & reprobum, siue inter amicos, siue inter inimicos contractus & conuenta more & lege celebrentur, nihil subin de cõmutatiuæ iustitiæ variat. ¶Hac præmissa declaratione probatur conclusio. Mediũ iustitię cuius munus est, debitũ cuiq; suũ reddere at ten-

Posterema cõclusio.

Probatur cõclusio.

Suadetur cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendēdum est & perpendendū per formalem rationē debiti, à qua virtus speciem sortiturratione verò debiti distributiuæ & commutatiuæ variam esse monstratum est: ergò secundùm illam varietatem variatur & medium. Varietas autem hæc est, qp id quod debetur in distributiua, non debetur quia proprium possessum fuit à ciue: sed quia pars ille est reipublicę: & quòd est totius, quodammodò est partis: ergò quo quisq; principalior est pars, eâdē proportione plus debet bonorum recipere. Exemplum nobis natura phibuit in stomacho, qui commune est corporis membrum: haud enim idem alimentum subministrat pedibus, quod oculis: neq; idem iecori, quod spleni: sed vnicuiq; pro sua natura & dignitate. Debitum autē in commutatiua inde exurgit, qp res fuit possessio alterius: ergò nullo habito meritorum personarum respectu, debet vnicuique tantum referri quantum ipse contulerat. ¶ Quòd si cōtrà sic arguas: In commutatiua iustitia perinde atq; in distributiua pensātur nonnunquā personarum conditio & dignitas. Nam sicuti qui alapa percutit principem, maiori per vindicatuam iustitiam, supplicio plectitur quàm si percuteret popularem, vt Arist. quoq; adnotauit. 5. Ethic. cap. 5. ità dum per restitutionem compensatio fit, plus debet qui honestum ciuem & nobilem cædit, quàm qui similī plaga plebeiū lædere t: ergò hac parte non differunt istæ iustitiæ. Respondetur, qualitatem personæ in vtraq; iustitia perspici: attamen in distributiua per se: vt scilicet per augmentum personæ augeatur proportio ad aliam: cumulatioris nāq; meriti est in viro ingenuo comitas & humilitas, quàm in homine inferioris sortis: sed tamē in iustitia commutatiua duntaxat attenditur persona quatenus inde augetur quantitas iniuriæ, quæ ad æqualitatem refarcienda est.

Argumentū

Aristot.

Respōsio.

Ad primum argumentū.

PER hæc ergò superiorum argumentorū solutio claruit. Ad primum enim priori conclusione respōsum est secundùm differētiam iustitiæ à reliquis virtutibus. Et pariter secundum solutum est conclusione posteriori.

Ad secundū argumentū.

Concedimus enim vtriusq; iustitiæ mediū cōstitui secundùm æqualitatem in rebus quæ inter duas personas vel plures componitur: diuersimode tamen: quia medium in distributiua attenditur secundùm æqualitatē inter duas proportiones, scilicet meritorum inter se inuicem, & pariter præmiorum: commutatiua verò secundùm æqualitatem inter res acceptā & redditam.

Ad tertium argumentū.

¶ Ad tertium autem respondetur q̄ beneficiorum collatio non fit nisi pro receptis obsequijs & laboribus: ob idq; habet quandā mercedis rationem, atque adeo commutatiuæ iustitiæ munus est. Vt cùm quis strenuè egit in bello seu egregium consilium principi dedit, vel insidias coniurationesve detegit. Is nanque etiam si nullum talibus constitutum esset stipendium, dignus est cui iusta beneficia pro obsequio conferantur. Distributio verò bonorum communium non est compensatio, sed nuda attributio eorum quæ totius corporis sunt ad partes. Quapropter partiū merita non eodem pacto in omnibus rebus publicis æstimantur, vt Arist. loco citato meminit. Nam vbi respublica per Democratiam, id est, per popularem potentiam gubernatur, nulla alia merita librantur quàm libertas, vt scilicet quia omnes æqua libertate fruuntur, æqua suscipiāt. Nisi forsan libertinis, qui mancipia erant, minùs: illis autem qui ingenuitate clariores sunt, plus obtingat. Sed in Oligocratia, hoc est, paucorum potentia, secundum diuitiarum quantitatem fit æstimatio: vt quo quisq; plus habeat eo plus recipiat: quæ iniquissima est omnium distributio. At verò in Aristocratia, hoc est optimorum potentia, vsus distributionis est secundum virtutum merita. Et talis debet in regno perspici, quod rex optimus regit. Nam cum honos alat artes, nullum inter mortales valentius est virtutum incitamentum & fomētum, quàm cuiq; pro meritis honores deferre. Etenim qui solo virtutis amore, futurum inspectantes sæculum, ad officia accenduntur, impēdio quàm rarissimi sunt. Ob idq; Cato admonere Patres Conscriptos consueuerat, vt benè consultarent quibus virtutibus præmia ponerent: quoniam non aliās poterat inuentus persequi, quàm quibus possent statos sibi honores assequi.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm eadem sit materia distributiuæ & commutatiuæ.

DE MATERIA AVtem harum specierum quæritur hoc tertio articulo, vtrū eadē sit vtriusq; iustitiæ, quę in has tantùm species specialissimas diuidit. Apparet enim primum esse eandem materiam: aliās essent vsque adeò virtutes ipsæ diuersæ, vt non continerentur sub vna cardinali virtute iustitiæ

tiæ: diuersitas enim materiæ temperantiæ, & fortitudinis, constituit duas per se virtutes cardinales: consequens autem est falsum & contra Aristot. sententiam, atq; omnium, quatuor duntaxat discernentium cardinales virtutes.

Aristot.

Mox arguitur contra id quod quæstio latenter etiam interrogat. Iustitia cōmutatiua diuiditur in species multas: ergò istæ non sunt specialissimæ atq; atomæ. Antecedens patet. Aristoteles connumerat diuersas materias, quin verò formas cōmutatiuæ iustitiæ: altera quippe est cōmutatio voluntaria, atq; altera inuoluntaria: quę rursus diuiditur in inuoluntariam per vim, & inuoluntariā per fraudem: non ergò vtraq; specialissima species est. ¶ In cōtrarium est Arist. eo loco vbi ait distributiuā distributiones dirigere: commutatiuam verò cōmutationes: cuius tamen commutatiuæ nullas distinguit species.

Prima conclusio.

Probatur prior pars cōclusionis.

QVæstio duas habet particulas, ad quam perinde duabus operæ pretium est conclusionibus respōdere. Prior sit hęc. Materia quam remotam appellāt, eadem est vtriusque iustitiæ: proxima verò, diuersa. Prior pars hic ostenditur. Materiæ remotæ harum virtutum sunt tam personæ inter quas, q̄ res in quibus fit distributio & commutatio: hæ autem eędem sunt: fit enim tam distributio q̄ commutatio exteriorum rerum, nempè frumenti, vini, olei, & pecuniæ inter eosdē ciues. Posterius itidem conclusionis membrum est etiam liquidum. Materia siquidem proxima est, rerū vsus: & constat distributiuam iustitiam dirigere vsum illum, qui est res adiudicare ciuibus ratione debiti: non quòd proprium erat singulorū, sed quòd erat totius reipublicę: ad quam (vt diximus) functionē alia ratio exigitur aliaq; existit difficultas q̄ in cōmutatiua. Facultas aût cōmutatiuæ est vsum rerū moderari in reddendis debitis singulorū peculiaribus. ¶ Vnde panātq; vsuū diuersitas & si diuersitatē specierū virtutis cōstituat: nō tamē tantam quo minus ambæ contineantur sub specie iustitiæ particularis, quæ in rebus versatur extrinsecis, earumque vsibus circa particulares personas. Secus autem de temperantia & fortitudine: quippe quarum altera versatur circa tactus delectationes, eorum sensibilium, quæ nos ad se alliciunt & pertrahunt: altera verò circa obiecta irascibilis appetitus, quæ sua nos arduitate & horrore conterritant & à seipsis auertantur. Est enim hæc tanta diuersitas vt diuersas cōstituat cardinales virtutes. ¶ Posterior conclusio est. Materiæ varietas quæ commutatiuæ iustitiæ

Probatio posterioris.

Ad primum argumentū.

Secunda conclusio.

subijcitur, neutiquàm eādem virtutem in species plures disiungit: sed est vnica eademq; atoma. Huius autem veritatem conclusionis hac diuisionum serie venari sanè possumus. Prima enim diuisio sumitur ex commutationum diuersitate per ordinem ad voluntatem. Commutationum nanque altera est voluntaria: altera verò inuoluntaria. Inuoluntaria quippe commutatio est quando quis rem sibi alienam vsurpat, vel personam, vel opus inuito domino: vt in furto: voluntaria verò quando quis rē à domino volente & consentiente suscipit: vt in mutuo. Vbi adnotandum subinde est commutationis nomen non simplicem denotare, vel dationem, vel receptionem: vbi enim res gratis datur, donoq; recipitur, nulla est commutatio: sed tūc datio, ppriè est cōmutatio (vti nomen clamat) quando alter dat vt recipiat, alter verò recipit vt reddat: vt patet in mutuo, in depositō, in venditionibus, conductionibus, reliquisq; id genus ciuilibus pactis. Quocirca cōmutatio in vniuersum spontaneam quampiam atq; voluntariam actionem ex vtrâque parte significat: videlicet tam cōferentis quàm recipientis. Contraria ratione inuoluntaria cōmutatio inuoluntariam supponit actionem, tam ex parte patientis quàm ex parte auferentis. In furto nanque neque dominus dat vt recipiat, neque fur capit vt reddat: sed ille contra suam voluntatem patitur: hic autem liberè accipit quod nollet vnquam rependere. Attamen dum postea restituit, nihil refert, vltrò reddat pœnitentia ductus, an à publica potestate compulsus. A priori nanque radice acceptionis, puta ab inuoluntaria ablatione nuncupatur commutatio inuoluntaria, vel volūtaria. Nā & vbi fuit acceptio volūtaria, potest etiam redditio esse inuoluntaria: vt puta quando in fidus emptori cogitur pretium soluere. ¶ De donatione autem dubium est vtrùm vtriusq; partis exigatur assensus, videlicet non solùm dantis, verùm & accipientis: an scilicet si Petrus animo suo vel verbo inscio Paulo quippiam donaret, donatione illa teneretur antequàm alius acceptaret. Et videtur teneri: quia cùm quis Deo apud se quippiam vouet, illicò obligatur: pariformiter ergo ligari videtur qui donauit. Respondetur tamen quòd cùm datio relationē dicat ad accipientem, non videtur oriri obligatio anteq; alter acceptet. Et ideo reuocari forte potest, etiam absq; vlla iusta causa. Secùs de voto Deo facto: quia ipse, si iustum est, semper acceptat. Si autem solēniter coram testibus donatio fiat absenti, tunc standum est iuri ciuili. Arbitror enim absq; donatarij consensu

Duplex commutatio.

Dubitatio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel legitima causa iura reuocationem non si-
nere. Quòd si ita est, nec conscientia id permit-
Multiplex genus commutationum. tit. ¶ At verò quoniam Arist. 3. Ethic. duabus
de causis accidere docet inuoluntarium: scilicet
aut vi & metu, aut ignorantia: subdiuidit in. 5.
lib. inuoluntarias commutationes in duo: scili-
cet in eas quæ occultè & ignorante domino
per fraudem fiunt, & eas quæ per violentiam
Aristot. manifestè. Atq; vtrasq; denarrat illic Arist. lo-
S. Thomas. cupletiùs autem S. Thom. 2.2.q.61.ar.3. vtra-
q; enim cadere potest, aut in rem tuam, aut in
tuam personam, aut in tuos, scilicet in eos qui
aliqua sunt tibi necessitudine cõiuncti. Res igi-
tur tuæ aut subdolè tibi & occultè surripiun-
tur, quod vocatur furtum: aut manifestè, & id
appellatur rapina. In tuam autem personę sub
stantiam committi potest homicidiũ, læsiòve
alia: aut occultè, vt per veneficium seu per insi
dias: manifestè autem per apertam vim. Et rur
sus personæ dignitas impeti potest aut clancu
lum: vt per falsa testimonia, perq; latentes de-
tractiones quibus fama æstimatioque deteri-
tur & corroditur: manifestè autem aut per ca-
lumniam in iudicio, aut per cõuitia quibus ho
nori detrahitur. In persona autem sibi coniun-
cta potest cuipiã iniuria fieri, vel in vxore per
occultum adulterium vel in seruo, qui vt fu-
giat seducitur. In quibus etiam potest & mani
festarijs quis iniurijs onerari. Tametsi quod de
seruo dictum est, rapinæ habeat aut furti ra-
tionem. ¶ Commutationes itidem voluntarię
per sua quoq; membra articulatim subsecan-
tur. Enimuero primùm dum quis rei suæ do-
minium in alium transfert non animo quic-
quàm recipiendi, vt puta dono aut legato, non
est propriè commutatio, vt iam modò diceba
mus. Quapropter neq; ad iustitiam commuta
tiuam hæc actio pertinet, sed ad virtutem libe
ralitatis: quoniam nulla illic subest ratio debi-
ti. Commutationum ergò diuisio quæ sponte
Diuisio spontaneæ cõmutationis. fiunt, sic in genere habet. Aut enim est mutua
tio, puta vbi quis rei vsum gratis alteri conce-
dit pacto recuperandi rem: nam si præter rem
aliquid pro vsu recipiat, tunc in his quæ vsu cõ
sumuntur, vt pecunia, frumento, & similibus,
vsura est, ad rapinam pertinens: in his autem
quæ vsu non consumuntur, locatio aut condu
ctio. Si autem quis rem suam tradit non ad al-
terius vsum, sed vt ipsam rursus recipiat, tunc si
id fiat conseruationis gratia, depositum est: si
autem vt alterum tutum reddat, tunc aut impi
gnoratio est aut fideiussio. Dum autem quis
rem suam in alterius dominium taansfert, non
Probatio cõclusionis. animo eam rursus recipiendi, sed eius tantum
pretium, tunc est venditio. ¶ His ergò præcur
sis probatur secunda conclusio. Species virtu-
tum, vt dictum est, distinguuntur per obiecto-
rum rationes & formas: ratio autè debiti, quod
obiectum est iustitiæ commutatiuæ, eadem in
his omnib⁹ materijs existit: ergo vnica est spe
cies iustitię ad omnes patens. Probatur minor:
quoniam iustitia commutatiua tantum hoc re
spicit in radice debiti quòd res sublata, propria
fuerit possessio domini: hoc enim differt à di-
stributiua: quod autem res illa iustè vel iniuria,
per fas aut per nefas fuerit sublata, nihil ad ip-
sam. Etenim quantum ad restitutionem spe-
ctat, ad eandem æqualitatem fieri debet. ¶ Et Ad secundi argumenti
per hoc patet secundi argumenti solutio. Ne-
gatur enim antecedens. Neq; Arist. ait volun-
tarium & inuoluntarium in cõmutationibus
duas discernere species iustitię, sed duas partes.
Nam etsi illæ differentiæ duas species distin-
guant in genere morum respectu voluntatis,
eò q; inde nascitur distinctio inter iniuriam &
iustitiam: tamen ratio iustitiæ cõmutatiuæ nii
nimè in illam diuersitatem fertur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrũ eadẽ sit vtriusq; Iustitiæ forma.

SVpereſt deniq; vt quarto loco ex
ploremus an forma iustitiæ perin-
de ac remota materia, eadem sit in
vtrãq; virtute. Id quod potissimũ
in gratiam Arist. interrogamus: quippe qui. 5.
Ethi. ca. 5. disputat an iustitiæ forma sit quæ-
dam repassio. Et arguitur à parte affirmatiua Argum.
ex finali iudicio, vnde maximè sumenda est re
gula. Illic enim (vt ait Paul.) debet vnusquisq;
recipere prout gesit in corpore: & Christus
Matth. 7. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabi
mini: & in qua mensura mensi fueritis, remetie
tur vobis. Quibus verbis colligitur vnumquem
q; repassione plectendum secundùm quantita
tem actionum quibus prauè egit. ¶ Item argui Argum.
tur secundo loco. In vtrãq; iustitia attenditur
repensio quædam, scilicet in distributiua præ-
mij ad meritum & dignitatem personæ: & in
commutatiua rei ad rem: siue iniuria aliqua in-
tercesserit siue nulla: vt in superioribus dicebа-
mus: idem autem esse videtur repassio, quod re
pensio, siue boni siue mali, pro eo quod quisq;
recipit, seu vi absturleris, seu domini voluntate:
consistit ergo cuiusq; forma iustitiæ in repas-
sione: vel quod minus latinè dicitur in contra-
passione. ¶ Contrarius est Arist. eod. 5. Ethi. Argum.
contra Rhadamanthum asserens, non quodli-
bet

bet iustum in simplici repassione consistere.
Quid repassio significet. VT resp onsio quæstionis huius lucidiùs in
stituatur, præmeditanda cum S. Tho. est
nominis significatio repassionis: seu vt ipse ait,
contrapassionis. Primęua enim huius verbi si-
gnificatio ad id tantum accommodatur quod
Aristot. quis contra suam voluntatẽ patitur: pati enim
violentiam sonat: est autem violentum, secun-
dùm Aristotelem Ethi. 3. cui passum non con-
fert vim. Ob idq; in moribus iniuriam significa
cat: quam quis inuitus accipit. Quapropter re
pati idem est quod tantundem pati quantum
quis vi aut fraude alteri intulit: siue fiat in per-
sona, quod maximè propriũ est: siue in rebus,
quod suam etiam propter inuoluntarium pro
prietatem habet. Id quod antiqua lege vtroq;
modo iustum erat, secundum illud Exod. 21.
Reddet animam pro anima, oculum pro ocu-
lo. &c. Et cap. sequenti: Si quis furatus fuerit
bouem aut ouem, & occiderit vel vendiderit,
quinq; boues pro vno boue restituet, & qua
tuor oues pro vna oue. repassio ergo furis
non erat reddere simplum: nam hoc simplex
restitutio postulabat: sed vt pro iniuria pœnã
lueret. De hac autẽ propria significatione no-
men ad spontaneas cõmutationes decidit: in
quibus nomen passio non seruat suam iustam
Conclusio respõsiua de mente Arist. significationem: sed est abusus quidam, dispu-
tationis tamen gratia vsu receptus. His leuiter
præhabitis, Arist. vnica respondet conclusione
Altera conclusio. qua negat iustitiam vniuersim sub repassionis
forma seruari. ¶ At verò explicatius tribus cõ-
clusionibus fiet quæstioni satis. Prima, In di
stributiua iustitia nulla est repassionis forma:
quoniã (vt dictum est) non habetur illic ratio,
vt cuiis quantum contulit recipiat, aut quan-
tum iniuriæ intulit, luat: nam etsi ciues nihil
in rẽpublicam contulissent, præterq; quòd viri
sunt probi, confertur singulis secundum pro-
portionem suorum meritorum (vt expositum
Secunda. est) nulla pensata qualitate inter rem & rem.
Secunda conclusio. Neq; in commutatiua iusti
tia fieret semper iusta repassio, vbi idem præ
Aristot. cise perpeteretur reus quod autor ab illo per-
pessus fuerat: potest nihilo minùs vtriusque ę-
stimata qualitate fieri iusta. Conclusio est Ari
stot. vbi sententiam Rhadamãthi corrigit. Aie-
bat enim ille:

Si quæ fecerit, hæc etiam patietur & ipse:

Ratio Arist. pro conclusione. Iudiciũ fuerit perrectũ, atq; exitus æquus.

Redarguit eum tamen Arist. q̃ si quis magi-
stratũ gerẽs percuserit quẽpiã, aut si rex etiã cõ
tra iustitiã cuẽ vulneraverit, nõ est rationi con
sentaneum vt idem ipse vulnus accipiat. Et cõ
uersim vbi priuatus homo temerarias manus
in regem conjeceret, non satis supplicij solueret
si par illi plaga infligeretur: sed qui regi, verbi
gratia, manum amputaret, capite plectendus
esset: & si quem ipse capite truncaret, non id eo
corporis deberet vllo mutilari membro: non
ergo iustum commutatiuæ iustitiæ in eiusdẽ
recompensatione cõsistit. At verò forsan Rha
damanthus non iret huic æquitati inficias. E-
nimuerò res ipsa quæ ausertur, qualitate perso
næ augmentum suscipit aut decremẽtum. Et-
enim vt atrocior iniuria est quę principi irroga
tur, ità leuior est coram hominibus quam ipse
infert. Quapropter cum iustum in æqualitate
consistat, augeri debet supplicium in percutiẽ
te principem: in ipso autem principe pœna di
minui. Neq; in iniurijs tantum corporalibus
res sic habere debet, verùm & in exterioribus
rebus. Qui enim vi alteri in suis rebus incom-
modauit, non facit satis idem simplum redden
do, ac si per eiusdẽ domini voluntatem res su-
scepisset easdem: sed lege insuper in ipsum agẽ
dum est pro iniuria: quemadmodum fit in fu-
re. ¶ Tertia conclusio. In cõmutationibus vo- Tertia conclusio.
luntarijs (eo modo quo illic repassionis vtimur
nomine) nõ seruabitur iustum, si quis cõferens
rem suam aut suum proprium opificium, re-
cipiat ab altero id simplum quod ipse habet,
vel quod sua arte præstare potest. Conclusio Ostenditur conclusio.
etiam est Arist. nam fieri potest vt res diuerso
rum ciuium & artificum non sint æqualis pre
tij. Exempli gratia: Sutor indiget domo quam
alius sibi artifex ædificat: nõ satis est pro ædiũ
fabrica vt reddat vnum duove calceorum pa-
ria, sed deberet tot illi accumulare quanti erat
domus fabrica. Pari modo: Indiget vnus agri-
cola, qui frumento abundat, vino vel oleo alte
rius: non semper vsu venit vt modius frumenti
eiusdem sit æstimationis cum modio vini: de-
bet ergò illa quæ vilioris sunt æstimationis, per
multiplicationem adæquare rei quæ præsta-
bilior est. Atq; hac ratione poterit iustum in
repassiõe cõsistere: aliàs minimè. ¶ Ex his ergò Numismatũ origo.
inquit Arist. orta est nummorum necessitas.
Est enim nũmus seu numisma quasi id quod
lex & norma: νόμος enim græcè idem est quod
regula & lex. Duo ergò sunt numismatis vsus: Duplex numismatis vsus.
prior vt sit mẽsura, res omnes adæquans. Non
poterat fabrica vnius domus ad amussim cal-
ceis vel caligis vel alijs opificijs æstimari: vendit
ergò tot calceos sutor vt pecuniam conficiat
qua possit domum coëmere. Præterea iste
qui modò reb⁹ alterius nõ indiget forsan in di-
get alijs, vel egebit eisdẽ futuro tempore, vel in
alio loco: nummus ergo illi est pro vade qui ei
fideiubet. Nam vbicunq; & quandocunq; ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde dicta moneta.

lem exhibueris nummum rem habebis indigentię tuę accommodam. Quapropter & moneta dicitur quasi monitoria lex: & pecunia à pecude, quã Romani autore Plinio li. 33. pecudum nota signârunt: eò q; pecuniæ (vt ait Sapiens) omnia obediunt: & in mũdi primordijs mobilia bona & commutabilia plurimùm pecus, & pecora, armentaq; erant. Ex his rursùs consequitur nummi valorem (vt eodẽ loco Philosophus ait) non prorsus ex natura rei æstimandum esse, sitne videlicet æs, argentum, an aurum: sed statuto & signo reipublicę, aut principis, qui suam in tali nummo sculpit autoritatem: tanquàm fideiussor pro omnibus. Vnde necessitatis tempore in quacunq; materia, etiam vilissima, vt in ferro, & in corio cudi potest, aut sculpi. Tametsi pro regionis natura & facultate metallũ illud deligendũ huic muneri est, quod solidius sit & quadam vigẽs perpetuitate. Hac enim ratione Plini. lib. eodẽ selectum esse aurũ asserit inter metalla: nõ qui dẽ ratione coloris, qui in argento, inquit, clarior est, magisq; diei similis: neq; ratione ponderis, aut materiæ facilitate, cũ cedat per vtrũq; plumbo: sed quia rerũvni nihil igne deperit, tutò etiã in incendijs rogisq; durante materia. Hæc ille. Etenim cum ignis sit qui inter omniũ maximè actiuorũ, edax vorax que sit rerũ, eo præstantius est aurum quo ab hoc periculo tutius est. Fit etiam consequens (quod Arist. illic prudenter adnotauit) vt quãuis vlla ingruente necessitate augeri minuiq; possit nummorũ æstimatio, id tamẽ impendio q̃ rarissimè fieri fas sit. Quin verò hac ratione debet pecunia legis naturã imitari, vt fixa semper firmaq; sit. Enimuerò cùm per nummum (vt diximus) respublica & princeps cunctis fideiubeat, nõ parùm deteritur eiusdem principis ac reipublicæ fides, quùm ciues huiusmodi summutationibus absque ingenti necessitate defraudantur.

Plinius.

Aristot.

Nummorũ æstimatio ad modũ legis fixa & firma esse debet.

Ad primum igitur argumentũ quod de finali iudicio factum est, respondet sanctus Tho. arti. 4. q. 61. futurum esse secundũ rationẽ cõmutatiuæ iustitiæ prout scilicet recompensat præmia meritis, & supplicia peccatis. Caietanus autem obijciens argumentum ad hominem, videlicet qui. 1. p. q. 21. ar. 1. & 4 sen. dist. 46. ar. 1. negat in Deo iustitiam commutatiuam, respondet tam punitionem quàm remunerationem illic fieri secundũ iustitiam distributiuam: nam (vt legitur de Iuda, Actu. 1.) Vnusquisque illic mittetur in suũ locum. Habebit autem, inquit, & formam quãdam commutatiuæ iustitiæ pro quãto res pro re datur: puta præmium pro merito, & pœna pro offensa. Veruntamen non idem ego, nisi fallor, arbitror sentiendum, neque secundum sanctum Thomam, neque secundum veritatem de remuneratione bonorum, & de malorum vltione. Collatio nanq; præmiorũ pro cul dubio iustitiæ distributiuæ functio est: tametsi vt ar. 2. dicebamus, hæc illic conspiciatur ratio commutatiuę q̃ cùm diuina bona infinita sint, ita redditur omnibus secũdùm proportionem meritorum geometricam, vt adæquetur quoq; ad vnguem præmiũ merito, quod in republica humana, vbi curta nonnunquàm sunt bona, obseruari semper nequit. At verò non idem est de iustitia vindicatiua in delinquentes. Talis enim iustitia neutiquàm ad distributiuã pertinet. Id quod expressè affirmat sanctus Thomas. 2. 2. q. 108. ar. 2. elicitur enim vindicta à iustitia commutatiua: imperatur autem à legali: vt art. 1. huius quæstionis nos suprà adnotauimus. Nam punitio non est sicut bonorum distributio. Distributiua nãq; iustitia non attendit quid ciues contulerint vt repẽdatur eis, sed quid in se quisq; mereatur: punitio verò per se aspicit quam quisq; injuriam irrogauerit vt pari plectatur supplicio. Quare non primùm attendit ad delictorum proportionem, sed ad cuiusq; quantitatem: quod minus est commutatiuæ iustitiæ: ex consequenti autem seruatur in supplicijs eadem proportio quæ erat in criminibus. Itaq; vindicatio (vt loco citato ait sanctus Tho.) respondet non distributioni bonorum, sed collationi beneficiorum pro susceptis seruitijs, quæ actio pariter est iustitiæ commutatiuæ imperatæ tamen à legali. Quapropter diuersa est ratio remunerationis & punitionis: illa nãq; per se seruat proportionem meritorum & alteram præmiorũ. Sed ex consequenti, vbi est bonorum copia, quemadmodùm in Deo, custoditur æqualitas rei ad rem: scilicet præmij ad meritum: punitio autem è diuerso priùs vbiq; respicit æqualitatem supplicij ad delictum: ex consequenti autem seruat proportionum habitudinem geometricam. Atq; huic cõsonat quod ait Paulus, In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi in illa die iustus iudex: scilicet per iustitiam legalem, quæ cùm sit generalis virtus, imperat cęteris: atque adeò tam commutatiuæ iustitiæ quàm distributiuæ. At verò probè denegat S. Tho. iustitiam commutatiuam esse propriè in Deo, pensata eius formali ratione: idcircò q̃ nihil ipse ànobis accipit, quod illi accrescat. Nam quis prior, inquit Ioannes, dedit illi & retribuetur ei? neq; nos quicquam ab ipso qui immutabilis est, proprie adhuc mere possumus. Sed si boni sumus, nobisipsis, inq; rẽ nostram boni sumus ad gloriam Dei.

Ad primum argumentũ S. Thomas.

Obiectio Caietani aduersus S. Thom.

Solutio Caietani.

Paulus.

Ad secundũ ¶ Ad secundum autem argumentum satis perspicuè per conclusiones responsum est. Prima enim declarauit quemadmodùm in iustitia distributiua nulla est repasio, propterea quòd nulla illic habetur consideratio ciuis an quicquam præstiterit aut egerit, cuius æquale recipiat. In commutationibus autem potest seruari repasionis figura, modo iam expositio.

Epikia Caietani Sparsa.

QVÆSTIO SEXTA, de acceptione personarum.

S. Thom. 2. 2. q. 63.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm personarum acceptio iustitiæ distributiuæ contraria, crimen genere suo sit mortale.

POST diuisionem iustitiæ in distributiuam & commutatiuam, rectus ordo poscit vt de iniustitia priùs, quæ distributiuæ aduersatur, disputemus. Nam iustitia distributiua, vt pote quæ in principe potissimùm proeminet, qua bona cõmunia singulis ciuibus adiudicat, præstantior est quàm commutatiua. Quapropter ab ordine diui Thomæ digressi sumus. Habebit autem quæstio articulos septem. Primus ac præcipuus est de hac iniustitia quam acceptionem personarum appellãt, sitne genere suo mortale crimen. Et primùm omnium vt à diuina lege, quæ fons nostrarum est & exemplar, exordiamur, Deus in gratia & gloria dispensandis videtur personas respicere: nam personarum respectus tunc accidit, dum nullus meritorum habetur. Deus autem neminem ob nostra merita in gratiam suam recipit, vt Pelagij impietas cogitauit: Vnde Matt. 24. Duo erunt in lecto, & vnus assumetur & alius relinquetur: ergo neq; inter homines vitium est personas respicere. ¶ Secũdò arguitur. Paupercula quæ duo minuta in gazophylacium contulit, ideo cæteris, ampliora mittẽtibus, ore Christi prælata est, q̃ indiga erat: & qui publicum magistratum gerens, præcipuè spirituale, idem admittit crimen quod populares, acriori erit supplicio dignus ob suam ipsius dignitatẽ

Primum argumentum.

Secundum.

personarum ergo acceptio non est ceu iniqua vituperãda. ¶ Contraria est Dei sententia Deuterono. 10. de ipso Deus magnus, fortis, & terribilis &c. qui personas non accipit neq; munera. & Paulus ad Rom. 2. Nõ est acceptio personarum apud Deum. Vnde & Deus ipse (vt eodem lib. Deuter. cap. 1. patet) idem cautum etiam esse voluit hominibus, dicens. Nulla erit distantia personarum. Itaq; audietis paruum sicut magnũ: neq; accipietis cuiusquẽ personã.

Paulus.

NOmẽ hoc, personarũ acceptio, tametsi Ciceroni & priscorum Latinis non sit ita vsu frequẽs, est iam nihilo minùs apud sacrorum interpretes latinitate donatum. Neq; verò à Græca compositione abhorret: est enim Græcè προσωποληψία, à λαμβάνω seu λήθω, quod aſt accipio. Vnde ad Galat. 2. Deus personam hominis no accipit. vbi idem est verbum Græcum. Quãuis cùm idem quoq; polleat, præsertim in compositione, quod, respicio, optimè dicitur personarũ respectus, vt persona pro facie accipiatur. Est ergo decora metaphora dum iudex inhibetur faciem personarũ in iudicio spectare, vt super Pau. Rom. 2. adnotauimus: nempe nè vel à genere, sexu, ætate, alijsve id genus qualitatibus sinum sinat animum affici in iudicio. Eòdẽq; alludit illud Leuit. 19. Non cõsideres personam pauperis, neq; honores vultum potentis. Et de Areopagitis refert in Hermotimo Lucianus, ideo noctu & in tenebris iudicare fuisse solitos, nè ad dicentes respicere possent: sed ad ea quæ dicerentur. Et Socrati ad æquitatis cumulum apponitur q̃ neq; vxorem neq; liberos in iudicium voluit adducere ad excitandam iudicum commiserationem. Et Arist. Rhet. 1. illam Oratorię partem quæ ad commouendos affectus exposita est, condemnat: Areopagum Atheniensium hac maximè ratione cõmendans, q̃ illam partem à suo iudicio relegatam haberent. Ex his ergo de nomine prænotatis colligitur acceptionis personarum descriptio. Est enim iniustitiæ crimen quo in distributione non causæ ad rem pertinentis, sed personæ aliarumq; eius qualitatum habetur ratio. Quò alludit glossa super illud Ephe. 6. Personarum acceptio non est apud Deum. Deus iustus iudex, causas, non personas discernit. Et ratio nominis est q̃ cũ iustitia distributiua nuda synceraq; meritorũ momenta suis bilancibus perpendat: merita autem sint quæ ex voluntate rectè instituta procedunt, quicquid ad huiusmodi meritorum cumulum nihil cõfert, ad natiuas personæ conditiones attinere censetur. Itaq; personæ nomine, natura intelligitur contra rectam voluntatẽ

Lucianus.

Aristot.

Definitio acceptionis personarum.

Glossa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

distincta, atq; adeò actiones alias quæ extra causam sint. Conclusio ergo quæstionis sit.

Conclusio responsiua. ¶ Acceptio personarum genere suo est peccatum mortale. Probatur. Quicquid aduersatur

Probatio iustitiæ est genere suo lethale scelus, vt suprà. q. 34. huius libri cum sãcto Thoma definitum est: nam cùm iustitia necessaria sit virtus, quicquid illi obsistit, contrarium est charitati, atq; adeò genere suo mortale: acceptio personarũ obsistit iustitiæ: quippe quæ impedit legitimam seruari rationem debiti: ergo est mortalis. Quocircà licèt sanctus Thom. q. 63. ar. 1. tãtùm asseruerit personarum acceptionem esse peccatum, reliquerat tamen. q. 59. ar. 4. constitutum, peccatum iniustitiæ censeri in mortalium genere. Tametsi in rebus exigui momẽti contingat esse tantùm veniale: vt si quis amicum minùs dignum præstãtiori præferret in electione ad officium quod parùm reipublicæ refert. Nam & qui minutam pecuniam furaretur non subinde esset mortalis criminis reus.

Corollariũ. Qua vtiq; ratione temperamento hoc vsi sumus, genere suo. Hinc fit consequens, cunctas causas & qualitates quæ nihil ad dignitatem referunt illius rei, magistratus, vel sacerdotij, aut præfecturæ quæ per distributionem cõfertur, connumerari cum personis, vt ad earum acceptionem attineant. Potest nanq; eadem causa in vna distributiõe legitimè animaduerti, quã in distributione alius rei minimè pẽdere licet. Qui enim consanguineis ratione generis aliquid bonorum suorũ donat aut legat, non est personarum respector: qui autem illa causa sacerdotium ei conferret, in tale crimen impingeret. Pari modo qui virum egregiè doctum, non tamen vsq; adeò compositorum morum, sancto viro, ignaro tamen, in optione ad Cathedram anteferret, non haberetur personarũ acceptor: veluti si illum præferret in alia electione vbi vir exigeretur probitate cõspicuus. Sed de huiusmodi meritis in sequentibus articulis emunctiùs.

Ad primum argumentũ. PEr hæc ad primum argumentum patet responsio. In Dei nanq; distributionibus altera habenda est consideratio dum hominẽ (siue in puris eum naturalibus contemplemur, siue peccati labe maculatum) in suam gratiam primùm recipit: altera verò dũ iam in eandem admisso eius perpẽdimus virtutum officia. In priori nanq; modo cùm nulla illic subsit ratio debiti, nullum locum habet iustitia distributiua, quæ (vt dictum est) debitum quodã pacto præsupponit: & ideo neq; illic subnotari potest personarum acceptio: sed est mera liberalitatis donatio: sicut si princeps bona sua propria quibus libẽret impartiret. Nemo enim (vt ait Ioannes) prior dedit Deo vt retribueretur ei. Vnde in euangelica parabola Matth. 20. An non licet mihi quod volo facere? Tolle quod tuum est & vade. Quod quidem Paulus in altitudinem incõprehensibilium diuitiarum sapientiæ Dei refert. In posteriori autem modo iustitia effulget distributiua: de qua ideo ait Paulus, Paulus. Qui reddet vnicuique secundùm opera sua. Et alibi: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gesserit, siue bonum siue malum. Nam qui per Christi gratiam eius facti sunt membra, bene subinde de Deo merentur. Quapropter neq; illic Deus est personarũ acceptor: sed reddet vnicuique secundùm meritorum pretium quę de diuina gratia proman ant. ¶ Ad secundum autem respondetur q̃ Ad secũdum. quando personæ qualitas meritum auget aut crimen, tunc nulla est acceptio personarum illam inter causas præmij adscribere. Paupertas enim illius euangelicæ viduæ in causa fuit vt tenuis eius eleemosyna maioris esset pretij quàm si diues tantundem largiretur: ob idq; cumulatiori præmio digna fuit. Et vice versa quoniã delinquentis præeminẽtia & locus culpam delicti aggranat, fit vt dignitatis illius consideratio nihil vindici Dei iustitię officiat si acriùs in eum animaduertat.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm in spiritualium dispensatione posit acceptio personarum contingere.

PRæmissa natura & qualitate acceptionis personarum, quæ cùm iustitiæ sit contraria delictum mortale est, subsequitur vt videamus in quibusnã materijs versetur. Et primò in hoc secundo articulo, vtrùm in spiritualium dispensatione locum habeat. A parte enim negatiua ar Primum. guitur. Sacerdotia & spirituales præfecturę nõ tam sub iustitia sunt distributiua quàm sub eõ mutatiua: acceptio aũt personarũ, vt dictũ est, distributiuæ aduersatur: nõ ergo in huiusmodi spiritualibus locum habet. Prior assumpta probatur: quoniam sacerdotia hæc & ecclesiasticę præbẽdæ, & vt aiunt, personatus non habent rationem præcisam bonorum communium, sicuti prouentus reipublicæ, qui eò quòd sint totius, sunt quodammodò partiũ: sed sunt stipendia

pendia populi ministris ecclesiarum constituta: debentur ergo personis dignis non propter seipsas, sed quia personæ tales debentur ecclesijs: hoc est dispensantur personis in mercedẽ pro seruitio per eam iustitiam qua dignus est operarius mercede sua: hæc autem iustitia, nõ

Secundum. distributiua, sed planè commutatiua est. ¶ Secundò arguitur: Christus redẽptor noster visus est in suorum Apostolorum optione, quæ ad vitam spiritualem quàm maximè referebat, personas respexisse & accepisse: quoniam nulla eorum merita perpendens, à piscatoria, & campsoria, alijsq; id genus vilibus artibus, veluti infirma abiectaq; huius mundi, vt ait Paulus, eos euocauit. Quin verò in hoc præterea visus fuit personarum acceptor, q̃ non nisi Galilæos ex patria sua, cognatosq; suos assumpsit: nam vt legitur Act. 1. de hoc turbæ mirabantur quòd varijs linguis loquentes Galilæi

Tertium. essent: Christi autem opera exempla nobis sunt: nullum ergo hoc vitium est. ¶ Tertiò arguitur: Iure etiam Canonico videtur non solùm permissa, sed iussa in electionibus, personarum acceptio: vt patet eod. titul. cap. cum nobis olim. vbi licèt electus non esset eminẽtis literaturæ, probatur electio. Et cap. cùm dilectus, pariter approbatur, licet fuissent in eadem

Quartum. ecclesia (vt illic legitur) alij digniores. ¶ Quartò arguitur: Ecclesiasticis etiam decretis sancitũ est vt nõ fiat electio nisi ex personis eiusdẽ ecclesiæ, dũmodo illic dignus inueniat etiã si alibi foris inueniãtur digniores: vt patet dist. 61. ca. nullus. & ca. obitũ. & dist. 63. c. metropolitano. Quin verò, vt ait glo. in cap. cùm inter canonicos. de elect. non valet postulatio ex aliena ecclesia nisi duabus partibus consentientibus. Et debet fieri à Pontifice Maximo, vt latè patet in titu. de postu. præl. Non ergo exploran-

Cõfirmatio di sunt semper digniores, etsi facilè in alienis ecclesijs inueniri possent. Ad hæc & nobis hoc vsus ecclesiasticus palàm facit. Cernimus enim in Episcoporum electionibus non tam meritorum quàm personarum, aut generis aut potentiæ rationem duci. Adde q̃ & in suprema electione Pontificis Maximi iam pridem vsus in

Quintum. oleuit, vt nemo nisi è reuerendissimis Cardinalibus assumatur: cùm tamen possent quandoq; extra illum ordinem alij disquiri, quorũ fortè electio gratior Deo esset & acceptior. ¶ Quintò ac postremò arguitur. Papa, vt aiũt, est beneficiorum, bonorumq; ecclesiæ dominus: ergo non arcetur digniores eligere, sed potest quibus libuerit eadem elargiri. ¶ In contrarium autem est Iacobus Apostolus. 2. cap. sue canonicæ: Nolite in acceptione personarum habere fidem Domini nostri Iesu Christi.

AD quæstionem hãc decem conclusionibus respondetur. Si tamen priùs admonemus quid hic nomine spiritualiũ intelligamus: quod lib. sub titut. de Symonia emunctius dilucidabimus. Haud enim intelligimus cuncta quæ in intellectu sunt: nam scientia & artes doceri pretio possunt: sed intelligimus illa quæ gratis nobis à Deo donantur: non peculiariter tãtùm in vtilitatem recipientiũ, sed in vtilitatẽ cõmunẽ: de quibus ait Christus, Gratis accepistis, gratis date: vt sunt sacerdotia, sacerdotales ordines, & sacrorũ vsus. Priùs ergo circa materiam primi argumenti prænosse oportet, ista ecclesiastica sacerdotia non solùm ratione distributiuæ iustitiæ pendenda esse, verũ commutatiuæ lineam ingredi. ¶ Sit ergo prima cõ

Prima conclusio. clusio: Negari non debet quin sacerdotia & ecclesiæ præfecturæ specimen habeant distributiuæ iustitiæ pro eo q̃ illius honorificentiora & pinguiora debentur, qui præstãtioribus sunt meritis: & ideo in nona conclusione adstruendum nobis est in huiusce modi electionibus digniorem esse cęteris anteferendum.

¶ Huic nihilo minùs conclusioni subtexitur se

Secũda conclusio. cunda. De ecclesiasticis beneficijs, sacerdotalibusq; muneribus, ac dignitatibus quæ ad ecclesiarum obsequia pertinent, per iustitiæ commutatiuæ regulas præcipuè censendum est. Probatur. Decimæ quas populus Christianus

Probatio cõclusionis. persoluit non contribuit vt præmia sint meritorum personarum, instar bonorum quæ in reipublicæ depositò existunt: sed vel ad hoc solùm, vel ad hoc præcipuè institutæ sunt, vt stipendia sint ministrorum ecclesiæ. Itaq; religio Christiana, nisi ecclesias haberet necessarias, nũquàm Christicolas cogeret decimas contribuere. Idemq; inferiùs dicturi sumus de sæcularibus tributis, inter quæ & sacerdotia hoc solùm discriminis interstat, q̃ illa, stipendia sunt pro sæcularibus administrationibus iustitiæ: hæc autem pro spiritualibus ecclesiarum functionibus. Fit ergo ex hoc consequens rationem illã distributiuæ iustitiæ, quæ in hisce dispensationibus reperitur, ad commutatiuam ordinari quæ est inter pontifices tam Maximũ quàm reliquos dispensatores ac promisores bonorũ ecclesiæ ab vna parte, & ecclesias ex altera. Enimuerò quia ob id cines decimas pendunt vt sibi sacramenta administrentur, Verbum Dei exponatur, & ecclesiastica iustitia seruetur: per iustitiam commatatiuam debentur eis idonei horum munerum administri, veluti operarij vineæ Domini. Neq; obstat decimas (non dico quotam) esse de iure diuino. Nam censendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic arbitror instar principis qui certa stipendia perpetua statuit famulis ac ministris domus suæ: præcipiens vt dignioribus qui haberi possent dispensarẽtur. Hic enim profectò plus commutatiuę iustitiæ subest quàm distributiuæ. Sicut facta beneficij collatione, eadem iustitia constituitur inter ministrum & suam ecclesiam. Itâq; vt explicationis gratia dicam, ratio distributiuæ iustitiæ in istis habet se materialiter ad rationem cõmutatiuæ. Nam ideo electores tenentur secundum merita personarum sacerdotia distribuere: non quia præmia sunt meritorum ipsorum, sed quia & electores tales ministros debent ecclesijs, & ministri talia eisdem obsequia, pro stipendio sibi

Suadetur cõclusio testimonijs sacræ & literarũ. repenso. ¶ Cõclusio hæc sic expolita non solùm ratione, quæ manifesta est, verum & sacris oraculis comprobatur. Et primò, vt à lege veteri initium sumamus, Leuitis simili ratione decimæ erãt decretæ. Sic enim legitur Num. 18. Filijs Leui dedi omnes decimas in possessionem pro ministerio quo seruiũt mihi in tabernaculo fœderis. Sic & paulò inferius de decimis subditur: Quia præmium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. Et Luc. 10. dum Christus Apostolos tanquàm operarios & messores dimisit in orbem, subiunxit: In eâdem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: Dignus est enim operarius mercede sua. Merces autem per iustitiam commutatiuam redditur. Et Apostolus. 1. ad Corin. 9. in eãdem sententiam ait. Neminem suis stipendijs militasse vnquàm: citans illud Deutero. 25. Non alligabis os boui trituranti: dicens propter nos illud fuisse scriptum: vnde subdit, Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Quibus verbis commutatiuam iustitiam insinuauit. Et. 1. ad Timo. 5. Qui bene, inquit, præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Non ait, qui boni sunt: nè quis fallatur quòd personis ipsis ob sua merita per iustitiam tantàm distributiuam debeantur honores ac præbendæ: sed qui bene præsunt, vt discamus beneficium dari potissimùm propter officium: quasi ad normam commutatiuæ iustitiæ: secundùm verbum eiusdem eodem loco, Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant. ¶ Idque confirmatur exiure Canonico. Nam cap. secundùm Apostolum. de præben. Innocen. iij. hæc fermè Pauli verba citans, ait: Cùm secundùm Apostolum, qui altari deseruiunt, de altario viuere debeant: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede:

Confirmatio prima.

pari: à simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur. Accedit & verbum iam modò citatum toto iure solennissimum, scilicet, Beneficium nõ dari nisi propter officium. de rescrip. cap. fin. Igitur ecclesiæ bona non intuitu personarum, vt ipsis tanquàm præmia suarum virtutum ac literarum instituta sunt, ceu per meram distributiuam iustitiam illis deputanda: sed re vera tanquàm ministrorum merces pro obsequio ecclesijs impenso. Ex quo infrà illaturi sumus eligendorum qualitatem, meritorumque momenta non absolutè, sed in ordine ad prædictam suam & functionem esse pensanda.

Corollarium sequens. ¶ Accedit & huc proximè q̃ Christus in ecclesia (vt habetur ad Ephes. 4.) quosdam dedit Apostolos, alios autem Pastores & Doctores &c. in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: ergo ecclesiastici ceu ministri recipiunt subsidia stipendiaque populi. At qui cõclusio hæc retinenda est, dum lib. seq. sub titul. de restitutione, in disputationem protulerimus is qui prætermissis dignioribus aut dignis per acceptionem personarum sacerdotia confert, cui debeat damnum restituere, ecclesijsne an personis ipsis prætermissis.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio ad quæstionis titulum: Acceptio personarum in spiritualibus genere suo peccatum mortale est, tantoque grauius ac pestilentius, quanto spiritualia temporalibus antecellunt. Conclusio hæc clarius liquet, quàm vt multis egeat testimonijs. Spiritualium enim nomine censentur ecclesiastica sacerdotia, quibus Christiana respublica ad sempiternam felicitatem promouetur: sacerdotium enim mihi sterio sacris Christiani initiantur, per quæ diuinam gratiam, tum incunt, tum etiam recuperant, eorumque ope & auxilio eandem gratiam colunt. Igitur cùm nihil nobis tanti referat quàm per eandem gratiam ad Dei gloriam promoueri, nihil nobis in exitium esse potest præsentius crimine illo, per quod in hoc progressu vel impedimur vel remoramur, quale est personarum acceptio in huiusmodi sacerdotibus & ministris optandis. ¶ Attamen quoniam non satis est huiusmodi personarum acceptionem condemnare, nisi eligendorum merita explicentur: Notãdum est cum diuo Thom. S. Thom. duobus modis considerari posse cuiusque merita ac dignitatis excellentiam: videlicet aut absolutè & simpliciter secundùm individuam personam: quemadmodùm Aristot. 5. Ethico. cap. 3. considerat virum bonum. Secundo modo quemadmodùm illic considerat bonum ciuem: vt puta si personam contempleris in ordine

dine ad munus illud & magistratum ac functionem ad quam assumitur. ¶ Sit ergo

Quarta cõclusio. quarta conclusio. Dignitas personæ perpendenda est & exigenda in ordine ad talem finem qui electionis scopus est. Hoc clarissimum est: quia à fine sumenda est mediorum ratio: &. 1. Corint. 12. ait Apostolus, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem:

Quinta cõclusio. scilicet ad commodum Christianæ reipublicæ. ¶ Adnectitur autem conclusio quinta. Primum ac potissimum quod in eo qui in spiritualibus præficiendus est populo, æstimandum venit, est morum compositio, virtutumque ornamentum. Hanc eandem conclusionem de reliquis ciuilibus magistratibus in

Ratio conclusionis. subsequentibus constituemus: est enim omnibus communis: at verò præcipuum robur habet in ecclesiasticis prælatis, cuius ratio patentissima est. Enimuerò finis proximus ciuilium magistratuum est tantùm naturalis: nempe tranquillo statu & pace rem publicam conseruare: licet ille ad diuinam quoque fœlicitatem ordinem habeat: finis autem & scopus

Proinde. proximus prælatorum spiritualium est sempiterna fœlicitas, ac subinde eorum munus, auxiliares esse Christi ministros, iuxta verbum Pau. Sic nos existimet homo sicut Dei ministros. Quibus idcircò vna cura esse debet, Christi sanguinem colere, eiusque redemptionem promouere, atque ad diuinum amorem subditos prouocare, & ad Dei charitatem referre omnia: nihil eorum cogitantes, quæ cum mundo discedunt, sed sempiterna illa quæ nos in cœlis manent. Hæc autem nemo curare potest & pro dignitate administra

Sexta cõclusio. re, nisi in quo idem Christi sanguis feruescat, idemque ardescat amor. ¶ Sexta conclusio. Præter charitatem & honestatem morum requiritur statim sacrorum scientia, prudẽtiaque, & solertia, & reliquæ animi vires, ac dotes ad gubernandum necessariæ: iuxta verbum Domini, Quis putas est fidelis seruus & prudens? Matthæ. 24. Adeò vt liceat nonnunquàm expediatque huius gratia, eo qui simpliciter moribus præstantior est posthabito, alterum vita inferiori præeligere: dum tamen prauus non sit & corruptis moribus: nam cui refragatur vita, nulla alia ratio satis suffragaĩ, vt fas illũ sit ad ecclesiæ gubernaculũ admoue-

Probatio cõclusionis. re. Hoc planè cõstat. Est enim primũ prælati sacra docere, & per eorũ doctrinã & exẽpla subditos ad diuinorũ amorẽ allicere ac promouere. Mox quia regimẽ, opus est prudẽtiæ, vt. 6. Ethi. Aristot. author est: & vt ibidem subdit, cùm prudentia virtutes omnes connectuntur, cunctis huiusmodi dotibus præstare debet. Enimuerò vt nisi quod ignitum est calefacere nequit, ita nisi qui charitate ardet vel lucêre alijs potest, vel virtutum calorem excitare. ¶ At verò quoniam ex his dubium hoc loco præcipuum relinquitur, an scilicet vt ab hoc crimine acceptionis personarum caueatur, necessarium sit præstantiorem dignioremque semper eligere, statuitur septima conclusio. Acceptio personarum tunc Septima cõclusio. affert manifestarium crimen, quando prætermisso idoneo eligitur indignus: tunc enim impudenter & contra iustitiam commutatiuam in ecclesiam peccatur, & contra distributiuam in eum qui dignus est. Conclusio Probatur cõclusio. est omnibus extra controuersiam in confesso. Vnde de præben. cap. graue. Alexand. 3. in concilio, Graue, inquit, nimis est & absurdum quòd quidam ecclesiarum prælati cùm possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos: quibus neq; morum honestas, neque literarum scientia suffragatur: carnalitatis sequẽtes affectum, non iudicium rationis: vnde quãta ecclesijs damna proueniant, nemo sanæ mẽtis ignorat. ¶ Subtexitur deinde huic octaua conclusio. Ad hoc vt secundùm exterum ius Octaua cõclusio. fori canonica solidaque sit habenda ac valida electio, satis est eligere dignum. Conclusionem hanc confirmant Canones tertio argumento ante quæstionem adducti: eorum autem rationem S. Thom. & Doctores hanc reddunt, quòd aliàs vnaquælibet electio calumniam pateretur: haud enim tali foro facilè expendi possunt librarique meritorum momenta, vt constet quis est optimus. Vnde dum Rex aut quiuis alius iure patronatus eum eligit dignum cui iura non refragantur, nequit vel Papa, vel inferior Prælatus electionem in fauorem dignioris perimere. Addiderim hic, quòd qui dignum elegerit, non tenebitur ad restitutionem nec digniori, nec ecclesiæ: vt lib. sequenti sub titul. De restitutione, videbimus. ¶ Nona conclusio. Quo ad culpam, in Nona cõclusio. foro conscientiæ & poli præceptum est eligere dignorem. Et primum nè quis existimet solius esse opinionem S. Tho. qui eam incunctanter, veluti rem constitutissimam adstruit. 2. 2. quæst. 63. art. 2. & in quotlib. quæst. 6. & 8. quem sui sequuntur. Fuit quoq; Alexan. de Hales. 2. par. quæst. 136. membro. 2. & Nicolai de Lyra, Ioan. 21. Neque verò Mendicantium vtriusque ordinis, verùm & Henri. & Godof. in suis quodlib. Fuitque Hadrian. postea Papæ in materia de restitu. & ex Doctorib.

S. Thomas, Alexander Halen. Nicolaus de Lyranus. Henricus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adrianus. Archidiaco. Maioris. Hugo patronus cõtrariæ opinionis.

ctoribus iuris Can. Arch. & aliorum. Hos deniq; Maioris postmodùm in. 4. distin. 24. q. 8. & 9. sequitur. Patroni autem contrariæ sententiæ, si tamen contrariam tueantur, sunt Hugo & Apparatus super cap. licèt ergo. 8. q. 1. & cap. Monasterium. 16. q. 7. quibus, referente Adriano, accesit Ioannes Andreas. Dixerim si contrariam tueantur: quia illi forsan id duntaxat contendunt, q̃ in foro exteriori nõ sit electio refellenda: nam de foro interiori nihil decernere debuissent. Quòd si sententia diui Tho. vera est, per nullam potest desuetudinem vel cõtrariam consuetudinem abrogari. Est enim de iure diuino: contra quod vsq; adeò nullo tempore præscribitur, vt quo longior fuerit eius abusus, eo fiat delictũ grauius. Neq; in his satis est authores numero æstimare, aut dicere, hoc tenẽt Canonistæ, hoc verò Theologi: sed auscultandæ sunt sacrorum authoritates, rationesq; examinandæ. ¶ Arguitur enim primò: ex iure naturæ ecclesiastica beneficia (vt secunda conclusione asserebamus) ex bonis communibus populi, veluti stipendia instituta sunt, & ecclesiæ ministris propositа: ex hac ergo parte cõtra iustitiam cõmutatiuã fidẽ populo & ecclesiæ frangit qui non optimũ ei ministrũ absq; fraude & dolo prouidet. Mox peccatur & cõtra iustitiam distributiuam: eadẽ enim virtus quæ iubet seruare in præmijs proportionem quę est in meritis, subinde admonet vt optim⁹ qui rationabili diligẽtia inueniri potest, cęteris præferatur. ¶ Deinde accedit tertiò q̃ Antistites tenentur beneficia gratis conferre: qui autẽ meliori posthabito confert minùs digno, ille certè alia causa mouetur humana: alioq illud non faceret: atq; adeò neq; dat gratis: neq; ab acceptione personarũ manet incolumis. ¶ Adhæc qui ex duobus sacerdotijs pinguius confert sacerdoti minus digno, manifestè iustitiã distributiuam acceptione personarum præuaricatur: nam id patrare non posset nisi respiciẽdo personam, puta qualitatem extra causam: ergò eàdem labe contaminaretur, qui vnicum beneficium minùs idoneo adiudicaret. ¶ Præterea horum collatores munerũ, dispensatores sunt, vti ait Paulus. 1. ad Corin. 4. ministeriorũ Dei: in quibus, vt inibi subiungit, fides syncera requiritur secundum verbum Dominicum citatum: Quis putas est fidelis dispẽsator & prudens? principis autem œconomus & dispensator qui quos posset optimos seruos eodem stipendio nõ ascisceret in seruitium domini, reus profectò esset aut defractæ fidei, aut neglectæ prudentiæ. ¶ At verò ius diuinum est quod huic conclusioni firmiorem astruit fidem. Atque in primis exemplum Christi, Ioan. 21. in electione Petri quod abũdè rem patefacit. Ille quippe qui nemini iniuriam irrogare potuit, nempe qui non merus dispensator, sed dominus rerum erat, non alium selegit qui suus sibi vicarius succederet, quàm omnium tunc temporis Apostolorum optimum. Neque verò satis duxit eum instituere quem ipse nouerat esse præstantissimum, sed id prius voluit vt omnibus innotesceret. Hac enim, vt arbitror, tantùm de causa ter publicè Petrum rogauit an se plus cęteris diligeret (qui numerus iudicialibus monitionibus solennis est) vt cũctis liquidum fieret, iure & ordine optimum eligere: doceret q̃ perinde eos vt eandem legem in similibus electionibus sanctissimè custodirent. ¶ Quapropter absque vlla cunctatione asserere soleo illo tunc temporis articulo quo Petrus electus est in Christi vicarium: omniũ fuisse Apostolorum optimum: neq; tutum arbitror hoc denegare. Liquet enim solam Dei charitatẽ, esse normam per quam iudicare licet bonitatis gradus apud Deum: præterea neq; hoc negari licet, quin eo gradu quo quis diligit Deum, diligitur ab illo. Si ergo Petrus Christum plus tũc cęteris Apostolis amabat, plus & ab ipso amabatur: atque adeò optimus erat. Quod enim præ cæteris tunc Christum diligeret, ambigi nequit: quoniam Christi interrogatio nõ oriebatur ex dubio, quippe quo ipse non tenebatur: sed erat velut assertio. Et quanuis Petrus ad comparationem respondere citra temeritatem non valuit, eò quòd neq; suorum erat, neque alienorum meritorum ponderator: tamẽ suum respõsum, Tu scis quia amo te, Christus pro comparatiuo iuxta suam ipsius interrogationem accepit: & ideo à tertio responso continuò subiunxit, Pasce agnos meos. Dico stetisse optimum tunc simpliciter: quia nihil obstat quo minùs Ioannes indulgentiùs diligeretur, alioq̃ fortè tempore fuisset melior: nam de intemerata Virgine hæsitare nefas esset, longè meritis cũctos antecessisse Apostolos. ¶ Secundo loco accedit & apostolicum testimonium. 1. ad Timo. 3. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: hoc est sibi consulè videat, quantum sibi oneris imponat: quia omniũ est optimum munerũ quæ in ecclesia sunt: atq; adeò gubernatu difficilimum. Vnde subdit, Oportet enim Episcopũ irreprehensibilẽ esse, &c. Vbi tã amplam tanq; diuitẽ virtutũ supellectilẽ ab Episcopo desiderat, vt licet nullam faciat cõparationem, vix illæ possint, nisi in eo qui præstantissimus est, acernari. Quapropter inferius ca. 5. eũdem admonet discipulum

Ioan. Andr.

Prima ratio in grãtũ primæ opinionis.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Paulus.

Secunda conclusio.

scipulum vt nemini citò manus imponat. Vbi porrò docet quantum debeat examinis præcedere antequàm huiusmodi sacerdotia distribuantur: vtpote quæ illam finalis iudicij imitari pro humana fragilitate deberet, vbi æquissima meritorum trutina vnicuique remetiendum est. ¶ Accedit tertiò loco Ius canonicum sanctorumq; decreta. Est in primis Hierony. super Leuit. ca. 8. qui refertur. 8. quæst. 1. ca. licet ergo. Refert nanq; illic Leuitica historia q̃ quando Aaron iussu Dei in sacerdotem vnctus fuit, congregata fuit omnis turba ante fores tabernaculi. Super quibus verbis ait Hierony. q̃ licèt Dominus de constituendo principe præcepisset, singularemq; elegisset, tamen conuocatur etiam Synagôga: requiritur ergo, inquit, in ordinando sacerdote etiam populi præsentia: vt sciant omnes & certi sint quòd qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium: & hoc attestante populo: secundùm illud Pauli, Oportet autem illum & testimonium habere bonum ad his qui foris sunt. Hæc Hierony. Et est allusio ad exẽplum Christi qui in præsentia Apostolorum testimonium tulit excellentiæ Petri. Hac tamen non obstante verborũ inculcatione Hieronymi, temperat illic eius sententiam, imo denegat Hugo, dicens satis esse eligere dignum. Cui Ap paratus adhærescit. Veruntamen nisi intelligant in foro duntaxat exteriori, nõ sunt contra textum audiendi. Sunt & verba acerbissima Augustini super verbo Iacobi citato, dicentis, Non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris gloriæ ecclesiæ, contẽpto paupere instructiore & sanctiore? Auscultà verbũ, ad sedem honoris glorię ecclesię. Consentit & Leo Papa, can. Metropolitano. dist. 63. vbi docet quòd sit eligendus optimus. Sed & Chrysost. sententia lib. 2. de sacerdotio, quàm maximè meditanda. Admonet enim de suo nomine ecclesiasticos pastores, quòd tanto debent meritorum internallo antestare gregi, quanta præstat excellentia pecori pastor. In cuius sententia Bernar. De consideratione ad Euge. permulta, eademq; peregregia cõgerit. His vnicum illustreque adiungitur capitulũ, extrâ, vt ecclesiastica benef. sine diſconf. vbi in reprehensionem Episcop̃ apponitur quòd non ex affectu carnali, sed stricto iudicio debuit ecclesiastica beneficia in persona magis idonea dispensare. Atqui in pragma. concil. Basilien. habetur hęc forma iuramenti eligentium. Ego. N. iuro & promitto omnipotenti Deo & sancto, cuius nomini dedicata est hæc ecclesia, eum eligere quem̃ credam esse in spiritualibus & temporalibus meliorem. Neq; tantùm Canonicum, verùm & Ius Imperatorium idem sanctissime admonet, vt est videre in Authẽ. de monachis. §. ordinationem. Iubet quippe eum Imperator qui prius optimus inter monachos apparuerit, præfici in pastorem. Quòd si monachus optimus est præficiendus, profectò multò est sanctius eadem regula in episcopis obseruanda: vt quorum ordo sit instituto monachorũ excellentior. Atqui argumenta hæc si in primordijs etiam ecclesiæ, & quando illustribus pollebat personis vim suam tenebant, quanto nunc maiorem, quando illa laboramus personarum inopia, vt vix optio permittatur: imò citra dignissimum vix possit reperiri dignus. Tempore Augu. Ambro. Marti. Nicolai, atq; id genus mortalium, non esset immane scelus non perquirere digniorem, imo dò autem vt digno conferas, dignissimum debes inquirere: ea-deò omnia iacent. ¶ Et quando eorum quæ facta sunt argumenta nullum existeret, hoc rẽ ineluctabiliter conuincit, quòd postquàm in dispensatione beneficiorum non habetur exacta meritorum ratio, nemo est qui literarũ studia sequatur, nemo qui alijs imbuatur moribus, quàm qui ad Curiam fuerint aptiores. Vnde quanta detrimenta ecclesię Christi eius sanguine fundatæ succreuerint, & hæresium pestes & animarum neglectus apertissimè testantur.

Hieronymus

Augustinus.

Leo Papa. Chrysosto.

Bernardus.

Concilium Basilien.

Postremi ratio.

¶ At verò antequàm decimam conclusionem statuamus, operæpretium est nonnulla dubiola quæ hinc emergunt diluere. In primis nõ cõtendimus in has angustias timoratos animos conijcere, vt quando munus ad quod persona eligitur exigui momenti est, censeatur peccatum mortale digniorem prætermittere. Mox neque est tale peccatum timendum etiam in rebus maioris momenti quando meritorum excessus non est tantus, vt videatur ad rem multum referre: quoniam & furari exiguam monetam non est peccatum mortale: neque nos Deus cogit tam anxiè personas explorare, sed secundùm prudentiam pro rei qualitate & cõditione. ¶ Præterea maximè adnotandum, nõ esse attendendum ad causas metaphysicæ possibilitatis: sed vt materia moralis exigit, ad id quod secundùm prudentiam speratur futurũ. Enimuerò licet occurrat vir literis clarissimus & prudentia conspicuus, est tamen vecors, vel alijs implicitus negotijs, de quo non est tanta spes q̃ prædicabit aut gubernabit secundum suas dotes: vel fortè etsi sit optimè moratus, publicis

Prima limitatio cõclus.

Secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

publicis tamen est negotijs ineptus: huiusmodi certe hominibus ille præferendus est, qui licèt huiusmodi dotibus non sit tam potens, speratur tamen curam solicitiùs habiturum, diligẽtiamq; adhibiturum ad suum exequendũ munus. Euentus autem rei qui præter eligentium spem subsequuntur, nihil electionem vitiant: vt si negligens postmodum reperiatur, qui diligens credebatur. ¶ Emergit autem ex superioribus contra hanc nonam conclusionem argumentum primum. Dictum est iustitiam distributiuam in his sacerdotijs ad cõmutatiuam referri: dum autem prælatus tribuit ecclesiæ curatum vel alium ministrum pro ratione suarũ decimarum dignum, quia scilicet habet exilia subsidia, per illum satisfacit iustitiæ cõmutatiuę: non ergo tunc tenetur alium eligere qui cũ mulationibus meritis polleat. Respõdẽtur duo. Primum non seruaretur tunc ratio distributiuæ iustitiæ, nisi fortè in breui expectaretur locupletior præbenda pro illo digniori. Deinde quantum ad iustitiam cõmutatiuam, cum dignitas personæ non habeat certam præscriptã mensuram, fit vt vbi alius est dignior, vix inferior censendus sit dignus. Præterquàm quòd fides dispensatoris ministeriorum Christi expostulat vt cuicunque ecclesiæ ascribat ministrum optimum illorum qui illo stipendio haberi potest: nam ecclesia si loqueretur, talẽ eligeret: licèt hæc culpa non sit tanta vt ad restitutionem obliget, si secundum existimationẽ dignus eligatur: vt supra diximus. ¶ Hinc autem exurgit argumentum secundũ contra eãdem nonam conclusionem, quòd sequeretur ex ea nõnunquàm vt elector esset perplexus. Verbi gratia. Duobus vacantibus beneficijs quorum quod vberius est & pinguius nullam habeat animarum curam: alterum verò quod fructibus est sterile, eandem habeat annexam, vel plures habeat sub se parœcios, plusque dotrina indigentes: vt ecclesia nunc Toletana, quæ locupletissima est, vacante: & simul Granatensi, quæ licẽt sit pauperior, habet tamen multos ex Mahometismo neophytos, perplexus tunc esset & Papa & Rex. Nam si distributiuam iustitiam spectes, debet tunc illud qđ est ditius digniori attribui: si autem publicam ecclesiæ necessitatem, potiùs deberet illi maior cura animarum demandari. Ad hoc respõdetur, pluris semper esse habendam rationem publicæ necessitatis, ad quam nos Christi charitas arctiùs astringit. Et ideo animarum cura digniori est cõmendanda, neque inde damnũ de sua dignitate reportare censetur. Nam etsi bene præsidentes presbyteri, authore Paulo, duplici sint honore digni: ille tamen qui apud Deum nos manet in primis æstimandus est: eò vel maximè, quòd (vt dictum est) hęc sacerdotia in ecclesiarum cõmodum sunt instituta. An verò ille dignior acceptare teneret, alteri disputationis est. Et tãta esse posset necessitas vt teneretur. ¶ Verum ex hoc tamẽ aliud enascitur dubium, vtrum lex hæc eligendi dignioris vsque ad illos etiam extẽdatur qui iam sunt suis ecclesijs collocati: videlicet vtrum vacante pinguissimo beneficio vel episcopatu debeat Rex & Papa quospiam suis locis dimouere, vt omnes per gradus euehat. Videtur enim nonæ conclusioni concors. Respondetur de hac re non posse certam stabiliri regulam. Enimverò mutationes istæ & ascensus quã fieri possit maximè cauendi sunt: tum quòd fomẽtum ambitioni subministrant: sunt enim in causa vt episcopi semper sint animi pendentes: &, sicuti prima materia, nunquàm sua forma contenti: Quare neque charam habere possunt sponsam, neque iustam illius gerere curam: tum qđ non est pastoris ætas in cognoscendis summutandisq; nouis ac nouis gregibus transigenda. At verò neque hoc nimium cauendũ est: quãdoquidem expediens nonnunquam sit & cõdecens vt episcopus ad aliam sedem cõmigret. Non enim vanus est titulus de postul. prælat. ¶ Sequitur post hæc dubium de electionibus, siue dum religiosi & Canonici prælatum eligunt, siue dum Scholastici publicum prælectorem Cathedræ, vtrùm teneatur quisque semper eligere meliorem: etiã si videat nihil se suo suffragio profuturum. Ad hoc respondetur, semper in electionibus animaduertendum fore, opus vanum non esse opus charitatis: omnesque ideo leges ad mores, prudentię iudicio esse applicandas. Sit ergo prima responsio. Indigno nemo debet suo calculo suffragari: etiã si constiterit illum ã reliquis omnibus optari: quoniam talis non nisi per nequitiam obtruditur, cui nullo colore fauendum est, neque assentiendum. Si tamen qui eligendus speratur, dignus est, tunc licet ac decet dignissimum qui eligi non potest prætermittere, vt dignior eligatur. Sunt tres, quorũ Petrus dignissimus est, Paulus medius, Ioannes vero infimus. Quòd si ego in Petro persisto, neque ipse neque Paulus, sed Ioannes eligetur: me autem accedente ad Paulum, ipse vincet: hoc ergo consilium sequi debeo: etiam si iureiurando ræ astrinxerim eligere digniorem. Intelligitur nanq; iuramentum inter possibiles. Hoc autem, similiq; cessante casu, semper eligendus est dignior: nam præterquã quòd ei seruandus est honor, & legi

Primum argumentũ.

Solutio.

Secundum argumentũ.

Responsio.

Dubium.

Dubium de duabus electionibus.

Solutio quo fundatur.

Reprobatio.

Responsio.

Hostiensis, Abbas.

Duo moderamina textus citati.

& legi dignitas, ad hoc etiam prodest, vt electus admoneatur æquos electores non ei fauisse. Sic enim fiet in regendo cautior.

Primum argumentum.

¶ Contra hæc tamen continuò se offert argumentum: quòd si semper dignior eligendus est, sequeretur quòd si minus dignus electionem acceptaret, perinde peccaret atque collator: quoniam videtur causa esse rei illicitæ. Ad hoc autem respõdetur non esse rationem parem: nam recipienti non incumbit cõferendi cura: ob idque neque censetur iniuriæ collationis causa, perinde atque conferens. Et maximè si sit dignus. Quin imò in re dubia nõ tenetur ipse seipsum examinare: sed ille qui cõfert. Quare licet episcopatũ ambire, delictum sit, oblatum tamen citra culpam suscipi potest. Enimuerò licet quis prætermisso charitatis ordine eleemosynam porrigat, non patri indigẽti, sed extraneo: vel præteritis pauperibus prodigat in histriones, ob idque delictum faciat: illi tamen qui recipiunt non irretiuntur eodem delicto. ¶ Mox alia via arguitur ex ca. monasterium. 16. quæst. 7. quo habetur quòd vbi qs dominus instituerit Oratorium vel Capellaniam, posit cuicunque præsbytero dare. Arguitur ergo. Potest quis ea lege sacerdotium instituere, vt solis suis agnatis aliũsve designatæ prosapiæ in perpetuum obueniat: nã quicũque quorumlibet bonorum dominus potest ea pro suo libito dispensare: ergo tali casu non est necessarium, imò non licet digniorem exquirere. ¶ Sunt qui dicant etiam in tali casu inquirendos esse digniores, si opus fuerit, extra illam familiam. Attamen & vsus & ratio in cõtrarium reclamant: satis enim est inter illos designatos & vocatos præstantiorem eligere: nisi vnus sit tantum, vtputa sanguine proximus appellatus. Nam cum tali institutori ac fundatori non incumbat munere suo & officio distributionem facere, & illa sint sua bona, non stringitur rationẽ habere dignioris. Haud tamen erat cur Hostiẽsis & Abbas ex hoc dissimilimo textu inuitum argumentum traherent ad distributiones bonorum cõmunium ecclesiæ: nempe quòd satis semper sit eligere dignum. Duo hic tamen illius textus moderamina recolenda sunt. Priùs quòd si qui designatus est, fuerit omninò indignus, alius substituendus venit: quia nemo neque de sua substantia potest sacerdotium cõtra naturale ius ac diuinum creare. Secundum est, quòd si institutio illa annexam habeat curam aliquam animarum vel gubernationem, tunc inquisitor est, & non ferenda, quatenus obstiterit vt dignior eligatur. Vt si quis prouentibus suis monasteriũ fundaret eo vinculo vt Prior vel Abbatissa nõ nisi ex suo genere atq; patria crearetur, non est in contumeliam Euangelij lex illa ferenda. ¶ Enascitur autem hinc præterea dubium de beneficijs patrimonialibus, ad quę non recipiuntur nisi ciues, vel qui inde sunt oriundi. Videtur enim sententiæ nonæ conclusionis derogare: siquidem possent præstantiores aliunde quandoque acciri. Respondetur leges illas æquissimas esse, quas vtinam de beneficijs saltem parœcialibus, quibus annexa est animarum cura, vbique sanciret ecclesia: quẽadmodum & in Tridentino Concilio summo omnium consensu, me præsente, consultabatur. Esset enim illis decretis conforme quæ in quarto argumento accersita sunt, decernentibus vt electio ex eadẽ ecclesia fieret. Nam vt modò dicebam, non paruo æstimandus est ingenitus amor quem quisque ad natiuum solũ habet. Præsertim qm licèt possent nõnunquàm inueniri extranei meritis præstantiores, multò esset tamen ecclesiæ conducentius, vt ambitionibus & litibus sibi molestissimis ac pestilentissimis obuiaretur: præterea vt incolæ spe illa animarentur, liberos & literis & moribus informare. ¶ His ergo absolutis dubijs ad decimam conclusionem descendamus, qua ad illam trialem respondeamus quæstionem, vtra scilicet facultas alteri preferenda sit in deligẽdo episcopo, Canonici scilicet iuris, an Theologię. Neque verò erat cur assertio hęc in controuersiam vocaretur: sed Hostien. cui Abb. Panormi. subscripsit super ca. 1. de consang. & affinit. fuit qui nescio quo iure hanc contestatus est litem. Aiunt enim quòd vbi hæreses pullulant, præferendus est Iurisconsulto Theologus, alibi verò econuerso. Et quamuis mea me professio in suspicionem de hac re adducere possit, haud tamen idcirco his maximè temporibus, dissimulanda est rei veritas: ego enim minimè de me ipso ignoro quàm sim talium meritorũ expers. ¶ In primis si mea opinio illius esset momenti, quæ in consilium admitti deberet, mallem vt post morum honestatem prudentia viri, roburque animi mansuetudine insigni tum, atque in agilibus dexteritas perpenderetur, quàm scientiæ eminentia: dum modò illa doctrinæ mediocritate polleret, quæ oondus ei authoritatis adiungeret. Itaque persona æstimanda cum primis est, non hæc aut illa scientiæ facultas. Tametsi ille in quo hæc omnia excellentia doctrinæ illustraret, maiori iure esset super ecclesię candelabrũ erigẽdus. ¶ Sed tamen quòd cæteris pariter concurrentibus Theologia sit peculiaris Episcopi scientia, quã

Alterum dubium.

Responsio.

Quæstio trialis.

Decima conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia, quam hìc cõclusionem decimam facimus, nescio quis ambigat. Nam vt ab ipso pastoris nomine, quod Episcopi proprium est, exordium sumamus, ecquis dubitet præcipuum pastoris munus esse sacrorum eloquia reuoluendo recolere ac meditari, vnde doctrinæ pabulum gregi subministret. Sententia est Hieronymi. in Leuitico. 36. dist. cano. si quis. vbi ait: Duo sunt pontificis opera, vt à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpiùs meditando: vt populum doceat. Et distinct. 38. cano. omnes. admonetur Antistes vt in prõptu legẽ habeat: videlicet tam sacros Canones & sanctum Euãgelium, quàm diuinum apostolorum librum & omnem diuinam scripturam. Canones scilicet Cõciliorum, vt statim subditur ca. placuit. Augustinus Vnde August. in Epistola ad Paulinum, quæ est. 59. illud Paul. ad Ephes. Quosdam autẽ dedit pastores & Doctores, pro eodem vsurpat: nempe quòd Episcopi eo sint pastores, quòd doctores. Quid ni? nunquid nõ Apostolorũ successores sunt? ergo proprium eorum est vt quam fidem ipsi diuulgarunt, populum doceant: iusque mores secundũ euangelicas normas componant, & veluti canes cõtra vitia in defesè oblatrent. Sed quid in re non dubia testibus vtimur non necessarijs? Non interrogabantur olim dum insula insigniebantur an ius nossent vtrũque, sed an vtrũque scirent testamentum, vt Richard. quotlib. 4. & Syluest. in verbo, episcopus, adnotarunt. licèt iam collapsis rebus, non interrogentur nisi an velint se diuinæ scripturæ sensibus accõmodare, & quę inde hauserint, plebem docere. In cuius signũ confertur eis euangelium, quod admonentur populo sibi cõmisso prædicare. ¶ Adde quòd ex priscis episcopis neminem nisi theologum comperias. Nam iura canonica theologi in cõcilijs sanxerunt, & pontifices maximi ex sacris collegerunt oraculis. Quapropter si nominis Augustinus. Etymologiam inspicias, quam August. (vt refertur. 8. quæst. 1. ca. qui episcopatum.) interpretatus est: nempe vt idem sit episcopus quod superintendens: in hoc etiam deberet superintendere canonico iuri, licèt non illud memoria retineret. Enimuerò cùm ex Theologia ius ecclesiasticum promanauerit, per eandem facultatẽ debent legitimi sensus canonum examinari. Præsertim quòd illa iura quæ ad munus episcopale quicquàm referunt, Theologi, si modò secundum nomen scientia polleant, oculatius emunctiusq; callere debent. Quòd si minùs calleant, multò est episcopo dignius, vt veluti de Moyse, Exod. 18. legitur, viros idoneos audiẽdis secularibus causis exponat, quò ipse sacrosanctę meditationi & Christianę doctrinæ incumbat, quàm vt, vice versa, à dulcedine scripturæ auulsus secularibus complicetur. ¶ Vide ergo quàm longè ab scopo aberrent qui episcopi munus non aliud existiment quã hæreses extirpare: cùm alia præterea sint multò illis magis peculiaria, quàm causas audire. Eò vel maximè quòd si tunc sunt necessarij quando hæreses pullulant, fit subinde vt magis sint semper necessarij: nê vnquàm serãtur. Chirurgi sunt & causidici, qui cum litibus vigent, nollent iurgiorum causas præscindi. Cura autem episcopalis longè alia esse deberet: nempe vt populus adeò esset semper fide instructus, moribusque compositus, vt neque hæresibus neque litibus vlla relinqueretur ansa. Quapropter non solùm vbi hæreses pullulant, sed vbi litium desidia serpũt, illic optatior esset Theologus episcopus, aut certè vir probitate insignis, qui lites absque prolixis terminis iuris componeret ac rescinderet. Video enim proh dolor plures foueri lites in foro ecclesiastico quàm in ciuili: cùm totus conatus episcopi esse deberet internas hominum conscientias sarrire, discordiarum graminaque cõuellere, & non illuc curam extendere, vt pueros poma ficusq; hortorum suffurantes (quia hæc est officialium sagina) excõmunicationis internecione ferire: quod adeò est absurdum, vt excusare se iã ecclesiastici iudices nequeãt, nisi affirmantes propositum non gerere ligandi. Sed & ob hoc deberent esse Theologi vt eo Paulus gnoscerent quantò illis esset habenda maior ratio ratio nè populus inobedientiæ crimine quàm excõmunicatione feriretur: nam quãuis iudices tale nõ habeãt propositum, populus tamè qui illud nescit, nihilominùs conscientiam sibi vulnerat, dum fictæ non paret excommunicationi. Sed de hoc satis in presentia. Nã & Theologos episcopos eandem video ire viam.

Prima rõ p conclusione.

Richardus. Syluester.

Secunda.

AD primũ ergo argumentum quæstionis Ad primã prima cõclusio respondit: nimirũ concedens personatus illos, quos vocant, & sacerdotia plus cõmutatiuæ iustitiæ respectu ecclesiarum habere, quàm distributiuę. ¶ Ad secundũ Ad secũdã inter probandam nonam conclusionẽ responsum est: vbi cõmonstrauimus, vsq; adeò à Christo abfuisse personarum acceptionẽ, vt Petrũ tunc Apostolorum optimum, atq; ad regimẽ accõmodatissimum, elegerit: & matrem filiorũ Zebedęi petentem filijs suis sedes ad dexteram & ad sinistram repulerit. Quòd autem plebeios homines & literarũ rudes ad functionẽ euangelicam asciuerit, bina fuit causa. Prior quòd ipse eos & docere potuit, & tales efficere quales ad rem decebant: electores autẽ humani, quia dignos eos facere nequeunt quos eligunt, eos debent ad eligendum conquirere, quos dignos inuenerint. Mox quòd expedie bat supranaturalem fidem non ab hominibus promulgari, qui essent humana doctrina illustres, ne in suspicionem veniret, quòd de humana scientia procederet. Ideo enim iussi sunt corã regibus ac præsidibus non cogitare quomodò aut qd loquerentur: sed quæ Spũs sanctus suggereret, illa diuulgarent. Quòd autem Galilæos cæteris mortalibus prætulerit, mysterium fuit, de quo fuerat Isaias vaticinatus: cuius ideo prophetiam Matth. capit. 4. citauit: Terra Zabulon & terra Neptalim, &c. Galilææ gẽtium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Et Dauid: Principes Zabulon & principes Neptalim (hæc enim erat Galilæa) duces eorum. ¶ Ad tertium, quod aduersus nonam conclusionem intendi videbatur, itidem satisfactum est dum concessimus secũdum forum exterius satis esse digno conferri ad succidendas calumnias: secus autem in foro interiori. ¶ Ad quartum respondetur, iura sanxisse, dignitates & præbendas personis eiusdẽ ecclesiæ concedi ob hanc causam (vt ait Cælestinus. Cælestinus cod. ca. nullus. 61. distinct. quòd vnusquisque suum fructum militiæ habeat in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit ætatem. Cui & alteram Sãct. Thom. causam subnectit, quæ mihi est probatissima: videlicet q̃ plurimum vnusquisque propensiorem habet animum ad suam propriam ciuitatem & ecclesiam in qua nutritus est: qua vtique ratione vtilior esse poterit. Vnde Deuter. 17. Non poteris alterius gentis hominem facere regem, q̃ non sit frater tuus. Et ideo licèt non exquiratur extraneus dignior, per hæc fit compensatio. ¶ Quintum autem argumentum omnia quæ dicta sunt cõcutit. Etenim si vera est quorundam opinio, nè dicam assentatio, cui sanctissimus Papa nunquàm assensisse credẽdus est, videlicet quòd est dominus beneficiorum, pugnantissimum extruitur inde argumentum quòd nõ teneatur digniores eligere: imò quòd possit super hoc cum inferioribus prælatis dispensare. Responsio ergo non est alia quàm q̃ nullatenus est dominus. Aliàs profectò sicuti de illo dictum est qui de suis proprijs bonis sacerdotium creat, liberum ei esset tanquàm vero domino conferre cui mallet: quod nemo auderet asseuerare. At nullo opùs est argumento vbi apostolica tuba canit: Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum Dei. 1. ad Corint. 4. Quin verò & Christus Luc. 12. Quis, inquit, putat est fidelis dispensator & prudens quem cõstituit dominus super familiam suam? ¶ Neque verò sacri Canones transiuerunt vnguem ab hoc euãgelio discrepant: quia neq; discrepare possunt. Quare nõ pigebit iuris hic verba audire. De præbend. lib. 6. ca. 2. sic habet, Licèt ecclesiarũ, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorũ plenaria dispositio ad Romanum noscatur põtificem pertinere. Nõ dicit dominium, sed plenaria dispositio. Et Cle. vt lit. pend. nihil inno. ca. si duobus. hoc modo, Salua tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate: ad quem ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena & libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere. Perspice ergo quò pertingit pontificię potestatis plenitudo: certè nõ vt dominus sit, sed vt plenariam habeat dispositionem. Nam, quod ait, libera, hoc tantum significat quod nullum agnoscit in terris superiorem. Idem patet ex superioribus. Cõmonstratum enim reliquimus hæc bona ecclesiastica, stipendia esse populi pro ministris, quorũ idcirco Papa merus est dispensator. ¶ Imò arbitror illos qui dominum beneficiorum eum appellant, propriã vocem ignorare. Nam si dominus est, retinere sibi potest, & in proprios vsus conuertere, ac pro libito eis vti: quod tamen nemo sanæ mẽtis admittet: si autem pro libito nõ potest vti, sed tenetur ratione dispensare, non est dominus. Quocirca sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 63. art. 2. vbi ait prælatum ecclesiasticum non esse dominum, sed dispensatorem, Pontificem etiã maximum complectitur: vt Cardinalis etiam Caieta. Lateralis Papę scitè adnotauit. Sed heu quanta mala ex contrario, eorundemque falso principio ecclesia quotidie patitur. Cùm tamẽ quo sanctissimus Papa cæteris honore & dignitate in ecclesia Dei præstat, fortiori nexu teneatur digniores semper optare. Nisi fortè (vt ad calcem quarti argumenti respondeam[9]) Gardinales in Pontificis electione ob eandem summam vicarij Christi dignitatem sanctiori fide perstringuntur optimum eligere. Quapter nunquàm rumorem illum persuadere mihi potui: videlicet statutum illis esse non posse deligere nisi ex suo gremio. Et tandem ab ipsis Dominis Cardinalibus audiui, falsum esse. Enimuerò quòd actiuas voces ad ipsum sacrum senatum ecclesia retulerit, decentissima ratio persuasit. 23. distinc. can. In nomine domini. & ca. licet. extrà, de electi. & vbi periculum. eod. lib. 6. videlicet, nè tãtus

Tertium.

Ad quartũ.

S. Thomas.

Caietanus.

Falsũ est nõ posse eligi pontificẽ nisi è Cardinalium cœtu.

Ad quintũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

episcoporum cœtus à remotissimis regionib⁹ Romam ad eligendum cogeretur. Attamen cùm tanti referat optimum episcoporum orbis ad summã sedem euehere, quòd intra paucos vrbis passiua electio coerceatur, licet sit credibile inter eos nunquàm defore dignũ, certè synceritas euãgelica nõ permittit. Vnde in eo ca. In nomine Domini. si in Romana ecclesia nõ inueniatur idoneus, ex alia sumi iubetur.

¶ Igitur cõclusio nona suis radicibus fixa perstat, quæ non solum in antistitibus creandis, verùm & in alijs dispensandis sacerdotijs quibus iniuncta est animarũ cura, sanctè seruãda est: nam in alijs qui tali cura vacant, licèt præteritis dignioribus contra iustitiam distributiuam delinquatur: non tamen subest tantum periculi. Atqui eam ob rem aut nunquàm aut perquã raro peccatum illic mortale committitur: dum modo non concedantur indignis. ¶ Ex hac autem definita conclusione dubia nonnulla suboriri videtur, quæ idcirco necesse est vt per ordinem examinemus. Primum est q̃ proximis verbis de beneficijs cura animarum carentibus appendet, an scilicet pensiones annuæ quæ à quinquaginta hinc annis percrebuerunt in ecclesia, tuto & imponantur beneficijs, & recipiãtur ab iſs quibus exhibentur. Ad hoc primum omnium respõdetur, pensiones huiusmodi nõ habere annexos ecclesiasticos titulos: quia pẽsionarius non fit beneficij possessor: sed tantũ possidenti iniponitur onus soluendi. Et potest imponi vel personæ quãdiu possederit, vel q̃d multò est vsu frequentius, ipsis fructibus beneficiorum. Qua de re neque aliam habent annexam curam, neque canonicum persoluendi officium. Atque hac vtique ratione huiusmodi reditus tutissimi existimantur: nempe quòd nulla sint cura onusti. Ego verò, licèt de plenaria Pontificis potestate in dispensandis beneficijs nihil ambigam, semper tamen arbitratus sum hæc esse periculosissima omnium beneficiorum: idq̃ propter eandem rationem qua alij censent esse tutissima. Nam si verũ est quod paulò antè cõmonstrare nitebamur: nẽpe summum pontificem non esse dominum, sed dispensatorem beneficiorum, quæ sunt ecclesiarum stipendia: consequens inde fit, vt illa adiudicare nequeat nisi pro altaris (vt ait Paulus) ministerio: vel tanquàm mercedẽ pro aliquo seruitio ecclesiæ, etiam si non esset spirituale: vt puta duci aut militi, qui ecclesiam tẽmarum tertiæ Regi Hispaniæ tributæ sunt. Et congruentiùs possent illi concedi qui negotia ecclesiæ gereret, vel in concilio, vel in curia, vel alibi: sicuti olim mos erat his qui prælatis in adiutorium adhibebantur, prouectuum quotam impertiri. Præterea quando dubia lis super aliquo sacerdotio dirimi aliter non posset, liceret aliquam portionem parti cedenti in bonum pacis addici: de quo vno pensionum genere vnicus est textus in toto iure, Nisi essent. de præbend. At quòd citra hunc casum absq; vllo titulo & obligatione bona ecclesiæ possint hoc modo dispendi, non apparet quomodò intra limites dispensationis contineatur. Et re vera rei nouitas eam in suspicionem vehementer adducit. ¶ Alterum dubium est de illis qui neque eligunt neque beneficia conferunt, nihilominùs sunt causa vt vel dignitate inferioribus vel prorsus indignis conferantur, vtrùm delictum illis sit. Et peculiariter sit interrogatio de resignatoribus. Resignat quis sacerdotium suum in manibus Prælati, sed tamẽ in fauorem consanguinei, vel alterius certę personæ indignæ, & non aliàs: videtur ille extra culpam esse: nam Prælatus est cui collatio incũbit. Respondetur tamen prælati delictum non excusare resignantem: vtpote qui verè est causa iniquæ collationis. ¶ Vbi de hoc maximè admonere non præteribo, videlicet quàm sit cauendum nè pueris beneficia præbeantur: nam etsi contingat, vt optima sint indole, non solùm ius Canonicum, verùm neque naturale reputat eos dignos. Dignitas enim non spem, sed rẽ dicit. Atqui plurimùm vsu venit, vt qui de se pueri bonam fecerunt spem, quã, si abiq; diuitijs ecclesiasticis manerent, ad vberẽ frugẽ perducerent, cùm primùm ditantur, superbire ac ferocire incipiũt. Permulta alia dubia ĩ præsentiarum præterimus, nè extra rem & causam distrahi videamur.

Prima dubitatio de annuis pensionibus.

Autoris lima de proposita quæstione.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm beneficiorum pluralitas sit iure permissa.

SVperiori articulo annexũ est in hoc tertio de beneficiorũ pluralitate disputare, vtrum sit quoquo pacto iure permissa. Pugnant enim à parte negatiua Canones plurimi, tam Conciliorum quàm sanctorum patrum. In primis Primi est decretum Synodi. 7. Constantinopolitanæ, vt refertur. 21. quæstio. 1. ca. Clericus ab instanti tempore non commoueretur in duabus ecclesijs: negotiationis enim hoc est & turpis lucri

lucri proprium commodum, & ab ecclesiæ consuetudine alienum. Vbi citatur verbum Domini, Nemo potest duobus dominis seruire. Et. 70. distinc. cap. sanctorum. ait Vrbanus, Omnino in duabus ecclesijs aliquem intitulare non liceat, sed vnusquisque in qua intitulatus est, in ea tantùm canonicus habeatur. vnde extrà, de præben. cap. quia. perhibetur prębendarum multitudinem canonibus esse inimicam. ¶ Secundò allegantur à sancto Thoma quoli. 9. ar. 15. sanctorum dicta. Ait enim Chrysostom, Quòd tenebra erubuit, lumen erubescat: quod figuræ non fuit concessum, rei reor esse illicitum: figuræ autem, hoc est, legi veteri, non fuit inter Leuitas concessum vt qui capiebat in Bethlehem, caperet in Hierusalem: cum nos ergo perfectiores esse debeamus, qui capit in Tyro non capiat in Damasco. Hæc Chrysostomus. & Bernard. Qui non vnum in sed plures est in beneficijs, non vnum sed plures erit in supplicijs. ¶ Item id esse videtur contra rationem, & ius naturale, & diuinum iam modò citatum: Nemo potest duobus dominis seruire. Cui insuper accedit iuramentum quo quisque iure antiquo fidem suam astringit seruire ecclesiæ, cui se mancipare constituit. ¶ In contrarium faciunt iura quę plura beneficia eidem personæ indulgent: vt tum alibi, tum. 21. q. 1. frequentes Canones docent.

Dubium Chrysostom. Bernardus. Tertium.

QVæstionem hanc differit diuus Thom. quolibet. 9. citato articul. 15. At quia rei huius abusus nimiùm in perniciem ecclesiæ obrepsit, non erit superuacaneum rẽ denuò ac sedulò examinare. Nam cùm (vti ait illic sanctus Thomas) ius hic naturale ac diuinum implicetur & humanum, quantum ad duo priora, rei huius definitio ad Theologos pertinet: licèt quantum ad tertium, spectet ad iurisconsultos. Placet ergo veluti primum fundamentum distinctio illa sancti Thomæ: Triplex est actionum ordo: scilicet aut quæ deformitatem habent inseparabilem, vt mendacium: aut quæ indifferentes sunt, vt deambulare: aut tertio quæ licet per se nudè & absolutè considerate, deformitatem quandam reprę sentent: circunstantijs tamen vestitę licite fieri possunt: vt hominem occidere, quod iudici, & defendenti se licet. ¶ His præiactis respondetur ad quæstionem septem conclusionibus.

Prima conclusio. Secunda conclusio. Tertia conclusio. Probatio.

Prima. Habere plures prębendas non est res primi ordinis. Hæc conclusio inde fit liquida, quod multis casibus super hoc sancta iura dispensant, vt statim patebit. ¶ Secunda. Neque est secundi ordinis. Non enim est perinde indifferens atque habere plures vestes: hoc quip

pe absolutè consideratũ, nullam implicat aut malignitatem aut indecentiam: habere autem plures prębendas, si nudè spectetur statim sonat quasdam ordinis peruersiones. Primum, quia ratio docet vt vnicuique ministerio suus proprię deputetur minister: aliàs vnus pluriũ personas induit. Secundò, cultus diuinus detrimentum patitur. Et tertiò, cùm bona hæc (vt diximus) stipendia sint ecclesiarum, fuo de fraudantur iure. Id quod rerum vsus & experientia docet. Aggeratis siquidem prębendis multis ad personarum paucitatem, vix vlla restat ecclesia, cui pro ratione suarum decimarũ seruiatur dignè. Et quartò inde sequitur distributiuæ iustitiæ pręuaricatio, videlicet vt digni multi egeant: alij verò exundent. Quintò esca & fomentum ambitionis inde subministratur: nam interdictæ prębendarum accumulationę, sacerdotes non tam auidè sitirent atque ambirent bonis ecclesiæ ditari. Et sextò id in causa est vt literarum studia neglecta iaceant: vtrinque etenim spes bonorum debilitatur: scilicet & quòd meritorũ ratio non habetur, & quòd auida ditiorum auaritia impedimento est nè inopes promoueantur. Quin vero septimò, & transgressio quædam est illius Paulini præcepti, Vnusquisque in ea vocatione qua vocatus est maneat. Atque illius prętereà ad Rom. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus: quod Grego. ad hoc propositum citauit. 89. distin. cap. singula. vbi ait, Singula ecclesia stici iuris officia singulis quibusque personis sigillatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non vnum actum habent: ita in ecclesiæ corpore multa membra sunt: & ideo distincta officia esse debent, & ecclesiæ diuersis personis cõmendandæ: aliàs totũ corpus esset oculus: aut totum auditus: aut vnus multorum corporum oculus. ¶ Tertia conclusio. Habere plures prębendas res est tertij ordinis: scilicet quòd licèt per se absolutè librata in malum sonet, vt proximè nunc rationes comprobabant: potest nihilo secius talibus circunstantijs exornari, vt fiat licitum. Ad hu ius autem lucidam intelligentiam distinguere de beneficijs operæpretiũ est. Alia enim sunt quæ residentiam habent annexam: alia verò quę liberiora sunt, vt simplicia sacerdotia quæ præstameræ vulgò dicuntur. Atque illorum quibus residentia annectitur, alia sunt quibus iniuncta subinde est animarum cura: vt episcopatus & parœciæ: aliæ vero quæ hoc onere sunt immunes. De his ergo non arbitror eodem esse pacto censendum. Hoc supposito

Gregorius. Tertia conclusio. Distinctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sex casus notantur. 21. q. 1. in Summa, iuridici, quibus licitè compati se duæ præbendæ valent in eadem persona. ¶ Primus ratione tenuitatis: quia non possunt singulæ singulos alere sacerdotes, vt habetur. 10. q. 3. vnio. Qui quidem casus verus est etiam in his sacerdotijs quæ curæ subduntur animarum. Quinetiam posset idem & in episcopatibus licére. Possent inquam esse adeò tenues (quales frequenter sunt in Italia) vt neuter posset episcopum pro sua dignitate sustentare: possentque esse tam proximi, vt ab eâdem valerent persona administrari. Et est textus. 21. q. 1. cap. illud. vbi conceditur vt idem sit Archiepiscopus Tarraconen. & Episcopus Funden. ¶ Secúdus casus, quando vna est ecclesia ab altera dependens: vt legitur cap. eam te. extrà, de ætat. & qualit. & ordi. præfici. Quomodò autem fiat ecclesiarum vnio, patet extrà, de rel. dom. c. quia monasterium. Neque quis fallatur, arbitratus in eundem casum recidere: nam primus intelligitur etiam vbi ecclesiæ non sint vnitæ. Potest siquidem Papa sine vnione adiudicare duas ecclesias propter tenuitatem vni sacerdoti: etiã cum titulo vtriusque. Est tamen hic consultè animaduertendum quòd in hac tenuitate meditanda, non est respectus habendus personæ, sed communis vtilitatis ecclesiæ in quem cuncta hęc referenda sunt. Enimuerò si persona supra dignitatem suam & conditionem contendit amplam familiam splendoremque vitę sustentare, non illa lance æstimanda est prouentuum tenuitas, sed ad hoc spectandum quid ecclesiæ conducat. Præterea cauendum maximè nè præbendarum vnio in fauorem personæ fiat, & fraudem ecclesiæ. Est illustris quispiam pluralitate beneficiorum pressus, qui ad eximendum sibi scrupulum cõscientię procurat per annexionem cuncta in vnum coadunare. Profectò is arbitratu meo, dum hoc sophismate fasemare cogitat diuinos oculos, grauiùs turpiusque delinquit, quàm si plurium figuram retineret: debet enim vnio ecclesiarum in emolumentum ipsarum absque dolo malo fieri, vt sit legitima. ¶ Tertius casus est propter paucitatem clericorum: vt. 21. q. 1. c. clericus: adnotatur. Quamuis illic nõ dicatur, nisi propter inopiam hominum, quod referri potest ad incolarum raritatem. Veruntamen raritas etiam sacerdotum, necessitatem induxit demandandi vni plures ecclesias. Atqui iudicanda est paucitas quando rari sunt digni. Qua porrò de causa non inhiberem in prouincijs probitate & doctrina sacerdotum destitutis, vnum pluribus ecclesijs deputari, etiam cũ cura animarum: quippe quòd in rem ecclesiæ fœliciùs cederet, quàm sacerdotes penitùs inidoneos populo Christiano præficere. ¶ Quartus casus pluralitatem excusans occurrit, quando quis vnam habet præbendam in titulo, atque alteram commendatitiam: vt habetur eâdem causa & q. cap. qui plures. Admonendũ tamen est de intellectu huius textus. Enim verò iuris prudentes, qui ad forum iudiciale penitùs attendunt, tutam forsan arbitrantur cuiuslibet conscientiam hoc pacto possidentis duas præbendas: at verò qui penitius iudicium diuinum introspiciunt, aliter censebunt. Etenim eædem causæ, imò (vt reor) iustiores coire debent vt quis dignè in cõspectu Dei altera fruatur præbenda sub titulo: altera verò sub commendatione, quàm si ambas haberet in titulo. De commendationibus quippe loquor perpetuis, quæ hoc ętatis habentur in vsu. Est lex prolubens nè Cardinales qui Romę residẽt, fiant Episcopi: & nè huius fiat pręuaricatio legis, commendantur illis ecclesiæ perpetuò, nihilo differentiùs quàm si titulus illis inscriberetur. Profectò si fas esset ita loqui, hic commendationis prætextus præuaricatio est legis, etsi personata: & forte eo criminosior, quo fit magis in fraudem legis. Nam in fraudem legis facit, qui saluis legis verbis, sententiam eius circunuenit. l. contra. ff. de legibus. &. C. eodem titul. Non dubium est in legem committere cum qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. Etenim si causa ferendæ legis fuit necessaria Episcopi residẽtia in sua ecclesia, quid nam quæso refert commendatarius ne absens sit, an verus Episcopus? Ratio nanque quę iustam faciat ac legitimam commendationem, hæc esse debet, quòd haberi tunc persona non potest cui legitimè sub titulo adscribatur: non autem commẽdatarium ditare. Haud quidem infici as ierim quin possit Episcopus Romanus à Pontifice Maximo ob publicas causas acciri: tamen quod illic perpetuo maneat, nihil obmurmuro: sed tamen neque ambigo quin multò sanctiori fide & diuino mandato teneatur Episcopus Cardinalis præsens esse ecclesię suæ quam Romæ: siquidẽ episcopi iure diuino instituti sunt Cardinales verò post Apostolorũ sæculum creati. ¶ Quintus casus est quando Papa pluralitatem concedit: vt habetur cãdem. quæst. cap. relatio. Et sextus si dispenset episcopus: vt habetur. 70. distin. can. sanctorum. Hi autem duo casus ad normam quarti modò expositi auscultandi sunt, videlicet quòd quantum ad forum exterius censetur legitimè possidere:

Sex casus.

Secundus.

Adnotatio.

Tertius casus.

Quartus.

fidere: tamen vt Deo dispensatio sit accepta, debet legitimis causis circumuestiri. Quamuis iam nõ est in vsu vt episcopus possit super prębendarum pluralitate dispensare: quia cap. dudum ecclesiastica. extrà, de election. videtur ius antiquum abrogatũ: nempe vt solus Papa dispenset: vt illic notauit Panormitanus. Tametsi hoc intelligẽdum sit sub ambarũ titulo, quia commendare ob necessitatem bene potest episcopus, dum nõ patet ad curiam aditus.

Septimus casus.

¶ Septimus casus addicur extraordinarius propter sublimes & literatas personas, quæ maioribus beneficijs sunt honorandæ: vt verbis vtamur cap. de multa. de præbend. sublimes enim (vt aiunt) refertur ad sanguinem. Attamen neque illud ad illustrium commodũ est referendum, sed ad ecclesiæ splendorem. Ecclesia enim dum vagiebat in cunis, & potentia seculari premebatur, opus habebat illustrium viribus suffulciri: qua de causa indulgebatur vt aliquanto plus stipendiorum sortirẽtur. Iam vero hoc ætatis, si fas est dicere verũ, nescio an eadem dispensationis causa tam legitima existat: porrò cum rerum vsus palàm doceat sublimium potentatum ita grassatum esse in ecclesiastica sacerdotia, vt hæc fuerit non minima causa ruinæ in qua modò iacet ecclesia. Tametsi nunquàm negabo, quin si ingenui & natalibus præclari, moribus sint cum primis, mox literis ornati, plurimum splendoris acróboris reipublicę ecclesiasticæ afferant.

Dubitatio.

¶ Subsequitur huc tandem dubitandi ratio, an præter hos casus licitum sit Papę dispensare, & compatibiles facere plures præbendas & personatus. Hoc in disputationem produxerim propter multa & varia quæ â Doctoribus iuris Canonici affirmantur: vt videre quisque poterit apud Syluestrum, in verbo, beneficiũ. 1. Ait enim in primis Archidiacon. casus istos superiores coercendos esse ad præbendas quę absque cura sunt animarum, sed profectò nulla hoc ratione probatur: quin verò episcopatus pro causa, vt suprà citauimus, cap. illud. 21. q. 1. possunt eidem permitti, ne dum paręciæ si proximæ sunt & tenues: quanuis tunc decẽtius esset vniri. Alij dicunt extra hos casus neminí licere plures habere præbendas. Intelligẽdum est tamen absque legitima dispensatione: alioqui dubitari nõ licet, quin eadem potestas quæ superioribus casibus dispensauit, si occurrerint alij nondum cogitati, æqui tamen & iusti, possit dispensare. Consule si lubet de hac re hic restãt dubia. Prius, vtrum absque dispensatione duo possint beneficia ab eodem possideri: Posterius, vtrùm vbi dispensatio requiritur, ille qui absque legitima causa dispensationem nactus est, tutam habeat conscientiam.

Syluester. Archidiacon.

Tolletur.

Alexandrinus.

Distinctio.

De priori dubitatione distinguẽdum est inter beneficia, quantum ad residentiam & curam: qua distinctione præhabita statuitur conclusio quæ sit huius articuli ordine quarta: nam tres suprà præmisimus. In beneficijs simplicibus, scilicet, neq; habentibus curam, neque residentiam exigentibus, qualia sunt præstamerę, nulla est necessaria dispensatio, vt plura eadem persona obtineat. Scio glossas sacrorũ Canonum multas in contrarium ire: sed tamẽ non solùm iam receptus vsus, verùm & ratio nostram conclusionem edocet. Est enim adnotandum fundamentum quod ex sancto Thoma suprà desumpsimus: videlicet in his spectãdum esse trinum ius, scilicet diuinum, naturale, & humanum: quorum hoc vltimum per desuetudinem legis aut contrariam consuetudinem abrogatur: quod autem quis duo habeat simplicia beneficia, non est vsqueadeò contra naturale ius & diuinum, vt consuetudo illud nequeat abrogare. Hoc patet: quoniam licet habendus etiam oculus in istis sit ad iustitiam distributiuam, potissimum tamen ad commutatiuam per quam ecclesijs de ministris prouidendum est: vbi autem residentia non est requisita, ibi ecclesia non læditur ob præbendarum pluralitatem. Verum est Adrianum mitigare verbum, dicendo hanc non esse propriè abrogationem, sed derogationem: propterea quòd talis prouisio non potest fieri absq; vlla prorsus causa, sed aliqua interueniẽte. At verò iam nunc profectò licet nulla interueniat ratio, conferuntur ab inferioribus Prælatis sine vlla dispensatione. ¶ Quinta propositio. In his quę residentiam requirunt, sed curã non habent: vt sunt canonicatus, nondum ius abrogatum est: sed manet vsus vt absq; dispẽsatione non acerruentur eidem: facilius tamen potest in istis procurari concedi; dispensatio quàm in habentibus curam. Quin verò in beneficijs canonicatu minoribus quæ seruitio etiam interessendi sacris obnoxia sunt, nullus est dispensandi vsus. ¶ Addiderim autem conclusionem sextam, quòd huiusmodi beneficiorum coacernationes, siue per dispensationem fiant, siue secùs, carere non possunt culpa, etiã quandoq; mortali, atq; graui scandalo, in ecclesiarum detrimentum: idq; potissimè vbi nimium accumulantur, & personis deputantur indignis. Conclusio hæc inter probandam cõclusionem secundã constitit. Iam enim nulla spectãtur aut desiderantur merita, sed perinde,

Quarta conclusio.

Probatio cõclusionis.

Quinta conclusio.

Sexta cõclusio.

Contra abusum cumulandi beneficia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quin etiam turpiùs atque impudentiùs quàm sæcularia & profana, ambiuntur, cambiuntur, veneunt, hæreditantur, regressantur, profanantur, ac dilapidantur.¶ Septima conclusio. Parœcię & id genus sacerdotia quæ in animarum curam iustituta sunt, vsqueadeò non possunt absque legitima dispensatione ab eâdem obtineri persona, vt si legitima non fuerit, nequeant tutò in foro conscientiæ apud Deum possideri. Non solùm sententia est sancti Thomæ quolib. citato, atque Adriani in De plurol. beneficio. verum & sacri Canones id insinuant, eiusque interpretes apertè pronuntiant. Quin verò doctores conclusionem non moderantur, vt de illis solis intelligatur, sed de cunctis (quod verissimum est) quæ dispensatione indigent vt possideantur. Est tamen eremitas turpior in his quæ curam habent animarum. Itaq; & Papa sine legitima causa dispensant, grauiter delinquit, & eius dictum non liberat ambientem, obtinentem, & retinentem, à culpa. In primis quòd Papa delinquat sententia est Apostoli suprà citati: Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Septima conclusio.

D. Thomas. Adrianus.

Papa delinquit sine causa dispẽsans. Paulus.

Et subdit: Hic iam quęritur inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. Quin vero Christus Lucæ. 12. Quis putas est fidelis dispensator & prudens? Et re vera nullibi tanta fides exigitur quàm in committẽdis concredendisq; animis, Christi sanguine redemptis, illius curæ, qui præsens semper gregi suo prospiciat. Vnde Bernar. de consi. ad Eugenium lib. 2. cap. 6. ait, potius Pontificem summum, qui spiritualis est, omnes iudicans & à nemine iudicatus, deberc non sua voluntate pro lege vti: sed Christum præ omnibus imitari, qui non suam, sed patris voluntatem venit facere: vt omnia non pro sua vtilitate, sed pro communi commodo dispenset. Aliàs vt dissipator reprehendendus est. Nã etsi iura suprà citata plenariam ei tribuant potestatem dispensandi, id tamẽ intelligunt quia non habet superiorem in terra à quo possit iudicari: mittimus concilium in causa hæresis.

Bernardus.

Sensus illius, Papa plenariè habet dispensandi potestatem.

Attamen apud Deum exactissime respondere tenetur si fidem in dispensatione defregerit.

Ratio cõclusionis.

Ratio ergò conclusionis est hæc, Sacerdotia quę curam habent annexam, recte nequeunt administrari sine presentia: tanta est vigilantia quę animabus curandis ac prospiciendis necessaria est: residere autem simul nemo potest in ecclesijs pluribus: ergò sine vrgentissima causa eademq; ecclesiæ necessaria, non potest citra atrocem culpam super hoc dispensari. Sed ait forte ille cum quo dispensatũ est, Papa dispensauit: ipse sibi viderit: ego immunis sum. Hęc tamen cauillus securos multos reddit, tutum verò neminem: quoniam Papa non est dominus, vt identidem dictum est, sed dispensator ideoq; qui iniquam dispensationem petit, iniquitatis causa est: & qui ea vtitur, eadem semper irretitur iniquitate. Accedit ius Concilij Lateranen. de quo extrà, de præben. cap. De multa. & cap. Dudum ecclesia. de election. vbi nullatenus permittitur duas simul possideri parœciales ecclesias. Et Hostien. & Panor. & reliqui super cap. extirpãdæ. de præben. indubie consentiunt, residentiam similium curatorum non posse per vicarium suppleri. Et ratio est, quia cum beneficium conferatur intuitu personæ, ob suam scilicet ipsius dignitatem, illa suppleri non potest per pauperem mercenarium, qui plurimùm indignus est. Et quãlibet dignus esset vt locum haberet mercenarij, non tamen pro ratione fructuum beneficij. Solvit ecclesia iusta stipendia pro viro docto & graui, qui si præsens adesset, suis eleemosynis, cõsilijs, fauoribusq; & authoritate posset suo gregi prospicere ac deseruire: non ergò hæc possunt per mercenarium perfici. Miraculum est quòd liceat curato ob eam solam curã & onus quod vicarium vilius quàm potuit sibi substituit amplitudinem fructuum percipere: reclamante Paulo, Qui non laborat, non manducet. Sed ais, satis est laborare per alium: profectò si non debet manducare nisi qui laborat, fit vt qui non per se sed per alium laborat, non debeat ipse manducare, sed contentus esse si loco illius alius manducet. Ait fortasse parœcius, beneficij possessor, satis est huic ecclesiæ huic vicarium substituere. Respõderet autem Ecclesia si fari sciret, Ergò satis est ei hæc, quia tu illi tribuis, merces: cur ergò reliquum ex me absque vllo seruitio surripis? Insinuabat se huic de residentia Episcoporum sermo: sed hic adeo amplus est, vt illo totũ ferè librum nonũ cõpleuerimus. Audiãt ergò interim supremũ Paulo rẽ suũ, qui animã suã dedit pro ouibus suis, eos admonẽtem, quemadmodum mercenarius & qui nõ est pastor, cuius nõ sunt oues proprias, videt lupũ venientẽ & dimittit oues & fugit.

Ratio cõclusionis.

Inanis ac stulta obiectio.

AD argumenta ergò in contrarium conclusiones respondent. Commonstrant enim illa iura naturam & ingenium rei, vbi nudè præbendarum acervus consideretur: vt secunda conclusione explicitum est: cui tamẽ tertia non repugnat: nempe vt ob legitimas circumstantias id fieri possit licitè. Et pariter respondetur ad sanctorum dogmata, ac subinde ad rationem tertio loco adiectam.

ARTI.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm in collatione sæcularium magistratuum subesse possit crimen acceptionis personarum.

POST hęc quæ de Ecclesiasticis bonis dicta sunt, continuò in hoc quarto articulo similis se insinuat disputatio de sęcularibus magistratibus, publicisque officijs ac muneribus, quæ administrandæ iustitię creari consueuerunt in republica: nempe vtrum in illis conferendis ac dispensandis subesse quoq; possit crimen acceptionis personarum. Arguitur enim primo à parte negatiua. Bona hæc (veluti de ecclesiasticis diximus) sunt stipendia erecta & stata ministris reipublicæ: qui illa mercede sua quisq; obsequia impendit: ergò non pertinent ad distributiuam iustitiam: sed respublica vel rex in quem publica potestas translata est, veluti propria bona potest cui libuerit elargiri, veluti cõductis operarijs: ac subinde sit consequens vt nullum ibidem locum habeat personarum acceptio. ¶ Imò apertius ex eadem radice secundo arguitur. Res publica atq; adeo rex non solum illa publica stipẽdia, verum & iura quæ quisq; soluit ministris iustitię pro suo placito instituit: ergò nulla ratio vetare videtur quin magistratus ipsos & officialium loca vendere possit: tantum abest vt in eorum prouisione peccare possit personarum respectu. ¶ In cõtrarium reclamat vox populi.

Primum argumentum à parte negatiua.

Argum. 2.

QVæstio huius articuli per ea quæ in proximo dicta sunt perquam facilè definit. Est enim prima conclusio secundæ superioris similima. Bona hæc sæcularia ministrorum iustitiæ, licet imaginem, & rei nonnihil gerant iustitiæ distributiuæ, non tamen tali solum ratione æstimanda sunt, sed velut materia iustitiæ commutatiuæ. Enimuero non sunt ea lance libranda ac si essent rei publicæ bona: ea tantum ratione applicanda ciuibus quòd sint prouentus publici: aut tali ratione ac si sint præmia proposita honestis viris, probis, & sapientibus, pro suis virtutibus & exhaustis laboribus per literarum studia: sed tãquàm stipendia publicis ministris iustitiæ decreta, pro suis obsequijs quæ rei publicæ impẽdunt. Hæc conclusio patentior etiam est quàm quę de ecclesiasticis bonis asserebatur. Enimuero nisi necessaria esset iustitiæ administratio, nunquàm ob præmium virtutum aut literarum

Prima cõclusio.

contributa essent à populo, vel impensa ex ęrario regis. Quapropter rex per iustitiam cõmutatiuam debet tales ministros regno protributis quæ populus illi numerat. Debet eñ suis ciuibus protectionẽ ab extero hoste: mox iustitię custodiam aduersus internos malefactores. ¶ Hinc subsequitur conclusio secunda. Licet in collatione huiusmodi magistratuum atq; officialium illa inspicienda sit facies distributiuę iustitię, vt dignioribus maiora conferantur: illa insuper seruanda est iustitia commutatiua vt tantum stipendij cuiq; reddatur quanti penditur eius labor, cura, & functionis qualitas. Conclusio hęc compertior per superiorem fit quàm vt alio prętercà egeat testimonio. ¶ Tertia conclusio superioribus aguata. Personarum merita quibus publicę administrationes & munera demandantur, nõ sunt ęstimanda præcise sicut in distributiua iustitia secundùm eorum absolutam cõsiderationem in ordine ad seipsos: sed respectu finis & functionis ad quam assumuntur. An scilicet sint ad subditos accommodi, & ad magistratum illum gerendum idonei. Ex his fit consequens, quòd si indigna sit assumptio huiusmodi classis hominum, non tam pensanda est iniuria quæ fit dignioribus, quàm illa quę fit ciuitati, vel genti cui talis persona præficitur, vel toti regno, si sint Regiæ curię, vel præsidentes, vel assistẽtes. Etenim sola (vt inculcanter repetam) populi necessitate instituti illi sunt honores, & stipendia decreta quæ illis obueniunt: & non propter personas ipsas quibus deferuntur: sicuti bona quæ per distributiuam iustitiam communicantur. ¶ Ex hoc ergò consequitur quarta conclusio. Quando digni non obtinẽt illos honores & stipẽdia, acceptionis personarum crimen committitur, vinculumq; inde adeo restitutionis oritur: non tamen quæ facienda sit ipsis qui eo bonore tenere deberent, sed certè populo qui damnum accepit & incommoda. Hæc inquam conclusio ex superioribus liquidò patet: quia in populum tunc peccatur contra cõmutatiuam, quę militat sub legali vniuersaliq; iustitia principis. Licet denegandum non sit quin cõtra iustitiam distributiuam iniuria fiat etiam & dignioribus: porrò qui cum illo intuitu literis virtutibusq; insudent, quodam pacto defraudantur. Bene enim consulteq; & Solon & Democritus aiebãt duo hęc diuina numina cuncta gubernare, præmium scilicet & pœnã, quibus ideo omnis respublica continetur. Secundum quos philosophos Vlpian. de Iusti. & Iure, lib. 1. Bonos, inquit, non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoq; exhorta-

Secunda cõclusio.

Tertia cõclusio.

Propter pópuli necessitatem instituti sunt magistratus.

Quarta cõclusio.

Solon. Democritus.

Vlpianus.

Universidad de Deusto Biblioteca

hortatione efficere cupimus. Illud tamen personarum quæcunq; ius non inducit restitutionis ligamen quæ illis sit facienda. Habet nihilo minus (vt dicebam) locum & in istiusmodi distributionibus personarum acceptio. Vt, verbi gratia, si Rex Salmantinos tantum ad publica munera accerserit aut ad alias præbēdas, ea tantum ratione q̄ Salmantini sunt. Secùs autē si hoc argumento vteretur ad explorandum eorū merita. ¶ Sed roget quis fortè quænam merita librāda sunt & conquirenda tam in publicis magistratib⁹ quàm in alijs ministris inferioris ordinis: vt sunt scribæ, & alij huius classis, vtrùm sola eorum probitas. Hanc interrogationem pernecessariam hic duximus, cuius ideo gratia hāc appendimus longiusculam meditationem. Statuitur ergò quinta conclusio.

Quinta conclusio.

Nemo qui improbis est moribus, quacūque vel scientia vel prudentia, quæ potiùs in viro prauo erit astutia, præpolleat, ad huiusmodi prouincias est promouendus.

Ratio cōclusionis.

Enimuerò artes quę solo intellectu confident, potest quidem vir nequam probè exercere: vt fidibus dulciter canere, pulchrè pingere, adfabrè sculpere: illam vero practicam quæ in iustitiæ administratione posita est, nemo nisi virtutum vniuersitate præditus exequi valet iustè.

Illustratur satis cōclusio.
Aristot.

Cu⁹ ratio in promptu est quòd (vt. 6. Ethico. Arist. author existit) regere atq; imperare prudentię munus est: prudentia autem secum habet cunctas virtutes connexas: & potissimùm prudentia iudicis. Est nanq; (vt. 5. Ethico. docetur) iustitiæ custos: haud tamen iniquitates omnes reipublicæ exagitare potest, ac secūdum leges vindicare, nisi fuerit virtutum omnium decore perornatus: nam qualis vnusquisq; est, talis sibi finis esse videtur: obidq; de officijs non potest quis iudicare bene qui malignè illis affect⁹ est. Quin verò (vt rerum vsu & experientia cōstat) corruptus animus non potest non æquitatem iustitiæ labefactare. Qua vtiq; de causa

Aristot.

Aristo. Polit. 3. postquàm disseruit non idem esse, vt quis bonus sit ciuis, atq; vir bonus, exceptionem statim subdit: videlicet eum ciuem qui præsidens est & princeps virtutibus omnibus viri boni indigere. Quin age hac ratione. 5. Ethic. asserit magistratum ostendere virum, quòd cùm virtutes reliquę hominem in seipso componant. iustitia verò ipsum ad alios ordinet, facilius est virtutes reliquas colere quàm iustitiam: obidq; non satis virtus dignitasque personę habetur explorata, quousq; magistratum ineat. Ad hæc cùm iustitiæ ministri membra sint principis, in ipsis debet suam ipsius pulchritudinem exhibere ciuiū oculis. Nulla enim de re certiùs perpenditur qualis sit princeps, quàm de ministrorū integritate aut corruptela. Neque enim quicquam illi aliud, seu diuinum ius spectes seu naturale seu humanū, arctiùs iniunctū est, quàm vt iustitiam custodiat: quæ non tam legum vi quàm ministrorū prudentia, & cum primis charitate & probitate custoditur, tuetur, & vegetatur. Adde quod dū hominis iniquitas authoritate publica coarmatur, nihil esse reipublicę pestilentius potest. Ecquid enim iniquius atq; peruersius quàm eâdem authoritate quæ in custodiam iustitiæ diuinitùs creata est, in eius exitium & internicionem abuti? Quàm hæc omnia prudenter vnico verbo. 5. Ethico. Arist. conclusit: vbi iudicē pronuntiauit debere esse iustum ipsum viuens hoc est iustitiæ spiritu cuncta disponens. Quare leges vt sint ipsæ sanctissimæ, tamen sine recto iudice cadauera sunt defunctæ rationis. Præterquàm quòd dum subiectus populus videt iustitiæ custodem impunè delinquere, nō solùm iustitiam despectui habet, delinquendiq; ansam inde nanciscitur, verùm in odium virtutum pertrahitur, quam sic pessum ire videt. ¶ Inter iudicis autem vitia auaritia est pestilentius. Quod auct. Iustiniani, vt iudices sine quoquo suffragio fiant, disertissimè pandit. Vbi ait Imperator se non sufficere considerare & exponere quanta ex furto prouincialiū iudicum fiant pessima. Sanctissimum Oratoribus fuit, vt nemo in illum ordinem admitteretur, nisi in primis vir bonus esset, ac mox dicendi peritus. quanto ergo Christianis hoc debet esse sanctius in iudicibus creandis? Scopum profectò optimè ille coniectauit Moysis socer, dum genero huiuscemodi consilium dedit, Exod. 18. Prouide ex omni plebe viros potentes & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiā: & cōstitues eos tribunos, & cēturiones, & quinquagenarios, & decanos qui iudicent populum omni tempore. ¶ Huic autem propositioni sextam adhibeamus. Nō solùm præter morum honestatem sciētia, prudentia, & solertia, atq; in primis animi robur necessaria sunt ei qui sessurus est index, verùm etiā expedit nōnunq̄ eū qui non est tam ornatis moribus, alteri qui illis abūdat anteferri propter alias dotes quib⁹ præditus est, ad regēdū accōmodas. Atq; hoc suo gradu in inferiorib⁹ etiā ordinib⁹ ministrorū iustitiæ obseruādum est. Quin verò in magistratib⁹ nōnullis creādis & generis nobilitas æstimanda est, quæ non solùm splendorem, verùm & authoritatis pōdus secum affert.

Ad primum argumentū.

PER hæc solutum restat argumentū prius. Concluditur enim stipendia publica ministrorum iustitiæ, esse reipublicæ, vbi seipsa gubernat, atq; adeò regis vbi regnum est: nihilo minus rex debet reipublicæ per iustitiam commutatiuam idoneos ministros propter tributa quæ illi contribuunt: quos si nō dederit, tenetur illi damna sarcire.

Dubiū circa secundū argumentum, Argumentū à parte negatiua.

¶ Sed ingerit se statim dubitatio secundi argumenti non facilis, an videlicet rex possit huiusmodi magistratus & officia vēdere. Obijcere se enim videtur statim verbo ipso venditionis: horribilis quædam turpitudo ac deformitas: quęstionem igitur opus est euoluere, de suisq; principijs deducere.

D. Th. interrogat⁹ a Duce Brabantię.

Est enim diuus Thomas qui (vt legitur opusculo, quod inter sua est. 21.) interrogatus à fœmina Duce Brabātię an liceret illi huiusmodi officia vendere, vel mutuo à Baliuis & Officialibus aliquid certū recipere donec ex officijs suis eādem summā reficeret: respōdit, licēre quidem, minimè tamen expedire aut decēre.

Caietanus.

In quam sentētiam Caietañ. propendit in Sūma, verbo, vænalitas. At quia solutio quęstionis huius in diuersa extrema trahitur, dum alij existimant ex natura rei esse illicitam venditionem, ac si stipendia illa iuraq; officialium sua essent propria iure hęreditario acquisita vel acquirenda. Alij verò rem nimiū relaxantes eadem officia vænalia perinde arbitrātur, atq; prædiorum fructus. Mediam sententiam, nescio an falsus, constituere curabo: quæ subiectis conclusionibus patebit.

Prima conclusio.

¶ Prima. Si munia hæc, magistratus & officia per se nudè absq; circūstātijs, quę vsu veniunt speculatiuè tantum, vt aiūt, existimentur, scilicet vt verè dignis personis venderentur, qui iustitiam rectā, bonaq; fide administrarēt, neq; vllum eis offerretur periculum petēdi quicquā aut recipiendi præter ius suū, nihil in se habēt quo minus licitè vænalia sint.

Probatio cō clusionis.

Probatur. Venditionis huiusmodi iniustitia aut inde existeret q̄ spiritualia sunt, & ideo veluti ecclesiastica beneficia gratis cōferenda: impedimētū autē hoc palàm est nihil loci in præsentiarū obtinere: si quidē merè sæcularia sunt, Aut quia sunt bona communia, veluti pręmia eorū qui literis & probitate pollent, atq; adeò illis propter seipsos peculiariter debita, sicuti prouētus reipublicæ, vel sicuti in die iudicij bonis debentur præmia. Et hoc iam modò exclusum est: nimirum dum monstrauimus nō esse nisi stipendia & mercedē pro seruitijs & obsequijs eorū qui reipublicæ inseruiunt. Alia autē ratio nō apparet iniquitatis huiusmodi venditionis, si nullus aliarum circumstantiarū habeatur respectus: ergò est per se licita. ¶ Secūdò & maioris claritatis gratia arguitur.

Argumentū princeps pro authore.

Demus rem publicam quæ seipsam, verbi gratia, per consules regit. Illa facultatem habet & arbitrium cōstituendi ex suo ærario singulis magistratibus & officialibus stipendia, tanta vel tanta: ergò quando personam quamlibet huic aut illi officio deputat, cùm illa persona nullum prorsus habeat acquisitum ius, potest ei stipendiū vel augere vel minuere: ergò eâdem ratione poterit illi imponere in tributum quotam partem eiusdē stipendij quā soluat reipublicæ. Et eâdē ratione potest illam quotā pretio taxare, atq; adeò officiū illi vendere.

Obiectio.

¶ Posset autem hanc nostram conclusionē quis hoc pacto inficiari: Respublica debet æqua iura cōstituere ciuibus quæ soluant officialibus. Verbi gratia, pro tali scripto tantū, pro sigillo tm̄, pro subscriptione &c. Quòd si pretium exuperat qualitatē officij, imperare debet ciuib⁹ minora iura: & ideo nihil eximere potest ab illo stipēdio, atq; adeò neq; illud vendere, sed remittere ciuibus.

Dilutio obiectionis.

Porrò autē exceptio hęc & responsio nō eneruat argumētum nostrum. Enimuerò cōtingere potest vt expediens ac decens sit tanta iura imponere litigantibus ad resecandas lites atq; ad arcendos à tribunalibus ciues: vel quia illud est vnum iustum tributū pro republica. Hoc autē supposito fortè ex altera parte nimiū crescunt scribæ, verbi gratia, aut prætoris prouētus, ita vt pro dignitate personarum redundent. Illo ergò casu non video cur nequeat respublica in suā propriam vtilitatē quotam illorū stipēdiorum vertere, atq; adeò vel locare officiū, vel vēdere. Exēplū in hisce nostris scholis patet. Iura scribę ampla sunt, & aucta Vniuersitate decet illa persolui: factum est tamē plus nimio fructuosum officium: obidq; cōstituit Vniuersitas sibi capere iura illa, & tabellario certam cōsignare pecuniam. Profectò non video dū officium prouidetur, quidnā iniuriæ sit, illa cōditione ministrū suum recipere. Si vis tantū, sin verò, abi: alius accipiet. Quòd si hoc licitū est, licuit etiam totū officium cū sua amplitudine, vel locare, vel vendere.

Alia obiectio.

¶ Aliam vero prætereà exceptionem forsan quispiā obijciat. Esto respublica quæ per se regitur hoc posset, rex tamen non item: quoniā merus est dispensator officiorum. Et ideo non poterit quasi sua illa vendere, sed tenetur quasi reipublicę officia dispensare.

Solutur dubitatio.

Attamē obiectio hæc, nisi fallor, nullatenus cōclusionem nostrā expugnat. Rex enim nō tāquàm dispensator, sed tanq̄ ipsa eadem respublica reputandus est. Enimuero nō est æstimādus tanquàm reipublicæ vicarius, sicuti Venetorū Dux, qui semper est è republi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca pendens: sed tanquam plenissimam habens potestatem reipublicę, eandem scilicet quam ipsa habebat. Sic enim expresse habet Lex illa, Quod principi. ff. de cōst. prin. Quod principi placuit, legis habet vigorem: vt potè cùm Lege regia quæ de imperio eius lata est, populus ei & in eum omne suū imperium & potestatē contulerit. Hac enim lege atq; hac de causa nō potest illum vllo pacto dimouere, neq; filios iure hæreditario regnandi expoliare, si illud se mel illi cōtulerit, nisi vbi aperta tyrannide regnū pessundaret. Et tunc solo beneficio naturalis iuris quo vim vi repellere licet. Itaque regnum est suum sicut cuiusq; ciuis sua est domus: atq; adeò quæcūq; facultas & ius reipublicæ penes ipsum est: licet nō respublica propter ipsum, sed ipse propter rempublicam sit institutus: & ideo omnia debet in publicū cōmodum referre. Hinc fit q̄ magnates & domini qui sub ditione regia sunt non habeāt ex natura rei eandē facultatem officia vendēdi: quia Ducatus, verbi gratia, vel Marchionatus non censentur tanquàm per se respublica: neq; ad illū absolutè pertinēt iura quę subditi soluunt instituere, sed dependenter à rege. Attenentur ministros iustitiæ decenti stipendio conducere. Verum est quòd oppida & Vasalli sunt vera eorum possessio: & ideo si expedierit in bonum commune populi sui quotam aliquam eximere ab illis officijs, nulla esset iniquitas.

Qui possunt venderehæc officia.

Diſcrimen inter regem & alios proceres reipublicæ.

Sed est differentia inter regem & illos, quòd quicquid rex reciperet vel exciperet ab istis officijs reputatur esse in bonum publicum: siquidem illi incumbit regnum protegere sicuti si ipse esset respublica: secùs autē domini inferiores: non enim quicquid sibi vsurparēt ex huiusmodi officijs reputaretur cedere in bonū publicū, nisi ipsi ad tale bonū applicarent: puta ad reparationē murorū aut pontium. &c.

Igitur nullam iniustitiam deprehendere inde valeo si dum rem nudè speculemur, rex iura officialium pro bono publico venderet: vt prę turam, verbi gratia, aut scribæ officiū suis aulicis donaret, qui possunt alios substituere à quibus aliquā partem susciperent, si fructuū vbertas id ferret: dum modo cunctis incōmodis bona fide obuiaretur: scilicet vt qui officiū administrarēt digni essent, neq; fraudes neq; latroci nia facerent, quibus pretiū quod impēderant corriderent. ¶ Secūda cōclusio. Si res hæc nō ita speculatiue, sed practicè & per applicationem ad vsus atq; ad effectuum absurditatem, qui fermè necessariò inde sequuntur, consideretur: nō solum nunquàm ait expedit, aut decet: verùm secundum moralē prudentiā neq; licet. Conclusio hæc multis modis demonstratur. Primùm eo ipso quòd officiū res fit venalis, non penditur persona cui venditur meritis, sed pecunia: quo nihil potest iniquius esse. Obueniunt enim tūc plurimùm magistratus viris ambitione & auaritia corruptis, sanguine infimis, absq; prudentia & literis: quo nihil in republica pestilētius est. Præterquā q̄ magistratus inde vilescunt. Mox & hac ratione via sternitur ad diripienda ciuiū bona: nam eādem de causa auaritiæ vitium palliatur. Etenim qui gratis officiū receperūt, nisi impudē tia insignes fuerint, nō audent vltra suum ius pro suo ministerio petere: qui verò coēmerūt, occasionem, saltem fucatam habent dicēdi q̄ quę priùs emerant, vendere iure possunt ad re dimēdam vexationem suam. Quamuis re vera nullam habeant excusationem. Nam cùm iura taxata sint, sua culpa est si officiū emūt, ex quo legitimè nō possunt & pretiū & victum cōficere. Quòd si officiales huiusmodi & iustitiæ ministri repetūdis pecunijs ac rebus, quas cōtra ius extorquent, sint populo graues, quo modò audebit qui læsus est principem aut dominū cōquesturus adire? imò quomodò dominus nō erubescet ministrū corripere, à quo ipse pecuniam priùs expressārat, quā ille à plebe deprædatur? Existit pretereà & aliud damnū quòd huiusmodi venditiones asserunt: porrò quod homines diuertit ab alijs artibus quas exercere possent vt splēdidiùs de rapina viuāt. ¶ Præterea & leges ipsæ & iura hac ratione violantur & pessum eunt. Nam scriba, aut prætor, aut quius alius officialis qui pretiū emptī officij extorquere debet à miseris ciuibus, quis nam putas modo nō violabit fidem suam? quis non iniuriam intentabit, vt miserorū pecuniā emungat? ¶ Præter hæc demum, quando hæc scilicet cuncta cessarent, eū princeps inferiores que domini prostipendijs quæ à populo recēpiunt, iustitiam administrare teneantur, ita se gerere, vt nō solum nō eam gratis administrēt, verùm neq; contēti litigatorum cōtributionibus pro ministris imperare: nouū quoq; lucrum ex administratione iustitiæ sibi extorqueant: profectò non potest culpę absurditate vacare. ¶ Hęc oīa sanctissimè Imperator Iustinianus in Authē. illo aureo, Vt iudices sine quoquo suffragio fiāt. quo maximè ambę no stræ cōclusiones irroborant, luculētissimè diffe runt. Illic eīm persanctè iubet, vt personę quę publicis officijs addicūtur, singula sine mercede de percipiāt: nihil ommino dātes neq; occasione suffragiorū. Verba sunt Authētici. Tametsi in causam nō adducit quòd illa, natura sua vēdibilia nō sint, sed omnibus, inquit, manifestū est: quoniam qui aurum dat & ita administrationem emit, non hoc solùm, sed & aliud extrinsecùs addit amplius occasione commodi. Et sic vno principio illicito dato, multæ subsequuntur rapinæ. Legitur præterea iure cōmuni eadem prohibitio. l. Hæc lex. ff. ad. l. Iuli. de ambi. Quapropter & secundum ius commune Catholici Hispaniarum Reges lege etiam prohibent (vt inter eorū Pragmaticas extat) ne electiones officiorum & potissimùm scribarum, pretio fiant: eademq; Pragmatica, authoritate etiam Inuictissimi Cęsaris confirmata est. ¶ Tertia conclusio. Cunctis alijs hoc esset pestilentius decōrem reipublicæ turpiùs offendens, atq; adeò scandalosum si iudicatus vē derentur, aut loca eorum qui regi sunt â publicis consilijs: vt audiui in quadam prouincia extra Hispaniam fieri: nam inde prę sentissimum periculum existeret iugulandi præuaricandique omnia iura. In locis autem Senatorum vēdendis, quos vulgò Rectores vocāt, eò minus absurditatis apparet, quòd non vsq; adeò sint iustitiæ administratores. At verò quia & vrbē suo ordine regunt, & multa publica munia gerunt, aliaq; dispēsant, & non nunquam in cō silium iustitiæ adhibentur: non potest nō esse incongruum, si non meritorum sed pretij æstimatione eligantur. ¶ Hoc autem est hīc appri mè considerandum, quòd etsi necessitas, legis nescia, principem quādoq; compulerit huiusmodi loca diuendere: emptores tamen neque vllus alius vendendi ius habet. Hoc enim esset munus eligēdi senatorem vsurpare: quod rex nemini committit. Quapropter nisi facultate regis obtenta, ad quem electio pertinet, nemini licet quātouis pretio emerit, in alterum, vel nummis vel gratis transferre. Neq; translatio, nisi post regis assensu rata haberetur, vllius esset valoris. Quòd si quis â rege facultatem transferendi locum suum petierit, non explicā do venditionem, arbitror sic peccare vēdendo vt ad restitutionem pretij teneatur: quia nemi ni fas est vendere nisi regi. Vbi autem rex eandem largiatur facultatem, cessat restitutionis obligatio: non tamen ratio peccati: postq̄ venditio non fit in bonum publicum. ¶ Subiecerim præterea quartam conclusionem: Senatores vrbium, quibus concessum est scribarum functiones eligere, non solum propter incommoda quæ secunda ac tertia conclusione expressa sent, nequeunt vllo pacto pretio suffragia vendere, verum naturæ & conditioni suæ functionis illud repugnat. Itaq; etsi regi iuxta tenorē primę conclusionis aliquando forte licebit

Secunda cōclusio.

Obiectio.

Reges Catholici.

Cæsar. Tertia conclusio.

Quæ officia turpius venduntur.

Auctor.

ceret, illis tamē nequâquam pretiū recipere fas est. Ratio est, quia ipsi non sunt in quos respublica potestatē publicā transtulit, veluti in regem: sed sunt meri dispensatores, & ex priuilegio simpliciter electores: quorum ideo singulariter talem ausum cohibet Pragma. illa regni citata. Ex quo fit vt neq; possint stipendia iuraq; scribarum per modum pensionis dispertiri: aut cogere scribam vt tātum alteri soluat. Ità enim solet inter istos senatores conueniret Eligamus tuum hominem, qui tamen meo aliquid repēdat. Re vera nō auderē tutas asserere talium conscientias: hoc enim est pretio æstimare suffragium. Quapropter tota pecunia re stituenda est electo scribæ, tanq̄ per iniquitatē extorta. ¶ Quinta postremaq; nostra conclusio sit. Inter hos oēs iniustissimè ac fœdissimè ecclesiastici Antistites huiusmodi munia vēnūdant. Nā præter absurda quæ superiùs numerata sunt, scandalo Christianos oculos offendūt. Gratis enim acceperunt, gratis dent: nō solùm spiritualia, sed sæcularia quæ ad custodiā spiritualiū instituta sunt. Haud equidem me latet, neq; verò negauerim, quin aliqua iura & numera Antistitibus obuenire possint quę antiquissima cōsuetudine bona fide firmata sunt vt cap. statutū. Clem. de electio. adnotatur: vbi habetur, quicquid emolumēti episcopo prouenerit ex iurisdictione & sigillo curiæ Ecclesiasticæ vel secularis: futuro successori fideliter reseruandū. Neq; denegandū quin fortè litigantibus etiā in curia ecclesiastica æquum sit aliqua minutissima iura imperare ad obuiādum litibus. Id tū multò est moderatiùs faciendum q̄ forò sæculari. Fieri enim nō potest citra scandalū, imò forsan neq; citra iniuriā vt sigilli prouentus & subscriptionū tam immodici fiat: cū illa testimonia, si ampli episcopatuum fructus spectentur, episcopi videātur gratuitò debere subditis. In illos enim multò vehementiùs militat argumentū superius, q̄ cum gratis debeāt administrare iustitiā, cōtenti sint exiguam pecuniam pro ministris à litigantibus extorquere, absq; eoq̄ inde sibi aliud hærū augeant. In calce deniq; quæstionis postremū hoc verbū adhibuerim, q̄ auctiorā iura litigātium vel imponere vel dissimulare & permittere eo intuitu vt officium pluris vendatur, scelestius esset iniustitiæ crimen. ¶ Ex his ergò solutū restat argumentum secundum.

Pragmatica Regni.

Quinta cōclusio.

Ad secundū argumentū.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm in iudicijs dicendis intervenire possit personarum acceptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

POst hæc quæ de magistratibus, deque alijs reipublicæ muneribus, atque adeò de iudicatibus instituendis ac dispensandis dicta sunt, consequitur in hoc quinto articulo vt examinem⁹ an etiam in iudicijs dicundis crimen quoq; acceptionis personarum committi accidat. Videtur enim nullum illic locum attingere. Nam dictum est vitium hoc iustitiæ distributiuæ contrapugnare: dictio autem iuris ad iustitiam cõmutatiuam pertinet, siue illam partem spectes qua inter particulares personas æquitas seruatur, vt quisq; quod contulit recuperet, siue alteram malorum vindicatricem quæ ad æqualitatẽ vlciscitur mala, vt suprà quæstione proxima declarauimus. ¶ Præterea secundò arguitur. Arist. 5. Ethi. præcipit vt iniuriæ magistratibus irrogatæ acriori animaduersione vindicentur, quàm quæ in personas inferioris classis inferuntur. Et Eccles. 4. iubetur, In iudicando esto pupillis misericors. Vtraq; aũt præceptio videtur personas respicere: non ergò in huiusmodi, personarum acceptio vitium æstimatur. ¶ Tertiò si in iudicijs acceptio personarum versari posset, nunquàm deberet quicquã illuc admitti quod ad gratiam attineret: nã certè cùm iudex gratuito quidpiam concedit alteri partium, videtur personæ respectu illud facere: consequens tamẽ falsum apparet: nã primum videtur ratio postulare vt vbi iudici cõpertũ est innocẽtem dolo malo deferri, possit in eius fauorẽ multa, tũ indulgere, tũ dissimulare, quæ in fauorẽ nocentis nõ posset legitimè. Adde quòd & extra hunc casum in arbitrio iudicis apparet esse positum vt infra latitudinem iuris possit terminos quandoq; protendere, quandoq; perstringere hisq; & alijs modis, & parti vni præ altera fauere in his quæ lex non vetat. Et tertiò, supremus princeps potest vitam nonnunquam vni reo donare, quã alteri simili denegat: esto vterq; cõdemnatus esset capitis. ¶ Quartò demum arguitur. Occurrit nõnunquã ius dubium de quo variè inter doctores opinatur: tunc ergò facultatem videtur iudex habere vt amicitiæ causã nũc secundum vnam opinionem sententiam ferat, post verò contrariè secundum alteram, intuitu etiam personæ: ergò personarum acceptio non semper est in iudicijs illicita. ¶ In contrarium autẽ est illud Prouerb. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum.

Primum argumentũ à parte negatiua.

Argum. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

Vnica conclusio.

QVæstio hæc facilis expeditionis est: porrò quæ vnica absoluitur cõclusione. Acceptio personarum iudicijs dicundis sæpenumero committitur, eademq; scelus est, & immane crimen. Probatur. Iudicium est recta iudicatio iusti atq; iniusti, puta qua rei dũtaxat causis, syncera & candida ratione perpẽsis, æqualitas tam inter personas quæ per dationem & receptionem inæqualia habebant cõstituitur, quàm inter crimina atq; supplicia. Hoc autem iudicium corrumpi cõsueuit quoties nõ ad causam, sed ad personam, eiusue preces aut pretium, aut ad odiũ vel fauorẽ conjicitur oculus: sed hoc est personam accipere seu respicere: potest ergò tale vitiũ in huiusmodi iudicatus obrepere. Quocirca præiudiciũ inde nomẽ trahit, q̃ iudicium ante causarũ legitimã cognitionẽ præcipitatur. Immanitas autẽ huius criminis inde proditur, q̃ cùm iudex (vt. 5. Ethic. author est Aristo. vnde id Cicero lib. de Legib. desumpsit) custos sit vsq; adeò iusti, vt eũdem iustitiam ipsam appellauerit animatã: nulla esse potest portẽtosior peruersio, q̃ à iudice iustitiam corrumpi. Est enim perinde ac si ipsa se iustitia suis manibus dilaniaret, aut certè si ratio ipsa cõtra seipsam ageret. Debet enĩ iudex (vt ibidem ait Cicero) non vt homo, sed vt ratio dominari: vtpote ad quem ita concurritur, vt ad viuam ipsam rationem, atque adeò ad loquentem æquitatis normam. Obidq; (vt in art. 1. ex eodem Aristotele dicebamus) neq; admittenda est in iudicium ratio illa cõmouẽdi affectibus iudicis animum, neq; ille debet nisi clausis corporis oculis iudicare: nè personarum aspectus eum commoueat. Tãtum abest vt vel aures precibus, vel largitionibus manus ei liceat aperire. Quapropter nulla est bene instituta respublica, in qua nõ sint acerrimę pœnæ in iudices decretæ, qui largitionibus vitiari se corrumpiq; sinunt.

Probatur Iudicium fieri.

Ad tertium, argumentũ.

Immanitas crimẽ in Arist. & Cicer.

AD primum ergò argumentum respondetur cum D. Thoma, quòd iudicium, si rẽ ipsam iudicatam spectes, vtriusq; iustitiæ rationi commune est: potest enim iudicio definiri & quemadmodum bonorum communiũ faciẽda sit restitutio, & quo quisq; pacto alienа repensetur: sed tamen si formam cõsideres, & ipsa etiam iustitia cõmutatiua imaginem quãdam distributionis gerit: quatenus iudex ab altero capit quod alteri tribuit: & ideo illic potest acceptio personarum latitare. ¶ Secundũ autem argumẽtum iam superiùs dilutum est: nam acerbior vindicatio iniuriæ, principi magistratuive illatæ nihil cum acceptione personarũ habet cõmune: imò cùm personæ dignitas quantitatẽ iniuriæ augeat: æquitas est, vt suppliciũ cumulatius fiat. Sentẽtia verò Ecclesiastici per alteram Exod. 23. moderanda est. Debet enim iudicem cõmiseratio pauperum nonnihil mouere: hoc tamen intra iustitiæ limites: nempè vt tanta sit misericordia in paupere, quãta sufficit eum à potẽtia diuitis protegere. Sed quia potest etiã cõmiseratio exorbitare, admonemur Exod. 23. Pauperis quoq; nõ misereberis in iudicio. ¶ Solutio autem tertij argumenti meditationem desiderat considerationem: haud enim dubium est quin vsq; ad gratuita valeat nonnunq̃ inserpere personarũ acceptio. Gratuita nanq; appellamus illa quæ iudici iure licent. Sunt autẽ huiusmodi nõnulla nempè quæ cùm lege non sunt determinata, fori arbitrio relinquũtur. Igitur ad primum membrum illic designatum respondetur primum q̃ re dubia an accusatus, innocens sit, nõ licet iudici in eius fauorem contra tenorem iuris prapendere: tum q̃ aliàs periculo se erraudi exponeret: tum etiã q̃ esset ansam iudicib⁹ porrigere ad libitum suum arbitrandi, ac subinde calliditate innocẽtendi fraudem. Vbi verò rei innocentia in propatulo illi sit, non solùm potest, sed enim decebit in gratuitis, quæ iure non sunt cohibita, innocenti q̃ fieri maximè poterit, citra scandalum tamen, fauere. Non tamen liberum illi erit legis necessaria prætermittere aut dissimulare: propterea q̃ cùm sit legum custos, debet secundùm allegata & probata iudicium ferre. ¶ Adiecerim tamen huic secũdam propositionem, q̃ prætermittendo aut violãdo iura in fauorem manifesti sibi innocentis, licet delinquat & nonnunq̃ mortaliter, tum cõtra officium suum legem præuaricando, tum etiam propter scãdalũ: ad restitutionem tamẽ nequaquã tenetur actori: quia nihil quod suũ esset illi abstulit. ¶ Tertia propositio. Nunq̃ neq; in gratuitis inclinare liberũ est iudici contra innocentem: hoc enim esset iniquitatem sonare. Atq; verò vbi iustitia vtrinque dubia sit, tunc non est apertum vitium in his quæ merè sunt gratuita alterã partiũ alteri anteferre: dummodo citra scandalũ fiat: & citra alterius damnum. Nam si in fauorẽ amici tẽpus probationis, aut alios terminos prorogauerit, vt alter expensas maiores faciat, aut tẽporis diuturnitate lassatus lite abeat, iniuria est. Quòd si gratuitum huiusmodi beneficium pecunia vẽdat, hoc quidem, preterq̃ q̃ semper est iniquum, ingrãter fœdum est. Quin verò addiderim, nisi id quod lege conceditur temperatissimè fiat, illico in acceptionẽ personarũ vergere. Quòd si contrà arguas, huiusmodi vitiũ non existere nisi contra iustitiam: id negaturi nõ & contra æquitatẽ cõmittitur: & iniquitate non caret q̃ gratuita omnia in fauorem vnius partis cõgerantur: restitutio autem non habebit locum ni

Ad primum membrum. Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Obiectio.

Dilutio.

si vbi lex cõcutiatur. ¶ Ad tertium denique mẽbrum respõdetur, neq; carere semper acceptione personarum vbi princeps gratis quibuspiã condemnatorum vitam, aliudve suppliciũ remittit, quod similimis denegat. Enimuerò quãuis non iustitiæ rigor, æquitas tamen violatur, atq; id cõsideratius prælatis præfectisq; Ecclesiasticis, & maximè in religionibus animaduertendũ est, ne in legũ dispensationibus etiã quę iure illis licent, aut in pœnis relaxãdis sint personarũ acceptores: nam profectò & in his quoq; culpa hæc obrepere assolet. ¶ Ad quartum tum argumentum eodem fermè pacto respondetur: haud enim dubiũ quin & vsus ille impingere possit in acceptionem personarũ. Igitur in primis necessarium semper est, sententiam secundum probabiliorẽ opinionem subscribere, etiam si altera sit probabilis. In speculabilibus nanq; scholarũ disputationibus nullũ inde cõflatur periculum q̃ quispiam minùs probabilia ingenij gratia defendatur: practicis verò quæ aliena iura respiciũt, nefas est iudici in firmiorem opinionẽ sectari: sicuti & medico in practica ex qua salus pendet infirmi: ac multò magis Theologo in his quę sunt fidei. Quin verò iudex aliter faciens, restitutioni fieret obnoxius. Ex quo fit, pessimè sibi cõmuniq; bono consulere iudices, atq; etiam medicos, qui postq̃ semel vnam opinionẽ imbiberint, nulla ratione possunt ab illa dimoueri: cùm tamen nè iniuriam alijs intentarent, posthabere teneantur honorem proprium: & ad alterã, cùm primùm probabilior appareret, commigrare. ¶ Secunda propositio sit: Vbi pariles esse omninò contigerit opiniones, nõ est apertum sceleris nunc vnam nunc alteram opinionem amplecti: vix tamẽ carere potest scandalo. In his autem cunctis vigilanter cauendum est, nè vel amicitia vel quicunq; alius affectus caligĩnẽ intellectui offundat, vt eam opinionẽ probabiliorem iudicet, quã pro sua libidine amplectatur.

Ad tertium membrum.

Prior propositio.

Posterior propositio.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm in priuatis honoribus deferẽdis interuenire possit personarũ respectus.

NOn satis est de publicis communibusq; honoribꝰ dixisse, nisi in hoc sexto articulo de illis etiã sermonẽ subijciamus, qui à priuatis personis sibi inuicẽ deferũtur. Videtur enim nullus in his posse vsu venire personarum acceptio. Enimuero cum hoc vitium solus sit iustitiæ inimicum, videtur

Primum argumentum

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non protendi vsq; ad gratuita: qualis est vrbanitas & comitas in mutuis honoribus. Quoniã si quis dignis honorem deferat, nemini iniuriã facit: dum tamen eosdem honoris nutus ac titulos erga indignos quoq; vrbanitatis gratia ostendat. Argum. 2. ¶ Secundo arguitur. Etsi honor, vt omnis philosophia proclamat, soli debeatur virtuti: tamen multi sunt praui quibus honor lege defertur: vt prælati, parentes: senes & illustres: etiam si corruptis sint moribus. ¶ Contra hæc nihilo minus nos Iacóbus. 2. cap. suæ Canonicæ, sub hisce verbis instituit: Si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida: intrauerit autem pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est veste præclara. &c.

Prima conclusio. HAnc quæstionem ob hunc præcipuè locum Iacobi sul. mouimus, vt exploremꝰ quale peccatum sit indignis personis ob humanas seculares q; causas honorẽ exhibere. ¶ Sit ergò prima conclusio. Etsi honos reuerentia sit cuiq; ob suam excellentiam exhibita, tamen id cui proprie & singulariter honor debetur, est virtus. Huius sententiæ. 4. Ethic. cap. 3. author est Aristot. vbi ideo subiungit, honorẽ, maximum esse externorũ bonum quo re vera solus bonus dignus est. Atq; eandẽ ob rem, lib. 1. docuerat à viris probis elegantes honorem expetere in testimonium virtutis. Ob idq; honor à voce, honestũ, descẽdit: honestas autem vni competit virtuti. Quapropter Romanus ille Marcus Marcellus ea lege Honori in media vrbe templũ erexit, vt nemini illuc nisi per ædes Virtutis patẽret aditꝰ. Et de Christo præcinit regius Psaltes: Gloria & honore coronasti eum Domine. Et Paul. 1. ad Timo. 1. Regi sęculorũ, immortali. &c. honor & gloria. Atq; eisdẽ duobus membris Romã. 2. sempiternæ illius fœlicitatis qualitatẽ expressit dicens: His qui secundum patientiam boni operis, gloriã & honorẽ. ¶ Secunda conclusio. Nihilo secius præter virtutem sunt quoq; aliæ excellentiæ, quarũ ob causas hoc sæculo mortalibus honores debentur: nempè primum propter diuinã repræsentationem: veluti principibus & magistratibus qui Dei personam gerunt. Vnde Aristo. eodem loco. 4. Ethi. cap. 3. honore digni cẽsentur, qui in potestatibus sunt constituti. Et lib. 5. cap. 6. Honor est merces & præmiũ magistratus. Eundemq; dominis serui debent: iuxta verbum Pauli ad Timoth. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos honore dignos arbitrentur. Mox debetur honor in testimoniũ alienæ virtutis. Qua ratione honoramus illustres & sanguine ingenuos: quippe quorũ maiores arbitramur virtutis gradibus sublimem conscendisse locum. Et multò iustius parentibus qui nos genuerũt, & senibus: Nam Leuit. 19. præcipitur. Coram cano capite consurge: &, Honora personã senis. Tametsi legamus Sapientiæ. 4. Senectus venerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita est immaculata. His igitur honorem deferre, etsi virtus eisdem absit, nulla est personarum acceptio: quia causa non deest honoris. Quocirca Prouerb. 26. sicut qui mittit lapides in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Id quod non modò S. Tho. verùm & alij sui ordinis egregij authores sic interpretantur, vt aceruus Mercurij calculorum cõgeries censeatur, quibus in subducendis rationibus dati & accepti negotiatores vtuntur: propterea quòd eiusmodi rationũ Mercurius habebatur Deus. In huiusmodi nanq; supputationibus pro libito, imò casu vt manu occurrit, lapillus qui modò valet vnum, instituitur in denarium, ac subinde vt cẽtum valeat aut mille. Sic licèt quispiam absq; meritis ad magistratum eueharur, locus tamen facit eum honore dignum. Tametsi secũdum Hebraicam lectionem sensus longè sit diuersus. Habetur enim apud Hebręos. Sicut qui mittit lapidem in palma fundæ, videlicet vt vi eum sursum contra eius naturam ejiciat: sic qui insipienti, hoc est meritis vacuo honorem tribuit. ¶ Tertia conclusio, quæ mentis Iacobi interpres sit. Et si diuites ratione loci honorare quem in republica sublimem habent, officium sit: tamen intuitu tantùm diuitiarum eisdem honorem deferre, peccatum est acceptionis personarum. Prior pars tum ex superioribus colligitur, tum etiã & Aristo. assertio est. 4. Ethicorum cap. 3. vbi coniunctim affirmat honore dignos censeri eos qui in potestatibus sunt, & diuites. Secunda tamen particula asseritur à Diuo Tho. 2. 2. q. 63. arti. 3. vbi tamen nullã subiunxit causam q̃ quòd ei elici videtur ex verbis Iacobi, licet quotli. 10. ar. 12. emũctius eam exponat. Sed re vera neq; ratio deest naturalis quę illi patrocinetur. Enimuerò diuitiæ seorsum existimatę nullam præ se ferunt excellentiam honore dignam: honorabile enim & laudabile (vt. 1. Eth. cor. cap. 12. Aristot. differit) penes hoc differunt, quòd sola illa quæ sunt per se bona, quippe quę honesta dicuntur, honore sunt digna: vtilia verò, sunt illa quę nõ per se, sed ad aliud relata, bona sunt: & ideo laudari quidẽ possũt: honorari verò, nõ itẽ: diuitię autem nihil boni obtinent præter vsum. ¶ At verò expedit aequitatem

posterior pars concludit. bitatem conclusionis temperare. Intelligenda quippe est non de his extrinsecis quibuslibet honoris signis, sed de veris honoribus. Honor enim legitimus est quãdo signa hæc extrinseca, vt capitis detectio, & humiliatio, tanq̃ testimonia exhibentur intrinsecæ existimationis: atq; hæc esset personarũ acceptio: videlicet si diuiti aliorũ omnium meritorũ vacuo, taliter ex animo haberemus honorem. Et hoc est qđ Iacóbus cõdemnat. Vnde subdit, Nõne iudicatis apud vosmetipsos, scilicet dum pauperibus diuites præfertis, & factu estis iudices cogitationum iniquarũ? Ecce ergò peccatũ, iudicare diuitem ob suas diuitias pauperibus vera dignitate præstare. Ostendere autẽ diuitibus extrinsecus citra internũ iudicium talia signa, vt loco cedere, caput aperire, inuitare. &c. nullam habet rationem culpæ: sed est triuiali vrbanitati conuiuere. Quod nisi faceres, insolens haberis. Vnde Augustini glossa ibidem, Si hãc diligentiam sedẽdi & standi ad honores Ecclesiasticos referamus, vt diuites pauperibus (in conferendis scilicet sacerdotijs) anteferantur, non est, inquit, putãdum leue esse peccatũ. Et infrà: Si autem de quotidianis confessibus loquitur, quis non id peccat? Non tamen peccat nisi cũ apud semetipsum intus ita iudicat, vt ei tanto melior quanto ditior videatur. Hoc enim videtur significasse, subdendo, Nõne iudicatis apud vosmetipsos. &c. Hæc in glossa.

Ad primum argumentũ. ADprimam ergo argumentum respondetur primò q̃ nõ est in gratuitis habendũ, sed contra iustitiam interpretãdum, q̃ diuites vel alios quoslibet in quibus nihil virtutis aut legitimæ excellentiæ existit, quispiã animo reputet secundum rei veritatẽ alijs anteferendos, qui virtute pollent, aut alia dignitatis excellentia. Secundo, & hoc quoq; mente speculandũ est, q̃ in gratuitis honoribus acceptio contingere potest personarum. Nam illos honoris titulos qui dignis debentur, sic euulgare ac demittere vt indignis quoq; asscribantur, nõ careret iniuria quæ dignis irrogatur. Enimuerò cũ honor in excellentia consistat, quando honoris nomen ex æquo in commune omnibus inulgas, facis tunc illud nõ esse honoris nomẽ, ac subinde dignos iure suo depellis. Verbi gratia, si eodem titulo & Antistitẽ salutares quo simplices sacerdotes: eodemque magnatem atq; plebeium, magistrum ac discipulum, nobilem & ignobilem. ¶ Secundum autem argumentum conclusio secunda abunde dissoluit. At vero regi honores pro libito inter ciues impartire liceat, & quartus partum articulus declarauit, & subsequens id faciet pleruus.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm in tributis exigendis peccari possit acceptione personarum.

SVpereſt postremò in hoc. 7. ar. de tributis verbũ adijcere, Vtrũ & in illis quoq; vsu venire possit personarũ acceptio. Exigit enim à parte negatiua primũ argumẽtum. Acceptio personarum in bonorũ distributione committitur: tributorum autẽ exactio bonorum cõmunium collectio est & accumulatio: potius ergò (vt nomen sonat) est cõtributio q̃ distributio. Atq; adeò illic nulla esse videtur personarum acceptio. Primum argumentum à parte negatiua. ¶ Secũdò arguitur: Cap. licet multũ. extrà, de cẽsib. iubetur rationẽ haberi cæci, nè tributorũ iugo afflictetur: &. ff. eodẽ tit. l. ætatem. sancitur quoq; & ætatẽ esse cõsiderandã. Nempè vt neq; pueri, neq; senes cẽsus soluãt. Argum. 2. ¶ Et tertiò arguit. Nobiles tributorũ exactione liberantur, quos rex pro suo arbitratu creare potest: ergò acceptio personarũ non est in huiusmodi tributorũ exactionibꝰ illicita. Argum. 3. ¶ In contrariũ tamen est q̃ principes populũ tributis vexãtes, neq; tã ob causas legitimas q̃ propter odia vel fauores eadẽ exigentes, non solũ apud philosophos & seculares historiographos, verùm & in sacris pessimè audiũt. Hanc enim ob rẽ (vt. 3. Reg. 12. sacra refert historia) Roboã maxima fuit regni portione mulctatꝰ, quòd præ patre suo moliebatur plebi graue iugum imponere. Robeam.

QVàm plurima tributorum nomina iuris prudẽtes multiplicãt: quæ inter alios Syluester. sub verbo, Gabella, propemodũ cõnumerauit: vt pensio, quæ dicitur à pendendo, hoc est soluendo: guidagium. &c. Quatuor tamẽ ad rem spectantia huc accersiuimus. Primum est cẽsus, quod à censendo deriuatur: eò q̃ recẽseri facultates debẽt quò inde tributa, p̃ carũ ratione soluant: vt habetur l. forma. de cẽsib. At verò vt peculiare nomen sit ab alijs distinctũ, pẽsionẽ illã singulariter significat, quã ciues virtum pro capite principi pendũt. Hoc eũ est de quo Iudæi Christũ sciscitabant, vbi quærebãt, an liceret Cęsari cẽsum soluere. Tributa eũ quę pro defensione & gubernatione reipublicę imperabãt, nihil tribuere recusabãt: sed illud quod iugũ subiectionis designabat, à qua ipsi se liberos arbitrabant tanq̃ filij Abrahæ. Vnde alibi, Nos filij Abrahæ sumus, & nemini seruiuimꝰ vnquã. Huiusmodi dicãt cẽsus inter Christianos principes nõ est vsu frequens, eo q̃ ad superbię tumorẽ potius & ad auaritiæ ti

Quatuor tributorum nomina. Census. Quòd tributa tũ erant à quo se Iudæi exonerare cupiębant.

tim

Universidad de Deusto
Biblioteca

tim attineat, quàm ad publicorum sumptuum necessitatem. Satis nanq; se ciues subditos profitẽtur, cùm alia iussa capessunt. Illam ergo ob causam Cæsares describi orbem iubebant. Vnde Dauid (vt. 2. Reg. 24. memoriæ proditum est) inde tã acerbas dedit pœnas numerati populi. Atq; huc referebatur quod Christus interrogauit, Cuius est imago hæc? scilicet numismatis, quasi solum in signum subiectionis & adorationis Cęsaris, illud exolueretur. ¶ Tributum autem (vt nomen ipsum sonat) à tribuẽdo seu contribuendo dicitur: eò q̃ quisq; stipẽ tribuat. Et quoniam antiquitùs illa stipum cõtributio non fiebat nisi ad alendum publicum militem, inde etiam stipẽdium dematum est. Vtrunq; habetur lege, Ager. ff. de verb. & rer. signif. Differt. ergò tributum à censu tam ratione materiæ q̃ ratione finis. Tributum enim de terræ nascentibus in subsidium regis vel rei publicæ contribuitur: census verò de capite ad profitendam subiectionem. ¶ Tertium autem genus pensionis est vectigal, ab vtroq; differens sine pariter & materia. Soluitur enim de mercimonijs quæ vehuntur negotiationis gratia, ad murorum, pontium, aliorumq; id genus publicorum operum refectionem. Dicitur ergò à vehendo vectigal, idemq; à portu, portorium: quia portitori soluitur. Quare in oratione de prouincijs consularibus vtrunq; Cicero coniungit, vectigal ac portoriũ: indeq; Hispane Portazgo. ¶ Quartum tributum est pedagium, materia idẽ vectigali, quia ex mercimonijs soluitur: sine tamen distans: quia custodiæ viarum, quæ latronibus aut hostibus sepiũtur, dicatum est. ¶ De his ergo cunctis sit prima conclusio. Hæc omnia pensionum genera si ob prædictas causas imponantur, iustæ sunt, debenturq; adeò principibus à ciuibus in conscientia, iuxta verbũ Pauli ad Ro. 13. Ideo necessitati subditi estote, nõ solum propter irã, sed etiã ,ppter cõscientiã. Ideo em & tributa præstatis: ministri em Dei sunt. Reddite ergo omnib⁹ debita: cui tributũ, tributũ: cui vectigal, vectigal. Et refertur ad hoc propositum in decreto Augustini, extrã, de censib. c. Omnis. Adiecit ergo Paul. Dei esse ministros: vt intelligamus ab eius numine deriuari legem soluendi tributa ad alendos principes. At verò (vt illic bene Diuus Thomas adnotauit) nihil in præmium debent expetere: sed solum ad sustentationem status & necessarios sumptus. Nam (vt ait Arist. 5. Ethic. cap. 6.) proprium præmium principis est honor, quo qui non est contentus, tyrannus est. Honorem autem illum Christiani non ad humanum, qui vanus est, sed ad diuinũ, qui in cœlis nos manet, referre debent.

Dauid.

Tributum.

Differentia inter tributum & censum.

Vectigal. Interstitium inter vectigal, censum, atq; tributũ.

Vectigal à vehendo dicitur.

Cicero.

Pedagium.

Prima conclusio.

Paulus.

Augustinus.

D. Thomas.

Aristot.

Secunda conclusio. ¶ Secunda conclusio est. Si tributorum onera non pro ratione cuiusq; facultatis & substantiæ, aut pro ratione vecturę aut negotiationis, aliúsve legitimę causæ: sed alius intuitu quæ ad rem non pertinet exigatur: acceptio est personarum. Id quod non tam crebrò principi contingere potest, quàm ciuitatis quæstoribus & senatoribus: qui ideò restituere tenẽtur si fraude aut vi vtantur vlla. Principi enim aliud periculum imminet: nempe auctiora exigendi quàm pro regni necessitate. Hæc enim semper pensanda est, vt cessante tributi causa cesset & tributum. ¶ At quò aliquod specimen legitimæ formæ tributorum exhibeamus, sit tertia conclusio. Tributa facultatibus potiùs, possessionibus, ac negotiationibus imponenda sunt, quàm personis: nẽpè vt quos bonis locupletiùs abundat, aut plus lucratur, plus soluat non quo plus indiget. ¶ Causa autem huius explicandæ conclusionis, illud tributi genus, quod non modò Hispaniæ, verùm & in alijs quoq; prouincijs in vsu est, explicemus. Id nostrates Alcaualà vocant. Hæc enim tributi forma à centum paulóve pluribus hinc annis ortũ apud nos habuit: idq; iusta de causa: nimirum dum Rex Alphõsus regnum Granatæ bello petebat. Post verò non modò durantibus, verùm crescentibus bellorum malis, factum est perpetuum. Et habet quidem nonnullam vectigalis imaginem pro eo q̃ ex mercimonijs quoque soluitur. Differt tamen latiori materia: quia non solum ex illis quæ à loco in locum transuehuntur, sed ex rebus quibusque venditis corraditur: à cuius præterea solutione neq; nobiles eximuntur. Quin & fine quoque differt. Quoniam non tantum reficiendis muris ac pontibus ascriptum est, sed publicis regis sumptibus. Haud tamen inde iniquitatis condemnandum est, q̃ nouum sit. Nam dum tributa alia facultatibus ciuiũ & negotiationibus impolita alendo regi sustentandæque reipublicæ non sufficiunt, necesse est alia via id prouidere. Neq; verò ideò arguẽdũ est iniustitiæ q̃ nobiles etiam cõprehenderet. Enimuero cum plebs reliqua potis nõ sit tam immodicos ferre sumptus, æquitas sit vt nobilium auxilio eleuetur. Hoc tamen iniustitiæ specimẽ præ se fert, quam lex, Vniuersi. Cod. vectiga. cauere in tributis iubet. Nempe ne pro his rebus quæ ad vsum proprium pertinent exigantur. Enimuerò q̃ coëmptores, qui vt reuendãt coëmũt, quotam vẽditionis exoluant, rationi profecto consentaneũ est. Illic eũdem est lucrum, quod agricolis, fructus: sed tamen

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Restitutio.

Tributum quare in Hispania vocetur Alcauala.

Tributum quare differat à vectigali.

Iniustitia.

Iniustitiæ specimen.

mẽ quòd qui vt propriè necessitati succurrat, domum suam, aut rem aliam vendit, tributum pendat, & lex illa, & ratio reclamare videntur. Nam tunc nõ qui plus habet, plúsve lucratur, sed qui pluris eget ampliùs soluit. ¶ Cæterum re vera nisi bellorum necessitas in causa fuisset vt fructus huius tributi diuenderentur, via erat paratissima sustentandi regni, regisq; ærariũ. Id tamen non potest non monstrum apparẽre quòd ciues ciuibus tributum soluant, illudq; maximè quod regi penditur in commune bonum. Cui & aliud adiungitur incommodum: videlicet quòd miseri ciues, quibus seruitia imperantur, inde grauius premuntur. Nam quanto tum venditur, tantum ipsi replere coguntur. Et enim cum sumptuũ necessitas in dies magis ac magis regi crescat, necesse est populũ multis nominibus in dies molestiùs vexari. Adde q̃ domini quibus huiusmodi tributũ vẽditur, ad rigorem illud exigunt, vt decimum quenq; nummum exactissimè exposcant: cùm tamen rex vix vnquam vigesimum percipiat. Et profectò quamuis decima regi sit consignata, tamẽ nisi vbi vrgens regni necessitas illud postularet, animis graue esset, tributum hoc ad rigorẽ exigere. Quod quidem rex sanctè animaduertens, de huiusmodi quota solet cum regno cõponere ac pacisci, vt remissior fiat pensio ac tolerabilior: quod tamen inferiores domini non faciunt. Hinc autem & aliud accedit damnum, quod cùm leges exigendi huius tributi, si regij tantùm quæstores existerent, tolerabiles sint: tamen reliqua quæstorum turba in fraudem populi illis abutitur, vt illa vexatione non decimam tantùm, sed plusquam octauam extorqueant. Nihil contra regum necessitatem obmurmuro, quæ legem non habet, & eorum in tutam explico, vt si possibile esset alijs vijs publicæ necessitati prospici, ab huiusmodi alienationibus publici ærarij cauereturPuteus enim

Iniustitia.

Iniustitiæ specimen.

Per quã apta similitudo.

quotiescunq; opùs fuerit exhauriendus est: venas tamen fontium præscindere, hoc ius naturæ nõ sinit. Quòd si quis instantiùs scisciteturan hæc tributa sic in conscientia debeantur, vt quisq; neq; à quęstore neq; à portitore requisitus teneatur vltrò ea offerre: Respõdetur primùm, neminẽ licẽre latenter exactorem eludere, nisi vbi patentissima esset vectigalis iniuria. Secundum membrum responsionis sit, quòd dum hæc magno cum rigore exiguntur, satis est quòd quisq; dum tributum petitur soluat obedienter. Maximè vbi debitum non est magni momenti. Quarta conclusio. Nulla est personarum acceptio si nobiles & ingenui à tributorum solutione eximãtur: tum ob maiorum clarã gẽstorum stemmata, tum quia reipublicæ tuendæ designati sunt. Quin verò & assertioni huic subiecerim, quòd potest rex vrgente regni necessitate huiusmodi honores vendere: si tamen duo caueantur. Primum nẽ adiunctam habeant iustitiæ functionem aut administrationem aliam, aut gubernationem: vt artic. 4. de senatoribus dicebam⁹. Mox nẽ id fiat in aliorum iniuriã. Potest inquam tali ingruẽte necessitate rusticos & humiliter natos pretio tributorum libertate donare. Nihil enim in de iniustitiæ contrahitur. Et fauere videtur. l. hoc iure. ff. de donati. & l. si pollicit⁹. ff. de pollicit. quibus permittitur pollicitatio quæ gratia obtinendi publici honoris fit: sed tamẽ hoc cauendum est, nẽ tributum quo vnus leuatur, onerentur reliqui oppidani: sed excipiatur à summa quam oppidum soluit.

Dubitatio.

Solutio.

Quarta conclusio.

Ad primum argumentũ.

Ad alia duo argumenta.

PEr hæc ergò solutum est primum argumẽtum in frontispicio ante quæstionem obiectum. Enimuerò vt in distributionibus, sic & in contributionibus existere potest personarũ acceptio. Ac subinde diluta sunt reliqua duo argumẽta: quoniã equitas misericordię ęcis ac truncis patrocinat, nẽ miseris afflictio addatur. Et de nobilib⁹ quarta cõclusio respõdit.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER QVARTVS
De Iustitia & Iure.

PROOEMIVM.

Partitio libri.

DE altera iustitiæ specie quæ è regione ad distributiuam ponitur, nempè de iustitia commutatiua sermonem nobis in euntibus operępretium priùs est duobus eius præambulis, videlicet primùm de rerum dominio, mox de earum restitutione hoc quarto libro disserere. Euimuero dominium huiusmodi rerum, eorúque diuisio, basis fundamentumq́; est omniù contractum conuentorumq́; & pactorù, quæ per commutatiuam iustitiam celebrantur. Ac perinde cuncta quæ huic virtuti aduersantur vitia, violationes quædam sunt & corruptelæ dominiorum, rerumque possessionum. Quæ subinde iniuriarum genera contractaq́; debita restitutionis beneficio repensari debent. Quinque ergò conuen'. de rerum dominio disputare quæstiones. Primam de re ipsa, deque eius subiecto. Secundam de eius obiecto: nempè quotuplex sit & quarum rerum. Tertiam de dominiorum diuisione ac legitima translatione. Quibus subinde de singularibus quorundam dominijs quarta adhibebitur disputatio. Ac demum quinta de dominiorum translationibus. Sit ergò primus quæstionis titulus.

QVÆSTIO PRIMA,
De dominio in genere.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm dominium idem sit quod ius & facultes rerum.

QVÆSTIO præsens in duos articulos secari se postulat: quorum alter definitionem dominij, alter verò subiectum nobis constituat. Quæritur ergo an dominium

Primum argumentum.

iaem sit quod ius facultasque rerum. Et arguitur à parte affirmatiua. Ius idem est quod facultas disponendi de rebus, libereq́; illis vtendi simul autem prorsus videtur esse dominiũ. ¶ Secundò, mendicantes monachi quoniam ius habent vtendi cibis, vestimentis, atque alijs vtensilibus vsque ad rerum ipsarum consumptionem, dicuntur esse earundem rerum domini, vt Ioan. 22. in Extrauagant. ad cõditorem, concludere sibi videtur: nulla ergò restat ratio discriminis inter ius & dominium. ¶ In contrarium autem est quòd dominus & seruus sunt correlatiua: Instit. autem de iure personarũ, distinguuntur homines in liberos & seruos: ergò illic denotatur quòd qui liberis præest, licet habeat ius illis imperandi, non tamen habet eorum dominium.

Ioan.

DVo proposita argumenta duo nobis nębra designant. Est autè illico in quæstionis introitu adnotandum, hanc vocem, dominium, non esse tam vsu frequentem apud oratores & priscos Latinos, quàm dominatus, ac dominatio: quæ quidem duæ voces in malum crebrius apud illos, quàm in bonum vsurpantur. Significant enim quandam tyrannidis effigiem: videlicet quando quis in rem suam abutitur sibi subditis. Vnde Cicero Tuscul. quæst. lib. 5. de Dionysio: Dum, inquit, duo & viginti natus annos dominatum occupauisset. &c. Et lib. 2. de Oratore: Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit. Nam illa quorum homines domini sunt, facultates dicuntur Latinè, ac substantię, & possessiones. Sed iurisconsulti sunt qui hac voce vtuntur, ad significandum id quod pariter vocant proprietatem rerum: quæ ab earũ possessione distinguitur, atq; ab vsu & vsufructu. Neq; verò vox hæc secundùm hunc significatum, ceu barbara aut inusitata habenda est. Versatur nanq; inter illustres Latinos: vt apud Varron. de re rustica, lib. 2. In mercando & in emptionibus & traditionibus dominium mutant. Et habetur in sacris literis, vt Tobiæ. 8. Fecit hanc scripturam vt pars dimidia quæ supererat Tobiæ dominio deueniret. Et. 1. Macchab. 11. Rex Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum. In iure autem vsurpatissimum verbũ est. Extant quippe in Digesto Nouo, lib. 3. distincti tituli, de acqui. rerum dominio. & de acquirend. vel amit. possessione. ¶ At verò circa vocis descriptionem plus operæ insumunt iuniores quàm opus esset: vt puta Gerson de Potestat.

Gerson.

Aristot.

Quid maior.

Conradus.

Albena dominiũ definitio impugnatur

Obiectio.

Dilatio.

Definitio propria dominij.

Dominium.

Paulus.

Conradus: spirituali, lect. 3. cui plurimum astipulatur Cõrad. trac. 1. de cõtract. & aliorũ nõnulli in. 4. dist. 15. Primùm enim omniũ aiunt isti, ius bifariã accipi. Primò pro lege: quo significatu dicimus, Ius Ciuile, & Canonicum. Secundò pro legitima potestate, qua quis fungitur in persona aliquam vel rem. Deinde aiunt dominium idẽ esse prorsus quod ius secundo modo acceptum. Quapropter dominium, inquiunt, est potestas seu facultas propinqua assumẽdi res alias in suam facultatem vel vsum licitum secundùm iura rationabiliter instituta. Sic isti de dominio loquuntur: an verò propriè, id perpendamus. Primò pro eodem vsurpari iuris nomen ac dominij, reuera voces ipsæ ægrè ferunt. Ius nanq; (vt suprà visum est) idem est (vti ait lib. 5. Iud.) quod iustum. Est enim obiectum iustitię: puta æquitas quam iustitia inter homines constituit: dominium autem facultas est domini (vti nomen sonat) in seruos vel in res quibus suo arbitratu, ob suum q́; commodum vtitur. Fit ergò vt ius non conuertatur cum dominio, sed sit illi superius & latius patum: iuxta illud Pauli. 1. ad Corint. 7. vir sui corporis potestatẽ nõ habet, sed mulier. Et filij in parentes: qui curam suorum habere tenentur: ac serui in dominos, à quibus pasci sustentari q́; debẽt. Et càdem ratione subditus ius habet in prælatum à quo est instituendus & gubernandus: & tamen nullus istorum quantumuis nomen extendas, dominus est, appellarive potest sui superioris. ¶ Sed ait Conr. Saltem negari non debet quin propriè ius quodcunq; superioris in inferiorem, dominium sit cẽsendũ: ita vt dominium vltra ius præcisè addat superioris rationẽ. At profectò neq; hoc ego istis facilè concedam. Eninuerò pater ius habet in filios: dominium autem, si propriè fandum est, non item. Est inquam æquum & iustum atq; adeò ius vt pater filijs imperet ob suum ipsorũ bonum, quos propter ipsos diligit, instituit, & educat. Dominium autem non quodcunq; ius in rem qua vti pro libito nostro possumus in nostram propriam vtilitatem, quamq́; ob nos ipsos diligimus. Id quod palàm nomen ipsum auribus exhibet. Domini siquidem correlatiuum est seruus: qui quicquid est, totum est domini, velut pecus. Nisi q́ seruus occidi non potest: quia solus Deus est vitę dominus. Vnde Aristo. 1. Polit. cap. 3. distinguit inter imperium ciuile siue regium, & despoticum, quod est dominicum: dicens animam habere in corpus dominicum principatum: mentem verò in appetitum, non nisi ciuile & regium: quod non est dominium. Et. 5. Ethi. cap. 6. distinguit inter ius herile & paternum: pater nanq; posidet filium ante legitimam ætatem, non tanquã dominus seruum, sed tanquam partem sui: & ideo ius illud non est dominicum: herus autem possidet seruum tanquàm instrumentum quo vtitur. ¶ Arguit verò contra Richardus. Si quis aut filium patri, aut marito vxorem rapere ret, diceretur fur: furtum autem non committitur nisi inuito domino: ergò & pater filij dominus est, & maritus vxoris. Ad hoc tamen lib. sequenti, quæstione de furto respõdebitur, raptum filiorum, aut vxoris non esse propriè furtum: sed captiuitatem, vel aliam iniurię speciẽ: sed seruũ surripere, ppriè est furtũ. Præterea satis est ad rationem furti, quòd fiat vel inuito domino, vel eo inuito ad quem res pertinet, etiam si non sit dominus, sed alio iure possidẽs. Quapropter Instit. de iure personarum, distinguuntur statim homines in liberos & seruos: quoniam ius in liberos non propriè dicitur dominium, sed in seruos. Princeps enim licèt dominus sit vrbium ac possessionum, ciuium tamen non est dicendus nisi Rex, aut Dux. &c. Imò verò cùm dominatu agit in subditos, vtendo scilicèt illis ad suam propriã vtilitatem, tyrannus fit. Quare neq; iudex neq; prælatus, etsi ius habeat in subditos, dicitur propriè eorum dominus. Et hoc notauit Christus Matth. 20. Principes gentium dominantur eorum. &c. non ità inter vos. Etenim (vt in summa iam dicamus) dominium solùm est ius, quo quis vtitur ad suum proprium commodum: ius autem non hoc solùm significat, sed amplectitur ius etiam quo superior ac præfectus in subditorum rem & bonũ ipsis vtitur. Quo circà ius tanquam superius genus ponendum est in definitione dominij: tantum abest vt cõuersim dicantur. De viro autem respectu vxoris mouere quempiam fortè posset illud Genes. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Haud tamen hoc ad dominium ciuile referendum est. Imò Arist. loco citato illud ius viri in vxorem innominatum esse ait. Sed dicitur dominari, primùm quantum ad vsum coniugalem: quia cùm natura integra sine vlla fuisset turpitudine laborisq́; molestia: post peccatum, quia in dolore paritura mulier erat, dicta est esse sub viri potestate. Preterea quia innocentia superstite nullus esset ignorantiæ locus vt pote quæ peccatum subsequuta est: ideo quantum ad regimen domi nari dicitur vir vxori, quam docere debet: sicut infra dicetur.

Obiectio.

Solutio.

Dubitatio.

Soluitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri sumus, elegantiores rudibus dominari: non quidem legali dominio, in bonum proprium dominorum: sed vrbano, in rem ipsorum, disciplinæ egentium. ¶ Hinc sequitur neq; istorum definitionem quam dominio asscribunt, legitimam esse, neq; exactè constructam. Et quia (vt .1. de Anima tex. 85. author est Arist.) recto ipsum & obliquum cognoscimus, rectam pro captu nostro statuamus definitionem, per quam de altera iudicemus. Dominium ergo, si secundum artem describas, est propria cuiusq; facultas & ius in rē quamlibet, quam in suum ipsius commodum vsurpare potest quocunq; vsu lege permisso. Positū est ergo loco generis, facultas, potius quàm, potestas: non vtiq; ratione illa Ioan. Gerson cap. 3. De vita spirituali, videlicet quia facultas dicitur à fas, quare potestas latronis vtendi aliena re, non est facultas: Etenim facultas non à fas, sed à facile deriuatur: vt sit quasi facilitas. Sunt etenim contraria: facultas & difficultas. Ob idq; potestas genus est plura comprehendens, quàm facultas. Potest quippe tyrannus abuti ciuium bonis, non tamen habet facultatem, id est, facilitatem: quia id sine licentia & facultate domini aut iusta intercedente causa, non potest. Quare minimè opus est addere, propinqua: nam facultas hoc ipsum sonat. Potestas siquidem remota vtendi aliena re, non est facultas. Addiderim autem, propria, vt dominium distinguatur à mera possessione, vsu, & vsufructu. Etenim qui tātum habet vsum, aut vsumfructū, non habet propriam facultatem, sed dependētem à vero domino, vel à iudice id permittēte. Itaq; ꝙ non soli barbari, verùm & latinissimi iuris prudentes more iam proprietatem dicūt, id magis latinè dicitur propria facultas. Neq; opus est addere cum Gersone, assumendi res alias. Nam & homo per propriam voluntatē, quæ motrix est omnium potentiarum, vtitur etiam suis proprijs membris: in quæ (vt paulò ante ex Arist. citatum est) habet anima dominicum imperium. Adiectum tamen est definitioni, ꝙ dominium sit facultas ad propriū vtentis commodum, quò differat ab alijs iuris speciebus, quibus superior inferiores ob suū ipsorum bonum gubernat. At dictum est deinde vniuersaliter in quemcunq; vsum, vt distinguatur dominium ab vsu & vsufructu. Est enim dominium facultas non solùm vtendi fruēdiq; re, verùm & ipsam distrahendi, donandi, vendēdi, negligendi, &c. Verum tamen adhibitus est modus, vt vsus ille sit lege permissus ad dissoluendam obiectionem, qua quis tentaret infirmare definitionem. Enumerò pupillus ante ætatem legitimam dominio rerū suarum pollet: quarum tamen potiundi liberam facultatē non habet, cùm talia bona neq; donare valeat, neq; vendere: quoniam lege humana prohibetur ea dilapidare. Nam cùm dominium fundetur in libertate, licèt ante vsum rationis verè sit dominus, quia verè liber, & non seruus: vsus tamen dominij ei ob bonum suum interdicitur, quoaduſq; rationis lux illi affulgeat. Vnde vt ait Paul. quandiu hæres paruulus est nihil differt à seruo: non quidem quātum ad dominiū, sed quātum ad vsum: & ideo est sub tutoribus. Et simile fit argumentū de illo cuius bona vinculo primogenituræ obligata sunt: qui cum sit verè eorum dñs, illa tamē non potest ratione aliqua alienare, eò ꝙ ciuili sit lege prohibitus. Nam ꝙ verè sit dominus, inde patet ꝙ aliàs illa bona carerent dño. Prætereà cum rex, cuiuspiā postulationi annuēs, bona eius vinculo primogenituræ alligat quæ priùs erant libera, nullū ei adimit dominium: neq; postmodum quando possessori facultatem concedit alienādi, nouam illi confert proprietatem aut dominium: ergò semper est dñs, prohibitus tamē sicut pupillus. ¶ Absit autem de illis hic nænijs meminisse vtrum dominium sit res ipsa quę possidetur, an dominus, an potiùs relatio. Hoc veruntamen admonere nō prætеribo, vt philosophi caueant barbaras illas Terministarum loquationes. Ecquis enim audire ferat, dominiū equi, esse, vel equum, vel equitem? Est enim dominij illa rerum habitudo inter possidentem & possessum: puta facultas possidentis in rē possessā. Obidq; definitur per suum actum: qui quidē modus definiendis potentijs peculiaris est. Etenim vt visus est potentia sentiendi colores, & auditus potentia sentiendi sonos: sic dominium est facultas vtendi re, fruendiq;. &c. ¶ Ad hæc adnotandum est diuersam rem esse titulum dominij ab ipso dominio: id qđ negligētiùs quidā Parisiensium considerant: arbitrātes cum suo Cancellario eandem facultatem quę est dominium, esse & titulum. Enimuerò titulus, bat dominij est: seu radix ex qua pullulat. Est autē dominiorū titulus, vel natura, vel lex, vel cōtractus, vel electio, &c. Exempli gratia: Titulus dominij naturalis quod homo habet in terræ nascientia, est naturalis vita, quæ sine illis conseruari nequit, ratione cuius Deus & natura homini dedit vnà cum appetitu seruandi se ius etiam vtendi necessario alimento: veluti titulus iuris (non dicam dominij) quòd parentes habent in suas proles est naturalis genitura. Titulus autem quo quisq; propria possidet est ius gentium, quo facta est rerum diuisio. Titulus vero

Statuitur ac declaratur dominij definitio.

Facultas vtendi deriuatur

Obiectio cū sua dilutione.

vero episcopi est electio. Et titulus quo quis possidet domum est, vel natiua hæreditas, vel emptio, vel præscriptio, &c. Ex hac constituta definitione dominij colligitur differētia inter ipsum, & vsum, atq; vsum fructum. Dominium enim est facultas in substantiam rei: vsusfructus verò non nisi in eius qualitates & accidentia. In substantiam inquam rei, quia si est vsu consuptibilis, veluti cibus & vestitus, potest eā dominus cōsumere: sin minùs, potest illam donare & vendere, vt domum & seruum: quin verò & occidere, vt pecudem. At verò vsusfructus est ius alienis vtendi ac fruendi rebus, salua eorum substantia: vt habetur. ff. de vsufruct. & Insti. eod. tit. Nam qui habet vsumfructum agri vel hortorum potest non solum fructus edere, verum etiam & vendere: quin verò & agrum alteri locare. Nudus autem vsus est ius rebus alienis vtendi salua earum substantia, nō tamen fruendi. Quocirca vt habetur Institut. de vsu & habi. minus iuris est in vsu quàm in vsufructu. Fruitur enim ille re, qui in fructus habet plenam potestatem: quos scilicet non solum edere, verum quomodocūq; alienare potest: vtitur autem, cui tantum illis vesci licet: vel sua alere armenta: haud tamen illos aliter distrahere: vt qui habet nudum vsum agri potest illuc intrare, comedere poma, & fœno iumenta sua & pecudes pascere: vendere tamen fructus aut locare non item. Quapropter in vtrāque definitione dictum est alienis rebus, quoniā verus dominus non dicitur vsuarius aut vsufructuarius: sed ille qui præcisum habet vsum vel vsumfructum. Tametsi emphyteuta dicatur habere dominium vtile: ad differentiam dominij directi, quod simpliciter est dominiū. Hęc autem non sunt nostræ modò speculationis. ¶ Attamen quoniam mendicantium religionem profitemur, institutio nos admonet nostra circa hanc constitutam definitionem quadantenus disputare, an in rebus vsu cōsumptibilibus posit vsus à dño distingui. Res enim vsu non consumptibiles sunt, quarum vsus non est consumptio: veluti prædium, domus & huiusmodi. Res autem vsu cōsumptibiles sunt illę quarum vsus non est nisi distractio rei vel consumptio: veluti est pecunia cuius vsus est illam in alienum dominium transferre: & panis, cuius vsus est ipsum comedere. De his enim quæ vnico actu consumūtur (vt grauius sit dubium) sermo nobis est in proposito: nam in veste, licèt vsu atteratur, tamen quia non vnico actu contrita perit, posset vtcūq; discerni vsus à dominio. Mouemus autem potissimè dubium propter institutum eorum qui sub sancta Regula diui Francisci degunt, & eorum qui ex nostris in eodem instituto perseuerant. Aiunt enim Minores omne abdicasse dominium: adeò vt neq; pecuniæ, neq; pane, neq; eduliorum quibus vescuntur dominio fungantur vt possint dici (si fuo vti licet verbo) proprietarij. Neque verò tantum inter Theologos his hæc controuersa est & contesta ta, verum & à Summis Pontificibus varię sunt de hoc pronuntiatæ sententię. Extat enim Cō stitutio Nicolai. iij. in cap. exijt qui seminat. de verbor. significa. lib. 6. vbi declarādo dicta Gregorij aliorumq; Pontificum luculenter affirmat, per multisq; adiectis verbis confirmat, Fratres Minores nullū habere dominium, neq; in commune, neq; in particulari vtēfilium, aut vtēstualium: sed meros esse vsuarios. Dominium autem pecuniæ semper apud erogantes remanere, cibariorum verò & vtensilium apud Sūmum Pontificem. Eadem ferè extat sententia Clementis. v. Clement. Exiui de paradiso. eod. titul. Contrariam verò sententiam his obiecit Ioannes. xxij. in Extrauagantibus, Ad cōdito- reni, &. Cūm inter nonnullos. &, quia quorundam. de verbo. significa. vbi indubius asserit, in rebus vsu consumptibilibus vsum minimè distingui à dominio: neq; vllo pacto posse ab illo separari. Res certè est difficilis. Et primum, vt ab ipsa natura rerum initium cōtà arguendi sumamus, apparet quòd cum vsus huiusmodi rerum sit earum consumptio, nemo possit re vti nisi tanquàm verus dominus. Verum enim dominium, si eius definitionem suprà constitutam respicias, in hoc consistit ꝙ in omnē vsum res posit assumi: postquàm autem consumitur, nullus fit eius reliquus vsus. Vnde sanctus Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. pro constanti habet, in vino, & in pecunia, & in rebus hūiusmodi neutiquàm cōputari seorsum posse vsum præter rem ipsam: sed cuicunq; conceditur vsus, eidem concedi rem, atq; adeo eius dominium.

Et tamen si vsus huius generis rerum à dominio secerneretur, fieret inde apertè consequēs, posse locari vsum distincto pretio ab illo quo res æstimatur, vt qui mihi daret pro esu tantū, & insuper pro capone quantum valet. ¶ Secūdo loco iuris authoritate arguitur: nam. ff. de vsufru. earū rerum quę vsu consu. l. 2. cautio fit pecuniæ vsumfructum non posse legari absq; ipsa pecunia, neq; aliarum rerum, puta vini & olei, quæ vsu consumuntur: quia nemo potest his vti nisi consumendo: ob idq; quantum ex illo titulo syncerè colligitur, vsus fructus harū rerum ad genus quoddam mutuationis spectat. Ille enim cui vsusfructus pecuniæ vel fru-

Discrimē inter dominū vsum ac vsumfructū.

Vsusfructus

Vsus nudus.

Emphyteuta

Quæstio grauis.

Nicolaus. 3.

Clemens. 5

Ioannes. 22.

Primum argumētum ad partē affirmatiua.

S. Thomas.

Secundū argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽti legatur, tenetur cautionem dare quòd to tam rem restituet legitimo hæredi. Et. ff. de vsu fru. & quemadmod. quis vtatur. L omnium. §. constituitur. prohibetur vsumfructum perpetuum esse, nè inutilia sint dominia: nam frustra esset rei dominium, qua nunquàm liceret vti. Ex his ergo sumitur argumentum: Si panis & vini mendicantium vsus est apud illos: & talis vsus vt nunquàm rem teneantur restituere: cõpertissimum sit & dominium esse penes eosdẽ. Respondent autem hac distinctione vsus. Aiũt inquam, vt habetur in dicto cap. exijt. duplicẽ esse rerum vsum: alterum videlicet iuris: atq; alterum facti. Vsus iuris est cõcessio legis: & hic in hisce rebus non separatur à dominio: hoc tamen aiunt carere mendicantes. Vsus autem facti est actio ipsa comedendi & bibẽdi: atq; hic tantùm illis conceſſus est. Sic ait Nicolaus Põtifex eodem capit. exijt. At verò distinctio hæc non est intellectu tam facilis, quàm dictu. Nam vsus iuris non alius intelligitur quàm qd ius ex voluntate domini permittit: Legauit mihi quisquã vsumfructũ pecuniæ, inde fit vsum esse mihi legitimũ. Si ergo legitimus, ſt ergo iure cõcessus. Pari modo si erogas mẽdicãtipanẽ, cur vsus ille mẽdicantiũ non erit iuridicus? Accedit huc quod eodem loco ait Papa, perinde illis concedere vsum, ac si essent vere domini: Ioannes. 22. quin verò Ioãnes. 22. palàm ingenueq; fatetur nullum sehabere dominium rerum mendicantium: & si quod habet, libentissime renuntiare. ¶Hisce tamen minimè obstãtibus, si quæstio non tantùm de nomine est, ſt tuitur conclusio in gratiam Mendicantium, quæ sit huius articuli secunda. Vsus rerum comestibilium & vtensilium distinguitur quodam pacto à dominio: ita vt mendicantes absq; vlla (vt aiunt) proprietate illis vtantur. Ad verum dominiũ non sufficit vt cui liceat rem consumere: sed requiritur prætereà vt possit ipsam (quod in definitione positum est) in omnẽ vsum absumere: puta alienare, vendicare in iudicio, legare, negligere, &c. Minoritæ autem nõ possunt neque cõuentu iuncti talibus modis rebus suis vti. Quin verò qui pecunias illis largiuntur, posſunt pro libito amouere quoties libuerit tanquàm veri domini. Aliorum verò vtensilium, atque alimentorum Papa se dominum pronũtiat. Itaque quemadmodum dum quis amicos conuiuio excipit non facit eos dominos esculẽtorum & poculentorum, quibus mẽsa extruitur: quia neq; illis facit facultatem illa surripiẽdi vt in proprias domos importent: sed tantũ vt sedentes vescantur illis: eodem pene modo Papa inuitat quotidie fratres quibus tãtum facit facultatem edendi ac bibendi, vestiendi, &c. Quare etsi is illa de medio tolleret, nullam eis faceret iniuriam: neq; esset habẽdus tanquàm fur & latro, sed tanquam dominus qui sua repetit. Facit in fauorem huius cõclusionis illud Act. 2. vbi habetur, Omnes credentes habuisse omnia communia. quod de illis intelligendum est qui Hierosolymis agebãt: omnia ergo vsq; ad alimenta erant illis communia, & gerebant se veluti conuiuæ ad mensam conuiuatoris.

Secunda cõclusio.

Probatur cõclusio.

Ioannes. 22.

Similitudo quiappositа

¶Prætereà egomet mihi hac ratione idem ad Secundã cõclusionẽ. struxerim. Fatentur nanq; impugnatores huiusmodi paupertatis, posse monachos habere proprium in cõmuni, licèt nemo illud habeat in particulari. Vtamur ergo confessione sua: Possum ego particularis monachus vesci communibus quanuis non sim particularis eorum dominus: potest ergo pari modo totus conuẽtus & totus ordo eisdem vti, tametsi omni careat dominio. Neq; multũ mouere debet verbum Ioãnis. 22. dicentis se abdicasse tale dominiũ. Primũ quia id non fecit legitimè, & si fas est dicere, nec iustè: sed certè in odium forsan Occhã & aliorũ sui ordinis qui fuerunt ei infestissimi. Deinde quia suam renuntiationem successores eius in eãdem sede nondum probãrũt: sed exemplo suorum antecessorum idem retinent dominium. Eandem conclusionem corroborat Lex, Deutero. 23. qua ingredientibus vineam pròximi permittebatur vuarum vsus absq; dominio. Ait enim, Ingressus vineã proximi tui comede vuas quãtum tibi placuerit, foràs nè efferas tecum. Non ergo faciebat vuarum dominum, vt posset vendere aut pro alia re cambire: sed tamen vt tanquàm conuiua pasceretur. Item Insti. de vsu & habitatione. ei qui fundi nudum habet vsum, nihil vltertius cõceditur quàm vt holeribus, pomis, floribus, &c. ad vsum quotidianum vtatur: videtur ergo vsum illic distingui à dominio. Ad idem pertinet quòd qui extrema laborat necessitate potest alieno pane sibi succurrere, non tamen vt illum vendat: quare profectò non videtur illic transferri dominium, sed alieno legitimè vti. Tametsi vbi quispiam laboraret inopia panis, posset rem aliam capere quam cum pane permutaret. Et sumitur coniectura quòd non transferatur dominium in extrema necessitate, ex eo quod aliàs ille qui sub illũ articulum misero non succurreret, maneret restitutioni obnoxius: nam si tenebatur transferre dominium in alterum, perinde habuit ac si retineret rem alienam. ¶Hæc profectò rem faciunt multum probabilem, ex quibus modo aliquo clarescit id quod ait Nicolaus Papa: scilicet q Minores habent

Vsus facti: vsus iuris.

habent vsum facti, & non iuris: puta vsum in actu, & non in habitu. Vsus enim iuris seu in habitu est quando talis vsus non potest à domino impediri: qualiter non est apud Mendicantes: sed tantum dum actu vescũtur. Secus autem res habet in pecunia: nam cùm talis vsus sit illam alienare, assumitur in omnem vsum: atq; adeò nemo ea legitimè vtitur nisi verus dñs. Et per hæc respondetur ad rationes in cõtrarium. Ad primum enim dicẽdum, q etsi post consumptionẽ harũ rerum nullus alius reſtet vsus, non tamen continuò sequitur vt assumatur in omnem vsum: quod ratio dominij desiderat. ¶Sed arguis instantiùs. Si mendicantes nõ possunt illas alienare, illud est quia sunt lege prohibiti, sicut pupili & primogeniti: non ergo obstat quo minùs sint veri domini sicuti illi. Negatur antecedens: quoniam nulla ciuili lege prohibentur illa vendere vel donare, &c. Sed quia verus dominus eius modi facultatem eis non permittit. Ad iura autem superiùs allegata, & ad autoritatem diui Thomæ, negatis in hisce rebus posse seorsum computari vsum ac dominium, respondetur, soluni illis iuribus cõstitui quòd non posit seorsum pretium sumi pro vsu aliud à pretio rei. Haud tamen negant quo minus dominus possit vsum restringere vt aliter illo duntaxat modo vtatur, & non omnibus modis qui requiruntur ad verum dominium.

Ad primam rationem.

Obiectio.

Dilutio.

Ad secundã rationem & ad D. Tho.

Ad primum argumẽtum principale.

ARgumẽta in capite quæstionis obiecta fatis liquidò soluta sunt. Primi enim secũda præmissa, falsa est: nempe dominium & ius æquipollere: imo ratio dominij plus ponit quã ratio iuris: & inde, ius, generalior vox est. Et pariter respõsum est ad aliud: nempe non sufficere ius illud Mendicantium in cibos & vtensilia, vtraq; præmissa vera est, vt secunda conclusio ostendit: scilicet mendicantes alimenta vestimentaq; consumere, quorum tamen non sunt domini: non tamen inde fit consequens definitionem nostram non esse legitimam. Imo per eandem docetur non esse illarum rerum dominos: quippe cùm nequeant illa abalienare.

Ad secundi argumenti.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm tantùm Deo, intellectualibusque ac rationabilibus creaturis cõpetãt rerum dominia.

REſixa ergo dominij definitione subsequitur articulo secundo eius subiectum explorare: videlicet inquirere quibus propriè competat rerum dominiũ: an scilicet solis post Deum angelis atq; hominibus. Arguitur enim ꝙ brutis animalibus suo ordine congruat dominiũ, vt puta herbarũ: quæ, vt legitur Gene. 1. concessæ illis sunt in pabulum. Quin videtur Dux apud dominium in suum gregẽ obtinere: & inter grues illa quæ aciem ducit apparet cæterarum esse regina. Et inter feras ferocissimus Leo dominari videtur reliquis bestijs: & accipiter dominatum pariter gerere in miseras aues. ¶Secundò ad idem arguitur de inanimis cœlis qui huic sublunari mundo dominãtur: vtpote cui calorem, virtut: mque influunt quibus fouetur ac vegetatur. Vnde Aristotel. 1. Meteor. Necesse est mundum hunc inferiorem subiectum esse lationibus superioribus, vt eius inde virtus gubernetur. Vnde Gen. 1. creatus legitur esse sol vt præsit diei, lunaq; vt præsit nocti. ¶In contrarium tamen est quod eodem loco Gene. 1. solis hominibus adiudicatur orbis dominium. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram: & præsit piscibus, &c.

Primum argumẽtũ pars tis negatiuæ

Secundũ argumentum.

Aristot.

DE hac quæstione Neoterici, Gersonẽ ducẽ sequuti, multa comminiscuntur rationi parum consona. Ille nanq; grauis alioqui autor, cõplures dominiorum species locis supià citatis multiplicauit. Inter quas & multa tribuit dominia brutis, multaq; subinde insensilibus rebus: vt argumentis suprà formatis explicatum est. Hæc autem (bona venia dixerim) an tã ratione & iudicio inuenta sint, quàm pro libito asserta, examinare oportet. Etenim rerum naturam consulentibus illicò fiet compertum rationem dominij non tam latè patere. ¶Sit ergo hæc prima conclusio. Solis illis qui intellectu & libero arbitrio vigent, conuenit dominã di ratio: illisq; adeò solis habere rerũ dominiũ. Nempe cũ primis Deo, mox intellectuali naturæ angelicæ, deinde rationali homini. Deus inquam, cuius (vt ait Psalm.) terra est, & plenitudo eius, iure creationis dominium gerit ac principatum rerũ omniũ, quas ipse condidit: vt habet Sapientis illa confessio: Dominus vniuersorum tu es. Fuit quidem ab æterno, potestate Dominus: ab orbe tamẽ condito, vsu & actu. Nam anteà nullæ erant res quæ illi parerẽt. Est enim nefas cousq; abuti nomine (quod quosdam non deputet) vt dominium inter diuinas Personas nominetur: quippe cùm nihil in

Ioan. Gers.

Prima conclusio.

Quarum rerũ Deus habeat dominium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deò sit conditæ ipso inferius, sed quicquid illic est, infinitum existit. Neq; verò filius vllo pacto subijcitur patri: vt pote cui summè æqualis est: Ob idq; tota Trinitas par habet dominiũ, idemq; absolutum creaturarũ non solùm quãtum ad vsum, verùm & quantum ad earum naturas: vt pũta cui non modò pro suo arbitratu cunctis vti liceat, verùm & earum naturas creare, annihilare, ac præter naturę leges alterare: vt ignem ne calefaciat impedire: aquã absq; igne calefacere: & tanquàm dominus vitæ & mortis, non solùm reliqua animalia, verùm & homines vita priuare. Angeli autem dominium habent suarum tantùm naturalium actionum: mundi verò huius non perinde atq; homines. Quandoquidem propter ipsos, qui nullo egẽt commodo, nequãquã creatus est: sed propter solos homines quibus angeli sunt administratorij spiritus. Tametsi ipsorum Hierarchiæ per suos Principatus ac Dominationes sint distributæ: alijq; adeò alijs imperẽt. Hoc autem parũ ad rem nostram attinet. Descendamus ergo ad genus nostrum, cui soli competere demonstremus sublunariũ dominium. Primò: Dominus, nisi ineptissimè voce abutamur, ille solus est in cuius facultate est situm, re sic, aut aliter in suum commodum vti: hoc autem nisi per intellectum ac volũtatem nemini cõgruit: solus ergo homo in terris dominij ratione fulget. ¶ At quò res clarius elucent arguitur secundò: Dominium exterarum rerum nemini nisi hac ratione conuenit, quòd sit ipse suarũ actionum dominus: dominium enim quod quisq; habet in suas actus causa est & radix eius quã habet in alias res: est autem solus homo suarũ actionum dominus (vt. 1.2.q. 1. autor est sanctus Tho.) per intellectum & voluntatem: eãdem ergo ratione ius illi soli conuenit vt dominus sit aliarum rerum. Minorem huius argumenti præter S. Tho. vel vsus ipse loquendi hominum demonstrat. Dum enim quis mente capitur, dicitur non esse sui ipsius dominus, sed sui impotens. Maior autem in ratione naturali posita est. Etenim qui sui non est dominus, esse nequit aliorũ. ¶ Sed & testimonio suprà citato scripturæ sacræ, quæ interpres naturæ est, eadem conclusio tertiò comprobatur. Dixit enim Deus Genes. 1. Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibꝰ cœli, & bestijs, &c. Hoc est, in hoc eum faciamus ad nostram imaginẽ, vt reliquæ creaturarum vniuersitati, quæ nostra caret imagine, dominus constituatur: fieri autem hominem ad imaginem & similitudinem Dei, est fieri intellectu & volũtate liberũ

Angeli quibus reb⁹ dominentur.

D. Thomas.

Tertia ratio cõclusionis.

Conclusio ostenditur.

hæc enim est facies Dei. In reliquis namq; creaturis vestigium eius tantùm relictum est, sicuti humani pedis relinquitur in puluere, per quod eiusdem hominis facies agnosci nequit. Igitur quia duæ istæ potentiæ, intellectus & voluntas, communicatæ sunt homini, per hoc conditus est ad imaginẽ Dei: indeq; adeò ius sortitus est dominandi in cæteras animantes, rationis expertes. Haud equidem ignoro quosdam distinguere inter dominium regale & naturale: dicentes ad priorem speciem libertatem requiri: non autem ad secundam. verùm tamen hoc gratis dictum est: quia natura ipsa nemo est dominus rerum, nisi qui dominus est actionum suarum, & ideo neq; rerum. ¶ Quartò arguitur. Dominium quempiam rei gerere (vt suprà ostendimus) est ipsa vti: brutæ autem animantes vti neutiquàm possunt: ergo neq; vllum habere dominium. Minor est S. Thom. 1.2.q. 16. vbi docuit brutis non competere vsum, secundùm illud August. lib. 83. q. Vt aliquod nõ potest animal, nisi rationis particeps. Et ratio est, quòd vti est rem in finem ordinare, quandoquidem voluntas est finis: vsus autem mediorum ad finem: & pecudes nihil agunt propter finem, quippe quem non cognoscunt: sed agũtur potius naturę instinctu. ¶ Et simili insuper ratione id confirmatur. Domini enim est imperare: hoc autem idem est quod rem in alium finem ordinare: quod ideo à brutis alienissimum est, vt idem sanctus Thom. q. statim. 17. commonstrauit. ¶ Quintò ad eandem conclusionem arguitur. Quicunq; dominiũ habet cuiuslibet rei, iniuria afficitur dum illi auferitur. Bruta autem animalia neque iustitiæ capaces sunt, neque iniuriæ, neque quam non cognoscunt fœlicitatis. 10. Ethicor. capit. 8. Cuius ratio est, quòd cùm non sint liberæ, non sunt sui iuris: sed quicquid sunt, hoìs sunt, propterquẽ Orbis cõditꝰ est. Et ideo qui iumẽto & armento vel pabulum sustulerit, vel vitam, nullam ei irrogauit iniuriam, sed domino: & qui equo regis loco cedit, nullum ei honorem defert, sed regi: nullum ergo pecudes habent dominiũ neq; ius in herbas, sed tãtùm appetitum naturalem: atq; etiã potestatem. Quod si brutis nullum potest dominium cõpetere, liquidò fit multò minùs cœlis ac rebus inanimis conuenire posse. Est ergo homo hac ratione medius inter Deum & bruta. Nam irrationale animal nullum habet dominiũ. Deus verò supremum nempe & quantum ad vsus, & quantũ ad naturas rerum: sed homo quantum ad vsus: attamẽ quantũ ad naturã, minimè: vt postea ostendetur. Ad

Aug.

S. Tho.

Arist.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur perimendo totum antecedens. Haud enim bruta vllum habẽt herbarum dominium, quod eâdem ipsa Gene. autoritate contra citata comprobatur. Haud enim leguntur ibi herbæ pecoribus & iumentis concessæ, sed solis hominibus. Ecce enim, inquit, dedi vobis herbam afferentem semẽ super terram, &c. vt sint vobis in escam & cunctis animãtibus terræ. Ius ergo herbarum nõ est concessum brutis sed nobis pro illis quæ nobis seruiunt. Neq; in apibus est nisi metaphoricus rex, quia neq; examen in finem ordinat, sed instinctu naturę vna præit, reliquus q; exercitus sequitur. Multoq; minus aut feræ bestię aut rapaces aues dominantur cæteris, licèt illis velut alimẽto vtantur. Mox ad secundum pariter respondetur, cœlos longè minus proprie dominium habere eo significatu quo nomen in præsentiarum vsurpamus: sed dicũtur prædominari: quia eorum influxu hæc inferiora alescunt, fouentur, alterantur, ac summutantur. Sicuti & in singulis elementis illa qualitas dicitur prædominari, quæ alteri præeminet.

QVÆSTIO SECVNda, de rebus quarum homo est dominus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm rerum omniũ quæ sunt in mundo, sit homo iure aliquo dominus,

POstquàm constitutũ nobis est homini solum in creaturis corporalibus dominum rerum cõgruere, consequẽs est vt disputemus quotuplici quarũq; rerũ dominio fruatur. Et habebit quæstio duos articulos. Prior erit generalis: posterior verò de duobus dominijs peculiaris. ¶ At arguitur à parte negatiua, quòd non omniũ prorsus quę condita sunt in terrarũ orbe sit homo dominus. Etenim aut illi naturali iure cõueniret, aut diuino, aut humano. Non naturali: quia vniuersale dominium concessum est ei à Deo in eius creatione. Neque prorsus diuino: quoniam tunc iure charitatis esset homo dominus cuiuscunq; rei indigeret: eademq; charitate amissa, eodẽ decideret iure: nam Deum solis amicis suis cõdecet bona sua elargiri. Consequens autem est falsum & cõtra humanum morem, etiam Christianorum, in quibus multi iusti rerũ egestate premuntur, omnium dominio orbati: multiq; contrà iniqui & praui bonis huius mũdi, secũdum leges, quæ à diuina regula non exorbitant, potiũtur. Quòd autem iure merè humano nõ sit homo dominus, patet: quoniã antequam leges essent humanæ, Deus nostro generi indulserat rerum dominium, quod fundamentum est humani iuris quo carũ dominia diuisa sunt. ¶ Secũdò arguitur. Homo non est dominus elementorum neq; cœlorum: quia illa nõ sunt nominata Genes. 1. vbi homo cõstitutus est rerũ dominus. ¶ In contrariũ est quòd omnia facta sunt propter hominẽ: vt. 1. Politi. autor est Aristo. Et Dauid Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

IN hac quæstione illi recentiores Magistri, quorum superiori quæstione meminimus, quàm plurima confarcinant dominiorum genera. Ioannes enim Gerson sex connumerauit: alij verò vlq; ad nouem. Sed Conrado tractat. 1. q. 6. vigintitria collibuit recẽsere. Aiunt enim aliud esse dominiũ beatificum, quo beati potiuntur gloriæ: & aliud gratificũ, quod habent iusti in res omnes creatas, vt illis iure charitatis vti possint: iuxta illud ad Roma. 8. Diligẽtibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Et aliud est naturale: & aliud euangelicum, &c. Isti autem (vt salua eorum existimatione dixerim) duplici sinistra causa hæc dominiorũ genera gratis multiplicãt. Primò, quia perseuerãt credẽtes, idem esse dominium, quod iusmox, quòd dominia ex parte materialium obiectorum dissecãt: quæ quidem sectio, quia arte caret, in infinitum posset abire. Discerni quippe debet duntaxat secundum titulos ex quibus oriuntur. ¶ Sit ergo prima rei huius conclusio: Dominiũ quadruplex tantùm est: scilicet naturale diuinum, & humanum: quod diuiditur in duo, scilicet in illud quod de iure gentium oritur: & alterum quod acquiritur iure ciuili. Conclusio hæc firmior per se apparet, quàm vt pluribus confirmari indigeat. Dominia enim iure aliquo introducta sunt: ius autem (vt superioribus libris ambobus visum est) nisi naturale, & gentiũ, & ciuile: quibus & diuinũ additur positiuum: hoc est, quod non conuenit homini ex debito suæ naturæ, sed est ei diuinitus ad naturam superadditum. Hoc enim dicitur diuinum positiuum contra naturale distinctum: cuius etiam Deus autor est. Igitur quòd nõ sint plura quàm hæc dominiorum genera, inde patet

Prima cõclusio.

Dominiũ tãtum quadruplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd nullo præter hæc potest iure quispiam vllum obtinere dominiũ. Nulla ergo ratio permittit distinguere dominium originale, & beatificum, &c. Nam ius quo Adam defunctus est in lignũ vitæ, quod isti vocant originale, diuinum erat positiuum hoc est supra naturã concessum. Tametsi statui illi naturale quodammodo existebat: nẽpe quo possent homines non mori. Multò autem debiliori occasione noua species fingitur dominij Gratifici: operũ enim gratiæ non habemus dominiũ: quia non per nos, sed Dei fauore supernaturali ea exequimur. Et idem est de iure beatorũ. Nam primùm, licèt ius habeant gloria perfruendi: illud tamen non propriè est dominium, sed ius merum cõcessum à Deo, qui dominus est gloriæ. Aliàs cùm gloria in Dei visione consistat, eâdem facilitate diceretur beatus dominus esse Dei. Secundò & ius illud quando permitteretur dominium dici, diuinum est positiuum. Ius enim huiusmodi diuinum in rebus præcipuè est supernaturalibus: vt hoc nũc dictum: & ius euãgelicum, quo ministri ecclesiæ habent absoluendi à peccatis, cõferendiq; alia sacramenta, docendiq; fidem. Quod re vera ineptè dicitur dominiũ, sed est ius ministrorũ Dei. Quis enim mortalium dicatur sacramentis dominari? Extenditur etiam ius diuinum positiuũ ad res naturales. Quale est ius decimarum, quod ijdem habent sacerdotes: scilicet metendi (vt ait Paulus) temporalia pro spiritualium seminatione. Quanuis & hoc ius fundamento innitatur naturali, q̃ dignus est operarius mercede sua. Ideo nanq; exemplum à triturante boue Apostolus attulit. Ius item ac dominiũ quod Dauid habuit ad regnum, diuinum etiam fuit positiuum: quippe cùm à Deo fuerit electus, non sicut cæteri Reges à republica. Et dominium quo populus Israël in terram promissam potitus est. Quin verò & in angelos sunt qui cogitent nos dominio fungi propter assertũ Pauli ad Hebr. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministeriũ missi propter eos qui hæreditatem capient salutis? At verò abusus esset vocis, homines angelorum dominos appellare, quod vni homini Christo propriũ est: sed funguntur hac parte ministerio Dei. sicuti neq; inferorum dæmones tam domini sunt animarum quas cruciant, quàm diuinæ iustitiæ executores per supplicia quæ ipsi quoq; perferunt. ¶ Secunda conclusio. Homo dominiũ habet naturale, non solùm in omnes terræ fructus, verum etiam quodam pacto in elementa cœlestesque orbes, qui velut tectũ sunt sui domicilij. De terrenorũ dominio patet Genesis. 1. Faciamus hominem vt præsit, &c. Et rursus: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eã: & dominamini piscibus maris, &c. Illud enim dominium non censetur politium diuinum, sed naturale. Hæc enim iura & dominiorum genera non differunt ratione autoris: nam hac de causa omnia dominia dicerentur diuina: cum omnis potestas à domino Deo sit: sed differũt per hoc quòd naturale, est naturæ debitum: alterum vero, super naturam adhibitum: & dominium rerum congruit homini priori modo. Nam quatenùs homo, corporeus est, debentur illi ea quæ ad vitam eius sunt necessaria. Hac enim ratione collegit Aristoteles, omnia corporea esse facta propter hominẽ. Itaque quemadmodum licet Deus per miraculum creauerit homines, nihilo minus membra & potentiæ naturales naturæ suæ debita sunt: sic illa collatio dominij rerũ fuit explicatio quædã naturalis iuris veluti debiti humanæ naturæ, suppositæ eius existentia, quam ei per creationem gratis contulerat. Et pari ratione dominium habet quodammodo in cœlos, qui sunt veluti tecta suarum ædium: atque in elementa, inque solis calorem, & lucem quã vtitur: & in alias influentias: atque in pluuiam & niuem quæ illi naturali iure seruiunt ad vitam seruandam, atque ad alimẽta terrena operanda. Dictum est autem cum moderamine, dominium nos habere in cœlos, & elementa: quia non possumus, aut illa consumere vt terræ nascentia, aut eis vti vt animalibus. ¶ Tertia conclusio. Iure etiam humano, quod superiori libro in ius gentium & ciuile partitũ est, multis abundat homo dominijs. Iure enim gẽtium (vt paulo post dicemus) propria dominia diuisa sunt: vt meum & tuum audiretur in orbe. Iure autem ciuili, hoc est cuiusq; ciuitatis seu regni proprio, multa quoq; mortales possident: vt iure præscriptionis, iure hæreditario, iure primogenituræ, &c. Hæc autem omnia clara sunt & patentia. ¶ Illud autẽ quod Gerson, & latius Richardus tractat. 1. q. 2. de dominio gratifico differunt, animaduersione opus habet. Bifariã enim & per vtrumque extremũ peccare de hac re contingit. Isti quippe nostri nati autores aiũt, eos qui in amicitiam Dei per eius gratiam recipiũtur, dominio fungi in res, quę alio ab ipsis titulo non possidẽtur: vt puta in res oẽs cuiuscũq; possessoris, quia iure charitatis possint omnibus vti. ¶ Cõtra hos autẽ ita tuetur quarta cõclusio. Qui est in gratia Dei, nihilo plus habet aut dominij aut iuris vtendi re aliena, q̃ qui est in peccato: vterq; enim extrema necessitate vti potest rebus sibi necessarijs, cuiuscunq;

Secunda cõclusio.

cuius: cunque sint possidentis: ne uter tamen citra illam. Cuius porrò contrarium, & falsum est, & assertu periculosum. Enimuerò titulus quo mortales dominio rerum donati sunt, nõ est charitas, vt Wicleff: & lib. 10. Armachanus, falsò arbitrati sunt: sed ius (vt diximus) naturale aut humanum. Deus nanq; solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos: & ideo quãtunuis quis charitate polleat, nullum tamen ius nouum in res has caducas & lubricas acquirit: sed in regnũ cœlorum: de cuius tantùm hæreditate ait Paulus, Si filij, & hæredes per Christum. Neque mos & vsus reipublicæ Christianæ admittit vt charitatis titulo quis valeat aliena rapere: imò vero per hoc ab eâdem charitatis virtute decideret. Quin etiam Christus hæc omnia contenuere nobis iussit. Neq; Paulus ipsis sanctis euangelij concionatoribus alio titulo concedit posse temporalia metere, quàm velut laboris mercedem, quia spiritualia seminant.

Charitatem nõ elle rerũ possessarũ titulum.

¶ Illud autem quod pro se illi adducunt, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ: nullo colore eis patrocinatur: quoniam Paulus nihil aliud voluit quàm quòd diligentes Deum, nullis superantur turbulentis incursionibus huius mundi, sed cunctis vtuntur ceu virtutum suarum adminiculis. Et quòd adijciunt, amicis omnia esse communia: hoc tantùm cõcipiunt quòd amicis Dei communia sunt eius sempiterna bona. Nam hæc temporalia non sunt digna quę velut præmium ipse charis suis impartiatur. Tametsi iustos (vt ait Psaltes) in necessarijs non derelinquat. Hoc autem per eleemosynas prouidet, aut alia via legitima. Nam si charitatis titulo ius cuipiam faceret vsurpandi res alienas, paci tunc & tranquillitati reipublicæ offendiculum poneret. Horum enim temporalium tituli debent esse in foro exteriori patentes: vt quisq; palàm sciat quid à se iure, quidque iniuria petatur. Charitas autem in pectore delitescit. Parum profectò hęc abest opinio ab illa Lutheranorum, quam. c. 4. super epistolam ad Roma. impugnauimus: sanè qui ex illo verbo Pauli de iusto Abrahã & semine eius, vt hæres esset mundi, illum exprimunt sensum quòd liceat iustis quocunq; mundi cibo, & vestitu, ornatuque ac delicijs frui. Sed de hac falsitate nihil ad præsentem locum. ¶ Ex eâdem radice, nempe charitatem esse rerum possessarum titulum, Wicleffistæ in quos (vt dicebamus) Armachanus lib. 10. cap. 4. impegit, illum exprimunt sensum, quòd nemo extra charitatem vllum retinet vel spiritualium ius vel temporalium dominium. Est autem hæc falsa hæresis, sæpe ac sæpius condemnata. Nam licet iniquus per modum meriti non sit dignus pane quo vescitur, neque qua viuit vita (vt Augustinus & reliqui Sancti aiunt) perstat tamen in eo naturæ ius, vt sole fruatur, quem Deus oriri facit etiam super malos. Celebrat enim scriptura sacra multos reges, etiam dum erant in peccato, non solùm, Gẽtium, vt Nabuchodonosor, & alios tã Chaldæorum quàm Persarum: verùm & Hebręorũ: vt Saũlem, Salomõnem, quin & ipsum Dauidem. Missum præterea facimus quãta in certitudinis nebula obtenebratam sanctam ecclesiam susq; deque vesania hæc confunderet. Nam huiusmodi oppugatio nõ est præsentis loci. Haud tamen eadem nota Gersoni & Richardo inurenda est, qua denotantur hæretici: quoniam secundùm illos, licèt ille qui gratia Dei decidit, ius charitatis amittat fruendi alienis rebus: retinet tamen naturæ ius, quo suas proprias possidet, atq; alia iura, siue ecclesiastica, siue ciuilia.

Ad primum argumentũ.

ARgumenta igitur non alia noua indigent respõsione. Iam enim negata est illa consequentia primi argumenti: videlicet, Dominium rerum fuit homini à Deo donatum ergo non est ei naturale: quoniam fuit, non tanquàm naturæ adhibitum, sed tanquàm naturæ debitum. ¶ Et ad secundum etiam respondetur, quòd licet substantiæ cœlorum non sit homo dominus, vt possit eos alterare: est tamen dominus, quia eis vtitur tanq̃ domicilio, & ad alia naturalia cõmoda. Et multò melius est elementorum dominus: vt aëris ad respirationem, & maris ad nauigationem, & terræ ad culturã, & ignis pariter ad meteoras impressiones.

Ad secundũ

ARTICVLVS. II.

Vtrùm homo homini dñs esse possit.

COnsequitur in hoc secundo articulo de hac singulariter dominij specie dicere: an videlicet esse possit homo alterius hominis dñs. ¶ Et arguitur contra affirmatiuã partem. Nullũ ius potest naturali derogare: naturali autem omnes homines nascuntur liberi: id legis ipsis latoribus planè confitentibus, in titu. de iure perso. & ff. de sta. homi. libertas. quòd seruitus sit qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. Et Gregorio idem asserente, vbi ait contra naturam esse homines hominibus dominari: ratione quę id demonstrante: nam homo eo cæteris animanti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus præstat, quòd ratione viget & libertatis arbitrio: ergo nullo iure in genus nostrum obtrudi seruitus potuit. Fecit enim Deus hominem rectũ, vt habetur Ecclesia. 15. & posuit eum in manu consilij sui. Atq; hac de causa homo, cùm primum creatus fuit, cæteris ore Dei prælatus est creaturis: non autem homini. ¶ Secũdò id præcipuè confirmatur in Christianis. Haud eñ decet vt quos Christus in filios Dei adoptans libertate donauit, serui esse permittãtur: nam vt ipse Dominus intulit Matth. 17. Liberi sunt filij. ¶ Contrarium decernunt iura titulis citatis de statu homin. & in Institu. & prętereà Arist. Poli. 1. quibus locis multiplex seruitutis species distinguitur & approbatur.

Prima conclusio.

AD hanc quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima est. Homo tam iure naturę q̃ iure gentium potest esse alterius hominis dominus. Duplicem enim seruitutem scitè Arist. dignouit. 1. Poli. Alteram quidem naturalem, alteram verò legalem. Naturalis est qua homines elegantioris ingenij reliquis hebetibus ac rudibus dominantur. Animuerò vt in eodem homine anima corpori: ita & in toto humano genere, homo homini (vt ait Comicus) longe præstat. Quocirca sagax ipsa natura alios homines ingenio ad imperãdum dotauit, alios verò corporeis neruis ac membris irroborauit ad seruiendum. Et quòd ista dominatio naturalis, recta sit, probatur: nam hominis natura est vt secundum rationem viuat, atque adeo eidem obtemperet: ergo sicut perfectio appetitus sensitiui in homine est rationi parêre: ita & inter homines perfectio agrestium scientiarumque rudium est, sapientium gubernatui subdi. ¶ Altera est seruitus legalis. Et hæc est duplex, vt in instituto de iure person. refertur. Alij enim sunt serui qui libere cùm ætatem viginti annorum excesserint, vendunt sese, causa participandi pretium. Cuius quidem seruitutis vsus fuit in lege veteri. Legitur enim Exod. 21. Si emeris Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo autem egredietur liber. Et Leuitic. 25. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non opprimes eum seruitute famulorum. & infrà, Seruus & ancilla qui in circuitu vestro sunt, hoc est ex Gentilibus, hos habebitis famulos & hereditario iure trãsmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternũ. Fratres autem vestros, filios Israel, non opprimatis per potentiam. Interiectum ergo erat discrimen quòd serui ex Gentibus esse poterant perpetui: Hebręi verò minimè: sed temporarij. ¶ De hac ergo seruitute ponitur secunda conclusio. Talis seruitus est licita. Nam etsi homines facti sunt à Deo liberi: tamen tam innatũ est animantibus cunctis desiderium ac ius seruandi vitam, vt possint se eius gratia miseri in seruitutem adigere. Nam licet, Non bene pro toto libertas venditur auro: vendi tamen pro vita fas est, quæ omni est pretiosior auro. Imò & parentes egestate compulsi, liberos suos antiquo iure vænundare permittebantur: vt eodem loco Leuit. 25. memoriæ proditum est. Et cap. de patribus qui filios suos distraxerũt. l. 2. & inst. de patria potest. in glossa: licèt iam inter Christianos huiusmodi leges non sint in vsu. Aiunt tamen apud Æthiopes eundem ad huc vigere morem: quò ad eorum mercatum Lusitani adnauigant. Quòd si liberè vęneunt, non est cur mercatura illa crimine vllo denotetur. Veruntamen si, quæ iam percrebuit, vera est fama, diuersa est ferenda sententia. Sunt enim qui affirmãt fraude & dolo calamitosam gentem seduci: inescariq; nescio quibus iocalibus, & astu pellici versus portum, & nonnunquàm compelli: & sic neq; prudentes, neque quid de illis fiat opinãtes, huc ad nos transmitti & vænundari. Quæ si vera est historia, neq; qui illos capiunt, neque qui à captoribus coëmunt, neq; illi qui possident tutas habere vllq; conscientias possunt, quousq; illos manumittant: etiam si pretium recuperare nequeant. Nam si qui rem alienam possidet, etiam si mercatu vel alio iusto titulo eam acquisierit, cùm primum alienam esse resciuerit, tenetur cum pretij etiam dispendio domino reddere: quanto magis liberum natum hominem, per iniuriam manu captum, astringitur in suam restituere libertatem? Quòd si quis id sibi prætexere cogitauerit, quòd præclarè cum illis agitur dum pro seruitute beneficium eis Christianismi rependimus, iniurium se nouerit esse in fidem, quæ summa est libertate docenda ac persuadenda: tantum abest vt eorum excusationem Deus admittat. ¶ Tertia seruitutis species est etiam legalis. Vnde (vt lege citata &. ff. de stat. ho. l. libertas. docemur) seruitutis nomen deriuatum est. Videlicet quòd Imperatores bello captos vendere, neque occidere solent, sed seruare. Et isti dicuntur mancipia: quia victores, quos gladio transfigere possent, manu capiunt, vt seruent. ¶ Ac de ista seruitute subditur tertia conclusio. Non modò est licita, verum de misericordia profecta. Si enim quis gratia sustinendæ vitæ libertate se priuare potest, satius quisque ducere debet seruituti quàm morti tradi. ¶ Est autem latum inter has seruitutis species interuallum. Nã genus illud dominij seruitutisq; naturalis non plenam attingit

Duplex seruitus ex Aristot.

Seruitus legalis duplex

Secunda cõclusio.

Tertia cõclusio.

tingit rem, quam nomẽ sonat, secundũ ea quæ præcedẽti quæstione explanata sunt. Seruus enim secundæ ac tertiæ speciei, quia liber non est, quicquid est, domini est: neque dominus eo vtitur in bonũ ipsius serui: sed ad suam propriam vtilitatẽ, sicuti iumento. Vnde Institutio. Per quas perso. nobis acqui. §. item vobis. & de acquirendo rerum dominio. l. etiam inutis. quicquid seruus acquirit, adiudicatur domino. Quamuis & inter duas istas seruorum species nonnihil mihi videar discriminis inspicere. Illi enim qui sẽ inopia presi seruituti mancipârunt, quia liberè se pretio vendidêre, fugere iure nequeunt: sicuti neq; furari quem vendidissent equum: seruos autem bello captos non auderem in has cogere angustias. Est quidem glossa super. c. ius gentium. d. 1. quæ ait seruos in genere non posse aufugere: quam sententiam elicit ex cap. si quis seruus. 17. q. 4. sed tamen illud caput solum prohibet nẽ quis seruum vt recedat solicitet: quod de emptitijs intelligi potest. Neq; (vt reor) discrepantia est inter Christianos atq; infideles: quoniam ius gẽtium gentibus cũctis æquale est. Quãuis Christianis etiam à Christianis captiuis congruentiori ratione fugere liceat: nisi pollicitus quis nõ fugere, suam impignorauerit fidem: quam porro seruare constringitur. Pariformiter mihi videor verè ac legitimè inter has seruorum species distinguere quantum ad ea in quibus tenentur dominis seruire. Christiani nanque à Christianis bello capti, non tenentur vt mancipia seruire: neque eorum bona, nisi quę tunc in bello in prædam deuenerint, sunt dominorum. Imo neq; mancipia quæ ab infidelibus Christiani iure belli arripiunt, sic arbitror quicquid sunt dominorum esse, vt quicquid vel dono susceperint, vel hæreditario iure, vel licito ludo fuerint lucrati, teneantur in conscientia dominis exhibere: quoniam cùm non sua spõte in illam conditionem inciderint, non est eorum miseria tanta afflictione coërcenda: quandoquidem, vt est in Regulis iuris, Fauores ampliandi sunt: pœnæ verò restringendę. De illis autem qui seipsos vendiderint, aliquantulò est ratio apparẽtior, q̃ quicquid sint, dñi sint, iuxta præscriptum legum, quas nuperrimè citauimus. Tametsi de horum omnium iudicio, iuris prudentibus deferendum est. ¶ Veruntamen de prima specie seruitutis longe aliter speculandum est. Etenim qui natura est dominus nequit natura seruis veluti rebus possessis in suum ipsius commodum vti: sed tanquam liberis suique iuris hominibus in rem ac bonum ipsorum, eos scilicet docendo moribusque instituendo. Quapropter neq; illi tenentur, veluti mancipia eis seruire: sed æquitate quadam & honestate naturali, nisi vbi essent mercede cõducti. ¶ Et per hæc satisfieri illis debet, qui sciscitantur vtrum iure naturalis dominij possimus Christiani infideles armis infestare; qui pro suorum morum ruditate, naturales videri tur esse serui. Nullum enim inde ius contra eos acquirimus vi illos subingandi. Eò quod seruitus illa libertatem non tollit, veluti illorum cõditio, qui vel se vẽdiderũt, vel bello capti sunt. Et cum fundamẽtum dominij sit libertas, nullum amittunt suarum rerum ius. Aristoteles enim non solùm cõstituebat illam seruitutẽ inter vnam nationẽ & aliam: verùm inter personas eiusdem vrbis, & eiusdem domus. Sunt enim in eâdem Christianorum vrbe natura serui, qui tamen non subinde possunt suis expoliari: etsi parêre natura dominis renuant. In eo autem quod idem ait Aristoteles eodem. 1. Politicor. cap. 3. scilicet quòd sicut bestias venari, ita contra eos homines qui ad parendum nati sunt possumus bellum moliri: eatenùs audiendus est, quòd illos qui ferarum more palantes oberrant, nulla seruantes gentium fœdera, sed aliena petentes quocunque grassantur, possumus vi abigere & subigere, & in ordinẽ cogere. Sed de hoc latius in libello nostro De ratione promulgandi Euangelium: vbi de dominio & iure quo Catholici Reges in Nouum Orbem oceanicum funguntur, amplior patebit dicendi locus.

Quando liceat seruis fugere.

Quibus rebus possint serui vti tanquam proprijs & quibus seruis possint.

Ad argumẽtum.

AD argumentum ergo in contrarium respondetur per seruitutem non contrari aut propriè derogari naturali iuri. Haud enim ius naturæ prohibet seruitutem, tanquam peccatum: aliàs nunquam esset licita. Sed (vt. 4. senten. distin. 36. author est sanctus Thom.) bifariam aliquid est à natura intentum: Vno modo secundum intentionem primam, quemadmodum generationem intendit, corruptibilis naturæ conseruatricem: Altero modo quantum ad secundam intentionem: quo pacto corruptionem intendit vt generet. Vnde Aristot. 2. cœli, text. 37. senium ait esse præter naturam. Simili ergo ratione aiunt iura, seruitutem esse contra naturam: nempe contra primam naturæ intentionem, qua cupit omnes homines secundum rationem studiosos esse. Attamen illa deficiente intentione, ex culpa subsequuta est pœna, quæ est conformis naturæ corruptæ. Atque inter pœnarum genera vnum est legalis seruitus. Nam ex peccato originali subsequuta est egestas & bellorum turba, quæ homines in seruitu-

Intentionũ distinctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruitutem adigunt.¶Quare neq; Christianis eiusmodi seruitus repugnat. Christus enim liberos à lege nos tantùm peccati & mortis fecit, vt ad Roma. 8. ait Paul. Nulli tamen nos iuri gentium exemit. Imò ad Titũ. 3. admonet seruos obedire dominis: & Petrus addit, etiam dyscolis: scilicet infidelibus, qui extra ecclesiã vagantur. &. 1. ad Corint. 7. monet vt qui seruus vocatus est, seruus maneat. Verum est tamen quòd propter decentiam Christianæ libertatis consuetudo iam pridem obtinuit nè Christiani bello capti more mancipiorum seruiant: vt Barto. adnotauit. l. hostes. de capt. & post. l. reuer. Seruitus autem naturalis non incidisset in statum innocentię, vti modò existit: quia nulli essent rudes & ignari. Tametsi infantes & pueri non omnia scirẽt quæ adulti. Neq; fuissent omnes eodem ingenij acumine nati. Fuit ergo seruitus per idem peccatum ingressa per quod (vt ait Paul.) introiuit mors. Quod autem Amb. ait (vt refertur. d. 35. can. sexto die.) per ebrietatem obrepsisse seruitutem in orbẽ, fateor me non intelligere: nisi seruum appellet ebrium, qui rationis vsura orbatus, fit sicut iumentum.¶Videri autem cuipiam possunt iura suprà citata secum pugnare. Asserunt quippe ex vna parte seruitutem iure gentium esse constitutam: ex altera verò Imperatorum esse sanctionem. Haud tamen vllam habent cõtra pugnantiam. Existit enim seruitus de iure gentium, vt ex presse habet Canon Gregorij, cum Redemptor. 12. q. 2. vbi ait, homines quos ab initio natura liberos protulit, ius gentium iugo subtituit seruitutis. Dicitur enim ius gentium, propterea quòd ratio naturalis omnes gentes illud ius docuit. Dicitur verò & imperatoria constitutio, eò quòd Imperatores tum ratum illud habuẽre, tum more & vsu confirmarunt.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm homo sit vitæ suæ ac famæ dominus.

REstat in hoc tertio articulo de dominio propriæ vitæ ac famæ tantillum sermonis adijcere. Vtrũ scilicet homo suæ propriæ vitæ ac sub inde honoris & famæ dominio fungatur. Arguitur enim de vita ꝙ sit suæ quisq; dominus, ex illo Ecclesiasti. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu sui consilij. Relinquere nãq; in manu consilij sui nil aliud esse apparet quàm facere eũ dominũ sui, atq; ade ò suæ propriæ vitæ.¶Secũdò. Propter qd vnũquodq; tale (vt est in Poste. Analyticis) & illud magis: est autem homo dñs reliquorũ bonorũ propter vitã: ergo excellentiùs est dominus vitæ.¶De fama autem arguitur tertiò à parte negatiua, ꝙ nõ sit homo suæ propriæ dominus, ex illo Sapientis præcepto, Eccles. 41. Curã habe de bono nomine. vbi custodes instituti videmur famæ: non dñi, vt pecuniæ. Cui & illud accinit Prouerb. c. 22. Melius est bonũ nomẽ quàm diuitiæ multæ. ¶Quartò arguitur autoritate Augustini de bono viduitatis, ca. 22. quod refertur. 11. q. 3. c. Non sunt audiẽdi. vbi in reprehensionem eorum qui propriã negligunt famam, subdit, Quia nobis necessaria est vita nostra, alijs verò fama nostra. Quibus verbis insinuare videtur dominium famæ nostræ non esse penes nos, sed penes rem publicam. Item. 1. de Ciuita. Dei, cap. 20. ait, illo præcepto, Non falsum dices testimonium: prohiberi quẽq; aduersum se falsè testari, sicuti aduersus proximũ. Quemadmodùm alio præcepto, Non occides: vnà & proximi homicidiũ & proprium prohibetur. Ex hoc ergo arguitur. Pariter hæc duo præcepta prohibẽt tam testimoniũ aduersus propriam famam, quàm propriũ homicidium: & ex hoc secundo colligitur hominem non esse dominum vitæ: ergo ex altero pariter elicitur neminem esse dominum suæ propriæ famæ. ¶Contra partem autem affirmatiuam prioris membri extat illud Sapien. 16. Tu es Domine, qui vitę & mortis habes potestatẽ: & deducis ad portas mortis, & reducis. vbi solus Deus insinuatur vitæ dominus. De fama autem in contrarium facit, ꝙ ipsa & honor connumerantur in bonis proprijs acquisitis, quibus ad fœlicitatem vtimur: ergo sicut quisque vti põt facultatibus suis & possessionibus, sic vt in alienãdo nemini faciat iniuriam: ita vti põt honore & fama: atq; adeò simili modo taliũ bonorũ homo est dominus.

ET si duo hæc quæsita contrarijs responsionibus dissoluantur, coniugauimus tamen ambo sub vna disputatione, vt cõtrariæ ipsorũ rationes è regiõe oppositę apertiùs res ambas elucidarẽt. Ad quæstionẽ ergo repõdetur quatuor cõclusionibus. Prima est. Homo non est suæ vitæ dominus. Probatur primò tam autoritate Sapiẽtiæ modò citata, quàm ex illo Deuteronon. 32. Ego occidam, & ego viuere faciã. Quibus locis probatur dominium vitę nostrę Deum sibi reseruasse. Deinde ab effectu probatur ratione quę à definitione dominij suprà ex posita colligitur. Dominus rei cuiusque ille est qui citra iniuriam quæ cuipiã irrogetur, potest illa, vt libuerit, vti, etiã vsq; ad eius dispẽdium & consumptionem: homo autem occidere se non potest, lege iustitiæ id vetãte: ergo nemo est suæ vitę dominus. Meminerim legis iustitiæ, nè quis obijciat legem etiam prohibere, nè quis bona sua exteriora absque vllo fructu dilapidet, quorum nihilo minus est dominus. Enimuero licèt lex charitatis, qua se quisque & sua diligere tenetur, id prohibeat: nõ tamen lex vlla iustitiæ: & ideo citra iniuriam potest talia bona effundere tanq; verus dominus. Præterea pupillus alienare vetatur bona quorum est dominus: non tamen lege iustitiæ, vt qua prohibetur aliena furari: sed vt propria custodiat. Secùs autem de vita: lege enim iustitiæ prohibẽt homo se occidere, sicut & alios: quia non est magis dominus suæ ꝙ alienæ vitę. Sed aijs, hoc est principium petere. Vnde enim mõstratur, præceptum nè se homo interficiat, esse præceptũ iustitiæ prohibẽtis rem alienam auferre: dicere enim quis potest esse tãtum iusionem charitatis simílem alteri qua prohibemur bona nostra per prodigalitatem decoquere.¶Arguitur ergo secundo nè petitio principij censeatur. Si homini dominium cõcessum est propriæ vitæ, hoc esset vt aliquando posset illam dispendere & à se alienare, sicut potest iustis de causis alia bona: nam frustra est potentia & facultas quæ nunq; exire potest in actũ: homo autem nullam ob causam, quouis colore censeatur iusta, potest se vita priuare: ergo signum est non esse dominum.¶Tertiò arguitur à priori & à legitima causa. Si aliquo iure homo esset vitæ dominus, id esset naturale, aut diuinum, aut humanum: naturale autem non: quoniam primum naturalium appetituum, atque adeò temporalium summum est, quo vna quæq; res appetit se conseruari in esse: iuxta illud dæmonis, sed tamẽ verũ apud Iob, Pellẽ pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro anima sua. Quare nulli rei natura tribuit, seu qualitates seu instrumenta quæ in suam essent interniciem: sed illa quibus conseruaretur: vt igni calorem, & aquæ frigiditatem: cunctis animantibus suas debitas qualitates: ergo ius naturæ neutiquàm permisit homini se interimere, atque adeò nec ei tribuit vitæ dominium. Cum autem ius naturæ effectus munusq; Dei sit, sit vt nec iure diuino positiuo concessa sit talis facultas. De iure autem humano clarum est. Eò vel maximè ꝙ nec diuinum nec humanum de re hac vsquàm legitur verbum. Nam Genesis. 1. vbi factus est homo omnium dominus, etiã animalium, quæ ideo in suos vsus mactare po

testi: non simul tradita ei est suæ vitæ potestas. Ecce conclusionis origo. Cùm vita sit fundamentum bonorum omniũ temporalium, quã quidem vitã homo nõ per se acquirit, sed Dei beneficio parentũq; opera recipit: non decuit illi cõcedi eius dominium, sed vt Deus eius author id retineret: vt nefas homini esset, iniussu ipsius de vita, in quam ipse per se non ingreditur, exire. Id quod & lumine naturali notum fuit. Sic enim ait Lyricus, Nemini iniussu Regis de vita exeundum. Sed de hoc iterum lib. sequenti, sub titulo De homicidio. Cõstitutus ergo iure naturali ac diuino homo est suæ vitæ custos: porrò quam sustentare tenetur, non autem dominus.¶Quòd si contrà obijcias, hominem posse etiam priuata authoritate vitam pro amicis exponere, imò etiam ad defendendum sua propria bona: posseq; membrum salutis gratia abscindere, cùm tamen mẽbra sint pars vitæ: quæ omnia attestari videntur dominium penes hominem esse suæ propriæ vitæ. Respondetur, nequâquà id consequi: nam mẽbra abscindere non licet nisi in custodiam vitæ: & vitam exponere pro amico vel bonis tẽporalibus non ad hoc reducitur quod est hominem se occidere: id quippe illic non intenditur: sed ad hoc quod est mortẽ perpeti, nè homo deserat virtutum officia: quod tam diuinũ ꝙ naturale ius approbat. ¶Secũda conclusio. Non solum homo priuatim, verùm nec respublica nec princeps absolutum habet dominiũ vitæ subditorum, sed solus Deus. Hoc patet, quoniam princeps non potest innocẽtes vlla ratione interficere: sed solùm nocentes: aut qui tales fuerint legitimo testimonio probati ad vindicanda crimina: id quod non arguit principem esse dominum vitæ: sed iudicem malefactorum. Potest præterea in bello ciues obijcere periculo mortis ad defensionem reipublicæ: sed nec hoc indicium est dominij vitæ: sed huius prorsus ꝙ sit reipublicæ custos. Igitur quoties audieris qui se vel alterum necauerit in iuriam facere reipublicæ quod Arist. ait lib. 5. Ethi. cap. 11. neutiq; ideò referas ꝙ dominium vitæ sit penes rempublicam: sed cò ꝙ ei custodia ac tutela vitæ ciuium commissa est: ipsaq; sola potest homines vita multare. ¶Tertia cõclusio. Deus est absolutus vitæ dominus, nempe qui nõ solùm tanq; iudex puniẽdo, vel tanq; custos defendẽdo: sed absolutè tanq; humanæ vitæ author potest homines morti tradere, sicut vnusquilibet iumentũ suũ. Sua tñ inenarrabilis misericordia est, ꝙ nunquã hac absoluta dñi potestate vsus est, nec in vitã nostram, nec in reliqua bona. Etenim si Hebræos iussit vt

Secunda cõclusio.
Solus Deus est dñs vitæ
Respublica tantùm vitæ custos.
Tertia conclusio.

expo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

expoliarent Ægyptios, iusto id iudicio fecit: quoniam Ægyptij mercedem eis debebãt pro seruitio luti ac lateris. Et si Oseæ præcepit vt exmeretrice filios tolleret, quod tanquàm dominus corporum poterat: credibile tamẽ est Prophetam illam priùs duxisse in vxorem, vt eam iure etiam humano cognosceret. Et si Abrahæ tanquàm dominus vitæ præceperit vt filium in sacrificium immolaret: id tamen pòst nõ permisit. Et si Exod. 32. præcepit per Moysen vt vnusquisq; occideret fratrem suum: id iusit tã quam vindex conflati vituli. Vide ergo quàm contra naturam sit immanitas illa (si vera fama est) Turcæ, & quorundam barbarorum principum: qui in ea sunt cæcitate, vt se dominos existiment vitæ subditorũ: ita vt possint illos absq; vlla vel culpa vel causa, veluti pecora, trucidare. ¶ De fama autem, quia id copiosius in nostra relectione tegendi & detegendi secretum, tractauimus, vnica hic cõclusione, quæ sit ordine quarta, satis est respõdere, contraria illi quę asserta est de vita. Homo dominiũ obtinet honoris sui & famę: nempe vt possit illis veluti pecuniis vti, licet pretio sint maiori æstimanda.

Vera credas

Quarta conclusio.

Scio equidem multos, etiã ex nostris, vt Caiet. diuersam. 2.2.q.73. & in sua Sũma, sequi sentẽtiã: semper mihi tamen hæc gratius arrisit. Ad intelligentiã autem huius cõclusionis adducenda est in iudiciũ contraria sententia, vt opposita iuxta se posita magis eluceſcant. Triplex est nostrorum bonorũ genus. Primũ est vita, postremũ tẽporalia bona, mediũ honor & fama. Et quidẽ de extremis nulla est disceptatio, qn omniũ est cõfessio, neminẽ esse vitæ suæ dominũ, vt possit se vllã ob causam citra iniuriã necare: sed esse iniustitiæ scelus. Et per cõtrariũ extremũ fatentur esse quẽcunq; bonorũ exteriorũ dominũ: sanè quæ potest citra cuiuspiã iniuriam alienare ac dispendere. Opinio ergo nostræ contraria, collocat honorẽ & famã in ordine vitæ: nos autẽ in ordine bonorũ exteriorũ. ¶ Et ratio nostra prima est superiori cõtraria. Homo verè ac legitimè est fuorũ bonorũ omnium dominus, vt citra cuiuspiã iniuriã, quæ propriè sit cõtra iustitiã, possit illa dispendere ac negligere, illisq; vti: honor & fama sunt propria hominis bona, ei iure naturali cõcessa, atq; ab ipso acqsita & aucta: neq; vlla iustitiæ lege, si est priuata persona, phibetur illa dispẽdere: ergo nemini iniuriã facit, si illa reijciat: atq; adeo est verè eorũ dñs. Dixerim nulla iustitiæ lege, quo verbo res tota detegitur. Prohibemur enim charitatis lege, qua nos & nostra diligere tenemur, prodigos esse honoris & famę (hcuti & exterriarum facultatũ) nè absq; causa ea negligamus, vt patet locis suprà citatis, Curam habe de bono nomine, &c. nulla est tamẽ lex iustitiæ quæ nos vetet eadẽ expendere tãquam aliena. Atq; hoc est quod probare intẽdimus. Enimuerò de vita extat (vt nuperrimè dicebamus) Deu. 23. Ego occidam, & ego viuere faciã. & Sapi. 16. Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem. Ex quibus colligitur minimè nos esse vitæ dominos. Atq; his accedit naturalis ratio. Vita namq; fundamentum est omnium bonorum tẽporalium, quam homo ipse non acquirit: sed diuino beneficio, parentumq; opera recipit. De honore autem & fama nullibi tale legitur. Imò ratio naturalis cõtrarium docere videtur. Honorem enim & famam, vt proximè dicebamus, nosipsi post receptam vitam acquirimus & comparamus. Adde, quòd honor, vt. 1. &. 10. Ethic. ait Arist. præmium virtutis est: virtus autem naturalis saltẽ proprium opus est nostrum, per concursum generalem Dei: sicuti & virtus supranaturalis, quodãmodò etiã nostra per eius singulare auxiliũ. Itẽ honor & fama, vt ibidẽ ait Arist. pars sunt fœlicitatis, fœlicitas autem proprium nostrum bonum est: sumus ergo eorum domini, vt si velimus illa prodigere, nemini faciamus iniuriam. Nisi quis persona esset publica. Loquimur enim secundum rei naturam omnibus circunstantijs nudam. ¶ Et cõfirmatur hæc nostra sentẽtia autoritate diui Tho. 2.2.q. 64. art. 5. vbi ait, quòd occidens seipsum non solum facit contra charitatem, sed contra iustitiam respectu reipublicæ, cuius est vita hominis. De fama autem nihil simile subinfert. Quin verò in solutione ad tertium cõtrarium de ipsa sentire videtur. Ait quippe licitè posse hominem deseipso disponere quantum ad ea quæ pertinẽt ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regitur: sed transitus de hac vita ad aliã fœlicitatẽ non subiacet libero arbitrio hominis, sed potestati diuinæ: & ideo nemini mortem oppetere licet. Videtur ergo vniuersa hominis bona subiecisse eius dominio præter vitam. ¶ Secundò conclusio hæc lucidiùs probatur ex his proximis verbis sancti Thomę: Si non essemus aliter domini famæ & honoris quàm vitæ, sequeretur quòd nullo fine neque propter ipsum vitam spiritualem ad euitandum peccata & consequendum vitam æternam possemus honorem famamq; postponere & abijcere: quod planè absurdum est. Consequentia patet, quoniã (vt loco modò citato autor est diuus Thomas, & libr. 1. de Ciuit. Dei. cap. 20. Augustin.) nec causa fruendi æterna fœlicitate liberum est homini mortem sibi conscis-

Opinio Cai.

Opinio autoris.

scere: atq; adeò neq; qui cognosceret vitam tẽporalem esse sibi pestiferam ad salutẽ animæ, manifestamq; inferni causam, posset se illa priuare. Longe tamen secùs de honore & fama. Ecquis enim ambigat quin si persona priuata resciscceret famam sibi & honorem impedimẽto esse ad vitam æternã, posset talia bona subterfugere, & oblata negligere? Quin verò etiã si esset persona in dignitate constituta posset magistratu excedere, honoresq; ac famã post habere: ergò est homo dominus honoris & famæ, aliter q vitæ. Iam idem diuo Ambrosio testè confirmatur: si eius vera est historia, vbi legitur fœminas in cubiculum inclusisse vt per illam infamiam eriperet se nè in antistitem eligeretur. Et Augustin. multa suorum peccatorum detegit: & Anselm. amissam virginitatem lamentabiliter deplorat. quod illis profectò nefas esset, nisi ,ppriæ essent famę domini. ¶ Tertiò idem patet: quia vitam nemo potest, vbi inuaderetur, sibi adimi permittere, saltem vbi illãi seruare posset sine alterius detrimẽto: puta fugiendo vel alia simili via: famam verò qui uis potest, modò sit persona priuata, cùm sibi auferatur relinquere ac deserere: etiam vbi illam possit tueri. Sententia est sancti Thom. 2.2.q. 73. artic. 4. ad primum, vbi ait quòd in cuiusq; arbitrio est detrimentum suæ famæ pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum. Nequiuerat profectò apertiùs affirmare hominem esse dominum suæ famæ. ¶ Quartò arguitur. Et si fama & honor præstantiora sint bona quàm pecuniã, tamen ingens aceruus pecuniæ pluris æstimatur humano vsu quàm tenuis honor & fama: quare potest repẽsatio honoris & famæ fieri per pecuniam: ergo si homo est pecuniæ dominus, est etiam & famæ. ¶ Quintò id confirmatur Redẽptoris authoritate, qui nos splẽdorem omnium bonorum temporalium, honorum scilicet & gloriæ humanæ, despectui habere admonuit: nẽpe vt honores, & primas sedes, & sæcularem fastum fugeremus: tantum abest vt nos illa obligaret seruare, perinde atq; vitam. ¶ Hunc articulum in hac materia dominij adhibere operæpretium duximus, qui esset plurium aliorum locorum huius nostri operis fundamentum. Hinc enim quæstione. 6. elicienda est responsio illius quæsiti, an liberum sit homini restitutionem remittere suæ famæ, quod contra aduersam sententiam concedemus. Item lib. sequenti in materia de detractione, per hoc examinabim⁹ quale quã tumque committat crimen qui seipsum infamat: & vtrum id aliquando liceat. Enimuerò vt perfunctorie in præsentiarum hæc præliba-

Facili Ambr. dubitam.

Priuatus potest fugere & relinquere & ea frueri potest.

mus, cùm persona priuata per sui criminis detectionem se infamat, nullatenus contra iustitiam peccat, neque vlli iniuriam irrogat: quare genere suo non est nisi veniale cõtra sui ipsius charitatem: licèt grauius quàm pecuniam prodigere: quia fama pretiosius bonum est. Potest tamen fieri mortale si de sua se iactando turpitudine id faciat. Vnde Dauid, Quid gloriaris in malitia? &c. Et Esaię. 3. obiurgãtur qui peccata sua sicut Sodoma prædicant. Item si sit persona publica, qui famam suam & bonã existimationem in bonum subditorum obligatam habet, contra iustitiam mortaliter peccaret. Attamen qui non in vanum, sed bona causa tale occultum crimen suum propalaret: vt si latro quò acerbitatem tormentorum euaderet, certe nihil delicti committeret, quin fortè probè id ageret. Imò verò si mentiendo se tunc infamaret, quamuis culpa mẽdacij admitteret, nõ tamen esset perniciosum, atque adeò neque genere suo mortale. Secludimus tamen semper personas publicas: præterea absurdissima nefandaque flagitia quæ aures exhorrescunt: nam de illis se hominem infamare, vix posset à lethali scelere excusari.

Ad primum argumentũ.

A D primam igitur Ecclesiast. authoritatem respondetur sensum esse, quòd Deus fecerit hominem dominum suarum actionũ: hoc est enim relinqui in manu sui consilij: non tamen inde sequitur esse dominum vitæ. ¶ Ad secundum negatur illud axiõma Philosophi, Propter quod vnumquodq; tale, &c. aptè ad rem præsentem accommodari. Esse enim nostrum dominos propter sustentandam vitã, solum arguit nos esse custodes vitæ, non autẽ dominos. Sumus etenim domini actionũ propter amicitiam Dei cõparandam: tamen non sumus eiusdẽ gratiæ diuinæ & amicitiæ Dñi. ¶ Authoritas autem Eccles. tertio loco allata de fama id prorsus conuincit q̃ tenemur præcepto charitatis nostri curam habere, honoris, & famæ: non tamen q̃ contrarium dẽlictũ in persona priuata sit iniuria contra iustitiam, sicut si quis se occiderit: quo vtiq; scelere & in Deum iniurius esset, penes quẽ dominium est vitæ: ac subinde in rem publicam, quæ eiusdẽ est custos. Adde q̃ modus procurandi bonũ nomen, ille est penitùs vt curam habeas colendi virtutes, quas, veluti vmbra sequitur honor & fama. Et ideo in bonum virtutis possumus illa, si opus est, dispendere, tanquàm veri illorũ domini. ¶ Authoritas autem prior argumenti nihil nos oppugnat: nam si ex illo secundo mẽbro quòd fama nostra est alijs necessaria, inferre contenderes dominium eius nõ penes nos, sed

Ad secundũ

Optimus fin quirendi honoris modꝰ.

Ad priorem argumẽti locum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed penes rempublicam esse: pariter ex priori quo ait vitam nostram esse nobis necessariam, inferres dominium vitæ nostræ penes nos esse, quod Augustinus non concederet. Hoc ergo præcisè nos admonet vt non simus negligentes propriæ famæ, qua possumus reipublicæ seruire, vt sine legitima causa illā despiciamus. Et maximè quando sine scandalo non possumus illam prodigere. Loquebatur enim mulieribus quibusdam quæ cùm egregio sanctitatis loco haberentur in populo, moliebantur humilitatis prætextu sinistram de se suspicionem generare vt viliùs æstimarentur: per quod scandalum dabant. ¶Posterior verò eius autoritas. 1. de Ciuitat. Dei, quę paulò vrgentior est, hoc solùm conuincit, quòd illo præcepto, Non falsum dices, prohibemur testimonium aduersus nosipsos dicere: quia hoc est contra charitatem, vt subiunctā eius verba docent: non tamen inde consequitur vt sit perinde peccatum iniustitiæ ac si te occideres, aut falsum testimonium proximi proferres, detegeres ve secretum crimen. Quocircà ex illa præcisa forma præcepti, Non occides, non colligitur proprium homicidium esse contra iustitiam, sed esse peccatum. Alię nāq; nos rationes eruditi, quas suprà instruximus, nō esse nos dominos vitæ: ex quibus concludimus esse contra iustitiam.

Ad posteriorem argumenti locum.

integra natura, verùm & posteà iam corrupta, simile legimus Gen. 9. Noë dictū & filijs eius: Crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. Vbi Deus nihil videtur voluisse fore diuisum. ¶Secundò id apertiùs confirmatur sententia Clemētis in epistola. 4. quæ refertur. 12. q. 1. can. dilectissimis. vbi legitur, Communis vsus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud: & sic inter mortales facta est diuisio: iniquitas autem contraria est iuris æquitati. ¶Tertio loco accedit & charitatis ratio. Nā si omnia in commune possiderentur, multò esset firmior inter mortales amoris nexus. Nā cū vbi est thesaurus tuus, ibi sit & cor tuum, si nihil haberent diuisum, nihil restaret cur animis diuiderentur. Vnde in primordijs Hierosolymorum ecclesiæ, quo feruentiùs omniū amor coalesceret (quod in Acta Apostolorum relatum est) in communi viuebant: atq; hoc exemplo monachorum vitæ institutæ sunt. Quare August. in Regula, Sit vobis anima vna & cor vnum in Deo, & non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. Innuens concordium vnitatem nō aliter vegetari posse quàm ablegatis, meum, ac tuum. Id quod nec Christianum illum Poëtam latuit, qui ait,

Si duo de nostris tollas pronomina rebus,
Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Atq; hac de causa illud axiôma celebratissimū semper fuit, Amicorum omnia sunt communia. Qua vtiq; ratione sancti patres illo idiomate semper loquuntur, vt omnia sint communia: vt August. super Ioan. tract. 6. & habetur dist. 8. can. quo iure. Et Ambr. 47. dist. sicut hi: Nemo dicat propriū, quod cōmune est. Chrysosto. super Lucam. c. 6. A Deo percepimus omnia: quod autem dicimus, meum & tuum, mendacij sunt verba. Neutiquàm ergo licuit diuisionem rerum facere. ¶Contraria est sententia Christi Redemptoris nostri, Matthæ. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

QVÆSTIO TERTIA, de rerum diuisione.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm humano iure rerum dominia fuerint olim diuisa.

POST constitutum tam subiectum quàm obiectū dominiorum, ordo postula vt tertio loco de eorum diuisione disseramus. Atq; à parte negatiua more nobis cōsueto arguitur vt suprà de seruitute. Iuri naturali nullum humanum contrauenire potest: quòd autem bona huius mundi in commune possideantur, constitutio est naturalis iuris: vt patet Gen. 1. vbi homini in communi cōcessa est rerum possessio. Idemq; affirmat Isidōrus, lib. 5. quod refertur dist. 1. c. ius naturale. Neq; verò tunc tantū

DE hac quęstione etiam inter philosophos depugnatum olim fuit. Enimuerò Plato (cui Aristot. hanc rempublicam in fronte. 2. Polit. ascribit) omnia contendebat debere esse cōmunia: nō modò possessiones, verū & vxores & natos. Quāuis Socrates apud alios feratur latin talis reipublicæ primus autor, quē Plato in Timæo inducit loquentem: idemque ipse Aristoteles statim cap. 4. insinuat. Meminit quoque idem Plato de huiusmodi republica. 5. dialogo de

de republica. Hanc autem nimiā rerum communitatem ea ratione conabātur persuadere, quā modò nos formabamus. Nēpe vt omniū corda in vnum maximè coadunarent ac compingerent. Isti autē eò nō erant digni qui audirentur, quòd naturam nostram in ea prorsus innocentiæ synceritate cōtēplabantur, in qua à Deo per misericordiam creata fuit: nescientes à parente nostro per iniustitiā fuisse inde depulsam. ¶Responsum ergo huius quæstionis quinq; conclusionibus constat. Prima est. Vt statui innocentię concors erat rerum possessio in comuni, præterquàm vxorum, quam possessionis figuram ius naturæ docebat: sic & conditioni naturę corruptæ vsq; adeò congruens est dominiorum diuisio, vt citra miraculum neutiquàm posset aliter genus humanū lōgo sęculo durare. Prior pars per se ipsa liquet. Tūc enim temporis, terra, vel inculta, sua sponte fructus tulisset: vel illa indiguisset parua cultura, quam refugisset nemo: vt sic illud intelligamus Gen. 2. Tulit Deus hominem & posuit eum in Paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Et præterea neminē rerum tūc auiditas exercuisset. Nam post peccatū dictum est, In labore vultus tui vescēris pane tuo. Illū quippe ætatis florē olfaciebat ille Ethnicus ille, Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec vllis Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus: Contentiq; cibis, nullo cogēte, creatis. Quapropter nullum extitisset periculum aut quòd fructus terræ deficerent, aut quòd vlla inter fœlices illos oriretur discordia. ¶Posterior autē pars ex duabus contrarijs radicibus probatur. Illam enim seu Socraticā seu Platonicam vxorum natorumq; communitatem non opus est multis hic concuti, vt eius appareat absurditas. Primùm enim eadem charitas quę per illam curabatur fulciri, per eandē labefactatur. Aiebant enim illi Philosophi q tunc omnes viri vocarent quamcūq; mulierē, mea vxor: & pueros omnes, mei filij: & iuuenes seniorem quemlibet: meus pater. Id autē optimè Aristoteles redarguit. Si enim intelligerent nomen, omnes, collectiuè, verum esset: complexim nanq; omnes senes essent patres illorum filiorum. Attamē perparum id ad charitatem referret. Esset enim tunc tenuis exilisque ille amor in tota republica, ficuti mellis tā tillum in multa aqua, quam dulcorare nequiret. Imò inde citius languesceret amor, quòd nemo cognosceret suū proprium, seu filium, seu patrem. Si autē intelligerent diuisiuè de singulis: nempe quod singuli essent singulorū filij, id certè plurimùm ad amorem conduceret: sed tamen est impossibile: quia vnus nequit esse nisi vnius matris filius: & forte nisi vnius patris. Quin etiam inde fieret neglectus filiorum: quòd rarò quis cognosceret suum proprium. Ad hęc sępe de lineamentis vultus deprehenditur proles, cuius sit patris: ob idq; tunc non posset non esse propensior animus illius hominis in suos liberos quàm in alienos. Itàque natura ipsa illi confusæ communitati reclamabat. Præterquàm q; post collapsam naturam fieri nō posset minus quin inter homines iurgia oborirentur: ac subinde inter incertos patres & natos, tum impiæ fierent cædes, tum nefandi inirentur amores & coitus. In summa, adeò est naturale vxorum natorumque distinctio, vt etiam natura integra, vbi nullus patebat locus prauis istis affectibus, nō fuisset intrusa adsurda illa vxorum permistio, sed quisque haberet suam. Nam erunt, inquit, duo in carne vna. Expediebat nanq; etiā tūc, vt quisq; nosset necessitudine & sanguinis glutino cum alijs connunctus. Et quamuis lex prisca, gratia propagandi peculiarem Dei populum in hoc dispensauerit: nunquàm tamen vt vna vxor duobus nuberet viris: sanè vt caueretur proliū incerta turba. ¶Hac ergo delira cōmunitate prætermissa, reuertimur ad demōstrandum quàm sit congruens naturæ corruptæ, possessionum diuisio. Idq; ex duabus corruptis radicibus: nempe ex humana negligentia, & ex cupiditate. Etenim dum terra ex vna parte ob hominis rebellionem ei ipsi rebellans spinas & tribulos ferre cœpit, sudoreq; humani vultus indigere, vt hominem ipsum aleret: atq; homo ex altera post esum ligni vetiti tā multis fuit cupiditatibus oppletus: ea fuit rerū possessio necessaria quę rei vtriq; commodissimè seruiret. s. & terræ colendę, ne fructus deficerent, & reprimendę humanę auaritię quæ vix satiari potest: talis autem possessio esse nō potuit in communi: ergò necessaria fuit diuisio. Probatur hæc postrema subsumpta. Nam (vti ait loco citato Arist.) trifariàm intelligere possumus hanc in communi possessionem: nēpè quòd vel fundi essent proprij, fructus verò communes: vel contrà, vt agri essent communes, post verò fructus diuisi: aut quòd & agri & fructus essent cōmunes. Si primum largiris, tunc ansam porrigis discordijs: quia tunc labores essent impares: nam qui plus haberet soli, plus laboraret, fructus tamen pariter cunctis pro cuiusq; necessitate obuenirent: & tamen nemo æquanimiter ferret, non tanto plus fructuum percipere, quanto plus hausisset laboris. Si autem agros vellent esse cōmunes, inde

Prima cōclusio.

Triplex rerū communitas impugnat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasionem homines nanciscerentur ignauiæ & socordiæ: nam ineffabile est quàm sit ardēs amor ad propria, quamque deses & languens ad communia: sicuti dum multi sunt serui, eò peius seruitur, quòd quisque alios expectat vt faciat quæ ipse erat facturus. Hunc quippe in modum tali reipublicæ vsu veniret. Qua vtiq; ratione malignè prouenirent fructus. Idemq; sequeretur incommodum si & fructus, & fundi essent communes. Ac subinde alter quod præ humana rerum siti tunc pro se quisque cō tenderet, quantum posset fructuum arripere. Per quam viam necesse erat pacem & tranquillitatem ciuium, & quam illi philosophi fouebant, amicitiam perturbari. ¶ Secund a ratio sumitur ex debito ordine in republica, qui aliter nequiret cum decoro seruari. Necessarij quippe sunt diuersi ordines, diuersæq; classes hominum, vt Socrates ipse agnouit. Tres eñ ordines constituebat: scilicet agricolarum, quibus connumerandi sunt opifices: & custodū, nempe militum ac nobilium, tutamini reipublicæ adscriptorum. Et tertiò legum prudentum, qui ius dicant, & de rebus dubijs respondeant. Hinc ergò arguitur. Si omnia essent cōmunia, vnusquisque recusaret agricolarum onus, anhelaretque vt esset miles. At imminēti bello, nisi propria essent stata præmia, omnes se periculo subducerent: quotquot deniq; possent ad gubernacula inhiarent. Mox cùm isti supremę classis pluribus indigerent, succederet vt alijs maiora onera, alijs verò maiores honores decernerētur. Quod, nisi essent dominia diuisa, non posset non vehementer rempublicam inquietare. ¶ Tertiò eadem patet conclusio. Quemadmodùm concessa vxorum cōmunitate tollitur tēperantię virtus, qua quis abstinet ab alieno toro: sic concessa possessionum communitate tollitur & virtus liberalitatis: quod non infimum est reipublicæ lumen. Qui enim proprium non habet, liberalis esse non potest, & qui omnia possidet: alienæ liberalitatis non eget. Et sic periret virtus suscipiēdi hospites, & peregrinos, succurrendiq; miseris: ac subinde animorum gratitudo pro susceptis beneficijs. Est ergò assertio diuisionis rerū eo gradu certa, vt eius negatio hæretica sit: vt ait Augustin. lib. de hære. V bi. 40. loco Apostolicorum hæresim refert, qui illo se nomine iactabant, eò quòd in suam communionem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias possidentes. Et in Concilio Constan. de hoc etiam damnatus est Ioannes Hus: qui clericos posse negabat proprium quippiam possidere. ¶ Quòd si arguas, per rerum diuisionē non satis itum fuisse obuiam huiusmodi malis ac reipublicæ incommodis: nam & sunt modo propter hominum ignauiam incultæ terræ: & homines ambitione, ac rerum siti inferentes se in aliena iura, & id genus reliqua mala. Respōdetur non esse necessarium ad æquitatem legis vt perfectè finem assequatur suum: satis quippe est illa pro sua facultate stabilire quæ ad illum finem accommodantur: nam effrænis hominum libertas nullis potest habenis in totum compesci. ¶ Secunda conclusio. Etsi cōueniat res quantum ad proprietatem & dominium diuisim possideri, vt suum quisq; iustitiæ lege cognoscat, ab alienoq; manus abstineat: tamē quantum ad vsus, debent per misericordiæ & liberalitatis benignitatem esse communes: vt qui abundat, det egenti: & qui eget, gratias illi referat. Hac enim ratione mortalium amicitia facilius coalescit quàm si omnia communi domīnio possiderentur. Hinc nanq; elicitum illud axioma est, Amicorum omnia sunt communia. ¶ Tertia conclusio. Prima rerum exterarum diuisio facta fuit iure gentium: licèt posteà iure ciuili plures accesserint. Iam enim. 1. lib. q. 5. ius humanum in hæc duo sectum est. Patet hac ratione conclusio. Porrò dominium ab orbe condito (vt suprà diximus) cœpit. Tūc enim primùm Deus habere cœpit quibus dominaretur, ac perinde tunc tam angeli quàm homines suapte natura & iure cœperunt esse domini suarum actionum, vt illa libertate creatori seruirent. Quo fit vt aliqua dominiorum diuisio iure naturali facta fuerit: nempè hæc actionum, & quòd homo habet proprij honoris & famæ. Haud enim iure gentium, sed naturali factum est cuiq; proprium. Possessionum autem (vt prima conclusio docuit) nō fuit facta distributio ante peccatum, sed pòst statimmq; inde (vt diximus) enata est ratio diuisionis. Quocirca cōfestim legimus inter duos fratres diuisa esse peculia: obtulit quippe Cain de fructibus terræ, & Abel de optimis sui gregis. Quòd si sua non essent cuiq; propria, nullam mereretur, vel Abel laudem, vel Cain vituperationem. ¶ Dicitur autem diuisio facta iure, non naturali, sed gentium: propterea quòd ius naturale nulla indiget ratiocinatione, sed scriptum est in cordibus: vt coniunctio maris & fœminæ: ius verò gentium est illud quod collatis principijs ratio cuiusq; infert. Et ideo dicitur gentium, id est hominum: quibus proprium est ratiocinari. Enimuerò ex principijs naturæ corruptæ docta fuit statim familia Adæ ac deinceps in vniuersum gentes, vt suā quisq; possideret. ¶ Quòd si quæras quis primum

Tres hoim ordines secū dum Socratē necessarij

Hæresis est negare rerū diuisionem.

Secūda clusio.

Tertia clusio

Dominia coepta ea

Adam principa eo ipso iure quo & primus parens quin et dominus totius orbis.

mùm huiusce modi diuisionem fecit: sunt qui respondeant, Adam primum fuisse diuisorem: verùm tamen alij contrà arguunt, ipsum non habuisse regiam potestatem, authoritatēm vt reipublicæ coërciuam: sed tantùm fuisse patremfamiliās, qui non potuit filijs distribuere nisi proprium peculium. Attamen argumentum hoc non est ita multùm vehemens: tum quòd forsan (licèt nullibi legatur) authoritatē habuit principis, ipso forsan iure quòd fuit primus solusq; parens humani generis. Nam verisimile non est vt aliquo esset tempore mūdus absq; humano principe, qui posset malefacta vlcisci: tum etiam quòd iure etiam paterno potuit suas facultates, quibus amplissimis affluebat, distribuere filijs. Imò neq; esset absurdum dicere, fuisse dominum totius orbis: quandoquidem mundus propter hominem factus est, & tum ipse fuit solus. Neque erat mundus tam frequens hominibus, quin posset illos per suos ministros regere. At verò quantum ad diuisionem de iure gentium, nō est nobis necesse hisce angustijs coërceri. Illa enim quæ tali iure statuuntur, neq; indigent principe, neq; vllo reipublicæ consentu. Hac nanque ratione ius gentium differt à ciuili, quòd scilicet ratio ipsa singulos seorsum homines illud docet. Quare ex condicto poterant fratrum singuli, ac deinceps nepotes ac pronepotes singulos fundos & agros occupare, & peculium augere: ipsa docente ratione, vt res dominiorum nesciæ, primo occupāti cederent, ab eisdemq; alijs abstinerent: vt habetur Iust. de rerum diuis. §. feræ. Quod enim, inquit, ante nullius fuit, id naturali ratione occupanti conceditur. Et in hoc quòd dicit, naturali ratione intelligit ius gētium, id ex principijs naturalibus colligentiū. Sic enim legitur, Cain vrbem ædificasse: & Genes. 10. dispersam esse propaginem Noë ad diuersas regiones & insulas orbis. Sic statim cap. 11. disgregatam progeniem Nemrod, & eorum multitudinem, qui cum eo conspirauerant vt turrim extruerent. Sic & statim Genes. 13. legitur diuisio pacto facta inter Abrahā & Loth: Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexterā tenebo: si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Ex quo fit non solum diuisionē in genere, verum & quòd istæ nationes hanc regionē possideant, & aliæ aliam, esse de iure gentiū. Contra quam Caietan. 2. 2. q. 66. arti. 2. opinatus est. Etenim quia S. Tho. dicit in solutione ad primum, quòd diuisio rerum pertinet ad ius positiuum. Et tamen quæstione. 57. dixerat esse de iure gentiū: existimās Caie. diuersa esse dicta, intulit quòd diuisio in genere est de iure gentium: appropriatio tamen in particulari de iure positiuo, hoc est ciuili. Attamen S. Tho. ius positiuum extendit ad omne ius humanum, vt includat ius gentium. ¶ Secundum autem cōclusionis mēbrum, nempè iure postmodum ciuili, hoc est singularium ciuitatum & regnorum, multa esse adiudicata particularia dominia, clarissimum est. Inde nanq; temporum lapsu respublicę imperium suum & regnorum dominia in reges transtulerunt, vt habetur. l. Quod principi placuit. ff. de const. princip. Atq; inde per legē Agrariam cōmunes agri diuisi: & iure diuino positiuo (vt suprà diximus) promissa est, donataq; Chananęorū regio Israelitis ac Saūli Dauidiq; regnum. Et pòst Leuitis decimæ: & nunc Ecclesiasticis. ¶ Quarta conclusio. Complura manserunt communia iure naturæ, quorum dominia ius gentium dispertiri nequiuit: Puta locus, vt ait illic Arist. nempe ciuitas, itinera. &c. Et (vt refertur eodem, Insti.) elemēta: videlicet aër, aqua, littora, & portus, pisces, ferę, aues, &c. Iure enim naturali, & permissione iuris gentium, piscatio & venatio communes sunt: licèt iura postea ciuilia, forsan nō tam æquitate quàm licentia & cōsuetudine, plus nimio interdictæ sint. ¶ Quinta cōclusio eadēq; facilis est. Translatio dominiorum omni iure fieri potest. Primùm enim suppositis per rerū diuisionem peculiaribus dominijs & possessionibus, iure naturali libertatis, quo liber est homo, suorum dominium in alium trāsfert: Tum spontanea donatione, tum etiam quacūq; alia libera cōmutatione: scilicet vendēdo cābiēdo &c. vt lib. proximè præcedēti adnotauimus: & in subsequētibus fusiùs expādetur. Præterea & hæreditariam successionem filiorum in bona paterna iure gentium arbitror fuisse constitutam. De hoc enim ratio naturalis statim vniuersitatem gentium erudiuit: scilicet vt in filijs & substantia quodammodò patris permaneret, & nomē, & bonorum ius. Deinde ius ciuile particularium regionū adhibuit iura primogenituræ, præscriptionis, & alia quibus dominia transferuntur. Præterea contra domini voluntatem transferuntur dominia in vindictam & vltionem criminum. Priuantur enim homines suis bonis, ob hæresis impietatem, ob crimen læsæ maiestatis, & ob alia id genus multa. Item causa rescindendarum litium, vt in præscriptione.

Quarta conclusio.

Quinta cōclusio.

AD primum argumentū varij existunt respondendi modi. Sunt enim qui axiōma illud, Iure naturali omnia sunt cōmunia, non

Ad primum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersaliter, sed strictim intelligãt: scilicet aut in necessitate extrema, aut inter amicos. Huic autem sensui neq; res ipsa neque Iurisconsulti applaudunt. Intelligunt enim illud de illa generali communitate, quę posteà iure gentium diuisa fuit: vt patet loco citato apud Hidorum, & dist. 8. cap. differt. apud Gratianum. Scotus autẽ. 4. dist. 15. q. 2. scite illud vniuersaliter recipiens, ait post naturam corruptam idem ius naturę derogatum esse. At verò, salua Doctoris autoritate, minus hoc rationi cõgruens apparet. Primum, quia naturale ius immobile est, vt patet per Isidò. dist. 6. can. Non est peccatũ. §. Is itaq;. Inde enim colligit præcepta Decalogi esse immutabila, quòd sunt de iure naturæ. ¶Item aut fuit præceptum iuris naturæ q̃ res in cõmuni possiderentur: aut nullum fuit talẽ. Si prius dederis membrum, tũc vel illud præceptum vniuersale fuit pro quocunq; statu: & hoc nemo sanę mẽtis fatebitur: nam error esset sic dictare, vt in natura collapsa perseueraret idem possessionis modus: aut fuit particulare pro illo statu innocentiæ: & illius nulla est facta derogatio: nã quòd diuisio fiat in nostro statu, illi æquitati non derogat, vt perdurante innocentia cõmunis possessio perduraret. Responsio ergo legitima extat apud S. Thom. q. 66. art. 2. licet emunctius per distinctionem respondebitur. Est enim in rebus cõsiderare & dominium, & vsum. Et quãtum ad dominium, ius naturæ nunquã præcepto inhibuit rerum diuisionem, quod per contrariam legem fuerit derogatum: sed eo sensu negatiuo dicitur communis possessio de iure naturæ, q̃ nunq̃ lex naturalis eandem præcepit diuisionẽ, sed permisit hoc vel illo modo possideri, quo pacto diuersis hominum statibus cõmodius esset & expeditius. Quare ius naturale non est mutatum, sed res. Sentẽtia est Augustini lib. 1. conf. quam optimo exemplo clarificat. Est, inquit medicinalis regula, vinum esse hominibus congruũ: hæc autem minimè derogatur dum infirmo potus vini interdicitur: sed mutatio fit in homine, cui perpetua illa regula non cõgruit. At vero quantum ad vsum, potest quodammodo affirmari ius naturæ præcipere omnia esse communia in necessitate. ¶Ad secundum argumentum, quod ex dictis Clement. in can. Dilectissimis, factum est, mirabilis est expositio glossę Ioãnis Teuthonici. Ait textus vsum omnium rerum omnibus esse debuisse cõmunẽ, sed per iniquitatẽ alius dixit hoc esse suum, alius istud. Ait verò gloss. per iniquitatẽ, id est per consuetudinem iuris gentiũ, æquitati naturali cõtrariã. Profectò si ius gentiũ iniquitas esset, neutiquã iuris appellatione cẽseretur. Plenus ergò sensus est, per iniquitatẽ, id esse, quòd per originale peccatum: quo dissoluta libertas contineri non poterat, nisi facta rerum diuisione. ¶Ad tertium negatur q̃ corrupta natura, firmior fuisset amoris nexus inter mortales rebus in communi possessis: vt conclusionũ serie satis liquet. Exiguus enim monachorũ numerus, monasteriorum claustris circũseptus, potest quidem pacificè in communi viuere: vastæ tamen mortalium respublicæ, quarum ciues ad res sæculares tam anhelant auidè, non item. Dictum autem Poetæ, quòd duo prona mentium ac tuum, litium præliorũque semina existunt & fomenta, ingenuè fatemur: multò tamen obtinẽtur plura si omnia in cõmuni possiderentur. Sancti verò loquũtur de rerum vsu quando proximi pauperes indigẽt: tunc enim iam dictu est, vsum debere esse cõmunem, quatenùs ad liberandam miserorum inopiam satis fuerit.

Scotus.

Isidorus.

Ad secundũ argumentũ.

QVESTIO QVARTA. De peculiari quorundam dominio.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm hominũ quispiam totius sit orbis dominus.

POST disputationẽ de dominio in genere, sequitur vt peculiariter de singularium quorũdam dominijs disseramus. Primùm enim de Chro Seruatore nostro arguere pro parte affirmatiua possemus. Extat enim Ioãnis authoritas Apocalyp. 9. Qui vidit in vestimẽto & in fœmore sedẽtis super equũ altũ: hoc est super eius innocentissimã eandẽq; candidissimã humanitatẽ, cuius virtute veluti fœmoris, filios progenuit ecclesiis regni hęreditas scriptũ, Rex regũ, ac Dominus dominãtium. Mox & de Pontifice Maximo idem sentiendum apparet: vt pote quẽ idem Redemptor vicarium in terris sibi substituit, qui sua fungere tur potestate. ¶Attamen quia in præsentia de Imperatore peculiariter disputatio instituitur, arguitur primo quòd nullus sit legitimus rex. Deus (vt ex Ecclesiastico citatũ est) reliquit hominem in manu consilij sui, hoc est libertum

quem vtiq; ab initio cõstituit rerũ dominum, nemini autem subiectum: ergo nemo esse legitimè potest aliorum princeps. Mox arguunt, qui hoc sequuntur cõmentum: Neq; ante diluuium, neq; pòst aliquo tẽpore vllius fit memoria principis vsq; ad Nemrod, qui per tyrãnidem & vim, potestatem regnãdi obtrusit in orbẽ: nulla ergo regnãdi est via legitima. Quare eos qui Reges Roma exegerunt, & qui Iulium Cæsarẽ enecârunt, laudibus Romani Annales efferunt. ¶Accedit, aiunt, deinde quòd præter Saũlem & Dauidem, quos Deus creauit reges, atq; Dauidis successores, nemo legitimè diuino iussu ascitus in regnum intrusi ergò sunt omnes contra ius. Adiungunt deniq; in suum patrocinium peculiariter de Christianis illud Christi, Matth. 17. Reges terrę à quibus accipiunt tributum vel censum? nam respondente Petro, ab alienis, intulit Dominus: ergò liberi sunt filij. ¶In cõtrariũ autem est ad Ro. 13. Paulus: Omnis potestas à Dño Deo est.

Exponitur quomodo Christus fuerit rex inquãtum homo.

An Christus fuerit totius orbis dominus.

IN hac quæstione de tribus esset nominatis personis disputandum: nempè de Christo redemptore nostro, deq; eius vicario Pontifice Maximo, ac demũ de Imperatore. Enimuerò de Christo, qui rem superficie tenus cogitant, inficias ire non audent, quin fuerit in quantum homo in temporalibus orbis dominus. Neque tam alia ratione mouentur, quàm quòd erat Deus. Sic habet Iohãnes Faber egregius autor super lege, Cunctos populos. C. de sum. Tri. Et Burgẽ. additione. 3. super cap. 1. Matthæi. Ex quo principio doctores plurimi canonici iuris idem Summo Pontifici tribuũt temporalium dominium ac plenissimam potestatem: addentes insuper eundẽ imperatorem ab illo imperialem suscipere, ac subinde reges omnem regalem. Attamẽ de Christo hic non disputabimus, neq; de eius vicario: eò quòd in cõmentarijs nostris super Matthæum suis (vt reor) numeris easdem quæstiones pro exiguitate nostra absoluimus. Nempè de Christo super cap. 1. de Summo pontifice super. 20. In præsentiarum autem non de spiritualibus illis quæstionibus, quæ Euangelij commentarijs aptiùs accõmodantur, sed de sæcularibus differendum instituimus. ¶Quòd si iudicium nostrum, quod illic abũdantius ac locupletiùs patescimus, summatim audire libet: Persuadere ibi contendebamus vtriusq; quæstiones scilicet tam de Christo, quàm de Papa, negatiuam partem. Primum inquam supposuimus fidei confessionem: porrò quòd Christus inquantum Deus, dominus sit, nõ modò terræ & plenitudinis eius, tam spiritualibus quàm temporalibus: verùm & cœlorum cœlestiumq; spirituum: eo iure quo cuncta ex nihilo condidit, & in nihilum redigere potest. Deinde quantũ ad eius humanitatem pariter secundùm eandẽ fidem catholicam agnouimus, eundem quatenùs hominem iure redemptionis vnicum fuisse regem regni cœlorum: quippe cui incumbebat cuncta, quæ ad sempiternam hæreditatem attinent, dispensare, administrare, ac disponere: nempè ecclesiam fundare, sacramenta instituere, magistratus ecclesiasticos creare, leges condere: ac demum omnes iudicare, & cuique pro meritis præmia æterna ac supplicia decernere. Subindeq; reges vniuersos, vt suis legibus parẽrent, cogere: eorumque leges, qua parte suis aduersarentur, abrogare: vniuersa denique temporalia, quoties ad suum spiritualium finẽ opus esset, in suum assumere. Cæterùm quantum ad sæcularem potestatem contrarium arbitrati sumus: videlicet quatenus hominẽ, non fuisse regem: non quòd non potuit: erat quippe Deus: sed quia neque eum decuit, neque sub inde voluit. Enimuerò cùm non venerit in mũdũ (vt confessio habet catholica) nisi tanquàm Redemptor propter nos homines, & propter nostram salutem, nullam huius mundi potestatem assumpsit, nisi quæ illi negotio deseruiret: nihil emẽ honoris illi qui Deus erat, futilia hæc & lubrica regna accumulabant, sed omnia contempsit vilipensaq; abiecit. ¶Regnum autem quod illi tribuunt hæreditarium, per Dauidis prosapiam descendens, illud quidem particulare erat super tribus Israel, idq; iam prorsus in Ioacim filio Iechoniæ, seu in eius patruo Sedechia cessauerat, iuxta vaticinium Hieremiæ 22. Deinceps nanq; non in regibus, sed in sacerdotibus, & in Macchabæis perstitit sceptrum Iudæ vsq; ad Christum: atque hac ratione (vt illic meminimus) impleta est prophetia Iacob, Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, & dux. (dux inquit non rex) donec veniat qui mittendus est. Constat præterea nullam talem potestatem vsu exercuisse, vt contrarij fatentur: in vanum ergò eam assumpsisset. Et ideo in Psal. 2. Ego, inquit constitutus sum rex ab eo super Syon montẽ sanctum eius: id est super ecclesiam: prædicans præceptum eius. & Matth. 28. Data est mihi omnis potestas, in cœlo & in terra. Euntes ergò docete omnes gentes. &c. Regnũ ergò eius fuit prædicare & docere fidem. Vnde ad Pilatum, sic non negauit se regem, vt tamen fatere tur, non esse regem veluti reges mundi. Regnũ enim, inquit, meum non est de hoc mũdo. Docens (vt Isaias cap. 9. prędixerat) regnum suum in sempiternum duraturum: & (vt est in Psal.)

Nẽq; Christus nec q̃ papa est totius orbis dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regnum omnium ſeculorū: nullū ergò habuit caducum ac temporale. Erat nihilominùs (vt ait Iohannes) Rex regum, & Dominus dominantium: quia ſpiritualis eius ſcopus fini temporali omnium regum præeminet, & ideo cūctis poterat ad illum finem vti. ¶Quòd ſi ipſe tale regnum nō aſſumpſit, citra cōtrouerſiam certiſsimū eſt neq; illud reliquiſſe vicario ſuo Pontifici Maximo, ſed illam prorſus poteſtatem, qua ipſe functus eſt, illi commiſit. Nempè vt quoties ad illum finem neceſſarium eſſet, regibus cunctis imperaret, leges eorum corrigeret, vniuerſa deniq; tēporalia vſurparet. Sunt nihilo ſecius ſpiritualis, ſecularisq; poteſtates vſq; adeò diſtinctæ, vt ſæcularis non deriuetur ab ſpirituali, ſed illa præciſa ratione ab illa dependeat: quòd ſi ab illa per rebellionem exorbitauerit, poſſit coërceri, nè diuinas & eccleſiaſticas præuaricetur leges: quòd quàm proximè declarabitur. Et hæc eſt plana ſententia ipſius Summi Pontificis eodē cap. Solitæ. vbi ait ſe eſſe Solem, qui ſpiritualium diei præeſt: Imperatorem verò, Lunam, quæ præeſt ſecularium nocti. Quare in ſpiritualibus aſſerit ſe illic ſuperiorem: præcellere autem Imperatorem fatetur in tēporalibus. Et idem fermè habetur. 96. diſt. can. Duo ſunt. Horū omnium fundamenta cui placuerit, vbi prædictos commentarios noſtros in Matthæum citauimus, fuſe firmiterque corroborata poteſt inſpicere. ¶His ergò non tam in præſentiarum prætermiſsis quàm alibi pro virili noſtra cōſtabilitis, duobus articulis quæſtio hæc abſoluetur. Prior eſt, vtrū ciuilis, tam Imperialis ſcilicet quàm Regia poteſtas diuinitus ſit inſtituta: poſteriori autem explorabimus, vtrum Imperator vniuerſale dominium habeat totius orbis. Et quidem quantum ad primum, duæ ſi nt inter ſe per extrema diuerſæ ſibi opiniones, de quibus non eſt cur hìc latè diſputemus. Sunt inquam qui imperatori non ſolum iuriſdictionem orbis tribuunt, verum & dominium ac proprietatem bonorum omnium, eumq; adeò appellātes proprietarium dominum. Quin verò Hoſtien. in titulo de præſcripti. §. quæ autē. omnes principes facit hoc modo proprietarios. Et afferunt pro ſe verbū. l. bene à Zenone. C. de quadri. præſ. Omnia ſunt principis. Et aliud in Authen. vt de cætero. &c. colla. 5. vbi habetur quòd imperium poteſt aliquando aliquid accipere venerabilium domuum dum voluerit. Eſt tamen inopinabilis opinio. Quare, vt bene adnotauit Ioannes Fab. ſuper eādem. l. Cōdicis, communis opinio eſt in contrarium. Et hæc ſit prima hìc noſtra concluſio. Neq; Imperator neque principum vllus eſt hoc pacto proprietarius. Turca enim eſt qui, vt fertur, illa dominatur tyrannide, vt cunctas ſubditorum ſubſtātias, tāquàm ſuas proprias ſic poſſideat, vt pro libito, vniuerſa ſibi, vt putat poſſit vſurpare. Iure autem naturæ, & li tranſtulit reſpublica in principem poteſtatem ſuam, & imperium, ac iuriſdictionem: nō tamen propriās facultates: quibus ideo princeps vti nequit, niſi quando eiuſdem reipublicæ tuendæ & adminiſtrandæ neceſſe fuerint. Quod autē lex ait, omnia eſſe principis: de his quæ fiſco aut publico ærario obueniunt, intelligitur. ¶Aliorum prætereà Chriſtianorū opinio eſt per aliud extremum, Quòd principes omnes per tyrannidem reſpublicas obtinent: Illis ſcilicet rationibus argutantes, quas à parte negatiua quæſt. obiecimus. ¶Hic autem, non opinio, ſed manifeſtarius error eſt, totiusq; reipublicæ peruerſio. Quin verò contraria veritas vt meridies lucida eſt, quam ſecūdam hìc ideo concluſionem ſtatuimus. Nempe regiam Imperatoriamq; poteſtatem, cæterorumq; principum authoritatem non hominū eſſe inuentum, ſed Dei ſanctiſsimam ordinationē: aliàs tamen à poteſtate ſpirituali. Hanc enim per ſe ipſe Chriſtus immediatè inſtituit, cui ceu vicario ſuum præfecit, eidemq; ſubditæ de vicario poteſtatem ſuam cōtulit, perpetuò in eccleſia duraturam. Itaq; poteſtas illa nequaquam facta eſt à republica, neq; per rem publicam derivata, ſed à ſolo per ſe Chriſto. Poteſtatem autem ciuilem Deus per legem naturalē, quæ ſuę ſempiternę participatio eſt, ordinauit. Hoc autem ſic patet. Deus per naturā dedit rebus ſingulis facultatem ſe conſeruandi, ſuiſq; reſtendi contrarijs: non modò quantum ad incolumitatem temporalis ſalutis, verùm & per eius gratiam quantum ad proſperitatem ſpiritualis. Hanc autem homines facultatem eam exequi cōmodè diſperſi nequirent, adiecit eis inſtinctū gregatim viuēdi, vt adunati alij alijs ſufficerent: congregata verò reſpublica nequāquam ſe poterat gubernare, hoſtesq; propulſare, malefactorumq; audaciam cohibere, niſi magiſtratus deligeret, quibus ſuam tribueret facultatem: nam aliàs tota congregatio ſine ordine & capite, neq; vnū corpus repreſentaret, neque ea prouidere poſſet quæ expedirent: ergò eādem ratione doctæ diuinitusq; inſtructæ reſpublicæ, aliæ annales Cōſules, aliæ alias publicarū adminiſtrationum formas ſibi inſtituerunt. Atq; eodem iure quælibet poterit ac debuit, vbi expedire cognoſſet, totam ſuā poteſtatem & imperium in vnum regem, qui ſecundum Ariſt. optimus genere ſuo eſt principatus) transferre: vt lege ſæpè citata, Quod principi placuit, ſancitur: penes quem ſumma eſſet rerum. Ecce quemadmodum publica ciuilis poteſtas, ordinatio Dei eſt. Nō quòd reſpublica non creauerit principes, ſed quòd id fecerit diuinitus erudita. Vnde illud Sapient. 14. Tua Pater prouidentia ab initio cuncta gubernat: per leges naturales intelligendum eſt, tam per illas quas rebus irrationalibus ingenuit, vt mari & ventis, quàm per illas quas indidit hominibus. Et ideo Paul. ad Rom. 13. authoritatem principum non in rem publicam tantum, ſed in Deum ipſum refert. Omnis, inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nō eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaq; qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et ad Titū. 3. Admone illos, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedientes. Neq; verò poteſtates tantùm Chriſtianorum principum: verùm & quæ ſunt penes infideles, à domino Deo ſunt: quia fides naturam nō deſtruxit, ſed perfecit. Et per illas poteſtates gubernare poſſunt plebes in his quæ ſunt naturalis iuris. Sic enim Dan. 2. legitur, Deum cœli regnum & imperium tradidiſſe Nabuchodonoſor. Sic & Chriſtus ait ad Pilatum, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Vnde etſi in primordijs Eccleſiæ omnes fermè principes, infidelitate tenerentur, præcipit nihilo minùs Petrus Chriſtianis. 1. Pe. 2. vt ſubiecti eſſent omni humanæ creaturæ propter Dominum: ſiue regi inquit, quaſi præcellenti. &c. Et infrà: ſerui ſubditi eſtote in omni timore dominis: nō ſolùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Atq; hinc fit, vt lib. 1. q. 6. dicebamus, principem poteſtate fungi ferenda rum legū quibus rem publicam coërceat. Fitque prætereà vt non ſolum ſingulis reipublicæ membris ſuperior ſit, verum & totius collectim corporis caput: totiq; adeò ſic eminēs, vt totam etiam ſimul punire valeat. Quare nequeat per rem publicam Rex poteſt regni iure expoliari, niſi fuerit in tyrannidem corruptus. ¶Per hæc demum id quod ſuprà diximus clarèſcit: videlicet poteſtatem ciuilem non ſic depēdere ab ſpirituali, vt ab illa inſtituatur, ſuamque aceipiat facultatem: ab illave poſsit, vel amoueri: rex vel cogi, vel corrigi, niſi quando à diuinis legibus ſit neq; ſpirituali reuelaret. Nam etſi ambæ à Deo procedant, non tamen alteram per alteram, ſed modis varijs: prior ſcilicet à Deo immediatè: poſterior verò mediāte lege naturę per ciuilem rempublicam. Atq; hoc pacto intelligendū eſt verbū Authent. de inſtruc. aut. & fid. coll. 6. Imperiū Deus de cœlo cōſtituit. Atq; aliud Authēt. quomodò oportet epiſcopos. &c. vbi legitur, ſacerdotiū & imperiū dona eſſe Dei à ſuperna collata clemētia. Hæc ergò non animaduerterunt qui aiunt rempublicam ciuilem ab ſpirituali, ſcilicet à Summo Pontifice facultatem ſuam mendicare. Quorū eſt Bart. ſuper extrauagan. Ad reprimendum.

Spūalis & ſecularis diſtinctæ ſunt poteſtates omninò, licet hæc illi vtcūq; ſubſit.

Articulus. 1.

Prima concluſio.

ARgumenta ergò in contrarium nullo ſunt pondere: nam etſi homines naturaliter liberi creati fuerint: eiuſdem tamen naturę inſtinctu, ceu ciuilia animalia, quò ſe pro naturali appetitu conſeruent, Reges ac Principes ſibi præficiunt, quibus obtemperantes, tutiùs fœliciusq; viuant. Et quamuis in Biblijs ante Diluuium nullus legatur princeps: eſt tamen vero proximum illos Patriarchas illic recenſitos, monarchas extitiſſe, vt lib. 15. de Ciuitate Dei, ait de Cain Auguſt. qui ciuitatem condidit: vel gentes illas Ariſtocratiam, aliāmve gubernationem habuiſſe. Quod autē de Nemrod ſubijcitur, fatemur & à tyrannis inuaſas reſpublicas. Nam etſi poteſtas principum, ordinatio Dei ſit: vſurpatio tamen earū, quando violato iure fit, non eſt à Deo præcipiente, ſed tamen id in punitionem ſubditorū permittente. De quibus per Oſeam cap. 4. ait Deus: Regnauerunt, & nō ex me: principes extiterunt, & nō cognoui. Et Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Et Prouerb. 28. Propter peccata terræ, multi principes eius. Quemadmodum & poteſtatis vſus, quando legitimè fit, inſpiramē Dei eſt. De hoc enim vſu peculiariter illud intelligitur Prouerb. 8. Per me reges regnant, & legum cōditores iuſta decernunt: nam de alijs (quod lib. 1. citauimus) lamentatur Iſaias cap. 10. vbi ait, Vę qui condunt leges iniquas: quæ re vera Deo non authore, ſed permiſſore inſtituuntur. ¶Ad aliud de Saūle & Dauīde conceditur, quod etſi illos tantùm diuino iure poſitiuo Deus inſtituerit, ordinauit tamen iure naturæ vt alij à republica eligerentur. Quod autē de Chriſto afferunt, qui aſſeruit filios eſſe liberos, neutiquàm ſic audiri poteſt, vt Chriſtianos omnes principum poteſtate liberauerit: quandoquidem eius Apoſtoli nos admonitos curauerint vt eiſdem obſequeremur: ſed id peculiariter ſacerdotibus competit: quod ad præſens nihil attinet negotium.

Ante diluuiū fuit etiā aliqualis principatus.

Reſpublica nō poteſt regem regni regnan poteſtate niſi ob tyrannidem.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Imperator ſit dominus orbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

POstquàm fundamenta reipublicæ ciuilis perfunctiorie iecimus, sequitur vt hoc articulo secundo ad id quod de Imperatore proposuimus descendamus: an scilicet sit dominus totius orbis. Et arguitur à parte affirmatiua. In primis (vt extra de maio. & obed. c. solitæ. habetur) Sūmus Pontifex & imperator duo sunt in orbe luminaria magna. Summus autem Pontifex vnus est totius orbis in spiritualibus: quia decuit vniuersæ corporis Ecclesiæ vnū esse caput: ergò cādem fuit ratione congruens vt in temporalibus esset vnum caput: quod nequit aliud fingi quàm Imperator. ¶Accedit huc tam ius canonicum quàm ciuile. Est enim tex. Hiero. 7. q. 1. can. In apibus. vbi ait, quòd sicut in apibus vnus est princeps, & inter grues dux vna: sic Imperator vnus. Et cap. de bonis quæ lib. &c. l. cum multa. Imperialis fortuna omnes supereminet alias. Et ad. l. Rhodiam de iactu. l. deprecatio. ait Antoninus, Ego mundi dominus. Et Extrauagan. Ad reprimendum. quomodò in læsæ maiest. &c. ait Henricus Cęsar: In trāquillitate Romani imperij totius orbis regularitatē requiescere. ¶In cōtrariū autem facit lex, Cūctos populos. C. de sum. Tri. & fide catho. vbi Iustinianus ait. Cūctos populos quos clementię nostræ regit Imperiū. quibus verbis limites Imperio suo circūscribit.

DE hac quæstione bipertiti sunt vtriusq; iuris doctores. Nā Hostiē. & Ioan. Andreas, &(vt fertur) Itali opinionem sustinent quod sit vniuersalis orbis dominus. Et peculiariter Bald. super lege citata, cunctos populos. & Bart. l. hostes. ff. de capt. & postli. reuers. Vbi addit forsan qui negauerit, hæresin incurrere: eò quod Lucę. 2. legitur editum â Cæsare Augusto exisse vt describeretur vniuersus orbis. Et in fronte trac. super Extrauagan. Ad reprimendum. idem repetit veluti de fide. At verò Faber super eandem. l. Codicis & Vltramontani, cōtrariam tuentur sententiam. Verùm tamen quia de re hac sola legū citatione controuersantur, quæ amphibolis loquuntur verbis, opus est, rationibus earum mentem eruere. ¶Est ergò huius articuli conclusio. Licèt imperatoria maiestas donū institutioque Dei sit: tamen ꝙ totius orbis imperio fulgeat, nulla fit ratione credibile. Prius membrum satis suprà cōfirmatum est: posterius ergò commōstrare restat. Et nè verbi significatio ancipites nos teneat, orbem appellamus totum terrarum aquarūq; globum & ambitum: nam orbem Romani appellabant illam terræ portionem sibi cognitam, quam suo Imperio subiugauerant: de quo alia est quæstio: sed in sensu quem verba faciunt probatur conclusio. Et loquimur (vt suprà diximus) de dominio iurisdictionis: nam de rerū proprietate iam id priore cōclusione superioris articuli negatum est. Igitur quamuis neganti hanc imperij infinitatem, opinionem suam probare nō incumbat: sed qui asseruerit, prouinciā subeat tale ius demonstrandi: nihilo minùs pro assertā conclusione arguitur. Si Imperator esset vniuersi dominus: aut id sibi iure diuino competeret, aut natura li, aut humano, gentium videlicet aut ciuili: nullo autē istorum: ergò. Primùm quo de iure diuino positiuo vt à naturali distinguitur arguamus. Saūli quidem, Dauidiq; & eius prosapiæ sacra referunt oracula concessa fuisse regna: quippe quos Deus ipse ore suo instituit: præterea nemini. Ius autem naturæ nu dè consideratum nullum mortalium cæteris dominio prætulit. Omnes enim nascuntur liberi, vt iam monstratum est. ¶Confirmatur autem hæc veritas. Si vagi homines dispersiq; viuerent, nullus esset cæterorum dominus: dum ergò in vrbes & oppida sese receperunt, nullus iure naturæ erat reliquis superior legali dominio, quos reliquos posset legibus cogere: sed tantum naturali, quo ingenio præstantes rudibus dominantur: qui (vt dictum est) vi non vigent coërciua: ergo si aliquis est dominus orbis, is creatus est authoritate & cōcessu reipublicæ: quo pacto dictum est diuinitùs esse ordinatam potestatem ciuilem. Quòd autē hoc modo non fuerit creatus, probatur. ¶Ad hoc quòd aliqua respublica Regem sibi vel Imperatorem instituat, in quem suam trāsferat potestatem, requiritur publicus eius consuentus, vt saltem maior pars in talē consentiat electionem. Vniuersus autem terrarum ambitus nunquàm talem fecit cōuentum, nec verò pars decima, si mentis oculis Antipodas, cunctasq; nationes in gyrum lustraueris: ergo nū quam vnus exiitit dominus orbis. Nec; Romanorū Cæsarum nomē & fama vsq; ad Antipodas & Insulares à nobis repertos vnquam penetrauit. ¶Secūdò arguitur: dato, vniuersi mundi nationes vel in vnum locum conuenire possent, vel per literas cōueniri vt vnum eligerent Monarcham: id tamen minimè iure naturæ expediebat. Arist. nanq; Polit. 7. cap. 4. docuit rempublicam non esse meliorem eò quòd maior, sed tantam debere sub vno principe agere, quātam ipse per se vel per suos posset cōmode administrare. Veluti nauis neque iusto minor nauigationi apta est, nec si duorū esset stadiorum posset cōmodè gubernari. Et Aug-

Sententia authoris.

gust. lib. 4. de Ciuita. Dei, cap. 15. Iniquitas, in quit, ampliora fecit regna. Et per domitis gentibus dilatare regnum, malis videtur fœlicitas, bonis necessitas: nempè quòd hostium iniquitas cogit vt bello supprimantur, nostroq; adhibeantur Imperio. Hæc fermè ille. Est enim Rex anima regni: vnde sicut autore. 2. de Anima, eodem Philosopho, non potest quæuis anima quantumcunque animare viuificareque corpus: sed quorumcunq; natura constantium præfinita est methodus & mensura: quia neq; formica ad hominis proceritatem augeri potest, neq; homo ad illam quę est elephātis, sic neq; princeps calore suo totam potest rem publicam nationibus ac regionibus vastissimè dispersam fouere, vt valeat, quæ quâq; prouincia fiunt, nosse, emendare, corrigereq; ac dispone re: vnus nanq; non potest vndecunq; orbis nuntios breui tempore suscipere: neque quocunq; gentium prætores suos ministrosq; ablios dimittere, & quæ vbique fiunt castigare: imò neq; eius metus ad tam vasta locorū spatia potest pertingere. Igitur cum potestas sit propter vsum si vsus amplissimæ huius potestatis non est possibilis, fit vt vana fuerit talis institutio: Deus autem & natura nihil faciunt frustra. Sed sit qui contra hoc insurgat. Christus prouidentissimè instituit vniuersalem vicarium mundo, vt in primo argumento dicebamus: cur ergo non potuit per vnum idem mundus in tēporalibus gubernari. sicuti in spiritualibus? Respondetur multò esse rationem disparem. Nam Christus fuit vniuersalis Redemptor, ac subinde Rex vnicus Regni cœlorum toto orbe diffusi: qui sua in infinita virtute cuncta disponit. Et ideo potest per vnum vicarium totum regere orbem. Eo vel maximè quòd sub illo vicario instituit ordinarios Patriarchas, Archiepiscopos, aliosq; Antistites, ac sacerdotes qui afflatu Spiritus sancti spiritualia administrarent: de quibus rebus non est necesse tam crebrò in vnū vniuersale Concilium omnes coire, sed satis est eius sanctiones quocunq; dimitti. Reges autem quia à suis regnis potestatem recipiunt, non est curab vno omnes dependeant in toto orbe. ¶Terciò arguitur. Si vnus est orbis vniuersalis in tēporalibus monarcha, vel hoc introductū fuit iure naturæ ante Christianissimū, vel iure Euangelico: non primū, quia ante natum Christū viguerūt tres illæ monarchię, scilicet, Chaldęorum, Perſarum, & Græcorum: quibus, sęculo propemodum Christi succesit quarta Romanorū: has quippe in illa statua inspexerat Daniel, vt legitur cap. 2. suæ prophetiæ. Nulla autem illarum fuit totius orbis domina, sed natiōnū, quæ certis erant limitibus circūseptæ. Christus autē in Euangelio de ciuilibus monarchis nihil dispossuit, aut mutauit: quare neq; Papæ hoc cōmisit, nisi ratione prædicta inquātū spiritualium finis id exigeret. ¶Quartū ego mihi sumo validū argumen. ex cap. Per venerabilē. qui filij sunt legit. Vbi Innocētius Tertius fatetur, Regē superiorem in tēporalibus minimè recognoscere: ꝙ licèt gloss. id de facto intelligat, non autē de iure, profectò nō probat: quia caput quod citat, In apibus, id nō concludit: vt confestim patebit. Et quāuis interpretes verbū peculiariter intelligāt de Rege Franciæ, textus tamē hunc nō patitur limitē: nam absolutè de rege loquitur quatenus rex est. Haud quidem negauerim Imperatorē Christianis regib⁹ esse superiorē. Est enim fidei protector ac propugnator, per Pōtificē ad hoc coronatus: & ideo in causis fidei, scilicet tam ad inimicos crucis arcendos & abigādos, q̄ ad restinguēda schismata, potest Christianos Reges cōuocare. Quòd autem in ordinarijs causis ad illum fiat prouocatio, nō est in vsu nisi in ciuitatibus, nationibusq; ac prouincijs imperialibus. ¶Existit autem argumentū quod cæteris vrgentius censetur contra hanc (quā arbitror) veritatem: idq; sumitur ex August. lib. 5. de Ciuitate Dei, cap. 12. &. 15. Vnde multi existimant elici de iure diuino Imperatorem esse mundi dominū. Ait enim quòd cùm diu fuissent regna Oriētis illustria, voluit Deus & Occidentale fieri, quod tēpore esset posterius, sed Imperij latitudine & magnitudine illustrius: idq; Romanis cōtulit, qui pro suo modo, boni erant. Deus ergò illis dedit Imperiū (vt etiam Opusc. de regimin. princip. lib. 3. ait Sanct. Thom.) ob suas scilicet morales virtutes, quanquàm illis non promeruissent fœlicitatem ęternam. Potissimùm propter amorem patriæ, zelumque iustitiæ, ac ciuilem benevolentiam. Accedit autem, veluti huius sententiæ robur, quòd neque Sylvest. Christianissimo Constantino, neque Theodosio Ambrosius scrupulum iniecerit vllum, vt Imperium abdicassent. ¶Ad hoc autem non vno respondetur modo. In primis sæpe adnotaui quàm fuerit August. hoc loco siniſtrè vulgò intellectus: haud enim asserere cogitauit quòd Deus quasi præmium suarum virtutum Imperiū Romanis adiudicauerit. Ex professo nanque ambobus capitulis citatis monstrare contendit, quicquid illi faciebant, intuitu mundanæ gloriæ, suique nominis ampliandi gessisse: quare, aut neminē aut vnū aut alterum cēset fuisse verè studiosum: pro eo quòd

Nemo superior rege in tēporalibus.

Quomō Imperator sit Christianis regibus superior.

Vnde elicitur quidam imperatorē esse mundi dominum iure diuino.

Romanorū doctes.

Notāda differentia inter principatū Ecclesiæ & Ciuilem.

Aristo. Principes non sunt de ratione ciuitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetitus ille peccatum erat, saltem veniale. Quapropter licèt Catonis, inquit, virtus propinquior esset veræ virtuti quàm virtus Cæsaris: neutra tamen fuit propriè virtus: ob peccatum autem Deus nullũ repensat præmium. Sed ait Deum illud iusto iudicio permisisse, eo modo quo ait: Christus eos qui iustitiam suam faciũt coram hominibus, recepisse mercedem suam: nempe ab hominibus ipso permittente, ac res naturali cursu disponente. Vnde post verba citata in calce cap. 12. ait: Quia pro vno isto vitio, id est amore laudis, pecuniæ cupiditatem & alia multa vitia comprimebant, concessit illis Deus illud Imperium: si ergò pro vitio, nõ aliter intelligitur concessisse q̃ permittẽdo. Deniq; ad idem propositũ. cap. 15. sic concludit. Non est q̃ de summi & veri Dei iustitia conqueratur: quia perceperunt mercedem suam. Ad Euangelium nimirum alludens: de his qui ob vanam gloriam operantur. Haud ergò eos Deus fecit dominos, vt Saũlem aut Dauidem reges: sed vel iure belli, vel per suam tyrannidem id permittente. ¶ Præterea quanuis praue super hoc intelligeretur Augustinus ac si vellet Deum tanquàm legitimarum virtutum mercedem contulisse Romanis Imperium, non de alio loquebatur Imperio, quàm de illo quod anteà fuerat Orientale, in Chaldęis scilicet, & Persis, & Græcis: illud autem nunquàm fuit vniuersale totius orbis, sed regionum quarundam. Et ideo subdit Romanorum Imperium fuisse extensius: non tamen totius globi. Scio Bart. tracta. illo citato suprà, extrà, Ad reprimendum, contrariam tenere sententiam, scilicet, regem Nabuchodonosor, regem fuisse vniuersalem orbis: citans illud Dan. 2. Tu rex regum es. Deus cœli regnum, & fortitudinem, & Imperium & gloriam dedit tibi. Illud autem hoc tantum significat quòd erat regum tunc cognitorum maximus, vti ait Nicolaus. Haud tamen quòd dominium & Imperium in totum haberet mundum. ¶ Profectò si fundamentum Imperij Christiani firmius non esset quàm quod Orientales subindeq; Romani vsurpârunt in orbe, exilius esset & infirmius, quàm vt tutas reddere posset Imperatorũ conscientias. Ambigere nanq; nemo potest quin ius potissimũ habuerint in armis: atque adeò potentatu potius q̃ iure perterritas gẽtes suppeditaueruint. Nam etsi aliquę nationes legantur ob fœdera rupta, bello ab ipsis lacessitę: fuerant tamẽ fœdera illa extorta, quę frangere nefas non erat. Quid enim iuris habebant in remotissimas gentes? &, vt alias mittamus, in terram Israël? quam Deus illis promiserat & concesserat, & quibus lege prohibuerat (vt legitur Deut. 17.) nè regem facerent alienigenam. Neq; verò Christi verbũ, Quod est Cæsaris, date Cæsari: in contrarium vllo aculeo pugnat: illic enim non approbauit Cæsaris dominatum: sed eximere se volens ab illo iudicio, ius tantùm naturæ retulit: Si quid Cæsari debetis, soluite sed in primis Deo, quod illi debitum est. Sed hoc est quod multi non animaduertunt: nempè quod cùm ob peccata forsan illarum nationum permisisset eas Deus sub iugũ Romanorũ venire, inferãt iure ipsos illas subegisse: cùm re vera nulla sit consequentiæ vis. Tradidit enim Deus sæpè Israeliticum populum in manus Philistinorũ & Chaldæorum: & tamen error esset apertissimus affirmare ius factum fuisse illis debellandi illum populum, & in captiuitatem redigendi. Ad hæc Iulius Cæsar priuata authoritate rẽpublicam peruasit ac subinde per iniuriam eius obtinuit dominatum, de quo suppliciũ capitis pertulit. ¶ Ius ergò legitimum Christiani imperij, hoc est quod vel in Augustũ, vt fertur, vel in Christianos pòst successores, vt in Constantinũ respublica cõsensit: cuius concessu legitimus est Christianorũ imperator. Hic ergò priùs à Grȩcis eligebatur: posteà verò anno Domini septingẽtesimo sexto põtificia authoritate trãslata est electio ad Germanos: vt ad perpetuã memoriã scriptũ est, cap. venerabilẽ. de elect. Igitur vt rẽ summatim cõcludamus, iure optimo est vnus Christianorũ Imperator, se licissimus & iustissimus. Quod tamen totius sit orbis dominus, neq; ratio neq; ius patrocinatur: nam pars quæ consensit perexigua erat respẽtu totius orbis. Quare iure reclamante naturæ nõ potuit illa antipodibus reliquisq; regionibus Imperatorẽ præficere. Papa verò, quia vt arti. proxi. dicebamus, authoritate Christi non est rex in tẽporalibus: nisi quatenus ad finem spiritualem sunt necessaria, nusquàm legitur tale Imperium ampliasse.

Christus proclamauit iniuriam Iudæis.

Iulius Cæsar per iniuriam dominatum obtinuit.

Imperium electionis ad Germanos translatum.

Ius imperatorum antiquorum potissimum in armis fuit.

AD argumenta in contrarium, vt doctoribus respondere incipiamus, re vera Bal. (si quæ dicta sunt respexeris) nequicquàm conatus est contrariam sententiam in iure naturæ fundare: neq; verò mirũ hoc est, cùm ad iuris prudentes non attineat ius naturæ perpẽdere. Sed multò (vt cum bona venia dixerim) absurdiùs Bar. ad ius Euãgelicũ supra suã facultatẽ gressũ fecit: vbi hæresin cẽsuit, negare, Apte verbũ Lucæ, Imperatorẽ esse dominũ orbis. Euãgelista nanq; hãc tantum historiam narrationis retulit, quòd exierit edictum à Cæsare Augusto vt

Ad argumenta in contrarium.

stovt describeretur vniuersus orbis: nullatenùs tamen affirmat edictũ illud legitimo iure prodijsse. Perinde est ac si inferas: Regius Psaltes affirmauit, dixit in sipiens in corde suo, non est Deus: ergò affirmauit, non esse Deum. Quin imò si mysterium mediteris, apertius videtur Euangelista edictum illud condemnasse. Apparet nanq; spumosam illam Augusti insolentiam in hoc retulisse, vt admoneret, non ipsum (vt se iactabat) sed illum qui nascebatur, esse orbis Dominũ: quippe quem, & legibus vniuersum obligauit, & in iudicium est demum conuocaturus. Præterea neq; illic nomine vniuersi orbis intelligitur totus globus. Haud enim tã fuisset Augustus mentis inops, vt iuberet describi Antipodes atque alias, tot miliaribus à se distantes, sibiq; inauditas nationes: sed vocabant vniuersum orbem vniuersam ditionem suam quæ latissimè patebat. Quo idiomate & nos insulas & continentem vastissimis spatijs iacentem, Nouum orbem, Nouumq; mũdum appellamus. Sic enim frequenti erat Latinis in vsu appellitare orbem, orbis portionẽ: Vt Lucanus in 3. Ignotum vobis, Arabes, venistis in orbem. Petius autẽ in supradicta Extraua. idem Bar. Ad reprimendum, impingit in Paulũ. Ait enim Apostolus. Ro. 13. nihil aliud q̃ Omnis aia potestatibus sublimioribus subdita sit. Refert verò ipse eos qui Romano Imperio non obtẽperant, diuina præcepta demoliri: vt pote quibus inbetur, Omnis anima Romanorum principi sit subiecta. Paulus enim non loquebatur de Romano principe, sed in genere de omnibus potestatibus, vt suis singuli præfectis obtẽperarent: adiectio ergò illa, præuaricatio fuit sacræ scripturæ. ¶ Ad illud autẽ in frõte quæstionis citatum, cap. solitæ. iam satis respõsum est. Vbi explicuimus quomodò potestas spiritualis, ac ciuilis duo sunt luminaria: Sol tamẽ totius orbis immediatè à Christo oriens diuino iure positiuo. Luna verò ab eodẽ Deo mediante iure naturæ per republicam dimanans: quæ tamen non potuit vnum eligere totius orbis, sed Christianissimi. Illud autẽ Hieronymi, can. in apibus. hoc tãtùm docet quòd sit vnus Imperator vnius reipublicæ. Haud tamen affirmat vniuersum orbem sub vno Imperatore degere in temporalibus: sed quòd in toto Christianissimo est vnus, ad quem etiam Imperia Turcarum & Sarracenorum regna, quę Christianæ iuris fuerint, attinent. Quia neq; inter apes vnicus est dux omnium quæ sunt in orbe: sed cuiuslibet aluearis vnus. Quòd autem ex. l. cùm multa. citatur Imperialem fortunam cęteris antecellere, id fatemur ingenuè: quia est omnium præstantissima: haud tamen inde fit, cũctis totius orbis vnicum dominari. Est enim regalis dignitas excellẽtior Ducatibus, ac Marchionatibus omnibus: non tamen Rex vnicus cunctis præest ducibus orbis, sed illis qui in regno suo vitam viuunt. Verbum autem Antonini in. l. deprecatio. negari non potest arrogãtiam redolere: quis enim citra talem notam dicere potuit, Ego mundi dominus? vni nanque Deo est illud proprium. Et ideo illius assertio nullam facit fidem. Modestiùs nanque longè ait in contrarium citatus Iustinianus: Cunctos populos quos clementiæ nostræ regit Imperiũ: qui quicquid glossematũ commiscantur interpretes, syncerus tamẽ sensus est quòd voluerit suum Imperium non solùm de iure, sed de facto limitibus circunscribere. Et. l. In nomine Domini. C. de offi. præf. præt. Afri. terminos quoq; nominat regionũ suarum. Et Inst. qui. mo. ius patr. potes. solu. §. si ab hostibus. ponitur limẽ imperij, vnde deriuatur nomẽ postliminium. &. l. Mercatores. C. de commer. distinguit inter suos & regis Persarũ subiectos. Et Clem. Pastoralis. de sententia & re iud. videtur Papa præscribere terminos Imperij. Illi ergò qui respondent quosdam aut præscriptione aut priuilegio esse exemptos, deberẽt priùs fundare vniuersale eius dominiũ in totum orbem, vt inde inferrent quotquot modò extra Imperium agunt, particulari iure esse exẽptos. Super alia verò lege citata in Extraua. Ad reprimendum. multa Bart. comminiscitur: Imperatorem affirmans esse vniuersalem Orbis dominum: atque hoc per Pontificis summi institutionem: quod profectò neq; vnquàm vllus Cæsarum admisit, neque docet ratio: nam, vt suprà dictum est, per electionem ciuilis reipublicæ descẽdit ciuilis potestas. Sed eodem modo intelligendus est hic totus orbis, quo suprà dictum est: scilicet amplitudo portionis illius mundi tunc notæ, quæ Romano Imperio parebat. Vel fortè vult dicere Cæsar q̃ per regularitatem Imperij Romani nõ solum eius subditi in tranquillitate erãt: verum & extranei reges metu eius deterriti conquiescebant. Haud enim oculate inspexit Barto. quemadmodùm ciuilis potestas per ius naturæ, perq; ideo reipublicæ constitutionẽ à Deo descenderit, atq; adeò neq; ante aduentum Christi vnum fuisse totius orbis monarcham: neq; verò eundem Seruatorem nostrum ius gentiũ hac parte demutasse. Deposcere hic series videbatur, vt de singulari dominio quod Catholici Reges erga infideles illos occidẽtales à quinquaginta hinc annos inuentos habent, quæstio adhiberetur: fuisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisset tamen nimis longa quam ideo in libello de ratione promulgandi Euangeliũ, quem paratum habemus, disputanda respositimus.

QVÆSTIO QVINTA De translatione dominiorum.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm sua quisq; voluntate, naturali iure valeat rei suæ dominium in alterum transferre.

QVÆSTIO hæc demum postrema de dominiorum translatione, ad materiam iam restitutionis proximè appropinquat. Obligatio nanq; restituẽdi ex ratione & modo quo translatum fuerit dominium depẽdet. Quæritur ergò primò vtrùm sua quisq; volũtate naturali iure rei suæ dominium valeat in alterum transferre. Et arguitur à parte negatiua primò. Si pro sua quisq; volũtate transmittere posset dominium, sequeretur actu quoq; solo mentis interno id posse: quia mẽtalis conceptus vera loquutio est, cuius voces secũdum Aristo. 1. Periher. sunt signa: qua vtiq; ratione votum Deo mẽte factum validum est: si ergò voce quisq; donare potest, fit vt & mente possit: consequens tamen videtur falsum: nam matrimonialis consensus per quem vterq; coniugum alteri se tradit, nisi voce extrà aut nutibus explicetur, minimè solidus est. ¶ Secũdò. Si id vnicuilibit ius naturale indulgeret, vt suæ esset arbiter voluntatis in rerum suarum dominijs trãsferendis, sequeretur eiusmodi voluntatem neutiquàm ciuili lege posse cohiberi: nam humanę leges, vt lib. 1. & 3. monstratum est, nullum obtinent contra ius naturæ vigorem: consequens autẽ creberrimus vnicuiusq; bene instituțę reipublicæ ostendit esse falsum. Prohibentur nãq; minores ætate vigintiquinq; annorum sua alienare bona: vt patet. ff. eodẽ titu Jo. l. 1. Item legibus quorundam regnorũ particularibus sic sunt maioratuũ iura instituta, vt eorum possessores nequeant vinculata bona dispendere. Item neq; ecclesiæ bona alienare pro libito potest aut Prælatus, aut Capitulũ, nisi certis de causis, certisq; præscriptis modis, vt patet ex decreto Leonis. 12. q. 2. can. sine exceptione. & toto titulo de reb. Eccle. nõ alien.

Primum argumẽtũ par

Argum. 2.

¶ Tertiò: si vnusquilibet posset suo arbitrio rẽ suam alienare, sequeretur eundẽ perinde posse pretij mercedisq; dominiũ pro re turpi in alterum traducere. Consequens tamen est falsum. Nam qui corrumpendo iudici aut assassino vt hominem occidat, aut per vsuram, aut per Symonias quicquam confert: etiam si vltrò id faciat, dominium non trãsfert: vt iura sanctè decernunt: ergò ius naturæ nõ est vt quisq; possit liberè sua donare. Neq; verò desunt qui idẽ de meretrice sentiant quæ merito sui corporis nullius potest mercedis dominium recipere.

Argum.

¶ Quarto arguitur: Iura nonnulla particularia in Hispania atq; in alijs quibuspiam regnis animum cohibent parentum ac præcipue sacerdotum nè spurijs suis filijs quicquam suorum bonorum impertiantur: & tamen si ius naturale libertati cuiuscunque cõcederet suam distrahere substantiam, leges illæ nulla se æquitate protegerent: ergo libera alienatio non est iuris naturæ. ¶ In contrarium est iuris authoritas, Instit. de rerum diui. §. Per traditionem. & ff. de acqui. rer dom. l. qua ratione. §. literæ. qua habetur, nihil esse tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini volẽtis rem suam in alium transferre, ratam haberi.

QVæstio, vt dicebamus, perquàm necessaria est cognitu ad materiam, non modo restitutionis, verùm totius iustitiæ commutatiuæ. Ad cuius igitur intellectũ primùm omniũ nosse operæ pretium est, duobus tantùm modis posse transferri dominiũ: nempe aut domini voluntate, aut lege. Dico duobus tantùm: nam loquor, non de acquisitione qua cunq; dominiorum, sed peculiariter de trãslatione. Dominium nãque non solùm per translationem ab vno in alterũ trãsit, sed iure quoque gentium per diuisionem atq; per inuẽtionem, vt titulis modò citatis. ff. & institu. patet. Enimuerò res quæ primo occupanti conceduntur, on acquiruntur per translationem. Quapropter nullam hic mentionẽ facturi sumus de rebus inuentis, in cuius veniant dominium: sed vsq; ad quintum librum, sub titulo de furto, id nobis est differendum. Translatio ergò dominij est trãsmissio rei ab eo qui prius legitimè possidebat in alterum: qui perinde incipit esse dominus. Hæc ergo non fit nisi aut volũtate legitimi domini, aut lege in ipsum potestatẽ habentis. ¶ Secundò notandum quòd lex non solum diuina, verum & humana duplicem vim habet in translationem dominiorum.

Prima cõclusio.

rum. Potest enim trãslationem impedire tam cohibendo domini voluntatem, ne det, quàm adimendo alteri facultatem, nè recipiat. Sit secundò potest translationem facere inuito domino, tam in pœnam criminis, quàm in subsidium tuẽdæ reipublicæ. De his itaq; tribus mẽbris dicendum est quæstione præsenti: videlicet de voluntaria translatione deq; legali impedimento, ac de translatione itidem legali.

¶ His ergò prehabitis, duabus conclusionibus ad quæstionem respõdetur. Prior. Vnusquisque mortalium ius habet naturale donandi & quomodocunque alienandi res quarum verè ac legitime dominus est. Conclusio hæc ex superioribus elicitur. Diximus nanq; fundamentum dominij rerũ naturale ne diuinum esse humanam rationem ac libertatẽ. Enimuerò quia Deus hominem ad sui imaginem cõdidit, hoc est rationalem ac liberum, per quæ in rationem & voluntatem dominium habet suarum actionum: inde factus est rerum dominus: secundum illud Genes. 1. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, &c. Qua vtiq; de causa soli homini demonstrauimus inter sublunares creaturas competere vt sit rei alicuius dominus. Si ergò per voluntatem constituitur dominus, per eãdem potest dominium ab sẽ quodcunque abdicare. ¶ Secundò id probatur. Res vniuersæ propter hominem conditæ sunt, atq; adeò illis quas ipse possidet ad libitũ potest vti. Quin vero, vt in definitione dominij suprà posita videre est, nihil aliud est dominium rei quàm facultas & ius eâdem vti, quocunq; vsu lege permissi: puta donandi, vendendi, consumendi, & quomodocunque. Res est clarissima. Quin vero non modò res quisque suas, verum & seipsum potest vendere, vt suprà assertum est. Nam etsi nemo sit vsq; adeò sui dominus, vt vita se valeat iure priuare: est tamẽ eius custos, vt quò vitam seruet, seipsum vendere queat.

Ad primum argumẽtũ.

Secũda cõclusio.

¶ Posterior conclusio. Eodem naturali iure nihil obstãte, lex potest tum voluntatem domini cohibere, tum etiam ipso inuito suorum dominio priuare. Cõclusio hæc nihilo obscurius quàm superior ex naturę principijs colligitur. Est enim homo naturaliter animal ciuile: coalescere autem in vnum mortalium vita nõ potest, nisi à publica authoritate in pace cõtineatur; quæ quidem authoritas tum custos est rei publicæ, tum & iustitiæ iudex. Ad legitimam vero custodiam primùm necessarium est, vt ei cuius interest prospiciat, nè antequàm eorum libertas pleno iudicio rationis ducatur, sua bona dilapident. Quam ob rem prohibetur pupilli de bonis suis disponere: sic vt eorum alienatio irrita sit & nulla. Secundò & necessarium est, sumptus eidẽ reipublicæ necessarios à ciuibus colligere. Nam iure naturæ, partes sunt propter totum. Ac demum tanquam iudex custosq; iusti ad eum spectat maleficia vlcisci. Quare sicuti vita, ita bonis potest quemlibet ciuiu expoliare. Vide ergò duas conclusiones quę primo aspectu secum pugnare videntur, quàm sint eodem naturali iure parente progenitæ. Est inquam ius naturale, vt quisq; sua volũtate possit de suis bonis disponere. Sed tamen quando voluntas posit ratione duce non errare. Quocirca ead. l. 1. de moribus. Prætor, inquit, naturalem æquitatem secutus, &c. cauit, nè pueri quorum consilium infirmum est, tutorumque insidijs expositum, suam dispensarent substantiam. Quare et fr. l. 1. de pact. idem Vlpian. æquitatem quoq; naturalem appellasset, vt pactorum fides seruaretur: subdens, Quid enim tam congruum fidei humanæ quàm eo seruare, quæ inter homines placuerunt: non est tamen veritus & æquitatem quoq; appellare naturalem: vt qui in tenera ætate de rebus suis pacisc̃untur, fidei suæ stare non obligentur.

Dubium.

AT verò quamuis conclusio vtraque liquidò constet: argumenta tamen incontrarium ambiguitate non carent. Et quidem primò dubium est quo fortè quispiam moueatur, vtrùm per actum interiorem possit transferri dominium: hoc autem lib. 8. sub titulo De voto, vbi D. Thomas ait promissionem non fieri inter homines nisi per actus exteriores, emunctius examinabitur. Interim autem per hæc dicta ad argumentum respondetur. Primùm translatio est duplex: Alia scilicet quæ per transactionem fit & cõtractum, nempe quo, vt ait Iurisconsultus l. Labeo. 2. ff. de verb. signifi. vltrò citrò que nascitur obligatio. Et de hac nemini dubium quin absque extera significatione fieri non possit: quandoquidem illic non est simplex datio, sed hypothetica: mutua scilicet, do vt des: vt patet in emptione & venditione, & similibus. Ac præcipuè in contractu matrimoniali, cuius ideo consensus nullus est nisi extrinsecùs explicetur. Alia verò est simplex translatio, qualis est donatio quæ nullam ab altera parte obligationem exposcit. Et de hac est dubium. Etenim si ego firmato consensu mente do aut polliceor rem aliquam, postquàm illa est vera assertio videtur hominem ligare. Quare nullum est quorundam argumentum (inter quos est Almayn in. 4. distinct. 15. quæst. 2.) qui ex hoc quòd coniugalis consensus expressio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

presionem externam requirit, inferunt nullum posse dominium per mentalem donationem in alterũ traduci. ¶ Sed arguis: Dare, correlatiuum huius est, quod est accipere: ergò vsquequò alter accipiat, nulla fit translatio. Respondetur; argumentationem hanc verisimè concludere: hoc tamen est de quo controuertimur, vtrùm qui mente apud se dixit, Do tali inopi puellæ hanc dotalem eleemosynam, aut tali hospitali tantam pecuniã: teneatur posteà illis quibus interest mentem patefacere suam: quam si acceptauerint, obligetur implere. Nã si votum fieret Deo, non est dubium quin téneret: vn de aliquanta cum probabilitate infertur vt teneatur etiam patefacere hominibus, qui illis pollicitus est. Teneatur inquam lege naturæ in conscientia. De iure nanq; ciuili palàm est neminem cogi per actum interiorem quoadusque foris explicitus sit. Tametsi perquàm probabile quoq; sit vt talis mentalis donatio anteà quàm alteri innotescat, possit mutari fortè pro libito. Id quod loco citato, lib. 8. pluribus rationibus vtrinque disputauimus.

Ad secundũ argumentũ. ¶ Ad secundum secunda conclusione responsum est: vbi reddita est naturalis ratio cur expedierit nè in ætate pupillari cõmitteretur puero suorum dispensatio. Sed neq; de primogenituris ratio deest naturalis, cur fuerint illo vinculo colligatæ nè dispendi possent. Nã etsi ex vna parte argumentum sit haud infirmum iuri naturæ repugnare, propterea q̃ omnes liberi eorundem parentum æqua sorte nascuntur ac perinde æquo iure nutriri debent atq; educari: propter quam rationem multæ respublicæ iura primogenituræ nõ sic augent, vt in totam substantiam paternam primogeniti succedant: tamen ex alia parte id nõ solùm in decõrem reipublicæ, verum & in eius emolumentũ & firmamentum cedit. Haud ergò arbitrentur magnates ipsorum causa maioratus esse institutos: scilicet vt eorum prosapiæ perpetuò durarent, sed in bonum reipublicæ. Expedit nanque vt eius cõmune corpus ossa habeat & neruos quibus fulciatur. Ob idq; decretum est vt tanq̃ reipublicæ robora aliquę persisterent illustres domus, tùm vt à cõsilijs essent, tùm etiã vt tẽpore belli eius essent sustentacula. Et quoniam, vt ait Lyricus, Et genus & virtus, nisi cũ re, vilior alga est: visum meritò est regibus domorum perpetuitati sic cõsulere, vt domus in primogenitum descenderet: reliquæ verò proles suis essent alimentis contentæ. Similis nanque est agricolarum prudentia qui arbori & viti minores ramunculos circunquâq; amputant, vt præcipuũ germen in truncum excrescat. Fit ergò vt tam primogeniti, quàm illi qui legitimam non sunt ętatem ingressi, sic iure & meritò cohibeãtur bona sua abalienare, vt alienatio irrita nullaq; sit: vtpote per quam nullũ transfertur dominium. ¶ De Ecclesiasticis bonis aliæ sunt inferiores rationes: nam cùm Ecclesiasticum seruitium, nõ minùs necessarium q̃ religiosum, sine bonis quę hominum pietas huic muneri mãcipauit perdurare nequeat: & ex vna parte Capitulũ & prælatus nõ tantam illorũ curam gerant, q̃ si essent propria: sed ex altera sæcularis auiditas quocunque se inferat, consultissimum fuit arctissimè cauere, nè eiusmodi facultates Ecclesiasticæ, nisi iustissimis causis, consultissimisque formis alienarentur.

De bonis cleri nõ alienandis.

Ad tertium argumentũ. ¶ Ad tertium paulò differentiùs respondetur: Princeps enim sicuti quia reipublicæ custos est cogere potest ciues vt vbi opus fuerit contribuant: sic quia iustitiæ iudex, potest & propter crimina tum dominos bonis suis priuare, tùm alios, nè recipiant, inhabiles efficere. Atque hac ratione & qui vel corrumpendo iudici vel assasino pecuniam offert, eãdem multatur: & quibus offertur, inhabiles meritissimò fiunt, ne eius dominium acquirant. De qua re quæstione septima explicatior habebitur sermo. Et idẽ censendum de Symoniacis, nisi quòd ratio restituendi paulò est differentior, vt in calce sexti libri disputabitur. De lucro autem meretricio, quæstione eãdem. 7. idque diuersa ratione dicendum nobis restat.

¶ Quartũ autem argumentũ præcipuam mihi ambiguitatem offert, saltem de filijs sacerdotum. Sunt enim spuriorum atque eorum qui non ex legitimo matrimonio nascuntur quatuor genera: quæ notantur capitul. Nisi cum pridem. de renuntiatione. sunt inquam manzeres, qui ex ignoto scorto, puta ex vaga meretrice quæ omnibus exposita est, nascuntur. Spurij autem qui ex peculiari cõcubina fusti oluntur. Et isti dicuntur naturales: quanuis ũ Etymologiam græcam sequamur, spurius idẽ est quod sine certo patre natus: atq; adeò melius conueniret illis qui vago concubitu generantur. Nothus verò, vt Quintilian. libro. 3. inquit, est ille qui ex vxore non legitima natus est nempè ex adulterio. Nam quia Latinum nomen non habemus, peregrino vtimur. Graeci nanque quicquid illegitimum est, id est legem non seruat, nothum appellant: vt febrẽ notham dicunt illam quę legitimam periodũ & terminum non seruat. In præsentiarũ autem mãzeres & spurij eodẽ gradu æstimãtur, quà tũ ad successionẽ hæreditatis. Enimuerò eiusmodi spurij nõ succedũt in hęreditatẽ neq; patris neq; matris, si filios habeant legitimos. Nã testator non videtur alienas successiones prijs anteponere. l. cùm acutissimi. ff. de fidei commiss. vnde. l. 9. Tauri originem duxit: quæ spurios ab hæreditate repellit. Potest tamen illos mater ex quinta parte asis hæredes instituere. Si autẽ mater legitima careat prole, succedunt illi ab intestato: non tamen patri, quia non est certus. Si verò sint ex damnato cõcubitu nati ex parte matris, puta ex incestu, aut stupro, & potissimùm ex adulterio, non succedunt neq; ex testamento neq; ab intestato. Non tamẽ prohibetur quin tam mater quàm pater possit illis quintam etiam partem legare. Hæc autem extra vllã sunt controuersiam.

¶ Quod autem in litẽ hic vocamus est, vtrùm pater vel mater extra testamentum possit illis aliquid in conscientia relinquere contra legis prohibitionem: vel amici fidei cõmittere qui illis post ea tradat. Et de vtroq; respondendũ est, scilicet an sit peccatum mortale: tam patri quàm amico, quàm etiam filio recipienti. Et vtrum eiusmodi bona sint restituenda, & cui.

Quid possit pater iure naturæ cum filijs nothis.

In eiusmodi ergò casibus discernẽdum est naturale ius à ciuili. Si enim ad meruũ ius naturale spectemus, dubium nõ est, quin pater possit suã bona notho filio, sicuti cuicũq; donare citra culpã: & alter etiã potest illa abiq; culpa possidere. nisi forsã alios haberet liberos quos illa causa in pauperiem adigeret: quod ad præsens negotium nihil attinet. Sed dubium est vtrùm lex ciuilis sic fecerit inhabiles eiusmodi nothos ad fruendum paternis bonis, vt nullatenus possint dominium acquirere: vel vtrùm solum per modum pœnæ eiusmodi bonis illos priuet. Permultùm enim refert: nam si inhabiles fiunt quemadmodùm pupilli ad dandũ, & Symoniacus ad suscipiendum: nulla spectata sententia tenentur illa restituere. Si verò lex tantum est pœnalis, tunc, vt lib. 1. latissimè disputauimus, ante latã in iudicio sentẽtiã potest filius bona conscientia possidere. Et nè Iongius disputationẽ protrahamus, arbitror sub distinctione respondendum de filijs nothis sæcularij, & de filijs clericorum aut religiosorũ. Enimuerò de iure cõmuni nihil expressum reperitur quo prohibeãtur parẽtes extra testamentũ aliquid illis, aut viuẽtes donare, aut morientes relinquere. Sed leges particulares regni sunt quę rem in dubiũ reuocãt. In legibus aũt regni nihil arctiꝰ cõtra filios nothos sæcularij decretum inuenitur q̃ quod lege. 3. definitur, titu. 15. par. 4. Nempe q̃ non possunt hæreditario iure succedere in bona paterna. Et. l. 1. eo. titulo de hæredi. successi. item prohibentur

Quid lex ciuilis de filijs nothis sæcularium statuerit.

nè possint in hæreditatẽ succedere: quod & lege. 9. Taur. citata confirmatur. De istis ergò asseruerim q̃ si pater aliquid fidei amici committit q̃d det suo filio ex adulterio suscepto, amicus ille tenetur ius naturale seruare, hoc est dare filio: & filius potest recipere perinde ac si esset extraneus. Itaq; omnia sua bona potest illi pater dare, si filios nõ habet legitimos: si autẽ legitimos habet, nõ potest illos exhæredare, nisi vsq; ad quintam. Neq; arbitror vllũ interuenire peccatum. Cùm autem fiscus petierit, standũ est iuri exteriori. Conclusionẽ hanc mihi eò persuadeo, q̃ lex illa, cùm sit in odium filiorũ, non est vlterius dilatãda quàm sonat: nõ autem prohibet nisi esse hæredes: ergò pater extra testamentũ bona sua donans nõ facit contra rigorẽ legis: neq; verò in eius fraudẽ: quia lex pœnalis tantũ ad id obligat quod sonat. ¶ Dubiũ autem intricatius restat de filijs clericorum, hoc est sacris initiatorum, & de filijs religiosorum. De his nanq; licèt nõ in iure communi, tamen in iure particulari regni verba habentur multò significãtiora atq; strictiora. Extat enim lex. 3. lib. 1. regalium ordinati. in hanc formam: Quò nulla offeratur occasio vt vlla mulier clericorum cõcubinatui addicatur, si clericorũ filij in eorũ bona hæreditario iure succederent, constituimus & præcipimus vt eiusmodi clericorũ filij (&. l. 9. Tauri extẽditur perinde ad filios religiosorũ) neq; habeant, neq; hæreditent neq; hæreditare possint bona suorũ parentũ, neq; aliorum cõsanguineorũ. Et sequit̃, Neq; suscipiãt. hoc eñ Hispanè sonat vox, Ni ayan: neq; potiri possint quocunq; legato, aut donatione, aut alia collatione quæ illis fuerit facta. Quæ quidẽ verba nõ solũ eos excludũt nè hęredes esse possint, verum etiam videntur eos facere inhabiles & incapaces ad vllo pacto possidẽda paterna bona: nisi peculiari regis concessione. Et quòd tã strictam legem rex possit facere, non est ambigendum: nam vt lib. 1. decisum est, leges humanæ obligant in foro conscientiæ quando sunt iustæ: eiusmodi verò odium in clericorũ sobolem, æquum est. Quare profectò mihi est perquàm probabile, eandem legem nõ modò esse pœnalem, verùm impeditiuam translationis dominij, sicut si vel pupillus donaret, vel Symoniacus vel assasinus susciperet. Nihilominùs pater tenetur eum alere quãdiu viuit & educare: quia ius illud naturæ non est reuocabile. Potestque adeò ei viuens donare vnde vitam sustentet. ¶ Ad casus ergò consuetissimos vt respondeamus, nempe cùm sacerdos vel clericus in sacris bona sua amici fidei

De filijs clericorum & religiosorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei concredit vt det suo filio, primùm quantum ad culpam fortasse mortaliter peccat contra legem illo rigore obligãtem. Secundò pro captu meo censuerim, illum fideicommissariũ nullatenus teneri eadem bona filio clerici adiu dicare: etiam si pollicitus fuerit id facere. Nam fidem contra ius ciuile impignoratam, lex naturæ seruare con cogit. ¶ Quæritur ergò quãtum ad restitutionem quid de illis bonis agendum sit? Respõdetur, si meum iudicium vllius est momenti, quòd si clericus amico det, non sub conditione vt reddat filio, sed absolutè: neque alter sub illa conditione recepit loco filij sed tanquàm sua: etiam si clericus fiduciam certam conceperit quòd amicus esset traditurus filio: & aliàs non illi relinqueret, nihilo minùs ille amicus potest tutò in conscientia bona illa possidere tanquàm sua, quousque fiscus condemnet. Et ratio nostra est quòd etsi lex filiũ inhabilem fecerit ad suscipiendum illa quę nõ dum possidebat: priuare tamen clericum suis bonis non potuit nisi in pœnam, quæ ante iudicis condemnationem, vt lib. 1. dictum est, nõ obligat: & ideò donatio facta amico tenet quo adusq; per condemnationem priuetur. Quòd si tunc amicus tãquàm propria bona vult donare filio clerici, etiam tenebit donatio. Si verò clericus dedit amico non absolutè, sed sub conditione vt daret filio neq; ille suscepit nisi sub illa conditione: tunc neque donatio facta amico tenuit: quare ipse retinere non potest, neque verò ipse potest dare filio clerici. Arbitror ergò de illis bonis antequàm condemnatio fiat in conscientia disponendum esse, veluti de bonis sine domino derelictis: nam fiscus non habet ius quoadusq; fiat cõdemnatio. Et ideo eroganda essent in pios vsus: si modò ille fidei commissarius tutus esset, nunquàm id in notitiam fiscalis peruẽturum: nam si id metueret, consultius esset fisco patefacere. Hæc tam multis expresserim, quia creberrima de hoc cõsilia petuntur.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm per ludum dominium transferatur.

CIRCA hoc membrum ciuilis potestatis, qua dominiorum trãslationem irritare potest, disputãdum sequitur de his quę ludo acquiruntur. Videtur nanque nullum earum rerum acquiri dominium: sed nulla expectata sententia restitutioni esse obnoxias. Est enim ludus, potissimùm alearum: ac perinde quicunque id genus fortunæ subiectus, vtroque iure prohibitus clericis, videlicet iure canonico, vt patet. distin. 35. can. episcopus. vbi & laicus iubetur aut à ludis desistere, aut cõmunione priuari. & in Authẽtica de sanctissimis episcopis. §. interdicimus. Ac perinde laicis iure ciuili: vt videre est. l. alearum vsus. C. de religio. &. l. solent. ff. de aleatoribus. Et prætereà particularibus regni legibus. Hæc autem prohibitio eiusdem videtur generis quo pupilli vetantur sua alienare bona: & quo, vt proximo articulo dicebamus, clericorum filij adeundis hæreditatibus reddũtur inhabiles. Nam pariter in odiũ ludi illæ sancitæ sunt leges. ¶ Secundò arguitur. In ludo tot coëunt vitiorum genera, vt meritò sit dominiorum per ipsum trãslatio interdicẽda. Quoniam vt habetur eâ dem. l. alearũ. licèt res esset antiqua, prodit tamen pro tempore in lachrymas: nam quidam ludere nescientes, proprias substãtias perdiderunt: consequẽter autem ex hac inordinatione blasphemare conantur. Et propter illa quæ illic commemorantur, ille qui ludit, tam suorũ profusus est ac prodigus, quàm alienorũ auidissimè cupidus: generat enim ludus insatiabilem lucrãdi sitim: quod adeò ad auaritiam attinet, vt in furtum vergere videatur. Vnde Aristo. 4. Ethicorum, cap. 1. aleatores cum latronibus componit, de quę auaritia infamat & illiberalitate: quippe qui ab amicis eripiunt qđ potiùs illis deberẽt elargiri. ¶ Deniq; tertiò arguitur ex verbis legis citatæ, Alearum. C. de religi. vbi habetur q̃ si contrà factum fuerit, id est si quis ludo fuerit quidpiam lucratus, nulla sequatur condemnatio qua scilicet cogatur qui perdidit soluere: quòd si soluerit, solutum reddatur. ¶ In contrarium autem est quod iure naturæ quisq; potest per ludum sua bona alteri tradere: quare non est ciuilis cohibitio latiùs extendenda q̃ ratio persuadet, & legum verba sonant, & iudiciorum vsus habet. Hæc autem non aliud videntur contendere, quàm quòd qui perdidit, repetitionem habeat in iudicio, vt illicò monstrabitur. Ob idq; dũ ille non repetit, lucrator legitimè possidet, atque adeò verum habet dominium.

AD quæstionem hanc, de qua plus forte Docto. iusto reperias cõtroversos, quatuor conclusionibus respõdetur. Prima: Ludus, si in genere nomẽ accipias, rem de se licitam iure naturæ sonat: quin & virtus esse potest, vt sanctus Tho. 2. 2. art. 2. q. 168. author

author est. Enimuerò etsi homo ad laborẽ natus in sudore vultꝰ vesci debeat pane suo: haud tamen, cùm corruptibilis sit, in labore durare potest nisi animi nonnunquàm recreatio laborem interpolet, sudoremq; abstergat: licèt ergo animi leuandi gratia nonnunquàm ludere; dũmodò moderamen non absit. Quo fit vt sicuti alias animi recreationes moderato pretio licet pro cuiusq; statu procurare, vt venationem, & similia: sic nonnunquàm liceat, quin verò & virtus etiam esse possit in pecuniam ludere. Hoc patet, quia sicut in cibos honestos quibus corpus resocillatur licet sumptꝰ erogare: sic cũ & lusibus quoq; & animus vegetetur & corpus, nõ est cur & in illis non liceat aliquid expendere, quod maiori necessitati non subtrahas. Vnde Aristo. 2. Ethic. cap. 7. vt in cęteris virtutibus, sic & in ioco mediocritatem constituit, quam eutrapeliam vocat: nos autem iucunditatẽ dicere possumus: quare & deficere quoq; censet nonnunquàm homines à lusibus: quos ideo agreses appellant. Et Cicere libr. 1. de offi. ait ludo & ioco vti quidem licère, sed sicut somno & quiete: quæ ob seipsa non sunt necessaria, sed vt recreati vegetiores ad laborem resurgamus. ¶ Secũda conclusio. Ludus vt ex multis accidentibus honestatur, sic & ex plurimis vitiatur. Prior pars probatur. Primum, vt ea mittamus quæ in solennitatibus ecclesiasticis, vt in festo sacratissimi Corporis Christi, instar Danũdis coram Arca Domini saltantis, quod. 1. Regum. 6. legitur, permittuntur, leges etiam ipsæ id contestantur. Lex enim citata, Solent. qua ludus impecuniã prohibetur, permittit hastiludium, luctamina, atq; alia pugnæ simulachra, bellorumque meditationes: quòd virtutis, inquit, hoc est fortitudinis exercẽdæ causa fiunt: quæ quidẽ exercitia. l. alearum. nominibꝰ Græcis iterũ referuntur. Quare & pila ludere nulla respublica prohibuit. Quin verò ad neruorum consolidationem membrorumq; agilitatem comparandam nobilibus decori est. Hæc autem ad rem modò nihil attinent. ¶ Accidẽtia verò quę ludos illicitos constituunt, quamplurima sunt. Primum est periculum: qua ratione prope titulum de homicid. adhibiti iure Canonico & alij sunt quibus tornearnenta & sagittationum ars sub anathematis interminatione vetantur. Secũdò præcipuè ludus dehonestatur ex gestibus aut verbis turpitudinẽ præseferentibus: quales potissimùm gẽtibus in vsu erant. Qua vtiq; ratione in sacris literis malè audiunt ludi. Vnde Thobi. 3. Nunquàm cum ludentibus miscui me. & Hieremi. 15. Nõ sedi cum ludentibus in consilium. Quare passim apud sanctos coniuncta legas quibus ludos vituperant. Adeò vt Chrysostom. hom. 6. super Matth. in hęc verba proruperit, Nõ Deus dat ludere, sed diabolus: sedit enim, inquit, populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Tertiò accidit vt ludus sit peccatũ propter scandalum personæ: qua ratione clericis ob eorum honestatem interdicti sunt ludi alearũ: debent nanq; esse luctui potiùs dediti quàm effusis gandijs. Hæc autem atq; his similes circũstantias, puta loci, vt si in ecclesia fiant: aut temporis, veluti ad rem præsentem parùm attinẽtia, missa hæc faciamus. ¶ At id quod modò in controuersiam accimus, non est nisi vt de ludo acquisitis examinemus, quidnã iuris in se habeant. Aliud ergo accidens quod ludos facit esse reprobos, est, quòd & homines facit & sua propria prodigere & alienis inhiare. Vnde multa alia suboriuntur mala: atq; id potissimùm vbi nihil artis aut exercitamẽti inest, sed multum desidiæ, & secundùm humanum iudicium fortunæ plurimum. ¶ De hoc ergo ludi genere fit ad nostrum propositum tertia conclusio. Alea ludere reliquisq; lusibus lege prohibitis quæ à populo recepta est, neq; per consuetudinem abrogata, est peccatum. Probatur conclusio. Nam lex iusta nihil, vt libr. 1. diximus, prohibere potest, nisi quod ita decẽre iudicatur: quod ergo lex prohibet, illicitum facit, atq; adeò culpam ad quam absq; dubio lex ciuilis obligare potest. Huiusmodi autem ludi prohibiti sunt, quia pernicioſi reipublicæ iudicati: ergo peccatum est huiusmodi leges violare. Neq; obstat quòd pœnæ sint transgressoribus positæ: quin verò, vt illic abundè, vt reor, commonstrauimus, pœna si id nominis mereatur, poni nõ potest nisi pro culpa. Et quamuis iure cõmuni cartharum ludus non sit interdictus: prohibetur tamen iure regni: vt patet eo. ti. de colluſoribus. An verò genere suo sit peccatum mortale, non facilè decreuerim. Hoc enim ex natura & grauitate operis, vt eodem libro dicebamus: perpendendum est. Et quidem eiusmodi ludi, si cunctis suis prauis qualitatibus eos denudes, cùm non sint genere suo aut contra charitatem aut contra iustitiam, non apparent mortali characterẽ denotandi. Quin verò vel ad conuiuia ludere. vt habetur. l. quod in conuiuio. de alea. vel in paruam pecuniam, virtus esse potest. Vix tamẽ dum ampla pecunia exponitur, absq; prauitate exerceri possunt: puta absq; litibus, perjurijs, atq; blasphemijs. Præterquã quod illa vna est omnium paratissima via ad dilapidan-

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

Quæ ludorum detestatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

da bona, demoliendasq; illustres domos. Vnde Lyricus. Quem dãnosa Venus, quem præceps alea nudat. Quam obrem vsq; adeò receptores aleatorum inuidiam in republica oduinq; contraxêre, vt olim qui eos, aut verbo, aut verbere, aut alio dãmno dato lęsissent, impunè id facere permitterentur: vt habetur. l. prætor. de aleator. Sacerdotibus autem vix citra mortale vti licet ludis vetitis: ac præsertim religiosis, & Antistitibus: quoniã ludus illis nõ qua ratione sæcularibus, sed quia contra eorũ est honestatem, prohibitus est. ¶ Vt autẽ simul ambæ mutuò se dilucident, subiungitur

Quarta conclusio.

quarta conclusio. Illa quæ ludo acquisita sunt, in dominium lucrantis transeunt: quapropter antequàm qui perdit repetat, non sunt restitutionis vinculo alligata. Ad conclusionis euidẽtiam ius priùs naturale consulendum est: vt in

Iure naturali potest quis bona sua per ludũ in aliũ trãsferre.

de fiat ad ciuile descensus. Enimuerò quòd iure naturali vnusquisq; possit per viam ludi bona sua in alterius dominium trajicere, nemini potest in dubium cadere. Nam vt suprà diximus, nulla est dominiorum translatio, naturę germanior, quàm quæ libera domini voluntate fit. ¶ Sed secundò id explicatiùs probatur. Si eiusmodi dominij traductio iure naturali esset prohibita, id maximè vel ex forma, vel ex obiecto, vel ex affectu, vel aliundè. Primùm ex forma non vitiatur iure naturæ: nam præterquam quòd posset vterq; ludentium gratis donare, illa non est simplex donatio: sed quędam pactio, Do vt des. Nempe meã pecuniã periculo expono, vt tu vicissim exponas tuã. Et tanti æstimatur periculum vnius, quanti alterius. Neq; verò condẽnanda est: quia res anCipiti fortunæ committitur, hoc est euentui, cuius causa nescitur nisi à Deo: hoc enim modo nihil absurdi sonat inter Christianos fortunę nomen. Enimuerò multa sunt alia humana negotia licita, quæ dubiæ illi varietati committũtur. Primùm diuisoriæ sortes, videlicet cùm

Diuisoriæ sortes licitæ.

qui de re qualibet diuidẽda conuenire nõ possunt, rem sorti cõmittunt: quod sanctus Thomas ex sententia Augustini. 2.2.q.95. licitum censet. Mox & depositiones, videlicet dum de aliqua re decertãtes sequestrum faciunt, quòd illi obueniat à quo steterit veritas. Atq; aliud sortium genus dum pecunia multorum congesta iocalia coémuntur, quæ inter eos sors

Assecurationis contractus licitus. secundùm Docto.

prolata distribuit. Et (de quo lib. 6. dicturi sumus) contractus assecurationis maritimarum merciũm vno Doctorum consensu tanquàm licitus habetur, in quo tamen plurimùm domi natur humano loquendi more fortuna. Neq; obstat quòd in ludo ille qui perdit nihil recipit emolumenti pro sua pecunia. Nam, vt diximus, illud sua sponte dedit pro spe si sibi alea caderet. ¶ Quod autem rẽ quibusdam magis facit dubiam, est auaritia: puta immanis cupiditas rei alienæ. Sed neq; ista peccati per se est causa mortalis: tantum abest vt oneri restitutionis lucrantem subijciat. Auaritia namq; vt Auaritia duplex. diuus Thomas. 2.2.q. 118. doctè admonuit, plex est. Altera quæ opponitur iustitiæ: videlicet quando quis contra ius appetit alienũ. Et hæc genere suo mortale est. Altera verò, quę opponitur liberalitati, Latineq; dicitur illiberalitas: scilicet ardens illius cupiditas, qui tamen nihil contra ius vult recipere: & hæc non est genere suo peccatum mortale, nisi eousq; animũ occuparet, vt opera charitatis necessaria impediret. Ad propositum ergò quòd collusor lucrari exoptet, nullum est peccatum, non solum eo quod pugnanti victoria dulcis est, verùm & amore lucri. Neq; si ardentiùs id cupiat, dumtamen iustitiæ iura non violet, peccatum mortale est: vtpote dum ei illo non ludat, qui sui iuris non est, ad alienandum bona sua: neq; vim inferat, nec fraudem nectat: vt S. Thom. 2.2.q.32. arti. 7. author est. Quocircà non aliter necesse est moderari cupidinem quàm secundum iustitiæ limina, vt nõ sit genere suo lethale crimen. Quanuis eximia sitis honorum temporalium de se sit peccatũ veniale. Neque vero ludentium prodigalitas genere suo est peccatum mortale, nisi ea prodigantur, quæ vel alendæ familiæ necessaria sunt, vel ad implendum præcepta Dei.

¶ Igitur secundùm merum ius naturæ, ne- Secunda conclusio. que peccatum est mortale ludere, neq; vlla in de nascitur restituendi obligatio. Quocircà seculares, si qui sunt imperialibus legibus exempti, ludendo non peccant. Nam, vt ibidem sanctus Thomas de hac ipsa re loquens, ius ciuile non omnes obligat: neq; illi apud quos ciuilmodi leges per contrariam consuetudinem abrogatæ sunt. Quo fit vt si aliquod interueniat peccatum aut restituendi vinculum, hoc à iure ciuili pendeat, vel communi, vel particulari. De quibus igitur videndum est quomodò prohibeant ludum. Etenim si traductionẽ dominij vetant, clarum est eum qui lucratur perinde ac vsurarium nulla expectata sententia, restitutionis lege teneri. Si autem lucrans non nisi per modum pœnę lucro priuetur, aut ad alterius repetitionem: tunc ad nullam antea restitutionem tenetur: quia verè acquirit dominium. Et quidem quòd prohibitio illum faciat priorem sensum, hoc vnicum inuenio verbum iuris quodammodò insinuare in citato. l. alea-

earum, quod inter arguendum retulimus: videlicet si contrà factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, scilicet perdentis vt soluat: sed solutum reddatur. Si ergo reddendum est, videtur dominium non transferri. ¶ Hoc tamen verbo nihil obstante, certò credo non esse tantum rigorem legis. Primùm quia hoc quod dicit, solutum reddatur, statim Imperator exponit, subdens: & actionibus competentibus repetatur ab ijs qui dederunt: debet ergo reddi si petatur: alias qui perdidit, verum dominium transtulit. Et ratio id profectò egregiè persuadet. Nam cùm illic nulla interueniat vis aut fraus, sed libera pactio, non est cur cohibẽdi essent animi colludentium nè possent in se mutuò transferre dominium. Satis enim est quòd dentur perdenti inducię ad repetẽdum. Item si lucrans teneretur ad restitutionem, vel teneretur domino qui perdidit, vel pauperib⁹. Paludanus in. 4. dist. 15. q. 3. astruit quòd debet restituere pauperibus antequàm sit à iudice condẽnatus. Nam iure, inquit, naturali tenet pauperibus: & solo iure ciuili repetẽti. Quare si prius dedit pauperibus, potest posteà in iudicium vocatus excipere coram iudice, se iam ius naturæ seruasse. Quòd autem iure naturæ teneatur indiguis, probat ipse: quia colludentes dant operam rei illicitæ: & ideo qui perdidit amisit dominium, & alter non acquisiuit. Veruntamen opinio hæc nullius est prorsus probabilitatis: Imò iure naturæ nemo prohibetur illa via omninò alienare sua bona, Quare lucrans nulli teneretur restituere. Et si teneretur, id deberet facere vero domino: nam mendici iure naturæ non succedunt, nisi vbi non habetur copia domini. Cùm ergo ipse sua spõte dederit, nulla restat restitutionis obligatio, nisi idem ipse iure ciuili repetat. ¶ Hæc demũ omnia liquidò confirmantur, tum lege particulari regni, tum etiam vsu. Extant enim leges regalium ordina. qui est de collusoribus: nempe prima de militibus dum sub vexilis agunt: quòd quicunq; ab illis quicquam tunc lucratus fuerit, teneatur eisdem protinùs restituere: vbi certè insinuatur impediri translationem dominij: quod non videtur ab æquitate longè distare, in fauorem militis agentis in bello. De alijs autem generaliter sequitur secunda lex Ioannis secundi, verbis à priori differens sub hac forma: Præcipimus vt quicunque aliquid ludo perdiderit, possit illud ab eodem repetere qui fuerit lucratus: dum tamen id faciat intra terminum octo dierũ: quòd si illo termino non petierit, possit quicunq; alius id petere: atq; alio deficiente, iudex ipse & præ-

Glosia Pal. de restitutio ne lucri.

Quãdo pauperibus rei acquiritur dominium acquirunt.

Leges quæ de collusoribus extant.

¶ Dubium ex verbis sancti Thomæ.

tor officio suo id repetat. Et hæc est lex quæ vsu habetur. Ex quo fit vt si nõ repetatur, optimè, qui lucratus est, possidere potest, neque restituere tenetur. ¶ Restat hic tamen ambigui tatis nonnihil ex verbis sancti Thomæ loco iam bis citato. 2.2.q.32.ar.7. Ait quippe quòd circa illa quæ per aleas acquiruntur, aliquid est illicitum iure diuino & naturali: scilicet q aliquis lucretur ab his qui rem suam alienare non possunt: vt sunt minores & furiosi: & quòd aliquis trahat aliquem ex cupiditate lucrandi ad ludum: & quòd fraudulenter ab eo lucretur. Et in his, inquit, casibus tenetur lucrator ad restitutionem. ¶ Adnotandum hic tamen primum de minoribus & pupillis: quia id Scholaribus sæpe vsu euenit, quòd illi quos patres in studio vel in curia sustentant, credibile est posse paruam aliquando quantitatem respectu sui status ludere: vt qui cẽtum ducatos quotannis exponit, si quatuor aut quinque ludo dispendat, vero simillimum est patrem suum habere ratum: nam probe sciunt vix iuuenes posse sine illis dispendijs viuere. ¶ An verò Scholasticus, hoc est scholarum magister, qui est non solùm constitutionum, sed legum omnium custos, possit rẽ hanc arctiùs constringere, prohibet quippe, verbi gratia, nè cui vltra duos argẽteos ludo perdere liceat, vtrùm obliget. Ad hoc non simplex, sed multiplex est responsio. Primum enim penes huiusmodi magistratum nulla est potestas condendi leges: hoc enim ad solam pertinet Vniuersitatem: sed hoc tantum iuris habet, vt leges, tam Vniuersitatis quàm alias custodiri ab Scholaribus faciat. Quo fit vt non possit ipse nouam legem facere de ludo: nempe prohibere nè Scholaris qui sui iuris est, vltrà quam ipse præscribit, dominium ludendo transferat. Imò si iure communi, & regni id licet, non obstante eius lege fiet translatio: etiam si bona sua cuncta ludat. Habebit autem repetitionem. At verò potest per suam legem nouas pœnas legibus tam Vniuersitatis quàm alijs adhibere: vt cautiùs seruetur (puta excommunicationes atq; alias pecuniarias). Quare si quis vltra eius præscriptum ludat, ad solam tenebitur pœnam si condemnetur, quanuis & non nullam contrahet inobedientię culpam. Et quidem mortalem, si pœna abhibeatur excommunicationis: sed tamen qui lucratur quantamuis maiorem quantitatem, ad nullam tenetur restitutionem, nisi fiat repetitio: aut nisi ille qui predit fuerit filius familiãs. ¶ Aliud dubium est, vtrùm si filius familiãs aliquid ab alio lucretur plusquàm ipse perdere poterat, tenea

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ipso facto ad restitutionem? Apparet enim non teneri: nam scienti & volenti non fit iniuria: quare cùm ille qui cum illo ludebat probè sciret se non posse quippiam à filiofamilias legitimo iure lucrari, & nihilo minùs ludere voluit, visus est sua sponte donationem illius facere quod ipse perderet. Et ita forsan res potest sustineri. Nihilo minùs probabilius est, quod nisi re vera alter extra conditionem ludi donationem fecerit, filiusfamilias non acquirit dominium illius quod lucratur. Debet enim colludentium vtriusque conditio par esse: quare nulla est æquitas, vt filiusfamilias plus possit in conscientia lucrari, quàm perdere.

Adriani sententia D. Tho. aduersa.

¶ De illo autem qui alium ad ludum trahit, an restituere teneatur, licèt id diuus Thomas affirmet, meritò ambigitur. Vnde Adrian. qui in. 4. in materia de restitution. cap. quia in superioribus. hactenus nobiscum cõsentit: videlicet quòd lucrans non teneatur ad restitutionem: in hoc tamen deserit diuum Thomam.

Exponit sententia D. Tho.

Quoniam qui alium trahit, nihil facit contra iustitiam. Respondetur autem sanctum Thomam non id censere de quocunque tractionis genere. Nam propterea quòd quis alium inuitet, & quadantenùs ad ludum moueat, nullo se grauat restituendi onere, dum modo alter sua sponte veniat: vtpote qui aliàs paratus erat, vel facili negotio adductus est. Sed tractionis nomine intelligit, quãdo quis alterum inuitum trahit: scilicet aut vim ei infert, aut fraude eum inescat. Tunc enim clarum est ad restitutionem teneri: quia ab inuito lucratur. Neque solùs censendus ille est inuitus trahi qui simpliciter vi illata ludit: sed ille etiam qui improbis precibus & verbis eousque instigatur, vt nisi luderet pudore suffunderetur, & haberetur tanquàm inurbanus & ignobilis. Est verbi gratia ingenuus quispiam vel optima existimatione habitus, & homo qui aliquo splendore vitæ viuit, quem alter cum verborum improbitate pudore suffundit nisi ludat: qui tamen constitutissimum habebat non ludere: profectò tenetur tunc tractor ille ad restitutionem. Nam ludus debet esse prorsus liber, vt qui perdit, transferre dominium videatur. ¶ Aliud verò verbum quod illic subdit sanctus Thom. scilicet quòd qui legibus ciuilibus sunt astricti, tenentur restituere, contrarium videtur nostræ quartæ conclusioni. Attamen vel intelligit quando lex ciuilis exprimeret non transferri dominium. Aut intelligit quòd restituatur si repetatur. Aliàs profectò durissimum verbum esset. ¶ Vnum autem non est hic in calce silendum, videlicet vtrùm qui non in præsentem pecuniam, sed in absentem & creditam impignorata fide ludit, teneatur soluere. Apparet enim pars affirmatiua vera iure naturæ: postquàm pollicitus est: neq; verò lege ciuili prohibitus dare. Respondetur nihilo minùs quòd non nisi simpliciter pollicitus est, nõ est censendus renuntiare iuri suo, quod habet beneficio ciuilis legis, repetendi. Et ideo sicut si soluisset nihilo minùs potuisset repetere: ita qui pollicitus est potest in conscientia iudicio se defendere vt non soluat. Neq; facit contra ius naturæ, licèt inter nobiles daretur ei opprobrio. Si autem expresè pollicitus est se non vsurum beneficio legis repetendi, credo potuit sua spõte ab suo abscedere iure: ad minus, si iurauit, tenetur stare iuramento: nisi tanta esset bonorum iactura, vt posset dispensationem petere. ¶ Sit autem postremum verbum. Est verbi gratia qui amplam pecuniam ludo perdidit, veretur tamen publico iudicio id repetere: vtrùm posset latente via id ab altero suffurrari aut recompẽsationem sibi facere aliorum debitorum quæ aliàs illi forsan debet? Et quidem loco citato Adrianus id licère censet. nam postquàm ille potest publico iudicio petere, potest, inquit, & alia via recuperare. Nescio tamen, salua authoritate viri, an adeò sit certum vt ipse arbitratur. Nam postquàm vera fit translatio dominij, non potest alia via recuperare quàm vtendo beneficio legis: in primis infra terminum lege præscriptum: puta infra octo dies in Hispania. Nam quòd lege aliorum iubetur vt horum præscriptio ante quadragesimum annum non fiat, nullibi est tam in vsu. Deinde forsan debet repetere in iudicio. Aliàs alter in conscientia non teneretur: quia leges nihil aliud decernunt, nisi quòd detur illis iudicialis actio. Quamuis de hoc nõ sum vsquequaque adeò certus. Et forsan si perditor infra terminum iuris priuatim petat, tenetur lucrator reddere: tametsi in alteram partem libentiùs propenderem.

Dubiũ dehis qui ludũt in absenté pecuniã data fide

Ad primum igitur argumentum: nempe ad iura, iam satis responsum est: quomodò id prohibeant. Neque clerici, si lucrentur, neq; alij qui lucrantur, ab illis, aliter teneri videntur ad restitutionem, quàm sit inter sæculares. Nam & si propter scandalum aĩ propter suam honestatem grauiùs peccent: tamen obligatio restitutionis non est alia quàm inter sæculares. Quę enim sacerdotes ludendo perdũt, facultatem habent perdẽdi: etiam Episcopi, vt libro. 9. patebit. Sunt enim suorum bonorum domini. De religiosis autem diuersa est ratio. negatur ergo leges prohibẽtes ludere perinde

Ad secundũ

prohibere translationem dominij atque pupillis & symoniacis. ¶ Ad secundum autem respõdetur, quòd etsi illa vitia quæ ludis permiscentur mortalia esse possint, nulla tamen inde oboritur restituendi obligatio, nisi modo exposito. Enimuerò licèt prodigalitas nonnullũ peccatum sit, prodigus nihilo minùs dominiũ transfert. Et ad verbum Aristotelis coniungẽtis aleatores cum latronibus, respondetur, nõ id fecisse quasi eadem sit vtriusque ratio: sed quia aleatores, illiberales sunt, & contra ius amicitiæ delinquentes. Debet enim homo cũ amicis ludere: quibus potiùs debet elargiri sua,

Ad tertium

quàm eorum bona ab illis corradere. ¶ Ad tertium denique etiam responsum est, vbi exposuimus verbum illud iuris: solutum reddat: scilicet si repetatur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm per contractum qui nullus est iure ciuili, transferatur dominium.

CIRCA idem membrum ciuilis potestatis quo voluntas domini cohibetur transferre dominium, examinare pertinet, vtrùm cõtractus qui est nullus iure ciuili, sit etiam in conscientia nullus: ita vt verè dominij translationem impediat. Et arguitur à parte negatiua. Vbi finis ciuilis legis cessat, lex ipsa vim suam amittit, atq; adeò standum est tunc naturali iuri: finis autem legum, contractuum solennitatem iubentiũ est, vt fraudibus & dolis eatur obuiàm: ergo vbi constat nullam interuenisse fraudem, contractus tenebit in conscientia.

¶ Secũdo ad declarationem prioris præmissæ arguitur. Lex diuina cessante fine non obligat: ergo tanto minùs humana, quãto inferior est. Probatur antecedens in præcepto correptionis fraternæ: quòd vbi nulla est spes correctio nis quæ correptionis finis est, nõ obligat. Ait quippe Augustinus de pœnit. distin. 7. canon. si quis. 2. si scirem nõ tibi prodesse, non te terrerem, non te admonerem. Pari ergo modo, vt exempli gratia dicamus, vbi ciuilis solennitas testamento defuit, constat tamen testatoris voluntas, standum est iuri, non ciuili, sed naturali, vt eadem impleatur voluntas. ¶ Tertiò arguitur. Si illo rigore seruandum esset ciuile ius, vsu sæpe veniret,, vt nullatenus morti proximus suam posset explere voluntatem: vt puta si legitimi testes haberi non possent. Quod tamen concessu videtur absurdum. ¶ In cõtrarium tamen est quòd leges ciuiles, vt libro. 1. dictum est, obligant in foro conscientiæ: per quas tamen absolutè stabiliuntur contractuũ solennitates, sub illo verborum rigore, vt aliàs contractus pro infecto habeatur: vt de testamento patet. l. hac consultissima. C.

Sẽtẽtia Inno

QVæstio præsens nõ est magnoperè inter Doctores agitata: sed Innocentius in. c. quia plerique. de immun. ecclesia. vnum ait obiter verbum, scilicet quòd qui per contractum: cui deficit solennitas iuris, aliquid possidet, tenetur ad restitutionem. Vbi docet contractum minùs solennem esse nullum in conscientia. Subdit autem exemplum de contractu qui per voluntatem pupilli sine assensu tutoris factus est. Panormi. verò super eodem capitulo, Antonio de Butrio adhærens, contrariam est sententiam amplexus: videlicet quòd vbi fraus abest & dolus, standum est naturali iuri, vt contractus teneat, non obstante ciuili lege. Atq; in hanc sententiam subscripsit Syluest. in verbo, Alienatio. §. 12. & verbo, testamentum. 1. §. 5. Et posteà Adria. Quotlib. 6. ar. 1. propter rationes quas modò in fronte quæstionis recitauimus. Et quidem Antonius de Butr. fic asserit consuluisse vt legata illegitimi testamenti nihilo minùs seruẽtur. In quorum consequentiam addit in suo tractatu Minoritano, quòd legatum minoritæ factum, licèt in re humano inhabilis ille sit ad recipiendum, est nihilo minùs persoluendũ in conscientia. Hæc ergo est opinio communis. ¶ Sunt tamen profectò argumenta in contrarium adeo multa, ea demq; non infirma, vt contrariam sententiam maiori cum probabilitate confirment. Audiui ergo iampridem in his nostris scholis contrariam sententiam, ceu multò probabiliorem defensari: nempe contractum nullum iure ciuili, esse etiam in conscientia nullum. Haud tamen ego tam absolutè opinionem hanc asserere audeo, vbi casus huiusmodi mihi occurrunt. Sed mediam sententiam vtrinq; temperatam pro captu meo amplector. Ad cuius explicationẽ notandum est, rempublicam & Principẽ sæcularem bifariàm posse dominiorum translationem impedire. Vno quidem modo absolutè: cuius exempla in maioratus pupillo ante legitimam ætatem & in maioratus possessore proximo, per quos idcircò procul dubio dominium non transmittitur. Altero vero modo nõ simpliciter absolutè, sed modũ contractus ad obuiandum fraudibus præscribendo: sicut respublica ciuilis iubet testamentorum solẽnitates: & ecclesiastica, formas contractuum quibus ecclesię bona alienantur. Et de istis ad quę

Sẽtẽtia Pañ. contraria Innoc. quæ cõmunis est.

Documentũ authoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sententia authoris,

stionē hac cōclusione respōdet. ¶Cōtractꝰ cui deest essentialis solēnitas iuris, licet in conscientia non sit ipso facto simpliciter nullus, veluti ille qui fieret à pupillo illegitimæ ætatis: eatenus tamē est nullus, vt bona conscientia possit quisq; legis beneficio in tali casu vti. Exponit conclusio. Vbi frater meus liberis orbus per testamentū minùs solenne, puta cui ea solēnitas iuris deest, cuius defectu in iudicio meritò pronuntiabitur tanquàm nullū (nam cui minor solennitas defuerit, pro legitimo est habēdum:) vbi inquā frater meus, cuius ego ab intestato hæres sum, per tale testamentū nūcupauit hereditatem adire, & defendere me nullitate testamenti, quanuis sciam absq; fraude id fratrem meū aliter dispositisse. Ac proinde dum mihi in foro exteriori adiudicabit, possum optima fide hæreditatem possidere. Eodem modo si pater meus per huiusmodi testamentū legata fecit (pia modò missa faciamus) ego nō teneor in conscientia legata implere. Cur autem fuerim conclusionē sic moderatus ꝙ non penitùs transiatio dominij in his euentibus ipso facto irritatur & annullatur, dicā in calce probationū conclusionis. Neque verò conclusionē sic audeo asserere vt contrariam omninò existimauerim improbabilē: quoniā vbi assertionē nostrā apud alios nō inuenio, paulò soleo esse cunctantior ad asserendum. Nihilo minùs argumenta subijciam quæ mihi profectò multò probabiliorem hāc faciunt opinionem, quàm est contraria. Et si ego inter theologos vllius essem authoritatis, profectò iudicium iuris naturalis, ac potissimum cōscientiæ, non alijs, q̄ Theologis est deferendū. Supponamus ergo ciuiliū legū tenorē. In testamento, verbi gratia, nūcupatiuo, puta vbi sine tabellionis subscriptione verbo nuncupātur hæres & testes, requiruntur septem testes, vt habetur Instit. de testa. §. fina. Et pariter in testamēto subscripto, sed tamen occluso & obsignato: vt habetur. l. citata, Hac consultissima. C. de testament. & l. peculiari regni. 3. Tauri. Tametsi in testamento apertè scripto sufficiant tres testes cum tabellione, & quinq; sine illo. Quanuis antiquo iure quandoq; requirātur plures, quādoq; pauciores: vt in testamento Imperatoris, & in testamento militis, & in testamento cæci &c. vt in glosis super eisdē titulis Institu. & C. & ff. latè à Doctoribus adnotatum est. Requirūtur etiā testes legitimi: puta vt neq; surdus, neq; mutus, neq; infamis admittatur: vt in eodem Institutio. §. testes. cauetur. Quanuis de hoc nihil hic definimus: sed id ad iudicium sæculare deferimus. Similiter iure pontificio cautissimum est

Solēnitas testamētorum describitur.

nè res ecclesiæ sine tribus contractibus distrahantur: vt. 10. q. 2. can. ea enim. &. 12. q. 2. can. fine exceptione. & de rebus eccles. non alien. à Doctoribus adnotatur. Ait ergo cōtraria opinio quòd etiam si in foro exteriori testamentum pronuntiaretur nullum, standum tamen est in conscientia voluntati testatoris, vbi non interfuit fraus. Et pariter dum in alienatione bonorum ecclesiæ defuerit contractuum solēnitas. ¶Nos autem in contrarium hæc subijcimus argumēta: Supponamus enim primò ex lib. 1. leges ciuiles obligare in cōscientia: vt ipse idem Panormi. eodem loco cum eodem Innocentio planissimè consentit. Tunc inquam arguitur. sic. Leges eiusmodi nullam prorsus exceptionem faciunt, sed absolutè aiunt, vbicunque defuerit talis solennitas nullum esse contractum. Sic enim cōcludit dicta lex Codicis, Hac consultissima. vbi testamentum nō fuerit subscriptum, pro infecto haberi conuenit. Et rursus. Ex imperfecto autem testamento volūtatem tenere defuncti nō volumus: nisi inter solos liberos à parentibus vtriusq; sexus habeatur: videlicet nisi liberi in sola diuidunda hæreditate voluntatem habeant patris: vt ait glossa. Et Institu. quib. mod. test. infirmentur. §. ex eo. ait Iustinianus: Imperfectum testamentum sine dubio nullum est. Et posteà ait se velle eisdē ll. viuere. Et. l. regni citata. 3. Tauri, habetur ꝙ vbi testium numerus iustus non fuerit, testamentum nullam fidem faciat, neq; in iudicio neque extrà. Et in can. citato, sine exceptione, habetur quòd alienatio inconsultò facta rerū ecclesiasticarum, sit irrita: cùm ergo lex eandē vim habeat quam verbis personat, fit vt sine vllo interpretamento sit illi obediendum. Sed ais, Leges non adhibent verbum, in conscientia. Hic autem cauillus est: nam non est in more legislatoribus talia adijcere verba: sed ex natura legum sequitur obligatio in conscientia.

Opinio authoris.

Ratio dicti.

¶At quò rei punctum patentius fiat, arguitur secundò sic. Lex, vt solennissimum habet Doctorum axiōma, accidentarios casus non respicit: sed ea quæ plurimùm contingunt. Iura enim, vti. ff. de leg. Pomponius ait, constitui debent in his quæ accidunt, & vsu venire possunt: non tamen in his quæ præter opinionē & insperatò contingunt. Igitur licēt ratio ista rum legum fuit vt fraudibus doliscj; obuiaret, nihilo minùs etsi in aliquo casu finis ille deficiat, lex suum retinet vigorem. Exempla sunt frequentissima ac patentissima, quæ demirandum est Panormitanum & suos non inspexisse. Prohibet lex, vt artic. 1. dicebamus, pueros sua propria sponte bona sua alienare: cuius vti

que fi-

que finis est nè per eorum imprudentiam male dilapidentur. Contingit esse puerum decē vel duodecim annorum qui sapienter & in rē suam posśit de suis bonis disponere, vtrùm propterea à contractu incōsulto tutore ab ipso factus, tenebit in conscientia? Profectò non tenebit. Item legis ieiunij finis est corporum macceratio: Vtrùm propterea quòd quis illa maceratione non indigeat, fiat exemptus à lege? minime gentium. Prohibet etiam lex arma nocturna: vtrùm qui pacificus est posśit illa deferre? Nequāquam. Eodem ergo modo in proposito, licet in aliquo casu nullus interfuerit dolus, nihilo minùs vis legis non extinguitur. Et ratio huius est patentissima: quia alioqui leges scrupulos pusillorum conscientijs inijcerent. Sepe enim obscurum & ambiguū esset vtrùm tanta esset fraus vt sufficeret ad parendum ciuili legi: an verò tam parua vt propendendum esset in ius naturæ. Noluit ergo legislator ciues esse horum iudices, sed quòd syncerè auscultarent legi quandiu non esset contrarius naturę.

Potest lex solennissimo iure fallere.

¶Sed ais: Contra ius naturæ est vt si quis sic velit disponere de suis bonis propter defectum solennitatis non impleatur eius voluntas. Profectò non est. Imò quàm maximè eidem naturæ consentaneum: nempe vt fraudes tollantur & deceptiones, quas in defunctos humana fallacia extrueret. Hac enim de causa artic. 1. dictum est, posse rempublicam naturalem voluntatem ciuium cohibere in suis dispēdiis rebus: atque adeo modum illis præscribere. Imò verò arbitror quòd si ex occulto modo soluendi debita fraudes crebrescerent, posset princeps leges sancire vt solutio quę coram testibus non fieret non valeret: adeo vt in conscientia posset, quod contra leges solutum esset: iterato peti. Sed quicquid hoc veritatis habeat, ambigendum non est quin posśit in conscientia pro infecto haberi illegitimus contractus, etiam si fraus non interfuerit, ob id quod interesse potuit. Quod si id potest, nescio quà nam efficacius verborum significatione efficere potuit quàm istorum: Sit testamentum nullum: habeatur pro infecto. Et si fuerit imperfectum, voluntatem defuncti non teneat,

Ratio dicti.

Tertia ratio.

fit irritum, nullam fidem faciat, neq; in iudicio neq; extrà. ¶Tertiò arguitur. Qui testamentum reliquit illegitimum, perinde decedit ac si absque vllo prorsus moreretur: quandoquidem iure illud nullum est: ergo sic prorsus de tali defuncto censendum est ac si intestatus decessisset. Si autem quis absque vllo testamento legata fecisset, aut hæredem nuncupasset, profectò hæres ab intestato non teneretur in conscientia illa implere, etiam si nulla interfuisset fraus: ergo neque vbi testamentum nō est iuridicum. Exempli gratia. Siquis absq; liberis moriens presente fratre diceret, Ego constituo talem hæredem extraneum, aut tale facio legatum, quod non esset donatio: frater tamen nō polliceretur id ratum habere: imò renueret, & haberi nō posset copia tabellionis neq; testiū vt secundum leges conderetur testamentum: profectò ille frater legitimus hæres licet optimè nouisset defuncti voluntatem, neq; vllam iniectam fuisse fraudem, non teneretur in conscientia aut alteri hæredi cedere, aut legata implere. Non obstante iure naturæ: Nempe quia lex iustè ad euitandas fraudes voluit ne defuncti voluntas vlla esset nisi per testamentum cōstaret. Quin verò & id iustè potuit facere in pœnam negligentiæ testatoris, vt statim de prescriptione dicemus: ergo vbi testamentum non fuerit iuridicum, idem erit iudicium.

Quarta ratio.

¶Quarto arguitur. Idem est penitus iudicium in foro conscientiæ quod in foro exteriori vbicunq; res gesta constat, vt iudicium exterius non procedat ex falsa præsumptione: si quis autem intestatus decederet, licet legitimus hæres ab intestato fateretur in iudicio alium fuisse institutum hæredem: aut talia defunctum fecisse legata, sine testibus tamen, talis hæres ab intestato non compelleretur hæreditatem alteri concedere, neq; legata implere: ergo idē debet iudex pronuntiare quando testamentū est illegitimum: quandoquidem iure est nullum: atque adeò ille ab intestato hæres manet tutus in conscientia: quandoquidem sententia non emanauit ex falsa præsumptione. Scio equidem de hoc variatum nonnunquàm esse inter iudices: quando scilicet hæres fatetur voluntatem defuncti, sed profectò crediderim perinde pronuntiandum esse ac si nihil defunctus dispositisset. Sed ais, tales sententiæ solum tenent in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ. Imo verò si non obligarent in cōscientia, tunc leges illæ conscientiarum essent illaqueatrices, nec deberēt ab ecclesia tolerari: secundum verbum illud in cap. quoniam. de præscrip. Quod absq; peccato mortali nō potest obseruari, derogandum est. Enimuerò si dum iudex non ex falsa præsumptione procedens, sed secundum eius confessionem qui reus fit eum absoluit, non manet in conscientia tutus, iniqua est lex: cùm tamen merito non sint abrogatæ, sed approbatæ. ¶Quinto arguitur. Ex contraria huic nostræ opinione consequitur vsu venire posse, vt quispiam absq; vlla sua culpa nullaque alia illata vi, sed ob solum teno

Quinta ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem legis euitare aliter peccatum mortale non posset, quàm grauissimam faciendo suorum bonorum iacturam. Sit enim pupillus ab intestato defuncti hæres, qui alium extraneũ per testamentum illegitimum hæredem nuncupauit. Tunc tutor si hæreditatem pro suo pupillo nõ petat, reus ipse fiet in iudicio: & ob negligentiam cõdemnabitur vt pupillo refundat quæ sua causa perdidit. Si autem petat, manifestè peccat secundùm opinionem nobis aduersam: quandoquidem sciens & prudens petit quod non est pupilli. Supponimus enim ei cõstare nullam interfuisse fraudem. Hoc autem non est concedendũ. ¶ Sextò deniq; ac postremò arguitur. Nisi eiusmodi leges in cõscientia obligarent, nõ satis esset illi fini prouisum ob quem iustitutæ sunt. Prouidit exempli gratia ecclesia nè eius bona nisi tali solẽnitate & cautione alienarẽtur: si ergo ab illo qui aliter emit non possent rursus clerici ac religiosi bona cõsciẽtia repetere, frustranea fuisset cautio legis. ¶ Nunc igitur explicato opùs est, cur dixerimus, nõ prorsus per tales contractus impediri dominij translationem. Causa enim est quòd tunc si ille nuncupatus hæres per inualidũ testamentum forte hæreditatem possideret, deberet absq; vllo iudicio & petitione illa restituere hæredi ad intestato. Et pariter si legatarius legatum possideret, deberet illud protinus eidem hęredi reddere: quod tamen esset nimio rigore leges intelligere. Crediderim ergo quòd qui possidet rem aliquam per contractum minus solennem sibi acquisitã, dum modò fraus omnis, vis, & dolus abfuerit, non tenetur restituere nisi vocatus in iudicium & condẽnatus. Et eodem modo si quis iusto pretio emit bona ecclesiæ sine dolo & fraude, licèt non interuenisset solennitas contractus, iustè potest, ecclesia tacente, possidere: sed & ecclesia etiam potest bona conscientia repetere. Et ratio mea est, q̃ iura humana nihil aliud volunt quàm quòd in iudicio tales contractus habeantur nullinon autem quòd ipso statim facto translatio sit nulla. Quare etsi ille cui competit repetitio ob ignorantiam nõ petit: nempe quia nescit testamentum aut contractum non fuisse legitimum, quamuis possessor id sciat, non tenetur ei reuelare. Si autem exempli gratia (de quo casu ego ipse consultus fui) defunctus per illegitimum testamentum nuncupauit extraneum hæredem, & neq; ille neq; frater ab intestato succedens possessionem adiuit, sed vterque ea est probitate, vt nolit possessionem capere nisi sibi ius faueat, absque dubio nuncupatus hæres debet cedere & post haberi: & succedens ab intestato hæreditate potiri. Hæc etsi non pro demonstratis duxerim, crediderim tamen esse verissima. Si quis autem contraria teneatur opinione, illam aut sequatur: quoniam qui contra conscientiam agit, prauus est, secundùm illud, Quod non est ex fide, peccatum est. Veruntamen nihilo minus huic nostræ assertioni nonnihil ambiguitatis obmoliri quispiam posset. Primùm Panormi. pro se in contrarium adducit regulam eiusdem Innocentij, cap. quod sicut. de electio. Vbi ait electionem quæ iuri naturæ consentit, licèt non seruentur iuris solennitates, tenere. At verò profectò, salua existimatione solẽnis Abbatis, eiusq; sequacium, non est ab illis syncerè & cãdidè intellecta, neq; verò citata, regula Innocentij. Ipse enim nõ loquitur vbi electio nulla est iure positiuo: sed vbi esset infirmanda, vt ait text. si in iudicium deferretur. subdit enim exemplum, vtsi aliquis electorum ex contemptu non fuisset vocatus: tunc enim si electio fit à maiori parte, illo connumerato: tenet quidẽ iure tam humano, quàm naturali. Quamuis contemptus ille posit agere ad infirmandam electionem. In tali inquam casu ait electum tutum esse in conscientia quousque quassetur electio. Quę quidem sententia adeò non est contra nos, vt sit etiam pro nobis: nã licèt iure naturæ fateatur Innocentius electionem valere, dicit quòd potest iure humano infirmari. Haud ergo credendus est Innocentius sibiipsi contradixisse. ¶ Neque alia regula ciuf dem illic Panormitani quidpiam cõtra nos in præsentiarum agit: nempe quòd quando ius ciuile aliquid disponit contra ius naturæ, standum est iuri naturæ, sed eius moderatio & restrictio pro bono pacis. ¶ Quod autẽ omnia vehementissimè contra nos pugnare videatur, est cap. cum esses. de testa. vbi Alexand. iij. videtur contrarium decernere. Fuit enim de consuetudine interrogatus quæ erat in episcopatu Hostiensi. vbi nullum testamentum nisi secundùm leges humanas, puta septem aut quinque testibus subscriptum, admittebatur: & respondit, tales leges, à diuina lege, & sanctorum patrum institutis, & à generali ecclesiæ consuetudine esse alienas: & ideo standum esse contra illas iuri naturali, secundùm quod In ore duorum vel trium stat omne verbum. Et ideo vbi quis parœcianorum coram presbytero suo & tribus vel duobus alijs testibus testamentũ ediderit, valere decreuit. ¶ At vero vt cum debita reuerentia ad textum respondeamus, licet ius naturæ sit vt duo vel trés testes sufficiant, nam vbi homines naturali syncerit-

ceritate vinerent ille sufficeret numerus: tamen nullatenus negari potest, quin vbi humanæ fraudulentiæ rempublicam inserperẽt, neq; tuta esset fides, sanctissimum sit numerum testiũ lege augere. Nam ius naturæ non est prohibitium, scilicet nè plures exigantur testes, sed syncritatis humanæ expressiuum: nempe q̃ vel tres sufficiant: qui ideo numerus, licèt plurimùm in causis tam ciuilibus quàm ecclesiasticis sufficiat, tamen meritò in aliquibus requiruntur plures, vt lib. nos. 5. tractabimus. Vult enim eadem ipsa ecclesia, vt patet. 2. quæstio. 5. cano. Præsul. in nonnullis causis plures testes esse necessarios. Nempe ad condemnandas personas Curiæ insignes: vtputa Cardinales, presbyteros, &c. ergo eadem sancta ecclesia quæ ob personarum dignitatem quorum crimina difficilè creduntur, voluit augeri testium numerum, non est cur leges repellat ad confirmandam defuncti voluntatem, qui, si calumniatur, pro se loqui non potest: ampliorem quoque numerum requirit: præcipuè vbi testamenta aut non sunt subscripta, aut sunt occlusa. nam in apertis ius naturæ seruatur trium testium. cum tabellione. Igitur illic Pontifex summus non est credendus leges eiusmodi abrogasse: quia non habet authoritatem in leges principum nisi quatenùs sunt contra ius diuinum, vt ipse Papa fatetur, can. cum ad verum. & can. duo sunt. 96. d. neque abrogationis verbo illic vtitur: neq; talis abrogatio recepta vnquàm à principibus fuit. Igitur licèt alijs prætereà duobus modis glossa illic textum interpretetur, satis sit nobis altero duorum modorum respondere, scilicet aut quòd id restringẽdum est ad pia legata, vt explicatur cap. statim proximo, relatum. quæ quidem legata minorem exigunt solennitatem. Vel forte melius quòd cum episcopatus Hostiensis esset in territorio ecclesiæ, potuit Papa præcipere vt non seruarentur leges ciuiles. Nam profectò neque in pijs causis vbiq; admittitur iure legitimi testamenti. Tametsi hæredes de honestate illa doceat implere.

Exponitur illud, In ore duorum vel trium. &c.

Respõdetur ad eũ esse

Personæ ingdignitate eõ sanctæ nõ sẽper crimina sunt ueritate.

Argumenta autem in capite quæstionis obiecta nullius sunt ponderis. Respondetur enim ad primum, finem legis dupliciter cessare posse: scilicet aut generaliter in republica, aut in particulari casu: & quando cessat primo modo, cessat lex, quando verò non nisi in particulari, nõ cessat, vt latè expositum est. Quòd autem Adrianus subdit de correptione fraterna, nulla similitudine pugnat. Præceptum nãque correptionis fraternæ non habet pro fine commune bonum, sed particularem emendationem fratris: & ideo quando ille cessat, superuacanea esset correptio. Finis autem legum an nullantium illegitimos contractus, est bonum commune: quod nunquàm cessat. Item præceptum correptionis fraternę, est affirmatiuum: quod non obligat nisi quando & vbi oportet: leges autem illæ sunt generales. ¶ Ad tertium demum respondetur nullum esse inconueniẽs vt quis citra suam culpam & negligentiam ob fortuitum euentum cohibeatur de suis bonis disponere, vt pax tuta sit in republica. Leges nanq; non valent singularia cuncta cauêre.

Ad primum principale

Ad tertium

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm præscriptio dominium in possessorem transferat.

EXpediuimus membrũ prius publicæ authoritatis, quæ cohibere potest legitimum dominium nè sua bona pro suo libito dispendat. Sequitur ergo secũdum, quod est ad auferendum quoque ciuibus eadem ipsa bona. Et peculiariter id disputabimus in præscriptione: de qua quæritur vtrum præscriptio dominium ab inuito domino auferat, & conferat possessori. Et arguitur de more à parte negatiua. Respublica, nisi quando ipsa indiguerit, neminem ciuium expoliare potest inuitum sua substantia, præterquàm ratione delicti: vsu autem venire potest vt absque vlla prorsus domini culpa aut negligentia quispiam triginta quadraginta aque annis possideat alienum: ergo tunc nulla est causa cur eiusmodi possessor dominium acquirat. ¶ Secundò. Si præscriptio tanta polleret vi, sequeretur vt possessor malæ fidei præscriberet. Nam si causa legis fuit dominum ob negligentiam punire, non est dignus minori pœna dum possessor mala fide possidet, quàm dum possidet bona. ¶ Tertiò arguitur. Si mala fides intra tẽpus præscriptionis ad restitutionem obligat, sequitur q̃ etiam quando possessor dubitat an res quã possidet sit aliena, ius præscriptionis impediatur. Consequens tamen videtur esse cõtra Augustinum. 34. q. vnica. can. si virgo. vbi ait, Tã diu quĩq; possessorem bonæ fidei rectissimè dici, quàm diu

Universidad de Deusto
Biblioteca

diu se possidere ignorat alienum. ¶ In contrarium autem est authoritas Gelasij. 16. q. 3. can. Præsulum. & can. quicunq;. can. placuit. 1. quibus decernit, præscriptionem triginta annorum, etiam inter episcopos & ecclesias vim obtinere.

Quibus titulis possit respublica ab inuitis ciuibus bona auferre.

SEcunda pars humanæ potestatis qua princeps reipublicæ tam ecclesiasticæ quàm ciuilis potest ab inuitis tum bona sua auferre, tũ etiam in aliorum transferre dominium, Primũ ratione subueniendi reipublicę, vt ar. 1. dictum est, vim suam exercere potest: nempe vt dum ei opus est ciuium subsidio, eos ad contributionem cogat: quoniam sumus, vt ait Paulus ad Rom. 12. membra vnius corporis: & ideo tenemur succurrere corpori nostro: Secundò præterea à ratione delicti potest malefactores bonis suis multare. Etenim quod per quoscũq; peccatum mortale ipso facto delictor suis sit priuatus bonis, iam suprà tanquàm hæreticum reiectum est. De alijs autẽ modis quibus princeps hac fungitur potestate nihil ad præsentem locum: solùm enim de præscriptione nobis est quæstio. ¶ Igitur præscriptio nomen iuris est: idem nimirũ significans quod, per possessionem præscripto à lege tempore protractam dominium rei acquirere. Et quanuis non solum inter Doctores, verum & quandoque in iuris cõtextu explicationis gratia distingui consueuerit inter præscriptionem & vsucapionem, quod præscriptio sit rerum immobilium, vsucapio verò mobilium: tamen crebrò etiam iura ambabus promiscuè vtũtur vocibus. Vsu capere enim nihil aliud est quàm vsu vendicare: hoc est per vsum legitimo tempore continuatum rei dominium acquirere: vt legitur. ff. de vsucapi. l. vsucapio. idque ipsum est præscribere. Loquendum autem est vt plures, & sentiendum vt pauci: & ideo non est cur non eâdem vtamur distinctione. Itâq; vsucapio duobus modis differat à præscriptiõne, scilicet & ratione materiæ, vt modò dicemus: & ratione tẽporis, vt dicere pergimus. ¶ Igitur quoniam hic tantùm de foro cõscientiæ disputamus, supponamus tam Imperatorum quàm Pontificum leges. Vsucapio nanq; rerum mobilium triennio fit, aut quadriennio: vt habetur Institu. de vsucap. &. C. eod. l. quas actiones. Præscriptio verò altera est longi temporis: altera vero longissimi. Præscriptio longi temporis per decennium inter præsentes, & per viginti annos fit inter absentes: vt eod. Insti. subsequitur. & eâd. l. C. &. C. de præscrip. lõgi temp. l. malæ fidei. Ratio enim postulat vt

Præscriptionis definitio

Quanto tẽpore fiat vsucapio.

Præscriptio lõgi tẽporis & lõgissimi.

præsentium negligentia, nempè qui in eâdem prouincia, vel in eâdem vrbe cõmorantur, breuiori tempore puniatur, quàm absentium, ad quos non tam citò penetrare potuit rerum notitia. Præscriptio autem longissimi temporis est triginta annorũ inter præsentes, & quadraginta inter absentes: quæ in rebus ecclesiasticis est necessaria. De qua ideo præscriptione plura extãt capitula. 16. q. 3. Et. l. citata, quas actiones. hæc omnia distinguuntur: scilicet quòd decennalis & vicennalis præscriptio in facultatibus sufficiat: tricennalis autem & quadragenalis competat religiosis rebus. Vsucapio verò triennio fiat inter præsentes, aut quadriennio inter absentes. Atque hoc proprie loco vsucapio à præscriptione distinguitur. Romana verò ecclesia, vt illic subiungitur, gaudere debet tempore centum annorum: itâque contra illã breuius non præscribitur. Quocirca etsi Imperator præcedenti lege, Vt inter, omnibus ecclesijs hoc tempus centum annorum indulsisset: modo tamẽ sola ecclesia Romana illa gaudet, iuxta tenorem eiusdem authentici, quas actiones. vt habetur. 16. q. 3. cap. nemo. ¶ His ergo prænotatis quæstio nostra est an in conscientia qui præscriptis temporibus rem possedit, quanuis postea resciuerit eam esse alienam, tuto illam possideat. De qua tres sunt diuersæ opiniones: duæ nimirum extremæ: quarum altera tenet quòd semper est iudicandum secundùm leges cõcedentes præscriptionẽ cum mala fide. Et hæc est glossa cap. finalis de præscriptionib. Altera verò quòd quanuis bona fide toto tempore legis quis rem possideat, nihilominùs quotiescunque resciuerit eam esse alienam, et si in foro exteriori res sibi possessa adiudicetur: tamen in conscientia nunquàm est tutus quousque eam restituat. Et hæc est Summæ Rosellæ, in verbo, præscriptio. ¶ Inter has ergo nos media via incedentes, duabus conclusionibus ad quæstionem respondemus. Prior est. Nemo beneficio humanæ legis sana conscientia præscribit, nisi toto præscriptionis tẽpore bona fide possideat. Cõclusio est expresse asserta in illa regula iuris, Possessor malæ fidei non præscribit. Est autem recolendum, secundùm ciuiles leges olim possessoribus etiam malæ fidei rem possessam fuisse adiudicari solitam, vt Gratianus adnotauit. 16. quæst. 3. canone. dilectio. §. potest. Et expresse habetur cap. vigilanti. de præscript. vbi refertur Ephesinum legislatorẽ propter vitãdam miserorum segni tiem, & longi temporis errorẽ & cõfusionem, primũ omnium tricẽnalem vel quadragenalem præscriptionem lege sanxisse. Alexandro tertius, eod. capite easdem leges vel confirmat, vel saltem moderatur, quantum ad hoc quòd possessoribus malę fidei non faueant: eademq; reuocationem seu moderationem Innocentius tertius in Concilio Lateranensi. cõfirmauit eod. titul. cap. fina. Et ratione probatur. Possessor malæ fidei dicitur ille qui scius est aut dubius rem quam possidet non esse suam. Accipitur enim hic fides pro conscientia, secundum illud Pauli, Quod non est ex fide, id est conscientiæ concors, peccatum est. Qui autem contra conscientiam rem alienam possidet, in peccato perdurat: & qui addubitat, scrutari tenetur veritatem: peccatum autem nemini suffragatur: ergo eiusmodi possessori nullum patrocinatur ciuile ius. Atque hanc rationem huius conclusionis assignat eod. cap. Innocen. Quare glo. quæ dicit non credere Papam potuisse leges illas reuocare, nullius profectò est probabilitatis. Nam etsi potestas Imperialis distincta sit à Pontificia: neque sit, vt illi aiunt, quos suprà refellimus, simpliciter & absolutè illi per omnia subdita: tamen quia quantum ad animarum regimen, spiritualis temporali diuinitus est prælata, potest leges ciuiles delictorum fautrices de medio toilere: qualis certè est quæ possessoribus malæ fidei faueret. ¶ At quò res patentior fiat, vel glossa illa vult leges ciuiles possessoribus malæ fidei in conscientia tradere rem possessam. Et iste esset intolerabilis error: esset enim contra naturam quòd latro aut qui mutuum accepit, propterea quòd decem aut viginti annos in mora sit soluendi, dominium acquirat. Aut vult id tantùm, vt sentire videtur, & sanctus Thomas quotl. 12. art. 25. interpretari, quòd negligenti domino post illud tempus non detur petendi ratio: quemadmodùm decepto citra dimidiũ iusti pretij denegatur in iudicio actio, licèt alter teneatur in conscientia excessum iusti restituere. Sed neque hic sensus vlli est æquitati consonus: quoniam in emptionibus & venditionibus præsumptio legis est quòd cùm pretia rerum non sint ita planè omnibus comperta, possit quis ignoranter & bona fide sesquialtero pretio rẽ vendere vltra iustum: & ideo denegatur alteri actio ad rescindendas lites. Quòd autem nefarius latro, aut vsurarius, aut qui mutuum accepit, per manifestum diuturnumq; peccatum ius acquirat, vt legum beneficio protegatur nè cogatur soluere, nulla fert ratio: etiam si alterius negligentia id commereretur. ¶ Posterior conclusio. Possessor bonæ fidei elapso legitimo tempore, tuta conscientia rem tanquàm

Corrigitur iam antiquũ.

Quis possessor malæ fidei.

Quando bona fides requiritur.

Obiectio.

Obiectio cõtra secundam conclusionem.

propriam possidet: quoniam lex ciuilis dominum ipsum re vera constituit. At nè per ignota vlteriùs progrediamur, explicare congruit quænam sint ad bonam fidem requisita. Ad quod respondetur, exacta esse quatuor. Primùm omnium requiritur substantia ipsa fidei: hoc est scientia vel credulitas quòd res sit tua. Vbi enim fundamentum hoc non adest, tota præscriptionis machina labascit. ¶ Secundò requiritur possessio. Nam vt habet Regula iuris, sine possessione non præscribitur, neq; vsucapitur: vt. ff. de vsuc. l. fine possessione. Quapropter cum ius spirituale laicis non competat, licèt laicus ius allẽget possedisse exigendi decimas quadraginta vel quinquaginta annis, nunquàm præscribit: quia non est possessionis capax: neq; res illa est præscriptibilis. Potest iquam laicus decimas recipere ex concessione: non tamẽ quòd penes ipsum sit ius exigendi, hoc est imperandi earum solutionem. Pariter neq; seruus, neque Mendicantium religiosus possidere potest: atq; adeò neque præscribere. ¶ Tertiò deposcitur titulus vel naturalis, vel iure legitimus, vel præsumptus. Qua ratione fur, & vsurarius nullo tẽpore præscribit: quia possidet sine titulo per vim. Eâdem ratione neque mutuatarius. Nam licèt titulo mutuationis acquisiuit dominium, illo tamen pacto vt redderet. Si autem latronis filius bona fide hæreditatem paternam adiuit: nimirum credens bona illa legitimè fuisse acquisita, & toto tempore præscriptionis illa fide possidet: et ranſacto illo, quanuis innotescat fuisse aliena, tutus manebit in conscientia. Et pari modo qui à latrone bona fide rem alienam emit: vt habetur. ff. de vsucap. l. si aliena. Nam licèt ille titulus non sit verè naturalis, est tamen lege præsumptus. Eâdẽ ratione in calce superioris libri diximus, quòd cum sententia iniqua nemini in cõscientia ius auferat aut conferat: fit vt qui per talem sentẽtiam mala fide rem acquisiuit: nẽpe quia quando lata fuit, sciebat esse iniustam: nullo tempore præscribat. Nam perinde recipit ac latro. Si autem arbitratus est: iustam, possidere cœpit: sed tamen infra tempus præscriptionis in notitiam sibi venit sententiam fuisse iniquam, tenetur restituere. Attamen vbi legitimum tempus præscriptionis tranſierit, licèt posteà id nouerit, non tenetur. Nam postq; legitimo titulo, hoc est lege præsumpto rẽ bona fide possedit, factus est eius dñs. ¶ Quartò requiritur eandẽ bonam fidem toto tẽpore absq; interruptione cõtinuari, vt expresse habetur. cap. fina. de præscrip. Nam si interrupta fuerit: nẽpe quia dñs petijt, aut alia via: tunc tẽpora illa interrupta

Quæ requirũtur ad bonam fidem.

Laicus non potest præscribere ius exigendi decimas.

Mendicãtiũ religiosus non potest quicquã præscribere.

Qui à latrone rem emit potest illam præscribere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pta non censentur vnum legitimum constituere. An verò qui de re illa quam possidet ambigit sit ne sua, præscribat, quia longiuscula est disputatio, post conclusionis demonstrationē adiungetur. ¶ Reuertamur ergo his suppositis ad secundam conclusionem, quam, vt dicebam, Sum. na Rosella simpliciter negat in verbo, præscriptio: & vt Syluest. eodem verbo. §. 13. refert: Anton. quoque de Bu. in cap. vigilanti. quia credere nequeunt, leges verò dominio legitimos dominos priuare posse eò quòd in leui sint negligentiæ culpa: esset enim, vt arbitrantur, contra ius naturæ: sed tantum denegatur eis petitionis actio. Et aiunt isti more suo hanc esse opinionem Theologorum: quos tamen si vidissent, secus pronuntiassent: cum dicat Thomas quotlib. 12. articu. 25. & Scotus. 4. dist. 15. & omnes conclusionem à nobis assertam meritissimò teneant. Adria. autem eo modo procedit quo superiori articulo: nempe quòd vbi negligentia veri domini ad culpam pertingit mortalem, tunc qui præscripsit tutus est in conscientia, etiam si posteà intellexerit rem esse alienam. Cui quidem iuri illud suppo nit fundamentum, quòd Imperator est dominus orbis: & ideo potest dominium ab vno in alterū transferre. Attamen si ille non fuit mor taliter negligens, tūc licèt in foro exteriori res præscribenti adiudicetur, tenetur tamen in cō scientia restituere. Ratio eius est illud suū axiò ma perperam intellectū: Cessante causa legis, cessat subinde eius vinculū: cùm ergo lex præ scriptionis in culpa negligentis rem suam fuerit condita, illa cessante, cessat præscriptionis causa. ¶ His veruntamen non obstantibus absolutè asseritur conclusio, quòd qui bona fide præscripserit, siue dominus negligens fuerit, siue secùs, tutus manet in conscientia, quamuis transacto præscriptionis tempore, resciuerit alienum esse quod possidet. Conclusio proba tur nō solùm authoritate diui Thomæ, & Scoti, & Theologorum, vt modo dicebamus: verùm & sacrorum Canonum Gelasij & concilij Toletani. 16. quæstio. 3. & Augustini loco citato, cano. si virgo. 34. quæst. vnica. & de præscription. can. fanctorū. & multis alijs. Et quod dictæ leges non solùm approbentur à Pontificibus in foro exteriori, sed etiam conscientię, solidissimum sumitur argumentum ex cap. vigilanti. & cap. fina. de præscriptio. Nam postquàm illic consultissimi Pōtifices præscriptionem duntaxat malę fidei irritauerint, à contrario sensu illam confirmant quæ bona fide subnititur. ¶ Sed quò ad rationes descendamus, nulla est illa Adriani, nempe quod Imperator sit dominus orbis: tum quòd illud falsum est, vt suprà commonstrauimus: tum quod etiam si dominus esset regnorum orbis, non tamen rerum habet dominium, vt pro suo libito possit res alienas vsurpare: quòd suprà quoque ostensum est. Præterea quia non solum Imperator, verū & reges & inferiores principes possunt facere leges de translatione dominorum, etiam si non sint rerum domini. Ratio ergo est quam artic. 1. declarauimus: nempe quod reipublicæ princeps, tanquàm pacis custos, vt potest criminosos suis bonis mulctare, ita & ab ipsis inuitis pro bono pacis suorum dominia in alios traducere, idque lege, vt suprà dixi mus, in foro poli cogente, atque adeo possidentis conscientiam pacante. Alioqui, vti suprà arguebamus, si conscientiam possidentis eiusmodi leges non quietarent, tum frustraneæ essent, tum etiam iniquæ: quandoquidem ei rem adiudicarent, qui tamen eam tuta conscientia possidere nequiret: idemque per sententiam, quæ, non ex falsa præsumptione, sed ex certa scientia procederet. Isti enim talem principibus negantes in conscientia facultatem tanti faciunt hæc bona exteriora, vt arbitrentur esse ceu supremum reipublicæ finem: cùm tamen nos Christus tantoperè contra ad monitos curauerit, vt ad redimendum tempus contendentibus nobiscum de tunica, relinquemus & pallium. Hæc quippe sancta meditatio antiquis legislatoribus altiùs in corde infidebat quàm iudicibus modo: & ideo huiusmodi condiderunt præscriptionis leges. ¶ Hinc ergo gradum aduersus Adrianū faciamus. Quatuor enim inter alia argumentis eius opinio cōfutatur: hæc scilicet, quod si dominus non fuit mortaliter negligens, dominium non amittit. Primum, quod in iure nulla eiusmodi legitur exceptio: quam tamen sancti Pontifices conscientiarum consultores, non prætermisissent. Secundum, quod etsi vulgō non alia præscriptionis causa circumferatur quàm culpabilis domini negligentia: si iura tamen & rationes consulas, non hæc est potissima, sed certe bonum publicum: vt scilicet certa sint dominia, & error longi temporis tollatur, & tranquilla sit rerum possessio. Audi legem primam. ff. de vsucap. Bono publico introducta est vsucapio, ne scilicet quarundam rerum diu & fere semper incerta dominia essent: cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti tēporis spatium. Et cap. vigilanti. de præscriptio. Ephesinus inquit, legislator, solum propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem & confusionem, primus triceñali &

Nequeūt. Il. secundū aliquos veros dños dñio priuare propter negligē tiā repotēdi.

Opinio Adriani.

Sententia authoris.

Respōdetur Adriano.

nali & quadragenali præscriptioni vigorem legis imposuit. Non ergo lex punitiua fuit alienæ culpæ, sed consultiua communis boni. Atque adeò non ille, sed hic fuit potissimus finis. Quapropter illo cessante, nihilo minùs lex præscriptionis ius tribuit in conscientia. ¶ Tertiò, in corroborationem huius arguitur. Si culpa domini finis fuisset legis, profectò vel iniqua fuisset, vel quàm rarissimè suum assequeretur effectum. Nam culpa negligentis bona sua per quàm rarissimè, quod isti non aduertunt, est peccatum mortale. Enimuerò prodigalitas, vt omnibus in confesso est, genere suo non est mortale. Ob idque neq; qui sua bona negligit, mortaliter vnquam peccat, nisi accidentarie: nempe in casu grauis necessitatis familiæ aut pauperum quos sibi alere incumbit: ergo propter illam culpam rarò cōtingeret præscriptionis iustitia: non ergo illa fuit causa.

¶ Quartò deniq;, vt superius arguebamus, etsi ille fuisset finis, nihilo minùs illo in euentu particulari cessante non subinde legis vigor extinguitur: sed si in communi cesset. Est ergo tutus in conscientia qui legitimè præscribit, etiam si posteà illi innotuerit rem possidere quæ fuit aliena. ¶ Superest ergo tandem id examinare quod suprà in lite reliquimus. Diximus enim ad bonam fidem exigi, vt neq; possessor dubitet rem esse suam: sed id certò credat: aliàs possessor esset malæ fidei. Enimuerò gloss. cap. fina. de præscripti. aliter sentit. Nempe quòd dubitans, etiam si iustam habeat dubitandi causam, nihilo minùs est in bona fide. Et citat pro vergit Panormitan. quòd ait ad literam proba ri, ex cap. si virgo. suprà citato. 34. quæst. vnica: vbi ait Augustt. tam diu bonæ fidei possessorē rectissimè quemquam dici, quandiu possidere se ignorat alienum: cùm verò sciuerit, tunc esse malæ fidei. Qui enim dubitat, vt censet Panormitan. ignorat. ¶ Et arguitur præterea in fauorē huius opinionis. Qui dubitat rem quam possidet esse suam, potest illam bona conscientia in iudicio defendere, donec à se euincatur: hoc est bona fide. At verò absq; dubio cōtrariam sententiam crederet rem: nempe quòd tēpus quo quis, non quidem tenui scrupulo, sed probabili conjectura dubitat rem esse suam, non annumeratur præscriptioni: imò tempus eius legitimum interrumpit. Et ratio est quod iam habet conscientiæ vulnus, atque adeo fides eius non est bona: nam bona idem est quod sana & quieta: atque adeo ille iam non ignorat rem esse alienam, vt vult Augustinus, quod re vera Panormitan. vt probè Adrian. in. 4. in quæst. de præscripti. ait, non attentè animaduertit: quia non erat dialecticus. Ignorantia enim, altera est puræ negationis, id est carentia scientiæ, quæ stat cum dubio: altera verò pravæ dispositionis, quæ est contrarium iudicium. Augustinus ergo nō loquitur de hac posteriori, vt putat Panormitanus, sed de priori. Haud inquam vult possessorem in bona fide manere quandiu ignorat, hoc est quandiu nō certè iudicat aut opinatur rem esse alienam sed quandiu ignorat, id est, nullam habet vel probabilitatem vel conjecturam, sed certò credit esse suā. Id enim sonat bona fides, id est illæsa conscientia. Neque illud. §. citatum. ff. de vsuris. contrarium insinuat. Illic enim tantum habetur, quòd si quis fundum bona fide ab vsurario emit, sed antequàm fructus perciperet agnouerit esse alienum, hoc est probabiles habuerit conjecturas: potest quidem fructus percipere quoadusque fundus euictus sit, hoc est publico iudicio sublatus. Non autem habetur quòd illa conscientia tempus præscriptionis legitimæ cōtinuet. ¶ Ad rationem autem quam nos adiecimus Adrianus respondet, nemini esse licitum rem illam possidere quam dubitat esse suam, nisi quantum temporis sibi conceditur ad inquirendam veritatem. Quin verò subdit paulò inferiùs regulā, videlicet quòd sicut iniustè quis capit rem de qua dubitat an sit sua: ita & iniustè tenet, & possidet. At verò profectò regula hæc in primis falsa est, totiq; iuri aduersa. Enimuero cū melior sit possidentis cōditio, nō tanta scientia requiritur ad retinendū id quod possides, quanta ad capiendum primata authoritate id quod non possides. Et ideo sub dubio tueri possum quam habeo possessionem rei, quam sub eodem dubio non possem ab alio suscipere. Quando ergo rem habeo de qua dubito, hoc est sub formidine iudico esse alienam, si nemo ex me petat, explorare teneor veritatem: quam si assequi neutiquàm possum, non ideo teneor totam dimittere: sed pro ratione dubij vel cum illo diuidere quem dubito esse dominum, vel partem erogare in pauperes. Ratio ergo quare dubium tollit bonam fidē, non est quia sub illo non possum rem in iudicio defendere, vel illa vti sed quia, vt diximus, saucia tunc conscientia non meretur nomen bonæ fidei ad præscribendum. ¶ Post hæc autem non est silentio prætereunda opinio quam Adrian. ex his modò dictis sibi elicit: nempe vxori quæ hæsitat an vir cui coniungitur vere ac legitimè suus sit, non solùm non licere officium debitum ab illo exigere, verùm neque

Ad argumētū pro prima opinione.

Regula Adriani.

Regula īpugnatur.

Quare dubiū tollit bonam fidem.

Opinio Adria. de redditione debiti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque ipsi exactum reddere. Et ad cap. dñs. de secund.nuptijs. vbi præcipitur reddere, respondet id intelligendum esse in foro exteriori:cogetur enim habitare cũ illo, tamen ei non licet cum ipso se amplexu maritali commiscere:perinde ac si post clancularias nuptias,viuẽte priore viro cogeretur habitare cum secũdo. Impugnat opinio Adri. Ratio verò eius eodem semper peccato delinquit. Putat enim quòd sicut dubius de re sua non potest illam possidere:ita & dubia illa nõ potest ad virum accedere.Quæ profectò conclusio,sicuti & ratio, falsissima est: & illi.c.dominus.planissimè contraria.Illic enim non dubitatur de foro exteriori,sed de cõscientia. Ob idq; discrimen interponitur inter debitum reddere & postulare.Et ratio est plana.Nam maritus legitimam habet possessionẽ vxoris: qua ideo non potest vxor eum expoliare per hoc quod habeat dubium quousq; sit certa: sicuti ego nõ possum surripere ab alio sua bona per hoc quod dubitem esse mea.Et ideo illa legitima possessio vxorem excusat à fornicatione dum debitum reddit. Idque expressè habetur cap.laudabilem.nè lite pend. longeq; apertiùs cap.inquisitioni.de sententia excom. à quibus profectò capitulis Adria.in omne se vertens latus,neutiquàm extricare valet. Quòd enim in cap.inquisitioni. de sedandis cõscientijs habeatur sermo,planè inde colligitur quòd sit trimẽbris diuisio: nempe vt qui cõiugum certus est, coniugium non esse legitimum, potiùs sententiam excommunicationis humiliter sustineat, quàm vt reddat vel petat:qui verò leui temeraque credulitate id credit,confessario suo parens,reputo scrupulo,& reddat & petat. Qui verò probabili credulitate laborat, nõ reddat, sed petat. ¶Hoc autem mihi profectò maiorẽ injcit scrupulum,quòd in illis capitulis,Dominus. &, Inquisitioni.ille qui dubius est, petere cohibetur.Ex quo statim fit consequens,vtroque hęsitante neutrũ posse debitum petere.Et ratio scrupuli mei est,q; si qui dubitat indaganda veritati diligẽtiam adhibuerit sufficientem, neq; tñ illã possit assequi,nõ est cur arceatur à petẽdo : alias maneret absq; sua culpa semper ligat? vti neq; przsente cõiuge vt posset, neq; ad alterũ transmeare.Quod cõcessu durum esset. Et ideo existimo dict. cap. sic intelligi, q; ille qui probabiliter dubitat,dum non facit diligentem inquisitionem, recẽdere quidem potest,sed non petere:quia est in mala fide:illa tamen facta,arbitror,sub aliorum censura, posse etiam petere : quia iam est in bona fide. Nam tunc vanum est habere positinè assensum, virum illum non esse suum. ¶Argumenta ergo omnia in assertis conclusionibus planè soluta sunt. Primi enim antecedens negatur : nempe non posse rempublicam quenquam nisi propter crimen suis bonis priuare:imo potest propter pacem.Et quantum ad secundum,tam satis explicatum est quemadmodùm possessor malæ fidei non præscribat.Et circa tertium pariter quemadmodum dubitatio bonam etiam fidem interrumpat. Ad ea in c. cõclusio

QVÆSTIO SEXTA
De restitutionis substantia.

Sanct. Tho. 2.2. quæst. 62.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm restitutio sit actus commutatiuæ iustitiæ.

ALterũ præambulũ quod vitijs pertractandis, iustitiæ commutatiuæ cõtrarijs debet quisq; præscire,est restitutionis necessitas, eiusdemq; legũ modus & forma:nempe vt quæ in subsequentibus libris ostenderimus aut sublata per iniuriam esse aut retineri, constet qua lege sint redhibenda.Prima ergo quæstio est de restitutionis substantia: in cuius primo articulo interrogatur an restitutio sit actus cõmutatiuæ iustitiæ. Primum enim quod ad inuestigãdam definitionem inquiritur,est genus. ¶Arguitur ergo à parte negatiua: Primò sic.Restitutio nihil à satisfactione distat : promiscuè nanq; vtimur vtroq; nomine:quin verò & iura pro eodem vtrunq; videntur accipere:vt extrà, de iniur. & da.dato. c. si culpa. vbi cùm iubetur tam pro damno dato quàm pro iniuria satisfactionem fieri, vtraq; eodẽ nomine,scilicet tam damni restitutio, quàm satisfactio pro iniuria,comprehẽditur: satisfactio autem est pars pœnitentię pro offensa in Deum commissa : inter Deum autem & nos non est ratio iustitię cõmutatiuæ:quia(vt.5.Ethic. Aristo.author est)Dijs & parẽtibus æquale reddere nõ valemus: restitutio ergo non proprię ad cõmutatiuã attinet iustitiã.¶Secũdò arguitur Restitutio non tantũ locum habet in cõmutationibus, verum etiam in distributionibus: vt dum quis nõ distribuit præmia secundùm meritorum pondera,refundere ei tenetur qui minùs iusto recepit: ergo non tantùm commutatiuæ,sed & distributiuę etiam actus est.¶In cõtrarium est q; restitutio ablationi opponitur: ablatio autem alienæ rei,peccatum est iniustitiæ circa commutationes: restitutio ergo eiusdem est iustitiæ actus quæ in commutationibus dirigendis versatur. Ad in contrarium

Restitutio in argumẽto

¶RO solutione quæstionis notandum est,restituere (vt nominis cõpositio præ se fert) idem esse quod iterum quempiam in suum locum & ius statuere: haud enim huiusmodi nominum alluſiones & etymologiæ vilipendendæ sunt:quoniam cùm nomina sint cõceptuũ notæ, talia curare debent linguarum conditores rebus indere,qualibus rerum natura explicetur:primum imitantes parentẽ nostrum,qui idem obseruauit:secundum illud Gene.2. Omne quod vocauit Adam animæ viuẽtis, ipsum est nomen eius. Est autem restitutio , verbum Latinis celebre. Dicitur enim quisque in suum locum,dignitatem,ac ius restitui, perinde atq; homini restitui bona sua. Vnde. ff. de verb.& rer. signi.l.plus est. habet plus esse in restitutione q; in exhibitione.Nã exhibere est przsentia corporis przbere:restituere est etiã possessorẽ facere, fructũ reddere, &c. Vt si quis vi raptus est,aut per iniuriam in carcerem intrusus,suisque bonis expoliatus,non restituitur,licet exhibeatur,hoc est, liberè permittat ad proprios lares remeare,nisi in locum suũ pristinum statuatur.¶Hinc ergo colligitur conclusio huius quæstionis. Restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ. Probatur. Cõtraria ad idem genus pertinent,vt in Præd.c.8. Arist.docet: auferre autem rem alienam inuito domino,est vitium iniustitiæ circa commutationes: restitutio autem est recompensatio contrariæ:est ergo eiusdem generis iustitiæ.Secundo. Restitutio,vt legitima fit, fieri debet ad æqualitatem rei quæ ablata est:fiuet per iniuriam sublata fit, vt furto & rapina:siue per domini voluntate,vt mutuo & cæteris contractibus : æqualitas autem rerum(vt.5.Ethic. Aristo.docet)per iustitiam commutatiuam constituitur:hac nanq; ratione à distributiua distat , quòd illa non constituit æqualitatem,nisi inter proportiones meritorum & proportiones præmiorum: est ergo restitutio actus cõmutatiuæ iustitiæ. Ex quo fit vt restitutio propriè locum non habeat nisi vbi ratio debiti intercedit.Si enim quis dono mihi dedit centum:post vero ego , vt gratiam illi referam,tantundem redõno: nõ est censenda hæc mea gratiæ relatio restitutionis nomine.Nam etsi similitudinem quandam restitutionis habeat materialẽ,vt aiunt: idcireo quod

Conclusio

Iustitia commutatiua & distributiua quomodo differant.

Restitutio non est vbi debitum non est.

res eadem redditur : deest tamen restitutionis forma , puta obligatio,à qua restitutio & speciem & nomen sortitur. Obidq; donatio illa non ad iustitiam commutatiuam,sed ad libera litatem potiùs spectat. Neq; verò opus est ad restitutionis naturam vt eadẽ numero aut specie res quæ accepta fuit, reddatur: tametsi primæua eius significatio id videatur auribus exhibere : sed satis est quòd tantundem valeat. Enimuero sicut cõmutationis appellatio,quæ propriè rebus fit, vt cõmutatio vini pro oleo, & merces pro pecunia , ad actiones & passiones est more & vsu translata : sic & restitutionis nomen extensum est. Vt si quis mihi contumelioso verbo iniurius fuit, quẽ ego postea fuste cæcidi,quędam fieri potest commutationis compensatio. Et pari ratione qui iniuriam irrogauit,potest eam pecunia resarcire.

ARgumenta verò in cõtrarium obiecta nõ nihil afferunt difficultatis. Ad primum ergo respondetur,q; etsi nonnunquàm duo hæc nomina,satisfactio,& restitutio,vsu confundãtur, quando scilicet res in controuersiam non veniunt:longo tamen interuallo actiones ipsę differunt. At vero quæ differre monstrantur, ostendi priùs debent quo pacto conueniant: nam(vt initio huius ex Arist.5.Ethic.c.1.citatum est) quo res æquiuocæ viciniores sunt & propinquiores,eò magis equiuocatio latet. Sit ergo primum nostrum assertũ. Satisfactio per inde atq; restitutio ad iustitiam pertinet commutatiuam:nam vtraq; fit secundum æqualitatem rei ad rem, in quo commutatiua iustitia à distributiua seiungitur,qua præmia secundũ dignitatem personarum distribuuntur.Enimuero,qui iniuria alium lædit,ad æqualitatis mẽsuram debet ei satisfacere. Scio equidem Scotum in.4.dist.14.q.2.constituere pœnitẽtiam sub iustitia vindicatiua, quam speciem esse putat distributiuæ. Considerat enim pœnitẽtem non solum tanquàm reum, verum tanq; ministrum iustitiæ Dei:qui quidem pœnitẽs de seipso supplicium sumit.Quapropter cum satisfactio sit pars pœnitentiæ,subsequenter cõcederet ad eãdem iustitiam pertinere: vt puta cũ quis ieiunijs & vigilijs se affligit. Atq; hanc sententiã amplexus videtur. S. Tho.4.dist.15.q.1.ar.1. Attamen multò forte cõgruentiùs pœnitens non consideratur ceu minister iustitiæ vindicatiuæ, sed tanquàm offensor, qui de iniuria lata se accusat,& pro eãdem satisfacit eiin quem commisit offensam: puta Deo , vel homini,vt iudicis vindictam effugiat . Quam ob causam idem. S.Doctor.3.part. quæst.85.artic.3. pœnitentiam sub iustitia commutatiua collocat; Ad primum argumẽtũ. Opinio Scoti de pœnitẽ. Opinio diui Tho. de pœ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitentia alia ab Scot. sentia.

collocat: etiam quantum ad satisfactionem si bene inspiciatur articulus: nam afficere quempiam iniuria, eòdem redit, ac si rem illi abstuleris: & ideo satisfacere pro offensa eiusdem est iustitiæ ac si rem ablatam rependas. At verò quoniam Deo corporeum aliud post contritum animum reddere gratius non possumus quàm corporis castigationem, apparet in satisfactione respectu ipsius quędam punitionis forma: secundum famosam illam Augustini definitionem, Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet cõmisisse. ¶Huic igitur rationi quà restitutio cũ satisfactione convenit, subijciuntur septem differentię inter easdem duas virtutes. Atqui prima sumitur ex parte materiæ: quam differentiam constituit S. Tho. 4. dist. 15. q. 1. ar. 5. Inæqualitas nãq; quæ iustitiæ commutatiuæ cõtraria est, duobus modis vsu venit. Vno in rebus exterioribus, vt dum quis rem alienam occupat: altera verò in actionibus & passionibus iniuriosis, vt cùm quis ciuem violenter verberat, aut conuitijs aspergit. Modus prior restitutionem exigit, qua in rebus ablatis æqualitas constituitur: posterior verò expostulat satisfactionem: vt videlicet de cõmissa culpa fiat proximo compensatio. Itaq; satisfactio non est nisi vbi iniuriosum crimen adfuit: restitutio verò etiã vbi nulla interfuerit ablationis culpa. Hoc autem discrimẽ vel ex ipsis vocibus innotescit. Restituere nãq; est reddere quod ablatum est: satisfactio verò quia pars est pœnitentiæ, est iniuriã resarcire. Consequitur ergò ex hac propositione tanta disgregatio inter satisfactionẽ & restitutionem, vt licet quandoq; ambæ concurrant, possit tamen altera absq; altera reperiri. Exemplum accipe. Latrones & fures qui vi aut furto alienam domum cõpilauerint, tenentur in primis ad restitutionem eorum quæ rapuerint: & prętereà de illata iniuria satisfacere: puta aut petendo veniam, aut alia via. At verò cùm quis nihil surripuit, sed tamen aut conuitio aut manuum iniectione iniuriam fecit, satisfacere potest per supplicem submissionem, vel per alia grata officia citra restitutionẽ. Et econuerso qui æs creditori debet quod ab illo mutuatus est, restituere quidem tenetur: satisfacere verò non item: quia nullum cõmisit crimẽ, quoadusq; in mora est soluendi. ¶Secũda differentia ex hac prima enascitur, respectu illorũ quibus fit satisfactio & restitutio. Illa enim nõ solum hominibus, verùm & Deo, eidemq; pręcipue fit: restitutio verò propriè solis hominibus. Prior pars est certa. Quoniam licet in proximos contingat etiam peccare, quos diligere vt nos ipsos tenemur, atque adeò illis ratio vlla satisfactionis debeatur: propriè tamen in Deum solum peccatur: dicẽte Augustino, peccatum esse dictum vel factum &c. contra legẽ Dei: & regio Propheta cõsitente, Tibi soli peccaui. Haud enim proximorum læsiones scelera essent, nisi Dei authoritate fuissent inhibita. Nam etsi lex naturæ obliget, illa etiam obligatio ab authore Deo dimanat: sicut & lex humana: nam per me, inquit Sapientia, Prouerb. 8. Reges regnant, & legum cõditores iusta decernunt. Ex quo fit consequens vt ei propriè debeatur ad iustum satisfactio: quæ vel hìc vel in purgatorio persoluenda est. Vnde Leuit. 6. cautum erat, vt ille qui vi aliquid extorsisset, aut feciſſet calumniam, aut quidpiam simile cõmisisset, omnia integra primùm restitueret: mox pro peccato offerret Deo arietem immaculatũ. Fit ergò propriè satisfactio Deo. Haud quidem negandũ, vt quidam cõtendunt, quin suo quoq; gradu fiat hominibus: sed tamẽ maximè fit Deo. Restitutio verò non illi, sed solis hominibus. Et ratio est in promptu: quia Deo nihil proprie auferimus, neq; auferri vllo modo potest: licèt per analogiã ad nos, dicamus illi per peccatum honorẽ adimi: sicuti ait Paulus Roman. 2. Tu autem Iudæus cùm fis, Deũ inhonoras? Prætereà neq; ei possimus quicquam reddere quod illi accrescat. Etenim quia Deus est, nostrorum bonorum non indiget. Quanuis per eandem analogiã satisfactio quę illi fit: dicatur esse honoris restitutio. ¶Ex his rursus sequitur tertia differentia inter has virtutes, ab effectuum diuersitate percepta. Per restitutionem non remittitur peccatum, sed tantum cessatur à peccando: per satisfactionẽ verò remittitur quantum ad pœnam, remissa culpa: eò q; est solutio pro peccati debito. Hunc autẽ effectum sortitur virtute passionis Christi. Quo idcircò caret si extra eius gratiã fiat. Restitutio autem legitimè fieri inter homines extra gratiam Dei potest, quin etiã extra amicitiam humanã: quod satisfactioni repugnat. Et hæc est quarta differẽtia. Enimuerò qui inimico, quod ab illo mutuo receperat, integrum reddit, perfectè restituit: licèt eum in suam amicitiam non recipiat: ei autẽ qui iniuria affectus est non fit satis, nisi per amicitiæ reconciliationem: nisi fortè per ipsum quo minùs fiat, stetur. Hæc quippe ex diuersis debitorum radicibus pensanda sunt. Restitutionis inquam debitum non nascitur ab iniuria, sicuti satisfactionis. Et ideo licèt illa non habeat pro fine amicitiam: hæc non fit legitimè nisi illa recuperetur, quæ amissa fuit, gratia. At verò etsi ob satisfactionem quæ Deo fit, pœna ab ipso condonetur peccatori: non tamen ideo censenda est propriè restitutio: vt in. 4. dist. 15. ar. 5. placet Richardo. Arbitratur enim quòd peccator restituit quod Deo debet. Est enim hæc verbi abusio: quia, vt diximus, neq; Deo quicquam adimimus, neq; illi acquiritur quod in remissionem culpæ ei offerimus: Imò fit tunc debiti remissio. ¶Huic ergo quartæ subnectitur quinta intercapedo: videlicet restitutionẽ non esse pœnitentiæ partem veluti est satisfactio: sed duntaxat est præambulum vt quis à peccato desistat. Etenim si quis alienum æs cõtraxit, quod dum est soluendo, inuito domino, retinet: vel iniuriã quam illi intulit diluere recusat: non potest dignè ad pœnitentiam accedere, nisi ab illo delicto per restitutionem euellatur. Itaq; restitutio contritionem, quæ ordine prima est pœnitentiæ pars, antecedit: satisfactio verò etiam confessionem, quæ secũda est, subsequitur. ¶Ex quo deniq; colligitur sextũ discrimen. Satisfactio arbitrio sacerdotum virtute clauium constituitur, eademq; in illis tribus generibus, scilicet in oratione, ieiunio, & eleemosyna: restitutionẽ verò ad æqualitatem quisq; tenetur sua sponte facere, vel sententiæ parere iudicis. ¶Septimũ prætereà si libet interuallum accipito. In purgatorio nulla fit, sine expectatur restitutio: sed tantùm fit satisfactio, seu potiùs satis passio. Hoc dixerim ad pellendum errorem vulgi quod arbitratur defunctos in purgatorio remorari quousq; restitutiones quas hìc suis cõmendarunt, executioni mandentur. Est enim deridiculum. Haud si quidẽ lex esset digna Deo si sanxisset vt quis pro ea culpa pateretur, quæ nullatenus in sua est iam libertate. Alioqui si hæredes nũquam restituerent, nũquam miser ille exiret illos purgatorios carceres: qua vtiq; ratione purgatorium verteretur in infernum. Viderit sibi scilicet quisq; quomodò in hoc sæculo restituere mandauerit. Nam si negligens fuerit, etiam si culpa remittatur, luet in purgatorio pœnas: quanuis post eius obitum illico fiat restitutio: illis autem pœnis persolutis, etiam si nũquàm restitutio fiat, liberabitur. Ineptissimè enim in contrarium adducitur, quod ego meis auribus audiui, illud Augustini, quod statim articulo proximo audiemus, Non dimittitur peccatũ nisi restituatur ablatum. Illud nanq; de remissione culpę intelligitur in hoc sæculo: quia qui non restituit, reus est semper culpæ. Ecce quãta intercapedine satisfactio & restitutio distẽt. ex qua dilutio colligitur prioris argumẽti. ¶Ad posterius autem probè respondet S.

Septẽ differentiæ inter restitutionẽ & satisfactionem.

De quib9 restitutio & de quibus satisfactio.

Secunda differentia.

Quibus fiat restitutio quibus itidẽ satisfactio.

Proprie loquendo peccatum.

Quotadiffe rentia.

Ordo gubernationis autem.

Tertia differentia.

Quarta differentia.

Nulla hoc re factio fiat de hominẽ in purgatorio remoratur.

Tertia.

Tho. quòd restitutio illius quod per iustitiam distributiuam conferri omissum est, ad iustitiã spectat cõmutatiuam. Nam quanuis illud nunquam fuerit ab illo cui dãdum erat possessum, fuit tamen debitum: & ideo quodammodò sublatum: ac subinde functio commutatiuæ iustitiæ est, idem rependere. Quo fit (vt scitè Caieta. colligit) quòd si princeps aut dominus aliquot annis distributionem prætermiserit, quam inter cõscriptos ciues facere tenebatur, & posteà pœnitentia ductus restituere constituerit, non debet præsentibus tunc ciuibus restitutionem facere: sed eorum defunctorũ hæredibus, quibus viuentibus debebatur.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm sit ad salutem necessarium, rei quæ ablata est, restitutionem fieri.

SEcundo articulo, qui apud sanct. Thom. primus est, supposita restitutionis interpretatione, de eius est necessitate respõdendum. Vtrùm scilicet ablati restitutio sit ad salutem necessaria. Et arguitur ad negatiuam partem. Ad salutem animæ, hoc est ad vitam æternam consequendã, satis est seruare mãdata: secũdùm verbum Dñi, Matthæi. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Quod si quis in culpam fuerit collapsus, satis est quòd per pœnitentiam, quę secunda est tabula post naufragium, conscientiam abluat: restitutio autem neque inter præcepta neque inter partes pœnitentiæ, vt suprà dictum est, commeneratur: ergò non est hominibus necessaria. ¶Secundò arguitur. Si restitutio esset necessaria, maximè quia aliquo est præcepto imperata: id autem in Decalogo nullum extat, præter illud, Non furtum facias, hoc verò negatiuum est: præceptum autem restitutionis affirmatiuum esse deberet, vt nomẽ ipsum sonat: ergò nullum est tale præceptum. ¶In contrarium est August. in epist. ad Macedo. quæ refertur. 14. q. 6. Si res aliena propter quam peccatum est reddi possit & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum.

QVæstio hæc nemini dubia esse potest. Vnica ergò cõclusione absoluitur. Ablatorum restitutio sic necessaria est, vt absque illa durare nemo posset in gratia Dei, illámve recuperare. At verò in gratiam S. Th. exponendi sunt termini: eò q; hic secundus articulis

Conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticulus subobscurus, quin truncatus etiam nõ nullis videtur. Ait enim, id quod iniustè ablatum est restitutioni esse obnoxiũ, quod verò iustè, minime. Cùm tamẽ tam mutuatũ, quod quis iustè sustulit, q̃ pretium rei credito emptę sit etiam restituendum. Notandum ergo est quemadmodum nos S. Tho. proprias rerum locutiones docuerit. Illius enim quod quis vel mutuo vel quolibet ciuili cõtractu accepit, nõ propriè ad restitutionem conuincitur, quoadvsq; sit in mora & culpa: nam mutuũ vel pretiũ ante statutum tempus reddere, non est necessarium. Et dum in tempore redditur, nõ dicitur propriè restitutio: eò q̃ cum creditor illuc vsq; sua sponte careret illa re, nondũ censebatur minùs iusto habere, aut suo iure & statu esse deiectus: sed dicitur illa vel simplex redditio mutui, vel solutio pretij. Quanuis largo modo restitutio dicatur. Nomen igitur restitutionis strictè solùm in rebus ablatis locum habet, puta quæ vel per iniuriam surreptæ sunt: vel si iustè fuerint acceptæ, iniustè tamen vltra constitutum tempus retinẽtur. Et ideo ait Augustin. non dimitti peccatũ, nisi restituatur ablatum. Quòd autem ait D. Thom. id quòd iustè ablatum est, inęqualitatem esse restitui, nõ intelligas de mutuato, aut de pretio rei futuræ moneta venditæ, aut de similibus quæ iustè accipiuntur, sed vt reddãtur: at de illo quòd quis, quia suum erat accepit: vt depositũ suum, aut laboris mercedem, aut dono datum, aut quid simile. His præhabitis probatur conclusio. Iustitia commutatiua est ad salutem obseruatu necessaria: restitutio autem importat redditionem illius rei quæ iniustè vel alijs fertur vel retinetur: quæ quidem redditio opus est iustitiæ commutatiuæ: ergo illa est necessaria. Hinc sit consequens, præceptum extare restitutionis, idq; sub reatu mortalis culpæ obligans. Aliter non esset ad salutem simpliciter necessaria. Et enim qui rem detinet alienã inuito domino, & iustitiam violat, & subinde proximi charitatem. ¶Ac pro exactiori eiusdem conclusionis examine intelligamus in primis quo gradu certitudinis habenda est: an scilicet sit pro veritate catholica reputanda. Hoc pro eo interroga quòd Guido Carmelita inter Græcorũ alias, hanc quoq; hæresin connumerat, quòd eorum sacerdotes nullã furibus & latronibus restitutionem pro manifesta rapina iubebant: sed oleo simplici illos inungentes absoluebãt. Illa duntaxat iniuncta pœnitentia, vt sibi ipsis furtorum partem impartirent. Nescio tamen qua essent insania illi correpti, qui ita delirarent. Lutherani nanq; (vt est art. 5. Lutheri ad Leonem videre) satisfactionem inficiãtur: hoc tamen colore, quòd Christus abundè delictis totius mũdi satisfecit: nescientes discernere inter satisfactionẽ quo ad sufficientiã, & quo ad efficaciam. Quòd autem restitutio non sit necessaria, non solùm hæresis, verùm phrenesis est. ¶Hic autem lectorem admonitum facere non præteribo, vt si inciderit in Erasini adnotationes, vsq; ad quartam editionem, caueat ab illo adnotamẽto quod Luc. 11. super verbo illo, Quod superest, date eleemosynam. subiecit tale: Illud adnotandum, cùm modò fecerit mẽtionem rapinæ, non fieri in remedium mẽtionem restitutionis, tantum pollicetur eleemosyna data, omnia fore munda. Quo sanè loco visus est restitutionis necessitatẽ, vel infirmare, vel negare. Post tamen æditione quinta, notam hanc, quam sibi ipse inuserat, abrasit. Ad rem igitur vt redeamus merito dicebam huiusmodi hæresim in phrenesim incidere. Cautũ enim in Decalogo est: Non furtum facies: qui autem rem alienã inuito domino retinet, perinde habet ac si furtũ faceret: pro eodẽ enim prorsus recidit, rem alienã subripere, eandẽq; retinere. Vnde Paul. ad Rom. 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributũ. &c. Et vt cuncta expressiori emphasi cõplecteretur, subdit negatiuè: Nemini quicq̃ debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Huius autẽ voculę, nisi, ille nobis sensus placuit, qui non est exceptorius, sed potius expositorius. Nam cùm rem alienam vsurpare dilectioni proximi obuersetur, admonet nos vt nihil debeamus, videlicet vt syncerè diligamus. Tametsi Chrysost. & August. veneranter sint auscultandi: qui exceptionis gratia illud Pau. aiunt addidisse. Quasi admonuisset vt dilectionem semper deberemus: quippe cuius debitum quantumcunq; soluatur, nunquàm cessat. Item Christus Matth. 22. reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Imo verò qui rem non abstulit, sed bona fide possidet, quoties constiterit esse alienam, naturali ratione doctus, tenetur illam domino tradere. Vnde Thobias, vt eius tradit historia, cap. 2. cùm vocẽ balantis hœdi quem vxor attulerat, audisset: Videte, inquit, ne forte furtiuus sit: reddite eum dominis suis: quia nõ licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cõtingere. In summa, Deus Ezech. 33. nemini pœnitentium veniam pollicetur, nisi prius pignus rapinamq; reddiderit. Adde quod eodem iure quisquis rem nouit furtò sublatã, tenetur eam domino indicare: Sic enim intelligendum est verbum Hieronym. super illud Prouerb. 29. quod refertur extra de furtis. c. qui cum fure. vbi air, qui

Expositur D. Thomas.

Quãdo quis in tẽpore reddat quod ex contractu aliquo ciuili debet, nõ dicitur restituere.

Restitutio solum locũ habet in rebus iniustè ablatis vel retentis.

Iam probat conclusio.

Græcorum amentia ex Guidone.

Lutherani sa

Confutatur

Ad argumẽta.

Arguitur cõtra solutionem.

qui cum fure partitur: vel secundùm aliam literam, participat, scilicet, in crimine, occidit animam suam. Non ergo fur solus, verùm & ille reus tenetur, qui furti cõscius, quærẽte possessore non indicat. Haud tamen tenetur occultum furem prodere, sed furtum pandere.

PER hæc ergò ad primum argumentum cõtra quæstionem respondetur, concessa priori assumpta: nẽpe satis esse ad salutem si quis innocenter viuat per expletionem mandatorũ: posterior vera perimitur. Etenim qui furto commisso aut illata iniuria corruerit in culpã, nunquàm inde resurget nisi præuia restitutione: nam aliàs semper tenebitur reus furti, aut illatæ iniuriæ: quod est contra Decalogi prohibitionem. ¶Contra hanc autem solutionem non desunt argumẽta. Primum enim statim præ foribus extat huiusmodi. Nemo reus est furti aliusve detentionis, cui constat legitimum dominũ consentire, aut cõsentire debere: lex autẽ charitatis hoc vinculo videtur mortales & maximè Christianos conglutinare, vt corporalia hæc & temporalia quisq; propria saluti spirituali proximi post habeat: ergo quisque consentire tenetur vt alius possideat bona sua, nè iniustè alius retinendo occidat propriã animam. Hoc argumentũ sunt qui arbitrẽtur alicuius esse põderis: cùm tamẽ nullius sit prorsus. Respondet enim Adrianus quòd etsi dominus rei fortè consentiat, hoc tamen no conflat ei qui iniustè possidet: & ideo contra conscientiã retinet. Solutio autem non eneruaret argumenti vires, si vllas haberet: nam satis esset quod illi constaret, debere dominũ consentire. Respondetur ergò facilimè quòd quãuis quisque teneatur salutem animæ proximi ordine charitatis proprijs bonis corporis & vitæ etiã tẽporali anteferre (vt S. Tho. 2.2.q. 26. arti. 5. auctor est) attamen hîc charitatis ordo solùm obligat exponere corporalia bona pro tuẽda salute animæ proximi, quando vel talia bona sunt illi simpliciter necessaria, vel quis ex proprio officio curam gerit animæ illius. Alioqui solum ad perfectionẽ charitatis hoc pertinet. Vnde cùm ille qui alienã rem iniustè vsurpat, non id propterea facit quod extremam necessitatem illorum bonorum patiatur: sed ex sua libidine & corrupta voluntate, non tenetur dominus consentire in illam iniustam possessionẽ. Simile est in mortis articulo cùm quis aliũ inuadit occidendi animo. Aiunt enim quidam nimirum misericordes, quòd inuasus potius debet permittere sui occisionẽ, quàm aliũ moraliter delinquentem interficiat, vt sua temporali morte æternam euitet in proximo. Sed re

Ad secundũ argumentũ. Dub. an eodẽ præcepto prohibeatur furtũ & præcipiatur restitutio.

Solutio dub.

vera nulla hoc ratio probare poterit: quia vita illius qui inuaditur, non est inuadenti necessaria: & ideo quia iniustè illam petit, potest alius illam defendere: etiam si sciat alterum in peccato mortem obire. An verò sit consilium suam ipsius mortem permittere pro salute alterius, non est præsentis negotij disputare: maiorem enim charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis. ¶Secundo argumẽto petitur dubitationis solutio, quę forsan non ad rem tantum spectat, quàm ad nomẽ. Videlicet an diuersa sint præcepta, quo furtum prohibetur, & quo restitutio præcipitur. Etenim quòd eadem sit præceptio, est argumentum primum, quod idem pollere videtur: Non furtum facies. &, Non retinebis alienum. Sic enim negatiuè ait Paul. nemini quicquàm debeatis. Et S. Tho. 2.2.q. 66. art. 3. detinere, inquit, id quod alteri debetur, eãdem rationem nocumenti habet cum acceptione iniusta. Et ideo sub iniusta acceptione intelligitur etiam iniusta detẽtio. Mox arguitur: quòd si præceptum restitutionis singulare esset, non posset nisi affirmatiuum existere: præceptum autem affirmatiuum non obligat pro semper: restitutio verò faciẽda est absq; mora: nã quã diu quis in ære alieno manet inuito domino, quasi fur reputatur. Vnde fit vt semper & pro semper teneatur restituere. Nihilo seciùs exactior loquutio erit si dicamus duo esse quodã modo præcepta. Illud scilicet abstinendi à furto, mere negatiuum: hoc autem restitutionis, affirmatiuũ implicans in se negationem, quo prohibemur rem alterius detinere: vt. 2.2.q. 62. art. 8. author est S. Tho. Et hoc patet ex obiectorum diuersitate. Actiones enim malæ prohibentur negatiuis præceptis: bonæ autem affirmatiuis mandãtur: furari autem malum est: restituere verò, bonum. Idem patet ex forma Christi: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Quare Paulus ambo copulauit, scilicet, Reddite omnibus debita: &, nemini quicquã debeatis. Falsum ergò est idem esse prioris vel obiectum vel præceptum: reducitur tamen hoc ad illud Decalogi, Non furtum facies. Et per hoc respõsum est principali argumẽto. ¶Ad illud autem quod modò de præceptis affirmatiuis subijciebamus, respõdetur, quòd licet mãdatum restituendi affirmatiuum sit, nihilo minus propter id negationis quod includit non habet circũstantiã temporis, sicuti alia, definitam: sed sua substãtia est vt statim & absq; mora fiat. Hæc autem mora accipienda est secũdùm ciuilium morem. Dicitur enim quis esse in mora cùm rei opportunitatem nactus, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

statim operatur. Quapropter(vt postremo articulo huius libri repetendū est) obligatio huius præcepti quantū ad actū animæ interiorē, est,vt cùm primùm cuiq; constiterit rem possidere alienā,animo proponat reddere: nō tamē est in culpa si statim non reddat, quousq; habita tū creditoris copia,tū opportunitate solūedi,soluere ampliùs distulerit. An verò quàm diu quisq; in mora durat, tam diu crescat culpa:& an aliquando eadem innouetur:ad eundem postremum articulum huius libri pertinet satisfaciendo respondere.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm omnia in vniuersum quæ quis vel ab alio abstulit, vel inuito domino retinet, teneatur restituere.

POST substantiam necessitatēq; restitutionis videre tertio loco restat amplissimā eius obligandi vniuersalitatē. Quæritur ergò vtrùm omnia in vniuersum ablata & retēta,teneatur homo restituere.Et arguitur à parte negatiua. Duo sunt bonorum genera in quibus quis alteri nocere potest,scilicet spiritualium,& temporalium: spiritualiū autem non est necessaria restitutio:ergò cùm sint temporalibus præstantiora, sit vt neq; temporalium sit necessāria. Minor exēplo monstratur. Enumero qui alterum ad peccandum induxit,nihil illi restituere tenetur: tum quod ille lil ere fecit, tum quòd & ipse se potest in pristinum statum restituere. Secundò. Si quis à monachatus professione vel cohibuit,vel abstraxit, eiscē prorsus rationibus modò adductis,nihil ei restituere cogitur:ergò neq; in hoc casu restitutionem facere est operæ pretiū.¶ Tertiò. In bonis temporalibus maximum est vita: sed qui vitam alteri, vel membrum abstulit: nulli restitutioni manet obnoxius: quia ad impossibile nemo obligatur: quale est vitam aut membrum restituere. ¶ Quartò. Nemo ad peccatum obligatur: quādoq; autē fieri nequit restitutio citra culpam. vt puta cùm quis alienam famam reuelatione occulti criminis denigrauit: ergò eiusmodi restitutio neutiquàm est necessāria. ¶ Quintò. Honor quem quis alteri contumelijs detur pat, nullatenus restitui potest: quia ad præteritum non est potentia:ergò illic locum nō habet restitutionis vinculum. ¶ Sexto. Dū quis culpiā impedimento est ne aliquod spirituale sacerdotium assequatur,auferre id illi censetur:nam(vt philoso.2.Phys. text.56. author est) quod parum distat à re, nihil distare videtur : & tamē nullo innodatur restitutionis nexu:quia præbenda nō debet ab altero auferri, vtpriori cōferatur: ergò nō est omniū in vniuersum necessaria restitutio. ¶ In contrariū est diuina sentētia Ezech. 33. Si impius egerit pœnitentiam à peccato suo, fecerit́q; iudicium & iustitiam & pignus restituerit, rapinaiq; reddiderit. &c. vita viuet.vbi omnium insinuatur necessaria restitutio.

QVæstionis huius conclusio statuitur affirmatiua. Omnium in vniuersum quæ quis vel iniustè sustulit, vel iusto alicui contractu accepta retinet,præceptū est,restitutionem fieri. Necq; verò nouis opus est testimonijs aut rationibus post ea quę proximo articulo dicta sunt. Enimuerò vt prohibitio furti,sic & restitutionis præceptio,generalis est, vniuersa complectens. Et ideo nisi aliqua de causa excusatio cōtingat, aut attemptio culpæ,semper est mortalis eius trāsgressio. Excusatio autem fit aut per ignorantiam, aut per impossibilitatem:absolutio verò ab obligatione per domini voluntatē,illam remittentis: sed attenuatio contingit ratione tenuitatis materiæ. Nam qui parū retinet, nihil retinere videtur:ideoq; leui tangitur culpa.

AT verò argumēta quæ obiecta sunt non parùm considerationis postulāt. Et quoniā tria sunt mortaliū bona(vt.7. Polit. Tho. cap.1.Arist. meminit)scilicet animæ & corporis:atq; illæ facultates quæ extrinsecùs possidentur, decere existimauimus secundū eorū dignitatē ordinē sequi dicendi.Bonorum autem animæ alia sunt naturalia vt intellectus : alia verò acquisita, sed tamē temporalia vt scientia : alia deniq; simpliciter spiritualia, vt virtus & gratia. At verò de prioribus nulla est necessaria peculiaris disputatio:sunt enim simpliciter temporalia bona:& idcirco qui hominem(vt exēplum ponam) vel præstigijs vel alia via dementaret,vel per vim aut fraudem à literarū studio diuerteret, teneretur ad arbitriū prudentiū eiusnum,sicuti in alijs tēporalibus,reficere. Restat ergò vt ab spiritualibus exordium capiamus, qualis est gratia,& quibus ipsa nutritur,virtutes. De his enim per primum argumentū pro oppositum est. Ad quod Scotus 4. dist.15.q.3. art.1. & Richardus eādem dist.art.4.q.2. quę ibidem sequitur Paludanus:& in materia de restitutione Adrianus: respondēt affirmando quicunq; alteri est causa peccati,ipsum scilicet inducendo,obligatus sit restitutioni, sic vt cōmodiori qua poterit via eum teneatur in Dei gratiam

Adrianus.

gratiam reuocare,suadendo illi vt resipiscat,orandoq; pro eo,cūq; pro posse iuuādo. Quin vero addit Adrianus neminem posse suorum restitutionem bonorum spiritualium remittere veluti corporalium:vt pote quorum nemo præter Deum dominus est.Et quidem si iactūram tantum inspexeris quam homo facit cùm de diuina gratia decidit, hoc certissimum est quòd tanto exitialius perniciosiusq; nocet qui proximum consulto in talibus bonis nocet in corpore,quāto anima pretiosior est corpore, & gratia Dei vniuersō orbe. Vnde Gregorius, quod refertur.6.q.1. cap. ex merito. Deteriores,inquit,sunt qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt,his qui substantias aliorum prædiaq; diripiunt. ¶ Attamen licet alij prudentius me forsan iudicent,nihilo minus nullā mihi videor rationem videre quæ hanc sententiā confirmet, quam præfati doctores affirmant. Et primum omnium quantum ad culpā. Qui dedita opera idq; ex odio contendens proximū procurat de gratia Dei expellere,& in eius inimicitiam conijcere, enormius peccat quàm si vitæ temporali pararet insidias: quia longe nocentius malum intendit. At vero cuius propositum nō est proximo sic enormiter in spiritualibus nocere, sed vel suum cōmodum alsequi,vel suam explere voluptatē:non tanta gratuitate delinquit,quā si eius diriperet bona temporalia. Ecquis enim asserat eum qui liberam mulierculam corruptam, absq; vlla vi & fraude solicitet etiā si vel, prece vel pretio vrgeat, tam graui crimine cōplicari, q̄ si bonorū eius copiam deprædaretur? Re vera nulla est in tali assertione apparētia rationis. Fallax ergò est argumētum: Pius nocet : ergò grauius peccat. Cætera enim non semper sunt paria. Enimuero qui aliena bona surripiunt, id faciunt inuito domino: vnde iniuria ac subinde culpa suscipit incrementum: qui verò alium allicit ad malum, nullam infert vim aut necessitatem, atq; adeò neq; iniuriam. ¶ Sit ergò secunda conclusio superioris expositoria. Qui alterum in crimen conijcit vi aut fraude, tenetur eatenùs illi restituere, vt quem seduxit veritatem doceat: & si vim intullit, liberū relinquat vt in bonam rediat mentem. Decepit quis fortè hominem, docens non inesse culpam vbi erat:puta quēpiam contractum non esse vsurarium, qui tamen erat, ob quam deceptionem exercet ille talem contractum:in tali casu tenetur fallax ille homo docere alium veritatem,nè falsus maseminauit, tenetur recantare palinodiam, & quātum in se fuerit conuellere iniqua semina.

Non semper qui plus nocet grauius peccat.

Secunda cō clusio.

Eodem iure si ego quempiam induxi vt inimicitias gereret cum inimico meo, & mea causa illas exercet, teneor illum liberum relinquere nè sim illi causa mali.Conclusio manifesta est: quoniam ego sum causa non solùm ob quam in delicto persistit. ¶ Tertia conclusio. Si quis alium absq; vi & fraude induxit in peccatum; etiam si consultò & ex animo induxit,alius autem scit se esse in peccato, estq; ei liberū exire dum voluerit:tunc inducens non tenetur peculiari præcepto iustitiæ commutatiuæ restituere,sed generali præcepto correctionis fraternę sicut cæteros. Prior pars probatur. Primùm, iste inducens proprie loquendo nihil ab altero sustulit:nam aufert nemo quidpiam nisi ab inuito,qui autē sciens & prudens peccat,quantumuis precibus alterius succumbat, non facit inuitus : aliter nō peccaret,dicente Augustino in De vera relig.& 1.lib.retract. Peccatū adeò est voluntarium,vt nisi sit voluntarium, nō sit peccatum. 15.q.1.c.quod autem.Respondent autem Scot. & sui, quòd licēt taliter inducens non sit tota causa peccati, existit nihilo minùs pars causæ & occasio, & ideo manet quodam pacto restitutioni obnoxius. Contra hoc tamen est argumentum. Quando ego precum improbitate donū aliquod ab amico citra vim & fraudem extorqueo, nullatenùs illi teneor vt restituam vi iustitiæ:nisi mea liberalitate illi decreuero esse gratus:pari ergò iure qui à muliere vel prece vel pretio consensum expresit in malum,postquàm illa vltrò consensit, liber est qui extorsit à restitutione : scienti enim & consentienti non fit iniuria:de regul. iur. in. 6. Et facit ad idem tex.eod.titulo,cap.nullus. eodemq; titulo,ff.l.consilij. quibus nimirum docetur neminem ex consilio quod fraudulentū non sit,restitutioni obligari. ¶ Secundò aliter idem comprobatur. Nemo ei restituere tenetur, in cuius potestate non est restitutionem fieri: Deus autē solus est author gratiæ: homo ergò eodē vinculo est solutus. Quòd si vrgeas saltem obligari ad id quod potest, aliter arguitur. Nemo ei adstringitur restituere, qui suā spōte condōnat quod sibi ablatum est: sed ille qui non vult resipiscere à peccato, virtualiter condōnat quod ablatum sibi est:quoniā cùm in sua potestate per solius Dei auxilium positum sit diuinam gratiam recuperare,si non recuperat,videtur illam sua culpa negligere:atq; adeò alter fit à debito liber,quia nō retinet alienum. Etenim si ego furto sustuli auri pondus quod expositum manifestumq; relinquo domino,vt quādo ei libuerit posśit fine mea illiusve alterius opera capere:profectò si non capit,

Tertia conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

censetur illud renuere: atq; adeò ego non ampliùs teneor facere. Etenim neque obligor illum admonere vt capiat, neque rogare. Ecce quod tuum est: aut cape, aut abi. Ad nostrum propositum: Vnde quęso obligor iniquum in bonam mentem reuocare si cùm ipse absq; opera mea posit, minimè vult emendari? Accedunt & argumenta alia minora: nam secùdùm authores contrariæ sententiæ consequens sit primum, vt si quis mulierem quæ in sordibus iacebat ad sordidum actum induxit, teneretur eam emendare: quod nulla suadet ratio. Item quòd qui nõ potest eum qui corrũpit in viam reuocare, teneatur saltem pecunia pro posse ei satisfacere: licèt diuina gratia nulla sit existimatione pendenda. nam in honoribus ita vsu fit: quod tamẽ in spiritualibus nusquam obseruatur: nulli enim cõfessariorum tales restitutiones iniungũt. Tertiò sequeretur vt qui publicè peccauit, singulis eorum quibus fuit occasio ruinæ teneretur restituere. Et accedit profectò (vt ait Sylvest. in verbo: restitutio) non debile argumentum in fauorem huius sententię, ꝙ cum S. Thomas solertissimus omnium scrutator de hoc genere restitutionis nihil vspiã meminerit, nullatenus iudicauerit esse necessariũ. ¶ Adiecimus autem in secũdo membro quòd ligamine correptionis fraternæ, quod est charitatis, tenetur talis homo corripere fratrẽ: & forsan arctiori vinculo q̃ reliquos, cæteris paribus: nam alioqui quem in maiori periculo video, citiùs teneor corripere. Atq; eum maximè quem quis illata vi in peccatum compulit: vt puta si quis mortis comminatione virgini stuprum obtulit. At neque vinculum hoc exit lineas correptionis fraternæ. Non inquã ingreditur iustitiæ limites: vnde Exo. 22. solũ sancitur vt qui dormierit cũ virgine dotet eam, ducatq; in vxorẽ: quòd autem procuret eam emendare, non adhibetur. Hæc dicta sunt non vt habenas perditis hominibus laxemus: est enim enorme scelus hominẽ alienos mores veluti iniquitatis magistrum dæmonisq; adminis strum deprauare. Nam etsi postmodùm tanta adhiberetur cura, vt errantem in viam deduceret, peccatum tamen ipsum & tempus quo in peccato quis durat refarciri vix potest. Sed tamen admonita sunt vt quisque intelligat quousq; Lex restitutionis obligãdo pertingat.

De secundo argumento. In secundo argumẽto tangitur aliud dubiũ huic affine de illo qui quenq̃ à religionis professione retraxit, aut inde detraxit. De hoc em pari iure, vt eis apparet, isti suprà citati autores

Palud. pronuntiant. Palud. namq; eodem loco citato adstruere non formidat eum qui alteri propositũ religionis sic dissuasit vt nè intraret persuaderet, vel alia via eum vitæ monasticę subduxit, teneri ad restitutionẽ in integrum: nempè aut illi ingressum rursus persuadẽdo, aut alterum eius loco substituẽdo, aut, si neutra istarum via patuerit, obstri ngitur, inquit, idẽ ipse intrare. In eãdem sententiam subscribit Antonius Florentinus. 2. parte. titulo. 2. cap. 2. Et nè opinio hęc monachorũ tantùm cẽseatur propria, sequitur eandem Adrianus in. 4. in eãdem citata. q. de bonis animæ restituendis. Et præterea Maior. q. 17. & adducit Palud. exẽplum Raimũdi celeberrimi generalis ordinis nostri, qui eãdem de causa habitum nostrum induit. Argumentum isti venantur ex cap. si seruus. primo, dist. 54. vbi iubetur episcopo ordinãti seruum nesciente domino duplum eidem reddere. Inde ergò & fortiore (vt putant) ratione colligunt obligationem restituendi religioni in eo exurgere, qui eidem religioni monachũ subtraxit. Verum est tamen Adrianum & alios sententiam mitigare, dicentes tunc esse veram, quando quis vel religionis odio vel alio malo animo id fecit: secùs autem si amicitia ad id adductus est, aut parentum commiseratione. Nam tunc & si peccatum committatur, restitutionis tamen lex nõ ligat. ¶ At verò neq; opinio hæc multum probabilitatis habet. Prima ergò cõclusio sit secũdùm moderationem Adriani. Qui bona intẽtione impediméto est volẽti monasticũ institutũ capessere, nullam facit religioni iniuriã: quippe quæ nullũ dum ius acquisierat. Cui præterea accedit ꝙ licèt monachatus professio in genere, adeò sit Euãgelicum consilium, vt nullo sit alio opus particulari: tamen quòd hic & modò & cum cæteris circunstantijs tale institutum suscipiat, res est quæ citra iniuriam in consultationẽ potest asciſci. ¶ Sit autem secunda conclusio. Nemo qui alteri, etiam iniquo animo monachatũ dissuaserit, vel alia illi ratione obstiterit quo minùs monachus fiat, obnoxius subinde sit restitutioni vel eidem faciendæ vel conuentui de rigore iustitiæ: sed tantùm tenetur charitatis lege & correptionis fraternæ. Cõclusio hęc perinde atq; superior, quin verò firmiùs demonstratur. Primùm enim illi qui à religione retractus est nulla debetur restitutio: quia neq; vi cohibitus est, neq; fraude seductus, atq; adeò neq; iniustitiam passus: nã vbi non inuenitur inuoluntarium sed spontanea concessio, nulla subest iniustitia: atq; adeò neq; iustitia restitutionem iniungit. Sed tantùm esse illic potest peccatum contra charitatem: quæ ideo charitas postmodùm admonet correptionem fraternè

fieri. Enimuerò qualem radicem habuit peccatum, scilicet vel contra charitatem vel cõtra iustitiam, talis est & virtus cui emendatio competit. Secundum argumentum est superioris simile. Ille qui à religione est impeditus, in sua post habet libera potestate situm prius propositum exequi: si autẽ non vult, tunc ille qui eum abduxit exoneratus est onere restitutionis. Et sunt argumenta hæc inde fortiora, quod perniciosius est hominem in peccatum contra legem adducere, quàm à consilio religionis reducere. ¶ Neq; verò restitutio necessario est religioni facienda. Nam nullo pacto vrget argumentũ quòd religio illa & ordo ius quoddam habebat, saltẽ proximum. Enimuerò illud semper dependebat à voluntate illius qui poterat à proposito retrocedere. Quòd si sua sponte mutauit, nulla restat obligatio restituendi. Imo eãdem ratione addiderim, quòd etiam si quis à professione neophytum, puta qui habitu indutus est & catechumenus, absq; vi & fraude abduxit, licet graue cõmittat peccatum, tamen cùm non sit nisi contra charitatem, nulla iustitia eum obligat ad restitutionẽ. Nam si ego illum iam adornãtem intrare hãc religionem ad aliam diuerterem, non fio debitor priori conuentui: ergo nullum habebat ius quod me obligaret etiam si simpliciter extraxissem. Quin verò neq; ille q̃ iniquissimo animo, ꝓfessio persuaserit exire, planè video quo iure ad restitutionem teneatur. Neq; argumentum quod à serui similitudine deducitur prorsus in contrarium cogit. Etenim quicquid de seruo sit, de quo idem iudicium erit in conscientia, quod secundum leges ciuiles fuerit: non tamen eadem apparet ratio de monacho. Manci piam enim dominus in suam propriam vtilitatem veluti equum suum possidet: de monacho autem non sic censendum. Nam qui se diuino obsequio mancipârunt, & si astrictissimi sint religionis voto, non tamen possidentur vt serui ob Prælatorum temporale commodũ, sed ob suum ipsorum spirituale. Quare seruitus illa libertate plena est. Qua licèt monachus abutatur, habitum exuens, tantùm obligatur lege obedientiæ redire, vt dignum efficiatur regno cœlorum. Et ideo si sua spõte exierit, nulla inde nascitur ciuilis obligatio ad restitutionem.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio est. Si quis alium vi, vel minis, vel fraude, seu retraxerit seu extraxerit à vita monastica: vt pote dicendo nõ esse bonam: ille, quia contra iustitiam fecit, inuoluntarium hominẽ permouendo, tenetur, fateor, detecta fraude veritatem docere, & vim amouere, vt liberè possit redire, teneturque forsan propter illatam iniuriam procurare vt iterum in conuentum recipiatur. Si tamen non redit, nullum tamen superest restituendi ligamen.

Quarta conclusio. ¶ Quarta conclusio. Quanuis quis iuuenem vel impedierit vel abduxerit, vel vi à monasterio expulerit, etiam illum qui fuerat professus, neque tenetur alium loco ipsius subrogare, neque ipse intrare. Hãc conclusionem præterquàm superioribus rationibus, hac præsertim mihi persuadeo. Consilium religionis nemo nisi cum omni libertate sequi tenetur. Est enim religio, quippe qua homo ab se abdicat propriam libertatẽ, perdifficilis: ob idq; lege sanctè decretus est annus integer probationis. Nullo ergò aut metu aut commissione delicti potest quis in religionem obtrudi, etiam si quis monachos phures vt exirent peruerteret. Neque vllus potest casus dominicum illud verbum mutare, quo ait: Si vis perfectus esse, vade. &c. sed vniuersim hoc relinquendum est libero cuiusque arbitrio. Nemo ad fidem nisi spontaneus admittiturqua ergò lege possumus ad opera cõsilij inuitum cogere? Contrarium porrò nos canonicæ leges docent, quæ licèt vel adulteras, vel hæresiarchas, vel sceleratissimos alios intra monasteriorum septa, atque in arctissimas cellulas occludant, neminem tamen ad professionem religionis cogunt. Isti ergo qua ratione putant institutis monasticis fauere, sunt fortè in religionis vota, quæ liberrima esse debent, iniurij: eaque dum homines eó cogunt, odiosa reddunt. Accedit huc, quòd forsan retrahenti alium, minimè illud congruit institutum religionis: neque fortè conuentui expedit. Hac enim de causa statutus est professionis annus, ergò si ante ingressum scit sibi non esse salutare, neutiquam intrare tenetur. ¶ Pugnat insuper aduersum istos validum argumentum. Sequitur enim ad eorum opinionem quòd qui professum monasterio ademit, profiteri cogatur. Consequens tamen est contra ius concedens probationis annum: quo qui expertus fuerit non sibi ex re esse tale institutum, liberè recedat. Accedit præterea quòd non semper est personarum paritas. Vtrum vir illustris aut egregiè doctus teneatur ideo religioni se mancipare quòd religioni vel parum vel nihil vtilem extraxerit? Extat deinde argumentum quòd restitutio in foro conscientiæ non obligat nisi illis casibus, quibus si veritas publicè cõstaret, obligatio secundùm leges oriretur in foro exteriori: at verò neq; Papa neq; Prælatorũ vllus talis reum crimini compelleret illo facto restituere: nulla ergo est obligatio in conscientia.

Optimè explicatur quãdo in cõscientia quis ad restitutionẽ tenetur.

Quinta conclusio. ¶ Quinta nihilo seciùs adhibenda est

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio. Qui conuentum aliquem aut religionem persona aliqua expoliauit, quæ religioni erat frugi (nam de inutilibus nullus subesse potest scrupulus) fortè teneretur de dãno dato: neque verò in integrum, sed ad prudentium arbitrium: vt qui rectorem Cathedræ vel fraude dementaret, vel vi exire constringeret, teneretur de damno cessantium prouentuum. Haud tamen hoc tanquam mihi compertissimum statuerim. Imò standum arbitror tunc foro exteriori: nam (vt dixi) nõ eadem est hic prorsus ratio quæ de seruo. Hæc autem disputata sint de iustitia: nam de consilio aliud est. Peregregiè nanq; fecit Raimundus, per suum ipsius ingressum damnum cõpensando, quod religioni dederat. ¶ Tertium argumentũ iam nos in cõsiderationem mittit restituendorum temporalium bonorum. Hæc autem triplici sunt differentia. Alia quippe sunt corporis, alia verò exteriores facultates, ac tertia inter hęc media, puta honor & fama. Quod Ioannes in sua Canonica dixit: Omnia quæ sunt in mundo aut sunt concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Inter hæc autem illa sunt nobis congenita penitius, ac natiua, atque adeò potiora, quæ ad corpus attinent. In quibus primum est vita quæ per homicidium tollitur. De qua re S. Thom. ac Theologi summo consensu respondent in tali casu, quia æquiualens restitui nequit, sat esse vt fiat possibilis repẽsatio: veluti quia Deo & parentibus reddere ad iustum non valemus, vt potè à quibus suscepimus vitã, sufficit eis reddere quantum possumus. At verò operæpretium est hoc presiùs explicare. Atqui in primis recolendum est ex superioribus necessariam esse homicidæ & restitutionẽ facere dãni dati, & satisfactionẽ de iniuria: & ideo de vtraque est dubiũ in foro cõscientiæ: nam in foro exteriori posita est talionis pœna: vt iuxta verbum Dñi, Qui gladiũ acceperit, gladio pereat. Hoc autẽ nihil ad nos: qui tãtum instituimus cõfessarios ad pœnitẽtias iniũgendas. Dicamus ergò priùs de damno dato. De quo est omnium conclusio, quòd si occisus familiam sudore proprio alebat, tenetur tunc homicida illiud damnum compensare, alendo eandem familiam. Et ratio sit illis comperta ex naturã commutatiuæ iustitiæ. Sustulit ille viduæ & orphanis alimoniam: reddat ergò. Sic enim decretum est cap. fin. de iniur. & dam. dato: Si tua culpa datum est damnum, iure super his satisfacere te oportet. Hi autem sermones vniuersales, sunt magis veri & minùs vtiles. Opus est nanque respondere an quicunque sit ille homicida: & quantacunq; fuerit defuncti familia, debeat illam perpetuò sustentare. Maio. in 4. dist. 15. q. 19. dubio postremo ait teneri homicidam tantùm reddere hęredibus defuncti quantum ipse iudicio prudentium lucratus fuisset tota vita: deductis laboribus. quia non tantum, inquit, debetur quiescenti homini, quantum laboranti. Hoc autem nihil est dicere: quoniam si illi qui suis manibus victitat laborem ademeris, nihil relinquis, cessans quippe ab opere nihil lucraretur. Item argumentum est contra hoc vrgentissimum. Si enim quis quenquam ab opere & labore cohibet, in integrum tenetur de damno, ac si ille laboraret: nam ille accinctus est operi. Si ergo illi obstas, adstringeris ei quod ipse lucraretur restituere. Et ideo Scotus dist. 15. quæst. 3. ait talem homicidam teneri ad sustentationem familiæ defunctæ: nõ solum vxoris & liberorum, verùm si ille matrem quoque & propinquos nutriebat, vniuersos quoque cogitur ipse pascere. Et sequitur eum Adrian. eãdem distinctatq; in eandem sententiam Speculatorem & Panor. dicentes quòd quisque hæredum potest agere p̃ operis defuncti, quas posset exercere toto suæ vitæ tempore. Hæc autem regula non est ad amussim certa, sed dura valde circunspectorum conscientijs. Sequeretur enim quòd homicida ante iudicis cõdemnationem in summam pauperiem redigi deberet, & talem deberet imponere confessarius pœnitentiam. Vnde si homicida pauper est, qui tãtum lucratur quantũ ille lucrabatur defunctus, teneretur totũ dare, & nihil sibi reliquũ facere. Quod si fortè ille occisus erat mercator, cui aut pli prouentus prouenientes, & homicida itidem est mercator, teneretur tantundem hęredibus refundere. Adrianus concedere videtur. Maioris verò negat. nã dicit quòd postquam familia habet aliunde victum, non tenetur homicida illum ei suppeditare. At verò hoc nihil refert: nam si nudam cõmutatiuam iustitiam consideres, nil interest sint ne hæredes diuites, an pauperes. Etenim (vt. 5. q. superioris libri dicebamus) non hoc attendit: sed præcipit vt quantum ablatum est, reddatur, modò qui abstulit soluẽdo sit. ¶ His ergò prætermissis, certissima quæ hìc potest conclusio stabiliri, est hæc. In his quę secundum speciem reparari nequeunt, restitutio est ad arbitrium prudentis facienda. Neq; particularius aliud S. Thomas respondet: nimirum intelligens nihil posse certius constitui. In hoc autem arbitramento habenda est ratio personarum, tam occisi quàm occidentis, quam etiam hæredum: nam (vt modò dicebamus) nulla aliarũ regularum est solida. Quapropter hæc est quæ prudentibus habetur in vsu. Atque adeò plus hinc conducit prudẽtum sententia, quàm Theologorum sciẽtia, vel Iurisconsultorum. Quando enim homicida est diuitijs præpotens, maior est ei restitutio iniungenda, quàm si egeret. Et si occisus inutilis erat suis, minor quàm si erat frugi. Est præterea in hisce iniurijs considerandum quòd qualitas defuncti nõ tantũ pensari habet ex vtilitate ipsius, indigentiaq; suorũ, verùm etiã ex valore & dignitate personæ. Nam qui virum ingenuum literisve aut alia ratione insignem occidit, ad maiorẽ multò restitutionem tenetur q̃ si personã inferioris classis trucidaret. Falluntur ergò qui arbitrantur ob id quòd nõ reliquit familiam inopem non esse restitutionem necessariam: quoniam talis persona multò pluris erat quàm alia. Quin verò & occidendi modus, si per insidias, aut fraudem, aut per insignem atrocitatem homicidium perpetratum est. Hæc inquam omnia venire debent in consilium vt restitutio legitimè fiat, dum modò hæc omnia iniurius possit soluere, etiã cum graui detrimento suorum bonorum. Tangetti, vt ad superius quoddam verbum respõdeamus, non sit propter restitutionem in foro conscientiæ in extremam aut granẽ necessitatem quisquam conijciendus. Sed & restat insuper in huiusmodi casibus animaduertendũ, id quod in spe est tantùm, nõ æquipollere ei quod est in re: nam poterat defunctus citò mori, aut languere, ita vt nõ posset familiã sustentare. Idem prorsus dicendum de mutilatione membrorũ: vt qui manũ alteri abscidit, tenetur soluere operas medici, & damna, cessantesque labores in integrum: ad arbitriũ tamen sapientum virorum. Quòd si quis sentẽtiæ huic obijciat illud Exod. 21. quod iure etiam Canonico decretum est. & dam. dat. cap. si rixati. pro lege susceptũ est: nempè quòd si percusserit alter proximũ fumn lapide vel pugno, & ille mortuus nõ fuerit, ille qui percusserit, opera eius & impensas in medicos restituat, cæterùm innocẽs erit. Respõdetur q̃ erit innocens respectu homicidij: sc. si ille qui læsus est, plene cõualuit, euadet tũc & percussor prorsus liber. ¶ Ex his fit consequens quòd non debet æstimari pretiũ huiusmodi læsionũ adlibitũ illius qui damnum accepit. Amputauit quis manum alteri, aut eruit oculum: vtrùm teneatur tantum reddere quantũ ipse peteret, si ante mutilationem ipse vellet vendere membrum suum? Minimè gentium. Est plebeius qui pro mille aureis

nollet orbari oculo: & tamen postquàm auulsus ei est, nõ tenetur qui eum eruit tantum reddere. Non enim est eadem hìc habenda ratio quæ in rebus recuperabilibus. Si furto surripui equum, debeo vel ipsum reddere, vel simpliciter quantum valet: at quia membra non possunt eadem restitui, non debent tanti æstimari quanti homines illa faciunt quando habent. Quanuis etiam deformitas quæ in mutilo restat, sit etiam repensanda. Sed est tandem adnotandum quòd inter illustres istæ restitutiones non petuntur. Nam damna facilè condonant: iniuriæ enim sunt, quas nunquam obliuioni tradunt. ¶ Secundò, præter damna data tenetur iniurius satisfacere pro iniuria: sed de hoc quoq; diuersæ versantur opiniones. Est inquam Scoti grauis seueraque sententia loco citato. Ait inquam, quòd vbi lex talionis iure sancita est, illa est sancta & legitima: & ideo iustè inquit debet illic homicida patienter soluere illam pœnam. Quòd si intelligat dum captus fuerit supplicioq; destinatus debere patienter tolerare, verissimum est. Attamen si intelligat quòd ipse se debeat offerre prætori, hoc profectò nulla probabilitate sustineri potest: quoniam nemo reus esse tenetur, ac simul actor, vt sponte se patibulo obijciat: esset enim hoc contra ius naturæ, quod tam truces leges & præcepta non admittit. Haud tamen credibile est grauem doctorem ita sensisse. Id quod ex subiunctis statim verbis conijcitur. Subdit nanq; quòd vbi lex talionis non fuerit statuta, reus non tenetur sibi eam inferre: quia nullus debet esse homicida sui. Hinc enim colligitur quòd neque vbi statuta fuerit tenetur reus obijcere se iudici. Hoc enim cõdem recideret, ac eam sibi inferret. Adijcit nihilo minùs expedire tunc tali homicidæ vt exponat vitam suam in causa iusta, vtpote in bello contra inimicos ecclesiæ pro restitutione facienda illi cuius vitam abstulit. Et subdit quòd si neque tantam restitutionem velit facere, non potest omninò esse immunis à restitutione. Est satis seuera & regida censura: quam videtur sibi satis corroborare verbo Christi: Qui gladio occidit, gladio peribit. Et Adrianus consentit cum illo. Ego verò fateor quòd neminem possem sic obligare. Christus nanque de vindice gladio reipublicæ loquebatur, quo malefactores perimunt. Imò verò probo viro qui ira succensus vnum homicidium fecit, non sub inde cõsilium esset illa de causa committere se bello: secùs si esset eousq; perditis moribus, vt esset velut publica pestis. Aliter ergò facienda

De tertio argumento. Tria bonorum temporalium genera.

Qualis debeat fieri p̃ vita ablata cõpensatio.

Dubium.

Opinio Maioris.

Impugnat.

Scotus.

Improbatio.

Præter dãna etiã iniuria cõpensanda Scotus.

Nemo reus esse tenetur & actor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodò faciendæ satisfactio iniuriæ.

est satisfactio pro iniuria petẽdo videlicet suppliciter veniam, vel arbitraria pœnitentia.

¶Quãdo verò nulla alia patet restituendi via, cõmoda restitutio est, si interfector orationib⁹ & precationibus mortuum suum apud Deum adiuuet. Idque salutare est vt in sacramentali confessione pœnitẽtiæ loco iniũgatur. Tamet si, vt verũ fatear, iustitię obligationẽ de huiusmodi spirituali restitutione planè non video. Neq; S. Tho. illius meminit. Quamlibet Scot. loco citato necessariã existimet. Neque verò in foro iudiciali compulsio fit nisi de damno temporali dato, deq; cõpensione iniuriæ. Sed est nihilo minus saluberrimum consiliũ, quando interfectus indiget. Nam si à fide catholica alienus vixisset, ridicula esse talis restitutio.

Dubiũ quibus debeat fieri restitutio.

¶Restat autem dubitationis nonnihil, qui sint illi hæredes quibus faciẽda est restitutio de necessitate. Ait enim Scot. quòd si ille defunctus alebat parentes & alios cognatos & propinquos, omnes tenetur interfector pariter sustentare. Et eum sequitur Adrianus, & alij. Respõdetur tamen per temperamentũ huius sententiæ. Sunt enim aliqui hæredes necessarij: nempè qui tale ius habẽt, vt nequeant in totum ab hereditate excludi: sicut sunt vxor & maritus, parentes & filij: hos enim tenebatur pater sustentare si egerent. Quapropter & hic hæredum ordo succedit in ius defuncti: quibus ideo de iustitia facienda est restitutio. Et ratio est quòd homo est quoddam bonum, non solùm suum, sed vxoris, & prolium, & parentum. Et ideo qui hominem gladio sustulit, illis sustulit. Alij verò sunt hæredes solùm ab intestato, qui tamen non sunt necessarij: vt fratres & inferiores cognati. Et his rigore iustitiæ in conscientia nõ tenetur homicida: nam licèt defunctus sua liberalitate illos aleret, nõ ideo illa obligatio trãsit in homicidam. Aliàs teneretur pariter alere amicos & famulos, & quoscunq; ille in domum receperat. Verum est tamen quòd in foro exteriori fratribus & reliquis agnatis, quia ius habent agendi de iniuria, solet, vt eam remittãt, pecunia rependi: non tamen quòd pro damno dato illis quicquã debeatur.

Sententia authoris.

Dubium, an obligatio restituẽdi transeat ad hæredes.

¶Quod si super his perconteris, vtrum hæredes homicidæ si ipse viuens non satisfecit, teneantur de damno in conscientia? Respondetur ipsos teneri si defunctus bona reliquit: aliàs minimè. Iniuriam autem cõpensare, non item conuincuntur. Nisi viuens homicida condemnatus esset transiretq; in rem iudicatam vt pro iniuria tantum solueret.

De quarto argumento.

SEquitur vt in quarto argumento de fama & honore læsis, quomodò debeant restituí. Qualiter autem fama & honor differant, libro sequent. quæstio. 9. vbi eorum tractatus proprium habet locum, explicabitur. Nunc autem satis est nosse famam, quæ bona est existimatio de homine publicitus habita, per detractionem denigrari: obidq; infamator commodiori apertioriq; possibili modo, restituere, resarcireque eam tenetur. Est enim in bonis temporalibus post vitam præcipuum. Neque verò est sicuti ablata vita, irrecuperabilis: potest enim in integrum restitui. Attamen præstituenda est statim in fronte regula, Quod læ fa fama non est de necessitate salutis restituenda, nisi quando contra iustitiam aufertur, quæ regula vniuersalis est in omnibus bonis. Vnde cum S. Thomas tres assignet infamandi modos: Primus, inquit, cùm quis scilicet verum dicit, & iustè non obligat ad restitutionem. ¶At quia de hac re variæ circumferuntur opiniones, nè tanta authorum citatione stylum obnubilemus, subiectis notabilibus rem aperiamus. Primùm vt obligatio restitutionis famæ oriatur, requiritur vt verè fuerit ablata, vel obscurata: nam quandoque ratione obiecti apparet auferri, quæ tamen re vera non auferitur. Id quod quatuor modis contingere potest. Primò si qui diffamatur talis homo est, cui secundùm humanã reputationem illa non est infamia. Dixisti aulicum hominem seruire, vt ipsi aiunt, aulicæ etiam fœminæ: licèt suspicio inde oriatur si modò fœminam nullatenùs infamares: profectò viro non teneris ad restitutionem. Neque si diceres descendisse in duellum cum alio: quanuis hoc secretum esset, & forsan mẽdacium: quia tali hominum ordini nulla aut perquàm exilis oritur ex his infamia. Secundò neque auferitur fama quando persona iam publicè erat infamis. Mentitus es, verbi gratia, meretricem tali nocte admisisse lenonem, quem nõ admiserat: re vera non esset peccatum mortale non restituere ei famam: quia nullam inde maculam ipsa non contraxit. Tertiò si infamia est de re leuissima. Vt si quis aliũ infamaret quòd esset negligens in studio: & quòd non ieiunaret Quadragesimam totam, quanuis mẽdacium esset: si persona illa erat vulgaris, pro nihilo ducit. Quartò si infamator vel non est fide dignus, vel loco videtur dixisse: quoniam cui nulla datur fides, etsi delictum incurrat, quia tamen nullam generat infamiam, nullo se illaqueat restitutionis nexu. ¶Præterea requiritur vt alius famam obnubilet per iniustitiæ delictum. Etenim qui more & lege verum crimen propalat, nihil aufert quo restituere teneatur.

neatur. Vt si quempiam in iudicio rectè accusasti: aut si per fraternam correptionem ad meliorem emendam prudenter plures accersisti testes, quibus proximi delictum patefaceres: aut si bono amici tui consulens, qui criminosum aut male fidum seruum recipere in suam familiam adornabat, id nè faceret admoueris: nullus istorum casuum iugo restitutionis hominem subdit. Mox si quis quempiam infamet contra charitatem non violando iustitiam, neque sic innectitur restitutionis necessitate. Detulisti criminosum in iudicium qui re vera dignus erat supplicio, & testibus conuinci poterat, non tamen ad bonum suspiciens, sed iniquo animo, puta ex odio aut ex auaritia, vt illi in sua dignitate per ambitionem succederes. Deliquisti quidem contra charitatem & liberalitatem: non tamen restituere conuinceris: quia non fecisti contra iustitiam. Pari ratione si prælatus proderet reum quem licitè condemnauit: proderet autem quibus illud erat ignotum. Impingit quidem in charitatis iura, haud tamen restituere tenetur. Neque vero qui legitimè diffamatum in vno loco tradu

Tertium notabile.

cit in alio vbi res nondum erat audita. ¶Ad hæc requiritur tertiò quòd qui læsus est non alia via famam recuperauerit: nam tunc immunis fit ille qui infamauit à restitutione: quippe cum alter iam habebat quod perdiderat. Vt si ille quem de cõcubinatu traduxi, adeò se compurgauit vt nulla mihi amplius habetur fides, onere sum restituendi exoneratus. Ecce ergò tres conditiones ex quibus obligatio conflatur ad restitutionem: scilicet vt auferas famam, & contra iustitiam, & quam alter non iterum in integrum reparauit. ¶Post hæc ergò ad singularia descendentibus dicendum restat quòd duobus modis (vt ait sanctus Thomas) vsu venit cõtra iustitiam infamatio: scilicet quãdo qs falsum crimẽ imponit atq; iniustè: secũdò quãdo imponit verum, sed iniustè. Sed nunquid fieri potest vt impositio falsi criminis sit vnq; nisi iniusta? Quid ergò opus erat post falsum, addere iniuste. Respõdetur fuisse necesse: nam (vt libr. sequent. quæst. 4. visuri sumus) iudex ante cuius tribunal ille legitimè probatur nocens, quem ipse nouit esse innocẽtem, tenetur ipsum supplicio addicere: quo vtique casu falsum illius crimen facto ipso affirmat, iustè tamen: & ideo ad nullam cogitur restitutionem. At verò neq; iudex extra illum casum, neque vlla priuata persona sciens ac prudens falsum de alio crimẽ adstruere valet citra iniustitiam. Tunc ergo ille non faciet idoneam restitutionẽ anteq; asserat se esse mentitum, nisi forsan in ter illos cõuenerit, vt alia sit remuneratione cõtẽtus. De quo statim verbũ alterũ adhibemus. Quinverò & hoc obseruandũ est documentũ, q̃ non satis est corã eisdem, quibus mendaciũ dixeras, te mentitũ asserere: verùm teneris cõtrariã quã feceras fidem facere: videlicet quia homines procliuiores sunt ad credendum mala quàm bona, iureiurando si opus fuerit, adhibitisque insuper testibus, monstrare te debes falsum dixisse: vt qui tua culpa fuerat infamia respersus, tua quoque diligentia repurgatus euadat. ¶ Secundo modo, obscuratio alienæ famæ fit contra iustitiam: quando quis verum crimen detegit: tamen contra iuris necessarium ordinem. Vt si quis occultum crimen vel extra iudicium propalauit, vel in iudicium accusando detulit, quod tamen probare nequiuerat. Quando verò aliàs prætermissit ordinis minutias, non fit subinde restitutionis obnoxius. vt puta si accusauit die festo, aut loco indecenti, aut non seruatis alijs cæremonijs, quæ rei substantiam non mutant. ¶ Veruntamen hic restitutionis casus, perquàm difficilis est, si fieri ritè debet ac rectè. Enimuerò hoc certum est non licêre illi infamatori dicere se fuisse mentitum: esset enim hoc ipsum mendacium: quod pro salute totius mundi neutiquàm dicendum est. Atqui id quod sanctus Thomas & Scotus & plerique Doctorum aiunt, debere scilicet illum tunc dicere se perperàm illud dixisse, atque iniquè proximum diffamasse, neque esse sibi adhibendam fidem, vsque adeò vel parùm vel nihil ad restitutionem confert, vt citiùs ac sæpiùs noceat. Alij ergò recentiores aiunt infamatorem tunc debere vti amphibolis verbis, vt sic ipse non mentiatur, vt tamen alij arbitrari possint, fuisse mentitum. Sed re vera præterquàm quòd hoc, genus esset mendacij, nihil vtilitatis afferret. Obidque satius mihi semper visum est, quod & hic Caietan. ait, non amplius talem detractorem coram eisdem de re illa fari debere: sed bonam vbique eiusdem hominis existimationem dispergere, videlicet quantum citra mendacium valet. Et quanuis inde alij quòd non se ipse retractat, colligant verum dixisse, non tamen ipse amplius facere valet. At verò tenetur ei, cuius infamiam vulnerauit de damno dato: nempè si causa illius iniuriæ aliquam iacturam suorum bonorum fecit. Nõ tamen in integrum, ac si per mẽdacium eum diffamasset, sed ad arbitriũ sapientum prudentũque virorum. ¶ Verùm tamen in his restitutionibus faciendis pensanda est rei possibilitas. Ec quis enim restituere valeat si ei quẽ diffamaui impedi

Notandũ documentũ in restitutiõe famæ.

Secũdus modus.

Duobus modis quis confamatur.

Dubium.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ir pedimento fuit re episcopatum aut egregiam cathedram an plámve dignitatem obtineret? Debet ergò in hisce casibus cõsiliũ tenere sapientũ. ¶Tertius verò modus qui ab Scoto & Richardo & cæteris adijcitur iniustè infamandi, vsu venit, quando quis negat occultum suum crimen, quod alter iniustè detegit, siue in iudicio siue extrà. Vt dum occultus cõcubinarius aut fur præter ius denuntiatus, ait denuntiãtem fuisse mentitum. Dubium enim est teneatúrne illi restituere famã quam ei sauciat, dicendo illum esse iniquum delatorem. Et quidem Caietan. hîc: & in Summa, in verbo, restitutio, vtrunque eorum ait teneri alteri restituere: quandocũq; mutuò sunt sibi inuicem iniurij: & nullus, vt ipse arbitratur, potest suam famã remittere. Scotus verò & Richardus mitiùs respondent: nempè illum concubinarium non teneri sic denũtiatori restituere famam, vt occultum suum crimẽ fateatur: sed alijs verbis eum excusando: nempè dicendo bona intentione & zelo illum fuisse adductum. ¶Crediderim tamẽ, si meum est auscultandũ iudiciũ, quòd licet hoc quod Scotus admonet salúbre sit consilium: tamen secundùm iustitiæ rigorem ille iniustè infamatus nullatenùs tenetur denũtianti vel accusanti restituere, etiam si suũ crimen negauerit, ex qua negatione colligatur alium fuisse vel mentitum, vel falsum locutum. Id quod & ante nos Sylvest. adstruxit, in verbo, restitutio. 3. §. 3. Nam qui suo vtitur iure, nemini iniurius est, atq; adeò rigore iustitiæ non cogitur illi quidpiam restituere: ille autem qui tali casu suum celat crimen suo vtitur iure. Quòd si arguas, illum dum negat crimẽ quod fecit, mentiri: & si cum iuramẽto id negat, peccare mortaliter: ex quo consequens apparet, alteri ad restitutionem teneri. Respõdetur primùm quòd potest celare tacendo, scilicet neque affirmando neque negando. Secundò respondetur quòd etiam si negando citra iramentũ peccet, non tamen mortaliter: quia non pernicioſe mentitur: quãdoquidem ius habet celandi. Et quanuis deierans mortaliter peccet contra Deum, non tamen iniustitiam contra reuelatorem committit. Neq; verò, vt Scotus putat, contra rem publicam: quoniam quandiu ipse habet ius suum contegendi crimen, nõ est inobediens iudici: atque adeò neque ad restitutionem cogitur. Est enim alta mente, illa suprapositа regula seruanda, Nullum peccatũ ad restitutionẽ obligat nisi sit contra iustitiã. Quocirca methaphysica hæc distinctio Caietani, scilicet quòd accusator potest considerari vel tanquàm iniustè accusator: & tũc alter crimen negando, non facit ei iniuriam: sed tamen potest etiam considerari tanquam homo, & tunc fit illi iniuria. Methaphysica inquam hęc distinctio, profectò nihil ad mores refert: nam cùm ipsissimus homo sit qui accusat, nullã ei irrogat iniuriam, qui se suo iure ab illo tuetur. Prætereà inanis est ille modus mutuæ restitutionis. Nam si qui accusauit non potest dicere falsò se accusasse, quia mẽtiretur: sed accusasse iniustè, per hoc non refarcit alterius famãtimo potiùs confirmat rem veram affirmasse. Item postquàm alter non tenetur crimen suum occultum confiteri, si diceret, vt vult Caietanus, alterum non fuisse calumniatorem, illa esset quasi confessio proprij criminis. Ille ergò infamatus non tenetur restituere accusanti: sed si alteruter, potiùs accusator qui priorem intulit iniuriã tenetur accusato. ¶Præter hæc quãdo vterq; teneretur, certum est, contra quam Caietanus censet, locum habere cõpensationẽ: vt scilicet iniuria pro iniuria remitteretur. Potest enim quisq; suam famã & remittere & cõmitare, vt statim videbimus. ¶Quartus denig; modus iniustè infamãdi est tãto perniciosior, quanto vsitatior & minoris æstimatus. Nempè dũ quis quæ audiuit retulit. Audisti scilicet vicinam tuam amicum receptare: id autem, vt ingenium est hominũ, statim in aures vicinæ hisce verbis susurras. Hoc aut illud audiui: ego quidem non refero, sed audita refero. Est profectò ingeniosus, sed pestilens detrahendi modus. Nam quo tu teipsum sanctiùs iustificas, maiorem tibi arrogas fidem, & ideo peius infamas. Sic enim fama, vt ait ille, vires acquirit eundo. Quare etsi Scot. loco citato distinct. 15. q. 4. & Caietan. 2. 2. quæstione. 73. artic. 2. illam censeant non esse directè infamationem, quia ex natura rei non aufert famam, neque obligare putant ad restitutionem nisi ratione scandali: profectò ego non sic auderem tutas reddere conscientias. Imò qui sic infamat, licet non teneatur dicere se esse mentitum, quandoquidem id audiuit: tenetur tamen non solùm dicere leuiter se esse locutum, verùm & operam dare, vt opinionem quam alij conceperunt, illis adimat. Nisi fortè res sit tam publica, vt alia via inserpserit. Cauendum ergò est maximè ab huiusmodi susurris. ¶Præter hæc autem de hac famæ restitutione multa doctores controuersantur dubia, quæ sunt ordine discutiẽda. Primũ est vtrum cùm detrimento propriæ famæ restituenda si aliena. Apparet enim id nõ esse necessarium: tum q; vnusquisq; debet potius suæ famæ consulere quàm alienæ: tum etiam quòd fama quam ego alteri abstuli, non

Tertius modus infamãdi iniustè.

Caietanus.

Scotus.

Sententia authoris.

Caietanus.

Quartus modus iniustè infamãdi.

Reprobatio.

non mihi accreuit. Debeo inquam quos deprædatus sum nummos eò restituere, quod mihi accreuerunt: ob id autem quod famam alterius obscurauì, mea non fuit facta clarior. ¶Respondetur, nihilo minus proculdubio cũ propriæ famæ detrimẽto eam tenemur, quam lacerauimus, reficere. Nam licèt nostræ propriæ quàm alienę accuratiùs debeamus prospicere: haud tamen vlli licet cum alterius iniuria sibi consulere. Neq; dissimile est in alijs bonis temporalibus. Si enim alienam domum incendio absumpsisti, aut hominẽ coẽgisti suas merces invndas iactare, licèt nihil tibi accreuerit, teneris nihilo minùs restituere. Vnde acutè profectò Aristot. 5. Ethicorũ docuit in huiusmodi iniurijs, licèt non propriũ, tamen metaphoricum esse lucrum: nempè quòd tuam explẽs voluntatem alium deuicisti: ob idq; perinde teneris restituere ac si quod abstulisti tibi esset appositum. ¶Hoc autem dubium, alterũ parturit: vtrum scilicet vsq; adeò hoc sit verum vt nullam exceptionem admittat. Est enim prægraue, vt si Antistes, vel alter egregię existimationis, famã priuati hominis maculauerit, teneatur cum tanta iactura suæ alienam reficere: dicendo se esse mentitum, vel quid simile. Respondetur leges has morales non esse tanto cũ rigore auscultandas, sed vt sapiẽtissimus quisq; ponderata personarum qualitate censeret: & ideo personæ illustri satis est si quam obtenebrauit alterius famam, pecunia vel alia ratione compenset. Quòd si alter noluerit, nõ tenetur infamator amplius facere: nam etiam in pecunijs si debeo decem, quæ soluere non possum nisi cum millium detrimẽto, profectò differre possum solutionem, vel aliam viam indagare soluendi. ¶Grauius autem dubiũ, huic affine, est, vtrum fama sit cum detrimento propriæ vitæ restituenda. Caiet. nanq; 2. 2. q. 62. ar. 6. quem iuniores nonnulli sequuntur, tres rerum ordines distinguit: nempè pecuniã, honorem ac simul famã, & tertiò vitam. De quibus hãc constituit regulã: Rem inferioris ordinis nemo tenetur cũ detrimento rei superioris restituere, vt pecuniã cũ detrimẽto seu famæ seu honoris: nec famam vel honorem cum detrimento vitæ: sed rem cuiuscunq; ordinis cum detrimẽto rei eiusdem ordinis. ¶Regulas autem huiusmodi ex visceribus metaphysicæ expressas, multò plus nimio Caietanus ad morum philosophiam accõmodauit: quæ ideo non possunt non esse fallaces. Profectò non est quòd ambigi possit, quin pecunia debeat nõnunquàm cum detrimento famæ restitui. Primum enim nemini fas est cum detrimento & iniuria alterius suum protegere honorem & famam: neque alter qui læsus est tenetur iuri suo etiam pecuniario cedere, vt qui iniuriã intulit, suum protegat famam. Suffuratus es, verbi gratia, amplam pecuniã: haud dubium quin debeas omnem adhibere diligentiam vt secretò restituas. Si tamen neutiquàm sine famæ & honoris periculo potes, non ideo debeat alter sua de nudari substãtia: maximè cùm damnum illius graue est. Haud enim negamus quin debeat respectus haberi famæ & pecuniæ: sed tamen, cæteris paribus, maius est ius innocentis, qui à te iniquè læsus est. Secundò, quamuis metaphysicam rationem inire velimus, & si fama genere suo præstãtior sit quàm pecunia: tamen tantum potest æris accumulari, vt cumulus ille multò sit pretiosior fama tua. Est quidem aurum suo genere argento pretiosius, sed tamen tantum esse potest argenti pondus, vt multò est timetur pluris, quàm minus auri. Porrò ergò illa regula valde pernicioſa est in rem publicã: quam ideircò absit vt vllus credat qui suæ studet conscientiæ cõsulere. ¶De vita autẽ quòd quis cum eius periculo aliquam teneatur restitutionem exequi, vrgentius dubium est. Etenim cùm, vt suprà diximus, non modò nemo sit dominus vitæ, verùm neque ob vllum delictum teneatur se morti offerre, vt libro proximo dicturi sumus, aut mortem sibi ad quam condemnatus est ascíscere: consequens esse apparet vt cum eis periculo nemo ad restitutionem teneatur. Respondetur ergò, quòd secundùm communem legum ordinem & morem nullus tenetur cum periculo mortis restituere, non solùm pecuniam aut famam, verùm neq; vitam quam alteri abstulit, etiam si insignem virum occiderit. Et in hoc etiam fallit regula posita, scilicet quod res debeat semper restitui, etiam cum periculo rei eiusdem ordinis. Secundò nihilo minus, saluo meliori iudicio, crediderim singularem posse euentũ contingere quo quis cum periculo propriæ vitæ teneatur restituere, non solùm famam & honorem, verùm etiam fortè rem pecuniariam. Exempli gratia. Si quis illustrem familiam de hæresi aut de crimine læsæ majestatis mendaciũ retractasset, eadẽ prosapia perpetua illa labe maneret infecta: deberet quidẽ omnem adhibere diligentiã, vt vitam propriam in tuto constituẽdo testimonium peremisset. At verò etiam si non posset sine periculo vitæ, credo nihilo minùs teneretur. Veruntamen prudenter discernendum est, delictúmne & damnum iam transierit, an verò sit semper dependens. Occidisti hominem

Alterum dubium.

Tertium dubium.

Bonorum diuisio.

Regu. Cale.

Fabula.

An cum periculo vitæ teneatur quis restituere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, vt dicebam, quem iam in lucem restituere non potes, non teneris vt pecuniam pro illo restituas periculo te mortis exponere: neq; si famam denigrasti quam infamatus recuperare non potest. Sed tamen de illo casu loquor quando ex te fama actu pendet vt recuperari possit. Idem censuerim de vita: vt si ob tuum solum falsum testimonium vinctus quispiam est qui morti addicitur: profectò tenereris etiã cum periculo tuæ vitæ illum morti eripere, in quam tu illum adigis. Secùs si tu crimen commisisti ob quod ille falsò condemnatur. Enimuerò si tu illi non imposuisti, nihil tua refert: ob idq; nulla lex teipsum tunc prodere cogit. ¶Quid autem dum quis famam restituere nõ potest? Diuus Thomas ait debere aliter recompensationem facere: idemq; Scotus in. 4. distinctio. 15. secundùm tenorem illius glossulæ super cap. ecclesia. vt lite pend. nih. innoue. Cùm res restitui non potest, in alio æquiualenti fieri debet restitutio. Syluest. verò in verbo, detractio. §. 4. affirmare audet contrarium: Illa nimirum similitudine ductus, quòd sicut pecuniæ debitor dum non est soluendo, non tenetur honorem aut famam exhibendo recompensare: ita neq; qui famam restituere nequit, tenetur pecunia satisfacere. Et habet probabilitatis nonnihil. Nam aliàs qui neq; per pecuniam potest restituere, deberet eam orationibus vel alia via repensare. Nihilo minùs nõ est ab opinione regia diuertendum. Enimuerò cùm pecunia pretium sit omnium rerum, illa æstimatur & honor & fama. Et ideo per illam aut per aliud pecunia æstimabile, facienda est horum restitutio. Quando verò illa deest, non est cur per orationes vel per honores restituatur: quia hęc non sunt rerum pretia. ¶Super his autem omnibus potissima hic quæstio de hoc disputatur, vtrum fas cuiq; sit suæ remittere famæ restitutionem. Cuius vtiq; partem negatiuam tuetur Caiet. 2. 2. quęst. 73. articulo. 2. & in sua Summa, verbo, detractio: cui non desunt alij recentiores sequaces. Atqui fundamentũ eius est hominem nõ plus esse famæ suæ & honoris dominum quàm vitæ: atq; adeò sicuti occidere se non potest, neq; eandẽ facultatem alteri facere, ita neq; famæ suæ restitutionem remittere. Sed tamen hæc quæstio nõ est quod magnum nobis negotium hic facessat: quippe qui suprà quæst. 3. contrarium fundamentum iecimus, & vt arbitror constabiliuimus: nempe quod homo est honoris sui & famæ dominus sicuti pecuniæ. Tametsi in eodem ordine pluris habenda sit quàm pecunia: secundùm illud Prouerb. 22. Melius est bonum nomen,

Notanda distinctio.

D. Thomas, & Scotus.

Sylueſter.

Sẽtentia authoris.

Caietanus.

quàm diuitiæ multæ. Ex quo quidẽ contrario fundamento contrariã modò elicimus conclusionem: videlicet remittere famæ restitutionẽ atq; honoris, genere suo nõ esse peccatũ mortale: nisi circunstantia personæ, scilicet quia est in publica dignitate aut magistratu cõstituta: aut fortè alia ratio mortale illud efficiat. At si absq; vlla causa illam quis remittat, aut se non grauiter infamet, erit ei peccatum veniale: sicuti prodigalitas pecuniæ quæ genere suo nõ est mortale: vel saltem in eodem ordine paulò deformius. Et ratio est: quia eiusdem ad seipsum in his quorum homo est dominus nulla intercedit ratio iniustitiæ: sed erit peccatum præter charitatem qua quisq; tenetur se & sua diligere: quod quidem in temporalibus non attingit ad mortale. ¶Ex qua quidem conclusione sub infertur secunda: scilicet quòd si quis aliqua bona & honesta causa ei qui se infamauit citra aliquam restitutionem parcat: nẽpè vt illius qui aliàs probus est, honori consulat: aut propter aliam pietatis rationem: non solùm nullam cõtrahet culpam, verùm & officium præstabit charitatis. Loquimur enim semper absque circunstantia personæ publicæ. Conclusio est nõ solùm nostra, verum Adriani authoris non infimæ notæ, in. 4. quæstione penultima, de restitut. quinetiam Sancti Thomę expresse, quicquid Caietañ. contrà conetur. Ait siquidẽ. 2. 2. quæstione. 64. articulo. 5. hominem esse constitutum dominum suiipsius per liberum arbitrium, & ideo licitè de seipso disponere posse quantum ad ea quæ pertinent ad hanc vitam. Neque quicquàm excipit præter trãsitum huius vitæ ad aliam. vbi palàm asserit omniũ præter solam vitam esse hominem dominum. & q. 73. art. 4. absque vllo ænigmate explicatissimè ait, in arbitrio hominis positum esse detrimentum suæ famæ pati: nisi hoc vergat in periculum aliorum: vtpote si quis persona sit publica: secundum illud Grego. homi. 9. super Ezech. Linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, nè ipsi pereant: ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Quin verò non solùm ex doctoribus, verùm ex Euangelio id nõ est illatu difficile. Haud enim Christus tantã honoris & famæ curam nobis commendauit, vt declararet nõ habere nos illorum dominiũ. Imò Matth. 5. & alibi sæpe, honores omnes cũ splendoribus huius mũdi impendio nos admonet vt abijciam⁹. Et alibi, ne optem⁹ primas cathedras. Et de fama ait Paul⁹, pro minimo habere, iudicari ab hominib⁹. Nõ ait pro nihilo, sed pro minimo: quia fama aliquod bonum

Solutio Primæ conclus.

Secũdæ cõclus.

Corollarium

rum est, sed non de præcipuis. His adiecimus loco citato sanctorum exempla: puta Ambrosij, Augustini, & Anselmi, qui seipsos in suis scriptis humilitatis gratia diffamârunt. Quod certè non feciſſent nisi intra limẽ virtutis id illis licuisset. At si fundamentum illic satis demõstrauimus, quod arbitror demõstrasse: nempe hominem esse dominũ suę famæ: nulla est ratio cur hic in confirmandis his conclusionibus immoremur. Sanè quæ inde planè colliguntur. At verò quando infamia esset hæresis aut apostasiæ quæ cõtra fidem & religionem è regione militant: talis infamia non est ferenda, sed omninò repellenda, & quàm fieri maximè potest abstergenda. Exemplo Christi, qui, vt legitur Matth. 4. cùm alias sibi illatas à dæmone iniurias æquanimiter tulisset, vbi de idololatria eum tẽtauit, acerbitate vsus in eum est. Istę autem conclusiones apertius etiãnum dilucidabũtur lib. proximè sequenti, quæst. 10. Vbi ex eodem fundamento collecturi sumus non esse homini contra iustitiã seipsum infamari permittere: quin verò quandoq; virtutem. Et re vera contraria huic nostræ opinio turpiter derogat moribus amicitiæ. Possum enim pro amico vitam exponere, quãuis illius non sim dominus: cur ergo non possim exponere famã & honorem? ¶At verò non desunt in contrarium nonnullæ obiectiones. Prima videlicet quæ ex Sapiente afciscitur, Curã habe de bono nomine: bonum enim nomẽ melius est quàm diuitiæ multæ. Respõdetur tamen curã quę habenda est boni nominis eandẽ esse, quę nobis virtutis incumbit: vtpote cuius præmiũ est bonum nomẽ. Debemus ergo bonũ procurare nomẽ insequendo virtutẽ. Est enim eius vmbra. Quapropter sicut eum qui recta pergit ad solem vmbra sequitur: sic & qui virtutẽ colit subsequitur honor. At quia, vt ait Arist. honor non est in potestate honorati, sed honorantis, nõ est tãta cura facienda per se boni nominis. Propter quod dicebat Paulus, pertinet facere iudicari ab hominibus. Et Augustin. 11. q. 3. Cã. Senti. ait Secũdino Manichęo. Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accusęt. Imò qui bonũ nomẽ nisi per virtutem procurat, nunquàm illud attingit: sicuti qui Soli terga vertit, vmbrã quam persequitur nunq; assequitur. ¶Quod si nobis eundẽ Augustinum obijciamus. 11. q. 3. can. nolo. vbi homines crudeliter ait propriam famã contemnere. Nam vita, inquit, nostra est necessaria nobis, sed fama nostra necessaria est alijs. Respõdetur non insinuasse Augustinum dominium famæ nostræ non esse penes nosipsos. Imò id potiùs de vita debuisset asserere, cuius non sumus domini: & tamẽ ait quòd vita nobis est necessaria. Sed tantùm ait quòd licèt fama res sit propria nostra sicut nostra pecunia: vbi tamen opùs illa fuerit reipublicæ, debemus per bonam nostrã famam ei seruire: sicuti qui diues est, suis pecunijs. Attamen inde hoc tantùm sit consequens quòd homo in dignitate constitutus, aut reipub. necessarius, famam propriam suæ functioni mancipatam habeat & obligatam: vtpote sine qua gubernare nequit subditos: & ideo non ita possit eam negligere. Haud tamen inde sequitur quòd priuatus homo teneatur suã seruare famam, sicut neque alia bona temporalia. Prętereà quòd Augustinus loquebatur qui busdam mulierculis, quæ cõsulto humilitatem venditantes, diffamabant sese, admittentes ad se viros: quod certè non erat licitum. ¶Hinc ergo ad præfectos gradum faciamus. De quibus prima sit nostra assertio, quòd prælatus quan diu prælatus est contra iustitiam mortaliter peccaret, si in re præcipui momenti suam negligeret famam: quoniam, vt modo dicebam, habet illam officio mancipatam. Attamen si non esset persona adeò egregiè vtilis reipublicæ, & vellet magistratum abdicare, non magis teneretur seruare famam quàm persona priuata: secùs si vult in loco publico perseuerare.

Argumenta cõtra cõclusionem.

Colenda virtus quamuis quòd honor.

Prælatus negligẽs famã peccat mortaliter.

¶Ex his autem pleriq; colligunt, eum qui prælati famam dilacerat, non illi tantùm obligari ad restitutionem: sed etiam subditorum collegio. Nam fama, inquiunt, non sua est tantum, sed & collegij. At verò absq; moderatrice distinctione non id crediderim. Fama enim prælati sua est propria, ac si persona esset priuata: licèt ad suam functionem illa indigeat. Ob idque dum infamia, de prælato tantùm dispersa est, puta quòd concubinam habuerit, vel aliud crimen in quo subditi cum illo non participant, illi satis est restitutionem fieri: licèt maior sit faciendi obligatio quàm si persona esset priuata. Si tamen ipse ab restitutione infamatorem absoluat, profectò crediderim, licèt ipse male faciat, alium nihilo minùs tutum manere: neq; quidpiam ampliùs debere collegio: sicuti si suã prodigeret pecuniam, qua egebat vt erogaret in pauperes, Nam ipse est dominus suæ famæ, licèt malè dispenset. Secùs si crimen totum collegium subnotaret: vtputa si infamaretur de symonia, aut de hæresi, vnde subditi infamiã participij contraherent. Tunc etenim & collegio debetur restitutio. ¶Ex his quæ dicta sunt dubiolum aliud solutum euadit. Nempe vtrum possit compensatio fieri in famæ.

Quorũdam opinio.

Planè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Planè enim colligitur fieri posse, vt si tu meum de re aliqua corrosisti nomen, atq; ego vicissim tuum, non solum conuenire possumus vt vterq; cum suo maneat vulnere, si personæ sumus priuatæ: verùm etiam mihi licebit non tibi velle restituere nisi eandem tu mihi solutionem facias. Probatur: quoniam, vt diximus, fama potest per pecuniam repensari: & ideo sicut in nummis, ita & in fama locum habet huiusmodi cambium. Haud tamen infamatus potest per modum vindictæ infamatoris nomen lædere: sed tãc dũtaxat vt vim vi repellat: prodendo scilicet aliquod verum eius crimẽ, quod ad labefactandam illius testimonium necessarium est. ¶ Quintum argumentum: Vbi de honoris restitutione inquisitio fit, non est tantæ ambiguitatis. Differunt autem honor & fama, vt. q. 9. latiùs dicturi sumus, q bona fama est bona existimatio & opinio quæ de homine habetur: quæ ideo per detractionem denigratur: nempe aut per impositionem criminis falsi, aut per veri propalationem. Honor verò est reuerentia quæ alteri sit propter aliquam excellentiam, aut virtutis, aut generis, aut magistratus, aut doctrinæ, &c. qui quidem honor deteritur auferturq; per conuitia aut contumeliam. Ob idq; faciliùs restitui potest quàm fama: scilicet per contrariam reuerentiam. ¶ Sed de hac tamen reuerentia hæsitari assolet, vtrum ad honorem rependendum satis sit veniam petere. Ad quod Caieta. q. citata. 2. 2. q. 72. artic. 3. impertinentem esse censet ad honoris restitutionem, veniã petere. Haud tamen tam absolutum verbũ proferre ausim: sed per hęc documenta potiùs incunda est responsio. Primum, petere veniam, decentissimus est & rei accõmodatissimus modus honoris restituendi: quandoquidem restitutio per antidotum fieri debeat, hoc est per contrarium: vnde cùm contumelia & conuitium signa sint contemptus, videlicet q̃ contumeliator vt superiorem se gerit, alterũ subigẽs: proprium antidotum est cõtraria humiliatio: etiam corporis inflexio. Secundum assertum est, hoc neq; sufficere semper, neq; semper esse requisitum: sed prudenti arbitramento opus esse. Quòd enim non semper sufficiat, patet: nam aliquando cõtumelia est tanta vt id non sufficiat, sed alia sit cõpensatio requisita. Quòd autem neq; id requiratur, liquet ex regula beati Augustini, qui ait, non decere prælatos veniam à subditis petere. Quare neque plebeius homo iusta ratione à viro illustri tãtam humiliationem exigeret: sed aliter fieri posset restitutio. Quin adde cùm mos inter nobiles & illustres non sit huiusmodi venias petere, non sunt à confessoribus ad illas cogendi: sed more suo qui tamen ab euangelico non exorbitet, eiusmodi restitutiones facere. ¶ Ad hæc discernendi culo quoque opus est quantum ad illos qui sunt contumelias passi, quomodo sit eorũ conscientia ad remittendum iniuriam stringenda. Tenentur enim non habere animum vindicandi se priuata autoritate. Nam, vt habetur Deutero. 32. & ad Roma. 12. Mihi vindictam, & ego retribuam. sed tamen non tenẽtur aut damnũ acceptum aut iniuriã remittere: dum tamen more & ordine per publicam potestatem eam exequantur.

Infamando vim vi repellere licet.

De quinto argumẽto. Differentia famæ & honoris.

Dubium.

Opinio Cai.

Primũ documentum.

Secundum.

AD sextum argumẽtum de eo qui obstaculum est alteri nè beneficium adipiscatur, sanctus Thomas respõdet tribus dictis. Primum. Si quis iustè, puta intendens honorem Dei, vel ecclesiæ cõmodum, minus dignum impediat, vt sacerdotium digniori conferatur, nulla inde emergit restitutionis obligatio: quia nulla interuenit culpa. Secundum dictum est. Si quis iniustè, odio scilicet eum, consilio, vel alia via qui dignus est & idoneus impediuerit, anteà tamen quàm prælatus aut electores firmatum habeant animum ei cõferendi, tenetur ei compensationem aliquam facere, cõditionibus personarũ perpẽsis & propinquitate in qua erat ad obtinẽdũ secundũ sapientis arbitrium. Non autem tenetur in totum, eò q̃ prouisio illa impediri poterat. Tertium assertum. Si autem cum quis impediat nè beneficium obtineat cui prælatus firmiter iam conferre cõstituerat in totum, per regulam Aristotelicam argumento citatam: Quod paruum distat à re, nihil distare videtur: secundum tamen posibilem facultatẽ. ¶ Anteà verò quàm ad istorum examen descendamus, q̃ę de impediente asserta sunt, explorandum est de conferente, an si non conferat digniori, aut saltem digno ad restitutionẽ teneatur, & cui sit illa facienda. Hoc enim hûc à diuo Thoma delideratur: cùm tamen inde res tota pendeat. Et quidem Caietan. hûc, art. 2. in dubio tertio pro indubitato habet, quòd non conferens digniori teneatur eidem ad restitutionem. Nam peccat, inquit, contra iustitiam distributiuam: & certum est huiusmodi iniustitiam obligationem pârere restituendi: nam distributor tenetur id quod est totius reipublicæ, partibus applicare. Quare si alicui pro merito non conferat, deinceps distributiua iustitia vertitur in commutatiuam, secũdùm quam restituere ei tenetur: vt planè diuus Thomas art. 1. huius quæstionis in solutione tertij docuit. Et quidem si Caietanus fundamẽtũ esset veritatis germanum, in dubitabilis esset conclusio. Arbitratur nanque bona ecclesiastica perinde omninò habere ac bona reipublicæ, quæ sola distributiua iustitia debentur ciuibus: vtpote q̃ę in bonum eorũ iustituta sunt. At verò fundamentum hoc pro nostra virili falsitatis redarguim⁹ lib. proximo præcedẽti art. 2. q. vltima: vbi & sacris oraculis & bonis rationibus contrariũ cõstabiliuimus: nẽpe q̃ quàuis negandũ nõ sit quin beneficiorum collatio iustar fieri debeat distributiuæ iustitiæ, finis tamen eius est æqualitatem constituere commutatiuę. Eo quòd decimæ nõ sunt iustitutæ in præmium personarũ pro eo quòd literis & moribus pollent. Nam si ecclesiæ nõ essent nobis necessariæ, nũquàm fuissent Christianis decimæ imperatæ. Sunt ergo mera stipendia ecclesiæ, ministris pro eorum ministerio institutæ: q̃ę dãtur illis nõ quia boni sunt presbyteri, vt illic adnotauimus, sed quia bene præsunt iuxta verbum Christi, Dignus est operarius mercede sua. Et illud Pauli, Si nos vobis spiritualia seminamus, non est magnum si carnalia vestra metamus. 1. Corint. 9. Eâdẽ ratione imperatę fuerũt olim Leuitis. Hęc autẽ omnia iam illic satis explicuimus: q̃ę ideo repetitione nõ indigẽt. Meditanda ergo hîc est potissimum cõmutatiua iustitia, per quam põtifices electoresq; ministrorũ ecclesiæ debent eisdem ecclesiis idoneos ministros pro ratione stipendiorum quæ singulæ illis persoluunt. Contẽplandus enim est Christus tanquàm institutor Christianę familię, qui ministeria ecclesię instituit, & ministris decimarũ mercedem propositis: & fidelitati prudentię q; dispensatorum commisit vt idoneos ministros suis prouiderent ecclesiis. ¶ Ex his ergo planè, ni fallor, duæ colliguntur conclusiones. Prior. Prouisor tenetur per iustitiam commutatiuam dignũ ecclesiæ prouidere: quod ideo qui non facit, sed illo repulso præfert indignum, tenetur, nõ illi quem prætermisit, sed ecclesię restituere. Atqui hoc ipsum Adrian. postea Pontifex cẽ fuit in illa restitutionis q̃estione q̃ę est De collatione beneficiorũ. Tametsi rem non vsq; adeo differuit. Conclusio est nota: quia ille nõ peccat contra iustitiam commutatiuam nisi in ecclesiam q̃ę stipendia soluit. Nam dignus nullum habet ius acquisitum, neq; eius causa, q̃ę præcipua fuerit, institutæ sunt decimę. ¶ Et confirmatur similitudine iam insinuata. Si enim paterfamilias œconomum suum conducturn operarios mitteret, ille autem illos studio cõduceret qui nõ essent ad operas idonei restituere profectò teneretur, nõ illis idoneis, quos prætermisit, sed domino cui damnũ dedit. Atq; huic porrò sententiæ cõmunis animorum cõceptio applaudit. Si enim Rex aut Pontifex inidoneo atq; indigno ecclesiam alicui desponsaret, consensus populi nõ censeret eum teneri ad restitutionem, illi cui non dedit, sed re vera ecclesiæ. Cui idcirco deberet alium episcopi adiutorem adhibere: vel alia ratione prospicere vt damnum illi in detrimentum animarum datum, allenaret. ¶ Posterior conclusio est, quòd vbi digno sacerdotium cõfertur, digniore prætermisso, quamuis grauiter electror aut prouisor peccet, tamen nõ est quòd rigore iustitiæ ad restitutionem condẽnetur. Prior pars iam satis illic à nobis demõstrata est: vbi malorum turbam protulimus q̃ę inde nascuntur quòd digniores non eligũtur. Posterior tamen inde veritatem sortitur, quòd tunc nõ peccatur contra iustitiam commutatiuam: appellamus enim dignum pro ratione præbendæ. Si ergo ecclesiæ minister applicatur pro quantitate sui stipendij, non fit ei iniuria contra rigorem iustitiæ commutatiuę, vt debeatur ei restitutio. Dixerim contrà rigorem: quia semper fit ei aliqua iniuria contra fidelitatem, post quàm alius dignior poterat ei prouideri. ¶ Contra hæc autem est argumentum quod vulgùs nobis obmoliri potest: isti nanq; qui ad hæc sacerdotia anhelant, sibi potius cum Caietano arbitrantur faciendam esse restitutionem: quia peccatur contra iustitiam distributiuam. Eisdem autem non sic est respõdendum vt negetur iniustitiam distributiuam obligari ad restitutionem illis faciendam quibus malè distribuitur. Sed tamẽ id intelligitur quando illa est mera iustitia distributiua: scilicet qua distribuuntur bona quæ ciuibus ob ipsorum causam sunt iustituta. Hæc autem iustitia non est in proposito vt expositum est: quoniam etsi sacerdotia & præbendæ debeantur dignis, & ditiora dignioribus: hoc tamen nõ est propter ipsos, sed propter ecclesias quibus ministeria debentur. Haud tamen dissitẽdum quin ob violatam distributiuam iustitiã debeat prælatus illius dignioris prætermissi, vbi alia electio occurrerit, accuratiorem rationem habere. ¶ Idem affirmatius & clarius asseruerim de conferendis magistratibus secularibus, qui administrãdæ iustitiæ seruiunt. Debẽtur inquã dignioribus per distributiuam iustitiã: sed tamẽ si illi prętermittãtur, restitutio nõ est facienda prętermissis, sed populo qui stipẽdia contribuit, & damnum accipit iniuriaq; afficitur. ¶ At verò statim contra hæc insurgę argumentũ: nimirũ quòd si hæc vera sant, in-

Fundamẽtũ Caieta.

De bonis passis iniuriã.

Tertium.

Aduersus.

Prima obiectio.

Aduersus.

Quomodò tenetur prælatus digniori prętermisso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferri inde protinùs apparet, vt neq; qui alterũ à consecutione beneficij per iniuriam impediuit, teneatur eidẽ ad restitutionem: enim tamẽ contrarium & S. Thom. & vniuersi Theologi docent. Respondetur nullam esse consequẽtiam. Nam etsi qui male eligit, cõmutationem iustitiam aduersus ecclesiam violat: nihilo minùs qui capax est sacerdotij, atq; ad illud idoneus, ius habet peculiare petendi & procurandi: atq;, si ei concedatur, possidendi: ob idque qui contra hoc ius illum obtinere conantem impedit, eidem facit iniustitiam, atque adeò restituere debet. Quocirca falsa est illa regula ac seductrix Geraldi Oldonis, quã recitat Adria. illo cap. de restitutione: Consequenter quero, videlicet quòd impediens aliquem ab eo quod nondum erat sui iuris, sed dependebat ab alterius mera voluntate, non sit ei ad restitutionẽ obnoxius. Falsa inquam est: Nam etsi in arbitrio prælati sit dare huic vel alteri, nihilo minùs alter expoliatur iure particulari quod habet petẽdi. Sicuti qui pauperẽ per vim aut fraudem impediret eleemosynã petere, tenetur illi ad restitutionẽ. Nam licet alij gratis conferãt, ille tamen ius habet petendi. ¶ Hæc ergo præmeditate ad literam sancti Tho. descendamus. Atqui circa primum eius assertũ, scilicet quòd qui alicui impedimento est vt detur digniori, restitutionis funiculo non ligatur: dubitas fortè an idem de illo sit pariter intelligendum qui digno obstat, vt detur alteri digno. Respõdetur idem esse iudicium: quia cùm ambo habeãt ius petendi, possum ego ei fauere cui voluero. Eò vel maximè quod tunc distributiua iustitia nõ violatur. ¶ In his tamẽ omnibus hæc aprimè regula meditanda est, nè vis aut dolus interueniat. Si enim ego vim intulero aut fraudẽ digno nè obtineat, haud dubium quin iniuriã illi irrogauerim: atq; adeò ad restitutionem illi teneari: quanuis si in gratiam alterius digni id fecerim, fortè non tenear in totum. ¶ Neq; refert vtrum aliũ impedias vt detur alteri digno, an vt tibiipsi, qui etiam dignus es. Quicunque enim ius habet pro se petendi illa quorum dignus est, Et quãuis procurare beneficia quæ habent annexam curam animarũ peccatũ fœnumerò sit, non tamẽ ideo restitutionis nexum injicit. ¶ Illa tamen sententia Scoti. in. 4. dist. 15. ibidẽq; Richardi non est hic absq; examine prætereunda. Aiunt enim quòd si quis sibi vel alteri præbendam procurans sit alteri obstaculo nè obtineat: idq; faciat non vt alter noceat, sed vt sibi vel amico prosit, ad nullam tenetur restitutionẽ. Si verò facit alterius procurans nocumentum, tunc tenetur. Cui quidẽ sententiæ & Caita. in dubio hûc secundo videtur subscribere. Atq; in eãdem sententiã citãt. l. 2. de noui oper. denunt. quę tamẽ illic nõ est, sed est l. 2. ff. de aqua pluuia. arcend. §. idem Labeo. 2. vbi habetur quòd qui nõ animo nocẽdi aquæductum qui per suum fundum ad vicini possessionem deriuatur rumpit, nõ est iniuri⁹. Si verò id faciat non vt sibi prosit, sed vt obsit vicino, iniurius est illi. At profecto regula illa iuris malè ab istis intellecta est. Animus enim nocendi potest quidem esse peccatum contra charitatẽ: sed tamen obligare ad restitutionẽ, vt suprà sæpe diximus, nõ potest nisi vbi fuerit contra iustitiam. Videndum ergo est quantum ad restitutionem res attinet, nõ quo animo id facias, sed quo iure. Et sic est intelligẽda lex: nam qui non vt sibi prosit aquam vicini arcet, videtur non facere iure proprio: & ideo potest in foro prohiberi. Si autẽ vult fundamẽtum muri ducere per aquæ ductũ, qui per suũ transit fundũ, ob idq; venas aquę rumpit: licet ex odio faciat inimici & charitatẽ violet, nihil ei tñ restitutionis debet. Ad propositũ igitur nostrũ qui suo vtens iure prębendã absq; vi & fraude sibi vel amico procurat, etiã si ex odio alterius id faciat, & contra charitatẽ delinquat, ad nullam tenetur restitutionem. ¶ Et per hoc claret ratio secundi dicti sancti Thomæ: nẽpe quòd qui impedit eum qui in via erat ad obtinẽdũ, si in iustè id faciat, tenetur ad restitutionẽ, puta quia intendit eius nocumentum propter odium aut vindictam. Facere enim ex odio aut vindictа, non te onere restitutionis grauat, sed facere iniustè: scilicet nullo tuo iure, sed violãdo alienum: facere tamen ex odio, est signum aliquod nullo tuo te iure vti. ¶ In tertio verò dicto explicãdo multũ operis Caieta. insumit: nempe ad explicandã illam regulã Aristot. 2. Physic. text. 56. Quod parum distat à re, nihil distare videtur. Obijcit nanque exceptiones multas in materia morali. Qui enim parum abest vt peccet, nõ ideo peccat. Et multo minùs qui parũ abfuit vt hominem occideret, non punitur tanquàm homicida, neq; ad restitutionem tenetur. Sicut neq; ille qui parum abfuit vt furaretur: sed qui re vera furat. Quemadmodum si parum abfuit vt rex in insidias incideret, licèt fortunatus ipse fuerit: non tamen qui illas tetẽderant, tenentur ei ad restitutionẽ. Hisce ergo, nisi ego fallor, odiectionibus falsus plane Caie. aduersatur menti sancti Tho. immerito regulam eius inficians. Has verò omnes exceptiones potuisset excusare, si mentem diui Thomæ tantisper fuisset speculatus. Laborauit enim amphibologia. Longe quippe aliud est parùm abesse vt damnum des, quàm damnum dare in eo quod parum abest vt sit. Et diuus Tho. nõ somniauit quòd qui parum abest vt damnum det teneatur ad restitutionem, vt Caieta. putat: sed qui re vera damnum dedit in re quæ parum abest vt sit. Exempli gratia. Est vinea, aut sunt fata quorum fructus iam iam maturescent: si parùm absuit vt venator cum suo comitatu circumcurrens illa pessundaret, ad nullam tenetur restitutionem: quia nullum dedit damnum: sed si medius transiens illa pessundedit, tenetur in totum: quia damnum dedit in fructu qui perparum aberat vt esset. Pariter in proposito. Si parùm abfuisset vt impedires hominem à præbenda, certè nulli esses restitutioni obnoxius: quia nullum dedisti dãnum. Si tamen re vera impedimẽto fuisti quare ille non est assequutus, damnum dedisti in re quę parùm aberat vt ipse haberet: atq; adeò secundum tuam facultatem teneris in totum. Addidit tamen prudenter hoc verbum diuus Thom. secundum suam facultatem: quia profecto in huiusmodi impeditionibus vix potest contingere vt fieri possit in integrum restitutio. ¶ At verò quoniã hæc in vsum venire possunt, non te pigeat si rem vrgentius exprimamus. Quando ait sanctus Tho. tunc impeditorem teneri in totum quando firmatus est animus electoris huic dare: aut intelligit quando iam dedit: & hoc non esset impedire, sed auferre. Aut intelligit quando nondum dedit: & tũc apparet quod non est perinde ac si dedisset vt impeditor teneatur in totum: nam poterat electot mentem mutare. Quin verò iustè, si alter postea occurreret dignior aut æquè dignus. Respondetur nõ esse intelligendum quando iam dedit. Tres enim gradus discernit diuus Thomas. Primus est quando electot nondum animo constituerat huic dare, sed erat tamen in via: & tunc restitutio est facienda ad arbitrium prudentis. Tertius est quando iam constituit, & de hoc nihil meminit, quia hoc non esset impedire, sed tollere. Quare si quis collatione facta possessionem iniustè impediret, manifestum est teneri in totum. Medius autẽ easus est de quo S. Tho. loquitur, quando scilicet prælatus constituerat illi dare. Et tunc ait Caie. in quarto dubio, ideo impedientem tenẽri in totum, quia iam electot tenebatur dare illi. Hoc autem nescio vnde intulerit ex S. Tho. neq; fecũdũ veritatem. Nam diuus Tho. radicẽ restitutionis non illic collocat quòd electot tenebatur dare, sed quòd constituerat iam dare. Quare licet ille nõ fuisset dignior, sed dign⁹: si impediens per vim vel fraudem mutauit animum collatoris, profectò tenetur in totum. Nam licet collator sua sponte conferret, neq; teneret isti dare, nihilo minùs ipse ei per fraudẽ abstulit quod iam penè habebat. Et istud significat D. Tho. quando dicit, iniustè & propter indebitam causam. Ex quo ego infero q⁹ si non per vim aut fraudem id impediens faceret, sed precibus patefaciendo veritatem: licèt mutaret eius voluntatem in fauorem alterius digni, non teneretur ad restitutionem. ¶ Atq; inde secundò infertur idem esse censendum in legatis testamentorum. Caietanus ẽm & nonulli alij discrimẽ constituunt inter impedientem aliquem à consequutione beneficij, & impedientem legatarium nè testator illi faciat legatum: dicentes quòd impediens legatarium nullo modo tenetur ad restitutionẽ. Mihi autem, ni fallor, diuersa arridet dicendi ratio. Vtendum inquam arbitror distinctione posita, an videlicet per vim & fraudẽ impedias, an precibus. Si enim vim facis aut fraudem nẽ ille qui paratus erat legare sua bona Petro id perficiat, restituere teneris. Nam licèt testator sua sponte id faciebat, tu tamẽ per iniuriam abstulisti ab illo ius quod habebat recipiendi: id est facultatem, & capacitatem, & proximam aptitudinem. Si tamen neq; vim intulisti neq; fraudem creasti, nõ teneris, licèt id precibus feceris. ¶ Postremùm denique in gratiam nostrarum Scholarum operæpretium est verbum in præsentiarũ adhibere. Quomodò scilicet aut Scholares qui suffragia præstant, aut alij aliter quãpiam impedientes nè cathedram assequatur, teneantur ad restitutionem. Ad cuius vtique intelligendum responsum hoc primum omnium non est cur in dubium reuocetur, quin Scholares suffragia præstantes nõ testes, vt aliqui opinantur: sed verè electores sint. Etenim si essent testes, nõ opus esset vniuersos auditores accersere, sed satis esset iustum numerum scisciatur: neque opus esset suffragiorum numero stare, neq; per secretos calculos sententias rogare. In summa, nõ solùm suffragandi forma, sed ratio ipsa ostendit esse electores: quandoquidem Rector stare omninò tenetur corũ suffragijs. Quo fit vt compelli ceu testes non possint ad suffragandum, sed possunt renuntiare iuri eligendi: nisi quandoq; Rectori, & qui ei sunt à consilijs: vel propter paucitatem, vel ad rescindendas alias fraudes ratio appareret vt compellerentur. Hoc suppositò sic de illis omnino cẽsendum est, ac de præbendis diximus: nempe quòd qui prætermisso digniori dignum eligit, licèt mortaliter cõtra iustitiam distributiuam peccet: nullo tamẽ restitutionis nexu illaqueatur:

Regula Geraldi falsa.

Litera sancti Tho. exponitur.

Dubium.

Regula.

Scotia Sco. & Richard.

Caietan.

Explicatio dicti.

Corollariũ primum.

Corollarij secundum.

De Scholarib⁹ suffragia præstãtibus.

Explicatio Caietani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur: quia Vniuersitati dat quod ei de rigore iustitiæ commutatiuæ debet. Sin verò prætermisso digno eligat indignum, atq; ea, quod arbitror, vera sunt quæ suprà diximus, restitutioni tenetur, non illi prætermisso digno, sed Vniuersitati, si id modò posset restituere. Nã stipendia Vniuersitatis non sunt instituta in rem ipsarum personarum, sed sunt mera stipẽdia, quę Vniuersitas soluit suis ministris. Vnde sicut Rex qui non præficit dignum ministrum reipublicę, nihil debet digno prætermisso, sed reipublicæ: ita qui eligit indignum, damnum non dedit nisi reipublicæ: quæ suum soluit stipendium. Et ideo electori licèt Cathedrã debeat digniori, hoc nõ est propter ipsum: sed quia per iustitiam cõmutatiuam debet Scholis talem ministrũ. Haud tamen negauerim quin aliquam ei faciat iniuriam: & ideo teneretur in alia Cathedra, cæteris paribus, illi fauere. De impedientibus autem alia est ratio. Qui enim per vim vel fraudem aliquẽ impediret nè obtineret Cathedram: nõ dico alteri suffragiũ suũ præstãdo, sed si arceret eũ, nè Cathedrã peteret quã certũ erat se alioqui obtenturũ: aut si deciperet electores nè illum eligerent: quia spoliat ipsum eo iure quod ad petendũ habet, tenetur eivel in partẽ, vel in totũ pro ratiõe fraudis aut vis. ¶ At de priuatione suffragãtiũ, lib. 1. tetigim⁹: & nũc amplius dicere repetim⁹. Bifariã nãq; Scholares iniustitiã faciũt suffragãdo. Vno modo dum furtim se ingerunt, cùm non sint eiusdem Cathedræ auditores: atq; ita si damnum dent, statim restitutioni tenentur: quia re vera nullum habent suffragandi ius. Alio modo quia auditores sunt: tamen suffragandi iure propter delictũ, verbi gratia, ambitus, &, quod aiunt, subornationis, sunt priuandi. Et tunc an tequàm condemnentur, suffragari vtiq; possunt. Quocirca si Rector eos delictũ nõ interrogat, non sunt suffragando iniqui: si autem interrogantur, fateri tenentur veritatem: maximè si sunt suspecti: & condemnati tenentur parère. Nam si nulla infamia aut indicijs laborant, iniuriosa est interrogatio: & ideo, dum citra mendacium id valent, tacere possunt. Si autem iustè interrogati veritatem celant, tunc perinde ac si condemnarentur iniquissimè faciunt, & contra iustitiam si suffragium præstant: quandoquidem per iniuriam rectum iudicium suffugerunt. Et idem de illis censendum qui Scholarium albo non sunt adscripti. Haud enim ipsò facto suffragandi iure carent, si re vera sunt ordinarij auditores. Et ideo nisi per sententiam priuentur, eodem possunt iure vti. ¶ De his quæ ludo acquiruntur quẽadmodùm sint restitutione obnoxia si petãtur, aut si vis dolúsve interuenerit, satis quæstioni præcedenti dictum est. De inuentis autem, lib. sequenti quæst. de furto dicendum.

Notanda di ſtinctio.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm satis sit id simplum restituere quod iniustè sublatum est.

NON satis est definisse omnia quæ ablata sunt restitutionis onere esse grauata, sed & id quoq; perscrutandum, vtrũ satis semper sit simplũ restituere. Et arguitur à parte negatiua. Legitur nanq; Exod. 22. Si quis furatus fuerit ouem aut bouem, & occiderit aut vendiderit, quinq; boues pro vno boue restituat, & quatuor oues pro vna oue. Illud antè fuit iudiciale: cuius instar similia sunt sub lege gratiæ à principibus constituta. Simile enim dixit Zachæus, vt se apud Christum commendaret, Lucæ. 19. Si quid fraudaui, reddo quadruplum. Similisq; est fori exterioris præcius: quippe qua fur non ad simplum tantùm condemnatur, sed vt multiplicatum reddat, vel supplicium pendat: cùm ergo leges ciuiles obligẽt in conscientia, fit vt non semper sufficiat simplum restituere. ¶ In cõtrariũ autem est quod restitutionis obiectum non est nisi inæquale illud quod per ablationem factum est, per ęqualitatem ad iustum reuocare: quod fit si quãtũ abstulisti, tantũdem reddas,

Secunda cõ clusio

AD quæstionem duabus cõclusionibus respondetur, iuxta duo huius distinctionis membra. Duo nanq; in ablatione rei alienę est considerare. Primum scilicet substantiã ipsam ablationis ex qua inæqualitas resultat, vt minus ille habeat à quo res sublata est: plus autem ille qui sustulit. Et hoc ipsum commune est tam iustis quàm iniustis ablationibus. Nam siue re mutuato, siue furto accipias, siue credito emas: tãto alter minus habet, quanto tu plus. Secundum quod in ablatione cõsideratur, est modus ipse auferendi: puta si quis per fraudẽ aut vim quidpiã vel aufert, vel auferre cõatur. Et hoc vbiq; habet connolutã iniustitiã: seu re vera rẽ auferat: seu nihil auferat, vt ille qui in conatu suo quo præualere nõ potuit succubuit. ¶ Sit ergo prior cõclusio. Quantũ ad naturam attinet ac finẽ restitutionis, satis in vniuersum est illud simplũ restituere quod sustuleris, siue per fas id feceris, siue per nefas. Enimuerò restitutionis nomen officium est præcisè iustitiæ commutatiuæ, nil attinens ad vindicatiuã. Ob idq; nihil ei refert iustãne fuerit ablatio, an verò iniusta: sed solùm æqualitatem constituere. Accepisti quatuor siue per mutuum siue per furtum: totidem ergo via restitutionis debes. Conatus autem es furtum facere, nihil tamen potuisti surripere, nihil via restitutionis debes. Quo fit vt restitutionis obligatio quando debitum certum est, nullam expectet iudicis sententiam: sed ex lege ipsa oriatur. De hac autem auctuaria restitutione, nempe si aliquãdo quis plus secundùm conscientiam debeat restituere quàm abstulit, lib. sequen. sub titulo de furto redibit serino. ¶ Posterior conclusio. Ad pœnam quæ debetur ratione iniustæ acceptionis neuno ante iuris condemnationem tenetur: sed tunc quando facta fuerit condemnatio. Conclusio hęc in latissimũ huc nos campũ disputandi mitteret, nisi tam longa tanq; accurata disputatione lib. 1. q. 6. art. 6. fuisset à nobis pertractata. Illic enim eius veritatem longa rationum acie constabiliuimus: vbi declarauimus quemadmodùm si sentẽtia sit pecuniaria: illico sit à reo soluẽda: si autẽ sit corporalis supplicij, non teneatur se offerre, sed satis sit si absque illata ministris iustitiæ iniuria, cã patiatur. Quocirca de hac secunda conclusione nullum hic verbum addendum nobis est, nè simus nostra repetitione molesti. Illic enim cuius interfuerit inspiciat. Sed neq; de priori conclusione dubium restat vllum post illa quę hactenùs dicta sunt. ¶ Quod ergo ad hunc articulum spectat, id tantum est vt discernere discas quãdo res ad meram attineat restitutionem: quando verò ad pœnam iuris. Illa enim illicò nulla specìata sentẽtia restitutionis oneri subijcitur: hæc verò non nisi post latam sententiam. Exẽplum vnum pro pluribus esto. Dicebamus eũ illic quòd dum lege frumẽto, aut vino, aut cuiuis alterius mercium pretium statuitur, tunc qui cariùs vendit, statim ceu fur tenetur ad restitutionem excessus iusti pretij: ad pœnam verò non nisi condemnatus. Pari modo qui ouem aut bouem furatur, statim tenetur valorem pecoris restituere. Quadruplum verò aut septuplum non nisi condemnatus. Per quod vtiq; satisfactum est primo membro capitalis argumenti. Horum ergo instar de cæteris conijcito. Perspiciendum inquã est an leges, pœnales sint: & tunc non obligant nisi post latã sententiam: secus autem si alius generis extiterint. Quo fit vt vectigaliũ leges & tributorum quę publicitus regi tanquàm stipendia cõtribuuntur, in conscientia obligent ad soluendum ante

sententiam: quia non sunt pœnales. Dico dũ tributa iusta sunt. Atqui vbi res est dubia, tũc iudicium non pertinet ad subditos: sed recurrendũ ad principem, & interim seruandæ sunt leges: nisi apertissimam præ se ferrent tyrannidem. ¶ De illo autem tributo quod nostri Alcaualam nuncupant, iam in calce superioris libri disputatum à nobis est: vbi quanta polleat iustitia, pro captu nostro diximus. Est enim, si cum moderatione exigatur, æquũ & iustũ. Diximus tamen inter alia hoc fortàn moderamine vti in conscientia licère, quòd dum res vẽduntur quæ non sunt grandis pretij, non tenẽtur venditores publicanos ad soluendum quæ rere: satis enim est soluere dum ab illis petitur. Dum modò venditores non vtantur fraude & dolo vt se occultent. ¶ Leges autem quibus transitus mercium prohibetur è regno, pœnales sunt, & ideo neq; si frumentum, equos, vel aurum efferas, pœnam teneris soluere nisi captus. Quanuis, vt in superioribus tetigimus, peccatũ sit mortale eiusmodi res quæ in regni commodum euehi vetantur, foràs asportare. Neq; in contrarium vrget quòd publicani qui sua pecunia eiusmodi fiscales pœnas redimunt ius habent recipiendi: & ideo qui non soluit, damnũ illis dat. Non inquam hoc vrget: quoniam illa se conditione intelligere debent eafdẽ redimere fiscales pœnas, vt ab eis præcisè, quos ceperint extorqueant. Quin verò hoc in præsentiarum obiter addiderim, quòd in regnorũ confinibus quæ eiusdem sunt regis non deberent hæ mercium extractiones & commercia prohiberi: quippe quæ non tam in regnorum bonum prohiberi videntur, quàm in quæstũ. Sed nolo in publicas leges oblatrare. ¶ Dubiũ autem hic propriũ est de his qui furtim in alienis nemoribus ligna cædunt: aut in alienis pascuis furtim suas pascunt. Putat enim vulgus ob id quòd qui capiuntur pecunia multantur, quæ pœnali lege decreta est, eos qui euadunt ad nullam teneri restitutionem. Quod tamen manifestè falsum est: imo eãdem regula vtendum est, scilicet vt pœnam à pretio rei furto sublatæ discernas. Hac enim ratione claritatis gratia vti pro meo captu soleo. Aut enim cædua sylua, eiusdem vrbis aut castri propria est: cuius qui ligni cædunt, sunt ciues aut incolæ. Et tunc arbitror nisi insignem stragẽ faciant, ad nullam teneri restitutionem, neq; pœnæ neque pretij nisi capiãtur. De pœna enim res est certa, sed & de pretio: inde id mihi suadeo ęp oppidum videtur suis oppidanis illa lege ligna distribuere, vt qui capiatur pœnam luat: qui verò euaserit, gratis sibi prædam acquirat. Id-

Nota.

Dubiũ de eẽdentibus ligna in alienis nemoribus.

Diſtinctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que censuerim si vtrunque duorum oppidorum quę propinqua sunt nemora habeāt: tunc enim videntur etiam & sibi mutuò illa lege ligna condonare. Quare non tenentur ad restitutionem nisi insignem aliquam deprædationem, vt dice bamus, faciant: sed si capiantur, tenentur subire pœnam. Aliter verò contingit ligna furtim ex nemoribus euchere quæ prorsus aliena sunt. Nempe quæ neq; sunt tui oppidi, neq; alterius vicini cuius oppidani vicissim nemora tui oppidi participāt, vt modo dicebamus: quia fortè tuum castrū nullum possidet nemus. Ēt hoc est quod in quæstione versatur.

Regula aliquorum.

Sunt enim qui illam amplexi regulā, quòd vbi lex pœnam adhibet nō obligat ad peccatum, securas eorum conscientias reddunt, qui ligna furantur, vt nisi capiantur, non sint restitutioni subiecti. Hęc tamē, vt libr. 1 datè discussimus, deceptoria est regula. Imò propterea lex pœnam imponit, quòd culpa subest. Pœna enim nisi pro culpa non potest poni: ob idq; qui ligna ab eiusmodi nemoribus deprædantur, tenentur omninò ad restitutionem pretij ligno rum. Nam verè committunt peccatum furti, genere suo mortale. Atq; idem de pascuis censendum. Ad pœnam autem nō, nisi capiantur & condemnentur. Secùs si fortè qui nemus vetat suam explicet voluntatem, quòd sub illa lege & conditione vult dare ligna: quod tamen nunquàm audiui contigisse. ¶ Nonnulla autē

Notabile primum.

in præsentiarum admonito opus est. Primùm licitum esse cæsionem syluæ vetari in bonum reipublicæ: nempe nè in eius perniciem dissipetur.

Secūdum.

Secundò est notandum, quòd domini quibus rex oppida cū nemoribus elargitur nō possunt alia ratione illa custodire quàm rex fecisset. Non enim aliud eis ius concedit quàm habet. Et ideo, si nemora hoc ferunt, non sunt oppidanis vetanda ad necessarios vsus. Imò verò etiam si nemora propria sint domini, nō sunt eo rigore vetanda vt corporalis infligatur pœna: neq; verò grauis pecuniaria. Enimuerò arbores & ligna quæ absq; cultura terra progenuit, iure gentium communia esse deberent. Nequit enim vita humana sine quotidiano lignorum vsu transigi. Ob idq; eorum furtum nō est ea lance æstimandum ac si quis ab arca tua, aut de tua domo nummos aut supellectilem furaretur tuam. Quocirca qui ligna cædunt, nusquàm gentiū infamia latronum aut furum denotantur. Satis ergo est moderatas exigere pœnas. Et re vera vbi domini tā acerba animaduersione miseros subditos à nemoribus arcerent, vt prægrauem paterētur inopiam, fortè sine mortali culpa possent illa sufurari ligna quę quotidianis vsibus saltem fori essent sibi necessaria. ¶ Pari ferme modo est de venatione arbitrandū. Venatio enim primùm omnium iure gentium communis est: nempe vt fera & auis quæ à nemine capta prius fuerat, in ius transeat capientis: vt patet Instit. & ff. de rerum diuisio. Vnde Aristoteles. 1. Politic. cap. 5. venatoriam, partem esse vult rei belliçę. Et fundatur hoc ius in illo dominio Gene. 1. hominibus datum in cuncta animalia terrę, & volatilia cæli, atq; aquarum natatilia. Nihilo minùs verò triplici de causa iure venatio vetatur. Primùm etsi venationis locus cōmunis sit ciuitatis aut oppidi, vetari licitè potest à principe, & à domino per viam gubernationis: nā feræ ac pisces non solùm ornamēto sunt & decōri reipublicæ, verùm & necessitati seruiunt. Obidq; nō est vulgi temeritati venatio cōmittenda: sed debet ordine ac lege fieri, nè dissipetur. Secundò, princeps etiam cōmunia loca reipublicæ potest aliquot proprio vsui dicare: neq; ad hoc, vt quidam autumant, requiritur consensus populi. Iustum quippe est vt pro sua dignitate gratia recreandi animi venationē habeat paratam. Prætereà quoniam apros aceruos, & id genus bestias, non condecet à plebeis venatu impeti: sed vt reseruētur ingeniis, qui præliorum simulacra aduersus eas ineditē tur. ¶ Hoc autem non est hic absq; admonitione silendum, quòd non est eadem ratio in magnatibus ad custodiendam sui gratia vetandā que venationem, quanta in principe: etiam si cum suis iuribus ea fuerit ipsis largitus. Nam Rex potest, exempli gratia, in toto regno decem aut duodecim loca sibi reseruare: & forsan non posset bis aut ter centum. Si autē magnatū singuli in suis oppidis aut territorijs plura haberent loca custodita, grauamen regno fieret intolerabius. Sunt enim feræ aues & pisces de iure gentium communes: vt locis Insti. & ff. de rer. diui. citatū est: & ideo non est minùs populus à venatione cohibendus: quandoquidem libertatem etiam habeat illo modo tum animū recreandi, tum & quæritandi victum.

Tertio.

¶ Sed tertio modo, quod ad rem pertinet, custoditur venatio: nempe quia est in loco, non cōmuni oppidi, sed „pprio ipsius domini, quo suam custodit venationem. Nam, vt habentur locis proximè citatis de rerum diuision. potest fundi dominus prohibere nè quis venationis gratia illud ingrediatur. At verò in his omnibus primùm omnium, vt de syluis dicebamus, cauendum est nè pœnæ acerbæ statuantur: quia illud nō existimatur furtum aut latrocinium, perinde ac dum domus aut bursæ compilātur.

Quare

Quare profectò crudele est pœna corporali plecti ingredientes loca vetita venationis gratia: sed satis est si duplū aut triplū soluerent: & plagas instrumētaq; perderēt. Prætereà hoc sanctissimè admonendū, vt qui feras custodiūt damna data in integrū soluāt: quod quàm rarissimè fit. ¶ At quo tandē prętermissis pœnis, quæ absq; dubio ante cōdemnationē nō debētur, ad restitutionē valoris bestiolæ aut piscat⁹ descēdamus, dicendū q̄ vbi venatio in loco cōmuni seruatur, & qui venat, ciuis est, arbitror ad nullā restitutionem teneri: tametsi forte alia qua culpa sit facere cōtra legē: quoniā cum venatio illa sit totius reipublicæ: nō præsumitur lex obligare ad restitutionē, sed ad pœnam si cōdēnetur. Id eū iustius sane est, quàm quod de lignis diximus. Quando verò locus est propriùs domini, si locū ipsum ingrediaris, species est furti: & tunc maximè dū muro est cinctus: & ideo ad restitutionē dāni teneris. Dixerim, si locus muratus fuerit, quoniā si fuerit patul⁹, nō video cur restitutionis obligatio emergat. Enimuerò etsi fundi dōs id iuris habeat illic venādi, vt alios inde arcere valeat: non tamē inde fit cōsequens dominiū habere ferarū, quæ illic nutriūtur, perinde atq; arborū aut terræ nascē tium. Primùm q̄ feras terra nō fert, vt cæteros fructus, sed ipsæ se animātes progignūt: tū etiā quòd eadē animalia, vaga sunt, & ad quocūq; diuagandū libera: si ergo dominus fundi non est syluestriū animaliū dominus, fit vt qui illa occiderit, nō fiat restitutionis reus. Atq; huic definitioni maximè consonat l. 16. Partit. 3. titul. 28. qua sancitur, vt qui â domino fundi nō prænonitus quippiā fuerit in fundo alieno venatus, sibi quod cepit acquirat. Quod certè iniustū esset, si id sub dominio esset diui. Qui autem prænonitus bestiolam ceperit, nō sibi, sed domino fundi obueniat: in pœnā scili cet quòd ingressus est alienum fundum. Quare forte ante condemnationem in nihilum tenetur. Si autem extra domini locū feram trāsfixeris, aut laqueo ceperis, certum est te ad restitutionem nō teneri: præsertim si in prędio tuo illam fueris venatus: ac multò minus si ferā dānū tibi dantē repereris. Nisi forsan inter oppidanos ac dominū conuentū stato pretio fuerit quod dominus cōstituit, vt nullibi venatione nocerēt, sed suo venādi, quod gētium est, iuri renūtiarent. Forte quia dominus & dāna bona fide soluit, & tributorū remissionē illis non nullā facit, vt eidē iuri renuntiēt. ¶ Aues autē in triplici sunt differētia, nam alię sunt meræ syluestres: & harum aucupium defendere, etiam in fundo proprio iniquitas est: quandoquidē

Qui feras custodiūt ad dāna data tenentur.

Aduert.

De mansuetis & grege existentibus.

Prima.

Secunda.

nullibi nisi per modum transitus cōmorantur. Præterq̄ si pretiosissimæ essent, vt accipitres: de quibus plusculū dubij esset. Sed tamen nec auderē ad istam restitutionē obligare venātes. Aliæ sunt in alio extremo cicures ac domesticæ. Quas furripere absq; vlla controuersia, furtum est. Sed alię sunt mediæ, vt columbæ: quę nec prorsus domesticæ sunt, nec prorsus syluestres. Et de his haud dubito, quin standum sit municipialibus legibus sicuti de aluearibus: nempe q̄ si lege præscripta est periodus, vt sci licet intra tot passus nemo illas capiat, cēsendū est vsq; ad illam lineam esse domesticas. Quare extra illam potest eas quisq; captare: modis tamē lege permissis. Nā potest etiam Rex vetare nè certis laqueis aut plagis irretiantur: tunc autem non emerget restitutionis obligatio, sed pœnæ post cōdēnationē. Si autem intra spatium lege præscriptū capiantur, fortè nō sunt captores à restitutione immunes: quandoquidem ad vsq; limitē illum factæ sunt colūbæ domesticæ. Tametsi nec summo sunt rigore vrgēdi ac si de ipso columbario illas furarentur.

De colūbis

Vbi autem nullę extant ciuiles leges, si solum naturale ius consulas, apparet nemini reclamā tibus illis qui sata cicūcircà habentes dāna sunt accepturi, licitum esse colūbarium extruere. Quin verò si Caietanum in sua summa auscultes, peccatum est mortale columbas in aliorū perniciem alere. At verò licèt quando ingens esset detrimētum id fortè verū habeat, si tamē domini pabulum sufficiens pro columbarum numero in columbario suppeditent, non tantū agnosco criminis. Est enim hoc genus auis non solum in escam, verùm ratione stercorationis reipublicæ vtilis: quare non est cur prorsus à ciuili republica abigantur.

ARgumēta igitur in fronte quęstionis obiecta, solutione non indigent: sed attentione eorum quæ dicta sunt. Lex enim illa quadrupli aut quintupli, iudicialis erat: & ideo furem, quantum ad restitutionem, satis erat reddere simplum: sed condemnatus deberet soluere pœnam. Zachæus autem inter alia supererogationis opera hoc ponebat, quòd redde'bat sua sponte quadruplum, si quid furaretur: non quòd ante condemnationem obligatus esset.

Ad tertium verò membrum negatur cōsequētia: iustè enim iudex in vindictam condemnat reum ad aliquid quod antèà non tenebatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. V.

Vtrùm debeat aliquis id quod non abstulit restituere.

IN quinto articulo, qui apud diuum Thomam quartus est, quæritur, vtrùm id debeat quispiã restituere quod non abstulit. Et arguitur à parte affirmatiua. Primùm de illo qui semina effòdit nè venirent ad messem: qui videtur grana debere quorum damnum dedit, quæ sibi tamen non vsurpauit.

¶Secundò de illo qui mutuatum æs aut aliter debitũ vltra præfixum terminum retinet: qui tenetur tam de lucro cessante quàm de damno dato: cùm tamen id sibi ipse non acceperit.

¶Et tertiò arguitur authoritate Redemptoris, Matthæ. 25. Sciebas quod meto vbi non semino, & cõgrego vbi non sparsi. Vbi insinuatur quòd Deo debemus plus quàm ab illo accepimus: & cùm humana iustitia à diuina deriuetur, id etiam videtur inter homines obseruandum. ¶In contrarium autẽ est quòd restitutio ibi perficitur vbi æqualitas constituitur inter acceptum & datum: si ergo quis plus rependere teneretur quàm accepisset, restitutio illa à iustitia exorbitaret.

Prima cõclusio.

QVæstionis responsio tribus facilimis conclusionibus constat. Prima est ceu superiorum repetitio. Vnusquisq; tenetur damnũ quod alteri dedit ad iustũ restituere Probat. Dãnũ quẽpiã alteri dare, idẽ est qđ qd piã ab ipso auferre: siue pecunia sit, siue aliud bonũ illa æstimabile: nã damnũ quẽpiã accipere: vt ait 5. Ethi. ca. 4. Arist. nihil aliud est q̃ minus habere q̃ habere debuit: q autẽ alteri quid piã abstulit, virtute institiæ cogitur tantũdẽ, neque plus neq; minus reddere. ¶At verò bifariã contingit vt quis quid alteri auferat: nẽpe aut illud quod ille actu habebat, aut quod habebat in potentia. Est ergo secunda conclusio. Quicunq; id alteri adimit quod actu habebat, tenetur ad æqualitatem idem repensare: vt si domũ abstuhisti, teneris de iusto pretio: & si honorẽ & famam, eandem, vt dictum est, secundùm facultatem tuam reficere. Res est iam in superioribus liquida. ¶Tertia conclusio. Quicunq; alteri in eo damnum dat quod nondum actu, sed potentia habebat, non tenetur id ad æqualitatem restituere ac si actu illud habuisset, sed ad æqualitatem illius potentiæ: pensata scilicet quàm esset actui proxima, perpensisq; personarum atq; negotiorum conditionibus. Vt si sata tuis e quis conculcans effodisti semina, pẽsari debet potentia vsq; ad messem. Si autẽ iam albescentes segetes dissipasti, tanto plus debes, quanto iam fruges propinquiores erant. Probatur conclusio. Id enim quod nondum actu est, sed in via & virtute, non tanti æstimatur, quanti si esset in actu: quare si secundùm illam actus valorem reddendum esset, nõ simplum, sed præter iustitiam auctum restitueretur: ad quod vtiq; ratio iustitiæ non obligat. ¶De duabus prioribus conclusionibus nihil est qđ in dubium vocari possit. Porrò autem contra tertium argumentum se statim offert non vtcunq; validum. Enimuerò si ille qui rem habet in spe, non vult ille in sola spe vendere, sed expectare pericula omnia vsq; ad rem: tunc ille qui contra eius voluntatem rem illam diriperet, non solùm teneretur restituere quantum in spe valebat, sed, vt apparet, quantum erat resipsa valitura: ergo conclusio falsa. Accipe antecedẽtis exempla. Est miser agricola qui semina sua terræ concredidit, & mauult omnia cæli terræq; pericula subire, & euentus expectare, quàm iacturam seminis certo pretio facere. Et meritò quidem. Nam vt habetur Eccle. 11. Qui obseruat ventum, nõ seminat: & qui considerat nubes, nunquàm metet: ergo si isto inuito fata eius tu destruas, certè ratio persuadere videtur quòd tenearis in totũ. Est verbi gratia totum vnum oppidum aut castrũ, quod, si semina omnia effoderentur, aut cùm herbescerent eradicarentur, non possent non graui postea inopia laborare: quæ si non destruerent, locupletissimas meteret messes: & volunt oppidani pericula expectare: cur ergo priuãdi sunt inuiti illa sua expectatione. Itẽ habet quis tenerrimũ pullũ equinũ, qui de se magnã promittit spẽ: nunc verò nõ æstimatur nisi decem: valiturus tamẽ centũ: re vera nõ apparet iustitiæ cõsonũ, vt res tũc sit cõpẽsanda solùm secũdum potentiã, & nõ secundũ actũ. Respõdetur ergo q̃ cõclusio S. Tho. est intelligenda primùm quãdo dãnum datur casu, & nõ consulto per iniuriã, remẽte domino. Tunc enim ducẽdę imprimis sunt inpẽsę quas facturus erat dominus: quãdo quidẽ illę non sunt ei sublatę sed penes ipsum manẽt. Et deinde pericula pẽsanda si quæ sunt ad arbitriũ prudẽtiũ qui bona fide id iudicat. At verò quãdo remẽte dño damnũ per iniuriã datur, multò est auctior æstimatio faciẽda: & maximè quãdo damnum est graue: vt si latissimũ vinetũ destrueres aut valentissimum segetum campum, ita vt prouincia vel ciuitas graue detrimentũ pateretur.

Per

De secundo argumento.

PEr hæc ergo liquet solutio primi argumenti. Circa secundum verò dubitationem nobis offert doctrina Caietani. Ait enim diuus Thomas quòd qui in mora est soluendi mutuum, aut alia ratione debitum, tenetur non solùm quod accepit refundere, verùm & damnũ quod creditor ex dilata solutione patitur, & quod illi cessat lucrum. Quod quidem iustitia præcipit postquàm alteri inuito totum illud aufertur. Caietanus autem inde infert eãdem ratione & à principio posse inter mutuantem & mutuatarium conuenire de lucro cessante. Quod quidem si intelligat à temporis articulo quo in mora cœperint esse, bona fortè est illatio. Mutuo, verbi gratia, tibi vsque ad festum Ioannis decem: quæ si tunc non soluetis, quia me inuito deinceps retinebis, & sum ego mercator, cui tua culpa cessaturum est lucrum: dabis ergo mihi tantum. Si autem intelligat lucrum cessans statim à tempore mutationis persoluendum, profectò illatio nulla est. Tota enim ratio quare ab illo qui est in mora potest negotiator lucrum cessans exigere, nõ est ea præcise, quòd pecunia negotiatoris in virtute plus valet quàm si nõ esset negotiationi exposita: sed hæc iuncta cũ alia causa, quòd præter voluntatem ipsius mercatoris retinetur. Quare dum sua ipse sponte alienatam à se habet pecuniam, perniciosum est concedere vt possit lucrum cessans exigere. Hoc autem lib. 6. fusius fusiùs disputaturi. Et ideo de hoc modò satis. ¶Solutio tertij argumenti, expositio est illius loci euangelici, Sciebas quòd meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Cuius duplex est expositio. Primum enim hoc nos certissimum catholica fides docet, quod radix nostrorum omnium meritorum est gratia Dei, per quam illi sunt accepta: & ideo quicquid illi meritorũ offerimus, ipse in nos prius seminauit. Vnde alibi, seminanti semen suum sese comparauit. Et ideo prior expositio est, quòd verbum Christi non intelligitur secundum existimationem illius serui nequam, qui ex odio arbitrabatur Deum petere quod seminauerat: & ideo ait Christus, ex eius ore eũ iudicare: quasi non ex rei veritate. Posterior verò solutio est quòd aliquid præter gratiam ipse nobis confert, exigit à nobis, scilicet assẽsum nostrum vt sinamus nos ab illo moueri & præterea vsum eiusdem gratię, quo per meritorum incremẽta ipsa augetur. Porro autem syncerior apparet prior solutio. Nam & ipse in nos mouet ad assẽtiẽdũ: & fruges meritorum nostrotũ ipse in nobis seminauit per gratiam. Vnde Paulus: Ego plantaui, scilicet prædicendo, & Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Est hic autem ab illo Lutheranorum dogmate tuendum, quòd nos lib. 3. de Natu. & grat. cap. 8. expugnauimus. Aiunt enim, opera nostra non esse nostra merita, sed Deum per nos mereri. Qua quidem falsitate nihil ineptius dici potuit. Meritũ eñ non dicitur nisi vnius ad alterum. Quare cùm mereri non sit nisi de Deo & erga ipsum, non potest ipse mereri. Decipiũtur autem falso intellectu verbi Augustini in De gratia & liber. arbit. quo ait Deum in nobis coronare dona sua. vbi August. non dicit quòd opera nostra sunt merita Dei, sed quòd sunt dona Dei, & simul vtrũque verum est, quòd sunt & dona Dei, & merita nostra. Nam quia nõ sunt merita nisi quatenus è radice gratiæ Dei pullulant, eius dona dicuntur, & sunt. At quia quatenus ex consensu libero voluntatis nostræ diuinitus motę fiũt, sunt merita nostra. Coronat ergo Deus merita nostra, quatenùs dona eius sunt: & ideo quodammodo illi damnis quod nõ accepimus, puta auctum quòd in radice accepimus, sed tamẽ nihil damus quod ipse non seminauit & incrementum dedit.

Dogma Lutheranorum

Idẽ Cai. de restituto ne lucri cessantis.

Diffinitio authoris.

Ad tertium.

Paulus.

QVÆSTIO SEPTIma, de circunstantijs restitutionis.

Sanct. Tho. 2. 2. quęst. 62. ar. 5.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm semper oporteat ei restitutionem fieri à quo res sublata fuit.

QVoniam quæstio præcedens substantiã nobis restitutionis patefecit, decet vt in hac septima circunstantias eiusdẽ exploremus. Nempe cui, quis, quomodo, quãdo restituere debeat. Est ergo primus articulus quiapud. D. Tho. est quintus: vtrùm sit semper restitutio ei facienda, cui res sublata est. Apparet nanq; id nõ semper oportẽre. Primũ quia restitutio nõ debet illi esse noxia, cui sit, neq; alteri iniuriosa. Si autẽ ei cuius res est, esset semper restituẽda, vsu quãdoq; veniret, vt in eius perniciẽ esset vel aliorum: vtpu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta dum domino petenti suum gladium vt homicidiū faceret, redderet: ergo non semper est vero domino restitutio facienda. ¶ Secundò: quæ quisque iniustè prauoque fine dat, indignus sit qui eadem recipiat: solent autem homines aliquid symoniace dare, vel ad corrumpendum iudicem, vel ad hominem enecādum: quæ quidem largitiones iniuq; sunt: ergo non est illis facienda restitutio. ¶ Tertiò. Nemo ad ad id cogitur quod impossibile est: quandoq; autem restitutio non est factu possibilis, si ei fieri debeat à quo res ablata est: nēpe vel quia est vita defunctus, vel peregre profectus, vel prorsus ignotus: ergo tunc non est necesse restitutionem eidem fieri. ¶ Quartò. Iustius homo cogitur ei beneficium repensare à quo maius accepit, quàm ei à quo recepit minus: ergo ingruente simul parentum inopia, dum tempus restituendi alteri occurrit, si vtrunque simul non est possibile, citius rependendum est parentibus beneficium quàm debitum extraneo restituendum. ¶ Quintò. Frustraneum esset ac perinde vanum id restituere quod rursus in possessionem restituentis esset reuertendū: dum autem prælatus quidpiam ecclesiæ debet, si eidem ecclesiæ restituatur, in suam ipsius regreditur potestatem: quādoquidem ipse est bonorum ecclesiæ administrator & custos: ergo tunc non decet restitutionem ecclesiæ fieri. Atque adeo non semper ei debet fieri restitutio à quo res ablata est. ¶ Contrarium autem nos Paulus admonitos curauit ad Roma. 13. inquiens, Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal. &c.

Paulus.

Aliorum sententia.

QVæstio huius articuli præcipua est in materia restitutionis: ad quam plerique Doctorum conclusionum multitudine respondent: nempe quod bona defuncti restituantur hæredi: & quæ ignoto debentur, restituantur pauperibus: & horum instar fiat de alijs. At verò licet forsan ad rem non ita multum differat, tamen si loquendi proprietatem obserues, multo syncerius & ad rem propriùs vnica conclusione diuus Tho. respondet: quæ sit vniuersalis hęc. Necessarium vbique & semper est restitutionem eidem fieri à quo res sublata est. Enimuero hæredes personam defuncti gerunt, & ideo quod eis confertur datur defuncto: & quod restituis pauperibus, vero domino reddis: nam illi per se nullum acquirunt dominium nisi quia loco veri domini subrogantur. Probatur ergo conclusio. Restitutio, vt suprà dictum habemus, est actus commutatiuæ iustitiæ, per quam æqualitas constituitur inter personas quæ inæqualia habent: hæc autem rerum adæquatio legitimè constitui non potest nisi eidem ipsi id reddas quod ei abstulisti: siquidem ille est qui propter tuam ablationem minus habet: ergo vero domino faciēda est semper restitutio. ¶ Anteà tamen quàm ad argumentorum solutionem descendamus explicanda est conclusio. Consultò quippe dictum est restitutionem fieri debere vero domino. Nā si rem ab eo sustuleris qui eius non erat verus dominus, vt pote à latrone, nō est ei reddenda, sed domino, cui ipse surripuerat: ac perinde rem filiofamiliâs ademptam, suo patri: & quam monacho eripuisti, eius prælato. Enimuero vt articulo proximo dicturi sumus, duplici ex fonte oritur restitutionis obligationē pe & ratione acceptionis, & ratione rei acceptæ. Ob idq; in huiscę casibus, etsi nihil ab eiusmodi dominis acceperis, nihilo minùs quia eorum res penes te sunt, teneris in eorum potestatem tradere. Est autem operæpretium tria in eiusmodi restitutionibus obseruare. Primū, vt tibi citra vllam dubietatem constet rem quam Petro eripuisti, non esse suam, sed Pauli. Nam dum res tibi dubia est, tunc quoniam melior est conditio possidentis, eidem debes reddere: vt ipse videat cuius est. Quandoquidem in foro iudiciali, nisi tu planè probaueris rem non esse illius, eidem à quo abstulisti compelleris reddere. Et consultò dixerim, non esse illius, puta quia nunquàm eius habuit dominium, sed per iniuriam surripuit. Nam si ille à quo sustulisti ratione mutui vel alius legitimi contractus rem illam debet alteri, non tu potes priuata authoritate ei reddere, sed ei ipli debes qui dominium habet. Secundò vt teneatis dare domino, requiritur quod id possis absque magno tuo detrimento facere. Quoniam si latronem timeas, aut filiumfamiliâs, à quibus nisi eis reddas vapulabis, aut graue aliquod damnum accipies, non teneris cum tuo incommodo reddere nisi eis. Et tertiò, quando restituis vero domino teneris tam latronem admonere quàm etiam dominum: illum scilicet nè postea pœnitentia ductus iteratò restituat quod semel restitutum est: hunc autem, nè alia via procuret illud recuperare. ¶ Arguitur autem contra secundam moderationem: nempe quòd res tunc restituenda est domino, si fieri illud potest sine restituentis detrimento. Ille qui rem sustulit à latrone tenetur restituere vero domino, non solùm charitatis iure, verum & iustitiæ rigore: ergo non solum absque detrimento, verum etiam cum illo debet talis restitutio fieri. Probatur primò antecedens. Nam qui rem alienam habet

Conclusio.

Secundo.

Tertio.

Argumentum contra secundam moderationem.

bet inuito domino, res ipsa accepta, vt modò dicebam⁹, in causa est vt restitutio iustitiæ vinculo fiat. Item verus dominus posset possessorem in foro iudiciali compellere vt sibi conferat: ergo tenebatur de iustitia. Nam ad id ad quod sola charitate tenemur, non possumus in iudicio cogi. Item quia, vt articulo proximo dicturi sumus, etiā qui furtum à latrone emisset, teneretur illud domino restituere: ergo quomodocunq; accipiat. Consequētia autem prima inde probatur quòd iustitia etiam cum detrimento restituere obligat: vt suprà diximus.

Ad argumentum.

Ad hoc respondetur quòd non solum charitas, sed iustitia obligat ad reddendum vero domino, quomodocunque ab iniquo possessore acceperis. Negatur tamen consequentia, qua infertur etiam cum detrimento esse restitutionem perficiendam. Quando enim teneris ratione acceptionis: nempe vel quia iniquè à domino eripuisti, vel mutuatò, tunc restituere etiam cum aliquo detrimento, vt diximus, cogeris: aliud tamen cū detrimēto vitæ. Quando vero non ratione acceptionis, sed tantum ratione rei acceptæ: tunc nullum cogeris subire periculum: si re vera periculum est alicuius momenti: sed satis est tunc vt eidem reddas à quo accepisti: admonendo, si potes, verum dominum. Quandoque autem egregium officium præstabis amico si periculo te obijcias vt rem suam serues. De hoc autem iterum expressiùs articulo proximo.

Ad primum principale.

AD primum igitur argumentum respōdet diuus Thomas, quòd casu quo restitutio grauiter ei nocet cui fit, vel in nocumentum alterius vergit, non ei tunc fieri debet, eō quod restitutio in vtilitatem eius fit cui debetur, sed debet in tempus cōgruum prolatari: vel apud alterum res deponi, qui tutiùs custodiat. Hæc autem respōsio nonnullas parturit dubitandi ratiunculas. Et quò omnibus fundamentum subijciamus, quæritur quo iure depositarius teneatur in tali casu seruare depositum, atque id domino denegare: charitatisne an iustitiæ, multum enim refert. Nam si iustitia illud seruare cogit, consequens fit vt si restituat, teneatur ad restitutionem damnorū quæ ipse intulerit: sin autem solo charitatis vinculo, nulli inde fit restitutioni obnoxius. Responsio huius in distinctione posita est. Aut enim ille qui petit vult re sua in iniuriā sui vel aliorum abuti: & tunc de iustitiā teneor ei illam negare. Vt si gladium à me insanus petat vt se vel alterum occidat. Si modò tamen id sine meo incōmodo possim. Non enim teneor subire periculum quod mihi ille offert si non reddo. Sicuti non teneor exponere me periculo ad defendendum vitam proximi: & quod qui potest sine periculo teneatur de iustitia negare, inde patet, tum quòd reddendo causam dat iniurię, tum quòd si reddat cōdemnabitur in iudicio: licèt non ad totum. Missam hic semper faciamus ignorantiam quæ homines potest excusare. Et eādem ratione, imò maiori denegare debeo quando in præiudicium reipublicæ id petitur: vt qui amplam pecuniam deberet tyranno, quam ipse vt exercitum in interniciem reipublicæ armet petit, tenetur ei tunc temporis de iustitia denegare. Si vero dominus rem suā petat in aliquem abusum qui non habet annexam iniuriam: vt si pecuniam quam illi debeo ad scortandum, vel ad ipsam prodigendum ex me reposcat, tunc de iustitia non teneor non reddere: quando quidē reddendo nullius sim iniuriæ causa, imò ipse petit suo vtēs iure. Teneor tamen ex charitate rei proximi consulere, atq; adeo, si possum restitutionem differre in aliud tempus.

Dubitatur.

Secūda pars distinctionis.

¶ At vero emergit à contraria parte argumentum. Nemo habet ius peccandi: ergo quomodocunq; ille petat ad peccandum, etiā citra aliorum iniuriam, denegandum illi est iustitia. Quod si respondeas licitum illi esse dare scorto pro re illicita: & ideo petere vt vtatur iure suo, instruatur argumētum de datione quæ intrinsecè est peccatum. Vt si petat ad exercēdam symoniam, quæ quidem datio intrinsecè mala est. Caietanus hic ingenuè fatetur tunc etiam non licēre ei dare. Nam dicit non licēre pecuniam depositam domino reddere vt Cardinalatum emat: & multò minùs illi pecuniam in talem vsum mutuare. Sed re vera: quicquid de mutuatione, in quo maior contrà esse videtur ratio culpæ: quia mutuans cùm minùs cōpellatur, magis videtur esse causa: depositum tamen tūc reddere, nullam videtur iniustitiam afferre. Nam ipse petit quod suum est, non ad irrogandam iniuriam alicui tertio, neque sibi, sed solùm ad peccādum: sicuti si peteret vt mala causa daret amicæ. Et ideo alij volunt eludere argumentum propter vitium appellationis. Non enim sequitur, nemo habet ius peccandi: & iste petit pecuniam suam ad peccandum: ergo non petit vt vtatur iure suo: quia petit ad dandum ad quod habet ius: licèt non ad culpam quæ rationi adiungitur. At verò profectò illo modo quo non habet ius ad peccandum, neque ius habet ad dandum, si datio ipsa sit peccatū. Secūs de meretricia mercede: quia dare non est peccatum: licet fornicatio sit peccatū. Duobus ergo modis congruentiùs respōdetur. Primò, quicquid sit de illo vsu ad quem suam

Argumentū cōtra secundam partem distinctionis.

Responsio Caietā.

Prima solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam à me pecuniam petit, tamen petendo vti tur iure suo: quia petit suum. Sed ais, Petit tamen vt ea vtatur contra ius suũ. Respondetur ergo secundò, q̃ vti quemq̃ iure suo, bifariàm intelligitur. Si enim ius accipiatur pro lege nemo habet ius peccãdi: quoniam neminem lex peccare permittit. Si autem ius vniuscuiusque accipiatur pro eo quod est suum, scilicet quo citra iniuriam vtitur: tũc ille qui dat pecuniam simoniacè, vel ad corrumpendum iudicem, vti tur iure suo: hoc est dat quod suum est: atque adeò nemini iniuriam facit, sed legi: quam qui dem ego qui habeo eius depositum, nõ teneor vitare.

Solutio secũda.

Ad secundũ Illicita datio duplex.

AD secundum argumentum respondet diuus Tho. sub distinctione. Bifariàm enim contingit aliquem quidpiam illicitè dare. Vno modo quia datio ipsa est contra legem: sicut si moniaca: & tunc, quia dans meretur dominiũ perdere, quod alter nihilo magis acquirit, restitutio fieri debet, non ei, sed pauperibus. Si vero datio ipsa nõ sit illicita, sed causa propter quam datur, vt scorti merces: nõ est restitutioni debita. ¶ Et quidem secundum membrum adeò liquidũ est, vt nullo indigeret examine, nisi quidam nuperrimus author Complutensis hanc sententiam sancti Thomæ, quæ omnium fere est Theologorum, inficias iuisset.

Sõtecta Ioã. Medina.

Ait quippe meretricem nihil in pretiũ & mercedem suæ turpitudinis recipere posse: sed tantùm donationis via. Itaq; si in pretium reciperet, restituere tenetur. At verò, salua egregij Doctoris existimatione, ratio eius tam debilis est, quàm conclusio falsa. Inquit enim duo esse rerum genera quæ diuersa ratione non sunt pretio æstimabilia: nempe spiritualium, quæ ideo pretio non æstimantur, quòd omne excedunt pretium: & operum quæ delicta sunt, quæ propter eorum vilitatem nullo sunt pretio digna. Porrò autem vtrumque membrum

Impugnatur Medina.

falsum est. Spiritu[illegible] nõ illa ratione iuste vendu[illegible] Nam etsi supra naturalia sint, nihilo [illegible]as quantum ad humanos vsus attinent, emerent illa homines quanto pretio possent. Vita enim omne pretium excedit: & tamen homicida condemnatur, vt vitam quã abstulit ad arbitrium prudentum restituat. Præterea spiritualia quæ habent fructus temporales annexos possent tunc illa ratione emi: vt

Quare spiritualia vænalia non sunt.

sunt sacerdotia. Ratio ergo quare spiritualia vetus collata. Et ideo dispensatores illorũ cum nõ in peculiare suum cõmodũ, sed in bonũ commune ea receperint: debent quæ gratis accepe rũt, gratis dare: vt libr. nono latius patebit. Quare scientia quã quis, ppriè acquirit, vẽdibilis est. At verò de peccatis, licèt ratione culpæ nõ solũ vilia sint nulloq; pretio digna, imò abhorrẽda & execrãda: nihilo minùs ratione cõmunis vsus illius, qui suas locat operas, rationeq; voluptatis ille qui conducit, quatenus ad humanos vsus accõmodantur, possunt mercede & pretio redimi. Quapropter mulier quæ sui corporis copiã facit, merdẽ recipere potest, p voluptate quã vir captat, sicut posset vt prolẽ illi gigneret. Imò vtrãque ratione posset etiam masculus à fœmina pretium recipere: quin verò æquius: quia plus præbet. Sicuti Alexander iure naturæ potuit à duce illa Amazone quæ illum gratia recipiendæ prolis inuisit: quod & prece & pretio: vt fertur, impetrauit. Nam illi fœminarum generi in more erat pretio accersere viros qui ad illas ingrederentur. At verò quia fœminis maior inest pudor, ob idque rariores sunt quæ illi turpitudini vacent quàm viri, pretium ipsę iustiùs recipiunt. Item si causa salutis quispiã emissione illa egeret, posset amplexũ illũ pretio coëmere: non obstante innatum habere flagitium. ¶ Et quòd non solùm donationis via, sed loco pretij id possint recipere, manifestè probatur: quia respublica non solùm miseras illas fœminas permittit, sed & pretium eis taxat: id quod nomen ipsum meretricis admonet. Dicitur enim à merendo. Et qui illis statũ pretium non persolueret, cogeretur in foro iudiciali: quod non contingeret si donatio esset. Idq; l. idem si ob stuprũ. ff. de cond. ob turp. caus. adstruit: quippe quæ ait meretricem iustè recipere id quod pro iniusto actu accipit. Meretrix enim, inquit, turpiter facit, quòd sit meretrix: non tamẽ turpiter accipit, cùm sit meretrix. ¶ Item arguitur contra huius Doctoris assertum, quo ait: si prostituta quidpiam animo recipiendi pretium accipiat, ad restitutionem teneri: si verò animo recipiendi donationem, minimè teneri. Arguitur inquam: quia nõ tam eius mens existimari debet quàm ipsa traditio: & re vera cõsuetissimo vsu nemo illis donat, sed pretium soluit: atq; ipsæ id plane intelligunt: quare semper tenentur ad restitutionem. ¶ Neque contra nos quidpiam facit. l. Syncera. C. de donatio. inter vir. & vxor. vbi miles donare prohibet quidpiã meretrici. Illic enim nõ iustum pretiũ prohibetur, sed larga donatio: idq; in fauorẽ militis. Nã alij donare etiam illis possunt: vt patet. l. affectionis. ff. de dona. ¶ Maiori tn apparẽti obijci nobis illud posset Deutero. 23. Non offeres [illegible] turpe lucrũ nẽpe meretricis. Sed tamẽ no[illegible] hoc quicquam euincit, Ibi enim non condemnatur meretricis pretium:

pretium, sed propter fœditatẽ prohibebatur in templo offerri. Sicuti & pretium canis: quia non erat animal vtile. Vel, quod veri similius est, vt ait illic Iosephus, in more erat vẽdere coitum canis ad imprægnandũ capram: ad nullã ergo meretrices restitutionẽ tenentur. ¶ Magis autem dubiũ est an aliæ quæ non sunt publicitus expositæ, sed maiori cũ verecundia copiam sui faciunt, possint pretium recipere. Sũt enim qui hoc propterea negent, q̃ lex nõ permittit nisi illas quę sunt in fornicibus, neq; alijs pretium taxat. Porrò autẽ crediderim has multo iustiùs posse recipere pretium: quippe quæ ob maiorem honestatẽ pluris sint æstimandę. Quod si de alijs etiam sciscieris quæ neq; publicitus sunt prostitutæ, neq; se tradere cõsueuerunt: sed sunt puellæ aut maritæ quæ semel aut bis collabuntur. De his enim maior est apparentia q̃ non possint pretium recipere, sed teneantur ad restitutionem: eò q̃ non modò non sunt lege permissæ, verũ lege agitur contra illas, aut de stupro, aut de adulterio. neq; in iudicio audirentur, si promissum sibi pretium peterẽt. Nihilo minùs & illis quoq; liceret pretiũ recipere: tenebitq; in foro cõscientię qui illis promisit soluere: nisi excessus iustæ æstimationis pro ratione personarum immodicus esset. Et ratio est eadẽ sancti Thomæ. Nam licèt flagitia illa sint lege vetita, datio tamen non est prohibita. Et ideo iuri naturali standũ est: quo vtique iure concessio illa corporum æstimabilis est pecunia. Atq; ad hoc facit. l. suprà citata, idem. ff. de condi. ob turp. causam. vbi ei qui alid quid ob stuprum obtulit denegatur repetitio. ¶ Sed tamen quantum ad forum iudiciale, est differentia inter has mulierũ species, q̃ meretrici datur in iudicio actio petendi pretium: ei autem quæ non est publico loco expositа, denegabitur: quia illis solis lege decreta sunt pretia. Vxores autem & virgines nõ solum à iudicio arcentur nẽ petant, verum in pœnam sui criminis priuabuntur acquisito pretio: sed tamẽ ante condemnationem iure naturæ illis debetur. Quod autẽ adduci potest ex. l. Lucius Titius. ff. de iure fis. vbi mulier quæ marito venenum propinauerat condẽnatur vt quæ turpiter in adulterio receperat fisco applicentur, nihil ad rem facit. Primũ q̃ ante condemnationẽ iure naturę potérat id recipere: deinde quod condẽnata est, non solùm in odium adulterij, sed homicidij. ¶ Vtrum antè marita teneatur pretiũ reddere viro si id saluo pudore suo posset, & si lia patri: respondetur idem esse iudicium atque de alijs quæ operis manuũ suarũ acquisierint. Potest etiã clam marito, & filia clàm patre, illa

Iosephus.

Aliquorum sententia.

Ratio eorum.

Aliud dubiũ

Solutio.

An meretrix teneatur pretium reddere viro.

in suos vsus vertere: nisi amplam supellectilem illa via acquisiuisset quæ idcirco in vsum mariti venire deberet. ¶ Haud ergo eiusmodi mulieres ad restitutionẽ tenentur: nisi ab eo receperint qui nõ erat sui iuris, vt tam amplam pecuniam possit illis vsibus expendere. Nam si res est modica pro qualitate personę, etiã si à filiofamilias recipiat, retinere potest. Nam præsumitur pater scire, ratasq; habere eiusmodi expensas. ¶ An verò, vice versa, qui puellam vitiauit teneatur in cõscientia in totam dotem? Respondetur quòd si ipsa consensit non tenetur de rigore iustitiæ ad aliud nisi ad id quod pollicitus est. Nam scienti & volenti non fit iniuria. Tametsi æquitas honestatis sit, vt si illa ob causam nuptui tradi non potest, aliquid ei largiatur. Neq; verò si sit sub cura parẽtum tenetur illam dotare ei cùs si inuitam rapuit.

De eo qui puellã vitiauit.

¶ Adiecit tamẽ præterea hoc verbum sanctus Thomas, quòd si mulier superfluum per fraudem & dolum extorserit, tenetur amatio restituere. Vbi notandum q̃ etiam si superfluum recipiat, dum tamen neq; fraus adsit neq; dolus, nulla est necessaria illi restitutio. Fraus autem est si, verbi gratia, diceret se esse viro incognitam, aut non nisi semel, idque à magnate qua fraude plus extorqueret: restituere profectò teneretur. Sed si falsò dicat se perdite illum deamare: aut facetijs & illectamentis quidpiã extorserit, fraus illa non obligat ad restitutionem: quoniam probè omnes nõ sunt illas esse meretricum technas. ¶ An verò contrà, si quis illis superfluum aliquid polliceretur, teneatur promissum soluere: Respondetur teneri in conscientia: quia ius hoc naturale docet: nisi excessus ad prodigalitatem pertingeret. Nam tunc, male promissum esset, in quo rescindenda esset fides: etiam si cum iuramento esset promissum: nam iuramentum de re illicita nõ obligat. Neque simile est de illo qui iurauit latroni pecuniam se largiturum ad redimendam vitam: quoniam illud licitè potuit iurare. Consultius est tamẽ in eiusmodi cuẽtibus relaxationem iuramenti procurare. ¶ Retrocedendum ergò est ad prius responsionis membrum: quando scilicet datio ipsa est illicita, cui nam sit restitutio facienda: vt in Symonia. Harũ ergò quæ illicitæ sunt, dationum triplex est differentia. Vno enim modo datio potest esse malà solùm ex parte recipientis: vt si cuipiam pecuniam porrigeres, ne peccatum committeret. Et tunc ille qui dat, potest repetere: eò q̃ alter tenebatur id gratis facere. De quo extat. l. vt puta. ff. de cond. ob tur. caus. Ex qua infert gloss. quam Summistæ sequuntur,

Iuramẽtum de re illicitã nõ obligat.

Dubium.

Triplices dationes illicitæ.

Primus modus.

illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum qui recipit ad restitutionē teneri. Haud tamen consequentiæ vim intelligo. Imò crediderim tali esse distinctione vtendum. Aut in quam vitium à quo illum donario meo cohibere procuro, pernicioſum est alteri: aut nullā habet annexam iniuriam. Si enim est iniurioſum ac pernicioſum: vt puta cum amico munus aſi quod offero nē homicidium aut furtū faciat: tunc mihi posteà repetitio dabitur. Atqui hoc tantum exemplum est in lege. Nihilominus si ego non repeto, crediderim ad nullā illum teneri restitutionem. Nam & si ille gratis teneret abstinere, nihilo minus quia in gratiā mei abstinet, alioqui mala illa facturus, potest iure naturæ pro sua illa voluntate pretium ex me recipere. Quare lex translationē dominij non prohibet, sed repetitionē cōcedit: vt in ludo dixim⁹: idq; in odiū illius criminis, ne homines iniurias quas in alios meditantur pretio venderent. Quando verò vitiū non est contra iustitiam: vt si ego amico quidpiam darem nē scortaretur, profectò nō solum ille recipere potest, neq; ad restitutionē tenetur: verum, vt credo, neq; daretur mihi repetitio: quoniā lex illa pœnalis restringenda est ad suum ipsius exemplum: quod non profert nisi in vitijs habentibus iniuriam annexam. ¶ Secundus ergò modus dationis iniustæ sumitur ex parte vtriusque: scilicet tam dantis quàm recipientis: non quidē quia actio pro qua munus offertur non sit natura sua pretio æstimabilis, sed quia habet annexā iniuriam cōtra iustitiā. Vt si litigator aut iudici, aut scribę, aut testi corrūpēdo munera offerret: aut assasino vt hominē interficeret. Tūc eñ vterq; delinquit: & ideo tā qui dedit quàm qui recepit eodē pretio iure mulctatur: ac proinde largitio illa fisco iure addicitur: vt patet. l. Mul: tarū. C. de mod. mulct. Nō q̄ actiones illæ, puta hominem occidere, aut sententiam in tuum fauorem proferre, nō sint natura sua pretio æstimabiles: sed quia actiones iniurioſæ sunt, indignus iure sit ille qui accipit vt dominiū acquirat. Qua perinde ratione intelligenda est lex illa. ff. de verb. oblig. Generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momēti, ex se momēti. Intelligitur inquam quando vtrinque iniusta est (vt lex statim proxima declarat:) veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat: quia homicidium & sacrilegium sunt delicta cōtra iustitiam. De quibus etiam restitutionibus habetur iure Canonico. 14. q. 5. can. Non sane. qui est Augustini. ¶ Interrogas autem cum leges istæ, pœnales sint, vtrum qui recepit teneatur ante sententiam restituere. Videtur enim ex his quæ dixi mus lib. 1. non teneri. Respondetur nihilo minùs, teneri. Et ratio est, quia lex fecit eum inhabilem ad recipiendum in odiū delicti, quod est contra iustitiam: & ideo nullum acquisiuit dominium. Haud tamen tunc tenetur restituere fisco: nam etsi ille, inhabilis fieri potuit ad recipiendum quod nō erat suum, alter tamen qui dedit, non potuit re sua, nisi per iudicis sententiam expoliari: ob idq; antequàm condēnatio fiat, restitutio debet fieri domino qui dederat. Nihilo minus facta etiā restitutione vbi fiscus resciuerit, recuperabit. Quando verò delictum non est iniurioſum, optimè transfertur dominium: quia, vt suprà diximus, datio non est illicita. Vnde, vt suprà citatum est. l. Idem. de condi. ob tur. cauſ. dāti ob stuprum pecuniam, nō conceditur repetitio. ¶ Sed nūquid licebit mu nera iudici aut alteri iustitiæ ministro ad redimendam vexationem largiri: apparet enim ut licēre, eò quòd cuiq; fas est suū protegere ius. Respondetur autem nemini id licēre: quoniam iuste quod iustum est exequeris: & quoniam lex huiusmodi largitiones vetuit, subinde cohibuit illa via redimere vexationē. Illo enim paliamento multę fierent corruptiones. Nam cū quisq; in propria causa iniquus sit iudex, cuiq; apparet ius habere certū, atq; adeò suā vexatio redimere: quæ quidem in litibus maxima pernicies est: nempe dum vterq; litigantium vt vexationem redimat, vexando præuenit alterius datq; illi causam vt & ipse suam redimat. Idq; vtinam non vsq; ad principum palliandas discordias procederet. ¶ Tertio modo dationem cōtingit esse illicitam, etiā ex parte vtriusq;, tā dantis q̄ recipiētis: tū ratio nō est ei similis quę proximo mēbro signabat, videlicet q̄ actio quę emitur est iniuriosa: sed quia nō est pretio æstimabilis, qualis est datio simoniaca. Quod enim mihi det pretio sacerdotiū si sum dign⁹, nō est alterius iniuria: verūtamē quia res illa quæ emitur, nō est pretio æstimabilis, propterea q̄ Antistites gratis acceperūt vt gratis dispensent, fit vt qui pretiū pro re spirituali recipit, nullū adipiscatur dominiū: ob idq; statim tenetur ante sententiā id relinquere. ¶ At verò vtrum tunc teneat restituere pauperib⁹, an ei qui dederat, dubium est. Nam à priori parte facit q̄ iura in pias causas iubēt fieri restitutionē: vt can. Qui habetis. 14. q. 5. & can. De hoc. de simo. cautū est. Et in foro exteriori eodem modo fieret cōdēnatio: eò q̄ qui dedit, meret dominio privari: imo iustius quàm qui dedit ad labefactandum iudicem. Sed ab altera parte est argumentum quòd nemo expoliādus est re sua nisi per iudicis sententiā. De hac ergò re, loco proprio, lib. 9. differēndum est. Interim tamen stando in iure naturali, dicendum quòd ante condemnationem facienda est restitutio ei qui dedit. Caueat sibi tamen restituens, nē posteà cùm in notitiam venerit ecclesiæ, denuò condemnetur.

Turpes stipulationes nullius esse momenti, ex ponitur.

Dubium.

Ad tertium argumentum.

Haredes ut ipsem sunt.

Dubium.

Dubium.

Dubium.

Solutio tertij argumenti trimēbris est. Aut enim creditor cui restitutio debetur defunctus est, aut absens, aut prorsus ignotus. Et quidem loco defuncti hæredes subrogantur. Qui in triplici sunt differentia. Aut enim sunt necessarij: vt puta quos testator, nisi legitima rationabilissimáque de causa, exhæredare non potest. Quales sunt parentum filij, ac filiorum parentes. Alij verò succedunt ab intestato: vt fratres & consanguinei. Sed alij ex testamento: vt alieni. Et quomodocunq; quis sit alterius hæres, eidem est facienda restitutio. Quin imò, vt dicebamus, in hærede fit ipsi defuncto. ¶ Pulsare autem cuipiam conscientiam potest, an qui in ueſtigatis hæredibus nulloq; inuento, restitutionem in pios vsus confert: posteà reperto hęrede qui inuentus non fuerat, eidem nihilo minus debeatur restitutio. Apparet enim id ratio posſere: quoniam ille non debet inscius & inuitus priuari iure suo. Ad hoc respondetur q̄ quando restitutio alicuius est ponderis, hæreſque non inuenitur coram publica potestate, debet fieri diligentia: & penes ipsam deponendum est debitum. Si autē eius authoritate vel in pauperes vel in pios vsus dispendatur, tunc restitutor tutus manet, tā in conscientia quàm in foro iudiciali. In rebus autem leuioris momenti non est tam anxia indagatio necessaria. ¶ Quando verò creditor absens est, tunc quo commodiùs fieri posſet, transmittenda illi est restitutio. Quid autem si transmiſsio sine magno sumptu fieri non potest? Scotus quidem & Richar. in. 4. distin. 15. aiunt quòd quando ingentibus opus est sumptibus, nō tenetur debitor illos facere: sed potest tunc in pauperes quantum debet erogare. At verò. S. Thom. de sumptibus nihil meminit: sed consultò id concicuit: quia simplicem constituere regulam nō poterat. Est ergo discretione opus nempe per pendendum vtrum id quod debes per iniuriā retineris, an verò per contractum licitum: puta aut vēditione, aut mutuato. &c. Si enim per contractum licitum in tuum ius res illa venit, & ante solutionis tempus ille recesſit, nullas teneris facere expensas ad restituendum: quia non plus debes quàm acceperis. At si sine illis transmittere nequis, vel custodire debes, vel apud iudicem deponere. Nam in pios vsus non licet dispendere, nisi longo expectetur tempo

re. Si autem per iniuriam id illi debeas, puta si furatus es: aut si quātis iustè accepisses, tamē ante solutionē peregrè profectus in mala es fide absq; dubio teneris sumptibus tuis restitutionem illi mittere: quādoquidē cum stringeris indemnē seruare: quia absq; sua culpa fuo caret iure. ¶ De illo verò qui prorsus ignotus est gauius est, vsitatiusq; dubiū. Hic enim articulus ad istos coēmptores, & negotiatores ac salsamentarios spectat: qui minutatim quoslibet defraudant, atque expilant: ac subinde ad illos qui vrbem aliquam iniusto bello in prædam dederunt. Præterea ad illos qui inuenerunt thesauros: de quibus sub titulo de furto dicturi sumus. Huiusmodi nanq; debitoribus ignoti sunt sui creditores. Primū ergò omniū admonēdi isti sunt quisnā dicat ignotus. Haud enim quicūq; censendus est debitori ignotus, qui in sua nō est notitia, neq; memoria: sed ille prorsus qui facta pro ratione debiti solerti diligentia, inueniri nō potuit. Quapropter anteq̄ hæc fiat indago, nō licet in pios vsus restituenda dispensare: neq; cōpositionē facere authoritate Cruciatæ Bullæ. Illa enim præcise dicūtur debita incerta, quorū domini post vigilantē indaginē quæ bona fide fuerit facta inueniri nō possunt. Quin verò qui per iniustā acceptionē æs alienū contraxerūt, suis proprijs sumptibus tenentur eandē facere inuestigationē. Quocirca vbi sub dubio cōpertū fuerit, isti aut illi certò deberi: nēpè cùm duo ad tuam tabernā accesserint, & certus sis alterutrū defraudasse: licēt scire nequeas vtrū eorum: teneris nihilo minùs inter illos aut suos hæredes debitum æs dispertiri: quoniā tunc creditor non est omninò ignotus. Qua vtiq; ratione sunt qui cēseant eū qui certus est cuius ciuitatis fuerit ille cui restitutionem debet, si ille neq; hæredes haberi possunt, restitutionē debere pauperibus eiusdē loci. At verò nulla apparet huius necessaria ratio: sed forsan distinguere est operæpretiū. Dū enim exercitus ciuitatem cōmuni nomine fuerit deprædatus, tūc fortè si ignoti sunt domini, faciēda est restitutio, vt respublica ipsa eam distribuat. Quādo verò nō illo modo per iniuriā toti reipublicæ illatā contractum est debitum, sed per iniuriā singulariū ciuiūmon est necessārium in eodē oppido fieri. Est ergo conclusio doctorū omniū, q̄ ignoto dño, faciēda est pauperibus restitutio: vel potiùs ipsi in pauperib⁹, vt suprà dicebamus. ¶ Verūtamē quo modus hic restituendi de sua radice innotescat, quæritur quo iure pauperibus elargiēda sint quæ incertis dnis debentur. Vtrùm sit naturale, diuinùmve, an humanū. Quis inquàm illos fecit huiusmodi

Dubium quando creditor ignotus est.

Bulla Cruciata.

Dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

insmodi creditorum hæredes? Et arguitur sic. Obligatio restituendi iure naturæ vniuersos obligat mortales, siue Christiani sint, siue sola lege naturę viuentes: natura autem non docet, ignoto domino, pauperibus id deberi: imò videtur tunc res transire in ius possidentis. Habetur enim Inst. de rerum diuis. quòd res cuius non est dominus, occupanti conceditur: quando autem dominus non comparet, perinde habet ac si nō esset. Prætereà quòd restitutio fiat pauperibus, sola lege canonica introducta est: vt patet cap. Cum tu. de vsur. & can. Non sane. &, Qui habetis. 14.q.5. Pontifices autem non potuerunt inuitis dominis præter ius naturæ debita incerta in vsum pauperum addicere. Nam ante illa sancita decreta, non apparet ciusmodi restituendi modus fuisse necessarius.

Responsio. ¶ Ad hoc primùm omnium respōdetur, eiusmodi incerta debita, si ius tantum consulas naturale, in vsus communes reipublicæ cedere. Nam cum res vniuersæ, vt hb. præcedēti dictū est, traditæ in cōmuni sint humano dominio, quarum diuisio iure gētium facta est, fit vt dū expectatus legitimo tempore dominus, non compāret, iteratò veniant in vsum publicum. At verò quoniam Christi vicarius toti reipublicæ Christianæ curam pauperum gerit, iure & merito potuit hæc bona quasi cōmunia rei publicæ pauperibus applicare: qui eiusdem rei publicæ sunt egena membra. Idque Alex. sub anno Domini. 1170. faciendū, Salernicano Archiepiscopo iussit: vt patet dicto cap. Cum tu. de vsur. Non tamē quòd ipse fuerit primus rei huius author: sed exemplo adductus est antiquissimorum sanctorum Augustini scilicet, vt can. citatis. 14.q.5. constat: atq; aliorum. Quin verò & naturali iure edoctus & Euangelio. Nā quod cuiq; superest, erogandum est in pauperes: huiusmodi autem bona redundare censentur in republica. ¶ Ex quo sequitur primò dominium harum rerum non transire in pauperes, ac si creditorum hæredes essent, sed dum ipsis dātur, quasi creditoribus ipsis soluitur. Et tunc per datione ipsam acquirūt verum dominium: quasi Papa tunc dominorum nomine illis tribuat. Subsequitur deinde secundò quòd respublica in alios vsus pios illis debitis egerit, cessat tūc ius erogandi pauperibus. Et potest respublica illa in tales vsus consumere. Nam ius positiuum non potuit naturali derogare. Ob idq; princeps tunc secularis forte potest incerta ipla debita exigere & cōpositionē facere puta pro certa quota reliquum remittere, vt fecit Papa: vt illicò dicemus. ¶ Quòd si sciscitaris an quisq; priuatim possit illa quæ debet, vt libuerit, in pauperes diffundere: D. Tho. nihil hic de hac re fassus est: tamē in. 4. dist. 15. q. 1. ar. 5. ait debere fieri restitutionē secundum arbitrium episcopi, vel illorum ad quos pertinet cura ciuitatis. Vbi insinuare videtur rem publicam ipsam talē habere facultatem. Sco. verò eâdem distin. q. 2. negat id esse necessariū: imò ait per se quemq; id exequi posse. quē Richar. ibidē sequit, ar. 5. q. 4. Crediderim tamen, vbi modica est restitutionis quantitas, per se quemlibet restituere id posse. Cū verò res est cumulatioris pretij, consiliū est vt arbitrio prudentis confessarij fiat: imò posset tam ingens esse, vt consulendus etiam esset episcopus, vt eius prudentia cōmodiùs restitutio fiat. Haud tamen id ceu de necessitate salutis asseruerim. Neq; S. Tho. diuersum docuit. Maximē cum in Summa de hac re siluerit. ¶ Vtilior autem erit responsio, vtrum ipse qui æs habet ignoti domini posset sibi partem capere, dummodo sit pauper: vel suis consanguineis & familiaribus elargiri. Caietan. quidem id absolutè affirmat: ego verò absq; temperamento non audirem. Si enim hanc facias vnicuihbet licentiam, illico sibi suisq; effinget paupertatem pro ratione sui status, vt aiunt. Igitur vbi necessitas non fuerit patentissima & clarissima, nemo tutò potest sibi vsurpare quod restituere debet: licet posit restitutionem differre. At si cogitat sibi capere, id debet facere authoritate episcopi, aut sui paroeciani curati, aut confessarij, si prudens est & sapiens. Idq; tunc fieri licebit quando grauiores aliæ miseriæ pauperum nō se oculis obijciant. Quando verò authoritate prælati aliqua sibi eleemosyna ex ijs quæ debebat applicatur, rerè fit eius dominus: neq; veniens in pinguiorem fortunam tenetur id amplius restituere. ¶ Percontaris autem de compositionibus ijs quas nuperrimè nominauimus, sint ne licitę, vt Cruciatæ forma habetur: pè vt qui incerta debita cōtraxerit certam soluens portionem liber fiat à reliquo debito. In huius responsione interrogationis illud semper optima fide cauēdum est, ne quispiā se ipsum seducat, arbitratus quidpiam censeri incertum antequàm diligens peragatur indagatio ad eō periendū debitorem. Hoc autē suppositio nulla esse videtur ambigendi ratio, quin si legitima adsit causa possit Summus Pontifex eiusmodi cōpositiones facere: quandoquidē iure naturę, vt dictū est, illa bona sunt reipublicæ quæ tunc in tales vsus illis indiget. Quin verò vt proximè insinuabam quando reipublicæ necessitas esset apertissima, rex quoque forte posslet id facere. Tametsi quia Summus Pontifex iustior est eleemosynarum iudex, neq; causa ita semper est euidens, ille adeundus est, cuius authoritate id fiat. Quòd si quis arguat, ignotos creditores forsan non cōsentire: id negatur imò consentire videntur, quia illa habēt pro amissis & liberiùs quisq; ac gratātiùs contribuet centum quæ pro perditis omninò ducit, quàm quatuor quæ habet in crumena. Et quanuis non cōsentirent, respublica id potest facere. Sed rursus arguis: quanuis illa Papa colligere possit, quam tamen habet facultatem remittendi partem? Respondetur quòd tanq; legitimus iam tunc bonorū administrator propter ingruentem instantemq; publicam necessitatem, vt facilius expeditiusq; fiat collectio, potest partem condonare vt reliquū soluatur. ¶ Hactenus de iure. De facto nanq; & executionis modo nihil loquimur. Aequitas enim iuris huius hæc est, vt per eiusmodi cōpositiones tanta conficeretur pecunia publica, quæ vel alia tributa vel bonam eorum partē possent excusare: idq; sic fieret, vt non offerretur iniquis suæ iniquitatis ansa: & tamen ex centum & quinquaginta argenteis quæ reipublicæ pauperibusq; debentur, tantùm colligere duo: ac remittere reliqua plus detrimēti offert pauperibus, quorū Papa est pater, rexq; patronus, q emolumenti in bonum publicū conferat. Præterea præsentissimum creatur periculum istis coēmptoribus & raptoribus, vt huius fiducia nihili faciant quoscunq; passim defraudare. Atq; idem periculum fit inde præsentius, q certi sunt tertio quoquo anno eiusmodi indulgentias prouenturas. At verò bellorum frequentia quæ non tantùm ab infidelibus nobis in dies ingruūt, huius inter alia nobis sunt causa mali, vt in conquirendis vndiq; subsidijs modum non permittat. Quocircà neque nos in quenquam obloquimur: quia neq; nostra est authoritas tanta neq; audacia. Sed tamē post quàm ius probamus, admonere sub inde coguntur fraudatores istos publicos, cōemptores inq ac negotiatores ne fiducia istius modi immodicæ remissionis freti contrahere fraudibus pergant æs alienum: & quòd si fecerint, restituere non tardent. Nam qui propositum non habet restituendi quouisq; veniat indulgentia, in peccato mortali se sciat persistere: quoniam habita restituendi opportunitate, per nullum tempus licet alienū retinere.

Ad quartum argumentū. AD quartum argumentum respōdetur vtiùs stringi parētibus succurrere, quàm alijs: ea verò quæ aliorū sunt, potiùs illis sunt repēdenda quàm impendēda parētibus: nisi forsan

ait S. Tho. in casu necessitatis extremę, in quo posset & deberet quisq; etiam auferre alienū, vt patri subueniret. ¶ Contra hoc autem postremū verbum de tempore extremæ necessitatis dubia existunt nōnulla. Atqui vt inde exordiamur, vbi patentior est dubitandi ratio, quæritur vtrum debitore & creditore extrema necessitate coactis teneatur debitor creditori prę se ipso succurrere, an potius sibi ipsi illo negecto? Et quidem Scotus. 4. dist. 15. q. 2. hac vtitur distinctione. Si creditor in necessitatem prius incidit, tenetur tunc debitor illi soluere: si verò prius debitor, tenetur sibi prouidere. Atqui ambo hæc membra adeò sunt certa vt de neutro possit vllus dubitare. Nam etiā si nihil extrema patiēti deberes, cogeris illi succurrere: & quando tu eâdē necessitate strāgularis, quanuis nihil tibi alius deberet, teneretur tibi. Quādo autē simul eadē necessitas ambos occupat, tūc ait Scotus debitorē, vita propria post habita debere creditori quod suū est reddere: quare homicida, inquit, esset, si sibi tūc vsurparet. Neq; desunt alij, quorū est Richard. qui in eius sententiā subscribāt. Et ratio eius est hæc, quòd cùm ambo necessitate pares sint, hoc iure creditor debitorem superat, quòd res illa necessaria, nempe cibus aut pecunia quam debitor retinet ipsius est, scilicet, creditoris. Et potuisset suā prēterea opinionem inde suffulcire, quod in tali necessitate neuter posset ab altero quòd ei necessariū erat eripere. Ex quo fieri videtur consequens vt neq; debitor tunc retinere id posset quod alterius est. Idem enim esse videtur ac si ab ipso id eriperet. Nihilo mi nùs contraria sententia non solùm multò est probabilior, verùm proculdubio complecten da. In primis S. Tho. licēt non id expresse asserat, insinuare tamen illam videtur: quandoquidem absque vlla exceptione ait, quòd casu extremæ necessitatis, citiùs debitor deberet præsidio esse parētibus: & à fortiori, sibi. Quare Caieta. eandem amplexus est sententiā. Ratio autem est hæc, ab illa Scoti diuersa. Ambo sunt necessitate pares: & possidentis conditio quæ melior semper est, plus debitori fauet, quàm fauebat creditori rem sibi esse debitam: ergò sibi potiùs debitor consulere debet, saltē potest, quàm creditori. Enimuero tam intimè innatum est homini generalissimum illud rerum omnium desiderium, ac subinde ius seruādi se se, vt nulli quicquam tunc plus debeat q sibijpsi. Quocirca siue per contractum licitum id ab altero acceperit, siue per furtū aut rapinam: siue in morā sit soluendi, siue secūs: in summa, quomodocunq; illud alteri debeat, ius sibi

Dubium. Sententia authoris. D. Thomas. Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

retinendi natura ipsa cõcedit. In tali enim casu vniuersa cessant alia debita. Quare etiam si iureiurãdo te astrinxisses soluere illa die, iure naturæ intelligebatur facta exceptio extremę necessitatis. ¶ Et confirmatur sententia hæc ratione, ni fallor manifesta. Iure naturæ, vt dictum est, omnia sunt communia, sed iure gentium, rerum dominia diuisa sunt: ius autẽ gentium nequit extremæ necessitati præiudicium facere: atq; adeò, illa præsente, quantum ad vsum, omnis cessat vis peculiariũ dominiorum, ac subinde debitorũ. Quocircà etsi dominus priùs in necessitatẽ illam extremam impegisset, qua ratione sub reatu homicidij tenerẽr illi quod debebam soluere. Si tamen non solui, & postea ego in eandem incidi necessitatem, iam tunc non teneor. ¶ Respondetur ergo ad argumentum quod faciebamus diuersam esse rationem, tũne rem possideas quando extremè pateris, an alter qui simile patitur. Si enim ille possidet, tu non posses illi surripere: eò q̃ tunc surripere esset occidere: quia esset vera actio, qua vitam alteri directè adimis, ac si hominem strangulares. Quando verò tu possides, id est penes te rem quomodocunq; habeas, nõ agis, sed tãtùm cessas succurrere cum possis. At verò non succurrere cum possis, non est directè occidere: neq; verò per accidẽs, nisi quando te peris succurrere: & in tali casu nõ teneris. Sic enim intelligẽdum est Ambrosianum verbũ, Quem pascere potuisti, si non pauisti, occidisti. Intelligitur enim quando non te aliud ius excusabat. ¶ An verò parente tuo ac tuo pariter creditore in eandem extremam necessitatẽ coniectis tenearis potiùs patri quàm creditori, arbitror problẽma esse in vtrãq; partẽ probabile. Et qui dixerit, creditori, bona quidem ratione tuebitur. Nam solũ illud ius quod vnusquisq; habet seipsum seruandi, videtur in tali casu vsum alienę rei debitori vẽdicare. Qui verò crediderit parenti potiùs, & ipse quoque pietatis officium prætexere sibi poterit. Nam fere idem est, patris ac tuam ipsius vitam seruare. Sed tunc idem crediderim de vxore & filio. Nam ad fratres minimè liceret idẽ protendere ius. ¶ Vtrum verò qui extrema suppressus egestate rem insumit quam alteri vel anteà debebat vel tũc arripit, debito absoluatur: an verò pòst ditior soluere nihilo minus obligetur, decidere supereſt. Nam quòd prorsus absoluatur, argumentum est: quòd si tunc ab altero eriperet nõ teneretur. Ad hoc scitè Scotus loco citato per hanc distinctionem respondit. Si ille virtute alius cõtractus rem illã anteextremã necessitatẽ debebat, non fit à restitutione immunis: sed si tunc accipiat, non fit à restitutione immunis: sed si tũc accipiat, non sit restitutioni obnoxius. Et ratio est in promptu: quia cùm in extrema necessitate omnia sint communia, tunc qui capit, nullũ contrahit debitum. Nihilo minùs si debitum erat contractum, non est cur dissoluatur præcedens vinculum: manebit ergò. ¶ At verò Adrianus in materia de restitu. huiusmodi disiunctionem non admittit: sed absolutè tenet, illum qui extremę subditus necessitati aliena capit pinguiori arridente fortuna ad restitutionem teneri. Cui & sui assectæ non desunt. Quin verò eius opinionem corroborant. Et pondus suorum argumentorum huc propẽdet, quòd in extrema necessitate non omnia sunt communia, quantũ ad dominium. Nam aliàs qui tunc indigenti non succurreret, ad restitutionẽ posteà tenerẽtur quod re vera non est credendum: eò quòd succurrendi præceptum non est iustitiæ, sed charitatis. Sunt ergò non aliter communia quàm ad vsum: quo fieri videtur vt transacto vsu, teneatis ad restitutionem rei. ¶ Secundò arguitur. Extremè indigenti abundè subuenitur per rem mutuatam: nemo ergò tenetur simpliciter dare: atque adeò qui rem consumit, subiectus manet restitutioni. Et tertiò. Extremè indigẽti non tenetur medicus suas gratis impendere operas, neq; pharmacopolæ sua donare pharmaca. Satis enim est si solutionem expectent. Accedit & tex. can. si quis. de furt. Vbi habetur quòd qui propter necessitatem famis aut nuditatis aliena occupauerit, si postea oblatũ reddiderit, non cogatur ieiunare. Vnde à contrario sensu colligitur quòd si non reddiderit, ieiunare cogatur. ¶ His nihilo minùs nihil obstantibus perſistendum est in priori sententia: dum tamen rectè explicetur. In primis quando res est parui momenti omnes fatentur nullam restare restituendi obligationem: sed si res qua extremè ille indiget maioris est existimationis, considerandum est sitne ille simpliciter indigens: nẽpè qui nullibi habeat vnde soluere possit: an verò licèt id huic nõ habeat forsan habet alibi, vel ei debetur. hìc enim nõ est cẽsendus simpliciter indigẽs: & ideo satis est si quis ei credito mutuet vnde suæ necessitati occurrat. Sola enim absoluta necessitas ius in tali casu accipiẽdi alienũ facit: Si autẽ sit simpliciter indigens, citra cõtrouersiã esse debet quod ille nulli manet obnoxius restitutioni si rem qua indigebat insumpsit. Enimuerò licèt ita sit quòd tunc solùm sint omnia communia quãtum ad vsum: tamen quia in his quæ vsu cõsumuntur, ad vsum lege naturæ sequitur dominium: vt puta si sit cibus, aut potus, aut pecunia: qui accipit, fit dominus. Et in hoc, si nos nõ fallimur, contraria opinio suos decipit. Esse ẽm cõmunia omnia quo ad vsum, est q̃ tunc possit indigẽs res alienas insumere ac si suæ essent. Atq; adeò non tenetur creditò recipere, sed alter tenetur gratis dare. Si verò res esset quæ nõ vsu consumitur, tunc cessante necessitate tenetur illã reddere. Vt si quis eqũo alieno vteretur vt periculum mortis effugeret: aut si indigeret lecto tẽpore infirmitatis. Per hoc respondetur ad argumentũ de Medico, deq; Pharmacopõla. Porrò nanq; si alter extremè indigeret sua opera vel sua medicina, teneretur sub peccato mortali: licèt circunstantes tenerentur nihilo minus eodẽ ligamine cõtribuere, si res esset adeò pretiosa. Tametsi in his medicinis subtrahendis nõ adeò frequens contingit culpa sicuti in cibo, ac in alijs rebus: quia nõ ita esse solet necessaria: neq; misericordiæ vinculũ obligat vt morti pauperis admodùm pretiosa medicina occurratur, tantâve medici solertia. ¶ Quod autem ex cap. si quis. de furt. adductum est, nihil sanè ad rem pertinet: planum quippe est illic mentionẽ non fieri necessitatis extremæ, vt bene ait gloss. sed leuioris. Ait siquidem tex. Si quis propter necessitatẽ occupauerit, &c. pœniteat hebdomadas tres, & liquidũ est q̃ cùm in extrema necessitate alienũ occupare, nulla sit culpa, nulla imponeretur pœnitentia.

Solutio quinti argumenti in longã nos hinc transmitteret disputationem de restitutione bonorum clericorum, quæ non ritè expenduntur, sed in malos vsus dissipantur: nisi latissimis esset de hac nobis habendus sermo, lib. 9. & 10. à quo ideò in præsentiarum supersedendum est. Quod autem ad rem præsentem attinet, trifariàm prælatus res ecclesiæ vsurpat. Vno quidem modo si res illa non sibi deputata est, sed alteri: puta capitulo: Et tunc qui res illas ab illo præfecto receperit, siue dono siue pretio, tenetur eas ratione rei acceptæ restituere vero domino. Si verò res ecclesiæ quæ sub sua sunt administratione: vt si exemplum ponamus in fabrica, vel in alijs, alienauerit in consanguineos vel in alios, illi tenentur restituere, non episcopo: nè illas iterum disipet: sed ecclesiæ, vt in depositò essent vsque ad futurũ possessorem. Sed si penes se illas retinet & veluti proprias possidet, satis est vt animum illum deponat.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ille qui accepit, teneatur semper restituere.

POST circunstantiam cui, sequitur quis: de qua sunt duæ quæstiunculæ. Prior huius secundi articuli est, vtrùm vniuersim qui accepit, quisquis ille fuerit, teneatur restituere. Et arguitur à parte negatiua. Restitutio (quod identidem repetimus) est æqualitatis constitutio: qua scilicet ab eo subtrahitur qui plus habet, & ei apponitur qui habet minus. Vsu autem sæpenumerò venit vt qui rem sustulit citra suam culpam sit illa priuatus: vt si quis ab eo eandem surripiat: ergò tunc non tenebitur eandem restituere. ¶ Secundò. Nullus tenetur suum prodere crimen: secundùm illud Chrysosto. Non tibi dico vt te prodas. cõtingit autem quandoq; vt debitor citra suam infamiam restitutionem facere nequeat: ergò tũc iugo restitutionis liberatur. ¶ Tertiò. Vna res vna simplici restitutione contenta est: contingit autem nonnunquàm vt quam multi furati sunt, vnus in integrum restituat: ergò alij tunc ad nullam amplius restitutionem tenentur: atque adeò non omnis qui rem sustulit, ad restitutionem obligatur. ¶ In contrarium autẽ est quòd ille qui peccat satisfacere pro culpa tenetur: culpa autem, vt ait Augustinus, non dimittitur nisi restituatur ablatum: ergò eidem incumbit restitutionem facere.

QVæstio hęc in materia restitutionis egregium obtinet locum. Ad quam ideo distinctione præmissa quatuor conclusionibus respondetur. In eo nanq; qui rem occupat alienam duo est cõsiderare: scilicet & actionem qua eam accepit, & rem ipsam. Est ergò prima conclusio. Quicunque penes se rẽ habet alienam, ratione rei ipsius quæ accepta est, tenetur eandẽ vero domino restituere. Probatur. Quicunque enim habet vltra id quod suum est, debet illi reddere cuius est: hoc enim ratio iustitiæ commutatiuæ exigit: quippe cuius officium est æqualitatem inter eum constituere, qui minus habet, & eum qui plus. ¶ At verò acceptio ipsa triplex esse cõsueuit. Quandoque nanque est iniuriosa: nempe quæ inuito domino fit: qualis est furtum & rapina: de quo membro statuitur secunda cõclusio. Quicunque rem per iniuriam accepit, tenetur eandem ratione acceptionis restituere: etiam si illam iam apud se non habeat, sed fortè sibi furto sublata sit. Probatur. Quicunque alteri iniuriam intulit, tenetur eandem resarcire: etiam si nulla sibi fuerit inde lucri accessio facta: eo scilicet quòd alteri vel famam vel honorem abstulit

Distinctio.

Prima cõclusio.

Acceptio triplex.

Secunda cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stulit: ergò eâdem ratione qui rem iniustè eripuit, quandoquidem in re illa damnum dedit, restituere iure cogitur. ¶ Secũdo modo: actio illa citra donationem accipiendi iusta esse potuit, atque in vsum & commodum ipsius qui accepit: vt cùm quis rem susceperit mutuatam, vel credito emptam, de quo subijcitur conclusio tertia, superiori similis. Quicũque hoc modo rem accepit, tenetur eam vel pretium restituere: non solum ratione rei acceptæ si apud se perseueret, verùm & ratione acceptionis: etiam si illam qualitercunque amiserit. Conclusio est clara: nam qui alienam rem iustè citra donationem in vsum suum accepit, nõ solum propter beneficium acceptum, sed de iustitia obligatur illum indemnem seruare. ¶ Tertio modo: Acceptio etiam iusta esse potest ex voluntate domini, quæ tamen non vergit in vtilitatem recipientis: sed in rem ipsius qui dedit. De quo adhibetur quarta, eademq; bimembris cõclusio. Nemo qui ceu depositarius rem alienam seruat, tenetur ratione acceptionis illam restituere: sed ratione rei quam habet acceptam. Quare si citra suam culpam illam perdiderit, nulli restat restitutioni subditus: secùs autem si magna sua culpa illam amiserit. Probatur priorpars contrario modo quàm tertia. Qui illo modo rem accipit, nisi pretio custodię suscipiat, vel aliter se seruare constrinxerit, non fit eiusdem rei custos ratione iustitiæ: sed ex gratia & beneuolentia: & ideo si absq; sua culpa res perdatur, nõ ipsi sed domino perijt. Secundæ verò partis probatio est. Quòd iure naturæ (vt regula habet iuris) qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. Quare si tua grauis culpa in causa fuit vt res periret, reus inde fis damni repensandi. ¶ Vt autem conclusiones istę suo ordine examinentur ex duabus prioribus regula cum primis colligenda hæc est. Omnis restitutionis obligatio ex altero duorum capitum enascitur: videlicet aut ratione acceptionis, etsi rem non habeas, & ratione rei acceptæ quam habes licèt illam non acceperis. Quare si accepisti & habes, vtroque es funiculo colligatus. Nomine autem acceptionis quæcunq; actio intelligenda venit per quã damnum dedisti, aut iniuriam irrogasti: etiam si nihil fueris lucratus: vt si incendisti alienas ædes, aut contumeliatus es. ¶ Quo fit rursus vt quomodocunq; res in tuam potestatem venerit, scilicet iustè, aut iniustè pretio aut gratis, cum primùm resciueris esse alienã, teneris domino reddere: non solum charitatis iure, sed etiam iustitiæ. Vt si ab illegitimo possessore: verbi gratia, à latrone, vel furto, vel dono, vel mutuo, vel in depositum receperis, vel pretio emeris, reperto domino teneris illi conferre: ni si ius tibi fortè fauerit præscriptionis. Probatur cõclusio. Duobus tantùm medijs quæstione. 5. diximus rem legitimè possideri: scilicet aut domini voluntate, aut legis permissu: quomodocunq; autẽ ab illegitimo possessore rem susceperis, neutra istarum causarum interfuit: quia neque verus dominus annuit, nec lex concessit: nullatenus ergò dominium nactus es, atque adeò reddere dnõ cogeris. Quod si non feceris, cum sine tuo magno detrimẽto, vt suprà diximus, id exequi possis: sed illegitimo reddideris possessori, restitutioni manes obnoxius: quandoquidem de iustitia tenebaris. Credidisse ignorantiã iuris: quæ si excusat à culpa, excusabit subinde à restitutione. Haud enim tenetur plebeius quisque has iuris subtilitates scire. Et ideò qui id quod à latrone receperit ignorans, & bona fide eidem reddiderit, non est in conscientia restituere cogẽdus. Exceperim prætereà ius præscriptionis: quoniam postquàm emptionis titulo aut donationis, qui legitimus est, rem bona fide iusto legis tempore possedisti, licèt tibi posteà innotuerit esse alienam, immunis es à restitutione. Secùs si furto eam sustuleris: quia semper caruisti titulo, ideoque nunquàm præscripsisti. ¶ Ratio hinc tamẽ dubitandi exurgit, quidnam hic rei nomine sit intelligendum: vtrùm scilicet res ipsa præcisè, an verò etiam fructus. Et loquamur, exempli gratia, de illo qui non ratione acceptionis: sed solum ratione rei acceptæ tenetur. Emi fundum â latrone qui mihi fructus tulit: vtrùm teneat etiam fructus restituere. Ad hoc respondetur per regulam iure solennem ac celeberrimam. Quicunq; solùm ratione rei acceptæ restitutioni subijcitur, tenetur rem, seu id quod illius habet, & quicquid quo per ipsam factus est ditior, restituere: non tamen illud quod bona fide consumpsit per quod non est factus locupletior. Regula est iuris. ff. de peti. hęred. Licet veniunt. §. Præter hæc. qua regula ait glossa nulla esse veriorem. Et. l. sed & si lege. eodem titulo. Exẽpli gratia, teneris restituere fructus arui alieni: non solum quos habes, sed quos illis consumpsisti vsibus: in quibus nisi illos habueres fructus, alios insumpsisses. Deductis tamen expensis & laboribus. Si tamen illos ideo consumpsisti quòd, verbi gratia, amplus fundus tibi donatus est, cuius donatione ductus statum mutasti & splẽdidiùs vixisti: tũc sine non teneris nisi in eo quod aliàs cõsumpturus eras. Pari modo si vestem sericã vili à latrone emisti, qua

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Regula notanda.

Quæstio.

Dubitatio.

Regula ad tollendã dubitationẽ.

sti, qua ratione illam vsu attrieueris: cùm aliàs non induereris sericò: non teneris nisi ratione vestis quam indui solebas. Similiter si donato tibi à latrone equo vsus es non in necessarijs casibus ad quos equum vel emisses vel cõduxisses: nihil pro vsu teneris restituere: quia non es factus locupletior. Secùs aũt si eius operas locasti, quibus factus es ditior: tũc enim deductis sumptibus in reliquum teneris. Pari modo si furtiuas escas inuitatus à latrone bona fide insumpsisti, in nihilum posteà teneris, nisi domi eras aliquid insumpturus. Ex quo fit quòd si rem illam quam ab illegitimo possessore bona fide accepisti citra magnam culpam tuam amisisti, nulli manes restitutioni subditus. Vice versa, si rem furtiuam quam dono receperas, pretio vendideris, teneris posteà idem pretium restituere: vtpote per quod factus es ditior. Intelige autẽ si factus es locupletior ex re ipsa: nam si ex tua industria id tibi accreuerit, ad illud restituendum non perstringeris. Vt si pecunia aliena negotiando tuam auxisti substantiam, de solo capitali teneris. Per hæc ergò de cæteris conijcito. ¶ De illo autem qui per iniuriam rem alienam retinet, alia est ratio: tenetur quidem de damno emergẽte, & de lucro cessante: vt sub titulis de furto & de vsur. iterum videbitur. atq; de omnibus fructibus quomodocũq; illos cõsumpserit. Non autẽ de illo lucro quod per suam industriam per furtiuam pecuniam acquisierit: vt locis citatis locupletius monstrabitur. ¶ Contra hanc autem decisionem est argumentum, illum qui rem à latrone bona fide emit, non teneri gratis reddere vero domino. Dictum enim est articulo præcedẽti, ratione rei acceptæ neminem ad restitutionẽ cum magno suo detrimento obligari: nemo ergò tenetur sine sua culpa secundum conscientiã dispendium pati pretij quod expendit. Si furto inquam, vel mutuo, vel dono accepit, bene quidem: de emptore autem alia esse videtur ratio. Ob hoc fortè non deerit qui arbitretur licère tunc emptori rem latroni reddere vt pretium recuperet: Nihilo minùs id falsum est. Licitum quidem ei est si fieri potest latronem conuenire, & capere à quo pretium extorqueat: tamẽ periculo rẽ exponere vt in manus domini nõ veniat, non est licitum. Res enim ipsa in cuiuscunq; potestate sit, reũ eum facit reddendi legitimo: quòd si non faciat ad restitutionem obligatur: vt suprà dictum est. Et confirmatur hæc veritas. Nam si latro disparuisset, vt comparère non posset, tunc qui rem emit debitor esset domino: eiq; in foro iudiciali compellere tur rem cum iactura pretij exhibere: quod, vt suprà diximus, signum est teneri illum de iustitia: ob id autem quòd reperiri latro possit, idem dominus nullum ius amisit: ergò etiam tunc tenetur domino. Et confirmatur: nam si in foro iudiciali compertum esset illũ emptorem posteaquàm certò sciuit rem esse alterius domini tradidisse latroni, cõuinceretur domino soluere. Quocirca quando diximus non teneri possessorem rei alienæ, ratione solum rei acceptæ restituere cum suo detrimẽto, intelligitur de illo detrimẽto quod ab alio timet, videlicet quo impeditur ipsa restituendi actio: non autem de iactura quam ipse fecit emendo. Quicũque enim sibi videat dum emit: sciens illo periculo emere, vt si res aliena sit pretium amittat.

De restitere pro ablatam rem alienã.

Argumentũ contra.

¶ Quid autẽ iuris si ille qui à latrone rem mercatus est alteri bona fide vẽdidit: vtrùm sciens posteà esse alienam, contractum teneatur rescindere, reddereq; pretium suum emptori & rem domino. Apparet enim non teneri quandoquidem neque tenetur ratione acceptionis: quippe cùm neque ipse rem accepit, nec fraude vendidit, neque ratione rei acceptæ: si quidem neque eam habet, neque per eam factus est ditior. Supponamus enim tanti vendidisse quanti fuerat mercatus. Nam si pluris vẽdidit, haud dubium quin illum pretij excessum teneatur domino reddere: eò quòd pars illa rei penes se est. Argumentum sanè est quod posset multos decipere. Nam si res illa, vt suprà diximus, primo emptori citra suam culpam fuisset furto sublata, vel bona fide consumpta, taliter vt non esset factus ditior, in nihilum teneretur: cum ergò bona fide vendidit idem apparet iudicium. Nihilo minùs respondetur quod etsi domino eiusdem rei nõ manet obligatus, vt argumentum conuincere videtur: tamen tenetur emptorem suum indemnem seruare. Et ideo cùm sciat nullum in eum transtulisse dominium, sed iure restituendi periclitari, iure cogitur suum ei restituere pretium. Perinde ac si à latrone vitrum pro pretiosa gemma magno emisset, eodemque pretio bona fide rursus vẽderet: sciens nanque tum postea rei falsitatem, teneretur contractum rescindere. ¶ Ex quo sequitur quòd si emptor ille secundus non compãret: neq; vllus sit metus quòd sit ab illo exigenda res illa: tunc ille qui bona fide illi vendiderat, licèt tunc sciat fuisse alienam, ad nullam restitutionem tenetur: quoniam à domino rei liber est, postquàm nec rem habet, nec factus est per eam ditior: & alteri nullum dedit damnum. ¶ Horum instar cẽsendum de illo est, qui bello iniusto res deprædatus est: bona tamen fide quia putabat esse iustũ. Tunc enim sciens

Dub. de vendẽte bona fide rẽ à latrone emptam.

Solutio dub.

Deprędabẽti iniusti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

posteà non fuisse iustum, tenetur illa restituere quibus factus est ditior: non autē ædes quas incendit, aut animalia quæ occidit. ¶ De negotiatoribus autem qui crebros fecerunt contractus, quos legitimos esse censebāt, posteà verò intelligunt fuisse vsurarios, vtrum satis eis sit illam præcisam pecuniam restituere quam per vsuram lucrati sunt: an verò etiam illam quam rursus negotiatione eiusdē pecuniæ acquisiuerunt, sunt qui dubitāt. Apparet enim eis pecuniam vsurariam cum lucris etiam esse restituēdam: illo adducti simili quòd res aliena cū fructibus est restituenda. Sed absq; dubio satis est si vsurariam pecuniā restituant. Nam cum pecunia de se non sit fructifera, sed per negotiantis industriam nulla à rebus adduci potest similitudo quæ per se fructificant. De hoc autem rursus libro. 6. Atque hactenus de primis duabus conclusionibus. ¶ In tertia verò exiguum latet dubium. Designabatur enim secunda acceptionum species, quando quis iustè quidpiā recipit in suum proprium cōmodum & vsum: vt mutuum: & assertum est tunc ratione acceptionis, etiam si res citra culpam perdatur, necessariam esse restitutionem. ¶ Apparet tamē contrarium esse cap. vnicum. de commod. vbi habetur quòd qui sine sua culpa cōmodatum perdidit, ad nihilum tenetur. Res tamen est facilima. Commodatum quippe & mutuū differūt, si ad nomina spectes, quòd illud restituēdum est in propria specie: vt si equum vel vas commodato receperis quæ vsu non cōsumuntur: mutuum autem non est necesse in eadem specie restitui: vt si pecuniam, aut vinum, aut grana mutuo receperis, quæ vsu cōsumuntur, satis est reddere pretiū. Reale tamen discrimen est quòd rei commodatæ non transfertur dominium, sicuti rei mutuatæ. Et per hoc detegitur spiritus legis. Rem nanque tibi commodatam non debes ratione acceptionis: quandoquidem non es eius constitutus dominus: ob idque dum sine culpa tua perit, nō tibi sed domino perit: sicuti si penes ipsum deperijsset. At vero commodationis iure teneris, etiam de leui culpa, vt text. ipse ait. Non quidem in totum, sed in partem pro ratione culpæ. Et quod de accommodato dicimus, de locato quoque intelligito. Nam si mihi vel domū vel equum locasti, quanq; in communem vtriusq; vtilitatem cesserit, si tamen res sine mea culpa perditur, nihil debeo. Illi enim se periculo locator subijcit: teneor tamen de leui culpa, in partem: & de graui, in totum. Quādo verò tibi mutuatur, quia dominus eius constitueris, ratione acceptionis efficeris restituendi debitor. Quare licèt citra tuam culpam pereat, tibi, qui dominus es perijt, onereq; adeò restitutionis nō exoneraris. ¶ Atq; hinc commodè transitus fit ad quartam conclusionem de depositō. Nempè quòd depositarius non tenetur rem restituere, si citra magnam suam culpam illam amiserit. Ità. ll. habent. 1. & 2. de depositō. Itaq; inter accommodatum & depositum differentia est, quòd commodatarius tenetur de leui culpa: eo quòd in suum cōmodum rem petierat: atque adeò de iustitia tenebatur eam custodire. Depositarius verò non nisi de magna: quia non in suam vtilitatem illam custodiebat: & ideo solùm charitatis beneficio tenebatur eam seruare. Intelligendus ergò est depositarius, vt suprà diximus, qui merè est depositarius, hoc est qui non pretio se obligauit custodire: nam huiusmodi custos etiam si citra suam culpam rem predat, de iustitia tenetur: sicuti qui contractu assecurationis, periculum mercū subit. Quòd autem magna culpa eum obligat ratio est quòd causam damni dat: & ideo iurisconsulti appellant eam latam culpam: & aiunt talem teneri de dolo. ¶ Dubium autem est quæ nā culpa dicatur leuis, quæ verò grauis. Et quidem primo aspectu videtur culpa leuis, illa cen seri, quę apud Deum venialis est: atque illa grauis quæ apud ipsum est lethifera. At verò non est ita to Theologo more differentia hæc pensanda, sed iuridico, secundùm humanum arbitramentum. Crediderim nanq; in foro conscientiæ leuem culpam commodatarij non obligare eum ad restitutionem, nisi sit mortalis apud Deū: nam à venialibus vix homo liberari potest: quare propter illas nō est homo tāta pœna plectendus aut mulctandus: sed dicitur arbitratu humano & iuridico leuis, respectu alterius qui in depositario cumulatior requiritur vt condemnetur. Hæc autem omnia existimāda sunt secundùm iudiciale forum: cuius sententiæ in conscientia standum est.

Dubitatur 3 cōclusionē.

Differt Inter cōmodatum & mutuatum.

Alia differentia.

Dubium.

Ad primū argumentum.

Ad secundum argumentum.

Dubium.

Ad quod. D. Tho. nil ampliùs respōdit quàm

Caietanus.

ADd primū igitur argumentum respō sum est q; qui tenetur ratiōe acceptionis, nō solum æqualitatem tenetur facere: quia plus ipse habet, sed quia alter habet minus. Quocirca etsi quomodocūq; rem amiserit, debitor nihilo minus manet. ¶ Secūdum argumentum exquirebat quomodo sit faciendā ab eo restitutio qui secreto delicto rem vsurpauit alienam: nan ille non se tenetur prodere. quòd tunc id per confessarium secretò peragi debet. Si autem illo fieri nō potest secreto modo, quid tunc faciendum superstit, nil respōdet. Caietanus autem arbitratur nunq; cum pericu-

lo famæ necessariā esse restitutionē. Hanc autem suam vniuersalem regulam superiori quæstione planè ac plenè arbitror esse cōfutatam: imò verò prudenti discretione vtendum est, vt pretium famæ cum iniuria & dāno quod datum est conferas, ac perinde iudices an aliqua sit facienda famæ iactura vt restitutio fiat: tum præcipuè quando res pendens, & (quod aiunt) in fieri est vt possit recuperari. ¶ Dubiū autem inter Doctores vulgatissimum est de adultera quæ nothū filium marito suppositi, vtrum se prodere teneatur nè legitimos hæreditate defraudet. Multa enim tā Theologi doctores in. 4. distinct. 15. quàm iuris interpretes eademq; varia de re ista commentātur. Extat enim casus in. c. offic. de pœnitē. & remiss. Et quidem vt à certioribus rem aucupemur, operæpretium est distinguere. Aut enim mulier illa, vel dotem vel bona alia habet propria, eademq; libera quibus damnum cōpensare possit vero hæredi: & tunc cōmunis confessio est quòd nequaquàm se infamare tenetur, sed satis est alia via restitutionem facere. Si verò non habet vnde restituat, tunc subdistinguendum. Aut enim credit se reuelando profuturam, aut secus: si enim nil ipsam prodesse speratur, certissimum est nullatenùs teneri: quoniam opus vanum, neq; opus est charitatis neq; iustitiæ: quare temeraria esset tunc illa infamatio, quia frustranea: sed reputanda illa tūc mulier est ac debitor qui non est soluendo. Ait nihilo minùs Scot. eādē dist. quæst. 2. quòd debet tunc quantum potest facere vt hæreditas spurio filio non obueniat: vt puta cōsulendo ei religionis ingressum. At verò de iustitia non est cur ad hoc teneatur. Si verò putat se profuturam quia nothus filius ei fidem perhibēs hæreditatem recusabit, vel fortè probare taliter poterit vt in iudicio faciat fidem: tunc si id potest sine aliquo detrimento aut vitæ aut famæ: constantissimum est teneri: si autem nō potest sine periculo famę & honoris, Scot. tunc huc inclinat quòd non tenetur: & Caiet. in sua perseuērans regula id certò asseuērat: Adrian. verò. 1. q. de restit. contrarium censet: nempè ipsam teneri cum detrimento famæ. ¶ Attamē iudicio meo (si vllius est ponderis) per prudentiam librāda est tunc adulteræ fama cum iactura quam verus hæres facit. Si enim pretiosior est multo fama mulieris, aliàs nobilis & honestæ, q̄ hæreditas, quæ fortè tenuis est, consulendum illi est vt taceat. Si autem hæreditas cōtra maioris æstimatur: nempè si est illustris maioratus, & illa non est tanti nominis, detegere se tenetur: saltem sub mortis articulum vt periculum homicidij non subeat. Cæteris tamen paribus, melior est conditio legitimi hæredis. Hoc tamen contrà quām Adrian. censet, arbitror. Ait enim ille nunquàm esse desperādum quin adultera rem detegendo prodesse possit: & ideo plurimùm in hanc partem inclinandū esse, vt se prodat. Ego verò contrariū pro meo tenui captu crediderim: videlicet nūquàm eiusmodi detectionē quicquam prodesse, nisi tūc quando euidens est tempore conceptionis ab fuisse maritū: aut quando probari alia via possit, tunc nō fuisse ab illo cognitam: vt habetur l. filium. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Nam spurius nullam tenetur matri, quamlibet iurāti, adhibere fidem: sed in iudicio existimandus est legitimus: vt eādē iubetur lege. Neq; suam alleganti turpitudinem vlla debetur fides: ob idque vix offerri potest necessitas vt ipsa se teneatur infamare. Nam in casu prædicto euidēti, non opus est sua confessione: & in alijs nihil prodest. ¶ Tametsi & hoc non est in præsentia silentio prætereūdum, quòd tam vehemēs esse possit matris persuasio, vt adulterinus filius credere intus mente conuincatur: & tunc licèt in foro exteriori sibi adiudicetur hæreditas, crediderim nihilo minùs secūdùm cōscientiam teneri à se illam abdicare: nā tunc sententia fundatur in falsa præsumptione. Neque in contrarium vrget argumentum, quòd si quis mihi legasset centum, credens me esse suum filium: sua tamen leuitate deceptus, vel ab alio citra meam culpam: ego possum iure optimo illa possidere. Vnde à simili videtur colligi, q̄ licet relatione matris ego sciam me spurium, si pater mihi sua bona relinquat, possum possidere. Haud inquam argumētum solidè vrget, neq; adducit simile: quoniam in illo allato casu ego non fui per iniuriam causa illius ignorantiæ: in nostro autem præsenti, pater nō sua me sponte hæredem instituit: sed lege coactus: nimirum putans me esse legitimum. Et ideo qd legis vigore agit, nil mihi suffragatur, sciēti non esse legitimum. ¶ Grauis autem existit dubium an teneatur eadem adultera etiam cū periculo mortis se prodere. Ad hoc Innocent. Hostien. & Panor. super dicto cap. officij. in cunctanter negant illam teneri: nam reuelādo, periculum animarum excitat, puta mariti qui de eius nece meditabitur. Atqui secundùm cōmunē legis rationisq; ordinem ita indubiè censendū est. Nam vt suprà diximus, vita non est pro restitutione tēporalium bonorū morti offerenda. Nihilo minùs egregius extraque ordinarius casus cōtingere potest, vt aliud forsan cōsulendum esset. Enimuerò si regnum a-

Dubium de adultera.

Notā.

Quando adulterinus tenetur à se hęreditatē abdicare.

An cū periculo mortis teneatur adultera se prodere.

Quando cū periculo mortis tenetur se prodere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liquod aut præclarissima domus silente adultera ad alienos debet transire, vix posset aut deberet eiusdem adulteræ cõscientia pacari, si res esset certa quòd esset omninò suo testimonio profutura, nisi se etiam cum periculo vitæ proderet: dũmodò priùs nullus nõ lapis esset motus vt tale periculum caueretur: nã peccatum mariti ipsa non tenetur cum tanta iniuria veri hæredis euitare. ¶ Capitulum ergò officij citatum ad hæc applaudit quæ dicta sunt. Delatũ quippè illic est ad Pontificem, mulierem quandam sterilem, veritam nè mariti hæreditas ad alienos transmigraret, sese grauidam finxisse, alienumque pro legitimo supposuisse marito filium, consultus ergò Innocent. an deberet absolutionis beneficio gaudere antequàm fraudem detegeret, affirmando respondet, scilicet absoluendam. Et subditur exemplum de adultera cum qua similiter est agendum. Cogitauit enim Pontifex, aut q̃ nihil esset reuelãdo profutura, aut quòd sibi fortè periculum mortis immineret, aut quòd nõ erat egregius casus in quo deberet se pro hæreditate infamare. Eò præsertim quòd cùm maritus legitima careret prole, non offerebatur tãtum periculum si effectus filius succederet. Iubetur nihilo minùs vt competens illi satisfactio per confessarium iniũgatur. ¶ Sed molestior atque vtrinq; vrgentior fuit mihi semper in præsentiarum dubitãdi ratio de adultero: nẽpè de illo qui ex aliena vxore prolem sustulit, vtrũ teneatur tum eius marito ea restituere quæ in alendo educandoque supposititio filio expendit: tum etiam legitimo hæredi eam, qua defraudatur, hereditatem. Pugnat enim à parte affirmatiua hæc ratio, quod ipse causam aliquam illius damni dedit: à parte verò negatiua quòd ipse nõ supposuit filiũ marito. Faciamus enim eum nunq̃ mulieri suasisse vt maritum de re illa deciperet, dicens esse suum. Ad hoc igitur pro captu nostro respondemus, adulterũ huiusmodi non tanto restitutionis vinculo illigari, quãto adulteram, de qua fassi sumus: præsertim si ipsa sua sponte in adulterum consensit. At quo rem à prima linea exordiamur, si soluta mulier cum duobus cõuersetur, neuter eorum tenetur credere ex se habuisse in vtero. Imò licet Petrus suum esse credat, & Paulus eum suscipiat, & nutriat, & ditet: non tenetur Petrus rem detegere: quandoquidem alter vel sua leuitate, vel mulieris impostura deceptus est: neq; ipse eũ decepit. Pari ergò fere iure se potest adulter defendere nè credere adducatur suum esse filium. Haud enim scit an alium secum illa admiserit: quæ enim vnum recipit, absq; iniuria credi potest alium pariter admittere. Quocirca, vt lege, Lucius. scriptum est. ff. de cõditionibus & demõstrationibus. nemo cuius patris filius sit, satis ,pbare potest. Hæc ergò prior est ratio cur adulter non vsqueadeò restituere teneatur sicut adultera. Posterior vero est quã proximè faciebamus: nam etiam si de facie vel alia via ei constiterit prolem esse suam: tamen ipse non supposuit marito. Enimuerò etsi fuerit causa remota, quia adulterium cõmisit, ipsa tamen sibi vidisset, postquàm sua spõte fuit adultera, quid sibi esset de suscepto filio disponendum. Quocirca si domi nutrit, sibi imputetur. Revera non planè video cur adulter ad aliquam de iustitia teneatur restitutionem. Nihilo minus adiecerim quòd dum certissimum est filiũ genuisse, potenstque est aliquã facere aut marito aut hæredi compensationem: aut filium citra periculum atque scãdalum nutrire: tenetur id ob honestatem ac decentiam facere. ¶ Interdũ argumento postulatur regula modi restituendi, dum plures in idem furtum coiuerunt. Diuus enim Thomas solùm respondet quod vno restituente cæteri non tenentur domino, sed illi pro rata qui restituit. Indiget hoc tamẽ ampliori explicatioriq; respõso: quippè quod non simplex, sed multiplex est. Attamen quia articulo proximo eadem regressura est materia, illic exactiùs decidetur.

Dubium de adultero ipso.

Responsio.

De restitutione furti.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm illi etiam qui nihil acceperunt restituere teneantur.

DE circunstantia, quis, non solùm examinare oportet vtrùm quicunq; accepit restitutionis lege teneatur: verùm etiam vtrum & ille quoq; qui non accepit. Arguitur enim à parte negatiua. Restitutio, quędã pœnæ species esse videtur: pœnæ autem nemo subditur nisi ratione culpæ: ergò qui nihil accepit, nihil debet. ¶ Secundò. Lex restitutionis nõ exigit vt plus refundatur, quàm fuerat sublatũ: si autẽ qui nihil accepit nihilo minùs teneretur, vsu venire posset vt auctior quàm fas esset fieret restitutio: tum quòd sæpè plures eũ qui accepit vel cõsilio vel fauore iuuant, à quibus ideò plures deberet fieri restitutio: tum etiam quod nõnunquàm dare id damnum conuiuntur, quod re tamen dare non possunt. Quare si ita necessaria esset restitutio, cõferret alteri quod non fuerat ei sublatum. ¶ Tertiò. Si ille qui non accepit propterea quòd aliquã dedit causam restitutioni esse obnoxius: pari modo & qui iniuriosæ acceptioni non obstat, dum potest, restituere cogeretur. Hoc autẽ falsum est: quia nemo propter seruãdum rem alienam tenetur se periculo obijcere: & tamẽ sæpè se obijceret si in latrones proclamaret, aut illis se contrà opponeret. ¶ In cõtrarium tamen est illud ad Romãn. 1. Digni sunt morte, nõ solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Enimuerò si cõsentientes digni sunt pœna, pariter & alij quomodolibet iuuantes.

Tertia cõclusio.

AD quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima sit generale cæterarũ fundamentum: Quicunq; causa est iniustæ acceptionis, ad restitutionẽ tenetur ratione eiusdem acceptionis: licèt nullatenùs fuerit acceptæ rei particeps. Conclusio iam suprà probata est: vbi ostendimus ex duplici radice oriri obligationem restituendi, scilicet ratione rei acceptionis & ratione rei acceptæ: qui autẽ causa est acceptionis, fit eiusdem reus. ¶ Secunda conclusio. Nouem modis accidere potest vt quis sit acceptionis causa: qui hoc versu explicari solent,

Prima cõclusio.

Secunda cõclusio.

Iussio, cõsilium, consensus, palpo, recursus,
Participãs, mutus, nõ obstãs, nõ manifestãs.

Distinctio.

Numerus quippe iste hisce distinctionib⁹ colligitur. Bifariàm potest esse quis causa vt alter quid agat vel accipiat, videlicet directè & indirectè. Fit quidẽ directè tripliciter, videlicet aut ex parte acceptionis: mouẽdo scilicet ad ipsam vno quatuor modorum: nempè præcipiendo, consulendo, cõsentiendo, & factum laudando. Secundo modo ex parte accipientis: nempè quia ipsum quis ad se recurrentem receptat, alióve modo fouet ac protegit: quod vno rei cuius nomine significatur. Tertio id modo contingit ex parte rei acceptæ: nempè dum eiusdem furti vel rapinæ particeps fit, vel male fici focius. Sic hoc significatur voce, participãs. Indirectè verò quis dicitur esse causa, cùm quẽ impedire potest ac debet, non impedit. Et hoc tripliciter, scilicet quia præcipere cessat, aut nè faciat consulere, vel qui auxilium quo obsisteret posset subtraluit, vel factum occultat. ¶ Tertia conclusio. Ex his nouem modis quinq; genere suo ad restitutionem obligant. Primus scilicet ac potissimè iussio. Enimuerò qui iussit, principalis causarũ est, ac subinde præcipuè restitutionis legi se subdit. Secundo loco est illius consensus, sine quo res nõ fieret: vt si domus custos furẽ intus admittat. Tertiò, receptus: qui enim latronum receptator, fautorque est & protector, magnam damni causam dat: quippe quibus latrones potissimum cõfisi, suã nuntriũt audaciã. Et quartò, qui vel in crimine, vel in præda participat. Ac deniq; quintò ille qui cum obstare deberet, non obstat: vt princeps, aut eius minister: sanè qui in hoc tributa stipẽdiaq; recipiũt, vt malefactoribus rem publicã expurgent. Conclusio hæc pro suis omnibus partibus vnica ratione innititur, quòd isti omnes iuxta tenorem primæ conclusionis verè sint actionis causæ. ¶ Quarta conclusio. Ex alijs quatuor recensitis casibus nõ semper restitutionis vinculum emergit, eo quòd non perinde atq; superiores. In causam actionis semper veniunt. Qui enim cõsilium præstat, non semper est actionis causa: sicnẽ neq; ille qui adulatur & laudat. Quare nisi quãdo causa verè extiterint, non fiunt restituẽdi debitores. Pariterq; & de muto, qui dum res fit nõ clamat: & de non manifestãte postquàm factum est, sentiendũ: quia nõ semper manifestare tenentur. ¶ Ad examen autẽ accuratius harum conclusionũ descendentes, primùm circa basilarẽ primã cõclusionem exploremus, quisnam sit actionis causa censendus. Et quia id dupliciter cõtingit, scilicet directè atq; indirectè, de ambobus dicamus modis: Idq; à participantibus exordientes, in quibus res est clarior. Adrianus nanq; illa quæstiuncula de concurrẽtibus cum fure, quo Sylvest. in verb. restitutio. 3. cũ quibusdam Iurisconsultis super cap. sicut dignum. de homicidio. alludit, hanc sibi habet regulam persuasam, q̃ ille tantùm sit acceptionis causa sine quo illa non fieret. Vnde isti inferunt, q̃ si fur nihilo minùs sine vllo socio facturus erat furtũ, ille quem sibi adiunxit, nõ tenetur in solidum, sed pro parte quæ sibi obuenit: quia nõ fuit alteri causa furti. Addit autẽ eorum interpres Adria. q̃ si alter non erat nisi cum aliquo socio facturus, licèt absq; isto feciſſet cum alio: nihilo minùs iste comes tenetur in solidũ: quia verè est causa. Sed profectò nulla isti probabilitate tueri se possunt: quod bene Caietan. hic ante nos agnouit. Sequeretur enim in primis eãdem ratione, q̃ si quis plures habens seruos qui sibi essent ad nutũ obsequi paratissimi, cui piam illorum homicidium aut furtum iuberet facere, quod per se ipso paratissimus erat facere: vel si seruus videns herũ iam iam scelus adornantem eum sua sponte præuenisset, tunc patrator ille sceleris non teneretur in solidũ neq; in partem: quoniam herus per se solus fecisset: quod tamẽ concessu absurdissimũ esset. Quod autem cõsequentia concedenda sit, patet. Nam

Quarta conclusio.

De prima cõclusione.

Distinctio.

Adrianus.

Sylvester.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perinde est te pro alio facere quod ipse per se iam iam erat facturus: ac si cum ipso tali casu concurras: quare si cõcurrens non tenetur, certè nec faciẽs. Igitur siue alter cum quo Petrus cõcurrit facturus fuisset sine illo cum alio, quia sine comite non fecisset, siue omninò esset absque vllo socio facturus: nihilo minùs Petrus si cõcurrit, tenetur in solidũ. Quare in huiusmodi moralibus euentis non requiritur illum qui ad restitutionẽ tenetur fuisse causam sine qua res non fieret. Quocircà nulla regula ab huiusmodi negationibus sumenda est, quòd sine socio fecisset: sed ad affirmationem tantùm perspiciendum est: nempè vt quicunq; ceu causa efficax cum altero concurrit vt vnam efficiãt causam, cẽseatur causa vt teneatur in solidum. Id quippe ratio naturalis ostendit. Dum enim duo ignes eidem admouẽtur passo, licèt vterque per se illud excureret, nihilo minùs dum simul coëunt vterq; est causa. Idq; inde præcipuè confirmatur, quod in foro iudiciali nulla auditur eiusmodi exceptio, si alter esset facturus nécne: sed vterq; in solidum condemnatur: cùm ergo leges obligent in foro cõscientiæ, fit secundum illas de conscientiæ securitate iudicandũ esse. Prætereà conditionales istæ nihil ad mores attinent: videlicet neque virtutes augent, neq; attenuant peccata. Forsan domus quã diruisti, casura statim erat: & quas destruxisti segetes turbo statim transiens erat euulsurus: nihil te tamen à restitutione liberat. Atq; eòdem pertinet illud Matthæ. 18. Necesse est vt veniant scandala: sed væ homini per quem scandala veniunt: id est, quanuis scandalũ per alium venturum esset: ille tamen solus per quẽ venit in culpa est. Ratio ergò qua percipiendũ est an aliquis sit alteri auxiliaris causa, hęc sola est, si fecit aliquid quod alicuius esset momenti ad rem pertinentis. Obuios noctu habuisti fures, quibus admouentibus muro scalam tu quoq; illã tetigisti: nihil tamen ex te illud pendebat: nam ipsi iam faciebant: non es ergò secũdum cõscientiam causa censendus. Sicuti neq; vsurarij famulus qui nõ aliter quàm tangẽdo vel seruãdo pecuniam est causa: quia nihil moraliter loquẽdo illud ad rem attinet. Illi autem qui sunt eorum agentes, qui scilicet contractus peragunt & negotia tractant, verè sunt causa: vt libro. 6. patebit. ¶ Dixerim dum ambo vel dum plures coëunt in vnam causam: nã si seorsum, exempli gratia, furati sunt: vnus scilicet vnum scutum, & alius posteà alium, & sic ærarium expilassent, nemo tenebatur in totum: vt habetur. l. Vulgaris. ff. de furt. ¶ Contra hanc tamen sententiã aduersarij obijcere nobis possunt verba eiusdem legis. §. qui furti. quę etiam habentur. Lita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Nempè quòd si duo aut plures simul eandem trabem, aut tignum, aut quiduis aliud ponderosum furtum important, quod singuli baiula re non possent: tũc vnusquilibet tenetur in solidum actione furti. Ex cuius contrario sensu eliciendum videtur, quòd si singuli totum portare possent, nemo teneretur nisi pro parte: nempè quia nemo videtur totum capere voluisse, sed partem. Respondetur non hanc esse textus mentem: imò cõtrariam. Studuit enim Iurisconsultus tacitæ obiectioni respondere. Enimuerò dum pondus singuli portare non possunt, non singuli sed collectim omnes sunt causa: nè ergò quis inde eliceret non singulos, sed omnes simul teneri pro rata ad restitutionem, exit obuiàm Iurisconsultus, admonens singulos nihilominùs teneri in solidum. Quare licèt quisque per se portare posset, arctiori vinculo teneretur quisque in solidum. ¶ Ecce ergò de participante in crimine quomodò sit causa, teneaturque in integrum. Nam si non in crimine, sed solùm in præda bona fide participat, iam suprà dictum est, non teneri nisi ratione rei acceptę: pro eo quòd habet, & factus est ditior. Et per hoc de militibus censendum est qui bello iniusto simul domum deprædantur. Nam etiam si singuli per se id facerẽt: imò mallet vnusquisq; solus domũ aggredi, vel duo vel tres: quia nõ pluribus indigẽt auxiliaribus: nihilo minùs quotquot ceu vna manus eã expoliant: tenentur in solidum. Neq; cõtrarium, quicquid alij dicant, assertu tutum est. ¶ Dubium autem restat de illis qui nõ simul vt vna causa, sed disiunctim magnum damnum dederunt, quomodò culpæ labem, restitutionisque obligationem cõtrahant, si adeò minutatim furati sunt, vt nulla eorũ actio fuisset peccatum. Exempli gratia: Singuli transeuntium diuersis diebus prope vineam acceperũt duos, aut tres racemos: tãdem verò totam illo modo prærnaturè vindemiãrũt: vtrùm posteà singuli in integrum ad restitutionem teneantur. Videntur enim sic teneri: quia si restitutio sub pœna excommunicationis tunc præcipiatur, tenentur ad illam sub reatu mortalis culpę. Cùm tamen si nullus teneretur nisi p̃ sua parte, nemo peccaret mortaliter non restituẽdo: quia rem tam paruã furari nõ est mortale. Respõdetur eiusmodi furatiũculas nõ fuisse peccata mortalia neque propter damnum quod posteà ingens emersit, vllius actio fuit facta mortalis. Nihilo minùs cùm posteà ratione enormis nocumenti restitutio sub pœna excõmunicationis præcipitur, quicunque sub pœna peccati mortalis tenetur vel respondere, vel soluere in tantùm quod accepit. Quare qui partẽ suam soluerit, non tenetur se prodere. Quòd si arguas, excommunicationis comminationem non esse licitam nisi pro peccato mortali: Respondetur id esse per se verum ratione culpæ: secùs autem ratione emergentis damni quando sit grauę. ¶ Hactenus de casu directa: ad hoc autem quòd quis indirectè sit causa quã vocãt etiam per accidens, tria sunt requisita. Primũ, vt malo non obstes: Secundò, quod obstare possis: & tertiò, quòd obstare tenearis: vt. 1. 2. quæst. 6. articu. 3. Diuus Thomas cũ Aristot. docuit. Ad hoc enim quòd alterius actio mihi indirecte fiat voluntaria, requiritur, quod cùm debeã impedire non impediam. Nauis quippe gubernator dum illã seruare potest quæ sub sua est cura causa est eius submersionis. Attamẽ si altera quæ sibi commissa non est, submergatur, licèt ei potuisset succurrere, non censetur eius naufragij causa. Quin verò adde non satis esse vt malum quod non cohibes cohibere debeas, vt restitutionis nexu irretiaris: sed requiriẽ vt ad id te iustitia obliget: nam solum charitatis præceptum, vt sæpè in superioribus admonuimus, ad restitutionẽ non obligat. ¶ His igit̃ præhabitis examinandum restat discrimen quod tertia quartaq; conclusione positum est, nẽpè quinq; causarum species ad restitutionem obligare: reliquas verò quatuor, minimè. Videtur enim neq; iubentem neq; consentientem semper ad restitutionem esse cogendos: quia non semp sunt efficax causa. Respõdetur ergò, per prædictas cõclusiones illud discrimen S. Tho. duntaxat cõstituisse, quod est de per se: cui ideo non obstat: quin & illa, quãdoq; non obligẽt. Exempli gratia, dictum est participantem in crimine, hoc est cum altero concurrentem per se teneri: nihilo minùs quando non est efficax causa, non tenetur. Similiter iubens per se quidem est causa motiua: imò omnium potissima: applicans ministrum ad opus: nihilo minùs nonnunquàm contingere posset vt iubens nihil ad rem faciat. Primum quando non subsequitur damnum. In his enim omnibus hæc est infallibilis regula obseruãda, quòd vbi re vera iussio, & cõsilium, & reliquæ causę non fortiuntur effectum: licèt peccatum committatur: nulla tamen oritur restitutionis obligatio. Item quando alter sic est certus rem facere, & in p̃cinctu est operis vt impediri nõ posset. Tunc qui diceret, Abi ergò & fac: non esset causa efficax quæ ad restitutionem obligaret. Secùs si iubendo moueret. Prudentia enim hoc perpendendum est. Nam etsi nequã meus seruus certus esset homicidiũ facere, nihilo minùs si ego qui impedire possem iuberem, aut iubendo quodammodò mouerem, nõ sum à restitutione liber. Pari modo receptans per se sonat causam. Nec̃; obstat quin verè sit causa: licet alius receptasset, vt dictũ est. Sed tamẽ si illa receptio non esset efficax causa: quia tantum hospitio recipio latronem: neque illũ moueo: imò dissuadeo, neq; quic quam furti participo, & sunt circùm multa diuersoria paratissima illum recipere, nõ sum in foro secreto conscientiæ condemnandus. ¶ Similiter iudicandum de consentientibus, & non obstantibus, & tacentibus. Si enim nõ possunt obstare, vel de iustitia non tenentur, non sunt causa. Quapropter illi cui ex officio incũbit, vt princeps & prætor, cõsentiens in malum & nõ obstans, semper est in causa, & tenetur ad restitutionẽ. Pariter famulus qui custos est domus, vel ex qua latro exit ad furandum, vel quam adit, si consentiat, siue vnus vt exeat, siue alter vt intret, verè causa est: nam de iustitia tenetur resistere. At verò si vicini domum latronibus impeti vides, aut à furibus perforari, licet non obsistas dum possis, peccas quidem grauiter contra charitatem: nulli tamen secundũ conscientiã te subiugas restitutionis iugo. Si autẽ quispiam praua animo faciat: nẽpè quia odio vicinum habet, cuius ideo nocumẽtum gratum ei est: Richardus & quidam ex Summistis arbitrãtur eiusmodi hominẽ teneri. Melius tamen Scotus & reliqui id negant. Persistendũ nanq; est in illa superiùs asserta regula, q̃ sola cõtamnata charitas, nisi iustitia violetur, necessitatem restitutionis nõ inducit. Imò verò cẽsuerim q̃ etiã si latro tũc in flagrãti delicto munus vicino offerret, qui de iustitia nõ tenetur inclamare, vt taceret, non fieret ille secundùm cõscientiã restitutionis reus. Tametsi in foro exteriori propter præsumptionẽ condẽnaretur. Dico nõ fieri reum in conscientia si non pecuniã furto sublatam, sed aliud pretium reciperet. Et ratio est: quia iste non facit contra iustitiam, sed duntaxat contra charitatem. Quinimò etsi posteà interrogatus sit priuatim ab eo qui dãnũ accepit, an latrones vel vidisset vel audisset, nõ tenetur de iustitia respondere. Secùs si interrogetur à iudice: tunc enim si negat, ad restitutionem tenetur: vt sequenti libro sub titulo de testibus, dicturi sumus. ¶ Ad hunc ordinẽ restituendi reducuntur illi quorum culpa aut damnum datur aut irrogatur iniuria: vt extrà de iniur. & dãno dato. cap. fin. iubetur. Vnde Exo. 21. Si quis aperuit cisternam in quam bos aut asi-

Quando alius sit alteri auxilio.

Argumentũ contra.

De iubente & consentiente.

Dubium.

Richardus.

Scotus.

Nota.

Regula notabilis.

De tacentibus & non obstãtibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut asinus cecidit, reus damni fit. Cui cõsonat. l. qui foueas. ff. ad. l. Aquil. Et Exod. 22. Si egressus ignis inuenerit spicas. &c. reddet damnum qui ignem succenderit. ¶ At verò de alijs causarum speciebus: nempè de illo qui malefactorem laudat, deque alio qui consulit, ait Diuus Thomas non semper ad restitutionem obligare: quia non semper sunt efficaces causæ. ¶ Veruntamen de consiliario dubium se offert non dissimulandum, vtrum scilicet qui minus consulit malum ad illud euitandum quod nocentius est, laqueo restituendi innodetur. Vides latronem pretiosum equum furantem, quem nullatenus cohibere vales: consulis vt strigoso alio minoris pretij sit contentus: vtrùm tenearis illum restituere. De iure quidem & culpa, an vlla scilicet sit, minus malù consulere quando ad obuiandum grauiori necessarium medium iudicatur, libro sexto, sub titulo de vsur. disputaturi sumus: atque in illam partem propensuri quòd nulla sit culpa: imo sit quandoque virtus. Modò autem quicquid sit de culpa, dicendum de restitutione existimo ad nullam prorsus consulentem teneri. Id quod & Adrian. meritò opinatur: nã consulere minus malũ, non est consulere simpliciter malum: sed cõparationem illam quæ habet rationẽ boni. Neque intentio tunc fertur in malũ quod minus est: sed in hoc quod est maius impedire. Quare non solùm non est nociuum, imò est commodum. Et hoc profectò ex cõmuni animi consensu patet. Quis enim eiusmodi hominem ad restitutionem obligaret. Quin verò neque rei dominus talem restitutionem reciperet: quippe cuius negotium optimè gestũ est. Intelligenda enim responsio hæc est quando tam res minoris pretij quàm res maioris, eiusdem sunt domini: nam tũc citra vllius alterius iniuriam rem eius seruas. Etenim si ad euitandum damnum quod Petro datur, consulis vt minus detur Paulo, citra dubium teneris: quãdoquidem illum læsisti. ¶ Circa hanc totã materiam disputandũ hîc fuisse quis cogitet quo modò teneantur aut fures aut testes secreta debita detegere, quando sub generalis excõmunicationis comminatione præcipitur. Sed tamen de hoc libro proximo. q. 6. &. 7. latiùs habendus est sermo.

De eo qui laudat. D. Thomas.

De eo qui consulit minus nocumẽtum volenti maius inferre.

Adrianus.

Ad primum argumentũ.

contra.

PRimum igitur argumentum iam satis solutum est. Haud enim ille tantùm qui in scelere princeps est, delinquit: verùm & quicunq; illum vel iussu mouent, vel consensu, vel consilio, vel alia quacunque ope iuuãt: & ideo homines eodem restitutionis nodo complicãtur. ¶ Circa solutionẽ autem secundi notandũ est, quòd dum plures ad idem damnum aut iniuriam concurrunt, ille præcipuè ac præ omnibus qui princeps fuit, & alios mouit, restituere obligatur. Præcipuè inquam quantum ad culpam: hoc est grauiùs peccat si nõ restituat: siue iussor fuerit siue quomodocũq; aliter mouẽs. Nihilominùs illo non restituente, singuli, vt dictum est, tenentur in solidum. Illo autem vel quouis alio restituente, cæteri non ampliùs tenentur vero domino, sed illi. ¶ Indiget hoc tamen, vt suprà insinuauimus, ampliori explicatione. Vbi notandum est q̃ non eodem modo cæteri cõplices tenentur primo restituẽti, quo omnes anteà tenebantur domino: nam illi debitores erant, nõ solùm ratione rei acceptæ, verùm & ratione acceptionis, etiã si rem iam nõ haberẽt: restituẽti verò nihil ratione acceptionis debent: quoniam ab illo nihil acceperunt: sed ratione rei acceptæ, scilicet, p̃ ea parte qua quisq; potitus est. Sint igit, verbi gratia, latrones tres, quorum primus pœnitẽtia ductus totum restituit: tunc clarum est nihil alios in conscientia debere domino postq̃ ei redhibitũ est quod ei fuerat ablatũ: & ad pœnam non tenẽtur nisi cõdemnati. Vtrùm verò cæteri teneãtur pro rata ei qui restituit, distinguẽdum est. Si enim eorũ quilibet parte prędæ potitus est, citra dubiũ singuli tenẽtur pro sua præcisè parte. Quo fit vt si ille qui restituit, totũ insumpserat, reliqui nihil illi debent. Si verò ille nullum furti perceperat fructũ, sed alius vel alij, ille qui cõsumpsit debet ei totum ratione rei acceptę. At verò si nulli eorum quicquam ex illo dãno dato accreuit lucri: nempe quia diruerunt domum, aut quam eripuerant prædam proiecerunt in flumen nè caperẽtur: tunc etiam discernere opportet, an ille qui restituit alios prorsus sic adduxerat vt sine suo persuasu illi nõ fecissent, & tunc existimauerim, vt hîc ait Caieta. reliquos nihil ei debere: quia nõ ratione rei acceptę, postquàm nullũ perceperũt fructũ: neq; ratione acceptionis, quia ille fuit tota causa. Tametsi & hoc negandũ non sit quin si ille ablq; sociorum comitatu rem non aggrederetur, teneantur etiam ei de aliqua portione. Si denique omnes sua sponte sese sceleri obtulerunt, tunc singuli aliorum debent primo restituto- Solutio huius dubij.
ri singulas tertias partes. ¶ Ex dictis colligitur solutio alterius dubitatiũculæ: vtrùm duobus qui furtum commiserunt in solidum obligatis, posit dominus alteri remittere, & ab altero totum exigere. Planum enim est id in præiudicium restituentis non posse. Si enim totum ab vno extorquet, facere non

potest quin alter teneatur restituenti pro rata, modo exposito. Si ergo alterutri donare libuit, debuit tanto minùs ab altero extrahere, quantum alteri condonauit. ¶ Ad tertium dicendum, illum qui non de iustitia, sed ex charitate aut resistere malefactori tenetur, aut cum prodere: neque teneri, vt diximus, se periculo obijcere: neque si non resistat, restituere cogi. Secùs autem de illis quibus ex officio incumbebat: vt iam explicatum est. ¶ De istis autem forsan scisciari pergis, vtrùm ad id etiam teneãtur cum periculo mortis. Vt si prętor noctu latronibus domum inuadẽtibus occurrit, vtrùm teneatur illos aggredi etiã si aggressu ipso periclitetur ei vita. Videtur enim ratio id postulare, cùm istis ex officio incumbat custodia. Sed nihilo minùs respõdetur pẽsandum esse damnum, & cum periculo conferendum. Haud enim semper tenetur prætor quocunque casu obijcere morti vitam: sed vbi detrimentum reipublicę id exposcit, & ipse iustum recipit stipendium, & vbi citra temeritatem potest obsistere.

Ad secundum argumẽtum.

Ad tertium.

Dubium.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm qui debet, statim restituere teneatur.

POstrema restitutionis circunstantia est tempus: de quo idcireò quæritur, vtrum statim teneatur quisq; tua. restituere. Et arguitur à parte negasemper, vt aiunt: sed præceptum restituẽdi est affirmatiuum: ergo non obligat nisi occurrente temporis circunstantia: atque adeò nõ semper. ¶ Secundò: nullus ad impossibile obligatur: sed accidit quòd qui debet non statim potis fit restituere: ergo tunc non tenetur. ¶ Tertiò restitutio est actus virtutis: tempus autem est vna circunstantiarum quæ sunt ornamenta virtutum: fit ergo vt quemadmodùm reliquæ circũstantiæ non sint lege designatæ, sed per prudentiam reliquãtur determinandæ: ita neque lex sit vt statim fiat restitutio, sed quatenùs fuerit per prudentiam vbique definitum. ¶ In contrarium est quòd eadem est ratio generis restitutionis quæ in aliqua eius specie: opus autem mercenarij statim reddendum est: iuxta illud Leuitic. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè: ergo omnis in vniuersum restitutio illico facienda est.

Conclusio.

Præceptũ restituendi nõ omninò affirmatiuum. est.

Exponitur quomodò statim restituendum.

AD quæstionẽ vnica respõdetur cõclusione. Vnusquisque tenetur, q̃ primùm sibi fuerit possibile, vel restituere, vel tẽporis inducias ab eo cuius interest deposcere. Probatur cõclusio. Quemadmodùm rẽ alienã surripere peccatũ est cõtra iustitiã, ita & eã inuito dño detinere. Nã similiter impeditur eius vsus, qui finis est dñij: in peccato autem remorari neq; per minimũ tẽpus fas est: imò licêre esse in peccato, implicatio est cõtradictionis: vnde Ecclesiast. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum, est ergo res aliena, vbi primùm adsit possibilitas, restituenda. ¶ Iam suprà, quæstione præcedenti, art. 2. explicauimus quemadmodùm præceptum restitutionis, quanuis formam habeat affirmatiuam, vti huc in solutione primi ait sanctus Tho. nihilo minùs negationem includere non retinendi, quæ ad illam reducitur quæ est, Non furaberis. Et hac ratione nõ perinde atque alia affirmatiua præcepta aliquam fert circunstantiã temporis, puta vt fiat quando oportet, vt honorare parentes: imò sicut cętera negatiua omne excludit tempus: ac subin de nullam permittit moram. Vnde Paulus vtrunq; coniunxit, Reddite omnibus debita: & nemini quicquam debeatis. Illic ergo si lubet reuise. ¶ Ex quo fit vt hoc quod dictũ est, statim, aliter de actu mentis interno intelligendũ sit: aliterque in extermo opere arbitrandum. Nam quãtum ad internum propositum, cum primùm in mentẽ cuiq; venerit, in debito esse rei alienæ, proponere debet habita opportunitate restituere. Quoniam si, doctore Augustino, nõ dimittitur peccatũ nisi restituatur ablatum: absq; tali proposito nulla esse potest vera pœnitentia. In actu verò exteriori id quod est, statim, non est iudicandum mathematicè, quasi in puncto indiuisibili: sed moraliter ac ciuiliter. Dum enim in lecto tibi iacenti, aut ad mensam recũbenti occurrit te aliquid debere, nõ iure perstringeris statim surgere: sed expectare potes absq; fraude & dolo opportunitatẽ: qua trãsacta incipis esse in mora, ac subinde in culpa. ¶ Quòd si arguas: ergo habet hoc præceptũ circunstantiã temporis, sicuti cætera affirmatiua: Negatur consequentia. Nam materia honorandi parentes, aut audiẽdi Missam, nõ semper occurrit: & pariter cõtingit in actibus fortitudinis, & in præceptis misericordiæ: & ideo nõ obligant pro semper sed secundum prudentiam arbitranda in illis est circunstantia temporis. In materia verò restituendi, semper exilbit necessitas per legem posita: sed quia requiritur actio quæ subitò fieri non potest permittitur opportunitatem expecta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dubium.

re. ¶Ad perspicaciorem autē rei euidentiam quæritur quo sensu intelligendum sit restitutionem esse statim necessariam. Potest enim esse duplex, scilicet vel quòd sit necessaria ad exeundum à priori peccato, vel quòd sit necessaria sub reatu noui peccati. Et quidem in primo sensu nulla est cōtrouersia quin sit statim necessaria, vt modò dicebamus, quantum ad propositum. Enimuerò sicut qui in proposito perhisteret furandi, semper esset in peccato: sic & qui sciens se habere alienum, non statim proponeret restituere. Quod inde etiam confirmatur, q̄ si dominus statim peteret, statim reddere teneris. Præterea quòd si non statim esses reddere obligatus, eâdē ratione neq; teneris cras, neq; postride. De hoc ergo sensu nulla restat dubitatio. ¶Sed tamē de altero est dubium. Et arguitur quòd fur, verbi gratia, præter peccatum quod eripiendo commisit, recēs quocunq; momento committat quo restituere non proponit. Diximus enim quæstione præcedenti præceptum restituendi esse distinctum à prohibitione furādi: quod patet tam ex obiecto quàm ex forma. Nam prohibitio furti est prohibitio mali: præceptum autem restituendi, est iussio boni. est enim bonum restituere, sicuti & satisfacere. Quare Christus affirmatiuè dixit, Reddite quę sunt Cęsaris, Cęsari. & Paulus, Reddite omnibus debita. Ex hoc ergo arguitur. Hoc præceptum est affirmatiuū, cuius circunstantia est, statim: ergo quocunq; momento tenetur quisq; id proponere aut tale continuare propositum. Aliâs nouum semper erit peccatum omissionis. Ad hoc, cōcesso esse distinctum præceptum, vt loco citato expositum est, respondetur primum, præter peccatum furti dum fit, nō illicò cōmitti nouum omissionis si non fiat restitutio: illud tamen ipsum continuò crescit quando maior est restituendi mora. Etenim quòd non statim cōmittatur peccatum omissionis, patet primùm: quia non protinus debet homo, imo neq; moraliter loquendo, semper ad peccatum attende re: tum etiam quod quanuis attendat, si continuat antiquum propositum retinendi: illud impedit contrarium restituendi, atque adeò non est aliud nouum peccatum omissionis boni propositi, quàm sit illud continuationis antiqui. Et confirmatur hoc: quia neque Deo tenetur homo statim sub reatu noui peccati mortalis per pœnitentiam satisfacere: sed manet in priori reatu. Quòd autem peccatum crescat, liquidum est, tum quòd peccatū eo peius quo diuturnius, tum etiam quòd damnum semper in dies c̄atur maius ac minus domino: quippe

Au peccet nouo peccato qui nō restituit cùm potest.

Paulus.

quēm vsu rei suę diutiùs tenet priuatum. Quia verò tanta esse potest restituendi mora vt sit de necessitate confessionis. Nam licet peccatū continuatum, in esse naturæ non mutet speciem: tamen in genere moris grauiter augetur sicuti augeri potest ex parte obiecti. Qui enim decem millia Ducatorum furatus est, non leuiter confitetur nisi quantitatem exprimat. At verò hoc grauitatis augmētum non sit per quæcunque momenta. Perparum enim refert si rē detineas duas trés ve horas aut certe dies, nisi grauis sit domini necessitas. ¶Petrus qui- Palude dem de Palude in. 4. distin. 15. quæst. 2. ait, q̄ qui per annum retinet alienum grauius peccat, licet vnum sit induratum peccatum, quàm si pluries identidemque per annum pluribus actionibus id furaretur. Nam in priori casu semper est in peccato: at in posteriori, aliquando cessat. Attamen quanuis hoc probabilitate nō careat, contrarium tamen est probabilius. Primum quia, vt modò dicebam, non quæcunq; horaria aut diurna habitualis continuatio auget culpam augmento notabili: tum etiam quòd illi iterati multiplicatique conatus ad furandum, peiores esse videntur quàm habitus continuatio, quæ sæpe ex desidia & negligentia contingere potest. ¶Secundo nihilo minùs addiderim, quandoque nouum committi peccatum contra præceptum restituendi, qua tenùs affirmatiuum est. Primùm scilicet quoties proponis nō restituere: ille enim actus prauus est. Mox quoties creditor legitimè petit. Imo verò dum eum vides graui premi necessitate. In his inquam casibus nouum peccatū est non restituere. ¶Post hæc proxime sequitur vt videamus an liceat quandoque restitutionem differre. De hac enim re varia apud Doctores inuenias. Multa enim hîc pensanda sunt antequàm id permittatur. Et quidem Sco tus in. 4. distin. 15. & aliorum plerique pro re gula habent, quòd vbi debitor absque ingenti detrimēto suo restituere nequit, differre eam posit. At verò prudenter quidem in præsentiarum distinguere mihi videtur Caietan. de detrimento triplici. Si enim detrimentum id appellaueris quòd ingens substantia est restituenda, nihil hîc prorsus iuuat vt proroganda si restitutio. Aliâs melior esset conditio eorum qui æs alienum ingentius per iniurias contraxerunt, quàm qui minora debent. Secundum detrimenti genus est lucrū quod debitori cessabit si rem soluat. Et re vera neque hoc excusat quo minùs illicò sit faciēda restitutio. Nam nemo ius habet lucrandi aliena pecunia inuito domino. Tertius ergo detrimentorum or-

do est

dò est damnum emergens: nempe si qui centum debet, restituere nō potest quin plurium insuper dispēdiū faciat, quin scilicet merces vilissimo pretio in tempesti iuè distrahat: aut domum fundumve vendat vnde viuit: idq; cum maiori iactura quàm sit æs quod alteri debet. Atque hoc est, ratione cuius, si quando licitū est, differre licet restitutionem. Et ratio inquit Scot. est, quia dominus malle debet ingēs damnum debitori cauere, q̄ vt sibi debitum restituatur. At verò hæc causa non prorsus rem conuincit: quoniam nemo tenetur iuri suo cedere ad euitandum alterius damnum, nisi in extrema necessitate, aut tam graui vt deberet id quod habet porrigere: & ideo graue debitoris detrimētum non iure stringit creditorem solutionem expectare. Ratio ergo si vlla est prolatandi tunc restitutionem, aliunde sumenda est: inde videlicet quòd debitor pro illo tempore articulo non est simpliciter soluendo: quia moraliter quod fieri nisi cum tanto detrimento nō potest, non reputatur possibile. ¶Quin verò pluribus est vestienda circunstantijs tūc prorogatio, vt sit iusta. Animaduertēda enim in primis est acceptio, fuerit ne iniqua an iusta: nam si per latrocinium aut per vsuras, aliâs ve iniurias debitor ille in ære est alieno, profectò qualecunq; citra extremam necessitatem patiatur detrimētum, tenetur illicò restituere: etiā si statum perdat. Hoc enim nō est de suo statu cadere, imò in suum ab illo descēdere qui non erat suus. Si autem per acceptionē iustam debita contraxit, tunc etiam existimādum est qua via in pauperiē incidit, nam si citra suam culpam aliqua eum aduersa fortuna suis nudauit bonis, facilius indulgenda illi est restitutionis prorogatio. Atq; id demū etiā librādum an creditor ferre dilationē possit, an verò etiā ipse inopia laboret. Nā citra extremā necessita tē melior est multò creditoris cōditio, q̄ debitoris. ¶Vnū hic autē silendū nō arbitror, quod Syluest. verbo, restitutio. 5. §. 5. affirmat, quod, bona eius venia, non crediderim. Ait enim inquam quòd in huiusmodi arbitrandis casibus deferendum est confessario. Quod opinionē Directoris sequutus affirmat: videlicet si credi tor non vult restitutionem expectare, & debitor induci non potest ad restituendum statim: tunc inquit sacerdos potest eum absoluere, si cautionem capiat quòd certo post tēpore soluet. Et ratio inquit est, quia tunc vtiliter gerit creditoris negotium: nam si pœnitens non absolueretur, forsan ille nūquàm debitū suum recuperaret. Et adducit. l. soluendo. ff. de negogest. & alias nescio quas. Attamen regula hęc quòd vtiliter geratur creditoris negotium, licet in foro exteriori iuuet, tamen in cōscientia, nulla est. Sacerdos nanq; non est inter creditorem ac debitorem sequester, aut creditoris procurator: sed nomine Dei conscientiarum expurgator. Et ideo in hoc tantùm debet esse intentus, vt secūdùm causas & merita quæ modò explicabamus, perpendat an debitor sit soluendo nēcne: nam si soluendo est, nullatenus inuito creditore est absoluēdus, nisi restituat. Quanuis periculum immineat vt nunquàm sit restitutio facienda. Ipse enim pœnitens sibi viderit. Potest tamen accidere, vt satisfaciat si per partes statis temporibus restituat. Quin verò, vice versa, in casibus implicatis & iure dubijs nō est necesse vt semper pœnitens cōfessario auscultet, nisi doctrina polleat. ¶Ex his ergo facilè colligas in quàm aperto versentur periculo, imò in quàm manifestario iaceāt peccato, qui restitutionem vsque ad mortis articulum procrastinant. In primis enim hoc certum est quòd quicunque pro comperto habet se ære grauari alieno, & non habet propositum restituēdi vsque ad mortem, licet firmissimum illud habeat tunc restituendi, aut restitutionem in testamento præcipiendi, perdurat in peccato mortali: neque est absolutionis beneficio donandus. Et ratio est, quia habita opportunitate, per nullum tempus licet retinere alienum inuito domino. Quare si subita fuerit morte correptus, qualis plurimùm eiusmodi hominibus accidere solet, in statu discedit damnationis. Et idem est censendū de illis qui ambigentes an id quod habent alteri debeant, nolunt superstite illis vita id iudicio decernere: sed satis ducunt si proponant in testamento id hæredi suo demandare. Atque idem omnino de illis iudicandum, qui sub mortis articulum, cùm ipsi per se possint restitutionem facere, id renuunt: arbitrantes satis esse id hæredibus iubere: quoniam illi re vera non habent syncerum & candidum animum restituendi: nām qui tunc non restituunt, indicium apertū perhibent, quòd neque si vixerint restituent: atque adeò restituendi intētio non illis est nisi conditionalis, si moriantur: quæ profectò ad pœnitentiā non sufficit. Atq; hoc potissimùm periculum magnatibus imminet, quorum testamenta nunquam, aut vix vnquàm hęredes complent: sed satis se fecisse arbitrantur vt quā restitutionē auus patri, & pater sibi testamento præcepit, eandem ipse, alij recentibus onustam, filio iubeat, quam ipse posteà committat nepoti. Nescio ergo an hic legitimus illius verbi euangelij sensus: Impossibile est diuitem

Sylues.

Procrastinātes restitutionē in quāto versentur periculo.

Ratio prolatādi restitutionem.

Circunstantię bonus pro negotiorum.

Syluest.

Directio.

Impegrare

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem intrare in regnum cœlorum.

Ad primum argumentũ. PRimum igitur argumentum satis solutum est, vbi exposuimus præceptum restitutionis includere negationem: ratione cuius restitutio prorogari non potest. ¶ Ac perinde solvitur tertium. Haud enim eodem modo præsinitur circunstantia temporis in restitutione, atque in alijs præceptis affirmatiuis. ¶ Secundum autem est quod nonnullas secum affert ambiguitates. Conceditur nanq; ad impossibile neminem obligari: ideoque qui nunc non potest, ius habet prorogandi: & qui nullatenus potest, omninò est absolutus. Subdit autem diuus Thom. quòd debet nihilo minùs debitor aut dilationem petere à creditore, aut omninò remissionem. Cõtra hoc autem statim se offert argumentum quòd eiusmodi inops nullatenùs teneatur: nam impossibilitas eum in conscientia absoluit. Quare licèt creditor remittere abnuat, tamen ipse non tenetur amplius facere, superuacanea ergo est illa postulandi cæremonia. Respondetur, diuum Thomam non sentire id esse necessarium quando impossibilitas est patens. At verò quoniam rarissimè est ita liquida, salùbre consilium est, vbi quidpiam dubitationis supereſt, illo vti remedio. ¶ Interrogas autem quænam cautela necessaria est, vt qui remissionẽ efflagitat, tutus in conscientia maneat. Respondetur vnico breuissimo verbo. Ea prorsus, vt remissio sit verè libera: itaque neque requiritur vt sit liberrima, neque sufficit si sit coacta. Cauẽdum ergo est nè vis interfit aut fraus. Si enim creditorem decipis, aut persuades minus debere quàm debes, aut non tanta te æquitate in illa debita esse collapsum, aut maiori te multò egestate comprimi quàm premeris, donatio non est libera. Aut si aliquid comminaris, nisi tibi remittat: aut licèt non comminaris, id tamen subsignificas, pariter est coacta. Idque cauere quàm maximè debent magnates à subditis remissionem petentes. Cautio tamen illa quam aliqui scrupulosi putant esse necessariam, vt scilicet debitor pecuniam priùs in potestatem creditoris tradat, nimia est. Nam præterquàm quòd rarò accidat vt debitor eam habeat, vt bene adnotauit Caietañ. præsens aurum & oculos fascinare solet, & animas subinde mutare. Pensandæ ergo sunt rei circunstantiæ, vt remissio sit libera. ¶ Postremum hic denique dubium est de hac impossibilitate: quando scilicet restitutio arbitranda est impossibilis. Quod est quærere, vtrùm debeat homo in quamcunq; necessitatem citra extremã adigi vt restituat. Nam quòd in extremam nemo sit

S. Thomas.

Obiectio cõtra. S. Tho.

Dilutio.

Interrogatio

Solutio.

Caietanus.

Dubitatio.

iniijciendus, non est qui ambigat quoniam (vt suprà diximus) in tali necessitate omne debitũ cessat. Sunt autem qui asseruant, citra illam in quamcunq; esse debitori descendendum, vt soluat. Ita vt debeat etiam ille qui est nobilis manibus laborare: & si opus est, etiam mendicare. Quia vt nemini citra extremam necessitatẽ fas est alienum rapere: ita neq; alienum retinere. ¶ Attamẽ quia hæc moralia sunt, ciuili more sunt arbitranda. Percipiendum inquam in primis id quòd nuperrimè dicebamus, quibus modis & artibus fuerint debita conflata. Nam qui per iniuriam videlicet per latrocinium & fraudes illa fecit, profectò ad inopiam redigendus est. Qui verò bona fide negotia contrectabat: neque ganeis & lusibus atque immodicis pompis sua dilapidauit bona, sed reflante fortuna factus est non soluendo, non est ita rigidè cogendus. Neque si nobilis est manuales operas debet exercere, neq; mendicare: satis est vt viliùs viuat & abiectiùs, deniq; miserè, atq; omnem deponat pompam: nam etsi in tali necessitate non posset aliena rapere, non inde sequitur vt nequeat particulam illius retinere vt viuat, quod bona fide acquisiuit. ¶ Vltimum autem miserorum remedium, quod leges miserabile ac flebile vocant, est bonis cedere. De quo scisciatur quis forsan, vtrùm tuta conscientia possit quisque bonis cedere, idque à republica permitti. Ad hoc cum eâdem prorsus distinctione respondendum est. Etenim qui negotiationes subdolè & vafrè vel ingrediuntur vel exercẽt, re vera non essent permittẽdi. Sunt enim qui cùm nihil in bonis habeant, credito vndiq; corradunt, vnde fidem aliquam sibi arrogent, & (quod ipsi vocant) creditum. Neq; ea fraude contenti, viuere lautè atque in dies lautiùs perseuêrant. Qua ratione æs alienũ ingens conflant, quo posteà pressi in sacrum aliquod se recipiunt. Hoc profectò pestilentissimum est latrocinij genus, neq; essent isti à republica ferendi (vt lib. 6. iterum dicturi sumus) sed seu latrones plectendi. Qui autem bona fide negotiantur, sed calamitosè sunt in pauperiem reiecti, optima conscientia possunt legum beneficio vti, ne carceribus absumãtur: ob hoc enim beneficium instituta est cæremonia cedẽdi bonis: vt habetur l. 1. C. qui bon. ced. poss. Ac subinde possunt licitè illa retinere quæ sibi leges permittunt: puta instrumenta suæ artis, quotidianaq; alimenta, & menstrua, atq; annua, vt habetur l. qui bonis. ff. eod. tit. Est enim habenda ratio nè egeant: vt sanctè cauetur l. in condemnatione. ff. de regu. iur. Quocirca bona etsi aliqua posteà lucrentur, quæ quotidiano

diano victui sibi sunt necessaria, retinere illa possunt: quandoquidem eadem lex, Qui bonis, iubet non esse illis vendenda. ¶ Vtrùm vero veniens ad pinguiorem fortunam teneatur restituere secundum conscientiam restituere, fortè dubitas. Apparet nanque per illam ignominiam, legi, ac subinde creditoribus satisfecisse. At verò leges ipsæ eandem dubitationem abstergunt, decernentes omnino tunc teneri: nam beneficium illud eatenùs (vt dictum est) illis suffragatur nè carceribus sint intrusi. Vnde l. 1. citata in C. Qui bonis, inquit, cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati. Et l. cùm & filij. eod. titu. si quid pinguius posteà eis accesserit, hoc iterum vsq; ad modum debiti potest à creditoribus legitimo modo auelli. Idemque l. is qui bonis. 2. ff. eod. titul. sancitur.

Quando restituere teneatur.

Dubitatio.

FINIS LIBRI QVARTI

DE IVSTITIA ET IVRE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER QVINTVS
De Iustitia & Iure.

PROOEMIVM.

EXpeditis libro quarto duorũ disputationibus, scilicet dominij ac restitutionis: quæ ad cõmutatiuam iustitiã, eiq; subin de contrariam iniustitiam cognoscendam viam cõmuniũt: iam nũc ex ordine de vitijs dicere aggredimur eiusdem iniustitiæ. Porrò autem Arist. 5. Ethi. cap. 2. humana cõmercia in duo partitus est: scilicet in ea quæ homines sua sponte faciũt, atq; ea quę ipsis inuitis fiunt. Et quoniã in hoc secũdo cõmutationũ genere plus multò inest iniustitię, cõgruit vt Quintus hic liber de huiusmodi vitijs, per quæ inuitis hominibus iniuria eis fit, instituatur. Quem sextus ac subinde septimus subsequentur de iniustitia quæ in liberis spontaneisq; contractibus vsu venire solet. Irrogatur autẽ homini iniuria quoties illi contra ius nocumẽtum infertur: idq; aut facto, vel in personam suam, vel in sibi coniunctam, vel in res suas: aut deniq; verbo. Et quoniam bonorum omniũ temporaliũ primum maximumq; est vita, prima quæ interrogatur quæstio, est de homicidio,

Aristot. Bipertita humana commercia.

Ordo librorum.

Partitio libri.

QVÆSTIO PRIMA
de homicidio.

Sanct. Thomas. 2. 2. quæst. 64.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm aliquod viuentium quæ perfecta sunt, occidere liceat.

S. Thomas.

QVONIAM diuus Thom. Peripatetico vbique more ab vniuersalibus rem auspicatur, in ingressu statim tractatus de homicidio minime inepti ducit disputare vtrũ liceat brutas animantes interimere: perfectas scilicet: nam de his quę per corruptionem generãtur: quid opus est inemmisse? Haud enim desunt à parte negatiua argumenta. Horum autem primum est hoc: Vita est nobis cum cęteris animantibus communis: quã ob causam commune pabulũ nobis ipsisq; initio statim Genes. Deus contulit: vbi ait, Ecce dedi vobis omnem herbam &c. vt sint vobis in escam & cunctis animãtibus terrę, omniq; volucri cœli, ergo & natura ipsa, & eius author Deus, prohibuisse videntur cunctorum animalium occisionem. ¶ Secundò arguitur. Si illa fas esset occidere, vnus eorum vsus foret, vt nobis essent in cibum: hoc autem videtur crudelitatem quandam ac fœditatem animorum arguere: vt scilicet carnibus, in quibus fuit anima viuens, vescamur, nam hac de causa fertur ante diluuium non fuisse talis vsus permissus: quia neq; in principio Geneseos cõcessus alius esus legitur, quam herbarum: ergo non omni culpa vacare videt, animalia in talem vsum interficere. ¶ In cõtrarium est quod Gene. 9. ait Deus Noë: Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. in cibum autem nisi mactata venire nõ possunt.

Primum.

Secundum.

AD quæstionem hanc duabus conclusionibus, iuxta numerum argumentorũ, respõdetur. Prima. Licita est tum naturali iure, tum adeò concessione diuina animalium brutorũ occisio. Conclusio primùm statim patet ratione, ordineq; naturæ: quẽ Aristote. 1. Politico. agnouit: vbi docuit inferiora creata fuisse propter ea quæ sunt perfectione præstantia: scilicet herbas propter animalia: reliquos verò fructus terræ, & animalia ipsa propter hominem. Nempe quæ & viuentia adiumẽto nobis sunt, & mortua in cibum. Adde & in vestitum & in alios vsus. Seruiũt enim nobis & lana, & corio, & elaboratis ossibus, ac multis alijs quæ nobis sunt vsui. Vnde. 2. Ethic. docuit idem Philosophus hominem esse finem omnium. Quapropter citata illa Genes. 9. diuina concessio, Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibũ: perinde est explicatio naturalis iuris, atque altera Genes. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam & vniuersa ligna fructifera vt sint vobis in escam: nam tam naturales cibi nostri sunt carnes, quàm terræ fructus. Vsque adeo hæc vera est conclusio, vt sit etiam verissima, & fidei catholicæ confessio: cuius adeò contraria fuit Manichæorum hæresis, vt August. 1. de ciui. Dei,

Primum.

Augustinus

Secundum.

Paulus.

Deliberatio.

Pythagoras.

Dei, cap. 20, refert, & 6. contra Faustũ Manichęum edisserit. Aiebant enim vesani illi, animalium animas mẽbra esse Dei. Et ideo impietatem esse carnibus earũ vesci. Ait ergo cõtrà August. eodem. 1. de Ciuit. cap. 20. Nunquid cum audiuimus, Non occides, virgultum velle nefas ducimus? & Manichæorum errori insanissimè acquiescimus? Et infrà: Non illud accipimus de frutetis, neq; de irrationabilibus animalibus. Nam iustissima ordinatione creatoris, & vita, & mors eorum nostris vsibus subditur. Hæresis ergo hæc loco citato, Genes. 9. condemnatur: Omne quod mouetur, erit vobis in cibum. Atqui erat iam tempore Apostolorum oborta. Illos enim Paulus. 1. ad Timot. 4. vetare aiebat, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Et Actu. 10. Petro formidanti animalia comedere quæ ostensa illi fuerunt in linteo, responsum cœlitùs est, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. De hac igitur conclusione nemini dubitare licet. ¶ Hoc autem in quæstionem acciri potest, vtrum ante diluuiũ fuerit esus carnium in vsu. Videtur nanque pars negatiua ex loco illo Geneseos. 9. colligi. Cum enim tunc Noë è diluuio emergenti Deus in alimoniam indulserit omne quod mouetur & viuit: grande argumentum est anteà nondũ id fuisse concessum. Eò vel maximè quòd Genesis. 1. solas herbas legimus, & terræ nascentia pariter hominibus ac iumentis concessa. Mox accedit coniectura ex eodem cap. 9. Nã post citata verba continuò subditur: Quasi holera virentia tradidi vobis omnia. Acsi dixisset, Et si hactenùs non nisi holera vobis in escam permiserim, iam hinc perinde atque indulta holera, trado vobis animantia in eduliũ. Accedit insuper & subiunctum verbum, Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Enimuerò si anteà in more erat carnium victus, aut illas cum sanguine deuorabant, aut secus. Si prius dederis, respondeo quæso cur nõ illicuisque horridum illud facinus fuerit per mille sexcentos annos prohibitum? Si autem posterius concesseris: quid rogo tunc demum monito opus erat? Fit ergo coniectura quòd anteà nullus erat vsus carnium: ob idque tunc primum indulto docuit Deus homines quem admodum eis sine sanguine, hoc est elixis vel assis vterentur: non crudis, vt feræ. Fuit enim & gentibus Pythagorico dogmate imbutis solenne à sanguine abstinere: eo quod animarũ sedem arbitrabantur: semperque & vniuersis mortalibus horror fuit sanguinem sorbere. Arguitur deinde ratione. Nam ante diluuium virtus in herbis vigebat ad alenda, vegetandaque, & irroboranda mortalium corpora: quia nondum erat terra alluuione illa stagnata: tũc ergo non erat carnium vsus necessarius, vt posteà. Atque hæc apparet ratio quare tunc temporis fuerint concessæ, sicuti & vinum: quia neque herbæ, neque aquæ pristinum vigorẽ retinebant, & humana corpora lãguere cœperant, & in vitam breuiorem ire. Quare de illo omnium primo sæculo ait Naso,

Ouidius.

Contentique cibis nullo cogente creatis.

¶ Præterea esus carnium præ se antiquis ferre videbatur nescio quam animi crudelitatem ac feritatem. Vnde idem Poëta libr. 5. eiusdem Metamor.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: sunt fruges, &c. Et infrà,
Carne feræ sedant ieiunia: nec tamen omnes:
Quippe equus & pecudes, armentaq; gramine viuunt. Et infernus.
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi?
Congestoque auidum pingescere corpore corpus?
Alteriusque animantem animantis viuere letho?

Communis ergo ferè opinio est, ante diluuiũ nullarum fuisse vsum carnium in cibis. Tametsi sanctus Thomas. 1. 2. quæst. 102. articul. 6. cunctabundus dixerit. Videtur esus carnium post diluuium introductus. Nicolaus verò Lyranus Genesis. 9. incunctanter id asserit. Sed Abulensis, Genesis. 1. non id tantum, sed insinuat insuper prohibitum fuisse tunc tale nutrimentum. Ait enim Deum taxasse omnibus herbas in cibum. Caieta. vero eodem loco Genesis. 9. medium se interponit dicens, neque fuisse prohibitum carnibus vesci, neque tamẽ fuisse in vsu. ¶ Ego tamen mihi (vt sub aliorum censura id asseruerim) suadere videor hanc, quę sit huius articuli secunda conclusio. Ante diluuium non solum non fuit prohibitum carnes edere, verum est valde probabile illas post naturam lapsam illico inter humanos cibos vsurpatas. Diuus enim Thom. neque de prohibitione meminit, neq; asseuerãter vsum negauit. Dixerim autem, post naturam lapsam: Nam in statu innocentium facilimum creditu est quòd quantòuis sæculo duraret, nunquàm vsurpatæ fuissent carnes in escam. Et ratio est quòd fructus paradisi fuissent tum affluentissimi: tum & virtute solidissimi: ad nutriendos, vegetandosque homines. Et cum in illa fœlicitate nullus esset vitiatæ affectionis locus: nullus vteretur superfluis: sed fuissent necessarijs

D. Thomas.

Lyranus.

Abulensis.

Caietanus.

Sententia authoris. qua dissoluitur dubium.

Secunda conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contenti. Atque eò præsertim quòd esus ligni vitæ eos valebat incolumes seruare, vt possent non mori. ¶ Verum tamen de statu naturæ corruptæ probatur nostra conclusio. Esus carnium est vitæ humanæ post naturæ lapsum, eiusq; incolumitati quàm maximè naturalis: adeò vt Medici nihil salubrius in cibis ponant, tam ad bonam valetudinem quàm ad virium robur: hanc autem naturam statim à sua conditione carnes habuerunt. Arguitur ergo. Si mortales illi nunquàm carnes degustârunt, aut hoc fuit quia fuerant illis interdictæ: aut quia earum salubritas & sapor nunquàm eis fuerât cognitus aut quia nõ erât necessarię. Prohibitio autem nulla scripta legitur, neq; ratione naturali doceri poterat: imò (vt iam dicebam) cõtrarium natura docet. Quod autem earum naturã ad cibum accommodatissimam in mille sexcẽtis annis nunquàm speculando agnouerint, neque experiendo deprehenderint, nullatenus fit credibile: tantoq; minus quãto illas gentes circa ortum humani generis credibile est ingenio & sagacitate prę ius posteris valuisse. Si dicas nõ fuisse talẽ cibum necessariũ propter fructuum radicumq; abundãtiam, virtutem, ac salubritatem: hoc facilè euincere concedam q̃ si status innocentiæ durasset, nunquã in vsu fuissent, propter humanam tunc frugalitatem ac modestiam. Attamẽ vitiata natura, nullum est argumẽtum, quòd si carnes non erant necessariæ, ideo non essent in vsu. Corruperat enim omnis caro viam suam. Quapropter cùm homines illi ad malũ proni, peioribus se voluptatibus immergerẽt, fit impẽdiõ probabile & talibus etiã escis, atq; edulioru delicijs ac lautitijs dedisse. Et maximè propè ante diluuium, quãdo (vt ait lib. 1. antiquitatũ Iosephus) nulli parcebatur vitio aut flagitio. ¶ Mox arguitur. Cuncta animalia facta sunt propter hominẽ: sunt autem cõplura quæ non aliter illis hominibus vsui esse poterant, quàm comesta: veluti sunt pisces, perdices, gallinæ, & alia id genus.

Probatio cõclusionis.

Aristo.

Præsertim quod venatio (vt ait. 1. Politi. Arist.) naturalis est homini: atq; adeò agrestibus illis hominibus nõ dubiũ quin fuerit in vsu. ¶ Tertiò arguitur. Offerebãtur tũc Deo animalium sacrificia, vt de Abel legitur: quam ob causam Noë dicitur claussisse in Arca de animalibus mundis septena & septena: sacrificia autẽ non fiebant de rebus inanibus, & quę non possent sacerdotibus vsui esse: ergo sumebãtur in cibũ. Ecquid enim laudis commeruisset Abel quòd opima & pinguia gregis sui Deo litasset, si tantùm pelles & lana in rẽ essent sacerdotum, nõ autẽ carnes? Præterea credibile est vsos illos hominum fuisse lacte: cur ergo non carnibus? Iam cùm tot animalium corpora in dies pellibus nudassent vt corio induerentur & lana, non est credibile, carnes canibus ac volucribus proiecisse. Imò sit maximè verisimile, igni tandẽ vt gustarent admouisse: nam & panem & hordeaceos cibos igne apparabant. ¶ Neque vero ad locum Genesis. 9. respondere operosum est: imò dicendum quòd cùm Genes. 1. herbæ tantummodo declaratæ à Deo fuissent in cibũ propter ligna paradisi, in quo hominem Deus collocauerat, quę illi statui affatim sufficiebãt: & pòst natura vitiata humanum genus naturali iure carnes adhibuisset in cibum: & fortè prope diluuium eò hominum feritas euaserat, vt crudis carnibus cum sanguine vterẽtur, Deo à diluuij periculo emersis concessit, tanquàm naturale ius, vt pisces & carnes ederẽt, excepto sanguine: hoc est vt non crudas, sed igne paratas intelligerent in cibum humanum cedere. Ob idque Hebræi plus nimio carnes sanguine euacuabant. Et ideo horror illis erat vel in faeciminibus vel in ferculis sanguinem gustare: quod gentibus erat in vsu. Atque ea propter in eorum gratiam, Actum. 15. indicta abstinentia fuit à suffocato & sanguine.

Ad argumenta.

ARgumenta verò in contrarium facillimæ solutionis sunt. Ad primum enim respondetur, quòd etsi vita nobis cum cæteris animantibus communis sit: non tamen æquo iure: sed sua est propter nostram. & ideo neque qui suã occidit pecudem vlli facit iniuriã: neq; qui occidit alienam, vllam irrogat pecudi, sed possessori: neq; Deus pecora pascit nisi propter nos. ¶ Ad secundum vero satis responsum est, neq; vllam esse feritatem aut crudelitatem carnibus vesci: tametsi illa Poëtæ ingenij gratia decantarent. At Manichæi erant quos Augustinus lib. 6. contra Faustum cucurbitarum homicidas appellat: eò quòd arbitrabãtur nefas esse mactificare viuentia.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm liceat maleficos occidere.

ABRVTIS PECORIbus, primus gradus in hoc articulo secũdo fit ad impios homines, qui à sua degenerantes, in iumentorum naturam, Dauidis testimonio desciscunt. Quæritur ergo an illos liceat ã vitã tiũ cœtu morte resecare. Videtur enim nefas, hominẽ, quantumuis sceleroſum vita multare. Exẽpla enim Christi amplectenda nobis sunt: prohibuit autem Apostolos, vt Matthæ. 13. legitur, extirpare zizania: hoc est filios nequã: ne vnà conuelleretur & triticum: ergo id nobis præceptum putandum est. ¶ Secũdò. Deus (vt Ezechielis ore ipse testatur) non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat: ergo eius exemplo neminem peccantiũ debemus extinguere: sed ad pœnitentiam animare: tunc præcipuè dum cõstat supplicium illi periculum creare perditionis æternæ.

Obiectio primi argumenti.

Secundi argumenti.

Tertium argumentum. Aristot. Augustin.

¶ Accedit tertio loco, quòd id quod genere suo malum est, nulla de causa, vti ait. 2. Ethico. Aristo. fieri potest bene. Vnde Augustinus in lib. contra mendaciũ, probat ipsum nunquàm esse licitum: occidere autem hominem per se est malum: adeò vt, sicut lib. 2. diximus: sit omnino indispensabile: ergo nunquam est licitũ. Eo vel maximè quòd Christiana charitas non solum ad amicos, verum & ad inimicos & malos protenditur. ¶ In contrarium autem est citatum illud Exod. 2. Maleficos non patieris viuere. Et Exod. 21. Si quis per iniuriam occiderit proximum suum & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur: quod citatur in cap. 1. de homici.

Obiectio contra. Ratio obiectionis. Solutio. S. Thomas.

QVæstio præsens alicui fortè postulasse videtur vt de prohibitione homicidij statim in fronte diceretur. At verò animaduertere oportet hic non de iustitiæ præceptis iniri tractatum: is nanq; lib. 2. vbi Decalogum interpretabamur absolutus est: sed agimus de contrarijs iniustitiæ vitijs. Ad quæstionem ergo citra controuersiam respondetur affirmatiua conclusione. Iustum est malefactores interficere. Cuius rationem pulchrè diuus Thomas ex superiori articulo deduxit. Definitum quippe est ob id animalia bruta licitè mactari, quòd in nostrum vsum ordinata sunt: sicuti imperfectius propter id quod perfectius est. Pari ergo iure cum omnis pars à natura facta sit propter totum corpus, atq; adeò vbi salutis hominis necessarium est membrum putridum resecatur, nè contagione cætera, ac demũ totum perdat: singuli autẽ ciuium totius sint reipublicæ partes: consequens sit vt vbi incolumitati reipublicę expediuerit, ius eadem ipsa habeat ciuem morte resecandi, nè totam infi-

Probat. Conclusio.

ciat. Nam vt ait. 1. Corint. Paulus, Fermentum modicũ totam massam corrumpit. ¶ At verò hoc occurrere cuiq; potest argumentum contra hanc veridicam assertionem. Prohibitio

hæc, Non occides, est diuina, eademq; generalis, quæ cunctos mortales nemine excepto occidere vetat: nemini autẽ inferiorum facultas suppetit dispensandi in lege superioris: ergo nullo humano iure cõstitui potest vt homo quantumuis peccator occidatur. Hoc argumẽto Scotus in. 4. d. 15. q. 3. persuasus, quatuor afferuit. Primum. Illud præceptum: esse generale. Nam Exo. 20. absolutè ponitur. Et Matth. 5. sub eâdem forma refertur, Non occides. Secũdò ex hoc infert quòd nullus nocentium hominem priuata publicáve auhoritate interficere licet, nisi in casib⁹ veteri lege exceptis à Deo. Neq; verò lex humana vllum potest aliud crimen morte vlcisci. Illud probat eodem argumento. Nam cum hoc sit præceptum diuinũ, nulli possunt homines super eo dispensare. Tertio infert non esse licitum furẽ interficere diurnum: scilicet illum qui latenter furatur. Hoc probat: quia vt patet Exod. 21. vbi denarrantur crimina & scelera quæ erant capite plectenda, casus iste non connumeratur: quin verò cap. statim. 22. exprimitur vt nocturnus fur in flagranti delicto captus morte opprimatur: diurnus verò minimè. Et bullam, inquit, super hac exceptione nullam audiuimus. Quarto demum infert, quòd neq; inter Christianos adulteram interficere fas est: quoniam licet olim, Leuitic. 20. id præcipiebatur, tamen Ioannis. 8. Christus idem præceptum reuocauit: vbi adulteram impunitam dimisit. Quare secundum Scotũ, leges quæ cõtrariũ præcipiũt non sunt iustæ. ¶ At verò salua existimatione celeberri mi authoris, exfalso fundamento non potuit non falsas elicere conclusiones. Falsum inquã est, præceptum illud, Non occides, ea esse generalitate intelligendũ, vt cũctas in vniuersum hominum occisiones cõprehendat. Primũ enim inuasorem inculpata tutela transfigere, nullatenus illo præcepto prohibetur, alias cũ in lege veteri nõ sit exceptũ, secundũ eius regulam nõ esset licitum. Neq; legitima est respõsio, q̃ inuasus nõ intẽdit alium occidere, sed se defendere. Nã etsi ita sit quòd superior finis sit defensio, nihilo minus tanq̃ mediũ sumitur aggresso rẽ occidere: potest nanq; qui se defendit hostis iugulũ recta intentione petere. Neq; rursus solida est aliorum respõsio, quòd ille nõ occidit priuata authoritate, sed publica aut diuina: quoniam profectò non alio, sed eo priuato iure quo quis potest ad seruandã vitam comedere, potest aggressorẽ interimere. Vnde qui ait publica authoritate occidi inuasorem, deberet dicere, publica etiã hominẽ comedere. ¶ Secũdò arguitur cõtra id quod secundò infert: nẽpe

Scotus lapsus est in explanatione huius præcepti, Nõ occides.

Impugnatur Scotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non licêre reipublicæ alios occidere quàm qui lege veteri excepti sunt. Primum enim si præceptum illud, Non occides, adeò erat generale, nõ erat cur Deus in tot casibus super illo dispẽsaret. Imò verò cùm præceptum esset Decalogi: idq; negatiuum, neq; Deus potuit in illo dispensare, vt lib. 2. ostendebamus. ¶ Mox arguitur. Aut præcepta illa occidendi malefactores, legalia erant, aut naturalia: si legalia, prorsus cessârunt: quare neq; liceret modò homicidas occidere, neq; aliorum vllum qui illic capitali supplicio subditur. Si autẽ fuerunt, vt vere fuerunt, naturalis iuris interpretamenta: ergo lumine ipso naturali illi casus excepti erãt ab illo præcepto, Non occides: vel potiùs non erant illo comprehensi. ¶ Et confirmatur ratione, ad quam mirandum est Scotũ non animaduertisse. Ante legem scriptam respublicæ gentium scelera iure & merito, capitis supplicio vlciscebantur: & tamen id nõ faciebant quia excepti illi casus essent à lege scripta, quæ nondũ erat. Imò verò seculo illo legis scriptę illa non tenebantur: & nihilo minus cæ dibus authoritate publica vindicabant scelera, idq; iustissime: ergo ratio quare id reipublicæ licet nõ est exceptio scriptæ legis, sed ius ipsum naturæ. Id qđ manifestissima demum ratione hac patefit. Tã naturale est vt nocentes homines & in rempublicam pestilentes rescindantur, quàm quod non occidantur innocentes: ergo potestas hęc reipublicę non pendet ex illa exceptione legis antiquæ, sed iure sibi naturæ conceditur. ¶ Ad hæc si respublica modò ciuilis facultatem non haberet naturalem alios interficiendi malefactores quàm eos qui lege veteri excepti erant, neq; liceret illos alijs excogitatis mortibus interimere, neque alios vllo corporali supplicio afficere, puta fures flagellis cædere: neque alia enormia delicta mortis comminatione prohibere: consequens tamen absurdissimum est, & contra tenorem Legis. capitalium. ff. de pœnis. vbi incendiarijs atque alijs pœna capitis decernitur: & parricidæ in dolium occlusi submerguntur: & hæretici exuruntur: & læsores manifestatis meritissimò dilaniantur: & alij flagellis vapulant: atque alij in exilium relegantur: quæ tamen pœnæ illic non erant positæ.

Caligat in hac re Scotus nimis.

Explicatio elegantissima illius præcepti, Nõ occides.

¶ Igitur ne rei explicationem diutius prolatemus, præceptum hoc, Non occides, sicuti cuncta Decalogi, vt libr. 1. ostẽsum est: id quod neque Scotus negare potest, præceptum est iuris naturalis: ex illo scilicet principio elicitum, Id nẽ facias alijs, &c. Quocirca legitimum eius sensum, ratio nos naturalis docet: atque adeò eousque generale est quousque natura vitam vult humanam seruare. Quo autem casu ratio naturalis hominis occisionem, aut iubet, aut permittit, idem casus eodem præcepto non comprehenditur. Ex quo fit vt aggressoris interfectio non sit eiusdem præcepti exceptio: quia neque tale homicidium vetitum à natura est, neque subinde vetari potuit. Atque eãdẽ, imò æquiori ratione, neque malefactorum extinctio quæ publica sit authoritate, exceptio est eiusdem præcepti: quoniam neque illo fuit vnquàm comprehensa. Imò ipsa eadem natura nihilo minus id iubet, quàm innocentium sospitatem. Quo enim se quisq; iure tueri potest cum hostis internicie, & quo potest libẽ membrum amputare vt ipse sit sospes, potest respublica se incolumem per ciuis necẽ seruare. ¶ Sequitur subinde secundo, casus illos antiquæ legis non omnes fuisse meræ legales: sed interpretationes iuris naturæ. Tametsi ingenio illi gentis congruens fuerit vt aliqua tunc adhiberentur acerbiora legalia: vt fuit talionis pœna, & lapidationis adulteræ, atque alia id genus quæ non in tota Christiana familia perdurãt. ¶ Sequitur tertio quòd prętereà illa supplicia potuit semper, potestq; quisque princeps iusta ratione doctus, leges nouas facere mortis inflictiuas, quoniam illud præceptum, Non occides, manus reipublicæ, quatenus ratione ducitur, non alligat. De tertio Sco. asserto, scilicet an liceat fures occidere, commodius quæstio. 3. disputabimus sub titulo de furto. ¶ Quartũ verò quod de adultera asserit, nempe Christũ reuocasse legem illius occidendæ, nescio qua consequentia potest ex euangelio colligi. Redemptor enim illic non iuduit iudicis personam: imo negare visus est sibi, quatenus homini, illud competere sæculare iudicium: sed tanquàm minister ac rex regni cœlorũ admonitos illos curauit accusatores, vt si in aliquo essent crimine, resipiscerẽt: intelligẽtes cuiusq; iudicium à seipso inchoandum esse. Hoc enim erat institutum regis regni cœlorum: non inter sæculares causas iudicare. De adultera verò rerum articulo proximo. ¶ Perhæc demum aliorum opinio secunda recutitur. Sunt enim qui contra Scotum in alterum extremum impingunt. Aiunt enim dictum præceptum non solum non esse generale, sed hoc modo proferri, Nõ occides innocentẽ. Nam licet Exod. 22. absolutè positum sit, tamen latius cap. 23. subditur: Insontem & iustum nõ occides. At verò neque hic modus dicendi totus est: quoniam & qui priuata authoritate fontem hominem & iniquum occidit, contra idem præceptum peccat, vt articulo proximo patebit. Imò

Primus error.

Imò. & authoritas publica si eundem prętermisso ordine iuris occidat, similiter contra idẽ ipsum peccat. Igitur nullis opus est moderaminibus illum præceptum onerare: quia si opus illis fuisset, in Decalogo fuissent expressa. Neq; oportet sub illa forma explicare, Nõ occides, nisi vbi causa fuerit iusta. Nam hæc forma quædam appareret petitio principij: sed absolutè est intelligendum vt iacet: attamẽ quatenus ratio id naturalis explicat. Similem enim effigiem præfert totus Decalogus, Nolite iurare omninò: & tamen subintelligitur nisi ratio naturalis contrarium exegerit. Et pariter interpretabimur illud, Nõ furtum facies.

Vtitur præceptis negatiuis Decalogi.

D. Thomas.

Et hoc est quod docet diuus Thomas. 1. 2. quæstio. 100. articul. 8. vbi ait, homicidiũ quod in Decalogo prohibetur habere rationem indebiti. Neq; hęc est petitio principij. Est enim sensus quod prohibetur id quod iure naturæ indebitum est: nempe id quod genere suo est malum: sed nihilo minus ex causa vsu venire potest vt sit bonum. Causæ verò explicandæ sunt dum quis inculpata tutela se defendit, & quando iudex lege agit in malefactorem. Vnde cum homicidium rem dicat intrinsece malam, illæ hominum occisiones non sunt nuncupandæ homicidia.

Ad primum argumẽtũ D. Thomæ.

Augustinus.

REstat nihilo minùs argumẽta diluere quæ non sunt prorsus ambiguitate vacua. Ad primum quidem respondet sanctus Thomas cum sanctis interpretibus. Quorum prima solutio est, quòd vbi improbi absq; proborum periculo interfici nequeunt, abstinendum est. Id autem dupliciter vsu venire potest. Primò si praui adeo sunt cum iustis commixti vt dignosci nequeant. Quare si constaret in ciuitate maiorem eius partem hæresi esse infectam, nõ liceret ad puniendum crimen totam incendere. Secus in aggressu hostilis vrbis: tunc enim licet sulphuris iactibus illam petere cum innocentum periculo. Secundò, si puniri non possunt nocentes sine grandi commotione innocentum, qui scilicet sanguine vel alia necessitudine illis sunt coniuncti. Atque hæc est Augustini expositio contra Parmenianum. Quin vero aliud nobis documentum dedit Redemptor, vt potiùs sit propter bonos parcendum malis: vti angeli pollicebantur Abrahæ, vt si decem iustos Sodomis inuenirent, toti ignoscerent genti: quàm propter malos bonis incõmodandum. Tametsi prudenter regula hæc ad humanam facultatem accommodanda est. Humanus enim princeps non tam absoluta vi get authoritate quàm Deus. Ille enim omnia ad postremum iudicium reseruat: principi autem non licet quacunq; de causa delictoribus parcere. Hoc enim in eadem reipublicæ cederet. Quapropter quamuis multi scandalum accipiant, nihilo minùs si id commode exequi potest, non debet à malorum punitione cessare. Hanc enim ob causam, vti ait Paulus, gladium portat, vt tumultus ac seditiones exequutioni iustitiæ obsistentes placare possit: & vbi opus fuerit, etiam conterere. ¶ Ac pariformi modo respondetur ad secundum. Deus nanq; arcanorum cordium scrutator atque humanæ salutis auidus, longanimi expectatione, vti ait Paulus, malos adducit ad pœnitentiam: idque consulit sanctus Thomas, & humanam iustitiam pro posse imitari debere. Ait tamen, pro posse: quando peccata non sunt publica, atque in aliorum perniciem vergentia. Nam alias, vt diximus, non habet tam amplam facultatem quàm Deus. Quod dixerim ad obuiandum vulgarium interrogationi. Dubitare nanque quis posset, vtrùm dum iudex aut princeps indicijs coniicit, si reum supplicio afficiat, perditum eum iri in infernum, si autem ei ignoscat mentem mutaturum progressurumque adeò per viam salutis, debeat ei parcere: hoc enim ratio eo suadere videtur, quòd vita corporalis in spiritualem est semper ordine charitatis referenda: cuius vtique charitatis, iustitia non est inimica. Respõdetur primò quod iudices, quatenus leges ferunt, multò esse debent in clemẽtiam propensiores, quàm in rigorem iustitiæ. Nihilo minùs tamen quamuis per reuelationẽ etiam constaret, supplicium reo causium esse damnationis æternæ, non est illi indulgendũ. Alioqui facile cuicunque esset illa vti vafricie, vt se impœnitẽtem fingeret. Et ratio est quod punitio publica non refertur in emendam neque in bonum ipsius qui punitur, sed in bonũ publicum, vt alij terreantur: & quoniam bonum publicum præstantius est particulari, ordine charitatis præ illo diligendum est, nam & ista via etiam consulitur saluti spirituali reipublicæ. ¶ Ad tertium denique respondetur, quòd hominem occidere non est eo modo intrinsecè malum, vt mendacium: puta ita generale, sed quando est contra naturam: tunc autem est contra naturam quãdo homo dignitatem suã seruat: hoc est secundùm rationem viuit: per hoc enim est liber ac propter seipsum existẽs: quando autem inde decidit, tunc in vilitatem seruitutemq; brutorum animalium degenerat: secundùm illud Psalmi, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis. &c. Ob idq; perinde atque brutum licet eum occi-

Paulus.

Ad secundũ argumẽtũ

Paulus. S. Thomas.

Cauillũ vulgariũ tollit.

Punitio fit bonũ publicũ ordinãs.

Ad tertium argumẽtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

occidere. Est enim corruptus homo, vt. 7. Polit. & 1. Ethi. ait Aristo. tanto fera bestia peior ac nocentior, quanto per ingenium & voluntatē pluribus abundat nocendi modis.

Aristot. Homo improbus fera bestia peior.

ARTCVLVS. III.

Vtrùm sceleroſum hominem vnicuilibet priuato occidere liceat.

HAVD ſatis eſt definiſſe licitum eſſe homines nequam interficere, niſi & modū explo remus, nēpe an id cuiq; liceat priuato ciui. Arguitur enim primùm à parte affirmatiua, ex illo Moſaico mandato, Exod. 32. Vnuſquiſque fratrem ſuum amicum & proximum occidat. ¶ Secundò arguitur ex eo quòd articulo proximo corruptum hominem ac perditum cum beſtijs conferebamus: ſyluestrem autem beſtiam, ac præſertim ſi nocua ſit, vnicuiq; liberum eſt occidere: pari ergo ratione & brutum hominem. ¶ Tertiò, laude dignum eſt vt homo id etiam priuatim faciat, quod in commune cōmodum eſt: occiſio autem malefactorum vtilis eſt reipublicæ: ergo illa etiam ſi priuatim fiat, iuſta eſt & ſancta. ¶ Contrà ſtat illa verba Auguſtini. 1. de Ciuit. Dei: Qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum occiderit, velut homicida iudicabitur. Et tanto amplius, quanto ſibi poteſtatem à Deo non conceſſam vſurpare non timuit.

Primum argumentum, partis affirmatiuæ.

Secundū argumentum.

Tertium argumentum.

Auguſtin.

QVæſtio facilis eſt, quæ hac vna negatiua concluſione diſſoluitur. Soli reipublicæ, principiq; , ac publico magiſtratui licitū eſt maleficos occidere. Concluſio in primis elicitur ex verbis Pauli ad Ro. 13. vbi ſolū publicū iudicē appellat in hoc Dei miniſtrum, atq; eādē cauſa gladium portare, vt vindex in irā ſit ei qui malū egerit. Et probatur ratione. Nocētium hominū interfectio non eſt per ſe bona, ſed quatenus in bonū publicū refertur: ergo illi præciſe incumbit, cui cura cōmiſſa eſt & cuſtodia cōmunis boni: quemadmodū amputatio membri quę proficua eſt corpori, medico præciſe incūbit: cui cura infirmi demandatur, vt iudicio ſecūdū medicas leges id fiat. Cū ergo cura cōmunis boni ſolis principibus eiuſque miniſtris ſit cōmiſſa, niſi vbi ſe reſpublica per ſeipſam regit, fit vt illis tantūm id cōpetat, malefícos occidere. ¶ Hic primū omniū accuratius meditāda eſt ratio cur nulli priuatim faſit alterum occidere, neque in vindictam ſuæ ipſius, vt vulgaribus reſpondeamus qui vix ad ſibi perſuadere poſſunt. Audiās enim paſſim nō ſolum blaterones quoſdam, verūm & ingenuos alios tantū ſuo protegēdo honori tribuētes, vt iniuſtū arbitrentur cohibitos eſſe homines proprias vindicare iniurias. Memini cuiſdam hanc audiſſe blaſphemiam, Neq; id Deū prohibere poſſe. Cum tamen etſi Deus id nō prohibuiſſet, ipſiſsimum naturæ ius vetaret. Imò diuina prohibitio explicatio eſt naturalis iuris. Et ratio eſt in promptu. Si enim eidem ipſi qui iniuriam paſſus eſt, vindictam natura commiſiſſet, nemo non ſe vltra iuſtum vindicaſſet. Dolor enim illatæ iniuriæ & rationem obnubilat, & affectum in rabiē inflāmat, atq; adeò nemo ſe quàm iuſtè deberet, ſed quàm poſſet maxime vindicaret. Documento nobis eſt manifeſto perniciōſus abuſus nobilium, qui honoris cæremonias tam ſuperſtitioſe perſequuntur, vt pro minima iniuria in mortem homines euocent. Igitur cùm præclariſsima iuſtitiæ virtus non animo perturbato, ſed integro iudicio mandari debeat executioni, iuxta illud diuinum oraculū Deute. 16. Iuſtè quod iuſtū eſt exequēris: impendiò quàm maximè neceſſarium fuit vt non pars læſa, ſed cōmunis perſona, omniq; affectione libera iniurias vlciſceretur. Quin verò neque hominibus id debuit prorſus concredi, vti Ariſtot. ait. 5. Ethic. cap. 6. ſed rationi legibus inſtructæ. Qui hanc veridicam ſententiam non plenè deprehenderit, non de re hac iudicet dum iniuria ipſe affectus eſt, iracundiaque illi dominator: ſed quando eādem ipſe alium affecit, & ratio libera eſt ad iudicandum. Tunc enim non iuſtum cenſebit vt hoſti ſuo modus committatur vindictæ. Quam ob rem neque correptionis gratia, licet patribus aut dominis filios aut ſeruos vel occidere vel certè mutilare: vt quæſtio. 3. dicturi ſumus. ¶ At vero concluſione hac nihil obſtante, dubia nihilo minus exiſtunt particularia. Primum de tyranno, an cuiuis ciuium liceat eum priuatim extinguere. Apparet enim id eſſe, natura magiſtra, legitimum: Nā vnicuique conceditur ius defendēdi ſeſe. De hoc diuus Thomas. 2. ſententia. diſtinctio. 44. quæſtio. 2. articul. 2. & opuſc. 20. de regim. princ. cap. 6. optimè diſſerit. Summa autem diſputationis ſecundùm quoſdam eius interpretes, atq; alios Doctores, hęc eſt. Bifariam quēpiam cōtingit eſſe tyrannum, videlicet aut potētatus acquiſitione, aut ſola eiuſdē adminiſtratione quā iuſtè adeptus fuit. Atqui in hoc ſecundo caſu cōmunis cōſenſus eſt nemini licere

Primum dubium.

Dubia ad dictas reſpoſitiones.

Concluſio.

Diuus Thomas.

Tertium dubium.

cère ipſum priuatim interimere. Et ratio eſt quòd cùm ius habeat ad regnum, non eſt illo niſi per publicum iudicium expoliandus, vt ſci licet audiatur. Lata verò in eum ſententia, quiſque poteſt inſtitui executionis miniſter. Præterea dum particulariter ciuem quempiam aggreditur, vt vel ipſum trucidet, vel ſua rapiat, poteſt ciuis ille vim vi repellendo eum interimere: tamen conſtantiſsimum ſit eſſe tyrannum. Nam ſi qui aliās bonus eſt princeps, ſubito motu id ſemel inceptet: non perinde ac priuata perſona periculo mortis obijciendus eſt. Igitur vt ad rem reuertamur, quando ſecūdo modo princeps tyrannidem exercet, tunc verum habet illud monitum Petri, vt etiam diſcolis dominis obtemperetur. Hæc enim, inquit, eſt gratia, ſi propter conſcientiam Dei patiatur quis: triſtitias patiens iniuſtitiæ. Quare ſi reſpublica ſuperiorem habet, ille adeundus eſt vt remedio ſuccurrat: ſin verò, illa poteſt in ipſum coarmari. Dum autem potens non eſt, tunc Deus eſt vrgendus, in cuius manu cor Regis exiſtit: quiq; & propter peccata populi ſinit nōnunquàm hypocritam regnare. Atque in hoc caſu intelligenda eſt ſanctio Concilij Conſtantien. ſeſsio. 15. vbi tanquàm hæreſis condemnatur eorum error qui affirmabāt cuilibet licēre tyrannū occidere. Si verò tyrānide inuaſam rēpublicā obtinuit, neq; vnq; ipſa conſenſit, tunc quiſq; ius habet ipſum extinguēdi: nā vim vi repellere licet: & quādiu ille rēpublicam ſic obtinet, perpetuum gerit in ipſam bellum. Adducitur exēplum de Aiod, Iud. 3. qui in viſcera tyranni Eglon ſicam abdidit. Eādemque ratione Tullius lib. de offic. quem diuus Thomas loco citato auſcultat, interfectores Cæſaris laude commendat: quippe qui per tyrannidem dominatum fuerat adeptus. Et pari ter Decius Brutus commēdatur, qui extincto Tarquinio Reges exegit. ¶ At vero etſi forſān ſummo rigore iuris hoc liceat, non tamen conſilium eſt ſemper: niſi vbi reſpublica nulla alia patēte via, tum in extrema ſit neceſsitate, tum præcipuè in promptu habeat, vt illo extincto liberetur: quia aliās huiuſmodi interfectiones non ſolent proſperos habere ſucceſſus. Imò interfectores quando id priuata authoritate exequuntur, penis peſtilentiusque in rempublicā debacchari ſolent, quām prior faciebat tyrannus. Qua ratione anus illa Syracuſana incoluit alteri tyrānino ſucceſſerat, ita & inumanior tertius illi ſuccederet. Frequentiſsima ſunt paſſim ſcripta exempla. Et re vera hiſtoria Aiod parum ad rem facit: tum quòd ille diuinitus fuit ad illud facinus electus, tum quòd & à populo etiam fuerat ad id miſſus. Et præterea non ſolum tyrannus ille erat gubernator, ſed actu hoſtis. Qua ratione & Mutius Scæuola eatenus laude dignus eſt quòd Porſenæ exitium aggreſſus fuit: licet quòd flammis brachium admouerit, non fuit virtutis opus. ſed, vt ait Auguſtinus, inanis gloriæ cupiditas.

Aiod

Cicero. & Thomas.

Decius Brutus.

Liuius. Dionyſius.

Aiod Syracuſana.

Mutius Scæuola.

AD primum igitur argumentum cum Auguſtino. 1. de Ciuitat. Dei, reſpondetur: quæ etiam Dionyſij doctrina eſt. 12. cap. cœleſtis Hierar. quòd dum quis quidpiam per miniſterium, quod iubenti debet, facit, non ipſe proprie facit, ſed alter qui iubet. Et ideo cùm Moyſes legitimus eſſet loco Dei iudex ad vlciſcēdam immanem illam idolatriam conflati vituli, & tanta eſſet faciendæ cędes, nempe viginti trium milium, neceſſe habuit plures inſtituere executores miniſtros. Quare id quod ait, vnuſquiſque fratrem ſuum, &c. occidat, non eſt intelligendum quòd temerè ac promiſcuè vnuſquilibet quemlibet occideret: fuiſſet enim illa truculenta Andabatarum pugna: ſed condemnatis illis qui fuerant in culpa numeroſam copiam miniſtrorum deſtinauit: quibus ideo neceſſe erat vt amicus amicum, & frater fratrē occideret. Præterquàm quòd fratres appellabantur, nō ſolum eodem parente geniti, ſed omnes eiuſdem populi.

Ad primum argumentū. Auguſtinus Dionyſius.

Andabatæ.

¶ Ex hac autem ſolutione dubium enaſcitur, vtrum princeps poſsit quibuſcunque priuatis facultatem facere occidendi malefactores. Reſpondetur id non licēre, niſi certis moderaminibus. Primùm enim non poſſet generalem facultatem ciuibus facere, vt vnuſquiſque quem obuium haberet nocentem, abſque alia condemnatione interficeret. Eſt enim contra ius naturæ vt contra inauditam partem, indictaque cauſa, ſententia feratur: ſed quicunque quā tumuis perniciōſus, audiendus eſt, vt Actuum. 25. habetur: niſi forſan publicus eſſet reipublicæ inuaſor aut Regis: nam tunc liceret vnicuique vim in rempublicam illatam repellere. ¶ Secundum aſſertum. Poſt latam ſententiam licet quoſque miniſtros inſtituere. Primùm in publicos latrones apertiſsimoſque reipublicæ hoſtes, qui alia via comprehendi non poſſunt. De quibus habetur cap. pro humani. de homicid. volun. lib. 6. Et præterea filijs & fratribus concedi ſolet miniſterium occidendi interfectorem patris aut fratris. Attamen hanc facultatem non valet inferior iudex concedere, ſed tantum princeps. Imo neque id fieri paſsim debet, ſed quam rariſsime & in ca-

Dubium ſecundum. Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in casibus egregijs. Nam præterquã q̃ ciusmodi executores vix expugnare conscięt iam possunt odio atq; iracundia, quare vt insidias condemnatis tendãt alia accumulant peccata, vsu sæpe venit vt sine sacramentaria cõfessione occidantur. Quocircà profectò non omnibus satis probatur Venetorum mos, qui cùm cõplures à patria exules habeant condemnatos, singulis facultatem faciũt, vt qui alium eorum interfecerit, vita ac libertate donetur. ¶ Subsequitur & de viro qui vxorem in flagranti adulterio enecat, de quo nemini aut Theologorũ aut Iurisprudẽtum in dubium cadit, quin contra prohibitionem homicidij mortaliter peccet ratione iam dicta: quia nemo antequam iudicetur adiudicandus est morti, & eo casu intelligẽdus venit Canon Nicolai Papæ. Interfectores. 33. q. 2. vbi eiusmodi homines censentur homicidæ. At verò lege non puniuntur propter doloris grauitatem quem tunc ferre difficilimum est: vt habetur. l. Gracch⁹. C. ad. l. Iuliã de adul. & l. Marito. ff. eo. tit. ¶ Grauius autem dubiũ est, vtrùm marito liceat vxorem sibi à iudice permissam occidere. Sunt eñ qui hoc negant, propterea quod permissio illa non est præceptum, quali cogitur carnifex ad executionem iustitiæ. Accedit citatus canon, Interfectores. qui absq; exceptione illos cẽset homicidas: & expresse canon proximus, Inter hæc. explicat q̃ quanq̃ liceat marito secundùm mundanam legem vxorem interficere, tamen sancta ecclesia non stringitur eisdem legibus: vbi glossa annuere videtur q̃ semper est peccatum. ¶ Duplex autem hic implicatur quæstio. Prior de lege, an sit licita. Antiquitùs enim licebat patri filiam in adulterio captam interficere: vt patet. l. patri. &. l. neq; in ea. ff. ad. l. Iuliã. de adulter. & l. castitati. C. eodem titulo. Posteà verò mutata est lex, vt patet. C. eodem tit. in Authen. sed hodie. vt scilicet verberata in monasterium occluderetur. Et ista lex in vsu est nũc in Gallijs, & in alijs multis prouincijs respectu maritiꝰ illa patris iam oboleuit ab vsu. Sed tamen lex Hispaniarum sequitur antiquam: non quidem cum illo rigore vt adultera necessaria morte damnetur, sed traditur marito cui facultas fit, si eam velit occidere. Et quòd lex sit iusta, nõ est cur dubitetur. Nam præterquàm quòd crimẽ id videtur mereri, profectò Hispanorũ de hac re ingenio vix fieri aliter posset satis. Neque vt paulo anteà inter respondendum Scoto dicebamus, Christus illam legem reuocauit. Posterior verò sensus quæstionis est, vtrùm eâdem concessa marito libertate secundùm conscientiam liceat ei id persequi: & re vera de hoc minor est dubitandi ratio. Nam etsi non instituatur vt necessarius minister iustitiæ, instituitur tamen liber: quare ius ei fit vt illam occidat. Quapropter licèt opùs fuerit misericordiæ illi parcere, tamen iniustitiam neq; coram hominibus violat, neq; coram Deo. Et est porrò efficax argumentum, quòd si marito citra peccatum nõ liceret eam iugulare, peccatum esset principi & iudici illam facultatẽ illi facere. Neque valet solutio si quis dicat, non illi permitti tunc vxoricidium, sed vt impunè id faciat: quoniam illo priuilegio iam fruebatur, etiã si absq; iudicio in flagranti delicto illam interficeret. Cùm ergo solenni forma iudicij condemnata illi traditur, testimonium apertum est fieri illi ius occidendi ceu ministro iustitiæ. ¶ Ad secundum principale argumentum respondetur, q̃ etsi homines à sua natura degeneres cum brutis conferantur, differunt tamen quòd bestiæ natura sua sunt tales: ideoq; & syluestres quique citra iniustitiam occidit, & domesticas citra ipsarum iniuriam, licèt dominis inferatur. peccator autem quia non est per naturam pecus, non debet nisi publico illius iudicio cui id incumbit damnatus interfici. ¶ Solutio autem tertij argumenti saluberrimum est documentum. Etenim vbicunq; proximo citra alterius nocumentum & iniuriã prodesse quis potest, laudabile officium est eius cõmodum procurare: vbi autem nocumentum alterius sese offert, quale est mors peccatoris, non debet nisi iudicio illius ad quem functio illa pertinet intentari.

Venetorum consuetudo nõ probatur

Nicolaus.

Tertium dubium.

Duplex quæstio.

Dilutio vtriusque quæstionis.

ARTICVLVS. IIII.
Vtrùm clericis etiam maleficos liceat interficere.

POST decisionem illius q̃ publicę potestati non solùm licitum, verùm & sanctum est, maleficos extirpare, consequitur vt videamus an præfectis etiam ecclesiasticis idem sit licitum. Existit enim à parte affirmatiua argumentum, quòd secundum Paul. 1. ad Corin. 4. imitatores eius ac perinde sanctorum esse debemus, si cuti ipsi fuerunt Christi. Deus autem maleficos perimere solet, secundùm illud Psal. Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum. Et Phinees quanuis sacerdos interfecit Israelitam cum Madianitide coëuntem: vt legitur Nu. 25. Et Samuel Propheta interfecit Agag regem Amalech. Et Helias sacerdotes Baal. Deniq; Petrus Ananiam & Sapphiram. ¶ Secundò

Primum argumentum.

Ad primum argumentum.

Ad secundum argumentum.

Decidam argumentum.

Conclusio. vltra.

Ratio obiectionis.

Responsio quæ datur.

Probatur.

Obiectio.

Solutio.

cundò. Cùm potestas spiritualis superior sit tẽporali, Deoque coniunctior, nõ est cur habeat minorem facultatem occidendi eos malefactores qui sibi subduntur quàm sæcularis. ¶ In cõtrarium est illud. 1. ad Timotheum. 3. Oportet Episcopum sine crimine esse, nõ vinolentum, non percussorem. &c.

QVæstio est soluta facilis, quæ hac vna cõclusione neganter deciditur. Minimè clericis, quacunq; sint ecclesiastica potestate constituti, fas est vllum quantumuis criminosum morti addicere, aut mutilare. Probatur duplici capite. Primò propter repræsentationem. Consecrantur enim altaris ministerio: vbi iugis sit memoria Passionis Christi: qui cũ in ara crucis occideretur, percussus, vbi ait Petrus, non repercutiebat: cuius ergo imitatione non debẽt esse percussores. Nam vt Ecclesiast. 1. ex cõmone fit: secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Secundò id inde confirmatur q̃ in Euangelio, cuius clerici sunt ministri, nullum capitis supplicium aut mutilationis membri vlti vindicãdo crimini decretum est. ¶ Hic primum omnium animaduertendũ quo iure clerici sanguinis effusione interdicantur. Haud cuim interdictum hoc, iuris est naturalis. Imò si merum illud consideres, non obstat quo minus episcopus subditos suos patibulo adiudicare possit. Dubium autem est, an sit de iure diuino. Ad hoc enim sunt qui distinguentes respondeant. Aiunt inquam duobus modis præceptum aliquod censeri posse de iure diuino. Vno modo, quia in sacra pagina scriptum est: altero verò, quia est à Deo ipso positum tanq̃ de re supernaturali: qualia sunt sacramẽtorum mãdata. Sic enim. 1. ad Corin. 7. distinguit Apostolus, dicens, vxorem à viro non discedere, præceptum est Dei: quòd autem fidelis ab infideli vxore secum habitare consentiente non discedat, ego dico, non dominus. Prohibitio ergo clericorum nè sanguinẽ effundant, licèt nõ posteriori, tamen priori modo, aiunt isti, est diuinum: quia extat apud Paulũ loco citato. 1. ad Timoth. 3. Quòd si hæsites, nunc quicquid Paulus iussit pro præcepto habẽdum est Dei: quandoquidem quicquid Apostoli tanq̃ apostoli loquebantur quasi diuina organa proferebant: Respondetur q̃ in assertione fidei immediata reuelatione mouebantur. Quare enũciationes eorum, vt diuina fides habentur: tamen in legibus aliquibus ferẽdis, licèt Spiritus sanctus eis assisteret, sicut nunc ecclesiæ, nihilominus tales leges non sunt propriè iuris diuini, sicuti neque modò Papæ, & Conciliorum iussa. Vnde Actuum. 15. Visum est, inquit Petrus, non tantum Spiritui sancto, sed Spiritui sancto & nobis: quia tunc in Concilio non vtebantur immediata reuelatione, sed humana cõsultatione, Spiritu sancto, nè errarent, assistente. Secùs in fide proferenda: de qua admoniti sunt nè cogitarent quomodò aut quid loquerentur, sed sola vterentur reuelatione. ¶ At verò quanuis distinctio hæc ex re ipsa perspecte fiat, nescio tamẽ an ad propositum satis queat applicari commodè. Paulinum enim illud verbum, attentè perspectum, non huc spectare videtur, vt clericos inhibeat nè tanquàm publicę potestates malefactores occidant: sed nè tanq̃ priuatæ personæ sint percussores. Vnà enim composuit, sobrium, prudẽtem, &c. non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum. Præterquàm quòd illic tantùm cum episcopis sermo illi erat. Neque verò inibi sæculares iudices eiecit, nè in sacerdotalem ordinem admitterentur: quod tamen ecclesia facit. Quapropter si huic tantum loco insistas, profectò neutro superiorum modorum prohibitio hæc est de iure diuino.

Excluditur responsio illa ad dubium.

Cauillum.

¶ Aliud autem argumẽtum posset validius ad propositum adduci: nempe q̃ Christus, vt præcedenti lib. q. 4. memininus, non assumpsit secularem potestatem iudicandi, sed spiritualem regni cęlorum. Vnde fieri videtur consequens vt nec clerici possent illam exercere. Attamen neq; argumentum hoc rem demonstrat: sed hoc tantùm, quòd potestas ecclesiastica, qua ratione spiritualis est, non se extendit ad iudicia sæcularia ferẽda: nisi quatenus ordinem habent ad finem spiritualem. Huic tamen minimè repugnat, quo minus clerici possent esse secularium principum ministri, vt eorum nomine nocentium sanguinem effunderent. Imò verò neq; repugnat quo minus episcopi eos possent gladio ferire qui spiritualem ipsum finem perturbarent. ¶ Ex his ergo sequitur (quod certò crediderim) prohibitionem hanc solùm esse de iure merè positiuo ecclesiastico. Neq; verò sanctus Thomas verbum adduxit apostolicũ ac si esset habendũ pro lege, ne clerici in causa sanguinis iudices sederent, sed solũ per viam consequentiæ & exempli: nempe quòd postquàm admonentur nè sint percussores, merito ecclesia cauit vt ab omni percussione abstinerent. Et in eodem sensu citat idem verbum Gratianus in fronte dist. 45. vbi canone. & can. episcopum. eadem habetur prohibitio. Et expresse cap. sententiã. ne clerici vel mona. Et in titu. de cleri. percus. Ratio ergo huius ecclesiæ sanctionis non fuit nisi decentia & honestas duplex, quæ ad cõclusionem allata est.

Solutio vera principalis dubij.

S. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta est. Et præterea mũdities quæ esse debet nõ solùm in sacerdotibus, verùm in vasis etiam sacris. Quapropter qui sacris initiantur, vt votũ emittunt nè se semine polluant, ita & lege prohibentur nè cõtaminentur sanguine. Quæ quidem duæ sordium species, si in templo fundantur, illud quoque pollutum relinquunt, & suo modo irregulare. ¶ Nomine autẽ clericorum in eiusmodi prohibitione omnes promiscuè cõprehenduntur tam minoribus ordinibus q̃ sacris initiati. Tametsi quantum ad culpæ gradum nõ sit eadem omnium ratio. Nam qui in minoribus constitutus iudicatum sæcularem vsque ad sanguinis effusionem exerceret, non peccaret mortaliter: quia ordines illi non sunt propriè sacri: qua tamen lethali culpa inficere tur qui esset in sacris: siue tanquàm iudex, siue tanquàm iustitiæ minister se cruentaret. At verò etiam in minoribus ordinibus nonnullum esset peccatum. Nam omnibus interdicta est sanguinis effusio. ¶ Sed de irregularitate iure patentissimum est, occisores ac mutilatores fieri omnes irregulares, siue post susceptos ordines id fecerint, siue antè: vt patet can. Episcopum. distinct. 45. & distinct. 51. cano. aliquantos. &. 23. q. 8. can. 1. & can. clerici. & can. quicunque. & de homi. volun. cano. de cætero. & cap. ad audientiam. & multis alijs locis. Quod late Syluest. tractat, verbo, homicidium. 3.

¶ Sed est notandũ, quod licet citati canones, percussores omnes, imò & arma sumentes, vt habetur dict. cap. clerici. irregulares esse decernant: intelligunt tamen doctores eos tantùm comprehendi qui occisores fuerint: aut mutilatores. Quare Panor. in cap. 1. qui cler. vel vouen. Sola, inquit, sanguinis effusio non inducit irregularitatem. Et ità expressè habet glos. Clem. vnicæ de hom. iuxta tenorem textus, Occidit aut mutilat. Sed de hoc standum est mori ecclesiastico. ¶ Caue tamen nè excõmunicationis censuras cum irregularitate permisceas. Hactenus enim de clerico percussore aut sæculari dictum est. Qui verò, vice versa, in clericum manus violentas iniecerit, licet neq; mutilator sit neq; sanguine effusor, sententiam excommunicationis incurrit secundum Canonẽ, Si quis suadente. Quod si fuerit sacerdos & celebret, tunc fit irregularis, & pariter qui semen aut sanguinem in sacro loco effuderit: si modò effusio notabilis, vt aiunt, esset. Etenim qui pueri cum se inuicem pugno cædentes, parum sanguinis de naribus mittunt, nõ subinde sunt excommunicati. ¶ Homicidium autem etiam citra sanguinis effusionem irregularem facit homicidiã. Neq; requiritur vt eusmodi actiones peccata sint irregularitatis causa. Imò etiam si sint virtutes, dum modo sint liberæ, id ipsum efficiunt: vt iudex eiusq; ministri, qui iustè iniquum interficiunt, irregulares fiunt ad sacros suscipiendos ordines, atq; omnes ministri iustitiæ: quos glossa refert super dicto can. aliquantos. ¶ Dixerim autem, Dummodò sint actiones liberæ & voluntariæ: quoniam, vt in artic. 8. dicturi sumus, per homicidiũ casuale & per alias actiones quæ præter hominis volũtatem accidunt, nulla incurritur irregularitas. Imò cũ quis se aut sua inculpata tutela defendendo alteri aut mortem infert, aut causam mortis: vt habetur Clemen. vni. de homi. & eodem titulo lib. 6. cap. prælatis. ¶ Ex his fit consequens irregularitatem nõ esse culpam: imò neq; semper propriè pœnã: vt lib. 1. q. 6. adnotauimus: quia vbi nulla est culpa, nihil propriè habet rationẽ pœnæ: sed est inhabilitas quædam & indecentia propter immunditiem ad sacrorum administrationem. Quapropter cùm in pontificijs Bullis confertur facultas absoluendi à quibuscunq; peccatis & censuris, cẽsuræ nomine nõ venit irregularitas. ¶ Quòd si quis forsan ambigat, vtrum Pontifex Maximus super hac lege dispensare possit, tam quantum ad culpam q̃ etiam quo ad irregularitatem, facilimè colligitur ex superioribus affirmatiua responsio. Enimuerò cùm lex sit merè positiua, nõ solum quia, vt diximus, verba Pauli nõ faciunt illum sensum, verùm etiam quòd quanuis eum facerent, nõ esset lex diuina illius generis, quòd nõ cadit in dispensationem Pontificis: colligitur eundem pontificem iusta de causa dispensare, vt sacerdos, index sæcularis esse possit, & in bello miles: quibus functionibus annexa est sanguinis effusio.

Quos cõprehendat ista sanctio.

Quando incurratur irregularitas.

Sylueſter. Sola sanguinis effusio non est irregularitatis causa.

Irregularitas non est culpa.

POst hæc nulla restat difficultas ad argumẽta quæstionis respondendi. Primi igitur responsio est, quòd Deus vnicuique secundùm suam congruentiam imitandus est. Enimuerò neq; liceret sic totam vrbem punire vt ipse puniuit Sodomã: Neque verò (vt suprà diximus) omnibus parcere quos ipse ad pœnitentiam expectat. Sed vnicuiq; agẽdum est secundum præscriptam sibi legem: quæ in hac parte congruenter clericis legis gratiæ posita est. Sacerdotes nanq; veteris testamenti nõ tractabant spiritualia sicut nostri: neq; ministeria occisi in nocẽtissimi Christi. Sed erat legis ministri, qua corporalia supplicia, etiã mortis, maleficis decernebãtur. Quod autẽ de Petro adductũ est, nihil ad rem facit: quoniam neq; ipse coniuges illos occidit, neq; eius iussu interfecti sunt: sed quasi ore Dei promulgauit sententiam, qua audita examinati corruerunt. ¶ Ad secundum respondetur quòd potestas spiritualis clericorum non in hoc debet potestati principum præcellere vt corpora interficiat, sed vt anima tum consulat saluti. Qua vtiq; ratione dicũtur principes terræ. Et per hoc solutur tertium.

Ad primum argumẽtum.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm alicui liceat seipsum occidere.

OVanuis articulo tertio cõclusum fuerit, nemini priuata authoritate licitum esse quenquã occidere, quia id est contra iustitiam: restat nihilo minus scire vtrùm cuipiam id liceat in seipsum. Primum enim argumentum à parte affirmatiua est, quod prohibitio homicidij est prohibitio iustitiæ: vnde cum iustitia nõ sit nisi ad alterum, sit (vt quemadmodum ostẽdit. 5. Ethico. Aristot.) nemo sibi faciat iniustitiã, etiam si se occidat. ¶ Et accedit secundo loco q̃ quãdo iudex qui alios habet interficiẽdi potestatem, ea est ipse dignus morte qua alios merito condemnaret: apparet tunc & sibijpsi eandem infere posse. ¶ Tertio arguitur. Licitũ cuicunque periculo minore maius euitare: sicuti membrum sibi infectum resecare, vt vitam seruet: cõtingere autem posset vt quis seipsum occidendo à maioribus se malis eripiat, videlicet ignominia, aut periculo, aut turpitudine alicuius flagitij: ergò tunc id erit licitum. ¶ Quarto, Samson, vt legitur Iudicum. 16. seipsum ruina templi contrimit. Et Razias vt. 2. Maccha. 14. refertur, seipsum interfecit: eligens potiùs nobiliter mori, quàm iniquorum fieri subditum: quod & de Catone memoriæ proditum est. ¶ In contrarium est verbum Augustini. 1. de Ciuitate Dei: quod refertur. 23. q. 5. Si nõ licet priuata potestate hominẽ occidere, profectò etiã qui seipsum occidit homicida est. Et paulò post: Præsertim vt de homine intelligamus id quod dictum est, Non occides, neque alterum: ergo neq; te. Neq; enim aliunde quàm hominem occidit, qui se ipsum occidit.

Primum argumentum.

Aristot. Argumẽ. 2.

Argumẽ. 3.

Argumẽ. 4.

Vltra conclus.

Prima ratio conclusionis.

AD quæstionem vnica conclusione respõdetur. Nemini fas est seipsum occidere: & qui cõtrà facit grauissimi peccati mortalis reus fit. Idq; tribus rationibus comprobatur. Primò quod si homo secundùm seipsum consideretur, contra suam ipsius naturalem inclinationem atque amorem, quem sibijpsi naturaliter declarare debet, facit, dum sibi vitam adimit. Secundò quòd si consideretur vt pars totius reipublicæ, in bonum totius ordinatur: atque adeò, vt. 5. Ethic. cap. postremo ait Arist. qui seipsum enecat, iniuriam irrogat reipublicæ. Tertiò quòd si consideretur vt effectus est Dei, vita humana diuinum donum est, à Deoq; subinde pendens, tanq̃ eius possessio: ob idq; qui seipsum perimit, perinde in Deum peccat, cuius est seruus, atq; ille qui rem alienam vsurparet. Ad solum enim ipsum pertinet iudiciũ vitæ & mortis: secundum illud Deut. 23. Ego occidam, & ego viuere faciam. ¶ De conclusione nemo est qui dubitare possit: adeo est contra vniuersalem naturam vt sibi quisq; mortem consciscat per quam vita priuatur, quæ omnium est fundamentum bonorum. Circa rationum autem discrimen priùs perpẽdendum est, quòd si hominem absolute in seipso consideres, non est propriè contra iustitiam vt se occidat, sed contra amorem quo res quælibet seipsam diligit. Si autem consideretur velut opificium Dei, ac reipublicæ membrum: tunc quia ordinem habet ad alios, iniustus respectu eorum fit qui se occidit. ¶ De eãdem tamen prima ratione dubium existit: haud enim efficax satis apparet illatio, q̃ si homicidium fiat contra propriam inclinationẽ naturalem, sit protinus peccatũ mortale. Inclinatio nanque naturalis, non omnis est bona: imò contrà illam facere nõnunq̃ officium est. Enimuerò inclinatio humana in bonũ delectabile, naturalis est: quin etiam genere suo bona. Appetitus enim animalis suapte natura fertur in id quod est delectabile. Qua vtiq; ratione natura necessarijs officijs cõseruandi, tam individuum, quàm speciem delectationem immiscuit, vt essent appetibilia. Et nihilo minus eadẽ inclinatio sæpenumerò est mala: eademq; adeò resistere bonum. Quapropter virtus temperantiæ ac fortitudinis secundum Arist. ad moderandum reprimendumq; naturales affectus nobis inseruiunt: ob idq; vir tutis opus, laboriosum est ac difficile: nempè quòd eius conatibus contra naturalem inclinationem pugnamus, quæ superatu difficilis est. Adde quòd & iustitia originalis ad easdem infrenandas naturæ affectiones donata primis parentibus fuit. Qua ratione, videlicet quia illæ naturales erant, iustitia ipsa fuit supernaturalis. Hac enim de causa Paul. ad Roũ. 7. cõqueribatur aliam in membris legem præsentisse repugnantem legi mentis. Quodnam igitur argumentum est, sit contra inclinationem naturalem, ergo est peccatum? Quod si intelligas illam inclinationem esse bonam, id tibi restat probandum: quandoquidem ex hoc quòd

Secunda ratio declaratio.

Obiectio cõtra primam rationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dilutio. Duplex inclinatio naturalis in homine.

quòd si naturalis,non conuincitur. ¶ Ad hoc iam aliàs me dixisse memini. Habet enim homo duas,easdemq; ambas naturales inclinationes: alteram ratione generis, alteram verò ratione speciei: quarũ ideo prior materialis est, secunda verò formalis.Habetque subinde hoc inter omnem creaturam corporalem singulare, quòd istæ inclinationes post naturam corruptã sint sibi inuicem cõtrariæ. Caro enim inquit Paul.cõcupiscit aduersus spũm:& spiritus aduersus carnem. At verò quia id simpliciter rei naturale est, quod formaliter & secundum speciem congruit:illud autem quod competit, materialiter competit secundum quid: fit vt secundum rationem cõtra materialem, hoc est, contra sensualem inclinationem facere, ad hominis perfectionem pertineat. Igitur quando dictum est inclinationem naturalem ad vitæ conseruationem ferri, atque eius amorem esse naturalem:intelligitur secundum rationem:ob idq; facere contra illam inclinationem peccatum est,non solum inhumanum, verum & cõtra totum fundamentum naturæ. Quod enim viuere sit rationalis inclinatio,inde patet,quòd rationalis natura est per rationis opera fœlicitatem consequi:quæ quidem opera nisi à viuẽte exerceri non possunt. ¶ Post hæc circa alias duas rationes explicãdum esset quomodo homo non sit suæ vitæ dominus,nisi hæc conclusio superiori libro. q.3. satis fuisset à nobis demonstrata. Recolere autem id opus est quod ibidem demonstrare etiam curauimus:nempè rempublicam non proprie habere dominium vitæ ciuium, sicuti Deũ. Haud enim princeps pro libito,velut ille,potest innocentem in mortem adigere, quod ad rationem dominij esset necessarium:sed tantùm vt reipublicæ propugnator,iustiq; custos:vt inibi satis expositum est. Atqui huc applaudit exemplum totius,respectu partium. Homo enim non fungitur absoluto membrorũ dominio, vt possit ea dum libuerit sibi amputare: sed vt custos vitæ potest illa obijcere ad defendendum totum:ac pariter dum putrescunt,rescindere. Sic ergo intelligendus est Aristot.5.Ethic.cap.11.vbi ait homicidam fu,iniuriam irrogare reipublicæ. Disputatio se hic longa ingerebat, an liceat quẽpiam damnare vt se ipsum occidat: nempe vt venenum epotet,aut fame pereat,aut de carcere non fugiat: hæc autem proprium locum inferius habent.q.6. vbi de remedijs quibus reus vti potest,art.4.late disputandum est.

Paulus. Quæ dicat absolute inclinatio naturalis hominis.

Aristot.

Ad primum argumentũ.

Reliquas ergò quæstiunculas huic principali adhærentes, inter soluendum argumenta dissoluere restat. Ad primum autem iam re

sponsum est:nempè quòd homicidium, peccatum est tum contra iustitiam, tum etiam contra charitatẽ: Quare qui mortem sibi cõscisit respectu sui non facit contra iustitiam,sed contra charitatem: respectu vero reipublicæ ac Dei,facit contra iustitiam. ¶ Ad secundum autem quod adijcitur dum iudex simul est mortẽ dignus: Respondetur quod nemo constituitur sui ipsius index: quia nemo de seipso rectè iudicare potest. Quare sicut ægroto medico non est committenda suipsius curatio: ità neque malefactori iudici seipsum condemnare. ¶ Ad tertium argumentum Diuus Thomas respondet id quod præcedenti libro à nobis ea tatum meminimus: nempè quod cùm homo constitutus per liberum arbitrium sit suipsius dominus,hoc est suarum actionum: de omnibus quæ eidem libero arbitrio subsunt disponere potest:non autem de vita, quæ Dei potestati, à quo illam recepit,tantùm subditur. Et ideo ob nullam prorsus causam licitum vlli est sibi vitam adimere. Argumentum est quod locupletissimè Augustin. disserit lib.1. de Ciuit. Dei:à cap.17. vsque ad. 26. Quare neque qui illo Pauli desiderio arderet dissoluendi, vt esset cum Christo:potest se illa causa necare. Neque vt extremas mundi huius calamitates fugiamus.Nam cùm secundùm Philosophum 3.Ethic. vltimum sit temporalium malorum, mors: qui illa se orbaret vt malis alijs careret, maius tunc contra naturam eligeret malum vt euitaret minus. Neque summa quis immanissimi criminis pœnitudine perculsus, potest in se nefarias manus inijcere vt se absumat. Neque verò ad euitandum atrocissimum scelus id licitum est. Quapropter Lucretiæ per mortem,quam sibi ipsa inferret, non licuit adulterium cauere: & multò minùs postquàm illam passa est iniuriam,vt Liuius lib.1. refert, ignominiam morte contegere: vt illic author est Augustin.Nam si resistendo, se à culpa liberare rat,non erat digna quæ se occideret:& si in culpam consenserat,non erat suipsius iudex. Occidit ergò sese ex pusillanimitate: qua ferre in famiam non valuit:sicuti & Cato, qui Cæsaris dominatum subire potens non fuit. ¶ Quod si hic obiter quæras quid ferre debeat pudica puella antequam in stuprum consentiat? Respondetur quodcunq; genus mortis. At verò vtrum si non pro virili sua cõtrà pugnet, membrisq; resistat,sed immota manens nihil agat,consentire censeatur? Respondetur: In foro exteriori si immobilis tacẽsq; maneret,rea stupri iudicaretur.Sic enim iubebatur,Deut.22.vt puella quæ in vrbe cõprimeretur,quia tacuerat, lapidibus obrue

Ad secundum argumentum.

Ad tertium argumentum.

Augustin.

Lucretia.

Liuius.

Augustin.

Cato.

Quæritur.

Solutio.

Alter pars ibi.

Responsio.

obrueretur.Tam ẽ in foro conscientiæ tantùm tenetur non consentire,neque se sceleri accommodare. Quare si metu tacet,non peccat mortaliter:dummodò nullum præbeat cõsensum. Neque verò manus in alterum tenetur inijcere. Tametsi quæ honesta est & ingenua, non debet facere quantum debet, sed quantum potest. Quæ autem inuita patitur, virginitatem non amittit:quia,vt Lucia aiebat,non inquinatur corpus nisi de consensu mentis. Vnde quæ se occideret vt stuprum caueret, maius peccatum faceret vt euitaret minus. ¶ Ad quartum de Samsone sunt qui respondeant per virtutẽ fortitudinis ei licuisse ad hostium cladem cum proprio periculo sese accingere. Ad hoc tamẽ iam lib.2.q.3.art.8.respõdimus,quòd cùm ille ausus non fuerit humanus, sed supernaturalis: quia iam illi coma creuerat quam Deo dicauerat: dicẽdum est potius cum Augustino quòd id diuina reuelatione fecerit.Id quod eius oratio testatur, qua diuinitùs suppetias petebat. De Eleazaro autem qui legitur.1.Macha.6.vt elephantem occideret,ab eodem oppressus, facile, vt illic dicebam, crediderim virtute ac roboreanimi id aggressum fuisse. Razias autem non est cur exculetur,vt bene ait. S.Tho.nam animi mollities fuit & languor proprio gladio animalle occumbere, quàm vinci: Quod & Saũli vituperio datur,& Catonis. Vnde quòd historia addit,maluisse nobiliter mori. &c.non dicitur secundum rei veritatem,sed secundùm eius existimationem. At verò de Apollonia, cuius historia refert quòd carnificũ operas prævenientes exiluit in flammas, August. non est omninò certus. Si autem id verum fuit, vel dicendum est quòd erat iam tam rogo admota vt pene esset comitta: vel quod cum esset fœmina,acuminisq; adeò iuris inscia,per imuincibilem ignorantiam sit excusanda: vel ad hoc cum eodem Augustino recurrẽdum, quòd id diuino instinctu egerit.

Ad quartum argumentũ.

Eleazarus.

Augustin. & Thomas.

Razias.

Apollonia.

Augustinus.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm liceat vitam, pro defensione amici aut cuiuscunque virtutis, exponere.

Articulo proximè præcedẽti operæpretiũ diximus hũc textum adhibere: licèt. D. Tho. silentio hic cum præterierit. Sunt enim apprimè affines & germani. Quæritur ergò vtrùm vitam propriã liceat pro amico aut pro quacunque virtute morti offerre. Arguitur enim à parte negatiua. Vitam periculo mortis obijcere eòdem recidit ac si quis seipsum occidat: nam gubernator nauem non seruare dum potest, perinde habet ac si illam submergeret: occidere se autem nemini licet, cùm non sit vitæ suæ dominus, sed custos: ergò neque vitam pro alio exponere. ¶ Secundò. Ordine charitatis plus se quisque diligere tenetur quàm alterum: saltem non licet alterũ plus diligere, mandante nobis Deo vt proximos sicut nos ipsos diligamus:qui autem propriam pro vita amici exponit, plus alium diligit quàm seipsum,vt lib.de mend.cap.6.arguit Augustinus.ergo id non licet: vt ipse ibidem concludit. ¶ Tertiò. Sicut vita spiritualis ad spiritualem,sic & temporalis ad temporalem:nemini autem spiritualem propriam licet pro spirituali totius mundi amittere: ergo neque temporalem propriam pro temporali amici. ¶ In contrarium est verbum Christi, Ioannis.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet,quàm vt animam suam quis ponat pro amicis suis.

Primum argumentum à parte negatiua.

Argumen.2

Augustinus Argum.3.

Quæstio est egregia: neque solùm Philosophis digna,verum & Theologis.tametsi non pro eius dignitate viderim ex professo disputatã. Tribus ergò cõclusionibus absoluendam duxerim. Prima est. Ponere vitã pro Deo, atque in testimonium eius fidei, catholica fides iubet: cuius perinde contraria assertio, hæresis est manifestaria. Hoc patet ecclesiæ testimonio,quę ob hanc præcipuam virtutem martyrum ordinem,ceu inter diuos præcipuum,vsque adeò colit,vt censeat peractum martyrij omnia condonari peccata. De hoc ergò non pertinet ad præsentem locum disputare. Sed adiungimus eidem conclusioni, pariter pro tutela cuiusque virtutis id ipsum licère. Ob id enim Ioannes Baptista martyrum catalogo adscribitur, quod de iniquitate incestuosum Herôdem redarguebat. Neq; solùm in præceptorum tutamen,verùm & ad defendendum consiliorum veritatem id ipsum laus esset:nempè vt quis defenderet consilium esse, vota religionis suscipere. Hæc enim omnia in custodiam propugnationemque fidei referuntur. Neque verò est qui negare possit quin etiam pro republica liceat periculũ subire mortis:quandoquidem, vt antea sæpè diximus,respublica ad id potest ciues suos cogere: sicuti totum,membra,ad suũ defensionem. Hęc ergò citra disputationem iacta sint fundamenta. ¶ Quo autem alterũ,quod patentissimum etiã est,extremum,eum hoc ipso componamus,sit secun-

Prima cõclusio.

Secunda cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secunda conclusio. Nullatenus licet aut vitam spiritualem, hoc est Dei gratiam, amittere: aut minimam eius iacturam facere pro salute spirituali totius mundi. Imò, vt absit blasphemia verbo, si casus per impossibile accidere posset, neq; pro sanctorum defendenda gloria.

Memini enim quosdam hoc in dubium reuocare: nihilo minus conclusio adeò per se nota est, vt contraria manifestam complicet repugnantiam. Enimuerò optare de gratia Dei cadere, vt alij in ipsa perstant, est eligere esse in odio Dei: quod autē hoc sit virtus, implicatio est contradictionis. Nam quòd est virtus, licet: per id autem quod licet, non perditur gratia.

Item optare odium Dei est optare id quod intrinsece est malum. Imò & minimum veniale peccatum licēre admittere pro salute spirituali totius mundi, contradictionem inuoluit. Sed neque optare minus diligi à Deo vt alij magis diligantur, fas esse potest: nam qui minus diligitur, minus diligit: optare autē minus diligere, est quid optare contra naturam ipsam charitatis: atq; adeò implicatio contradictionis est illud esse opus charitatis. ¶ Contra hanc nihilo minus veritatem arguitur. Sequeretur neq; licitum esse vitam spiritualem periculo obijcere pro salute animarum: nam si illam neutiquàm licet perdere, videtur sequi, neq; eius periculū subeundū esse. Cōsequēs tamē est falsum: quoniam prudens charitatis feruor nonnunquàm hominem animat vt ad conuertendas perditas mulieres cum aliquo earū colloquiū adeat: vel aliquò ad prædicandū pergat, vbi in maiori versabitur periculo vitæ spiritualis, q̄ si intra claustra se monasterij contineret. Respōdetur, primā cōsequentiā nullius esse valoris. Nam iacturam facere gratiæ, detrimentū est ipsius charitatis: exponere autē illam periculo, adeò nō est charitatis remissio, vt ex nimio eius ardore procedat. ¶ Tertia conclusio, ad cuius veritatē explorandā præsens mouetur quæstio, sit. Licitum est, & sæpissimè officium, vitam corporalē exponere, non solùm pro vita spirituali amici, verum & pro tēporali, quin verò pro eius honore, & fama, & pro eius bonis tēporalibus. Atqui de hac quæstione Diuus Augustinus diuersè loquutus est: loco nanq; inter arguēdum citato visus est ad partem negatiuā annuere. Tamē lib. de Amicit. cap. 10. expresse ait vitam corporis ponendam esse pro amico: vt sanxit, inquit diuina, authoritas. Nimirum ad verbum Christi alludens à nobis citatum, Maiorem charitatē nemo habet. &c. Et re vera nunquā mihi in dubiū venire potuit, quin certo crediderim peregregiū hoc esse amicitiæ, ac subinde virtutis officiū. Et primùm authoritas Christi, si meditatè perpēdatur, hūc planè sensum facit, tametsi non desint qui cauillantes dicāt Seruatorē nostrum hunc tātum docuisse, quòd liceat vitam corporalē pro spirituali amici, sicut ipse fecit, exponere. Enimuerò quanuis ipse ad hoc propositum illud citauerit, nihilo minus dicterium illud vulgò inter philosophos circūferebatur: illud nimirū vbiq; docentes, Amicus est alter ego. Quare eorum sensus nō ad vitam spiritualē referebatur, sed ad hoc quòd ius amicitiæ sit cum periculo propriæ vitæ bona amici etiam temporalia tueri. Quocirca Christus vulgatum allegans axiōma, eum dē sensum approbauit. Videlicet q̄ cùm charitas sit, dispendium cæterorū bonorum amici gratia facere: hæc tamen summa sit, vt etiā vitā ponas. ¶ Adde quòd Christus pro vita tēporali nostra propriā posuit. Nam sicut per peccatum, vt ait Paul. mors introiuit in orbem: ita & redēptoris munus fuit liberādo nos à peccato liberare etiam à tēporali morte, donādo nobis immortalia corpora. Quare eodē cap. 5. Paul. concludit: sicut regnauit peccatū in mortē: ita & gratia regnat per iustitiā in vitam eternā. Et ca. 8. Lex spiritus vitę in Christo Iesu liberauit me à peccato & lege mortis. ¶ Præterea illo verbo Christus voluit mortalium amicitiā sibi maximè conciliare. Ob idq; illud absq; vlla exceptione absolutè citauit: scilicet quod in hoc maximè ostendatur charitas q̄ quis ponat vitam pro amicis. Non enim ait pro hoc vel illo bono amici, sed pro amico, vbi tua ipse vita indiguerit. ¶ At verò vt ad rationes naturales descendamus, illa quæ quidā vtūntur, nō est satis firma. Arguunt enim ob id licēre vitam exponere pro amico, quòd iustū est illam ponere pro virtute, & vera laude: & ponere vitam pro amico est virtus. Hæc nanq; ratio principium petit. Nā hoc ipsum est in controuersia. Amicitia enim nō est virtus, sed virtuti proxima, vt ait. 8. Etic. Philosophus: Sum enim alteri amicus, quia studiosus est. Sed de hoc est quæstio, vtrum ius amicitiæ hoc permittat vt vitam cuius tu non es dominus, possis pro illo exponere. Eō præsertim quòd cùm vita sit bonorum omniū temporaliū maximum, & amicitia nō sit nisi tēporale bonū, videtur vita nō esse pro amicitia cōmutanda. Ratio ergò conclusionis sic efformatur. Vita nihil altius est q̄ quoddā temporale bonū, quod nō est supremus finis in quo nostra cōsistit fœlicitas: sed est tantum mediū ad ipsam consequēdum & cōseruandū: bonum autē vtili licitum est in defensione alterius boni exponere, quod pars est nostræ fœlicitatis,

Obiectio.

Solutio.

Tertia conclusio.

Augustinus.

Maiorē charitatē nemo habet. &c.

licitatis, etiā si per se consideratū minoris esset pretij. Potest enim iure optimo quisq; vitā periculo obijcere ad defendendum bona sua temporalia: eò quòd bona ipsa rursus ordinantur in conseruationem eiusdē vitæ, atq; in statum eius fœlicem: vita autē amici mei est proprium meum bonū, ad meam etiam fœlicitatem pertinens: ergò eadē ratione mihi licebit, imò multò decentius, propriam vitam pro illa ponere: nā meritò illam pluris facio quàm bona mea: quandoquidem per ipsam fœlicem statum vitæ meæ conseruo. Quin verò eâdem ratione sequitur, vt possim illam exponere ad protegendum eius honorem & bona temporalia, si fuerint vsque adeò ampla. ¶ Secundò arguitur exemplo Christi. Certum enim est vitam eius etiā temporalem prę stantiorē fuisse nostra spirituali: nam erat vita Dei, per quam scilicet homo verè erat Deus: & tamen quia vita nostra æterna in eius redūdabat gloriam illam in protium nostræ dispendit. ¶ Tertio arguitur. Iure naturæ omnes mortales sumus eiusdē corporis membra: ergò sicuti membrum eiusdē corporis vnum pro alio exponitur vt inuicem se custodiant: sic licitū est inter homines. ¶ Quartò. Sicut pro republica debitum est vitam ponere, quia partes eius sumus, quam ideo conseruare tenemur: sic & pars se potest periculo alterius partis exponere: quandoquidem salus reipublicæ ex salute partium constat. ¶ Adde q̄ negare filium cum propriæ vitæ periculo debere vitā patris tueri, feritas profectò esset, & barbaries: cum eandem vitam à parentibus receperimus. Concesso ergò semel quòd iure charitatis hoc liceat, non est defensus difficilis, vt etiam pro vxore, pro filio, pro patre atq; adeò pro amico id liceat. Nam pro rege, nemo dubitat. ¶ Præterea nullus philosophorum sapientumq; physicorum non laudat famosum Pyladi atq; Orestis, siue historia fuerit siue fabula, vt Cicero lib. de Amicitia, insinuat. Tametsi mentiri vt alter pro altero haberetur, non fuit virtus. ¶ Sed quid in re non dubia morāmur? vox populi, vox naturæ est: & tamen nulla fuit, seu barbara natio, seu sancta, etiam si Christianam intelligas, in qua non egregię laudi daretur, ac detur, q̄ qui hominem in periculo mortis coniectum viderit, eidē se offerat periculo vt proximi vitam, dum possibile apparet, eripiat. Dum possibile, inquam, apparet: nā aliàs, temeritas esset. Exempli gratia: qui gladijs se inuicem impetentes aspectat, & potens cum aliquo suo periculo litem dirimere, nō se medium infert etiam si non teneatur: profectò vt ignauus & infamis habetur: tātum abest vt si id fecerit perperàm fecisse iudicetur. Idemq; ferè iudicium est de protegēdo amici honore, atq; alijs magnis bonis, quibus vita eius sustentatur & honor. In summa, qui hoc negat officium esse eximiū amicitiæ, ornamentū profectò eius præcipuū de media republica tollit.

Pyladis atq; Orestis mentio.

Vox populi vox naturæ.

AD primū igitur argumentum negatur idē esse, vitam quempiam pro amico ponere quod seipsum occidere iam ēm suprà diximus occidere se quempiā bifariàm cōtingere. Vno modo directè & per se: & hoc nunquā licet neque pro amico, neque pro virtute ipsa. Haud enim poterat martyr strangulare seipsum pro fide. Altero verò modo id contingit per accidens: scilicet quando quis propriam vitam nō seruat, quam seruare potest: & hoc non reputatur homicidium nisi quatenus ipsam seruare tenetur. Et quamuis homo non sit suæ vitæ dominus, sed custos: tamen non tenetur eam omni possibili modo seruare. Potest quippe eam, vt diximus, non solum pro virtute, verum & pro bonis temporalibus exponere. Quin verò etiam potest nō vti optimo cibo ac regimine, aut optima medicina ad ipsum seruandam: eâdem ergò ratione potest illā exponere pro amico. Sed tunc peccaret quando illam prodigeret: hoc est, pro nullo bono fine aut pro exiguo illam dispenderet, vt si ad defendēdum vanorem vnius scuti, periculo illam obijceret.

Ad primum argumentū.

Occidere se bifariam cōtingit.

Qui tenētur seruare vitam propriam.

¶ Ex hac autem solutione oritur scrupulus, vtrum in naufragio vbi tantùm vna est tabula quæ duos seruare non potest, liceat vni alteri cedere: Et fac esse filium & patrem. Ex conclusione enim videtur sequi id esse licitum: ex hac autem solutione apparet contrarium colligi. Nam qui tabulam defereret, perinde haberet ac si se in mare projeceret: quod est se directè occidere. Profectò res est dubia. Respondetur ergò quòd antequàm tabulam filius capiat potest illam relinquere patri: quia nō hoc est positiuè se occidere, sed permittere se mori: postquàm verò eidem insidet, re vera non apparet licitum esse vt se in fluctus deijceat. ¶ Ad secundum respōdetur, quòd ordo charitatis quo homo tenetur non plus proximū quàm seipsum diligere, attendendus est secundum vitam spiritualem: cuius ideo detrimentum homo non debet pati pro toto orbe: sed quantum ad temporalia non est ille ordo necessarius: quoniam temporalia per se non pertinent ad perfectam fœlicitatem, sed sunt tātum media, vt diximus. Vnde. S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 5. in solutione primi, ait, quòd cùm vnum quodq; id sit quod in ipso præcipuum est, magis est proximus diligendus quantum ad spiritualia quàm corpus

Scrupulus.

Ad secundū argumentū.

D. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprium: vt si simpliciter fuerit necessaria vita nostra pro salute spirituali eius, tunc sit nobis expendenda: vbi explicat ordinem qui est ex necessitate præcepti. Sed tamen inferiùs in solutione tertij ait, quòd licèt non sit de necessitate charitatis quod homo propriũ corpus exponat pro saluti proximi, nisi in casu quo tenetur eius saluti prouidere: tamen q; aliquis sua se sponte ad hoc offerat, pertinet ad perfectionem charitatis. Vbi non distinguit de salute spirituali & corporali, sed vtrũq; videtur intelligere. ¶Postremum deniq; argumentum solutum est, vbi monstrauimus non esse eandem rationem de spirituali & tẽporali salute. Quare falsum est eandem esse rationem spiritualis ad spiritualem quæ temporalis ad temporalem.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm liceat in aliquo casu interficere innocentem.

POST nocentis homicidiũ, quod quemadmodum lege fiat dictũ est, subsequitur in hoc septimo articulo, qui est apud S. Thom. sextus, disputare vtrùm liceat in aliquo casu innocentem interficere. Arguitur enim à parte affirmatiua. Abraham hac laude inter cætera commendatur, quòd innocentem filiolum aræ destinauerat. ¶Secundò. Si id licet quod maius nocumentum infert, & id licebit quod infert minus: nam de illato nocumento existimatur peccati grauitas: licet autem peccatorem occidere, etiam si periculo perditionis æternæ nonnunquàm exponatur, vt supra dictum est: ergò & innocẽtem quem certiùs creditur miserijs huius sæculi solutũ ad æternam fœlicitatem aduolare. ¶Tertiò: quod secundũ ordinem iustitiæ fit nullum est peccatum: sed quandoq; iudex secundum allegata & probata innocẽtem in mortẽ adigere cogitur, quem scit falsis testimonijs delatum: & pariter minister qui eius dicto audiens esse tenetur: ergò licitum est quandoq; innocentem interficere. ¶In contrarium autem est illud Exod. 23. Insontem & iustum non occides.

Primum argumentum.

Argum. 2.

Argum. 3.

QVæstionis titulus de duplici innocente, intelligi potest. Primò de eo qui non solùm re vera est innocens, verùm etiam legitimè: quia non probatur nocens: & de hoc præsens intelligitur interrogatio. Alius verò est, qui licet re quidem sit innocens, tamen legitimè probatur nocens, de quo, cùm grauior fit abstrusiorq; dubitandi ratio, inferiùs. q. 4. articulo. 2. mouebitur peculiaris quæstio. Hæc ergò facilimè vnica conclusione expeditur. Nullatenùs licet hominem innocentem, cuius nulla habetur sinistra opinio, interficere. Probatio est peruia. Homo enim, vt ex dictis patet, & secũdum seipsum consideratur, & præterea in ordine ad bonum commune. Et quidem secundum priorem cõsiderationem, scilicet quatenùs est rationalis naturæ, neminem interficere licet. Nam & iniquissimi etiam peccatoris natura, quatenus Dei figmẽtum, diligenda est: ob solam ergò causam communis boni peccator occiditur: in innocente autem nihil est cur ius reipublicæ fiat ipsum occidendi: quoniam præcipua est reipublicæ pars, atq; ad eius salutem præcipuè conferens. ¶De hac conclusione non est cur multùm dubites: offeruntur nihilo minùs nonnullæ, licèt tenues, dubitandi rationes. Prima dum in obsessa à tyranno ciuitate ciuis innocens est, cuius caput tyrannus ille petit: eò forsan q; sibi est aduersus. Historia est de Demosthene, quem, dum Athenien. ciuitas obsidione opprimeretur, tantùm dux ille hostis petebat, vt incolumẽ relinqueret ciuitatẽ. Tunc enim ille in senatu fabulam illam luporum retulit, qui ab ouibus canes deposcebant, illa vafricie, vt securi posteà possent in inermẽ pauidumq; gregem irruere. Dubium ergò est vtrùm tunc pro salute totius reipublicæ licuisset innocentem in manus hostis perdendum tradere. Apparet enim fuisse licitum. Primùm quia respublica ius habet exponendi ciues patenti morti pro salute totius: vt patet in bello: sicut totum, suas partes. Deinde quòd & ipse tunc innocens, cuius morte salus totius ciuitatis agitur, tenetur se hosti dedere: ergò ad id potest respublica ipsum cogere. Nihilo minùs respõdetur nequàquã id esse tunc licitum. Quare. D. Thom. generalem statuit conclusionem. Nam, vt ad primum argumentum respondeamus, tunc respublica potest exponere ciuem quando necessarius ad pugnandum est & restendum hosti: quia tunc est per se necessarium medium: non autem quandò tantum est necessarius ex malitia alterius. Quoniam cum homicidium per se non sit bonum, nunq; fit licitum nisi ex fine cuius est per se mediũ. Et innocẽtis mors nunq; est hoc modo reipublicæ necessaria. Quare sicuti, vt paulò ante meminimus, nõ licet tibi iubẽte tyrãno eruere tibi ipsi vnum oculũ, vt alterũ seruesita neq; tunc reipublicæ innocẽtem morti tradere. Nã vt supernus dictũ est, non est absolutè domina vitæ ciuiũ, sicut Deus

Titulus quæstionis illustratur.

Duplex innocens.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Solutio S. Thomæ.

Deus: & ideo in innocentis vitam solus Deus potestatem habet. ¶Sunt qui licèt diffiteãtur rem publicam tunc iussu tyrãni posse eum occidere, fatentur tamen posse ipsum eidem tradere ad occidendum. Porrò autem idem est vtrunq; prorsus: atq; adeò neutrũ licet. Posset nihilo minùs eum illo casu nõ defendere: quia respublica cum sit periculo non tenetur defendere priuatum ciuem. ¶Quòd si contrà similitudine arguas: Si quis mihi mortem comminaretur nisi manum aut linguam abscindendam illi offerrem, possem membrum tradere vt vitam seruarem: licèt medium illud nõ sit necessarium nisi ex malitia alterius: ergò similiter posset respublica ciuem suũ tradere. Negatur consequentia: quoniam membrum non habet esse distinctum ab esse totius: neq; vllo modo est propter se, sed propter totũ: neq; per se est capax iuris vel iniuriæ. Homo autem quanuis sit pars rei publicæ, est nihilo minùs & suppositum propter seipsum existens, atq; adeo per se capax iniuriæ, quam respublica non potest illi irrogare. ¶Vnde ad secundũ suprà obiectũ argumentum respondetur, q quanuis ipse teneatur tunc proprio se offerre periculo vt publicum caueat: non tamen ad id iure cogi potest: quoniã tenetur non de iustitia, sed de charitate. Sicut stat me in graui necessitate ad eleemosynam teneri ad quam cogi non possum. ¶Alius dubitandi cæcus est in bello: & quidẽ in cõmuni aggressu, vbi permixti sunt innocẽtes cum nocentibus: non est dubiũ quin liceat hostes inuadere, cum innocentũ periculo. Sed dubium est in singulari certamine. Video militẽ in me irruentem quem scio innocentem esse: puta qui certò credit bellum iustum cõtra me gerere. Videtur ratio suadere q tunc non possim illum occidere. Nam bellũ non potest esse iustum ex vtrãq; parte. Si ergò ille iustè cõtra me pugnat, non possum ego iustè me defendere. Respondetur nihilo minùs licère. Primùm quia iustè anbo pugnare possumus ex ignorantia, quando vterq; putat se iustam defendere causam. Præterea licèt tunc in cõflictu vni militũ constaret iustitiam ab alterius parte stare, potest se defendere: quia non tenetur illam pati mortem. Quare non solùm tunc ex falsa præsumptione (vt quidam aiunt) nempè quia vterque putat alterum esse nocentem: sed etiam si sciat esse innocẽtem, licitè tunc pugnat. Non posset autem alterum occidere nisi sit alterum aggredi quem scit esse innocẽtem. Respondetur quòd si bona fide credat, iustum se gerere bellum, etiam si alium putet esse innocentem, putà quia vel idem ipse credit, vel inuitus in exercitu retinetur, potest illum aggredi: tum quòd aggressus ipse in bello est defensio: tum etiam q vnus princeps ius habet aggrediendi alterum. Qui autem miles crederet bellum se gerere iniustum, aggredi non posset.

Obiectio à similitudine.

Dilatio.

Solutio ratione obiectæ.

Secunda sententia.

Tertia sententia.

AD primum autem argumentũ in contrarium, lib. 2. satis respõsum est. q. 3. artic. 8. Deus nanq; non tanquàm legislator, vt Scotus putat, dispensare valet super homicidio: sed tanquam vniuersalis vitę dominus, potest cuius potestatem facere alterum occidendi: sicuti fecit Abrahæ: cuius ideo obedientia laude digna fuit. Tametsi pro sua clemẽtia id non per miserit executioni mãdari. Nemo autem mortalium hoc absoluto vtitur vitę dominio. ¶Solutio autem argumenti secundi notanda est apud D. Tho. nempè peccatorum grauitatem de se primò attendendã esse, non penes illatum nocumentum, sed penes obiectum. Quapropter innocentis occisio scelestior est & maiori digna supplicio, quàm occisio impuri ac perditi hominis. Primò, quia huiusmodi occisor præstantius bonum lædit, quod magis est per se diligendum: quapropter peius cõtra charitatem peccat. Secundò, quia & illi iniuriam facit qui minùs erat illa dignus: atq; ideo iniquius iustitiam violat. Et tertiò, quia rem publicam meliori priuat bono, ac subinde in bonum cõmune est pestilẽtior. Postremo & Deũ ipsum impudẽtius spernit, qui iustos chariores habet, secundum illud Lucæ. 10. Qui vos spernit, me spernit. Quod autem iusto mors in bonũ ęternæ gloriæ cedat, occisioni accidentarum est. ¶A solutione autem tertij argumẽti quod de innocente legitimè probatio nocente addebatur, superfedendũ est vsq; ad locum citatũ. q. 6.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ. D. Thomæ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm ius sit vnicuiq; proprium inuasorem in sui defensam occidere.

VM suprà definitũ sit nemini priuata authoritate licêre malefactorem occidere, explorandum supererat, vtrùm saltem liceat aggressorem per modũ defensionis interficere. Sunt enim nonnullæ sanctorũ authoritates quæ id vetare videntur. Ait quippe August. ad Publi. De occidendis hominibus, nè ab eis quisq; occidatur, non mihi placet cõsilium, nisi forte sit miles aut publica functio-

Primum argumentum à parte negatiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne teneatur,vt non pro se hoc faciat,sed pro alijs accepta legitima potestate. vbi negare videtur,cuipiam ne occidatur licére priuatim occidere.¶Et in.1.de libe.arbit. Quomodo,inquit, apud diuinam prouidentiam à peccato liberi sunt qui pro his rebus quas cõtemni oportet, humana cæde polluti sunt?Et censet illas res in vniuersum esse contemnendas, quas homines inuiti amittere possunt,in quarum numero est vita. ¶Et Nicol. Papa,can. de his clericis.dist. 50.ait:De his clericis quibus consuluisti,scilicet qui se defendendo paganum occiderint, si postea per pœnitẽtiam possunt ad prillinum statum redire, aut ad altiorem ascendere, scitote nullam nos occasionem dare, neq; vllam tribuere licentiam eis quemlibet hominẽ quolibet modo occidẽdi. Cui quidem legi cum ad mores pertineat, videntur & laici esse subiecti. ¶Quartò.Homicidium est grauius q̃ simplex fornicatio:sed nemini hæc ad seruandam vitam est licita: ergò neque homicidium facere.¶Postremò. Si arbor est mala ergo & fructus, vt habetur Matth.7. sed defensio ipsa videtur illicita contra illam Pauli monitionem ad Roman.12. Non vos defendentes charissimi: ergò aggressoris occisio erat peior. ¶In contrarium autem est illud Exod. 22. Si effringens fur domum sibi suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor nõ erit reus sanguinis: licet ergò æquiori ratione vitam propriam vsque ad mortem inuasoris defendere.

Argumen. 2

Argum. 3.

Argum. 4.

Argumẽ. 5.

AD quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Nemini licet aggressorem occidere niti id fuerit necessariũ medium nempè si alia via se non potest defendere.¶Secunda. Vbi medium illud fuerit necessarium, licitum est vim vi secundum iura repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ illum occidere.Probãtur simul ambæ cõclusiones. Ad quarum probationem supponitur contingere posse vt vnius actionis duo existant effectus: quorũ alter ex intẽtione agentis proferatur, alter verò accidat præter eius intẽtionẽ. Vt dum quis fodiens vt vitẽ plantet, thesaurũ reperit. Morales autem actus ex eo speciem sortiũtur, quod in intentione & proposito agentis extiterat: ab eo autem quod accidentarium est, nihil laudis vel vituperij recipiunt: vt si venator intendens sagittam in feram dirigere,hominem transuerberet,non est censendus homicida. Ad propositum ergò nostrum, vbi quis se defendit,duos est considerare effectus, scilicet & propriæ vitæ conseruationem, & exitium alienę, quorum prior fuit intentus, posterior verò accidentarius. Ille autẽ per se effectus ex quo actio speciem sortitur,nullam habet rationem rei illicitæ: quippe cum hoc sit ius naturale vnicuiq; proprium: ergò inde nullatenus vitiatur actio.Ex accidentario autem effectu qui ex illo subsecutus est fine,vitiari non potest,nisi vbi medium illud proportionem nõ habuit legitimam ad finem, hoc est non fuit necessarium. Fit ergò vtraq; conclusio ex eodem syllogismo consequens:nempè q; vbi illud medium nõ fuit necessarium iniusta fuit occisio: vbi verò fuit,nõ fuerit nisi licita.Nam cùm quisq; potius teneatur suæ propriæ consulere vitæ q̃ alienæ,nemo tenetur iuri suo cedere, vt alienam vitam propriæ anteferat.¶Tertia cõclusio.Nemini priuata authoritate licet ex intẽtione hominem occidere,vt propriam vitam seruet:sed illud tantũ munus est publicæ potestatis, quæ talem occisionem in publicum bonum refert: vt patet in principe edicente alteri bellum: & in ministro malefactorem capiente. Probatur: quia occidere alium ex intentione,non est nisi publicæ potestatis ad conseruandum bonũ commune. ¶Hic in primis notandum est,conclusionem secundã quæ princeps huius quæstionis existit,in corde esse iuris naturalis. Vnde distin.1. canius naturale.inter alia eiusdem iuris ponitur,violentiæ per vim repulsio. Idq; patet.ff.de vi & vi arm.l.1.Et.ff.de iust.& iure. l.vt vim. ait Florent. Iure hoc euenit vt quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. &.l. iniuriarum. ff. de iniur. Iuris exequutio non habet iniuriã:cùm quisq; ergò habeat ius se defendendi,nemini tenc iniuriã facit. In summa,cap. significasti.2.de homicid.& cap. si verò. 1. de sententia excomm. Vim, inquit,vi repellere, leges omniaq́ue iura permittunt.Et.ff.ad.l. Aquil.sed etsi. expressè habetur quod qui alium ferro se petẽtem occiderit,nõ videtur iniuria occidisse. Adeò enim naturale est cuiq; rei existere,vt in id quod sibi noceat statim insultet.¶Exigit autẽ istarũ conclusionum declaratio vt à tertia inchoẽtur.Dubium nãq; statim existit, quidnè sibi D. Tho. voluerit vbi ait, neminilicére hominem ex intentione occidere vt se ipsum defendat. Videtur nanq; negare illud medium esse licitum, atque adeo sibiipsi contradicere. Nam si intelligit quando illud nõ est necessarium, iam id docuerat in prima, atq; adeò repetitione vtitur inutili.Si verò quando est necessarium,contrarium dixerat in secunda.¶Huius solutio apud Caiet. nisi amplius explicetur,metaphysicam obscuritatem præfert. Ait enim licére cuique vt se defendat, hostem occidere: non quidem vt occ-

Prima cõclusio.

Secunda cõclusio.

Tertia cõclusio.

Declaratio conclusionum S. Thomæ

Caietanus

vt occisio illa eligatur tanquam medium, sicuti medicus ex intẽtione pharmacum porrigit ad cõsequendam salutem. Et hoc est quod asseritur in tertia conclusione.Sed vt sit defensionis effectus: quemadmodum debilitas infirmi non est in intentione medici, sed est curationis effectus qui præter intentionem sequitur. ¶Hæc autẽ regula nisi acutè legatur, multi decipientur. Arguitur enim contra: licitum est inuaso,dum videt aliter inuadentis manus euadere non posse, directo spiculo iugulũ eius ex intentione petere, vt illum priùs consternat:ergò regula falsa.Patet antecedens.Docet nanq; Arist.6.Ethico.ad efficacem voluntatẽ finis perinde sequi electionẽ medij, quod iudicatur necessarium,atq; in speculabilibus se quitur ex præmissis conclusio: potest autem ille rure velle illum finem,quẽ rectè iudicat aliter assequi non posse:ergò & illud eligere medium. Inuenias aliquos etiam ex nostris hæc omnia negantes antequàm concedat licére in cõflictu illi qui inuaditur eligere alterius mortem. Sed profectò si licita est defensio,& iudicatur illud necessarium, nescio cur nõ liceat in hostis iugulum rectà dirigere ensem. Quin verò qui videt hostem in se rectà euaginato gladio tendere, & timet consertis manibus defendere se non posse, potest sagitta eminus iacta, vel globulo illũ solo sternere. Hæc enim est defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ. Mens ergò S. Tho. clara est,& planè physica: censet enim tunc duntaxat homicidiũ ex intentione fieri propter defensionẽ, quãdo quis alterum aggreditur ipsum præueniens: vel ad vindicandam præteritam iniuriam:vel ad cauẽdam futuram.Et ideo optimè ait in tertia conclusione id tantùm licére publicę potestati,vel per bellum respectu exterorum hostium, vel per executionem iustitiæ respectu pestilentũ ciuium,per quorum punitionem respublica se defendit. Atqui hoc propriè censetur, medium eligere ad illum finem:quod quidem priuatæ personæ non licet. At verò quando quis inuaditur, tunc quomodocunq; inuasorẽ occidat inculpata tutela:puta quia videt aliter non posse eius manus euadere,etiam si directè sagitta aut alio iaculo iugulum aut cor petat, censetur id nõ intendere, sed solùm sui defensam. Et hoc sensu bene potest teneri quòd illa occisio non est medium, sed conseruationis effectus. Tamet si cõsueto sermone rectè etiã appellatur medium,eodemq; nomine vtitur Diuus Thomas in prima & secũda conclusione. ¶At verò de tutelæ moderamine quidnam requiratur vt sit inculpata, dubitari etiã potest.

Integratur Caietã.

Aristot.

Mẽs D. Thomæ.

D. Thomas semper sibi constat. Inculpata tutela.

Nam sunt qui aiunt illum qui inuaditur debere summum adhibere iudicium,an possit aliter quàm per illatam mortem se defendere:nempè vel fugiendo,vel pacem deprecando,vel leuiter hostem cædendo, antequàm ei liceat illũ transfigere. At verò licet ita sit quòd haberi debet horum ratio si commodè potest: tamen quòd in conflictu agonizantem tanto negotio obligemus,nulla subest ratio: tum quòd melior est conditio illius qui inuaditur,postquam alter illi offert iniuriam: tum etiam quòd illo temporis articulo metus non sinit iudicium liberum.De fuga autem pòst dicemus.Hoc dixerim quantum ad forum conscientiæ:De foro enim iudiciali iuris prudentes iudices sunto. ¶Existit autem nihilo minus argumentũ per molestum, quippè quod rem valde facit ambiguam. Apparet inquam licére priuatæ personæ hostem occidere, idque tanquàm medium eligendo: nempè ipsum præueniendo & aggrediendo: quod in tertia conclusione negatũ est.Faciatius enim eum qui per inimicitias diuexatur, occlusum esse in aliquo oppidulo vnde nullatenus effugere potest,vel in eisdẽ ædibus vbi est hostis:qui & certissimus absque vllo dubio est eundem hostem eum decreuisse occidere: sed expectare horam, vel socios,vel aliam iam iam instantẽ opportunitatẽ. Appareret enim eiusmodi miserum posse alium præuenire: & dum securus est, eum opprimere. Vel fac innoxiam mulierem cum marito eodem lecto iacentem euidẽter scire eundem sub ceruicali abdidisse gladium,quo ipsam dormiẽtem iugulet: neque patère miseræ suffugium aliud: nunquid non ipsa posset eundem gladium furtim arripere, & fabulam anteuertere? Profectò res est dubia.Ad quam aliud responderi non potest,quàm quòd dum actus ille,aggressio est, nullatenus est licitus. Si tamen est defensio,non est cur condemnetur. Vtrum autem eorum sit,non est lege aut scientia definiẽdum, sed arbitrio prudentis quocunque casu iudicandum.Seruit autem hoc ad pacandas cõscientias post factum. Haud tamen est in publico hæc licentia prædicanda,nè rude vulgus, quod discernere nescit quando est aggressio, quando verò defensio,eam per abusum amplificet. ¶At verò contra secundam conclusionem existit argumentum huiusmodi. Necessarius ordo charitatis exigit,vt modò dicebam⁹, vitam spiritualem proximi propriæ corporali præferre: quandoquidem spiritualis non solùm perfectior est, verùm & finis ipse ad quẽ temporalis refertur: quisquis autem priuata authoritate alterum vi aggreditur,est in pecca

Obiectio contra tertiam conclusionẽ

Dilutio.

Argumentũ cõtra secũdã cõclusionẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to mortali, quia id nemini licet: ergò alterum idem ordo charitatis stringit vt mori se citiùs permittat, quàm alterum in infernum obtrudat: atque adeò neutiquàm licet eum occidere. Argumentum est quod non modò sciolos multos cogit vt eius conclusioni fidem adhibeant, verum & Gersonem, grauè alioqui authorē: qui tract. de Eucharistia eam habet pro confessa. At verò hoc esset non solum naturale ius peruertere, verum & Christi iugū, quod suaue est & leue, acerbum facere, atq; importabile. Quænam enim iustitia esset in lege quæ subditos cogeret, vt vitam quam mortales tanti æstimant, cuiuscunque temeritati & audacię dono darent? Si me tyrannus ad malum vrgeret, vitam pro virtute deberem ponere: sed tamen quòd cuicunque volenti me iniquissimè occidere id permittere cogatur, intolerabilis res esset. Imò non solum vitam non cogor illi dare, verùm neq; honorem, neq; famam, neq; bona mea. Est, verbi gratia, impurus homo & peruicax qui iurat nisi dedero ei pondus auri patratur⁹ sese graue aliquod scelus, vtrùm propterea ego instringar petitionem suam illi cōcedere? minimè gentium. ¶ Ad argumētum ergo conceditur ordine charitatis magis esse diligendam salutem spiritualem proximi quàm nostram temporalem. Hæc autem charitatis lex solum obligat, vt quoties ad eiusmodi spiritualem salutem mea fuerit temporalis simpliciter necessaria, debeam illam periculo offerre. Exempli gratia. Laborat ciuitas aliqua vel persona ignorantia vincibili, quam ego solus possum tollere: deberem certe ordine charitatis cū periculo vitæ veritatem detegere. Item si mihi incumbit ex officio. Nam tempore pestis tenetur prælatus, & tempore belli princeps non deserere populum: quia hoc secundo casu non sola charitas, verum & iustitia concurrit. Vbi autem vita mea non est necessaria, sed ipsi sciunt se malè agere, & possunt cessare, & sua culpa non cessant: ego non teneor: sed ad perfectionem charitatis quandoq; id pertineret. Et hoc expresse docet sanctus Thomas in loco nuperrimè citato, ī solutione ad. 3. & q. 25. eâdē. 2. 2. art. 8. ait, quòd licèt dilectio inimici in præparatione animi sit necessaria, quando necessitas occurrit: tamen extra talem necessitatem diligere inimicum nō est, nisi de perfectione charitatis. ¶ Ad propositum ergo vt descedamus, qui me vi armata priuatim adoritur, sua culpa id facit: quare mea vita non est illi necessaria: & ideo nec teneor illi succumbere. Aliàs occasio porrigeretur nefandis hominibus iustos inuadendi: nēpe dum certi essent ab illis non se esse occidendos. Simili enim audacia Machabæorum hostes Sabbatis eos adoriebātur, arbitrantes tunc eos non posse pugnare, Quare vt legitur. 1. Macchabæo. 2. decreuerūt etiam diebus illis sanctis sese armis defendere. Haud ergò est consequens: Teneor diligere salutem proximi spiritualem præ mea corporali: ergò teneor illam extra casum necessitatis plus seruare. Vnicuiq; nanq; mādata est cura suæ vitæ suorumq; bonorū: non autem alienorum, etiam si pretiosiora sint. Sicuti seruare pater tenetur magis filium suum quàm extraneū longè meliorem. ¶ Hactenus de libertate quā quis habet defendēdi se. De necessitate autē, vtrùm scilicet quisque ad id teneatur, ab aliquibus dubitatur. Imò sunt qui id affirmant propter hoc quod à nobis modò asserebatur. Hoc autem dubium articulo. 6. decisum est: nempè demonstratum, licitum esse vitam ponere pro amico. Vnde palam consequitur posse inuasum permittere se occidi, ne occidat. Quin verò quandoq; tenetur. Quare tres ordines statuendos de hac re arbitror in præsentiarum. Est enim vnus quo inuasus teneretur, vt reor, potiùs mortem perpeti quàm inuasorē interficere, etiam vbi aggressio iniuriosa esset. Etenim si aggressor esset rex, vel dux, vel alia persona quę valde esset reipublicæ necessaria: inuasus autem esset persona vilis, cuius vita ad bonum commune nihil refert: profectò crediderim tāe inuasum illum charitate cogi vt lethū potius ferat, quàm alteri inferat. Atqui per alterum extremū contingeret casus vt teneretur inuasus sub pœna peccati mortalis defendere se: vt si vice versa princeps aut quæuis alia persona rei publicæ perquàm commoda ab impuro aliquo & nefario impeteretur: tunc enim procul dubio prodigalitas esset vitæ non se illum iniuria lacessitum defendere: etiam dum opus esset lacessentem occidere. In reliquis verò medijs casibus & ius habet inuasus quisque defendendi se: & nihilo minùs ei liberum est propter charitatem iuri eiusmodi renūtiare. ¶ Quid autem si quis me iniuria lacesseret, non armis, sed vi alia aut fraude? vt si scirem iudicem decreuisse me per iniquitatē ad mortem adducere, aut testes iniquis testimonijs: idque mihi esset certissimum, rem q; iam esse in proximo, nūquid non possem illos occidere sciēs me aliter nō posse mortem fugere? Apparet enim idem ius esse, ac si me gladijs inuaderent. Respōdetur nequāquā licere, neq; idem esse iuris: quoniā solùm licitū est vim vi repellere: vis autē non est nisi in præsenti aggressione. Aliàs (vt suprà diximus) si tu præcenires, tu esses qui aggrederēris. Quare alia

Solutio.

Charitatis lex quando obligat.

D. Thomas.

Quando necesse sit mori ad vitandum peccatum.

Tres ordines statuendi.

Dubium.

Dubium.

alia tibi iuris remedia exquirenda sunt. Si autem prætor aut alij ministri iustitiæ vellent in me manus injicere, constaretque mihi per iniquitatem id facere, liceret mihi profectò perinde vim vi repellere ac si essent personæ priuatæ. Secus tamē si id bona fide & lege tentarēt: nempè quia sunt indicia vel aliqua legitima accusatio. Tunc enim licèt ego essem innocens, non mihi liceret, quò me eriperem ministros vulnerare: vt infra quæstione. 4. dicturi iterum sumus. ¶ De bonis autem temporalibus dubiū est, vtrùm in eorum defensum licet etiam latronem occidere. Apparet enim hoc non licēre: quia bona hæc temporalia lubrica atque adeò necessariò peritura non sunt tanti facienda, vt vita eorum gratia homo multandus sit. Eo pręcipuè quòd omnia hæc in vitæ humanæ subsidium mortalibus collata sunt. Atq; ad id facit authoritas Augustini ex. 1. lib. de lib. arbi. secundo argumento citata. Quin verò & illud Exod. 22. quod ca. 1. de homicid. citatur de fure nocturno, adiuncta glo. Augustini quæ citatur cap. si perfodiens. de homicid. Glossa enim est, propterea licēre furem nocturnum in flagranti delicto morte opprimere, non autem orto iam sole, quod noctu discerni nequit, venerit ne ad furtum faciendum an ad homicidium, sicuti luce solis deprehendi potest. Vbi significat August. solum metu mortis licere furem occidere, nō autem metu amissionis bonorum. Respondetur nihilo minus ei tra dubium licēre furem etiam diurnum in defensionem bonorum temporaliūm interficere si aliter illa eripi ab ipso nequeunt. Et ratio est quòd bona mea, media sunt ad vitæ sustentationem, & status, atque honoris. Quapropter sicut vita fundamentū est omnium bonorum: ità est & eorum tutrix. Ad August. autem respondetur, aut q̄ illius forsan fuit sententiæ q̄ ob solum bona temporalia nō licet furi vitam haurire: vel melius q̄ locutus est vt philosophus moralis: quia vix accidere cōsueuit quin possint bona eripi à diurno latrone citra eius mortem. Et quando id fieri posset, certè iniquū esset illum occidere: sic enim habetur. l. furem. ff. ad. l. Corn. de sica. furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impunè feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit: parcere scilicet liberando res suas. &. l. sed & si. ff. ad. l. Aquil. si quis cum furem apprehendere posset maluit occidere, iniuriam fecisse videtur. Idemque habetur cap. Interfecisti. extrà, de homicid. Vnde iurisconsulti inferunt quod etiam dum spes est vtà iuridica recuperandi furtū, non licet furem occidere. Et certè si spes esset certissima q̄ facilimo negotio recuperari posset, verum apparet. Vbi autem res esset dubia, posset liberum esse domino iure vti suo. Vnde eodē cap. interfecisti. subditur: Si autem sine odij meditatione te tuaq; liberando huiusmodi diaboli membra interfecisti, si ieiunare volueris bonū est tibi. Quasi dicat, non teneris. De tēpore autem defensæ, quandiu duret, prætereà fortè dubitas. Nempe vtrum tunc tantùm liceat resistere quandiu fur rem non arripuit: an verò etiam tunc dum tuis rebus omnibus fugit, liceat tibi eum armis insequi: & si aliter deprehendi nequit, etiam iacto telo sternere. Respondetur toto illo tempore flagrantis delicti licēre vim vi repellere, etiam dum fugit: postquàm verò aliquo se iam recepit, non licet eum vi aggredi, sed tenere quousq; iudex eum capiat. Attamē cùm hæc licēre altruimus, nēpe furē telo prosternere, sic intelligimus, si bona aliquanti sint pretij. Nam pro re vili, nempè pro valore duorum triūmve ducatorum, vt vitā periculo exponere delictum esset, sic & aliam interficere. Nam licèt te tuaq; tuendi ius habeas, conferendum tamen est damnum quod tibi caues cum illo quod das. Quanuis innocētis conditio melior sit. ¶ Superest autem de honore videre, vtrùm ob eius defensam liceat aggressorem occidere. Est verbi gratia ingenuus vir aut illustris, qui videns hostem ad se gladio appropinquare, fugiendo posset liberare vitam, vtrùm fugere cum suo dedecore teneatur nè suam vel hostis periculo mortis obijciat. Apparet enim secundùm ea quæ dicta sunt neutiquàm expectare posse: quandoquidē moderamē inculpatæ tutelę requirit hostis necē necessariā esse ad seruandam vitam: quod in illo casu non est. Respondetur nihilo minùs nō tenere se in pedes conferre: quia moderamen hoc adhibendum est citra honoris detrimentum quod alicuius sit momenti. Quapropter sacerdotes & monachi fugere omnino in tali casu tenerentur: vt pote quorum honor non est cōflictum illum expectare: quippè quos armorum vsus nisi in extrema necessitate non decet. Et idem est de plebeio infimę sortis, qui nullam prorsus honoris iacturā fugiēdo faceret. ¶ Quòd si hinc quispiam contra nos intulerit, licēre tunc etiam lacessito & in duellum prouocato exire: quoniā sine honoris iactura aliud nequit facere. Respōdetur nullam esse consequentiam. Nam tunc nulla vis infertur, sicuti dum presens est hostis. Et ideò qui exit in duellum nō repellit vim vi, sed cooperatur ad iniustitiam qua alter ipsum prouocauit. Præsertim quòd secundùm rei veritatem & sapientum iudicio, non exire, nō est

Quam diu tēpus defensæ duret.

Dubium aliud

Solutio.

Submotio cauilli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedecus: quia vbi virtus non defenditur, nullus est honor: quippe qui eius est præmium. Ob idq; cùm exire ad occidendum priuata authoritate, non sit virtus: fit vt neq; verè sit honor, nisi secundum vulgus. Et nomine vulgi quicũque intelligũtur, qui non secundum rei naturã, sed secũdum popularem opinionem de rebus iudicant. Sed de hoc nihil ad præsens. ¶ Vnũ autem hic quispiam meditabitur fortè sophisma. Videtur nãq; nobili qui in conflictu vulnus accepit licere hostem cessare iam volẽtem repercutere: non quidem in defensam vitæ, sed honoris quem ei abstulit: nam si licet expoliato bona fugiẽti latroni vi eripere, cur non & isti eripere honorem? Respondetur disparem esse rationem: nam latro importat tua ipsa bona quæ ab illo eripis: in casu verò præsenti ille qui te dehonestauit non secum portat tuũ honorem: quare non potest illum iam vendicare nisi per vindictam quæ soli publicæ potestati licet. ¶ Ex his suprà dictis fit q; si quis quẽpiã aggrederetur vt eũ fustẽ leuissimè percuteret, posset id alter etiam hostẽ interimendo repellere. Præsertim in Hispania vbi tam atrox illa iniuria reputatur. ¶ Vtrùm autẽ eadem sit ratio de clericis quę est de laicis. Respõdetur quãtum ad ius naturæ idem esse prorsus: nisi quòd de defensione honoris non est par ratio: vtpote qui illum non habent in armis. De iure autẽ Ecclesiastico, statim.

Excluditur alterum sophisma.

Ad primum & secundũ argumentũ.

PRimum igitur argumentum pariter & secundum eãdem solutione diluuntur. Loquitur enim planè Augustinus. in casu tertiæ nostræ conclusionis: nempè nemini ex intentione, puta per viã aggressionis & præuentionis licere priuata authoritate se defendere, neque sua. Et ideo ait, pro his rebus, directam significans intentionem: excipiẽs nisi sit miles. ¶ Ad tertium verò respondet Diuus Thomas, quòd cùm irregularitas incurratur præter culpã, vt patet in iudice, fit vt clericus cuã si se defendẽdo aliquem interficiat fiat irregularis. Loquitur tamen secundũ ius quod suo sæculo erat in vsu. Postmodum nanq; Clemens. vnica de homi. prouidenter cautum est, vt qui mortem aliter vitare non valens suum occidit vel mutilat inuasorem, immunis sit ab irregularitate. Præterq; quòd in dict. cap. de his. nihil aliud habetur q; q clericus ille qui paganũ defendendo se occidit, multùm sibi consuluit si ab officio sacerdotali recesserit. quasi non esset necessarium. Adde q fortè loquitur vt in præcedẽti cap. Clericũ. de eo qui in militia, nẽpè obsidione inclusus paganũ occiderat: debuerat enim in obsidione nõ manere. Vnde can. Interfecisti. de homi. volun. presbyter qui se & sua defendendo inuasorẽ occidit, nõ deponitur, sed ad pœnitentiã admonetur: forsan propter exemplum, aut propter aliquã præsumptã culpam. Sed de irregularitate statim articulo proximo: vbi hæc verba S. Thom. emunctius examinabuntur.

Ad tertium argumẽtum

¶ Quartũ argumentũ nullius est põderis: quoniã neq; fornicatio neq; adulterium media sunt ad defensionẽ quemadmodum homicidium.

Ad quartum argumentum

¶ Quintum verò super eodem nos loco Pauli tractauimus. Verbum enim Pauli, Non vos defendentes, idem est Græcè quod, Non vos vindicantes: vt eius verbale nomen statim subiectum ostendit, Mihi vindictã, & ego retribuã. Licet enim vim dum infertur repellere: non tamen illatam iniuriam, nisi per publicam authoritatem, vindicare.

ARTICVLVS. IX.

Vtrùm qui casu alterum occiderit, fiat homicidij reus.

Primus articulus.

POst voluntarium homicidium sequitur de casuali, vtrùm reũ faciat homicidam. Sunt enim in partem affirmatiuã testimonia tam sacra, q̃ sanctorũ patrũ. Legitur enim Gen. 4. de Lamech q̃ virum in vulnus suum occiderit. Et historia secundum sanctos interpretes fuit quòd cùm in venatu credens interficere bestiam, hominem interfecerit, nihilo minùs homicidium ei imputatum fuit. ¶ Secũdo legitur Exod. 21. Si quis percusserit mulierem prægnantem & abortũ fecerit: si mors eius fuerit subsequuta, reddet ãnimam pro anima: abortus autem ille præter percutientis intentionem accidere poterat: ergò casuale homicidium non est absque culpa. ¶ Tertiò. Dist. 50. & extrà de homicid. quàm plures extant canones quibus qui clerici casu homicidia fecerũt, irregulares habẽtur: irregularitas autem vbi in pœnam ponitur, nõ nisi propter culpam incurritur. ¶ Contrarius autẽ obuiam occurrit ad Publi. August. vbi sic ait, Absit vt quæ propter bonum aut licitũ facimus, si quidem propter hoc præter nostram voluntatẽ quicquam mali acciderit, nobis imputetur: homicidiũ autẽ casuale est, cùm ei qui bonum intendit, malus accidit effectus.

Lamech.

Historia.

Argumẽt.

Argumẽt.

Argumẽt.

AD quæstionẽ tribus cõclusionibus respõdetur. Prima est bimẽbris, eadẽq; cæterarũ basis ac radix. Nihil casuale quatenus casu accidit peccatum est: sed quatenus quidpiã habuerit voluntarij, catenus erit peccatum. Conclusio

Prima cõclusio.

clusio probatur secũdũ Augustinũ cõtra Faustũ: peccatũ non est nisi quatenus voluntarium: casus autẽ secundùm Arist. 2. Physic. est causa præter intentionẽ, atq; adeò præter voluntatẽ agẽtis: ergò casualia secũdùm illã rationẽ nihil secũ afferũt culpæ. ¶ Secũda cõclusio. Nemo dans operã rei licitæ, neq; finistrã habens intẽtionẽ, dum modò debitã adhibuerit diligentiã ne noceat, q̃ vis ex actione sua sequatur homicidiũ, reatũ illius incurrit. Cõclusio hæc præcedẽtis appẽdix est & corollaria. Nam eiusmodi homicidiũ nihil prorsus habet voluntatis, sed est simpliciter casuale. ¶ Tertia conclusio. Si quis dat operã rei illicitæ, vel dans operã rei licitæ debitã non adhibet diligentiam, non est à reatu homicidij immunis, qd ex eiusmodi actione fuerit subsequutũ. Probatur cõclusio. Cõtingit id quod actu per se neq; volitũ est neq; intentũ, per accidens esse volitũ atq; intentũ, quatenus id nõ impedit quod impedire tũ poterat, tum etiã debebat. Nã causa quę phibẽs remouet, dicẽt accidẽtaria. Quo fit vt qui causam vel actionẽ non remouet atq; impedit quã tollere debebat, si sequatur homicidiũ, reus eius cõstituatur. Hoc autẽ fit dupliciter. Vno modo quando operã nauat rebus illicitis, quas vitare debebat: altero verò qñ vacans rebus licitis diligentiã non adhibet: ex cuius cõtraria negligentia subsequitur homicidiũ. Atq; hęc est assertã nostra cõclusio. ¶ Ad planã verò rei intelligentiã recolendũ est, bifariam aliquid esse voluntariũ. Vno modo directè, quia intẽtũ: & hoc simpliciter nũcupatur voluntariũ, opponiturq; simpliciter casuali, vbi nihil est volũtarii: & alio modo cõtingit esse volũtariũ per accidẽs: quia nõ impeditur: & hoc est mediũ inter simpliciter volũtariũ ac simpliciter casuale. Sed nihilo minus ob carẽtiã directæ intẽtionis dicitur casuale. Requiritur ergò ad casuale homicidiũ prius ad hoc re vera sequatur ex actione quæ tolli debebat: vt habetur cap. ad audientiã. de homi. & cap. presbyterum. Nam si aliunde sequatur, nullatenus imputatur agenti vt eodem. cap. Ioannes. Vt si quem inaprudenter incautęq; castigans vulnerasti: & homicidiũ, vel nõ est subsequutũ: vel nõ ex vulnere, sed ex maligna curatione, vel alio accidente ille occubuit: non est in cõscientia homicidij reus, sed tantùm incautæ pulsationis. Tertiò requiritur q nõ solùm posses talem actionem euitare, verùm deberes: licet enim venator excusare posset venationẽ, atq; adeò iactum teli quo præter intentionem factum est homicidium, nullam inde cõtraxit culpam. Similiter, vt paulò ante dicebamus, d ũ latro ex te pecuniam petit, comminatus nisi dederis, furtum alibi se facturum: licet non dederis & faciat, non est cur tibi furtum imputetur: quoniam non tenebaris. ¶ Atq; ex hoc sequitur quæstiunculæ solutio in præsentiarum moueri solitæ. Dubitatur nãq; vtrùm homicidium casuale quod per accidens est voluntarium, sit in vniuersum peccatũ mortale. Apparet enim tale ex obiecto. Respondetur nihilo minus non habere eiusmodi homicidia plus culpæ quàm fuit in causa: siue causa fuerit datio operæ rei illicitæ, siue negligentia in re licita. Exempli gratia: Prohibitus est clericus equũ equitare, illum tamen ascendit casu quo non erat nisi venialis culpa, & hominem infortunio pessundedit, vt habetur in cap. Dilectus. de homicid. non esset nisi veniale peccatum. Pariter si dans operam rei licitæ: vt miles venator ex negligentia, quia non satis circunspexit occidit hominem, si negligentia non fuit nisi venialis, homicidium non erit nisi veniale. Haud enim diligentiam adhiberi semper necessarium est quàm maximè potest, sed quam fuerit pro quali tate negotiorum congruens. Quod si causa culpam habuerit mortalem, leuiorem tamen quàm est genere suo homicidium, non erit in ipso homicidio culpa grauior. Sẽtentia est Augustini. 22. lib. contra Faustum: vbi ait, Lothus qui ebrius incestum commisit, non fuisse reum quia ebrius incestum commisit, non fuisse reum incestus: eò quòd cri nen illud nõ habuit plus culpæ, quàm in inebria tione præfuerat. ¶ At verò de irregularitate est dubium: & primo cõtra secundam conditionem suprà positam est argumentum. Dictum enim est quòd si quis lethaliter incautè & ex graui negligentia quempiã percussit, qui tamen vel per egregiam curationem, vel fortè per miraculum mortem euasit, tũc percussor ille nõ est reus homicidij. ¶ Arguitur verò contrà. Si ex intentione illum tam grauiter vulnerasset, eãdẽ culpa inficeretur ac si esset homicida: ergò & si id incautus ac negligens fecerit. Respondetur in primis irregularitatem non incurri, quæ homicidis posita est, nisi re vera sequatur homicidium. Quare etiam si miraculosa sit mortis euatio, satis est vt percussor non habeatur irregularis. Præterea quãtum ad culpam est differentia. Nam qui ex intentione hominem vt occideret percussit, statim, quicquid sequatur, reus est apud Deũ homicidij: qui verò non ex intentione, sed ex cautelæ defectu aliũ sauciauit, non fit reus maioris culpæ q̃ quæ fuit in causa, vt modò dicebamus. ¶ At contra alterum membrum eiusdem conclusionis quo dictum est, etiam si sequatur homicidium, non tamen ex vulnere, sed aliunde,

Dubitatur vndecimo.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Tres conditiones requisitæ ad hoc vt casuale homicidium imputetur.

Dubitatio submouetur

Quodpeccatũ sit casuale homicidiũ.

Augustinus.

Impugnatur secundę cõditionis prioris pars.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc, non imputari: arguitur. Si vulnus erat re vera graue, quanuis infirmus non sibi satis
Posterior pars oppugnatur. caueret, vel nõ fuerit adhibita illa curatio, quæ si adhiberetur euaderet: nihilo minùs dum moritur, re vera ex vulnere moritur: ergò quanuis negligentia, vel infirmi vel medici fuerit etiam in causa, ille nihilo minùs est reus homicidij. Et confirmatur hoc inde, quòd neque infirmus tenetur tãta cautela sibi cauere, neque optimum exquirere medicum, neq; verò medicus tam solertem adhibere curationẽ: & ideo licèt non simpliciter ex vulnere, sed adiunctis alijs negligentijs sequatur mors, nihilo minùs percussori imputatur, qui per iniuriam causam dedit. Adde q̃ forsan neque chirurgorũ copia haberi potuit, neq; alterius qui sanguinis exitum restingueret: qua de causa ille mortem obijt: tunc enim cùm nullus præter percussorẽ fuerit in culpa, ille erit verè reus. Respõdetur adhoc, quòd quãdo homicidiũ subsequitur, iudicio medicorum standum est, vt cap. si
Solutio. gnificas. titul. 2. admonetur. Vtrùm re vera vulnus, lethale erat, quo plurimũ homines mori solẽt: & tunc nõ obstante à parte infirmi negligentia, homicidium vulneranti imputatur. Si autem nõ erat eiusdem generis, tũc quãtum ad percussoris culpã nihil fortuitus euentus refert, quandoquidẽ tota præfuit in actione: sed quantũ ad irregularitatẽ si citra alterius culpam sequuta est mors, homicidiũ ei imputatur. Si verò ob culpã vel infirmi, vel medici excusatur. Nam vulneratus postquàm semel vulnus accipit, iure naturæ tenetur suæ vigilãter saluti cõsulere, & Chirurgus etiã ob fidem sui muneris eidem prospicere. ¶ His præhabitis descendendum nobis restat ad irregularitatis modos. In primis enim quòd qui iuxta tenorem secundæ conclusionis operam dat rei
Qui incurrunt notã irregularitatis. licitæ, prudentemq; adhibet diligentiam quẽ piam occidit, nullo irregularitatis notamine fordescat, multi sunt textus, extrà, de homicid. vt cap. lator. & ca. dilectus filius. & c. significasti. & c. Ioannes. & cap. ex literis. extrà, de homicidio. atq; alij, dist. 50. Quoniam illic non solum nulla est culpa, verùm neq; voluntaria occisio. Ex hac ergò conclusione collige, infirmorum custodes atq; infirmarios dum infirmum in lecto mouent vt vel aptiùs ei cibum ministrent vel quietiùs iaceat, etiã si inde mors tantillùm acceleraret nullam irregularitatẽ incurrere: quia dant rei licitæ operam. Nisi tam immodica esset negligẽtia & iactatio illius, vt
Factum ridiculum. adeò mortalis temeritas. Audiui de Confessario qui cùm reum quendam ad patibulum comitaretur, & casu iumentum quo ille vehebatur pepulisset, inde scrupulum irregularitatis conceperit, quòd sua causa properantius eum morti obtulisset. At verò ridicula sunt. ¶ In tertia autem conclusione duas causas irregularitatis posuimus: quarum prima erat dum quis dat operam rei illicitæ. Et quidem Caietanus & Syluest. in verb. homicidium. §. 2. & Doctores iuris Canonici vniuersalem regulam astruunt, q̃ omnis qui dat operam rei illicitę, quomodo cunq; ex illa datione sequatur homicidiũ, fiat irregularis. Attamen regula hæc in primis non habetur in iure, sed eius interpretes illam inferunt ex contrario sensu: nempè ex præfatis capitulis quibus qui dãt operã rei licitæ excusatur. Et potissimùm ex cap. ex literis. 2. & ex. c. dilectus filius. vbi habetur q̃ qui non dat operam rei illicitæ, si non est negligens nõ est irregularis. Inde nanq;, tum alij, tum etiam S. Thomas intulit, quòd qui rebus vacant illicitis fiant ex eo homicidio irregulares. Debet ergò suis moderaminibus temperari vt verum habeat vniuersaliter. In primis si clericus in adulterio deprehensus inuaditur, & cum moderamine inculpatæ tutelæ inuasorem occidit, quanuis operam daret rei illicitæ, non debet irregularis censeri: quia homicidium illud non est tunc voluntariũ. Nam quanuis adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per se causa homicidij: sed vulneratio quæ nõ fuit voluntaria. Rursus in dicto cap. ex literis. excusatur ille monachus ab irregularitate, qui cũ campanã de campanili deponeret, cadẽs lignũ puerũ oppressit. Fac opus illud fuisse seruile, & forsan in die festo, aut contra præceptum Prælati deliquisse illo opere monachum: vtrùm propterea esset irregularis? profectò minimè credendum est. Itẽ in dict. cap. dilectus. excusatur clericus qui sanitatis gratia ascendens equum inopinatò alterũ interemit, vtrũ si equitatio illa eidẽ clerico fuisset nocua & cõtra iussum medici deliquisset propterea esset irregularis? profectò nulla est ratio vt credas. Nã peccatũ q̃d fuit in causa ex natura sua, nihil ad homicidiũ referebat. Sed ais, neq; hoc dicũt Summistę. Imò verò id asserit Syluest. in verbo, homicidio. 2. dub. 18. vide Sylu. licet q̃ si quis cædes arborẽ quæ erat sua, optimè circũspexit ne quẽquam opprimeret: quãquis posteà cadẽs arbor trãseuntẽ fortè cõpreſſerit nõ est irregularis. Si tamẽ arbor non erat sua, fiet irregularis: quoniã dabat operã furto. Et pariter habẽt dicere q̃ si nobilis sæcularis in proprio nemore venat, & mere casualiter hominẽ occidit, nõ fit irregularis ad suscipiẽdos ordines: fiet tamẽ si nemus est alienum, & contra do-

tra domini voluntatem illic deprædatur feras. ¶ Hęc autem profectò minimè credenda sunt: sed sic intelligenda est res illicita cui datur opera vt scilicet genere suo res illa causa esse soleat homicidij. Vt si clericus dat operam rei bellicæ: licèt imprudens & nesciens alium præter suam intentionẽ occidat, est irregularis. Et pari iure si torneamenta atq; alia pugnæ simulacra exerceat, quę clericis vetita sunt. Itaq; vt homicidium casuale ratione rei illicitæ causa sit irregularitatis, requiritur q̃ opus illud cui cõsultò & perã dabat genere suo sit periculosũm. Quando verò illa operà non sunt clericis ideò prohibita, neq; adeo illicitã quia periculosa, sed aliã ob causam: tunc homicidiũ quod merè est casuale nullius est irregularitatis causa. Quapropter Caietani hùc sententia, quòd clericus qui inter venandum homicidiũ casuale fecit, similiter excusatur ac sæcularis, nescio an sit vsquequãq; vera: nam si est venatio talis q̃ clericis non ob id vetatur, q̃ periculosa est: verum habet: si autem propter periculum prohibetur: vt est venatio aprorum quæ ramis, & telis, & ferocibus canibus fit: profectò fiet clericus irregularis: vbi sæcularis non fieret. ¶ Et per hanc decisionem arbitror explicari cuncta capitula quæ de nauãte operam rei illicitæ adduci possunt. In primis in. c. continebatur, de homic. vn de suam ulti regulam colligunt, Diaconus irregularis censetur nõ ob id quod operam dabat rei illicitæ: nam iacere baculos leuandi laboris gratia, neq; erat clericis interdictum, neq; erat periculosum sed propterea quòd dum alter in eum insiliunt, debuisset cauere ne falce qua ipse erat accinctus vulneraretur: nam statim cap. lator. clericus qui alterum in terram proiecit, quod opus de se magis videbatur illicitũ: quia non ex sua negligẽtia cultellus eius in alterum incidit, non cõdemnatur irregularitatis pœna. casu autem capituli: suscepimus. nõ idcircò fit ille monachus irregularis q̃ latrones in defensam propriæ vitæ occidit, sed ob id quòd pro rebus temporalibus, quarum monachi non debent esse adeò cupidi, eos ligauerat, ac perinde causam dederat homicidio. Sed & casus capituli. Tua nos, eidem nostro asserto patrocinatur: illic enim decernitur clericũ qui chirurgiæ pietatis gratia in curanda quadã muliere operam impenderat, & præter eius intentionem mortua est, non fuisse irregularem. Vnde à contrario sensu colligitur q̃ si quæstus causa id fecisset, fuisset irregularis: eo videlicet q̃ propterea clerici ab illa arte arcẽtur, quod est genere suo periculosa. ¶ Secundus modus quo casuale homicidium imputatur est negligentia: quæ quidẽ si absq; vlla fuerit culpa, nulla est irregularitatis causa: vt capitulis suprà citatis habetur, quibus secundã conclusionẽ diui Thomæ sustulimus. Nam etsi irregularitas citra culpam incurratur vt patet in sæculari iudice, debet tamẽ vt diximus, esse voluntaria: & vbi negligentia extra omnem est culpam, effectus non censetur voluntarius: quandoquidem inuoluntarium, vt dictũ est, in his quę causæ sunt per accidens, non est nisi vbi homo id facere omittit quod facere debuit. Quapropter, vt suprà diximus, prudenter cautum est Clemen. vnica de homicidi. vt qui aliter mortem euadere non valens inuasorem occidit, aut mutilat, liber ab irregularitate sit. Et pari iure etiam clerici sacerdotes petentes in iudicio sæculari malefactorum emendam, & eorum quibus expoliati sunt restitutionem, dummodo protestentur se id ad vindictam non facere, neq; ad sanguinis effusionem, quanuis patibulo illi affigantur, ab irregularitate sunt immunes: vt habetur de homicid. volum. lib. 6. cap. Prælatis. ¶ Id autem
Dubitatio. forsan scisciteris, vtrum vbi causa culpã nõ habuit nisi venialẽ, incurratur irregularitas. Caie-
Caietanus. ta. in præsentiarum ad partẽ annuit affirmatiuam. Ait quippe casuale homicidiũ semper imputari danti operam rei illicitæ, quo ad pœnã irregularitatis, & culpã aliquã: sed non semper quo ad mortalem culpã. Vbi docet citra mortalẽ incurri irregularitatẽ propter aliquã culpam. At verò quanuis hoc aliquã præ se ferat
Solutio. probabilitatẽ, pro eo quod iam tunc homicidiũ est quadãtenus voluntariũ, nescio tamẽ an omnino sit verũ. Difficile enim est credere q̃ irregularitas, quę ceu pœna propter culpã imponitur, incurratur ex sola veniali culpa. Quare ego vix illud credere queã. Exempli gratia, Decernit Clemen. modo citata clericũ qui se defendendo hostem occidit, nõ esse irregularẽ: q̃ ergo qui per leuissimã culpam venialẽ, causam dedit homicidio, scilicet quia non vsque adeò perspexit an citra illud poterat se defendere, irregularis fiat, nescio quis credat.

PRimum igitur argumentum erat de Lamech, qui Gene. 4. fatetur occidisse virum in vulnus suum: nempe qui, vt omnes habẽt interpretes, inter venandum, Cãin latentem, putans se feram occidere, iaculo infixit. Ad hoc igitur respondetur, non satis circumspexisse: vel, vt alij aiunt, cùm oculi iam sibi caligarent ducatu pueri id incautè fecisse: ea scilicet ignorantia quæ ipsum in culpam conIecit. ¶ Ad secundum respondetur quod qui mulierem prægnantem pulsat, idem iudicium subit, vbi periculum est abortus, atque homici-

da. nem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

da. nempe quòd si ex intentione faciat mortaliter peccat: & si causa, tanta delinquit culpa quanta fuit in casu. Quòd si fœtus erat animatus, fit verè homicida, atque adeò irregularis.

Ad tertium argumẽtum

¶ Ad canones autem adductos in tertio argumento, satis superque responsum est. Neminem enim irregularitatis sententia cõdemnat, nisi eum qui vel operam rei illicitæ dederit, vel in re licita fuerit negligens.

QVÆSTIO SECVNda, de mutilatione membrorum.

Sanct. Thomas. 2. 2. quæst. 65.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm quempiam suo mutilare membro sit licitum.

QVONIAM animalis vita ex ea quæ in membris est constat, post homicidiũ sequitur de mẽbrorum mutilatione, vtrùm sit vllo casu licita. Et arguitur à parte negatiua. Peccatum per hoc committitur, vt lib. 3. ait Damas. quod receditur ab eo quod est secundùm naturam, in id quod est contra naturam: secundùm autem naturã, autore Deo, corpus decet esse suis membris integrum: ergo cõtra naturam est illud mutilare. ¶ Secundo. Sicut anima ad totum corpus, sic & animæ partes ad partes corporis. vt. 2. de Anima autor est Aristot. anima autem hominem priuare nisi publica potestate non licet, ipsum occidendo: ergo neq; particularia membra nisi eâdem publica potestate licebit suis animę partibus, hoc est potentijs, orbare. ¶ Tertiò. Salus animæ saluti corporis præferenda est: nemini autem propter animæ salutem licet sibi membrũ abscindere: puniuntur enim secundùm priſca. Niceni Concilij statuta qui se causa conseruandæ pudicitiæ castrauerunt: ergo ob nullam aliam causam amputatio vlla membri licita est. ¶ In contrarium est quod Exod. 21. iubetur, Oculum pro oculo, dentem pro dente, ac manum pro manu reddi.

Primum argumentum à parte negatiua.

Secundum argumentũ.

Aristot.

Tertium argumentum.

Concilijũ Niceni cenum.

Sensus quæstionis.

QVæstio hæc duobus sensibus decidenda est: quatenus amputatio membri aut publica autoritate fieri potest, aut cuiusque priuata. Nam & absciſsionis causa, vel morbus esse potest spiritualis, puta voluntarij crimẽ, vel naturale corporis vitiũ. Respõdetur ergo tribus cõclusionibus. Prima. Sicuti publica potestate quis licitè ob grauc crimen priuari potest vitæ: ita & propter leuius trucari potest membro. Probatur. Sicuti partes eiusdem humani corporis membra eius sunt, atq; adeò in eius seruitium atq; adminiculum creata: sic & singuli ciues membra sunt totius reipublicæ eandẽ relata & ordinata: ergo sicut de mẽbris eiusdẽ corporis eo modo disponendũ est qui saluti totius corporis est congruentior: sic & de ciuibus singulis quatenus saluti reipublicæ est expediẽtius: membrum autẽ sanum absq; detrimẽto corporis abscindi non potest: quia toti cõmodum est: sed tunc quando infectum nocet. Igitur si ciuis no cumentũ intulit reipublicæ, sicut posset respublica illũ prorsus dum crimen id mereretur extinguere: hic dum peccatũ nõ est tam graue potest ipsum mutilare: etiã si mẽbrum quod abscinditur corporali sanitate vigeret, esſetq; persone vtile. ¶ Secunda conclusio. Rursus dum membrũ aliquod naturali morbo corruptũ fuerit, ex volũtate ipsius ægroti abscindi potest ad eius seruandam vitam. Probatur. Nam vnusquisq; ius habet propriã seruãdi vitã: ergo dum absciſsio mẽbri necessaria est, tũc perinde atq; alia medicaminũ genera potest illã quisq; sibi optare. Quare & autoritate etiam parentis, aut alius gerẽtis eius curam citra publicã facultatem id fieri potest. ¶ Tertia conclusio. Extra hos duos casus nulli per publicam authoritatem, neque per consensum priuatæ personæ licita est mutilatio. Probatur: quia vita totius ex membris cõstat. Quare sicut homicidium nemini licitum est, ita neque mutilatio. ¶ Adnotandum ergo discrimen est quòd propter spirituale vitium licet quidem rei publicæ hominem mutilare, non tamen ipsi priuatæ personæ: sed vice versa, ob corporalem morbum licet infirmo sibi membrum consilio medici abscindi permitti, non tamen hoc reipublicæ munus est vt eum cogere posit. Et ratio est: quia vnusquisq; est suæ vitę custos: respublica verò boni communis. Quo fit vt licet homicidium non nisi ob culpam fieri posit: mutilatio tamen licita etiã sit propter corporalem salutem. ¶ Sed numquid non potest respublica, aut pater, aut prælatus filium aut subditum cogere: vt dum ad salutem fuerit necessarium, membrum sibi permittat abscindi? Respõdetur quod respublica in hoc nullum habet ius: prælatus verò co-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Solutio.

rò cogere posset subditum propter singularem obedientiam illi promissam, vt medicamina admittat quæ cõmodè recipere potest. At verò quòd ingentissimum dolorem in amputatione mẽbri aut corporis incisione ferat, profectò nemo cogi potest: quia nemo tenetur tãto cruciatu vitam seruare. Neq; ille censendus est sui homicida. Imò vera est illa Romani vox dum crus illi aperiretur, Nõ est tanto dolore digna salus. ¶ Tertia demum cõclusio absque alia exceptione generalem continet veritatem. Nulla enim de causa, præter iam exceptas, vlli licet à se mẽbrum truncare. Summa enim videri potest ad extirpandos carnis agones: quam ob causam Origenes in Histo. Ecclesiasti. lib. 6. cap. 6. fertur sese castrasse: quòd ad literam, vt forte arbitratur, verbum impleret euãgelicum de eunuchis qui se castrauerũt propter regnum cœlorum. Quod tamen flagitium illi fuit: vt decretum habet Concilij Nicenicano. si quis à medicis. distinctio. 55. licet zelus & castitatis indicium, laudi sit illi tribuendum. Neque verò Marci factum qui, vt eius habet historia, pollicem sibi ex nimia humilitate resecuit, ne inuitus sacris initiaretur, laude dignum est, nisi reuelatione aliqua protegatur. ¶ Hoc autem restat haud dissimulandum dubium, vtrum qui, vt exempli gratia dicamus, ferro manum haberet aut quoduis aliud membrum muro illigatum: si ignis flammã ipsum iam iam inuasuram, aut irruentes hostes aliter effugere non posset quàm membrum sibi amputando, id sibi liceret. Apparet enim nequaquam id iure posse. Perinde enim casus huiusmodi habere videtur atque ille quem supra refutauimus. Videlicet si quis tibi mortem minaretur, nisi tu tibiipsi membrum resecares. Diximus enim id tibi non licere. Respondetur nihilo minùs non esse simile: imò in præsenti euentu, nisi meum me fallit iudicium, ius illi misero fauet vt illo modo mortẽ euadat. Nam quando alter tibi minatur mortẽ, ab extrinseco est absciſsio membri necessaria: & ideo tibi non licet: quando verò alligatus es, iam est ab intrinseco. Quare sicut si te canis dentibus teneret posſies partem illam incidere: & si occlusus esses, exilire de fenestra posſes, cum periculo frangendi membri. Simile ius est in casu nostro. ¶ De irregularitate verò tam mutilantium quàm mutilatorum vt dicere pergamus, certum est mutilantem irregularitatẽ contrahere. Nam cum tot capitulis citatis in titulo de homicid. constitutum sit homicidium irregularitatem inducere: & membrum quodcunq; pars sit vitæ: consequens sit vt mutilator quadãtenus homicida censeatur, hoc est membri occisor, atque adeò irregularis, vt optimè Doctores notant post glossam supra citatam in Clementin. de homicid. vbi ambo componuntur verba, occidere & mutilare. Quare non sufficit ad irregularitatẽ quòd quis membrum debilitet, imò fortè neque quod ipsum citra detruncationem mortificet. Nam pœnæ sunt restringendæ, & iura non loquuntur nisi de mutilatore. ¶ Adnotauit autem eadem glossa intelligendam esse mutilationem membri principalis: atque hactenus rationi consonat. Exẽplum autem quod subdit, nempe quòd absciſsio digiti irregularitatem non inducat, non vsqueadeò veritatem continere videtur: tametsi plerique Iurisconsultorum in eadem persistent sententia, cum hac moderatione: quòd digitus ille non sit index aut pollex, quibus diuinum corpus apprehenditur. Est ratio eorum est, quòd cæteri digiti non sunt principalia membra: vtpote qui præcipua non habeãt officia: iuxta verbum Apostoli ad Roman. 12. vt est oculus, & manus: &c. At verò fortè probabilior est contraria Caietan. assertio: nam re vera digitus quisque officium habet, licèt non ita præcipuum licut pollex aut index. Qui autem particulam tantùm digiti vel sibi vel alteri absſtinderet, eò non esſet irregularis, quòd parùm pro nihilo reputatur. ¶ Quòd autem ad mutilatos & truncos defecndamus, id primùm adnotandum, ob aliam rationem eos haberi irregulares quàm mutilantes. Illi enim quia se cruentãrunt, inhabiles facti sunt: isti autem quia suo ipsorum corporis habitu inepti, ac perinde indecentes exiſtunt, vt sacris altaribus administrent. Nam & antiquitùs vt Leui. 22. memoriæ proditum est, nullũ animal quod cæcũ esſet, aut truncũ, aut fractum testiculis sectis aut tunsis, licebat offerre Dño. Et enim si ad principum mensas tales non admittuntur administri, multò minus eos decet diuina mysteria tractare. Hac enim ratione in cõcilio Niceno eiusmodi corpore vitiati ab ecclesiastico munere abacti sunt: vt can. si quis à medicis. 55. d. refertur. Post quã sanctionem subsequutę sunt aliæ tam cõcilij Arelatensis quàm Gelasij, atq; aliorum pontificum: vt eadem distin. can. Hi qui. atque alijs, legitur. Atqui illi præcipuè à sacris functionibus inhibentur, qui similtrè Euangelium audientes, quò carni resisterent, volentes sècti sunt: quibus canonibus post subscripsit Alexand. 3. toto titul. de corpo. vitiat. Imò & deformitas si grauis sit in oculo, quamuis sit natiuitatis vitium, promotionem prohibet. Qui autem sanitatis

Opinio sapientium

Caietani opinio probabilior.

Concilium Niceanum.

Concilium Arelatense. Gelasius.

Alexand. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis gratia medicorum consilio secantur, non ideo reddũtur inhabiles ad sacerdotiũ: vt habe tur eâdem dictinctione,can.si quis pro ægritu dine. & de corpo. vitiat. vtroq; cap. ex parte. Neq; solùm membri principalis absciſsio, qua lis est manus,irregularitatem inducit:vt habe tur cap. exposuisti.eo titu.quòd imò & si quis partẽ digiti sibi abscidit:vt habet can. qui partem.55.distin.Sed intelligitur ꝙ sit tanta,vt si ne scandalo tangere sacrosanctum sacramentum nequeat:vt exponitur de corp. vit.cap.1. & cap. vlt. Et forsan leuior causa requiritur in mutilãte vt fiat irregularis, quàm in mutilato. Nam in mutilante abscindere digitum, vt dixi mus,forsan sufficit:quia membrum occidit: in mutilato verò requiritur quòd sit vel insignis deformitas:siue à casu,siue à natiuitate proueniat.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum principale respondetur, id quod est contra particularem naturam fieri posse secundum vniuersalem,vt ascensus aquę ad replendum vacuum testimonio nobis est. Quare etsi membri amputatio deformis sit corpori: congruere tamẽ potest tum saluti eiusdem,tum etiam bono cõmuni. Verum est tamen quòd respublicæ bene institutæ,quàm possint maximè,abstinẽt ab huiusmodi supplicijs. Primùm nè pœnam talionis à malefactoribus antiquo more exigant:scilicet oculum pro oculo,& dentem pro dente.Deinde nè dexteras amputent:quæ quidem detruncatio inutilẽ hominem reddit. Blasphemis autẽ iure optimo lingua abscindit, & falsis testibus euelluntur dentes.¶Ad secundũ

Ad secundũ argumentũ respondetur,quòd cùm vita non ordinetur ad alium finem ipsius viuentis, sed solùm ad bonum publicum,nullatenùs se homo potest illa priuare: sed sola respublica illam habet potestatem: membra tamen ordinantur ad vitam; & ideò persona ipsa quæ suæ custos est vitæ,

Ad tertium argumẽtum potest membrum causa vitæ resecare. ¶Ad tertiũ deniq; respondetur, quòd absciſsio mẽbri corporalis eò est licita quòd necessaria esse solet vitæ seruandæ. At verò ad salutem spiritualem nunquàm est necessaria. Nam peccatum per quod anima moritur, vbique & semper voluntati subiacet: aliàs non esset peccatũ. Et fidelis Deus,vti ait Paulus, maiorem homini tentationem non permittit, quàm ipse per eius gratiam superare potest. Quapropter verbum illud, Si oculus tuus scandalizat te, erue eum:& si dextera manus tua scandalizat te,abscinde eam: nõ eò dictum est quòd esse possit vnquàm necessariũ: sed vel hyperbole est, vel alium sensum facit moralem de occasionibus amputandis, vt sancti interpretantur: & nos etiam pro modulo illic nostro expositum reliquimus. Vnde super illud Matthę. 19. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnũ cœlorum: ait Chrysost. Non per membrorũ abscissionem,sed per malarum cogitationum interemptionem. Chrysost.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm liceat patri filios, aut dominis seruos verberare.

POST mutilationem sequitur de alijs verberibus illi annexis dicere. Et quia nõ dubitatur quin reipublicæ id sit licitum, inquiritur de patribus an liceat verberare filios. Ait enim Philo.10. Ethico.c. 11. quòd patris præceptio vires non habet,neq; cogẽdi necessitatẽ,neq; vllius prorsus viri nisi sit princeps: verberatio autem quædam est coactionis species:ergo id patribus non conuenit, neque verò dominis. ¶Secundò arguitur. Si id parentibus ac dominis licitum esset, cũ ad fraternam correptionem pertineat, cuicunque personæ idem suffragaretur ius,vt quemlibet verberare corripiẽdo posset. ¶In contrarium autem est illud Prouerb. 13. Qui parcit virgæ, odit filiũ suum. Et infrà cap. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam. Et Eccles. 13. seruo maleuolo tortura & compedes.

AD quæstionem respondetur vnica conclusione. Patribus tãtùm ac dominis, aut paternam gerentibus curam,puta magistris ac pædagogis verberare licet subditos & flagellare: nequàquam tamen mutilare. Vtraq; conclusionis pars hac ratione probatur. Inter mutilationem ac verberationẽ hoc interest,ꝙ mutilatio vsq;adeò est maius verberatione nocumentũ,vt sit irrecuperabile:quale nõ est verberatio:vt pote quæ sensui dũtaxat doloré incutit:igitur cùm vita totius ex vita mẽbrorũ cõstet,sit vt ad eundẽ præcisè legitima mutilatio pertineat ratione criminis,qui in vitã ipsam habet potestatẽ: quæ quidem functio penes solã est republicam. Verberatio autem ad facilioré castigationem, promptioréq; correptionẽ spectat.nihilo minus & hęc quandã authoritatẽ exigit, quã verberans in eum qui vapulat exercet:hanc ergo cum primis pater habet in filios: pòst verò dominus in subditos:ac demum in discipulos & pupillos magister ac pædagogus. Nam de prælatis, quia publica vigent

ca vigent potestate, ambigi non potest. ¶Res est facilima. At quanuis de patria potestate, scilicet quanta sit in filios,lib.1.q.statim prima dictum sit, nihilo minùs hic forsan studiosus roget quonam iure negatiua cõclusionis pars fulciatur. Apparet enim iure naturę liberũ esse patribus,non solùm verbere,sed etiam mutilatione,& si opùs esset,cæde etiam in filios animaduertere. Nam illo iure illis incumbit liberos educare,& moribus instituere: quæ quidẽ institutio sępissimè expoſcit mutilationis mor tisque vindictam. Secundò arguitur. Statim in mundi primordijs nõ erat alia respublica quàm domestica: nempe dum sola familia Adæ orbem possidebat:tũc ergo cùm necessaria esset publica scelerum vindicatio,consequitur vt patri id incumberet munus. Enimuerò Cain dignꝰ erat supplicio capitis nisi ei Deus pepercisset:quod & reꝰ ipse metu illo maximo,Qui inuenerit me, occidet me, testabatur. Illud ergo supplicium nemo ei poterat infligere præter patrem. Ad hæc, si aliqui essent mortaliũ sic dispersim viuentes, vt sub nullo agerent principe, sed vnaquæque domus seorsum viueret: tunc profectò ratio ipsa docere videtur vt eos qui commeriti essent mortem,pater posset vel aquas eidem supplicio addicere. ¶His veruntamen non obstantibus respondetur ius ipsum naturæ parentibus eiusmodi vltiones interdicere, soliq; publicæ potestati tribuere. Idque iure gentium esse confirmatum. Vita enim humana vsqueadeò non debet absq; meditatisimo iudicio & iuris ordine extingui, vt id non debeat tantæ multitudini committi quãta est parẽtum,qui neq; leges sciunt, neq; causarum merita perpendere omnes possunt. Quocircà parentibus educare filios natura concesit, vt tamen lineam præscripserit quousq; sua facultas procederet,& vnde publica inciperet: vt.l. si filius.cautum est.C. de patri potest. & l. Prętor.ff.de iureiur.§. præterea.Et ad secũdum argumentum iam loco citato.lib.1.q.1.respõdimus, Adam habuisse publicam potestatem iure dominij orbis quod penes se tunc temporis erat:auctò verò mortali genere,orbeq; iure gentiũ per familias distributo, vnaq;q; habuit suum principem. Quapropter, vt ad aliud respondeamus,qui vagi nunc viuerent, seorsum que & priuatim absq; respublica,cõtra hominis naturã degerent vitam: quippe qui suapte natura animal ciuile est,& gregatile. Quare ab illis nullum sumitur contra præsentem veritatem solidum argumentum. ¶Mutilare ergo parentibus non licet, neq; mortalium vlli præter publicam potestatem, sed fuste cædere aut ferula. Id enim est illis iure naturę concessum. Homo nanq; tribus vijs ad virtutẽ instituitur: nam & ratione ducitur,& metu cogit,& allicit premio:anteà ergo q̃ rationis sydus eluceat,natura,puidit vt puer & metu cogatur & afficiat munusculis. Quapropter institutio paterna, quæ prima omniũ est, his duobus vtitur. Vbi verò iam ratio suo fruitur lumine, lege tunc incipit & ratione viuere: atq; adeò sub publica potestate. ¶At verò parentũ verberatio non vsq;adeò atrox esse permittitur vt habeat citatis legibus. C. &. ff. Quare Paulus ad Ephes.6. Vos,inquit, patres nolite ad iracũdiam prouocare filios vestros. Et infrà, Et vos domini eadem facite seruis remittẽtes minas. Vbi tam parentes,quàm domini admonentur, tum nè minis suos acerbis exterritent: tum præcipuè, vt dum bili correpti acerba minantur,non se obligatos adimplere arbitrentur: sed potiùs quæ perturbato animo cõminati sunt, sedato pòst condõnent. ¶Ex quo fit patrẽ inter corripiendum filium posse lethaliter peccare: nempe si iracundia nõ illi sit rationis miles,sed dux, quæ illam suppeditet, & ad eãdem iracundiam prouocet filium. Imò verò si ex odio in filium animaduertit,acriùs hac ratione peccat quàm extraneus. Est enim apprimè animaduertendum discrimen inter patrem & iudicem. Publica enim potestas,vt suprà dictum est, nõ tam reo ad emendam consulit, quàm communi bono ad vindictam: patri verò,ac domino, & pædagogo non alia ratione verberare suos fas est, nisi quo ad eius emendationem salubrius ei consulitur. Quare & pro ætate, & prò conditione,& ingenio pueri corripiendus est. Imò & Quintili. & qui de educatione puerorum scripserunt, non consulunt vt nimio rigore parentes in suos natos inuehantur. Nam si sint bene nati, solent eos illo rigore ignauos facere ac meticulosos: si verò duri sint ingenij,duriores illos efficiunt. ¶Sequitur ex his secundò solutio dubitatiunculæ, an liceat parentibus vulnerare filios: aut dominis seruos. Quatuor enim sunt læsionum genera: scilicet interfectio, mutilatio, verberatio, & vulneratio, hoc est vulneris inflictio: quæ & fuste fieri potest,& gladio, per dyscrasiam & discontinuationem membri citra mutilationem: quare ad atrocem verberationem pertinet, quæ neque parentibus licet, neque verò dominis. ¶Post hęc verò rogitas vtrum liceat etiã eisdem œconomicis prælidẽtibus filios aut discipulos verberare etiam clericos, & an incurrant canonẽ, Si quis suadente. De hoc loquitur Sylvest. verb. excommunicatio.6.§.4. Et quidem Panormita.

Discrimẽ inter patrẽ & iudicem. Quintilia-unt. Solutio alterius dubitationis præteritæ. Altera quæstio. Sylvest. Panormita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

normita. super cap. cum voluntate. de sent. excom. distinguit, quòd si sint in minoribus ordinibus licet eos verberare correptionis gratia. Atq; id videtur colligi ex eodem cap. §. si verò. Nam dicitur quòd possunt clerici seniores, zelo deuotionis adolescentes in minoribus ordinibus turbantes diuinum officium leuiter percutere: tamen statim sine distinctione subditur quòd possint etiã obtentu prælationis & magisterij subditos scholares percutere: & expresse, ca. ex tenore. habetur q; prælato liceat verberare inferiorem, etiam si sit subdiaconus. Ex quo infert Syluest. quòd si prælato id licet, eodem iure liceat patri. Et sic dissecantur Iurisconsulti de his subditis, qui sunt in sacris. Nam de minoribus nemo dubitat, quin verberari possint. ¶ At verò his non obstantibus de prælato, nullatenus in dubiũ venire potest quin possit subditos etiã sacerdotes flagellis cędere more cõsueto: vt patet in Decretis, distin. 45. per totũ. An vero ex bili arrepto fuste possit eos ferire, nescio an liceret: quia cùm modus nõ sit cõsuetus, minimè apparet tã castigatio quàm iniuriosa læsio. Attamen consequentia à prælatis ad parẽtes non est tam liquida quàm Syluest. arbitratur. Nam prælati habẽt publicam potestatẽ ac iurisdictionem cum vi coërciua: parentes verò ac reliqui non nisi œconomicã. Nihilo minùs non esset omninò condemnandum, quin magistri possint etiam discipulos ferula verberare, etsi essent in sacris. Sed de hoc ſtãdum est vſui & foro ecclesiastico. ¶ Si verò dubitas vtrum dum corripiẽdo excesserit, seu prælatus sit seu pater, canonis sententiam incurrat: Respõdetur quòd quantùs aliquo modo excedat, etiam vsque ad sanguinis effusionem, dum tamen id præter suam intentionem accidat, nõ est censendus incurrere: postquàm dat operam rei licitæ. Neq; potest homo tam attẽtus esse quo minus virtutis limitem transgrediatur. Quando verò vsq; adeò esset excessus enormis, vt odij indicium existeret, tũc sanguinem fundẽs, canonem incurreret. Quapropter eãdẽ distinctione, cano. cum Beatus Paulus. & can. disciplina. admonentur lenitatis prælati: nempe nè tam immodicis verberibus quàm salutiferis verbis suos subditos instituant. ¶ De marito autem vtrum vxorem verberandi ius habeat, respõdetur non esse illis de negandum: quandoquidem vir, vti ait Paulus, caput vxoris sit: vti tamen eodem iure dedecus est, atq; adeò nefas, nisi grauissima ingruẽte necessitate. Sũt enim barbari qui vxoribus vt mancipijs vtuntur: vt. 1. Politic. autor est Aristo. Cum enim duo sint in carne vna, æqua

Legitima solutio propositæ quæstionis.

Scrupulus.

Responsio.

Aristot.

litate quadam esse decet complexos.

Ad primum argumentum.

AD primum igitur argumentum respondetur, quòd etsi secundùm philosophum pater vim non habet coërciuam: quia domus non est perfecta respublica sicut ciuitas: id tamen duntaxat fit inde consequens quòd non possit aut occidere, aut mutilare, aut alia irreparabilia nocumenta infligere: haud tamen vetatur quin leuioribus verberibus possit vti.

Ad secundũ.

¶ Ad secundũ respõdetur q; etsi vnicuilibet licitum sit disciplina alios instituere & fraterna correptione admonere si sua ipsi sponte audire velint, ad id tamen cogere nemo potest nisi qui curam alterius gerit: quales sunt parentes, domini, ac prædagogi: quibus ideo solis pertinet verberibus castigare. Adde quòd etiã iussu istorum potest eorum minister idem facere: sed præterea id nemini licet. Quare etiam si in flagranti delicto latronem tua deprædantem occupes, tantùm tibi licet resistendo eum percutere, non tamen fugientem per modum vindictæ: nisi adeò esset leuis verberatio vt, p nulla duceretur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm licitum alicui sit carceri quempiam mancipare.

POST cædes, vulnera, & verbera sequitur vt de carcere etiam dicamus, vtrùm licitum sit hominem in ipsum includere. Arguitur enim à parte negatiua. Homo suapte natura est liber: secundum illud Eccles. 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui: libertati autem incarceratio obuersatur: humanæ ergo naturæ repugnat, atq; adeò nemini licet. ¶ Secundò. Si hominem carcere coërcere liceret, id maximè ad cohibẽdum illum nè malefaceret: si autem illo fine licitum esset, idem cuicunque competeret ius: nã cuiq; licet proximũ suum à malo cohibere. Consequẽs tamen est falsum: nam inter alias iniurias cõnumeratur: quę quidem eo grauiores sunt quo in personam inferuntur quæ plures habet coniunctas: nam tũc iniuria quę vnum tangit, multos attingit: ergo id nequàquam licet. ¶ In contrarium est historia Leuit. 24. vbi quidam legitur in carcere de peccato blasphemiæ intrusus.

Primum.

Secundum.

Tertium.

ADquæstionẽ duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Publicę potestati, eidemq;

demq; soli fas est subditos in carcere occludere: siue ecclesiastica sit, siue ciuilis. Probatur pars vtraq; cõclusionis. In bonis corporis tria per ordinẽ considerantur. Primum eius integritas, cui per occisionem ac mutilationẽ nocetur. Secũdum, sensualis delectatio ac voluptas quæ per verberationem impeditur. Tertium: mẽbrorum vsus qui per carceres, perque alia quęcunq; ligamina cohibetur. Primum autem nocumentum propter eius grauitatem soli rei publicæ, vt dictum est reseruatur. Secundum, verò, quoniam leuius est, parentibus ac dominis permittitur. Tertium ergo, cum non modò via sit ad primum, verùm & quædam eius inchoatio: nam ob id reus carceri mancipatur, vt vel auditus supplicio deputetur, vel ob leuiorem crimẽ illam luat pœnã: condecens est, vt eidẽ soli reipublicæ sit deputatum, penes quã potestas est vitæ & mortis. Quocirca neq; parenti bus neq; dominis id licet. ¶ Hinc fit carcerũ duplicẽ esse vsum in republica. Seruiũt nanq; & ad conseruandũ malefactores dũ eorum causę tractãtur ac decidũtur: & preterea in pœnam: qua plurimũ ecclesiastica potestas vtitur, dum ad verbera procedere non potest. Et quod de carceribus dictum est, idem & de exilio cẽsendum. Pariter enim libertati cõtrapugnat. Quin verò vt perpetui carceres, ita & exilium morti iure æquiparãtur: atq; adeò parentes nõ possunt in exilium mitttere filios: licet possint ab eo loco eos elongare, qui eorũ moribus pestilens est. ¶ Posterior conclusio. Qui eiusmodi iniurioſas læsiones præter iuris ordinẽ illis intulerint: t personis, quæ alias sibi habent coniunctas, ex natura rei, si cætera sint paria, grauius delinquũt, q; si alijs quæ consanguineis careãt & necessarijs, eisdem obtulerint. Tametsi aliũde, nẽpe ex qualitate personæ possit etiam aggrauari peccatum. Personas coniunctas in præsentiarum appellamus in primis cõsanguineos & affines: vt patrem, filium, generum, leuirũ, &c. vel alia necessitudine œconomica copulatos: vt maritũ, vxorem, patronum, & similes. Quin etiã & extra domũ amicos atq; alios necessarios. Cõclusio est clara. Nam quãto iniuria & detrimentũ in plures profunditur, tanto grauior est: omnes autẽ coniunctũ quodãmodo eandẽ repræsentãt personã. Nam filius est aliquid patris: & vxor aliquid mariti: quinetiã amicus alter ego. Quapropter qui vnũ lædit, in omnes iniurius est. Adde quòd etiã dum illi personę cũ qua delinquis iniuriam non infers, potes & coniunctã lædere. Nam dũ tibi vxor in adulteriũ sua sponte consentit, aut puella in stuprũ, licèt volẽtibus iniuriã non facias, illam tamẽ infers marito ac patri. Quòd autẽ aliunde possit excessus fieri, patet. Primùm ex dignitate personæ: vt si principẽ vel optimũ virum, vel viduã, vel orphanũ, iniuria lacessas, in de grauiùs peccas. Vnde Ecclesiast. 35. Non despicies preces pupilli, neq; viduam si effundat loquelam gemitus. Hic autẽ diuus Thom. nil de illo in præsentiarum meminit, qui in alterum sibi coniunctũ iniurius est: vt si patrem occidas aut fratrẽ (hæc enim scelera iam speciẽ mutant,) sed loquitur de personis coniunctis ipsi læso: vbi species delicti non mutantur, sed per accidens crescit culpa.

S. Thomas.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentũ respõdetur, q; licet homo suapte natura liber sit, tamẽ dũ delinquit per abusum eiusdẽ voluntatis ius perdit quod habet admẽbrorum vsum, & ideò meritò carceri mancipatur. Exẽplo nimirum Dei, qui licèt fecerit liberũ hominem, quãdoq; eum arcet: iuxta illud Iob. 5. qui dissipat cogitationes malignorũ nè possint implere manus eorũ quod cœperant: licẽt quandoq; permittat eos suis obsequi animi morbis. Pariter nanque respublica nõ de omni culpa carcere tenet reũ, sed de grauioribus. ¶ Ad secundũ respondetur q; solùmodò parẽtes retinere filios possunt, ac domini seruos occlusos in paruũ tempus, tam in pœnam, q; ad eos cohibendos: nã inclusio illa nõ habet rationem carceris. Alijs autẽ priuatis id non licet. Quoniã etsi cohibere quisq; possit fratrẽ à malo fraternè corripiẽdo, neutiquàm tamen inferendo vim. Quin verò priuati carceres pro enormi delicto iudicantur puniunturq; in republica: sed tantùm licet vnicuiq; delictorẽ qui sibi iniuriam irrogauerit ad horam detinere, dum eum tradat iustitiæ ministris.

Ad secundũ.

QVÆSTIO TERTIA, de furto.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm furti definitio sit bona.

SEcundùm rerum ordinem, si pretium earum ac dignitatem æstimes, post homicidium, quo summum bonorum tẽporalium adimitur, dicendum statim erat de detractione ac murmuratione, quibus honor famaq; læditur. Hæc enim pluris habẽtur, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona externa. Melior est enim, inquit Sapiēs, nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Attamē lucidior fiet dispositio si non hunc, sed alium cum sancto Thoma insequamur ordinem: nēpe si prius iniurias expediamus quæ facto cōmittuntur, ac deinde ad alias discurramus quæ cōmittuntur verbo. Nam ratione operis crimi nosior iniuria inest in facto, quàm in verbo. Atqui sanctus Thom. q. 66. duos hic articulos de dominio præmittit, quod nos ceu primum fundamentū materiæ iustitiæ atque iniustitiæ cōmutatiuæ, superiori libr. præiecimus, vbi per omnes suos numeros dominiorum materiam deduximus. Primus enim articulus diui Tho. est de rerum possessione in genere: quæ homini statim condito diuinitus cōcessa est. De qua quidē re. q. 1. disputantes constituimus soli Deo in primis rerum dominium iure creationis competere: non modò quantū ad earum vsum, verùm etiam quantum ad earum naturas: quas vtiq; creare, annihilare, & alterare præter leges naturæ potest. In creaturis autem corporalibus solum hominem ostēdimus esse rerum dominum, ea scilicet ratione qua libertatem suarū habet actionū ac dominium: Brutum verò minimè: ac multò minùs rem vllam insensibilem. Secundum autem S. Thom. adiecit articulum de dominiorum diuisione, quā. q. 3. factam esse monstrauimus iure gentium: rationesque latè subiecimus ob quas collapsæ naturæ ac prauis affectionibus subditæ diuisio talis congruat. Cùm ergo tam copiosè illic discussa hæc reliquerimus, non est q̄ sit hic nobis de his articulis verbum aliud faciendum.

¶ Primus ergo articulus presentis quæstionis, est de nomine ac definitione furti: qui apud diuum Thomam est tertius. Et arguitur à parte negatiua, q̄ furti definitio quā sanctus Thom. ac Theologi constituunt, curta mancaq; sit: Primum argumentum. videlicet. Furtum est occulta acceptio rei alienę. Furtum non solùm in acceptione consistit, sed in retentione: quādiu enim quod surripuisti non restituis, furti teneris: ergo non satis est dicere acceptio. Secundum. ¶ Secundò. Potest quis non modò alienam rem, verùm & propriā quā penes alium deposuerat vel impignorauerat furtim capere: quod si alterum celauerit, iniuriam illi irrogat: ergo ad rationem furti non requiritur acceptio rei alienæ. Tertium. ¶ Tertiò. Id quod peccatū minuit non constituit rationem culpæ: occulte autem deliquere peccatum minuit: tum q̄ indicium sit verecundiæ, tum quòd scandalum illa ratione caueatur. ¶ In contrarium est quòd definitio debet esse breuis cōpēdiosaq; oratio: sed tribus illis vocibus satis furti natura deprimitur. ergo definitio pluribus onerata redundaret.

DE furti tam nomine quàm definitione nō nullam inter Doctores varietatem reperias. Isidorus nanq; lib. 10. eò quòd furtum clā fiat Furtum. cularia acceptio sit, putat fur à furuo dici, id est ater aut à fusco & atro: nempe quòd nocturno vtitur Varro. tempore. Idem ait Varro de re rustic. libr. 1. Neq; verò Iurisconsultus. ff. de furtis. l. 1. hunc reiecit etymologiā: quāuis & alteram subijciat: vt scilicet à ferendo siue ab auferendo dicatur. Nā & Græci fures, φῶρας appellant à φέρω. Perparùm tamen refert. Attamen de definitione longiùs iuris interpretes à philosophis discrepant. Ait enim Paulus eâdem. l. furtum est cōtractio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiā vsus eius, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere. Et addunt alij quòd sit contractio rei mobilis: propterea quòd Institu. de vsucapio. §. quòd autem. habetur furtum non fieri loci, aut furdi: ac tandem adijciunt, inuito domino. Est tamen iuris Doctoribus in more, dum genus aliquod definiūt species omnes in definitione subnotare: philosophi verò compendio rei naturam exprimunt, quam pòst diuisionibus explicatius euoluunt. Quare definitio authore Aristotele debet esse breuissima oratio quæ rei naturam compendio explicet: qualis illa est, Furtum est occulta acceptio rei alienę. In primis enim cùm contractio solum rei contactum significet, accōmodatiùs dicitur, acceptio, hoc est, vsurpatio. Mox amplo nomine rei alienæ, copiosius res omnes furto captas cō prehendimus, quàm si dicas rei mobilis. Haud enim tantùm res mobiles, verùm & immobiles furto capiuntur, dum subdolè possidentur. Quocirca nihil opùs est exprimere, rei vel vsus, nam qui re aliena inuito domino vtitur, rē quo dammodò alienam capit, hoc est vsurpat. Atqui in hoc quod dicimus, occulta, satis significatur fraudulentia, nam qui clam domino rem capit, fraudem nectit. Atq; eodem verbo designatur acceptionem fieri inuito dominonam ignorantia causa est inuoluntarij. Id autē quod adijcitur, lucri faciendi gratia: non solùm superfluè, verum falsè adhibitum est: qui enim rem capit alienam, quam in flumen proijciat aut incendio tradat, furti reus est: tametsi dum id facit non lucri cupidus, sed vt iniuriam inferat id faciat. Igitur ad rationem furti tria requiruntur. Primum quòd rationem habeat iniustitiæ in cuius genere constituitur. Et hoc exprimitur cùm dicimus acceptio. Intelligitur enim inuito domino, quæ contrariatur iustitiæ tribuenti vnicuique quod suum est: extenditurque adeò ad detentionem. Secundum est quòd differat ab alijs iniustitiæ speciebus. Et hoc in specie designatur dum dicitur, rei alienæ, puta ab eo possessæ, qui eius est verè dominus. Nàm qui vel membrum alteri abscindit, filiamve aut vxorem rapit, quibus abutatur, non fur, sed mutilator est, aut raptor, aut adulter. Tertium est quod propriā rationem furti cōplet, ac demum illud à rapina & latrocinio seiungit: videlicet quòd clanculò fiat. Oratio ergo horum triū explicatrix, genuina est definitio furti: videlicet, Occulta acceptio rei alienæ. ¶ Hinc fit ineptè diuidi furtum in fraudulentam occultamq; acceptionem & rapinam: Furtum quippe nō est genus ad rapinā Furtū ad cū glossatur sub se rapinā sed ipsi illi & rapinam seu latrocinium: vt articu. proximo patebit. Vtraque tamen species ex parte obiecti in quatuor subsecatur. Nā si quod furto rapitur res est sacra, sacrilegiū dicitur: si verò est possessio reipublicę, dicitur peculatus. De vtro que legitur. 23. q. 4. cano. quid ergo. si autē furtum sit de grege dispersо, dicitur abigeatus. Et qui pecora hic vel armenta abigit, nuncupatur abigeus. De quibus extat titulus. 47. libr. digestorum. Quarta denique species est plagiariū siue plagium: puta furtum hominis vt vendatur. De quo etiam extat titulus ad. l. Flau. de plag. Etenim qui seruum vel ancillam domino filio aufert, verè fur est: possidetur enim seruus vt pecus. Nisi ancillam in tempus caperet, turpitudinis gratia: nam ille fornicator esset, non fur. Sicut raptor est qui ea de causa rapit virginem. Quid autem si quis filios aut vxorem alicui auferret, vt venderet? vtrum esset furtum: iam superiori libr. responsum est, q̄ cum pater non sit vere dominus filiorum neque vxoris, illud nō est furtum, sed plagium vel captiuitas. Obiectio. ¶ Contrà hæc autem forsan quis arguat. Dum filius clam patre, vxorve nesciente marito aliquid ei surripit, accipit rem alienā: & tamē neuter censetur fur. Respondetur q̄ vbi res nō est tanti pretij non censetur, filij acceptio, furtum: eò q̄ non fiat inuito domino. Quicunq; enim parentum iure præsumitur pro conditione sua & statu indulgere filio minutiores sumptus, & multo nutrius marrus vxori. Quando verò res esset magni pōderis, ita vt mento pater aut maritus censeretur inuitus, profectò verè esset fur tum, vt bene adnotant Syluester verb. furtum. §. 1. & teneretur filius ad restitutionem si peculium haberet castrense: hoc est militaria stipendia, vel alia bona libera: vel saltem postea in diuidunda hæreditate id patefacere. Et pariter de vxore censendum. Tametsi quātum ad excommunicationis censuras nunquàm præsumendus est pater tam acri spirituali mucrone aut vxorem aut filios sauciare.

Solutio. Sylueſter.

PEr hæc ergo clarent argumentorum responsa. Ad primum nanque respondetur quod peccati occultatio esse potest aut causa ipsius aut circunstantia. Causa scilicet quando delinquens occultatione vtitur vt tutius delinquat: vt patet in fraude & dolo. Quare tunc non diminuit peccatum, sed suam per se cōstituit speciem, puta furti (vt dictum est) vt distinguitur à rapina. Tunc autem occultatio est circunstātia quando is qui peccare decreuit ob verecundiam aut ob cauendum scandalum in tenebras se abdit vt suam expleat libidinem: & tunc diminuit rationem peccati. Ad primum argumentum. Ad secundū. ¶ Ad secundum argumentum respondet diuus Tho. detinere alienum inuito domino, eandem habere rationem nocumenti atq; iniustam acceptionem: ac perinde ad rationem furti reduci super quo responso multa Caietan. commentatur. At vero cum bis lib. præcedenti, nempe. q. 6. art. 1. & q. 7. art. vlti, hoc satis fuerit à nobis discussum, nō opus est plura hic adhibere. Sed recole, præceptum restitutionis affirmatiuum esse, præcipiens bonum opus: includit tamen negationē retinendi quæ est prohibitio mali: qua ratione affinitatem habet cum furto. Igitur hoc quòd est detinere, non adhibet peccatum nouum illi quod est accipere: sed est illius continuatio tanto grauior, vt illic diximus, quanto diuturnior. Si autem nouus adhibeatur positiuus actus, sci licet si proponas non reddere, aut si re aliena ad consumendum vtaris, non proponens damnū soluere, illi actus sunt multiplicata delicta, contra eandem negationem non retinendi inclusam in eodem præcepto. At vero contra affirmationem restituendi recenter peccatur quotes retinens alienum aut videt dominum egere, aut eum petere audit, nam tunc nouo iuris merito restituere tenetur.

Ad tertium. S. Thomæ. ¶ Ad tertium argumentum subobscure idem S. Doctor respondet. Sensus eius tamen est, quòd qui rem suam quæ penes alium est, videlicet penes illū qui illam vel rapuit vel in depósito custodit, furtum rapit, fur ob id censendus est: q̄ licet simpliciter sit sua, est tamen alterius secundum quid: scilicet vel quantum ad custodiam, vel quantum ad detentionem. Videtur autem hæc solutio nonnulla complicare falsa. Primum q̄ res rapta nullatenus raptoris est: res enim illius tantum esse dicitur, qui iure possidet, quod latroni non competit: animo detinen-

Prima obiectio aduersus solutionē S. Thomæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda. nendo mortaliter peccat. Secundò hæc solutio nis sententia falsa est: nempe ꝙ qui rem capit suam furtum faciat: quādoquidem non solum vulgari sermone non reputatur fur nisi qui alienum capit, verùm & iura id decernunt: vt patet. l. si is qui rem. 1. ff. de furtis. vbi habetur ꝙ qui rem quam commodauit surripit, non est fur. Quapropter si postquàm res quispiam ex me sustulit, vi statim ab eodem extorqueam, non ero furti reus. Respondetur mentem sancti Thomæ legitimam esse, quam ipse statim arti. 5. eiusdem quæst. patefacit. Si enim ego apud quendam rem meam deposui, vel ille mihi eripuit, & clam illo accipio, propterea censeor fur: quia ille nesciens me accepisse tenebitur ex conscientia mihi restituere: & eâdem ratione si auferā à latrone ipso inscio. Atq; hac de causa ait rem illam quodammodo esse illius seruantis depositum: nempe quantum ad ius custodiēdi: quinetiam & illius qui rapuit: quia debet illam seruare ad restituēdum. Quare ego non possum priuata autoritate vi aut fraude illam capere.

Solutio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm furtum & rapina specie differant.

OVanuis ex præcedenti artl. solutio huius quæstiuncu-
læ facilè colligatur: maioris tamen claritatis gratia de eádem differentia rursus quæritur. Nempe an inter furtū & rapinam sit specifica differentia. Arguitur nanq; à parte negatiua. Primum quòd non videntur differre nisi tanquàm occultum & manifestum: quæ quidem qualitates in alijs peccatorum generibus non variāt species: vt si in publicum peieres aut in secreto. ¶ Secundò, quia differentia specifica à fine & formali obiecto sumitur, quod furti & rapinæ idem esse videtur: nempe vsurpatio alienæ rei. ¶ Tertiò, sicut rapitur pecunia ad vtendum ea, ita & puella ad abutendum: raptus autem puellæ siue publicè fiat, siue secretò, speciem non mutat: ergo neq; raptus pecuniæ. ¶ In cōtrarium autem est Philosophus. 5 Ethico. cap. 2. vbi furtum & rapinā diuersas species constituit.

Primū argumentum. Secundum. Tertium. Aristot. Cōclusio responsiua. Probatio cōclusionis.

AD quæstionem breuissima conclusione respondetur. Furtum & rapina differunt specie. Probatur. Differentia specifica actuum attenditur penes formalem, eandemque proximam differentiam obiectorum: hæc autē in furto & rapina est specifica: ergo eiusmodi crimina differunt specie. Probatur minor. Vitia hęc ambo in hoc communtatiuæ iustitiæ aduersā, quatenùs per vtranque istarum acceptionem iniustum fit, puta ius alienum violatur: iniustū autem, vt illic habet Aristoteles, nemo nisi inuitus contraq; suam voluntatem patitur: inde ergo actiones istæ iniuriosæ sunt quod contra voluntatem domini fiunt, qui ideo inuoluntarium patitur: at verò inuoluntarium, vt. 3. Ethi. cor. author est Aristoteles, dupliciter fit: nempe aut per ignorantiam aut per violentiā. Furtum autem ex sua ratione dicit acceptionem ignorante domino: rapina verò eodem cōscio ac vim patiēte: ergo furtum & rapina differūt specie. Itaq; non ad rationem alieni aspiciendū est quæ est materiale obiectum, sed ad rationē inuoluntarij. ¶ Differentia est quam non solū mor ales philosophi, verùm & Iurisc̄onsulti qui ex eadem philosophia suas leges elicuerūt, agnoscunt: vt patet. l sed nouo iure. C. de seruis fugiti. & apud Vlpianum. l. fur. ff. de furt. Est autem ne quis decipiatur meditatè considerāda. Cogitare enim quispiam posset aut in hoc consistere ꝙ furtum fiat in tenebris: vt Exod. 22. habetur: rapina verò sub lucem diei. Aut ꝙ furtum in absentia domini committatur: rapina verò in eius præsentia. Cùm tamen in neutra istarum ratione discrimen consistat. Sed differentia est quòd furtum fit absque violentia: rapina verò & latrociniū violenter. Hinc enim vt artic. vltimo videbimus, augescit rapinæ culpa præ illa quæ est in furto. Ex quo fit vt præsente domino furtum fieri possit: sicuti & eodē absente, rapina. Exempli gratia, si præsente patrono impurus homo in ædes insultet, illumq; vel resistentem opprimat, vel nè resistat alliget, aut in cellam includat, aut talem ei incutiat metum vt taceat: quanuis inermis id faciat, habetur raptor & latro: quia vim infert. Si verò patronus etsi non consentiat, tamen ob suam modestiam taceat, latronis parcens vel honori vel vitæ, non erit rapina: sed furtum. Eadem ratione si ædes quis vi aggrediatur, licèt nemo sit intùs, erit rapina. Quo fit vt latrones qui vias publicas obsident non fures modo sint, verùm & raptores. Distinctio autem quæ habetur. l. 2. de furtis. vbi distinguuntur duo furtorum genera: quorum alterum est occultum, alterum verò manifestum: nihil facit ad rem. Nō enim accipitur illic manifestum pro rapina, sed pro eo casu quo fur in flagranti delicto comprehenditur, vt continuo exponitur. l. 3.

Omnia

Primum argumentū. Omnia igitur argumenta soluta restāt. Ad primum enim respondetur quòd peccata alia ab iniquitatibus iniustitiæ non habēt pro obiecto inuoluntarium alterius, sicut furtum & rapina: & ideo ex diuersa ratione voluntatis nō variantur species, sicuti hęc. ¶ Et per hoc responsum etiam est ad secundum, quòd etsi circa idem versentur obiectum materiale & remotum scilicet alienū: tamē formale & proximum non est idem. ¶ Ad tertium respondetur quòd raptus puellæ quantumcūque respectu aliorum occultè fiat, puellæ tamen semper est notus: & ideo quia illa semper præsumitur restitisse, dicitur raptus.

Ad secundū. Ad tertium.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm furtum sit genere suo peccatum mortale.

POstquam dictum est quid sit furtum, quomodoq; à rapina differat, quæritur de triusque natura, an sit genere suo mortale delictum. Et quò historiā filiorum Israēl expoliantium Ægyptios toties iā expositā missam faciamus, arguitur primùm. Qui rem suam vel penes alium depositam vel furto sublatam furtim capit, vt fur iure habetur: & tamen non peccat, postquàm iure vtitur suo: ergo furtum non est peccatum. ¶ Secundò arguitur: cùm id quod quis inuenerit aut casu repererit milli restituit, furtum committere videtur: & tamen si ad naturalem æquitatem spectes, nullum est peccatum: nam, vt habetur Institu. & ff. de rerum diuision. quod nullius est, occupanti conceditur, & re vera quarum rerum dominus non compāret, nullius esse censentur. ¶ Quòd autem non sit genere suo mortale, tertio loco probatur. Tum ex illo Prouerbi. 6. Nō grandis est culpæ dum quis furatus fuerit: tum quòd si est rei modicæ, non est cur sit mortale: tum maximè quòd si mortale esset, cùm sit cōtra iustitiam & pacis quietem, dignū esset pœnæ mortis: illa autem non appāret digna quæ furibus infligatur, sed satis est vt multiplicatū restituat furtum, secundum illud Exod. 22. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, quinque boues pro vno bone restituet, & quatuor oues pro vna oue. Idque habetur. l. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. ¶ In contrarium autem est ꝙ nemo secundum diuinum iudicium, nisi ob mortale delictum, vehementi percellitur maledictione: fures autem acri animaduersione damnantur verbis illis, Zachariæ. 5. Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurās ex hoc similiter iudicabitur.

Primum argumentū. Secundum. Tertium.

AD quæstionem vnica conclusione respondetur. Furtum, fortiorique ratione rapina, peccatum est, idque genere suo mortale. Probatur. Delictum mortale, vt identidem dicere consueuimus, inde perpenditur, quòd charitatem extinguit: quæ vita est animæ: furtum autem est huiusmodi: ergo est mortale. Probatur minor. Illud delictum quod virtuti aduersatur, reipublicæ necessariæ, per quam scilicet pax quiesque eius seruatur, extinguit charitatem: furtum autem aduersatur iustitiæ, in qua tota mortalium fides, humanaque societas salua consistit. Nam per furtum ciues expelluntur iure suo, atque adeò pax ciuitatis perturbatur: est ergo cōtra charitatem: sed tamen tanto grauior rapina, quanto vis peior est fraude. Dictum autem est, genere suo, propter rationem explicari solitam in leuitate materiæ quæ culpam attenuat. ¶ Cōclusio clarissima ac perinde omnibus compertissima est sed tamen de furti comparatione ad alia crimina posset quis, neque immeritò dubitare, vtrū sit genere suo omnium peccatorum cōtra Decalogum minimum, an peiorem obtineat gradum. Primùm enim de fornicatione affirmat Martinus tract. de Tempe. quæstio. 2. minoris esse culpæ genere suo quàm furtum. Cuius potissimum fundamentum est, quòd fornicatio nō est natura sua mala, & ideo prohibita. Imò verò ob id tantùm est mala, quia prohibita: nē pe lege veteri, Deuterono. 23. Non erit meretrix ex filiabus Israēl: & noua, ad Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habebit hæreditatem in regno Christi. Et eodem applaudit Durandus. 4. Sententi. distinct. 33. quæsti. 2. Præterea quia furtum est contra iustitiam, fornicatio autem non nisi contra temperantiam: nam qui fornicatur, vti ait Paulus, in corpus suum peccat: iustitia verò præstantior est: quin verò, vt libro. 3. definitum est, omnium moralium præstantissima. At verò diuus Thomas. 2. 2. quæstio. 154. articu. 3. contrariā habet sententiam: nempe fornicationem genere suo grauius esse flagitium, quàm furtum. Nā de adulterio nemo dubitat, propter iniuriam quæ fit alteri coniugi. Et re vera hoc nemo sanè doctus negare potest. Et primum ratio Martini ac Durandi peior est multò quàm eorum conclusio. Dicere nanque fornicationem non

Cōclusio responsiua. Ratio conclusionis. Dubitatur. Martinus. Prima ratio Martini. Secunda. S. Thomas. Ad primum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martini.

esse contra ius naturæ, error est hæresi proximus. Nam consequens inde protinus fieret, gẽtibus ante legem scriptam non fuisse delictum: quin verò neque post scriptam: quia lege Mosaica non tenebantur. Ratio ergo, vt fornicatio genere suo grauius sit peccatum, est quòd peccati grauitas potissimum ex obiecto est perpẽdenda: malum autẽ fornicationis est nocumen tũ vitæ futuræ prolis. Nam quæ ex vago concubitu nascitur, si ad rei naturam spectes, neque educari rectè potest, neque verò ali commodè: vita autem præstantius bonum est exterioribus bonis quæ furto auferuntur: quare fornicatio non solùm natura sua est mala, verum & furto iniquior. Neque verò ratio quam contrà idem author obmolitur digna est morali philosopho. Ait quippe hoc esse accidentarium fornicationi quod malè educetur alaturque proles: nam potest fornicarius tum facultatem habere maiorem, quàm cõiugatus: tum etiam propositum firmius alendi: quin verò dicendi suos liberos. Non inquam hæc ratio digna est philosopho. Quin verò id quod ipse dicit accidentarium est: hoc autem quod nos dicimus, conditioni vagi concubitus natiuum. Nam ex natura rei, qui non sunt matrimonio iuncti non possunt bene alere prolem. Et re vera si argutia Marti. vllius esset momenti, tunc sequeretur matrimonialẽ coniunctionem non esse vinculum naturale. Inde enim hoc habet quòd natura eius est, vt sit bene educatiua proli um. Et tamen vsu nihilo minùs accidit vt sæpe coniuges neque facultatem habeant neque verò voluntatem eas educandi. Est ergo existimandus actus ex natura, & non ex accidente. Cùm ergo dicimus bonam educationem, naturalem esse matrimonio, non autem fornicationi, non de actione loquimur. Nam illa alium de impediri potest: vt iam modò dicebamus, sed de naturali potentia. Quin verò & simplex per mollitiem pollutio, eo turpior est ac peior, non modò furto, verùm & fornicatione, quòd seminatio nemini licita est nisi ad fructus ferendos: quare illa, quia frustranea est, maiorem habet iniquitatem. ¶ Ad aliud verò Martini argumẽtum responderi posset quòd quanuis fornicatio non esset contra iustitiam, non tamen inde sequitur non esse grauius: quia neque si iustitia sit præstantior virtus, fit consequens vt omne opus iustitiæ excedat quodcunque temperantiæ. quoniam satis est fornicationem esse contra melius bonum puta contra vitam. Sanior autem solutio est quòd fornicatio est etiam quodammodò contra iustitiam quæ erga futuram prolem seruanda est.

Ratio sancti Thomæ.

Ad secundũ argumentũ Martini.

Constituitur autem principaliter in specie intemperantiæ, non ex eo vt quosdam audiui, quòd præcipuè in illo actu consideretur delectatio: nam & eadem est pariter in adulterio præcipua: & nihilo minùs est cõtra iustitiam. Sed quia ille actus non est contra personam actu existentem: neque verò quæ præcesserit, sed contra illam quæ est tantum in potentia.

¶ Aliter tamen nos possumus cõtra nosipsos arguere. Vitium furti expresè prohibitum est in Decalogo: non autem fornicatio: ergo furtum est peius. Mox. Nulla fuit vnquàm tam barbara gens quæ ignoraret furtum esse peccatum, quatenus iniuriosum est: & tamen multæ ignorauerũt in lege naturæ fornicationem esse peccatum: imò verò vsqueadeò aliquæ poterant esse agrestes, vt talis ignorantia esset illis inuincibilis: patentior ergo est culpa furti atque adeò grauior. Deinde. Furtum etiam nunc maiori infamia denotatur quàm simplex fornicatio: est ergo fœdius ac perinde atrocius.

¶ Ad primum tamen respondetur consequentiam esse nullam. Ponuntur enim, vt suprà dixiimus, in Decalogo præcepta quæ apertam habent iniustitiam: sicuti adulterium: nihilo minùs fornicatio, quę ad illam reducitur, peior est quàm furtum. Alioquin probares etiam furtum esse peius nefando crimine, quod illic non exprimitur. Ad secundum respondetur, quòd quanuis furti nequitia apertior sit, non tamen inde sequitur esse peiorem. Nam etiratio iniustitiæ latentior sit in fornicatione, militat tamen contra maius bonum. ¶ Ad tertium denique negatur maioris infamiæ esse furtum quàm fornicationem: nam honestæ mulieri pudentius est fornicationem quàm furtum fecisse, sed viri propter corruptissimam consuetudinem minoris illam æstimant. Et quanuis minoris esset infamiæ, non inde fit consequens vt sit minus peccatum: quoniam Gregorio autore peccata carnalia sunt minoris culpę & maioris infamiæ quàm spiritualia. Et blasphemia citra dubium peior est furto: & tamen non de illa tam pudefiunt homines quàm de furto.

¶ Hac autem veritate nihil obstante, nempe quòd fornicatio genere suo grauius sit peccatum, esse tamen potest in indiuiduo furtum quod sit longè fornicatione scelestius: vel ratione quantitatis, vel ratione illatæ vis: quin verò grauius quàm adulterium: vt si decem millia ducatorũ quis depręderetur. Quin imò & quis amplissimam domum ac familiam expoliaret grauius peccatum committeret quàm si faceret homicidium plebei hominis. Est enim falla cissima regula, collationem quæ est inter species

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

cies virtutis aut vitiorum ad singula indiuidua applicare: quippe in quibus possunt esse aliæ qualitates augentes aut minuentes rationem virtutis ac vitij. Pari modo infamatio & contumeliatio genere suo grauior est furto ex obiecto. In summa, cũ bona externa sint inferiora quàm fama & vita, furtum genere suo minimũ est peccatorum Decalogi.

INter argumenta contra hanc conclusionem primum facit diuus Thomas de furto filiorũ Israel in Ægypto, quòd nullum fuit peccatũ: sed iam lib. 2. datis dictum est illud nullam habuisse rationem furti. Nam præterquàm quòd Deus tanquàm rerum dominus citra vllam dispensationem potuit illos eiusmodi bonis donare, tanquàm rectus iudex soluit illis mercedem iuſumpti laboris in luto & latere. ¶ At verò vtrùm liceat principibus Deum in hoc imitari vt aliquid occulte præcipiant quod citra publicum tumultum ministri teneantur exequi: Verbi gratia: Si princeps præciperet aulico aut bonis aut vitæ quempiam priuatim expoliare, vtrùm teneretur ille exequi. Respondetur quòd si dicta cauſa lataque condemnationis sententia id faciat, citra dubium parendum est: quoniam expedit quandoque eiusmodi executiones, secretas esse. Et tunc illud non est furtum, sed executio pœnæ. Quod autem citra iudicij formam & ordinem id imperet, nefas est: neq; parendum est illi: quoniam & princeps tenetur iudiciario ordine procedere. Siquidem non est Deus, qui errare non potest. Nisi forsan, quod quàm rarissime accidere solet, in aliquo casu: qui cùm patentissimam haberet iustitiam, neq; moras ferret, neq; strepitum publicum. Quando verò publicitus indicitur bellum, tunc nisi iniustitia cauſæ manifesta esset, iussio principis pacare debet militum conscientias, vt Aug. 23. q. 1. can. quid culpatur. admonet. ¶ Ad aliud verò quod primo loco posuimus argumentum de illo qui res suas proprias vel furatur vel rapit, ar. 1. partim dictum est, & partim modo dicendum superest. Restat enim dubium illic prætermissum vtrum liceat cuique autoritate priuata id quod sibi debetur recuperare. Ad quod S. Tho. respondet negatiue: nam si rem illam apud illum depositam quam ipso nescio furans, aggrauas illum, vt tibi nescius furti restituere teneatur. Si vero ille contra ius vsurpauerat, inde peccas quod transgrederis iuris leges, priuatim vsurpando iudicium quod publicæ potestati conuenit: quod quidem mortale delictum est: idque ciuili lege acerrimè prohibitum. ¶ Sed tamen operæpretium est hoc locupletius explicare. Quid enim

Scripulus.

Solutio.

Augustinus. Ad primum argumentũ.

D. Thomas.

Dubitatio.

faciet miser qui nullatenùs res suas via iuris recuperare potest? Est nanque in regulis iuris lib. 6. ęp nemo re aliena ditari debet. Respondetur ergo tam de culpa, quàm de restitutione. Licet nanque cuique priuata authoritate sua capere, dummodò istæ adsint conditiones. Prima, vt omni procul dubio certissimus sit rem sibi esse debitam: nam vbi quidpiam est dubietatis, ne quâquã id licet iuris ordine præterminſo. Quapropter famuli siue principũ siue inferiorum dominorum nullo iure possunt quidpiam furtim à suis heris surripere: eo obtẽtu quòd non satis pro suo seruitio & famulatu repensum est illis. Solent enim creberrimè hæc sibi apud cõfessarios obtendere. Quibus tamen respondendũ est, quòd si pretium illud de quo inter ipsos conuentum est non possunt alia via extorquere, possunt quidem id latenter eripere: illud autem auctarium quod famuli ipsi putant sibi insuper adhibẽdum, nequâquam: nisi vi aut fraude coacti à dominis fuerint seruire. Volenti nãque non fit iniuria. Et ideo si non vis illo pretio seruire, abi. Secunda conditio est, vt omnia expertus certus sis te non posse via iuridica rem tuam recuperare. Nam aliàs publicæ potestati iniuriam faceres. At vero in tali casu distinctione opus est. Aut enim impossibilitas illa inde nascitur quòd testibus instrumentisque cares quibus ius tuum probare possis: & tunc nequâquam licet per vim res tuas surripere: nam vim inferre nemini priuatim licet, nisi vt vim vi in flagranti delicto repellat. Quare si alia via rem tuam acquirere nequis, nullum tibi restat remedium: potius nanque publicæ quieti consulendum est, quàm tuo priuato commodo. Quare vnusquisque sibi prouideat qua cautela res alienet suas. Si verò via latenti citra scandalum potest eiusmodi tibi debitum surripere, aut tibi compensationem facere, licebit quidem: dummodo periculum caueas nè debitor ille tuus restitutionem iterato faciat. Et hoc quantum ad excusationem culpæ. Nam quantum ad restitutionem, dum modò tibi euidenter constet rem esse tuam, licet contra ius non expectata publica authoritate etiam per violẽtiam illam debitori eripias, nihil restituere teneris. Neque ad excommunicationis censuras respondere cogeris: sed pœnas duntaxat condemnatus luere. Secundo modo contingere potest occludi alicui viam recuperandi rem suam, non quod probationes non sint legitimæ, sed propter iudicis iniquitatem qui remit causam decidere: tunc enim ratio apparentius eminere videtur, licere etiam per vim vnicuique rem suam capere: nam princeps hac ratione potest alteri bellum

Conditiones quas adesse oportet vt licet cuique priuata autoritate sua recuperare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum indicere: nempe quia alium non habet iudicem qui ius sibi reddat suū. Nihilo minus respondetur, neque tunc fas esse rem per vim patenter aggredi. Sed si latēti via eripi nequit, vel adeundus est superior, vel si nullum aliud remedium supereſt, potiùs ferenda est bonorum iactura, quàm vi rempublicam perturbare: vt in hac quæst. arti. 8. docere videtur diuus Thomas. Eo potissimè quòd similis casus vix contingere potest. Vbi tamen tam barbara esset respublica aut tanta tyrannide oppressa, vt nemo posset ius suum obtinere: tunc si citra armorum stridorem posset quis etiam cum aliqua violentia in suum se ius restituere, nō prorsus esset iniquitas. Dico in ius externorum bonorum. Nam vindicare se nullo casu liceret. Vt si iniuriam passus es, etiam si obtinere ius nequeas, nequaquam tibi licet illam priuatim vindicare. Neque simile est de principibus. Nam ille penes quem est summa reipublicæ, non solùm est eius iudex, verum & externorum hostium ad iniurias, non modò propulsandas, verùm etiam vlciscendas.

Ad secundū argumentū. S. Thomas. Duplex gen⁹ rerū inuentarum.

SEcundum autem argumentum materiam tangit inuentorum: ad quod sanctus Thomas per hanc distinctionem respondet. Sunt quædam inuenta quæ nullius vnquàm fuerūt propria: vt lapilli & gemmæ quas maritimum littus procreat. Et talium inuentores nulli restitutioni subduntur: quoniam quod nullius vnquàm fuit, occupanti conceditur. Instit. de rerum diuisio. §. feræ. &. ff. eodē titul. Atque eadē est ratio de inuentione vetusti thesauri: videlicet cuius domini nulla extare potest memoria. Nam iam tum ille thesaurus perinde habet atque aurifodina quā terra nutrit. Præterquàm q legibus ciuilibus medietas domino agri adjcitur, perinde ac si eius fructus esset. Quod quidem ciuile ius vetustissimū esse ostendit Euangelica Parabola de inuentore thesauri in agro alieno, cui ad prudentiam apponitur quòd illud prius coëmerit quàm thesaurum proderet: vt integer sibi obueniret. Sed aliæ sunt res inuētæ in terræ superficie, vel alibi recenter perditæ, aut depositæ, quarum idcirco domini aut hæredes supersttites esse censentur. Et istæ, ait sanctus Thomas, accipi non possunt animo retinendi, nisi constiterit dominum pro derelictis eas abiecisse, secundùm verbum Augustini 14. quæst. 5. si quid inuenisti & non reddidisti, rapuisti. ¶Est tamē exponentibus nobis per singula discurrendum. Et primùm quòd in littore maris lapilli inuenti, sint inuentoris, expressa est iuris definitio, instit. de rerum diuision. §. lapilli. & ff. eodem titu. Item lapilli. Et ratio est, quia littora iure gentium manserunt communia. Atque idem est iuris naturæ iudicium de auri aliorumque metallorum venis quæ sunt in viscēribus terræ.

Augustinus

¶Dubitare hic tamen quis posset propter nostrates qui ad Occidentalem continentem auri gratia aduolant, an liceat cuicunque vtius nationis ad aliam quæsitum aurum peregrinari. Apparet enim id vnicuique eadem ratione licere postquàm iure gentium non fuerint res istæ diuisæ. Respondetur tamen hoc dumtaxat iure non esse omnino licitum, nisi incolæ ipsi consentirent: aut pro derelictis eosdem thesauros haberent: nam regiones iure gentiū diuisæ sunt: & ideo licēt gentibus illius regionis sint res illæ communes, tamē non possunt aduenæ incolis inuitis easdem res vsurpare. Neque enim valent Galli hac de causa ad nos penetrare, neque nos ad illos ipsis inuitis: sed hoc aliud est loci disputare. ¶De thesauris autem, vt bene ait sanctus Thomas, eadem est ratio naturalis. Thesaurus enim est, vt habetur in. l. nunquàm. ff. de acquirend. rerum dominio. vetus depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Quapropter illos thesauros capere nullam habet ratio nem furti: vt habetur. l. fallus. ff. de furtis. Et ratio eiusdem legis est quòd non fit furtum, nisi fit cui fiat. ¶ Quapropter qui in fundo suo eiusmodi thesaurum inuenit, inuentori conceditur: vt habetur Instit. de rerum diuisio. §. thesauros. &. C. lib. 10. de thesl. vnica. At vero si quis in alieno agro dedita opera inconsulto domino illud quæritando inuenerit, iure ciuili, vt habetur eisdem proximis citatis legibus, totus thesaurus est domini fundi: quia inuentor fur reputatur. Si autem forte aliud agens reperierit, dimidiam partem, inquit lex, retinebit, atque alteram dabit domino. Idque forsan ad seruandam pacem. Ateq; idem est ius de illo qui in ædibus quas emit thesaurum eiusdem generis inuenit: licet sint qui id negēt. Nā profectò eadem est ratio: etiam si eandem ob causam ædes emerit, cādem vsus prudentia quam Christus in Euangelio laudi tribuit. Secus aūt si in muro domus, aut in eius penetralibus pecuniam aut aliud quidpiam repererit, quod antiquus possessor illic posuisset & per obliuionem reliquisset: tunc enim eiusdem possessoris est aut suorum hæredum: vt habetur in l. à tutore. ff. de rei vendicatio.

Dubitatio.

Paludanus

¶Hinc fit opinionem Paludani in. 4. distin. 15. quæst. 3. dicentis iam ex consuetudine vtuersos thesauros, vbinis reperiantur, esse

Prin-

principum, non esse auscultandam: vt bene ait Syluester in verb. inuentum. §. 13. quoniam talis consuetudo in republica bene instituta non est introducta. In Hispania nanque istæ leges citatæ ad literam seruantur: quare si contraria consuetudo alicubi obtinuit, est per vim, contra ius naturæ & gentium. Habetur enim Instit. & l. citata, quòd Adrianus naturalē æquitatem sequutus, ei concessit qui thesauros inueneriet. Et. l. illa Codicis, de thesaur. Inuentori, inquit, liberam tribuimus facultatem, nè vlteriùs Dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur. ¶ Verùm verò princeps quotam aliquam ab inuentore exigere valeat, quis fortè dubitet. Respondetur autem nullam in tali exactione ne apparere iustitiam: & ideo in Hispania non est in vsu: neque vbi esset crediderim conscientias obligare, sed inuentorem secundùm ius commune posse bona conscientia possidere. Nam dictus titul. Instit. nihil meminit principis: sed vbi ait quòd qui reperierit in loco alieno medietatem det domino, subdit quòd pari ratione si inuenerit in loco Cæsaris, dimidium det Cæsari: & si in fiscali loco vel publico det etiam medietatem fisco. Et idem legitur. l. non intelligitur. ff. de iure fisc. §. si in loco. Quæ quidem leges non loquuntur nisi vbi loca sunt propria principis aut ciuitatis. Quocirca princeps tanquam dominus non potest quidpiam exigere quando thesaurus inuentus est in loco ciuis: nisi forsan ingruenti grauī necessitate publica, tanquàm gubernator potuerit id genus tributi petere: quod nescio an satis probarem. ¶ De metallorum autem venis vsus iam obtinuit, vt pars quinta obtineat princip: eò quòd venæ illæ sunt res naturales, quæ quodammodo in bonum publicum metalla progignunt. ¶Multo autem maius dubium est de rebus inuentis quæ non sunt thesauri, sed præsumuntur habere domi nos. Est quippe fere vnus consensus tam Theologorum quàm Iurisconsultorum, vt Summistæ aiunt, verbo, inuentum: quod inuentor fedulo tenetur dominum per quirere bona fide, & præconio publico, atque alijs vijs pro rei quantitate commodis: alioqui furti reus habebitur. Illa autem adhibita indagine, licet ego non audeam contra communem opinionem asseuerante quidpiam affirmare, sunt tamen mihi grauissima argumenta quòd inuentor possit sibi in conscientia retinere. Probatur: iure naturæ & gentium illa sunt inuentoris: & nullum est ius, aut Euangelicum, aut ecclesiasticum, quòd illa tribuat aut pauperibus aut cuiuis alteri: ergo potest inuentor sibi capere. Probatur. Prior præmissa. Res, vt libro. 3. dictum est, iuris naturæ non diuisit, sed permisit in communi possideriius autem gentium, id cuius non extat dominus, primo occupanti permittit: res verò illa cuius dominus post legitimam diligentiam non compāret, perinde habet ac si nullius esset: ergo qui inuenit perinde acquirit eius ius ac si thesaurus esset antiquus. Enimuerò antiquitas nihil aliud præstat quàm quòd indicium est rem carere domino: hoc autem quod dominus non reperiatur, eodem modo est causa nè alicui fiat iniuria: quia non apparet cui furtum fiat. Quod autem non sit positiuum ius quod hoc pauperibus tribuat, probatur. Nam Iuris prudentes nullum asserunt nisi cap. cùm tu. de vsuris. & similia, quibus vsurarię pecunia & simoniaca adiudicatur pauperibus. Iura autem huiusmodi non loquuntur nisi de rebus malè partis & acquisitis: vt habetur canon. Non sanè. 14. quæstio. 5. Inuentio autem non est iniqua acquisitio, sed licita: nec; est clarum debitum sicuti quod mutuato aut credito recepisti. ¶ Secundo arguitur: Ante legem euangelicam iure naturæ verisimilimū est res inuentas fuisse inuentoris: sicuti antiquos thesauros: nam iura non faciunt aliam differentiam quàm quòd si inueniantur res quæ dominos habere præsumuntur, non capiantur nisi animo reddendi dominis. quod quidem ius solum cogit vt dominus diligenter disquiratur. Hic enim est sensus legis. falsus. ff. de furt. quæ ait furti reum esse qui inuentum accipit animo non reddendi: etiā si dominum ignoret: nempè quia tenetur illum disquirere: quo vtique non inuento nihil loquitur de pauperibus: nō ergò est cur in lege Euangelica debitum fiat iustitiæ illis conferendi.

Quæstio.

Dubitatio.

Responsio.

Quæstio.

Solutio

Prima ratio authoris in proximam sententiam.

Secūda ratio

¶ Sed ais eiusmodi res venire in ius commune reipublicæ, & ideo applicari pauperibus eius. Hoc autem profectò non satis probatur. Nam illud illic tantùm suprà ostendimus habere verum, vbi manifestum est quempiam aliquid debere ignoto domino: nempè quia iniustè accepit, vel sub fide reddendi: inuentio autem non est huiusmodi: imò beneficium est Dei, vt ait lex, rem aliquam reperire. Et profectò si eiusmodi res in ius commune reipublicæ vel pauperum cederent, non video cur non etiam & antiqui thesauri. Neq; obstat si dicas illum qui inuenit non amittere ius suum, sed velle vt des pauperibus, vt in eius bonum spirituale cedat. Nam si eo ipso q reperiri nō potest, nulla ei fit

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuria, eo ipso caret executione iuris petendi. Item si cõstat mihi eum qui perdidit esse Turcam, quid illi proderit dari pauperibus? non ergò succedit ius pauperum propter bonum per dentis: poterat enim esse iniquus: sed aliunde scilicet, quia sunt bona redundantia in republica. Quod tamen non satis probatur, cùm non probetur esse debita. Et est porrò mihi magnum argumẽtum, diuum Thomam nihil hic de pauperibus meminisse: sed id tantùm ait, quod inuentor qui bona fide credit res haberi pro derelictis, non committit furtum sibi retinendo: & certè facta diligentia, pro derelictis habentur. Nam loquitur iam tunc non de thesauris, sed de illis rebus quæ de propinquo dominum habuerunt. Argumenta verò quæ ex Augustino & Hiero. 14. quæst. 5. afferuntur, nihil conuincunt. Ait inquam August. si quid inuenisti & non reddidisti, rapuisti. Et Hieron. can. multi. Peccatum, inquit, simile rapinæ est si quis inuenta non reddat. Plane tamen intelligunt quando dominus haberi potest: & mala fide non inquiritur. ¶ Concludamus ergo primùm, quòd vbi inuentor indigens esset, capere tutò potest vel totum inuentum vel partem pro sua necessitate: id quod & fautores contrariæ opinionis etiam fatentur: vt patet apud eũdem Syluest. loco citato: dummodo id faciat de consilio prælati aut confessarij, quãuis neq; id forsan sit necessarium. Secundo, si qui inuenit est dives, consilium est saluberrimum res inuentas quarum domini haberi non possunt, in pauperes aut in publicos piosque vsus erogari. Nam vti ait Greg. Timorati animi est, ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. At verò an sit necessaria præceptio, nõ satis audeam affirmare. Qui autem id adstruxerit, per hoc suam tuebitur opinionem, quòd iure naturæ illa quæ in republica redundant sunt indigentiũ, vt statim articulo proximo dicemus: quòd autem illa redundent inde quodammodo apparet, quòd non habent certos dominos: præsumitur tamen habere aliquos: quod antiquis thesauris non conuenit.

Altera ratio ad idem.

Sententia authoris.

Ad tertium argumentũ.

AD tertium argumentũ respondetur, quòd furtum censetur non grandis culpæ dupliciter. Primò ex parte subiecti: quia ex necessitate furantis æstimatur. Præterea quia sicut proximè diximus, genere suo est minimum respectu aliorum mortalium. Vnde ibidem subditur, fur deprehensus reddet centuplum: qui autem adulter est perdet animam suam. ¶ Ad secundum autem membrum respondetur, tam tenue tamq; exile posse contingere furtum vt non sit mortale: propterea enim dictum est, genere suo esse mortale. Ratio hinc autem dubitandi resurgit, quomodo sit perpendenda furti quantitas quæ culpam non habet nisi venialem: respectiuène, an absolutè. Enimuerò cùm grauitas furti ex damno dato sit perpẽdenda, & indigo, verbi gratia, plus noceas vnum sufflurando quadrantem, quàm præciuiti à quo ducatum eriperes, consequens fieri videtur vt respectiuè sit æstimanda. In contrarium autem arguitur, quòd si id verum esset, cõsequeretur, furari à Cæsare centum aureos nunquam esse mortale delictum: quoniam longe minus damnum inde ipse accipit, quàm misera vetula cui duo minuta raperes: quando quidem & in Euangelio ob id cumulatius commendata est eleemosyna illius anus, quòd plus respectu suæ facultatis in gazophylacium misit. ¶ Lis tamen hæc sic per distinctionem dirimitur. Est enim aliqua pecuniæ quantitas tãta, quæ per se absque vllo personæ respectu causa est in furto peccati mortalis. Vt si verbi gratia dicamus duo trésve aurei ducati: quare etiam si à Cæsare furripiantur, licet illos ipse flocci pendat, nihilo minùs crimen est. Sed alia est tam exigua summa quæ secum ipsa non habet tantum culpæ sed nihilo minus ob paupertatem possidentis fieret mortale: vt si argenteum nummium aut duplum à misero furriperes. Augescit autem præterea damnum, etiam si per se parum sit, dum causa est maioris: vt si lora boum rumpas quam ob causam agricola diurnas operas perdit: aut aliud vile instrumentum ab artifice detrahas, cuius causa ab opere cessat. ¶ At verò forsan quis arguat, nunquam quantitatem furti tam pusillam esse posse, quin crimen sit mortale: Primo ex iure canonico, puta ex Hierony. 14. q. 6. can. fin. vbi ait furtum non solum in maioribus, sed in minoribus etiam iudicari. Deinde iure ciuili ex Inst. de rerum diuis. §. Gallinarum. Vbi de gallinæ furto etiam datur actio. At verò ad Hieron. respõdetur quod loquitur quando animus adest nocendi in maioribus: sic enim continuò subdit, Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Ius autẽ ciuile nihil aliud habet, quàm quod aucupium domesticarum auium sit furtum: sed tam parum esse posset, vt ridiculus haberetur qui de illo ageret in iudicio. ¶ Ad decus autem in calce solutionis. D. Thom. quod qui habet animum furandi & inferendi nocumentum proximis, etiam in talibus minimis peccat peccare mortaliter: sicut in solo cogitatu per consensum. Sunt tamen ampliboliæ verba, & ideò anceps sententia. Ait ergo Caiet. non esse sensum. D. Tho. vt particula, in minimis, referatur ad

Dubitatio.

Ratio dubitandi.

Mens sancti Thomæ.

Obiectio.

Solutio.

Solutio.

D. Thomas.

Contrarium

tur ad nocumentum, quasi docuerit vt qui animo intendit in minimis nocere, mortaliter peccare posset. Est enim talis sensus, vt ipse putat, rationi dissonus: sed ait id tantũ voluisse quòd qui habet animum nocendi simpliciter, etiam si noceat in minimis pẽccat mortaliter, ppter extendentem se animum ad maiora. At verò etsi mens Diui Thoñ. non sit adeò perspicua, id tamen quod Caiet. refutat crediderim ego contrà esse verum. Etenim si noui pusillanimi hominis ingenium qui minimis maximè offenditur, atque animo perturbatur & affligitur, & fortè ad iracundiam concitatur, profecto si haberem ego animum ei nocendi per illa minima, charitatem violarem, & amicitiam: nam de hoc esset ille mihi inimicus, atque adeò mortaliter delinquerem: idque non solùm re eum lædendo, verum etiam verbo & gestu. Dico minima, quibus homines angusti cerebri vehementer offendi cõsueuerunt: nam pusilla esse possent, vt ludibrio haberetur qui inde se reputaret offensum: & tunc eiusmodi læsio non esset culpa. ¶ Sed aliud prætereà argumentum restat, quod rem hanc furtorum parumlarum rerum facere potest dubiam. Si parum furtum non esset mortale, sequeretur quod neque si multoties iteraretur ad tantam culpam posset ascendere, vt esset mortale: nam peccata venialia quantumuis multiplicentur, vt fama habet Theologorum opinio, efficere nequeunt mortale. Contingeret enim tunc transitus de genere in genus. Consequens tamen est falsum. Nam etsi famulus nunquam nisi minimum quadrantem ab hero vno furto furripiat, tamen dum centies id multiplicat, reus furti iudicatur. Ad hoc respondetur consequentia perempta. Nam etsi pluralitas peccatorum venialium nunquam sit mortalis, nihilo minùs quando summa rerum incipit esse magna, tunc actus ille, etiam si non sit acceptio vnius quadrantis, quia accessio damni est ad præcedentia, fit mortalis. ¶ At verò videor studiosum lectorem contra hanc solutionem sic resurgentem. Sequeretur saltem quòd si eiusmodi furta idem fur non ab eisdem personis faceret, sed à diuersis ita vt ab vno caperet obolum atque ab alio, ac subinde ab alio quadrantem aut aliam parvam monetam, nunquam mortaliter peccaret. Probatur: quia nemini dat graue damnum. Neque verò vlla est redargutio quòd ipse recipit grande lucrum: nam furtum non est æstimandum ex accedente furi lucro, sed ex damno dato. Si autem consequentia cum consequenti concedas, admittis posse furem aliena substantia citra peccatum mortale ditari: atque adeò patrocinium præstares istis publicis coëmptoribus qui diuersos in paruis defraudant. Nam secũdum tuam opinionem non peccarent mortaliter. Respondetur ergò quòd quanuis à diuersis exigua quis sustineret, tamen cùm summa incipit crescere, actus iam vnus furandi præcedentibus accedens efficitur mortalis: nam, vt modò dicebamus, quantitas quæ per se est magna absq; vllo personarum respectu, siue à diuite accipias siue à pauperibus, per se constituit peccatum mortale. ¶ In quarto argumento tangitur an capitale supplicium quod furibus decretũ est, sit licitum. Et potest quæstio vel de potestate interrogari, vel de vsu. Scotus nanque, quem quæst. 1. retulimus, arbitratur talem potestatem non esse penes rem publicam: quia nõ valet, inquit, quenquam mortẽ addicere, nisi in casibus expressis antiqua lege. Hoc autem satis illic me arbitror expugnasse. Potest enim iure naturæ, quod nusquam diuinitùs reuocatum est, publica vlcisci scelera prout viderit salubriùs expedire. De vsu tamen, an videlicet furti grauitas id mereatur, alia est quæstio: nam cùm bona exteriora non sint tanti habenda præcipuè inter Christianos, quos Christus admonuit vt petenti pallium relinquant & tunicam, non apparet ratio vt pro furto vita exigatur. Accedit & ius commune. Nam cùm antiquitùs pœna illa in legibus extaret, posteà visa est atrox: quare cautum est nè vllus de simplici furto capite plecteretur: vt habetur. l. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & in Authen. vt nulli iudici liceat habere. &c. colla. 9. Sed publici tantùm latrones digni illa morte censentur. Et re vera sæculo sancti Thomæ non erat in vsu simplices fures, sed tantùm latrones ad furcas suspendere. Nam ait non esse infligendam pœnam pro quolibet peccato mortali, sed pro eo quo damnum datur irreparabile: quale non non est furtũ. Quin verò in Hispania ius olim istud seruabatur: vt patet par. 7. titulo. 14. l. 18. sed tantùm suspendebantur sacrilegi qui sacra deprædabantur, atque alij id genus. Posteà verò crescente perditorum hominum audacia, auctæ sunt pœnæ. ¶ Et arbitror Bal. in causa fuisse huius supplicij: qui super eãdem lege, Sed nouo iure. duo asseruit. Primũ q etsi pro simplici aut geminato furto nõ sit fur morte dignus, tamen triplicatum iam reputatur latrocinium. Secundò inde infert quòd quando vnum ingens est, tunc tribus æquipollet. ¶ Porrò autem vt nihil ego contra leges obmurmurem, tamen ratio Baldi nulla est. Primùm enim latrones non sunt censendi ex actũ solùm frequẽ-

An fures licite suspendãtur.

Scotus.

Sententia Baldi.

Prima obiectio aduersus sententiã Bald.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentia,sed ex modo:nempè quia vim inferũt & rapinis perturbant rempublicam, atque illi duntaxat iure deputantur neci:fur autem licèt identidem peccet, si tamen id semper latenter, ita vt neque publicas vias obsideat, neq; irruptionem in ædes faciat,nec cædem offerat, nõ censetur latro.Quare gaudere debet priuilegio ecclesiastico si se in sacrum recipiat. Atq; adeò multò minoris probabilitatis habet secundum assertum: quòd quia ingẽs furtum æquipollet tribus, dignum sit morte. Nam licèt æquipolleat in quantitate,non tamen in modo:vt reputetur latrocinium.Quanui propter insignem audaciam imaginẽ eiu gerat. Id autem quod tãdem pro ratione asserti sui adducit: videlicet propter enorme delictum licère leges trãsgredi,indignum est iurisperito:nam transgredi leges peccatum est: & peccatum licere non potest: sed forsan transgressionem appellat dum fit aliquid contra verba legis, non tamen contra mentem.Id veruntamen insuper adnotandũ hic est,q Baldi aut cuiusuis alterius doctoris assertio nullatenùs haberi potest pro lege: imò verò neq; dictum ipsorum Iurisconsultorum:nisi aut principis authoritate aut reipublicæ more & vsu eorum documẽta pro legibus recepta sint:quippe cùm,vt lib.1. demonstratum est, sola authoritas publica valeat legem condere,quæ vim habeat coërciuam. ¶ Est ergò iam receptissimũ vt fures pro simplici aut geminato furto,si nõ est magnum, aut flagellis cæsi, aut aures recisi,seu ferro inusti relegentur.Pro trino verò aut pro vno enormi ad furcas suspendantur.Quæ quidem lex etiam Hispanis in more est:vt patet in lib.4. regalis fortitu. 15.l.6.qui furatus fuerit.40. dipondia,nouies tantundem soluat. Quòd si iteratò simile committat furtum,occidatur.Tametsi sub illo rigore non sit nũc eadem lex in vsu,vt pro decima parte vnius ducati quis suspendatur. Pluris enim tunc fortè æstimabatur illa quota, quàm nunc duplus ducatus.

Secunda.

Vsus iam recepit sententiam Baldi.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm ei qui egestate premitur furari liceat.

POstquam tam stricto iure ostensa est iniquitas furti, disputare conuenit an aliquis sit inde excipiendus casus: saltem vbi extrema necessitas ingruit.Et arguitur primò à parte negatiua de illo cap. suprà citato, si quis. extrà, de furt. vbi habetur quòd si quis propter necessitatẽ famis furatus fuerit vestem, cibarium, vel pecus,pœniteat hebdomadas tres: quod non iuberetur nisi furtum tunc illicitum esset. ¶ Secũ dò idem arguitur ex Aristot.2.Ethico. vbi ait quædam esse quæ cõsuetim nominata conuoluta sunt cum malitia: & subdit exemplum in furto:vbi significat esse intrinsecè malum,atq; adeò nullo fine nullaq; de causa reddi posse licitum:cuius est in mendacio similitudo. ¶ Tertio Argumentiò: homo debet proximum sicut seipsum diligere:nemini autem ad succurrẽdum per eleemosynam proximo licitum est furari, vt libr. contra mendacium admonet August.ergo neque ad subueniendum sibi. ¶ In cõtrarium autem est quòd in necessitate, vt axioma habet vulgare,omnia sunt communia.

Primum argumẽtum à parte negatiua.

Secundo.

Tertio.

AD quæstionem tribus cõclusionibus respondetur.Prima. Res quæ hominis redundant, pauperum sustẽtationi iure naturæ debentur. Authoritas est Ambrosij quæ inter decreta refertur,distin.47.esurientiũ panis est,quem tu detines:nudorum indumentum est,quod tu recludis:miserorũ redemptio & absolutio est,pecunia quam tu in terra defodis.Ratio autem naturalis sic colligitur. Nullũ ius gẽtium aut humanum naturali potest aut diuino derogare, cùm hæc superiora sint: iure autem naturæ diuinaq; prouidentia institutũ est vt res inferiores hominum necessitati subseruiant,propter quos conditæ sunt: ergo vbi res huiusmodi redundantes possessori non seruiunt, nullo humano iure vetari potuit quo minùs in egentium vsum veniant. ¶ Secunda conclusio.Hoc tamen non obstante nemo citra extremam necessitatem ei cui affluunt,eripere sub bona potest.Probatur:quoniam & si locuples ille eadem teneatur bona diffundere,sunt tamẽ multi egeni,diuersis locis & temporibus occurrẽtes, quibus ideo charitatiuam illam erogationem per possessorem fieri conuenit.¶ Tertia conclusio.In extrema necessitate,puta vbi euidens & vrgens est,tunc calamitosus ille licitè potest alienis rebus sibi succurrere:siue clam sublatis,siue palàm. Cõclusio iam est à nobis asserta: quoniam tam innatum est homini ius seruandi sese,vt illi alia cuncta cedant. ¶ Primam istarum conclusionum nõ intelligas obligationem sonare iustitiæ, sed tantùm misericordiæ:vt lib.4.q.de diui. rerum adnotauimus.Nam postquàm diuisę sunt res, quisque est suarum dominus: eatenus tamen persistit naturale ius commune, vt qui abundat,esse debeat in egenos beneficus.Qua ratione inde enascitur veritas cõclusionis secundæ:

Conclusio responsiua Antitheseos.

Obiectio.

Primæ conclusionis declaratio.

Conclusio ad primum negatiuũ argumentum.

nempè vt nemo quanuis grauiter patiens, possit à diuite furari. Neque valet argumentum: Diues in tali casu(nempè grauis necessitatis)tenetur egenti erogare,iuxta illud Ioan.in sua canonica,Qui viderit fratrem suũ necesse habere & clauserit viscera sua ab illo,quomodò charitas Dei manet in illo? ergo ille potest sua authoritate eripere: quoniam obligatio illa non est iustitiæ,sed charitatis, ad quam nemo inuitus cogi potest. At verò materia hæc de eleemosynarum obligatione non est præsentis loci.Tractat enim eam. D.Tho.2.2.q.32. ¶ Circa tertiam autem conclusionem, quæ ad rem attinet præsentem, dubium est quænam necessitas sit extrema iudicanda. Vtrùm ea tantum cùm quis iam iam aut fame strangulatur, aut frigore aliáve calamitate absumitur. Videtur namque nomen ipsum,extrema,id designare.Respondetur tamen non eam,vt vulgus arbitratur,expectãdam esse. Sunt enim qui eam vocant extremam necessitatem cuius imposs bile est tunc remedium. Ille ergò censetur articulo necessitatis extremæ quando vides fratrem periculo appropinquari incurabilis infirmitatis,aut alius miserię quę homines solet cõficere. Ille inquam dum præueniri potest caueriique summa miseria. Necessitas verò quæ in periculo hominem constituit honoris, licèt non censeatur extrema, est tamẽ profectò grauis:quæ eum quæ facultatem habet opem ferendi sub reatu mortalis culpę obligat. ¶ Quid autem si puella in periculo versetur amittendi pudoris ob victus inopiam? Videtur nanq; & illam censeri extremam: quippe qua non modò honor, verùm & salus animæ periclitatur. Respondetur nihilo minùs quòd quanuis illustre sit misericordiæ officium eiusmodi miseris in orphanitate periclitantibus subuenire: non illa tamẽ censetur extrema vt possit puella alienum rapere: quoniam nulla est necessitas quæ cogere possit illam vt sui copiam alteri faciat: alias consensus ille nõ esset peccatum: sed perire potius debet quàm delinquere.Sunt autem ciuilia iura quibus iubetur vt extremè patiens ad publicum magistratum anteà recurrat quàm aliena priuatim capiat. Hoc autem intelligendum est quando commodè id fieri potest. ¶ At vero non deerit forsan qui contrà nos in præsentiarum insurgat. Diximus enim tum alias sæpe, tum paulò antè, neminem ad id cogi posse ad quod sola charitate tenetur: sed ad id tãtum ad quod de iustitia obligatur: extremæ autem necessitati nemo tenetur succurrere nisi ex charitate: nam si obligatio esset iustitiæ,ille qui tunc non succurreret,teneretur ad restitutionem, quod non conceditur: ergò neque publica potestas compellere tunc quẽpiam iure potest,neq; qui in periculo est quippiam alieni priuatim capere. Respondetur parùm referre an dicas in tali necessitate aliquam iustitiæ rationem intercedere: propriè tamen profectò non est nisi misericordia: strictissimè tamen obligans. Quòd autem coactio tunc locum habeat, est propter singulare ius quod cuipiam competit suam seruandi vitam. ¶ Appendenda hic erat disputatio, an qui in articulo necessitatis alienum rapit,arridenti fœliciùs posteà fortuna,teneatur id restituere:nisi iam satis libro præcedenti sub titulo de restitutione,eadem à nobis absoluta esset disputatio.

Quando ex attinet præsentem necessitas sit extrema.

Ad primum argumẽtũ.

AD Canonem igitur adductum in primo argumento responsum illic est quòd intelligitur de necessitate quæ non est extrema:vbi aliqua est culpa furari. ¶ Ad secundum concedimus ingenuè, furtũ esse actionem intrinsecè malã:imo talẽ,vt lib.2. diximus, in qua Deus, vt legis naturæ lator,dispensare non possit. At verò licuti de prohibitione homicidij diximus quòd illa generalitate,Non occides,eò q præceptũ est naturale, nõ includuntur casus quos ipsa natura includere non potest: neq; in illa, Non iurare omninò: sic neq; prohibitione furti vetari potuit acceptio rei alienæ quam natura ipsa hominibus indulsit. Quocirca eiusmodi acceptio non est furtum, sed acceptio rei à natura concessæ. ¶ Ad tertium deniq; respondetur cuiq; pari iure licêre in eâdem necessitate alienũ rapere vt indigenti succurrat Sed citra illã vetat August.eleemosynas de rapinis fieri.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm rapina vllo pacto fieri possit citra peccatum.

TSI furtum in extrema necessitate licitum sit,tamẽ quia rapina atrocius est crimen, videre restat vtrùm & illa quoque aliquando sit licita. Arguitur enim à parte affirmati ua.Præda illata vi,fit,quòd rationem habet rapinæ:prædam autem accipere ab hostibus licitum iudicauit in lib.de Patriar.Ambro.vbi ait: Cùm pręda fuerit in potestate victorum,decet militarem disciplinam vt regi seruentur omnia scilicet tam ad belli sumptus quàm ad militum præmia: ergo rapina est aliquo casu licita,

Primum argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumen. 2. tã. ¶ Secundò arguitur. Terrarum principes multa à suis subditis inuitis extorquent, quod effigiem præ se fert rapinæ, & tamen graue est illos delictores censere: ergo rapina nõ est vbique mortale crimẽ. ¶ Tertiò arguitur. Id quod possessoris nõ est, licitè ab illo auferturinfideles autem iniusti sunt suarum rerum possessores: secundùm illud Augustini in epistola ad Vincẽt. Donatist. Res falsò appellatis vestras, quas neq; iustè possidetis, & secundùm leges terrenarum legum amittere iussi estis: ergo licitum apparet ab ipsis eadem eripere. ¶ In contrarium est q tanquam de re iniquè parta prohibetur sacrificium vel oblatio de rapina fieri: secundùm illud Esa. 61. Ego Dominus diligẽs iudicium, & odiens rapinam in holocaustum.

Argumen. 3.

Prima cõclusio.

AD quæstionem tribus cõclusionibus respondetur. Prima. Rapina nullatenus est licita, neq; priuato neq; publicæ potestati: itaq; sicut furtum nũquàm est licitum: & vbi acceptio rei alienæ licita est, non habet rationem furti: sic, imò efficaciori ratione de rapina censendum est. Probatur: quicquid nomine suo innatam habet rationem iniustitiæ, est sic intrinsecè malum, vt bene fieri nequeat: rapina autẽ idipsum sonat quod violenta acceptio contra iustitiam: sicuti furtum, id quod fraudulenta: ergo rapina neutiquàm esse potest licita. ¶ At verò ad maiorem huius explicationem adhibentur aliæ duæ. Secunda ergo cõclusio est. Sola respublica & princeps qui eius gerit vices per violentiam potest citra iniuriam aliquid à suis ciuibus extorquere: quicunq; verò priuata authoritate per violẽtiam aliquid rapit, raptor est & latro, atq; adeò huius iniquitatis reus. Probatur vtraque simul pars. Violentiam inferre proprium est publicæ authoritatis munus: nam violẽtia idem est quod coactio: vis autem coactiua solùm in republica residet atq; in principe qui eam reprẽsentat: sicuti non nisi totum animal potest cogere membra. Est enim hæc potestas ab ipsissima natura concessa ad cohibendos homines à malo, adducendosq; in bonum: quæ quidem concessio, vt supra diximus, non expediebat priuatis fieri, præterea quòd permaturo iudicio mãdari debet executioni. Ex quo fit vt violentia in principe, si via & ordine fiat, non habeat rationem rapinæ: nempe si vel contrà externos hostes, vel cõtra internos maleficos illa ex legis præscripto vtatur in persona verò priuata semper eiusmodi violentia rationem habet rapinæ. Atque hac de causa, articulo tertio etiam illi cui constat rem ab alio possessam, suam esse, idq; legitimè probare potest: tamen

Secunda cõclusio.

præ iudicis iniquitate nequit obtinere: negamus per vim rem aggredi. Quod si eum falsè obieceris, qui extrema patitur, illum arbitror iure ipso naturæ exceptum esse ab hac lege. Adeo enim vitæ conseruatio naturalis iuris fastigium tenet, vt violentia tunc non sit rapinæ charactère denotanda. ¶ Tertia conclusio. Si princeps, aut iudex, aut alius quiuis magistratus sua abusus potestate per violentiam quidpiam à ciuibus rapuerit, insigne rapinæ scelus committit: & ad restitutionem tenetur. Tanto enim impudentius ac scelestius eiusmodi potẽtatus peccant quanto sanctiori fide iustitiam, cuius custodes existunt, erga omnes deberent immaculatam seruare.

Tertia conclusio.

DE conclusionibus istis nulla est ambiguitas præter illas quæ per proposita argumenta insinuantur. Et quidem ad primum de bellica præda respondet diuus Tho. si iustum est bellum prædam esse licitam, neque ad restitutionem obligare. Tametsi peccatum cupiditatis contra charitatem committi etiam tunc possit: dicente Augustino in lib. de verb. Domini. propter prædam militare, peccatum est. Si verò bellum est iniustum, rapina committetur. ¶ Bellum autem iustum, sicuti lib. 3. de iudicio diximus, ex triplici capite contingit. Primum ex authoritatis defectu: nam soli principes habentes merum imperium ius habẽt bellum aut indicendi, aut gerendi: reliqui verò magnates & potentatus regibus subditi, non item sed tantum violentia possunt vti in malefacto res sibi subditos. Quare si extraneos armorum vi impetant, ceu priuatæ personæ censendæ sunt & rapinam committunt: quãuis alioquin iustam haberent causam. Mox ad belli æquitatem requiritur causa, non qualiscunque, sed digna pro qua tam ingentia pericula subeantur, tamq; calamitosæ atque exitiosæ reipublicæ perturbationes concitentur. Bellorum namque tumultibus non solum prophana omnia, verum & spiritualis reipublicæ salus, & sacra omnia, & fides ipsa, periclitantur. Tertiò requiritur forma iuris, eademq; tanto exactius quàm in priuatis iudicijs, quanto periculosius de summa boni publici agitur: nempe vt nisi cunctis pacis rationibus prius oblatis, non indicatur, neque vlterius proferatur, quàm fert æquitas. Sed de hoc aliàs. Præda ergo belli iusti non solum ad resarcienda damna, verum vt inter milites distribuatur licita est. Et quamuis principi cura præcipua incumbat merita perpendendi iustitiæ belli: qua vtique ratione licet ipse iniustum belli conflet, milites nõnunquàm excusantur: tamen tam aperta esse potest iniusti-

Ad secundũ

tia, vt etiam ipsos subditos excusatione nudaret. ¶ Ad secundum argumentum de principibus & magnatibus conclusiones ipsæ satis respondent: nempe quòd si violentia vtuntur ad extorquendum ea quæ ad bonum commune conferunt, non est rapinæ crimen. Si autem vltra ius aliquid insuper exprimant, non sunt à crimine liberi: imo tanto nequius delinquunt quanto eorum potestati non est qui resistere possit. Vnde August. 4. de Ciuita. Dei: Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia: quid sunt nisi parua regna? Et Ezechiel. 22. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam. Quo fit vt etiam ad restitutionem

Ad tertium

teneantur. ¶ Tertium argumẽtum latissimam, & his temporibus, nescio an dixerim necessariam disputationem offerebat de iure bellandi contra infideles: propter illum Occidentalem Orbem, quem nostrates nostro sæculo repererunt: sed bona causa, vt præcedenti libro sub titulo de dominio diximus, in hoc opere ab huiusmodi disputatione supersedimus. Dabimus autem, si Deo dante nobis licuerit: libellum de ratione promulgandi Euangelium: vbi hæc, si nõ pro rei dignitate, pro nostro tamen captu tractare adornamus. Interim tamen ad intertiandum Augustinum satis fuerit adnotare triplicẽ esse infidelium ordinem. Quidã enim sunt qui iure & facto sub ditione Christianorum principũ vitam degunt: quales olim erant in Hispania Sarraceni & Hebræi: & nũc in Italia & Germania perseuêrant Iudæi. Et de istis nemini in dubium venit, quin valeant Christiani principes lege in eos agere, suisq; adeò priuare bonis. Veritas enim hæc latè patet, tam in Decretalibus sub tit. de Iudæ. & Sarr. quàm in Decretis, dist. 54. His proximè accedunt hęretici qui ex nobis, vti ait Ioannes, exierũt. Ac de his propriè loquebatur Augustinus. Erat enim eis sermo contra Donatistas: quos quidẽ vniuersim hęreticos patentissimum est tam canonico quàm ciuili iure suis multari bonis: vt patet cap. Cum tu. de vsur. lib. 6. ¶ Alij sunt infideles qui licèt nõ de facto, tamẽ de iure Christianis principibus subduntur: saltem quãtum ad regnorũ suorum possessionem: nempe qui terras vi possident quæ olim sub ditione nostra fuerant: vt sunt Afri, Sarraceni, ac Turcæ Græciam tyrannide possidentes. Et de istis certum etiam est posse bello à nobis lacessiri, atq; adeò eisdem regionibus expoliari. Nihilo minus priuata authoritate nullus nostrũm per eos transitum faciens eorum bona aut deprædari aut diripere valet. Tum quòd præter regiones bona domestica quæ sua industria lucrãtur, sua sunt: tum præcipuè quòd ad subigẽdum illos authoritas publica requiritur. Quare nemo nisi facultate & cõcessione principis potest illis molestus esse. ¶ Infideles autem tertij ordinis sunt, qui neq; iure neq; facto nobis subditi sunt: neque vero nobis infesti: quales sunt illi qui vel Christianum nomen non audierunt, vel quod eòdem recidit per obliuionẽ omni memoria superiorẽ excusantur. Tametsi propriè excusatur nemo: quia cum vniuersus orbis tenteatur fidem dum eius prædicationem audierint, suscipere, si rectè seruassent naturæ legem, Christus illis via aliqua sua irradiaret fide: licèt excusari dicãtur eò quòd dum nihil de ea audiunt, sua infidelitas non est peccatum. Et de istis contestari his solet, vtrum liceat nobis illos bello petere. Et quidem Caieta. hic inter interpretandum sentẽtiam diui Thomæ negat vllum Christianis fauere ius illos de suis sedibus ac possessionibus deturbandi. Quoniã vt S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 10. ait, Fides naturam non tollit, sed perficit: atq; adeò possessiones quarum mortales iure gentium potiuntur nemini aufert: eò potissimum quòd species infidelitatis negatiuæ, scilicet eorum qui de Christiano nomine nihil audierunt, neq; est peccatum, neque adeò vllo supplicio digna. Imò verò ait quòd neq; olim filios Israel vllis infidelium bellum indixisse legitur: eò solum quòd infideles essent. de quo apud aliquos male intellectus, malè audit. In primis enim nõ negat licitũ eis fuisse infideles propter idololatriam Dei iussu debellare: sed tãtum negat eò solum q infideles essent, nempè negatiuè: hoc est, eò solum q fide carebant debellatos: secus ob idololatriam. Præterea si de bello contra possessores illos terræ promisse gesto loquatur, sanum etiam potest habere intellectum. Video nãq; nonnullos digladiari vtrum gentes illas Deus pellere sedibus iusserit ob sua ipsarum scelera atq; idololatriæ impietatem, an verò solùm vt pollicitationem impleret quam Abrahæ fecerat & semini eius, tradendi eis regionem illam. Cùm tamẽ proculdubio certo certius sit, vtrãque fuisse causam. Est enim illic & gentium ex pulsionem considerare, & introductionem diuini populi. Et quidẽ expulsionis causa iustissima, fuerunt sua crimina: introductionis autem, promissio illa populo facta. At verò cùm Deus vniuersos idololatras totius orbis eodem iure potuisset extinguere, illos tamen singulariter inde expulit, vt illic suum plantaret populum. Quare fortè non solùm ob idololatriam, sed vt Deus impleret promissum, illud imperauit bellum. Atque hunc arbitror

Tertius ergo.

Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitror legitimũ ſenſum illorum verborũ Deutero.9.vbi ambæ copulantur cauſæ: Quia illæ (ſcilicet gentes) egerũt impie, introeunte te delatæ ſunt: & vt impleret verbum ſuum Dominus quod cum iuramento pollicitus eſt patribus tuis. At verò quæſtionis punctum, vtrùm nobis liceat infideles tertij ordinis qui nihil cõtra nos moliuntur bello petere, non in hoc cõſiſtit, quòd impietas idololatriæ, aliorumq; ſuorum ſcelerum immanitas digna ſit morte. Hoc enim nemini poteſt non eſſe confeſſum: quandoquidem Chriſtiana reſpublica meritiſsimò eadem crimina morte vlciſcitur. Quare incaſſum ſeſe diſcruciant qui de hoc concertant. Veruntamen cùm, vt lib. 3. dicebamus, ad rectum iudiciũ duo ſint requiſita: nempè & iuſta cauſa in crimine, & legitima facultas in iudice, ex hoc tota diſputatio pendet, vtrum nos legitimi ſimus eorum iudices, ſiuorumq; criminum vindices. Nam ex hoc quòd Deus, totius orbis Dominus, quæcunque voluerit fuerit vnquam vltus crimina, arguere quòd nos idipſum in omnibus infidelimus poſsimus, perinde eſt ac ſi arguas, quòd cum rex poſsit in toto ſuo regno vniuerſus maleficos extirpare, poſsit pariter vnuſquiſlibet magnatum qui ſub illo iuriſdictionem habent territorium alterius ingredi ad id exercendum munus. Aliunde ergo demonſtrandum eſt, ſi verum habet, nos tali facultate pollere. Attamen, vt præcedenti libro ſub titulo de domi. diximus, ab hac diſputatione in hoc opere bona cauſa duximus ſuperſedendum. Si nobis forſan diuino fauore licuerit libellum de Ratione promulgãdi Euangeliũ ædere, illic diſputatio hæc pro captu noſtro ſuis numeris abſoluetur.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm rapina ſit grauius furto.

QVoniam de furto & rapina quæſtione preſenti locuti ſumus, quas duas commõſtrauimus eſſe ſpecies: quærere in calce diſputationis conuenit, vtrum iſtorum vitiorum alteri grauitate præcellat. Et arguitur. Furtum eſſe peius, tum quòd ſupra rapinam addit fraudem & dolum, quæ per ſe rationẽ augent peccati: tum etiam quod verecundia & metus exactus turpitudine naſcituri magis autem pudent homines de furto quàm de rapina: ergo illud eſt ſceleſtius. ¶ Accedit demum quòd delictum quo pluribus nocet, eo eſt iniquius: per furtum autem pluribus nocumentum infertur nempè non ſolùm magnatibus, verum & plebeis & cuiuſuis claſsis hominibus. Violẽtia autem & rapina non niſi illis infertur potentatibus qui reſiſtere poſſunt: grauius ergo eſt furtum quàm rapina. ¶ In contrarium autem eſt quòd leges acerbiùs in latrones atq; raptores animaduertunt quàm in fures.

AD quæſtionem vnica eademq; facilima concluſione reſpondetur. Rapina grauius peccatum eſt furto. Concluſio per ea quæ dicta ſunt liquidò conſtat. Dictum enim eſt hęc duo in hanc vnam rationem obiecti conuenire, quòd vtrunq; eſt acceptio alieni contra domini voluntatem: niſi quòd furtum tollit volũtatem per ignorantiam, rapina verò per violẽtiam. Violentia autem è regione magis opponitur voluntati quàm ignorantia. Nam violentia aperto Marte pugnat contra actum nolentis: ignorantia verò efficit inuolũtarium per absentiam actus. Qui ignorat enim non vult: ſed qui reſiſtit, contrarie vult. Hac ergo ratione rapina peior eſt. Accedit & ratio iniuriæ quæ in rapina cumulatior eſt. Nam fur pluris facit rei dominum, quem ſcilicet per metum nõ audet apertè aggredi, ſed latenter. Raptor verò multo eum minoris æſtimat: ſiquidem abſq; metu eum adoritur. Quare nõ ſolum in bonis lædit, verùm & in honore per ignominiã. Qua etiã ratione contumelia (vt infrà dicturi ſumus) peior eſt quàm murmuratio. Quin verò accedit tertiò quòd non ſolum in bonis externis atq; etiam in honore iniuriam infert, verùm & vitę periculum offert. Raptor enim & latro armis vtitur quibus reſiſtentem perimat. Fur autem pauore & metu ſemper eſt pallidus. Atq; hac de cauſa iura ipſa communia quæ furibus vitã indulgent, latrones morti omnino adiudicant: adeò vt neq; perfugium ad ſacrum illis ſuffragari concedant. ¶ Et per hæc, argumentorum ſolutiones clareſcunt. Nam etſi in furto aliqua ſit fraus, peior eſt tamen audacia iniuriaque rapinæ. ¶ Ad ſecundũ autem reſpondetur quòd audacia vulgò apud ſenſuales homines pro indicio fortitudinis reputatur: & ideo fit vt etiã dum facinoribus perpetrandis exhibetur, minus de illa homines pudefiant: cùm tamen argumentum minoris culpæ ſit in ſceleribus metus, qualis eſt in furc. ¶ Ad tertium denique reſpondetur, quòd & ſi pluribus per furtum ſoleat nocumentum inferri, grauiora tamen per violentiam inferuntur.

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA, De iniuſtitia iudicis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm liceat iudici eum qui ſibi non ſubditur iudicare.

INIVSTITIÆ quæ facto ſeu in perſonã, ſeu in res committitur, proxima eſt ſpecies illa quæ verbis fit. Huius autẽ generis illa eſt iniquior, quę in iudicijs verſari conſueuit: videlicet tam iudicum culpa, quàm teſtiũ, reliquorumq; iuſtitiæ miniſtrorũ. Sunt enim perſonæ quinque, videlicet Iudex, accuſator, reus, teſtis, & aduocatus: quæ quinq; depoſcũt quæſtiones. Sed ex iſtis Iudex eſt cuius crimina grauiora exiſtimantur. Quatuor autem in iudice ſunt neceſſaria: videlicet iudicandi poteſtas, veritas, & forma, & executionis vis: quæ quatuor articulis explicabuntur. Primum ergo vitium eſt ſi iudicandi, quam non habet, facultatem vſurpet. Igitur vt iſtud hoc primo articulo examinemus, Quæritur vtrum poſsit quiſpiam eum qui ſibi non ſubditur iudicare. Primum ar. Et arguitur à parte affirmatiua. Chriſtus, quippe qui Rex Regum erat, & Dominus dominãtium, nulli erat creaturarũ ſubiectus: & tamen Pilati iudicium pertulit, qui de hoc reprehendi non ſolet quòd non ſubditum iudicaret, ſed q̃ innocentem cõdemnaret: poteſt ergo quiſpiã in alienum ciuem ius dicere. ¶ Secũdo: Daniel (vt eius hiſtoria cap. 13. refert) ſeniores illos falſi criminis teſtes iudicio condemnauit, qui tamen non perhibetur fuiſſe iudex: ergo. ¶ Tertiò: Iura ſæpe iudici facultatem tribuunt caſtigandi ratione delicti eos qui, licèt non ſint ſibi ſubiecti, deliquunt tamen intra limites ſui fori: ergo eum iudicare qui iudici non eſt ſubditus, non ſemper eſt illicitum. ¶ In contrarium eſt Gregorius ſuper illud Denteron. 23. Si intraueris ſegetem &c. vbi ait: falcẽ iudicij mittere nemo poteſt in eam rem quæ alteri videtur eſſe commiſſa.

QVæſtioni huic, licèt pro argumentorum ratione pluribus videri poſsit indigere, duę tamen concluſiones ſatisfaciunt. Prior eſt. Nemini fas eſt quẽpiam iudicare niſi cuin qui ſibi, vel ſimpliciter, vel tali caſu ſubditus ſit. Probatur. Sentẽtia iudicis eſt quali quædã lex particularis de ſingulari re prolata: lex autem (vt ſuprà monſtratum eſt) vim debet habere coactiuam: ergo & ſententia, aliàs fruſtranea eſſet, nulliusq; efficaciæ: hanc autem vim habere non poteſt niſi vel princeps, vel reſpublica eiusq; miniſtri, quibus ciues veluti partes toti ſubduntur: ergo illum quiſque ſolùm legitimè iudicare poteſt, qui ſibi ſubijcitur: quippe in quem vices gerit reipublicę. Idem enim prudentiæ genus quod ferendis legibus neceſſariũ eſt, ſcilicet præceptorum, neceſſarium quoq; eſt vt ſecundũ illas ius dicatur. Nec quicquàm ſiquidem vis legibus ineſſet coërciua, niſi in earum applicatione perſiſteret. Hinc iura illa dimanârunt, extrà, de iudi. c. at ſi clerici. ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet. Et de conſti. lib. 6. c. vt animarum. Extra territorium ius dicenti, non paretur impunè. Vnde iudex idem eſt quod ius dicens. c. forum. de verb. ſig. & iuriſdictio, tam facultas quàm territorium quod illa comprehenditur. Neque Paulus nos iubet ſubiectos eſſe niſi poteſtatibus ſublimioribus: hoc eſt illis qui nobis loco & poteſtate præſecti ſunt. Etenim ſicut orbis cœleſtis non in ſuperiores ſubſtantias influit, ſed in corpora quę ſibi ſunt loco ſubiecta: ſic neque homo poteſt niſi ſibi ſubditos legibus ac iudicijs gubernare. Hac enim de cauſa (vt ſuprà diximus) homo ciuile animal in ſocietate viuit. ¶ Poſterior concluſio. Quatuor modis contingit vnum eſſe alteri ſubditũ. Primò ordinariè, veluti illi qui per ſe poteſtatẽ habet: ſicut omnes Chriſtiani Papæ ſubdũtur, & in ſæcularibus totum regnum regi. Secũdo modo quia poteſtatem habet delegatam: ſicuti prouincia proconſuli ſubijcitur & prætori ciuitas. Tertiò eò quòd quis ſua ſpõte alterius ſe iudicio ſubmittit: vt ille qui arbitrum elegit, & qui iudiciũ quod retractare poſſet, ſubire mauult. Et quartò ſi quis in alieno territorio &, quod aiunt, diſtricto deliquat: vel alia via alienam iuriſdictionem ſubierit. Vltima coũ cluſio.

PEr hæc ergo, obiectiones facilè diluuntur. Ad primum nihil aliud reſpondet. S. Tho. quàm q̃ ſua ſe voluntate Chriſtus ſubmiſit Pilato à quo iudicaretur, exemplo eorum qui arbitrum eligunt, cuius arbitrio parêre, ſtatas pœnas, obligantur. Eſt tamen in exemplo non nihil ambiguitatis. Nam ſi ad viuum ſimilitudo exiſtimetur, videtur tum. S. Thom. ſenſiſſe quòd Chriſtus conſtituerit ſibi Pilatum iudicem, conferendo ei nouam poteſtatem, quam non habebat ordinariam: ſicuti qui priuatam perſonam ſequeſtrem ſibi præfecit. Hoc autẽ falſum eſt. Nam Pilatus poteſtatem illam à Cęſare receperat, atq; ideo ab ipſo Deo, illa ratione qua Ad primum argumentũ D. Thomæ. Obiectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne qua lib.4.q.4. mõstratum est, ciuilem rempublicam per legem naturæ & gẽtium à Deo deriuari. Idcq; Redemptor significauit Ioannis 19. dicens, Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum esset desuper. Hinc et enim sumitur argumentum aduersus illos qui dicunt potestatem ciuilem descendere à Papa tanquàm à vicario Christi. Enimuerò non ait, Nisi tibi datũ esset à me: sed, desuper. Christus enim, vt superiori lib. diximus, non assumpsit temporale regnum, sed temporaliũ vsum qui
Solutio. ad suum cœlorum regnũ esset necessarius. Solum ergo vult sanctus Thomas quod ea ratione qua erat rex regni cœlorum, ac perinde rex regum & dominus dominantium, exemptus erat ab omni humano iudicio: in qua vtiq; exemptione reliquit vicarium suum Pontificem maximum, eiusq; subinde inferiores sacerdotes, secundum illud Matth. 17. liberi sunt filij. Et ideo quãuis potuisset retractare Pilati iudicium, ob nostram tamen salutem sua se libera voluntate illi subiecit, adigendum morti. Hinc
Caietanus. Caiet. sibi colligit Pilatum nõ peccasse vsurpatione iudicij (nam quòd peccauerit innocẽtem condemnãdo, dubium esse nequit) ego tamen non id tam facilè colligerem. Sed si Augustus legitimus rex erat Iudæorum, nõ peccauit hac ratione Pilatus: quia Christus voluit vt vnus ex Iudæis haberi. Si verò tyrannus erat, eodem modo deliquit iudicando Christum, quo iudicando Iudæos: quia Redemptor noster nõ indulsit ei peculiarem aliam facultatẽ. Neq; in hoc eum cogitauit S. Thom. cum illo conferre qui eligit arbitrum. Hic enim potestatem iudici confert qui ea ante carebat. Christus autem nihil aliud fecit quàm quicquid de
Corollariũ. illo fieret libenter pati. ¶ Ex hoc Christi exemplo fit consequẽs, Papam eius vicarium qui si militer exemptus est, posse nihilo seciùs subdere se alterius iudicio: idq; non modò in foro pœnitentiæ (quo res est comperta) verùm in foro iudiciali: quod fecit Leo Papa. iiij. qui, vt legitur. 2. q. 7. can. Nos si. submisit se iudicio Ludouici Imperatoris de rebus quibusdam iudi-
Prima dubitatio. candus vt seipsum iustificaret. ¶ Duplex tamẽ de hac re enascitur dubium. Prius quòd sequetur generaliter de quibuscunq; causis posse alius sententia cogi, etiam anathematis: nam eadem apparet omnium ratio: consequens tamen doctores in. 4. senten. cõsentiẽter negant:
D. Thomas. Richardus. Petrus de Palud. vt. S. Tho. dist. 19. q. 1. art. 3. & Richar. dist. 18. ar. 5. & Petrus de Palud. q. 2. Posterius dubiũ est de subiectionis modo. Videtur inquã q̃ sic
Postrema dubitatio. se posset alteri subijcere, vt eum sibi superiorẽ aut æqualem cõstitueret: id autem fallum esse inde mõstratur, quòd cùm sit Christi vicarius non valet alterum eodem loco statuere. Consequentia verò probatur. Aut enim libera sua subiectio in necessitatem transit, ita vt cui se semel subdiderit, subducere durante iudicio nequeat: & tunc planum fit illum cui se subdidit esse superiorem: vtpote cuius potestas à Papa non pendet. Si verò subiectio non sit necessaria, superuacanea est. ¶ Ad prius istorum per-
Ad primum dubitandi empta consequentia respondetur. Haud enim consequitur, vt quicquid in aliquibus potest, posit in omnibus: sed est regula, quod quàmcunq; facultatem in se ipsum in foro exteriori exercere potest, valet alteri cõmittere. vt si fortasse inter se & alterum lis contestetur: qua scilicet debitum aliquod, vel aliter ab ipso, vel ipse ab altero petit: vel de aliqua sententia quã ipse protulerit ad eundem ipsum prouocatio fit, tã quàm ab iniusto grauamine: ficut potest tunc ipse de illis causis iudex sedere, sic potest & eadem alteri committere, seq; submittere. Et hoc fecit in dict. can. Nos si. excommunicare autem seipsum nequit, neq; suspendere, neque seipsum proprie punire: & ideo neque valet constituere sibi iudicem qui se excommunicet, suspendat, aut puniat: sed solum qui sibi iubeat restitutionem facere, aut reuocare sententiam. ¶ Alterius argumenti pariter interimi-
Ad alterum dubitandi tur consequentia. Haud enim potest superiorem sibi aut æqualem cõstituere. Quapropter cùm duplex sit necessitas: altera scilicet iustitiæ, atq; altera simpliciter coactionis, subiectio sua potest priori modo fieri necessaria: non autem posteriori. Potest inquam subiectionem suam pœna vallare & stabilire: sicuti qui sequestrem eligit: teneturq; adeò subire sententiam, etiam in foro Dei. Itaq; esset peccatum mortale non stare fidei suæ: obligaretur que pœnam soluere: quocircà non est vana subiectio. Attamen necessitate coactionis, ita vt potestas iudicis non penderet à sua, nemini se potest subiugare: imò quoties vellet alterius sententiam retractare, illiusque reuocare potestatem, etsi male faceret, teneret factum. ¶ Existit tamen
Argumen. ingens argumentum quod posit Papa alteri se submittere, non modò in minoribus causis, sed etiam vt anathemate aduersus illum procedatur vsq; ad depositionẽ. Supponamus enim ex cap. si Papa. dist. 40. quod dum hæreticos labe fordescit, potest à Concilio conueniri & deponi: & cum deponendus nequàquam sit nisi auditus, poterit sub anathematis censura, vt cõpareat, cogi. Fac ergò ipsum vehemẽti infamia de hæresi laborare, sic vt Cõcilium iam iam de illa re indicatur. Videt ratio persuadere quod
posit

posit iudicium circumspectis viris & grauitate insignibus delegare. Arguitur enim sic. Iam
Argumen. 1 tunc iure potest fieri reus & cognita causa deponi, idq; fieri nequit sine magno episcoporũ dispendio: ergò quò illam caueat iudiciorum turbam, potest illis negotium committere, qui rem expeditiùs transigant. Secundò arguitur:
Solutio. Lite in concilio contestata possunt & concilium & ipse iudices delegare qui rem peragant: cur ergo ipse non poterit seorsum committere? ¶ Respondetur neutiquàm hoc Papam posse. Enimuerò potestas illa cogendi tunc Pontificem non est penes ipsum, quippe qui non potest vim coërciuam in seipsum exercere: sed dũtaxat penes concilium: & ideo non est in arbitrio Papæ talis commissio, quia quam non habet potestatem nemini valet dare. neq; depositio per suos commissarios facta vllius esset valoris. Concilium autẽ potest & causam cognoAlterum de iure. scere & alteri delegare. ¶ Posset quis forsan idẽ & de inferioribus sacerdotibus hæsitare, An scilicet possent sibi sequestres iudices sua sponte præficere: pro eo q̃ iure vsq; adeò vetitum est in sæculare forum pertrahi, vt illis sit adempta potestas renũtiandi iuri suo: vt patet extrà, de foro comp. c. si diligenti. & latius. 11. q. 1. inolita. & can. Placuit. Respondetur nihilo minùs li
Responsio. berum esse quibuscunq; sacerdotibus iudicem sibi arbitrum constituere, cui parêre teneatur. Quod enim illis interdicitur non est nisi vt nõ consentiant in sæcularium tribunalibus sisti.
Ad secundi argumenti principale. ¶ In secundo argumento de Daniele nihil est difficultatis, quoniam ipse instinctu afflatuq; Dei sententiam illam pronuntiauit. Legitur enim ibidem dominum suscitasse spiritum iunioAd tertium ris. ¶ Neq; in tertio argumento difficultas vlla argumentũ. est, quæ nũc debeat pertractari. Satis ergo hic fuerit concedere quod qui in alieno territorio & foro delinquit, ratione delicti fit illis subditus: vt extrà, de raptori. cap. 1. & ff. de accusa. l. Alterius. Sed præter delictum sunt etiam aliæ causæ quæ ius faciunt iudici comprehendendi castigandiq; alienum subditum, vt de foro cõpe. cap. licet. ratione. Excipiuntur autem clerici qui in iudicium sæculare deferri nequeunt: de quibus latior pateret nunc campus disputandi si proprius esset hic locus.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm iudici liceat contra veritatem quam certò nouit, iudicare, quando legitimè probatur contrarium.

POst authoritatẽ iudicis secundo loco ab illo exigitur iudicij veritas. Et idcirco secundo loco quæritur, vtrùm iudici liceat contra veritatẽ quã certò nouit iudicare, quãdo legitimè probatur contrarium. Et arguitur à parte
Primum argumentum à partenegatiua. negatiua. Legitur enim Deuter. 17. Venies ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæres q̃; ab eis, qui iudicabunt iudicij veritatem. Vsu autem venire solet vt innocens, cuius palàm iudici innocentia cõstat, testimonijs falsis ad eius tribunal deferatur: ergo ob talia testimonia non debet veritatem deserere. ¶ Secũdo arguitur. Homo debet
Argumen. 2 iudicio suo diuinũ imitari: diuinum autem semper sit secundùm veritatem. Reuelabitur enim ex hoc iustitia iudicij Dei (vt ait ad Roman. 2. Paul.) quòd reddet vnicuiq; secundùm opera sua. Et de Christo ait cap. 11. Isai. Non secundũ visionem oculorum iudicabit: neq; secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mãsuetis terræ: non ergo licet iudici falsis testimonijs
Argumen. 3 à veritate abduci. ¶ Tertiò: Testimonia in hoc sunt necessaria vt veritas constet: quando autẽ res est manifesta, nullis opus est testimonijs, secundùm illud Pauli. 1. ad Timoth. 5. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: ergo quando iudici res est manifestè cõperta, nõ opus habet alienis testimonijs. ¶ Quartò arguitur: Iudex cõdenando
Argumen. 4 innocentem facit contra scientiam: & conscientia nihil aliud est q̃ scientia applicata ad opus: ergo facit contra cõscientiam: quod proculdubio semper est peccatum: ergo id minimè licet. ¶ In contrariũ autem est authoritas Augu
Augustinus. stini sup Psalte. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed secundũ leges & iura pronuntiat.

QVæstio hęc inter doctores tã iuris quàm Theologię magna ambiguitate cõtroUertitur. Et cum vtrinq; sit disputabilis, q̃ maximè tamẽ refert eam scire. Proponimus autem quæstionẽ sub tenore quo eam interrogat. S. Tho. scilicet vtrùm liceat iudici cõtra veritatem quam certò nouit iudicare propter cõ
Duplex quæstionis genus. traria testimonia. Includit tamẽ titulus duas partes. Prior est, vtrùm dum euidenter nosset eum qui vinculis tenet esse reum, nõ tamẽ legitimè probatur, imò fortè legitimus testimonijs purgatur, posit eum cõdemnare. Et hunc sensum
D. Thomas. non interrogat. S. Tho. quia neq; de illo dubitatum vnquam est imò est extra controuersiã id non esse licitum: quoniam forum externus nõ extenditur ad crimina occulta: & oc-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sensus legitimus propositæ conclu.

Primum documentum.

Secundum.

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Probatio.

Suadetur cõclusio.

culta illa iure censentur: quę secundùm regulas iuris legitimè non constant: scientia autem iudicis non reputatur iure sufficiens testimoniũ, vt habetur cap. si sacerdos. de offi. iudi. ordi. nã iure naturali ac diuino, in ore duorum vel trium stat omne verbum. Alter verò est sensus cõtrarius: vtrùm dũ iudici palã constat eũ qui reus sit & legitimè criminosus probatur, innocentem esse, liceat illi eum condemnare. Et quãuis tantùm quæramus an liceat, explorandum tamèn est an aliquãdo teneatur. Porrò autem quò ordine perspicaciori procedamus, ea præmittemus, quæ omnibus sunt in confesso, vt rẽ in vltimas redigamus angustias. Et cõstabit responsio conclusionibus tribus. ¶ Supponitur enim hîc primùm ex superioribus, iudicem nõ priuata, sed publica authoritate fungi dum iudicat. Ex quo fit, non suo priuato iudicio, sed cõmuni & publico debere informare. Huic autem subnectitur documentum alterum: videlicet duplici ipsum scientia vti: vt puta vniuersali iuris, & particulari facti: quæ quidem scientia via ordinaria à testimonijs petenda est. Habet enim iudicij quæstio duo membra. Alterũ vtrum fecit: alterũ, quid ergo iuris. ¶ Est ergo prima conclusio. Scientiam vniuersalẽ iuris tenetur iudex sic sanctè sequi, vt neq; suum proprium arbitrium, si contrarium est, audire possit, neq; vllas in cõtrarium probationes admittere. Ratio est: quia ipse non est legũ iudex, sed custos. Non enim ad ipsum attinet iudicare an lex bona sit: sed quid iubeat. Et ideo si vel actor vel reus contendunt probare legem non esse iustam, non sunt audiendi. Neq; verò in foro conscientiæ dum lex edicto principis promulgata est, potest quispiam tutò illam trãsgredi, causatus nõ esse iustam: quia nemo est illius iudex nisi fortè intolerabilẽ, eandemq; manifestissimam iniquitatem præ se ferret. ¶ Secũda conclusio. In particulari facto licèt scientia à testium instrumentorumq; testimonijs petẽda sit, potest nihilo minùs iudex suo se ingenio & prudentia iuuare: scilicet in examinãdis tam instrumentis quàm testibus. Idq; tũc maximè debet quando sibi constat innocentẽ calumniarum falsitate premi. Hanc conclusionẽ ratio ipsa naturãlis, innocentiæ fautrix, persuadet. Quamobrẽ inspendiò quàm rarissimè vsu venire potest vt iudex omnino cogatur innocentem, cuius innocentia ipsi euidens est, mortì addicere. Nam tunc ipse sciet, non solum testes esse falsos, verùm & quibus vijs possint falsitatis deprehendi. Ob idq; poterit illos instantius interrogare, districtiusque scrutari horam, & locũ, & formam illa nimirũ prudentia vsus, qua Daniel presbyterorum iniquitatẽ deprehendit, vt Susannæ innocentiam patefaceret. Quin etiam si Caietano auscultandũ est, debet tunc coram populo iurare illum esse innocentem: vt puta quem ipse eãdem hora alio loco viderat. Neq; vlla testibus tunc iniuria irrogatur. Imò cùm ipsi sint iniurij, eorum iniuria refellitur. Et quãuis fortassè id bona fide faceret, nulla eis fit iniuria, dum miseri innocentia protegitur. Haud tamen liceret occultum nocentẽ prodere. Addiderim ego verò tertiũ, quòd deberet tunc, si profuturum cerneret, in tempus exuere personam iudicis, & corã superiori personam agere testis. Quin etiam si citra scandalum, optunaq; dissimulatione id fieri posset, liceret ei carceres apertos secretò dimittere, vt innocens se in pedes cõferret. Itaq; (vt dicebã) vix potest extrema necessitas ingruere innoxij hominis in mortem adigẽdi. De duobus autem remedijs ac suffugijs reliquis, scilicet an teneatur iudex, aut innocentem superiori remittere, aut officium dimittere, dicemus statim.

¶ Igitur vt ad pũctum descendamus, vbi necessitas cõtingeret, tunc authores in diuersas discesserunt sentẽtias: quæ numero sunt tres. Prima est in vno extremo, omnino. D. Tho. cõtraria: Puta q̃ in nullo casu scilicet, neq; in causa ciuili, neq; in criminali licet iudici condemnare eum quem euidenter scit esse innocentem: quantuis legitimè probetur reus. Nam citra euidentiam, nemo ambigit sequendum esse iudicium publicum. Hanc opinionem ortũ traxisse arbitror & originem ex Hugone super legem. Prætor. ff. de iurisd. omni. iudi. Eandem tamẽ opinionem amplexi sunt Calderin. & Panor. super. c. Pastoralis. de off. deleg. & Summa Angelin verbo, iudicare. q. 7. & Nico. de Ly. Exc. 23. Secũda opinio vtitur distinctione. Nempe quod in causa criminali siue capitalis sit siue vllius mutilationis, nequit iudex condemnare innocentem secũdùm allegata & probata. Secùs autem in ciuilibus: puta cum de pecunia agitur, aut de aliarum rerum possessione. Hæc autem opinio falso tribuitur Calderi. & Panor. qui certiùs fuerunt primæ sentẽtiæ: sed fuit cuiusdam Rodolphi quem loco citato Angelus citat. In quam sententiam subscripsit Imola & alij Iurisconsulti super legem, A diuo Pio. ff. de re iud. & Summa Rosella, & Supplementum. Et hæc media opinio est quæ Adriano perplacuit, in quoli. q. 6. art. 3. Sed miror q̃ hanc asserat esse Theologorũ opinionem. Cùm tamen ex antiquis nemo sit qui non indubiè teneat cum sancto Thoma: imo minus inter omnes habet probabilitatis. ¶ Tertia ergo opinio est in alio extremo sita

Primus

Secunda

Tertia opinio

tremo secundùm quam statuimus cõclusionem tertiam. Iudex in vltimas conclusus angustias debet in omni causa tam criminali quàm ciuili contra veritatem sibi notam secundùm allegata & probata sententiam pronuntiare.

D. Thomas. Hæc inquam opinio est S. Thom. 2. 2. q. 67. articul. 2. & superius. q. 64. artic. 3. ad tertium, vbi exemplum protulit in causa mortis: nimirum quòd potius est morti adiudicandus innocens, quàm deserenda testimonia publica.

Alex. Hale. Eademq; fuit sententia Alexan. de Hales, Doctoris grauissimi, in. 3. p. q. 40. membro. 6. arti. 2. & Richard. artic. 3. q. 26. & egregij doctoris Petri de Tarantasia. Et fuit inter Iurisconsultos opinio Bart. super l. illicitas. ff. de off. præsid. & Ioannis Andr. in suis Nouellis. titulo de allegat. vbi recitat opinionem S. Thomæ in qua se asserunt. Fuit etiam sententia Petri de Palud. & Sylvest. in verbo, Iudex. ij. §. 5. Quam post plurimam authorum citationem fatetur esse opinionem antiquorum omniũ Theologorũ, iurisq; vtriusq; interpretũ: cõtra quam Adrian. affirmat. Cui re vera sententiæ & rationes cõstanter, & planè iura patrocinantur. ¶ In primis Augustinus. Augustinus iam suprà citatus id astruit, quòd bonus iudex nihil ex arbitrio, sed secundùm leges & iura pronuntiat. Eisdemq; idipsum prorsus verbis Ambr. super Psal. Beati immaculati, & refertur. 3. q. 7. can. indicet. Et. 11. q. 3. cap. summopere id quoq; Greg. &. ff. de off. præsid. l. illicitas. §. veritas. iubetur præses id sequi quod conuenit eum sequi ex fide eorum quæ probabuntur. Censent ergo iura iudici nefas esse, nisi secundùm allegata & probata, iudicare. ¶ Ait verò fortasse quispiam hæc citata iura nihil aliud definire quàm quòd iudex debet secundùm leges & iura ius dicere: non tamen subinde censere q̃ debeat pronuntiare secundũ allegata & probata: imò iubet vt sequatur scientia iuris: porro autẽ ius ipsum (vt patet Exod. 23.) iubet insontem & iustũ non condemnari. Attamen canillus iste repulsu facilis est. Idem est nanq; iudicare secundum iura, & iudicare secundum allegata & probata. Id enim iura perspicuè præcipiũt, vt nemo præiudicio, hoc est incognita causa condemnetur: sed per legitimos testes præcognita. Sed est lepida Calderini glossa super verbis legis citatæ, Illicitas. Iubetur ibi præses fidẽ eorum sequi quæ probabuntur. ait vero ipse q̃ tãtum admonetur se qui allegata & probata, quando illa vera sunt. Sed respondeat nobis, qua via debet iudex cognoscere vera esse quæ probantur, nisi per idonea testiũ iuramẽta. Nam si liberum ei postea relinquitur negare illa esse vera, frustranea

Ratio

Contra

Glossa

Cardinalis

Rodolphus

Imola

Supplementum

Adrianus

esssent testimonia: Multò ergò melior est glossa super illo verbo, cap. 1. de off. iudi. ordi. quo admonẽtur episcopi iudicare secundùm quod Canones censent: quæ quidẽ gl. inde planè infert, iudicem debere iudicare secundùm allegata & probata. Id quod insuper cõfirmatur ex diuino documẽto, Deutero. 17. vbi admonitione præmissa q̃ in ore duorũ veltriũ testiũ peribit qui interficiẽtur, subditur q̃ iudices sequantur in iudicio veritatẽ. Illic ergo docentur iudices illã sequi veritatẽ, nõ quã ipsi sciunt, sed quã ab ore testiũ venãtur. ¶ Veruntamẽ, vt authoritates rationibus dilucidẽtur, arguitur ratione prima quæ omniũ est basis. Nemo ius habet quẽpiam condẽnandi authoritate priuata, sed inquantũ publica fungitur: ad iudiciũ autẽ requiritur, & scientia iuris, & facti: ergo & vtraq; debet vti publica, non priuata: nempè vt sicut in scientia iuris non debet sequi suam opinionem, licèt reputet esse scientiam, sed auscultare debet leges: ita neq; in cognitione facti sequi potest priuatã suam sciẽtiam: sed stare tenetur testiũ publicæ fidei, quã leges probant. ¶ Secũ dò arguitur. Per suam scientiã iudex neminem cõdemnare potest, vt supra dictum est, quantumlibet eum euidẽter nouerit esse reũ: ergo neq; potest quẽpiam absoluere. Id quod & patroni cõtrariæ opinionis fatẽtur. Si ergo non potest innoxiũ absoluere, sed debet perpetuis vinculis adseruare: & perpetua vincula morti equiparãtur: gratis profectò negatur quin possit cum, lotis, ab eius sanguine manibus lege in ipsum agere. ¶ Sed obuias: ergo innocens fuit Pilatus qui secundùm allegata Christũ iudicauit. Nulla tamen est cõsequutia: quoniã adeò erat Christi innocentia nõ modò ei, verùm & publicitus cunctis euidens, adeoq; subinde aperta testimoniorũ falsitas, vt neq; Pilatum ipsum celaretur eorum iniquitas, sed posset eos facilè falsitatis reuincere. Vnde cùm dixit, Innocẽs ego sum à sanguine Iusti huius: vos videritis. nõ modò innocẽtiã Christi, verum & testimoniorũ iniquitatẽ fassus est. Sed illum morti addixit (vt ex Euangelio cõperitur) metu Cæsaris, qui vel nomẽ ipsum regis abhorrebat: & insimulatus est Christus q̃ se regẽ faceret. Quin verò & idem metus ne venirent Romani & Iudæorũ gẽtem tollerẽt, eorũ inuidiam exacuit vt eum reũ agerẽt. ¶ Tertiò arguitur ex fine publicæ authoritatis. Publica iudicia ob tranquillitatem & quietum statum reipublicæ constituta sunt, ateq; eo pacto vt nulla sit patula iudici via declinãdi, vbi uis libuerit, à veritate. Si autẽ nõ teneretur secũdùm allegata iudicare, pax illicò reipublicæ, turbaretur. Nam cùm popu-

Prima ratio

Secunda ratio.

Obiectio.

Solutio.

Tertia ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

populus de occultis nõ iudicet, videns nõ stari publicis probationibus, nõ posset non in iudicem proclamare. Tũc præsertim vbi de re atroci lis esset, vt de vrbis proditione, aliâve simili. Præterea iudici semper relinqueretur via excusandi se ab exequutione iustitiæ: per hoc quòd diceret sibi patêre cõtrariam veritatẽ. In summa, necessarium est vt iudex qui in oculis ciuiũ ius dicit sentẽtiam suam populo persuadeat, ea tenùs saltem vt cõuincatur secundùm iura fuisse prolatã: quod facere nequiret nisi secundùm allegata iudicaret. ¶ Quartò, si (vt exẽpli gratia dicamus) certum esset duorũ alterum, videlicet Petrum aut Paulũ hæresin seminasse, lateret tamẽ vter eorum id fecisset, & Petrus vere reꝰ, confiteretur sacramentaliter in aurem iudicis hæreticæ prauitatis, & postea Paulus innocens deferretur de illo crimine, cuius vtiq; innocẽtia eidem inquisitori cõstaret: tũc profectò inquisitor perplexitate teneretur anceps. Nã si Paulum condemnare nequiret, secretum confessionis reuelaret: fieret enim inde cõpertum Petri crimen. ¶ Sunt autem qui ex his omnibus elaborantur, respõdentes q̃ iudex in casu quo innocẽtem euidenter nouit legitimis testibus accusari, debet illum superiori remittere. Idq̃ue sanctus Thomas quæstio. 64. articulo. 6. ad tertium, admonet. Hoc autem remedium q̃ licitum sit, non est dubium. Nam quãcunq; causam potest inferior superiori remittere. Et fateor preterea q̃ dum insignis persona de aliquo infami delicto accusaretur, illo diuerticulo pius iudex debet subterfugere postquàm omnia alia intentata remedia nihil prodessent. Attamen q̃ illud sit necessarium, non video. Nam primum inferior iudex legitimam habet authoritatem terminandi cautam secundum allegata. Mox remedium illud tenuissimũ est, imo inane: quoniã cùm superior rei nesciat innocentiam, nõ posset ob testimonium inferioris eum absoluere: sed deberet aliorum testiũ iurãrando stare. Et ideo perinde esset superiori remittere, ac supplicio offerre. Quare si nõ liceret eum occidere, cõsequens apparet quòd nec deberet eum tradere superiori, sed eum liberare. ¶ Præterea quæstio instauratur de ipso supremo iudice apud quem delatus est miser, quem scit esse innocentem: accusatus tamẽ de grauissimo crimine, adeò vt citra graue scandalum nequeat illum vita donare. At verò supremus iudex multò plura habet remedia. Nam posset testes vrgentius deterrere: possetq; excogitare alias vias quibus innoxium à tanto periret periculo. Præsertim cùm (vt articulo. 4. videbimus) possit etiam dãnato ad mortem vitam cõcedere. ¶ Alterum subterfugiũ est, q̃ debet tunc iudex magistratui cedere. Quin alij aiunt, teneri citiùs omniũ suorum bonorum dispendium facere, quàm illum occidere. Hoc autẽ profectò multò est improbabilius, quàm id quod proximè tractabamus: tum quod remedium illud inutile est, tum præcipuè quòd nemo tenetur tam ingẽti suo incommodo dãnum, quod ipse non dedit, in fratre cauere. Etenim quòd homo qui officio suo viuit debeat tantam iacturam facere, durum creditu est. Eò vel maximè quòd si eum nequit supplicio tradere, potius debet mortẽ ipse perpeti, q̃ in eũ capitis sententiã proferre. Quod minus est creditu rigidum. Hinc fit nostrum Syluestrum, licet opinionem S. Thom. visus sit defendere, id tamen non optima fide fecisse. Ait inquam quòd iudex tenetur occidere innocentem, quãdo nec̃; ipsum potuerit superiori remittere, neque suum officium dimittere. Hoc etenim secundum sanctus Thomas nusquãm dixit. Et tunc nulla profectò esset nostra opinio: quia cùm quicunq; possit officium suũ dimittere, semper in proptu esset remedium hoc.

SVnt nihilo seciùs argumenta non infirma contra hanc sententiam. Diluamus autẽ illa priùs quæ S. Tho. adducit suis solutionibus. ¶ Ad primã authoritatem Deuterono. qua iubetur Iudex veritatem iudicare, iam respõsum est, veritatem illic eam censeri, quæ in ore duorum vel trium testium cõsistit. ¶ Et ad secundum respõdetur quòd Deus qui nullo extraneo indiget testimonio, sed sua infinita sapientia omnia penitissimè nouit, & pariter Christus inquantum homo, rectissimè iudicant secundum propriam scientiam. Secùs autem humani iudices qui mendicatis publicis testimonijs stare tenentur: quippe quibus iudicibus aliter non haberetur fides. ¶ Ad tertiũ respondetur, q̃ quando res est manifesta, non iudici tantùm, verùm publicitùs, non opus est testimonijs. Secùs quando soli innotuit iudici. ¶ Ad quartum sunt qui respondeant non esse absurdum in persona publica facere contra cõscientiam: secùs si esset priuata. Attamen isti non sunt in Theologorũ scholis versati. Quoniam agere contra conscientiam intrinsece malum est: quia est agere in quod agẽs existimat esse malum. Et ideo negatur iudicem agere cõtra cõscientiam. Non enim agit contra cõscientiam qui tantùm agit cõtra speculatiuam scientiam: sed qui agit contra practicam. Iudex inquam facit contra illam scientiam, hic est innocens: non tamẽ contra istam, non est occidendus. Imo rectè iudicat esse occidendum propter

propter idonea testimonia. Vbi vero iudex opinionem haberet persuasam, nostræ contrariam, cõferetq; subinde neutiquàm innocentẽ esse condemnandum, nullatenùs posset cõtra talem conscientiã cum morti tradere. Hic enim hanc tãtum veritatem definimus q̃ innocens in tali casu sit condemnãdus: q̃ autem contra conscientiam facere nemini liceat, altera veritas est. ¶ Accumulantur præterea alia argumẽta: nempe quintum: ex illo Exodi. 23. Insontẽ & iustum non occides. vbi Nicolaus negat opinionem sanctì Thomæ. Ad hoc tamen respõdetur: priuatis personis simpliciter iussum esse: publicis autẽ potestatibus nõ ille reputari debet insons, quem publica testimonia sontem faciunt. Ob idq; iudex cùm publico muneri impendit operam, quia tunc ex intentione nõ occidit innocẽtem, sed debitum efficij sui, quicquid sequatur persoluit, nullatenùs peccat, sed studiosè agit: sicuti ille qui tutamine inculpatę tutelæ aggressorem interficit. ¶ Et per hoc soluitur aliorum argumentum, arguentium hoc esse contra ius naturale. Illi enim qui falsò accusant, ius violant naturale, si scienter hoc faciant: nam possunt id bona fide facere. Iudex autem potius ius idem trãsgrederetur nisi debitum officij sui præstaret, quod iure naturæ ob cõmodum bonum constitutum est. ¶ Hęc argumenta cõmunia sunt primę ac secundæ opinioni. Aliud est quo Adrianus peculiariter vtitur vt suam mediam persuadeat. Nullus mortalium est dominus vitæ humanæ, sed solus Deus: nemini ergo fas est innocentem perimere. Secùs inquit de bonis temporalibus, quorum homo est dominus. Potuit quippe, ait, populus consentire vt dum quisq; innocens in ciuili causa legitimè accusaretur, qua deberet bonis præcisè externis multari, innocens ille consentiret propter allegata & probata. Hæc autem opinio omnium est incõgruentissima, neq; vllo sustentaculo fulcitur. Nam q̃ ait nemnem ius habere suæ vitæ aut membrorum, hoc duntaxat probat q̃ authoritate priuata nemo potest se, aut, nisi vim vi repellẽdo, aliũ interficere. Secùs autem de persona publica: quare iudici in tali casu publica idoneaq; testimonia ius faciunt occidendi innocentem. ¶ Mox reuincitur Adrianus. Si non posset innocens damnari in causa criminali: profectò neq; posset in ciuili. Quia sicuti iudex facultatem non habet vita priuandi hominẽ: nisi pro crimine: ita neq; externis bonis. Vnde enim ipse illum populi consensum piscatus est? Eò præsertim quod (vt sæpe dicere consueuimus) posset esse tam ingẽs bonorum cumulus, qui vitam priuati hominis adæquaret. Nullũ ergo profectò argumentatio aculeũ habet aut pondus aduersus hanc D. Tho. quam plerique meritissimò amplexi sunt, opinionẽ, nisi illud quod à pietate sumitur. Videtur enim animus extimescere innocentem morti adigere. Hoc autẽ solùm persuadet q̃ sit impendiò quàm maxima adhibenda diligentia & cura in eius tutelã: non tamẽ quòd eius causa deserẽdæ sint leges, deserendaq; tranquillitas publica. Est enim lex omnis humana, quantumuis iusta nihil aliud quàm cribrum expurgandi tritici: quæ nequit sic exactè iusta & iniusta discernere, quin cum purgaminibus nonnulla quandóq; decidant grana. ¶ Veruntamen hoc non est prætereundum argumẽtum, quod posset quispiam deci pere. Argumentum autem est. Vbi lis esset de aliquâ condẽnanda propositione hęreseos nota, & Doctores plurimi decepti illam damnarent, Papæ verò aut iudici episcopo, euidens esset illius veritas, neutiq̃ subscribere in aliorũ sententiam posset, sed deberet constanter suã retinere veritatem: ergò similiter iudex nequit contra sibi compertã veritatẽ testium probationibus auscultare. Respondetur nullam esse rerum similitudinẽ. Veritatẽ enim nullatenus abnegare licet: iudex autẽ dum morti addicit innocentem, nihil asserit falsi: nam pro toto mundo non deberet affirmare illum esse in culpa: sed facto profitetur damnandum esse id que verum est: quia testimonia illum morti offerunt.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm Iudex absq; accusatore possit quempiam iudicare.

TErtium quod ad iudicis rectitudinem requiritur, est forma iudicij. Circa quã quæritur, vtrum absq; accusatore possit reum quempiam iudicare. Et arguitur à parte affirmatiua, tam Dei exemplo quàm sanctorum: Deus nulla præuia accusatione delictores castigat: iustitia autem nostra à sua deriuatur: ergo & nobis id licet. ¶ Secundò idem ostenditur in Daniele, vt eius historia refert, cap. 13. qui accusator vnà fuit & iudex. ¶ Tertiò arguitur. Accusator in hoc necessarius est, vt crimen in aures deferat iudicis: potest tamẽ alia via in eius notitiam peruenire: ergò non semper necessaria est accusatio. ¶ In contrarium est Ambros. super Apostoli sententia de fornicatore. 1. ad Corin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5. vbi ait: Iudicis non est sine accusatore damnare: quia Dominus Iudā cùm fuisset fur, quia non est accusatus, minimè abiecit.

Conclusio responsiua. Ratio cõclusionis.

BReuissima est quæstio, vnaq; hac cõclusio ne contẽta. Iudex in criminibus nequit quẽpiam iudicio condemnare, nisi accusatum. Ratio est, quòd cùm iudex interpres sit iustitiæ, ad quem secundùm Arist. 5. Ethic. veluti ad animatum iustum concurritur: iustitia autẽ hominis non ad eundẽ ipsum, sed ad alterũ sit: fit vt iudex inter duas partes iudicaturꝰ sedeat, actorẽ scilicet vel accusatorẽ & reum. Accedit authoritas Actuum. 25. vbi ait Festus, Non est cõsuetudo Romanis dãnare aliquẽ hominem priùs quàm is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; sẽ defendendi accipiat ad abluẽda crimina quæ ei obijciũtur. ¶ Occurrit autẽ illicò argumentum contra formam huius conclusionis, quæ angusta strictaq; nimis esse videtur. Arguitur inquam contrà. Eadẽ est ratio criminalium causarum & ciuilium: cur ergo strictim dictum est, in criminibus, ac si in ciuilibus minimè esset accusatio necessaria? Respõdemus, diui nos Thomę tenuisse formam. Ipse autem, si Caietano fides habetur, exẽplum in criminalibus posuit: eò q; in illis requiritur delictoris præsentia: & ideo euidentius illic patet accusationis necessitas. Attamẽ expositio hæc non facit satis: deberet enim conclusionem ponere quàm latè patebat. Ratio ergo S. Thom. fuit, quòd licet in omne iudicio prẽter iudicem necessariæ sint duæ personæ: in causa tamen ciuili, vbi nõ petitur delinquentis supplicium, sed rerum restitutio, patentissimum erat iudicium iniri non posse sine parte res suas petente, quæ quidẽ, accusator non dicitur, sed actor. Et ideo quæstio particulariter mota est de accusatore, de quo in dubium venire poterat, an esset necessarius: propterea quòd iudex munere suo videt posse crimina vindicare. ¶ Arguitur autem præterea contra cõclusionem. Ius naturale non vetat quo minùs possit potestas publica, nulla expectata accusatione, pernicio sum hominem extinguere. Nam & pater familiãs & monachorum præfectus potest familiã suam absq; illã iudicij forma castigare: nulla ergo debuit lex humana illud prohibere. Respõdetur quòd licet ius naturale id expresse non prohibeat, est tamen vtroq; humano iure sanctè prohibitum: Vt extrà, de accusa. cap. si legitimus. & illicitas. suprà citata. ff. de off. præsi. & ff. de mune. & hono. l. rescripto. Si quis accusatorem nõ habet, ab honoribus prohiberi nõ debet. Et alijs Romanorum legibus quas insinuauit ille Festus loco citato in Actibus Apostolorũ. Ad quas leges alludere visus est Christus Ioan. 8. Nemo te condemnauit mulier? neque ego te condemno. Et est naturali iuri apprime consonum. Satis enim reipublicæ pax custoditur & quies, si qui accusatione aut proclamatione delati fuerint in iudicium, in cõspectu populi afficiantur supplicio. Nam si iudex accusatoris simul & vindicis personam gereret, via calumnijs sterneretur. Debet ergo iudex tertius esse inter duas alias personas arbiter. Quare Arist. 5. Ethic. cap. 4. ait eum esse mediatorem. At verò paterfamilias, qui vi non vtitur coërciua, neq; capitali sententia ferire potest, hac non indiget accusationis cęremonia. Sicuti neq; monachorum prælatus in delictis minoris momenti, quæ ceu pater castigare debet. Idq; iuris habet pontificũ cõcessione, quorum authoritate monachales institutiones fiũt mitatem habẽt. Quin verò & extra religiones in leuioribus non opus est stricta accusationis forma, vt habetur. l. leuia. ff. de accu. vbi leuia audiri & discutere de plano iubentur. At verò grauia crimina quæ sine delinquẽtis infamia puniri nequeũt: nẽpe vbi carceribus, opus est, neq; in monachorum claustris vindicari possunt nisi accusatione præuia.

Argumentũ

Caietanus.

Vera solutio

Argumen. 2

Responsio.

Ad primum argumentum.

REspondetur ergo ad argumẽta. Etenim quæ Dei sanctorumq; exempla in cõtrariũ obiecta sunt, nihil cõtrà mouẽt. Deus siquidẽ nullo opus habet accusatore, eo q; & omnia nouit, & pro sua absoluta potẽtia, summaq; æquitate neq; minimam culpam impunè permittit. Tametsi nihil sine accusatore puniat. Creauit enim rationẽ nostram adeo culpæ inimicam, vt conscientia ipsa criminosi ipsum ante diuinum eius tribunal ingiter accuset: vti ad Roman. 2. doctor est Paulus. Præterea & factum ipsum, quod etsi sit latentissimũ, ipsi tamen patentissimum est, pro accusatore est ante eius conspectum. Vnde Gene. 3. quam Adæ præuaricatio eum ad summ tribunal detulisset, in iudicium euocauit dicens, Adam vbi es? & cap. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Et cap. 18. in Sodomorum vltione: Descendam & videbo vtrùm clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Quin verò forma finalis iudicij futura videtur cum accusatione: vt habetur Matthæi. 12. Viri Niniuitę surgent in die iudicij cum generatione ista, & condemnabunt eam. Regina Austri, &c. ¶ Atq; eadem ratione Daniel quoniam Dei agebatur authoritate & appellũ, potuit eosdem senes & reos accusando facere, & morti addicere condemnando. ¶ Ad tertium respõdetur, prẽter hominem, cuius proprii est accu-

Ad secundum.

Ad tertium

sandi munꝰ, quatuor existere alias causas, quarum quælibet locum sibi vendicat accusatoris. Prima est manifestarium crimẽ, quod notorium appellant: puta vbi quis in conspectu populi vel iudicis cum legitimis testibus delinquit: tunc enim non alius præsto landus est accusator: secundùm illud Pauli. 1. ad Corint. 5. Quorundam peccata manifesta sunt, præcedẽtia ad iudicium. Vnde glossa Augustini super locum citatum Genes. 4. de sanguine Abel: Et refertur extrà, de accu. euidẽtia patrati sceleris clamore accusatoris non indiget. Idemq; habetur. 2. q. 1. can. manifesta. Secunda causa est infamia, vel indicia, vel clamorosa insinuatio. Hæc enim vicem habent quodammodò accusatoris. Non quidem vt iusta sint causa, reum in supplicium rapiendi, sed via inquisitionis reperius explorata & discussa: iuxta formam capitulorum. qualiter & quando. &, Inquisitionis. extrà, de accusatio. Tertia causa est quãdo quis iudici denuntiatione iuridica denuntiatur, quę ad vindictã tendit: qualis fit inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Tunc etiam via inquisitionis proceditur ad cognitionem causę, & vltionem criminis. Est enim illa denuntiatio hoc tãtùm ab accusatione differens, quòd qui denuntiat non tenetur probare: aliàs nemo denũtiare auderet. Quarta deniq; causa est dum quis frater na correptione præmissa euangelicè denũtiat fratrem prælato vt patri. Tunc enim si denuntiatus fuerit dicto audiens, non licet prelato ad pœnas & infamiam procedere: sed illic cessare debet vbi correptus frater, correctus subinde apparuerit. Nam illuc tendit ille processus. Sin verò rebellis extiterit, tunc rebellio accusatoris vicem gerit vt possit prælatus in eum lege agere, vt infrà Iunatius patebit. Hæc enim non est huc locus emunctiùs examinandi.

Tertium.

Augustinus.

Paulus.

Aristot.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm iudici liberum sit pœnam iuris relaxare.

QVartum deniq; quod in iudice requisitũ est, ad iudicij pertinet executionẽ. Et ideo videre restat an liceat iudici pœnã relaxare. Arguitur ergo à parte affirmatiua. Admonuit nos Iacobus cap. 2. iudiciũ sine misericordia ei manere, qui misericordiã non fecerit: ergo non solùm pœnam iudici misericorditer licitum est relaxare, verùm etiã debitum. ¶ Secundò id confirmatur Dei exẽplo, qui (vt habetur Ezechiel. 18.) nõ vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. ¶ Tertiò. Id quod alicui prodest, nemini verò nocet, quicũque iustè præstare potest: ergo saltem vbi qui iniuriam passus est, noxiam condonat, poterit & iudex remittere noxã. ¶ In contrariũ sunt legis testimonia. Legimus enim Deutero. 13. de idololatriæ: Non parcat ei oculus tuus vt misereris & occultes eum: sed statim interficies eum. Et de homicida. cap. 9. Morietur neq; misereberis eius.

Vltimum.

Primum argumentum.

Secundum.

Tertium.

Ad primum.

ADquæstionem hãc quæ facilima est, suposita distinctione per duas conclusiones respõdetur. Alia enim est longè ratio supremi iudicis, puta principis penes quẽ summa est imperij, à ratione inferioris, qui ceu eius minister, exequendis duntaxat legum sanctionibus deputatus est. ¶ Prima ergo esto conclusio. Anteq; pars læsa iniuriam remittat, nullus iudicum, siue summus sit, siue infimus, remittere potest pœnam. Probatur. Duplici enim nomine tenetur iudex scelerosum supplicio tradere. Priori, quia causam definire debet inter ipsum & accusatorẽ: Posteriori, quia minister est reipublicæ, qui non priuata, sed publica potestate vindex est iniuriarum, quæ in ipsam fiũt. Nam qui ciuĩ iniuriã infert, reipublicæ subinde eãdem iinpingit. Igitur iudici duplex obstat impedimẽtum nè valeat à noxa absoluere reum: alterũ ex parte accusatoris: atq; alterum ex parte reipublicæ. Quocircà quandiu qui iniuria affectus est, in accusatione perstiterit, non sit iudici liberũ reum indemnem seruare. Ob id quod, ceu iusti custos, tenetur vnicuiq; ius persequenti suũ reddere: & si contrarium faceret, perinde atq; ille delinqueret, qui de alieno misericors est: teneretur q; subinde ad restitutionẽ tã iniuriæ q̃ damni. Vnde. 5. Ethic. Arist. cap. 5. Quãdo homines, inquit, vident nõ sibi per inflicta supplicia cõpensari iniurias, in seruitute se viuere arbitrantur. ¶ Posterior cõclusio. Posq; accusator ab accusatione contentus destiterit, in arbitrio est supremi iudicis pœnã iuris relaxare, aut cõmutare: tale autem arbitriũ inferiori non committitur. Posterius hoc membrum inde fit planum, q̃ iudici inferiori præscriptus est à superiori agẽdi modus: & ideo sic legibus alligatur, vt nequeat earũ præscripta exire. Vnde super illud Ioan. 19. Nõ haberes super me potestatẽ vllã. ait Augustinus. Talẽ Deus dederat Pilato potestatẽ, vt esset sub Cæsare, nè ei omninò liberũ esset accusatũ absoluere. Prius aũt conclusionis mẽbrũ ex eo veritatẽ sortitur, q̃ princeps non tm̃ est legũ custos, verũ dispensator. Nõ inquã absolutus, vt posset illas pro arbitrio suo, veluti

Prima conclusio.

Probatio cõclusionis.

Vltima conclusio.

Probatio.

Augustinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pallium suum dispendere, ac dissipare: sed tamē potest, vbi decēre videbit aut bono publico expedire, in legibus dispensare. Quo fit, vt accusatore desistēte, & veniam ei quem accusabat deprecante, non subinde obligatur princeps pœnam condonare: sed est in arbitrio suo illam instigere. Quin verò merita rei debet perpendere. Et posset esse ille tā scelestus, vt debeat supplicio eum addicere: quod si non faceret, iniurius esset reipublicæ: vt puta quando publicus esset sicarius, aut latro, vel studio sceleros⁹. Secùs quando vnum prę humana fragilitate cōmisit crimen. Sed nunquid nō posset reus qui vnicū fecit humanum delictū tam insigniter esse reipublicæ vtilis, vt etiam reclamante accusatore posset vita donari? Respondetur hoc impēdio quàm rarissime licēre: nihilo minùs vsu venire posse, vt deceret principem (quod habetur. 2. q. 7. c. si quem pœnituerit) accusationem abolere, & accusatorem compellere vt prudentum arbitrio alia satisfactione esset contentus, vt persona, vel ad bellum gerendum, vel ad alia munera egregiè commoda seruaretur.

Scrupulus.

Solutio.

Ad primum argumentū.

AD primum igitur argumentum respōdetur quòd personis priuatis quàm rarissime, imò vix potest in remittendis iniurijs excessus contingere: adeo nos districtè commendauit Christus inimicorum dilectionem. Publicis autem magistratibus, quia patroni & protectores iustitiæ sunt, præscripta est linea inclinandi in misericordiam. Debent quidem genere suo esse clementes, neque causas disquirere, technasq; innectere trucidandi homines. Imò quod Aristot. etiam. 5. Ethi. agnouit, & est inter regulas iuris, debet esse clementior ad minuenda mitigandaque supplicia: quatenus tamen fert ratio iustitiæ & legis. Inde enim exiliare, non est clementia, sed clades publica. Quin verò & illi qui pietatis obtentu nimiū procurāt malefactores e iudicum manibus eripere, non putent egregium piē atis opus exhibere: inferunt enim sæpe iustitiæ violentiam. Neque illic locum habet exemplum Christi, suis crucifixoribus veniam à patre deprecantis: quippe quod ad culpæ remissionem pertinebat. ¶ Et perinde respondetur ad secundum, quod cum Deus sit in quem primum præcipueque peccatur, potest remittere culpam & pœnam, vt ei placitum fuerit. Tametsi vbi ait, Nolo mortem peccatoris, de æterna id intelligat: ob idque subdit, sed vt magis conuertatur & viuat, videlicet spirituali vita. Pœnam autē nemini relaxat, præterquàm in sacramento, nisi secundùm opera & fructus pœnitentiæ.

Aristot.

Ad secundū

Ad tertium. ¶ Ad tertium autem iam responsum est, quòd iudex remittendo pœnam, etiam accusatore cessante, nocumentum infert reipublicæ, quatenus metum de medio tollit, quo homines arcentur à malo. Vnde Deutero. 13. Post pœnam seductoris subiungitur: vt omnis Israel audiens timeat: & nequāquam vltrà faciat quidpiam huius rei simile.

QVÆSTIO QVINta, de iustitia accusatoris.

Sanct. Tho. 2. 2. quæst. 68.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm quispiam teneatur alium accusare.

SECVNDA persona in iudicio est actor vel accusator: nam nisi ille q noxius est ab alio in iudiciū deferretur, nūquàm ipse veniret. In accusatore autem quatuor sunt consideranda: scilicet obligatio, forma, iustitia, & pœna si iniustè accuset: de quib⁹ ideo quatuor extruuntur articuli. Primo ergo quæritur vtrum quispiam teneatur quempiam accusare. Et arguitur à parte negatiua. Primo, quia Mat. 6. iubemur debitoribus nostris dimittere debita. Et ad Roma. 12. Non vos defendentes, hoc est non vos vindicantes charissimi: sed date locum irę. ¶ Secundò: Amicum in iudicium traducere amicorum fidei derogat: ergo id minimè fas est. ¶ Tertiò: si accusatio esset virtutis præceptum, nemo inde excuseretur: multi autem ab accusatione repelluntur: vt. q. 7. latè patet, de excommunicatis & infamibus: ergo nō est præceptum. ¶ Quartò: Si tale esset præceptum, illud potiùs officium deberemus prælatis & amicis persoluere: sed eâdem causa & prohibentur subditi, nisi in certis casibus, Prælatos accusare. Et præterea clerici accusari à laicis & illos accusare: & maxime in causa sanguinis: vt patet cōcilio Toletano quarto. 23. q. 8. can. Ius à quib⁹. & can. clericis. atq; alibi crebro: ergo nō est præceptū. ¶ Quinto: Accusator astringitur crimē, pbare: alias pœnā talionis subiret: nemo aūt cogitur tantū subire periculū: ergo nemo accusare cōpellendus est. ¶ In cōtrarium

Primum

Secundum

Tertium

Quartum

Concilium Toletanum

Quintum

tium est illud Leuit. 5. Si peccauerit anima, & quis audierit vocē iurantis, testisq; fuerit quòd ipse vidit aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam.

PRæsentem quæstionem in Relectione nostra de tegend. & detegen. secretis, quintam fecimus, vbi eam ad amussim disputauimus. Nihilo minùs non possumus non huc aliqua conferre, nè ist a lacuna intercisus appareat prę sens tractatus. Respondetur ergo ad quæstionem, diss inctione præmissa, duabus conclusionibus. Est enim differentia inter fraternam denuntiationem, & iuridicam accusationem, quę ex parte finis sumitur. Denuntiatio enim illuc tendit, vt correptus frater corrigatur & emendetur. Quare (vt dicebamus) illo obtento scopo, non est vlteriùs progrediendum. Accusatio verò ad hoc initur, vt reus puniatur, idque præsertim in bonum publicum vt quies reipublicæ conseruetur, neque eius decor fordescat. Vnde denuntiatio fraterna est criminis delatio ad prælatum, veluti ad patrem correctionis gratia. Accusatio verò est criminis delatio ad iudicem, veluti ad personam publicam, vindicationis gratia. ¶ Prior ergo conclusio est. Vbi quis scelus nouerit in reipublicæ perniciē ire, quod idoneis testibus probare potuerit, tenetur noxium accusare. Probatur. Criminum vindictæ quæ in hoc sæculo fiunt, non propter ipsas expetendæ sunt, veluti vltiones in odium exitiumque malorum: illiusmodi enim pœnæ, infernales erunt, vbi tempus aduenerit plenariæ retributionis: sed sunt tanquàm medicinæ procurandæ, vel ipsius qui supplicio afficitur, vel boni publici: nimirum vt earum metu homines in officio contineantur, nè commune bonum perturbent: quicunque autem bono communi succurrere constringitur, veluti pars toti, vbi viderit vel contagione infici, vel sceleribus corrumpi: id verò fieri non potest nisi per publicam potestatem, ad quam accusatione crimina deferuntur: ergo quisque in tali casu tenetur pernicioſum accusare. Duæ ergo conditiones coire debēt vt obligatio enascatur accusandi, scilicet vt crimen existat contra bonum publicum, & probari possit. ¶ Atqui hinc consequitur posterior conclusio. Delictum quod vel in cladem reipublicæ nō vergit, vel idoneis testibus probari non potest, ne quidem iure naturali accusare tenetur. Prior cōclusionis pars probatur. Nam cùm quisq; sit suorum bonorum dominus, etiam famæ & honoris, vt lib. 4. quæst. 2. offensum est, potest illa remittere, tum vt dicto Christi audiens sit, quo nos tantopere ad dilectionem inimicorum animauit: tum etiam ad redimendū tempus. Et in hoc casu intelligitur lex vnica. C. vt nemo inuit. agere, vel accusa. cog. Et est expressa sententia sancti Thomæ. 2. 2. non solum quæst. 68. vbi hoc tractat, verùm quæst. 73. artic. 3. vbi ait, cuiusq; arbitrij esse detrimentum suæ famę pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum. Secundam partem probat sanctus Thomas, quia nemo ad id tenetur quod perficere nequit: & ideo cùm in accusatione necessaria sit probatio, qui probare non potest, accusare non cogitur: eo præsertim ne periculum sibi creet vel talionis, vel alterius damni si in probatione defecerit. Dixerim iure naturæ, nè in litem aliam descendamus, vtrùm hæredes occisi teneantur iure ciuili homicidam accusare, secundùm opinionem Bart. super legem, In eum. ff. de accusa. nè ius hæreditatis amittant. cuius tamen cōtrarium sentire videtur. l. diui fratres. eod. &. C. citata, vt nemo inuitus. l. vnica. ¶ At verò quo prior conclusio explicatius euoluatur, arguitur contra eam. Nullum est peccatum quod non afferat detrimentum publicum: nempe vel scandalum, vel mali exemplum, vel aliquā persuasionem consortis: ergo si conclusio vera est, nullam fert exceptionem, sed de quocunque peccato, cui pœna posita est, debet quisque, si probare id potest, delictorem in iudicium producere. Hoc argumentum plerosque multos conuincit. Attamen discretione opus est. Haud enim omnia peccata sic in detrimentum censentur reipublicæ, vt sint necessariò, vel denuntianda, vel accusanda, vel tanquàm talia inquirenda: sed illa tantum quorum proximum obiectum est commune bonū, quod illis expugnatur & conturbatur. Reliqua siquidem quæ aduersus priuatum bonum committuntur, priuata reputantur: nam ex obiecto actuum, species exiſtimantur. Exempla sunto. Bona proximi furari, priuatum delictum est, sicuti & priuatum hominem occidere: compilare autem ærarium publicum, sicuti & crimen læsæ maiestatis, hæc sunt quæ in publicum detrimentum vergunt. Pari modo mendacium pernicioſum, quo fraus ciui extruitur, peccatum priuatum est. Hæresis verò qua communis religio concutitur, crimen est cum primis publicum. Nam etsi scelera quæ in singulas reipublicæ priuatas partes committuntur, quodammodò rempublicam attingant, non tamen ideo exiſtimanda sunt publica. Latrones autem qui regias vias obsident, & Assassini publicis criminosis adscribuntur. ¶ Secundum argumentum est. Quando talia crimina publica quis resciuerit, satis est si illa

S. Thomas.

Ratio S. Thomæ.

Argumentū in priorē cōclusionem.

Solutio.

Secundū argumentum ad idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa denuntiet: non ergo necessaria est accusatio. Eo præsertim quòd si denuntiat, non tenetur probare, sicuti ille qui accusat. Quare vt ab illo periculo deficiendi in probatione liberetur, satisfeciſſe videbitur dum denuntiauerit. ¶ Propter hoc argumentum tenet Summa Angel. contra sanctum Thom. quòd nemo accusare tenetur in quam sententiam citat Barto. super. 1. in eum. ff. de accusa. Hic tamen est notandum denuntiationem, quantum ad rem attinet præsentem, duplicem esse: licet Doctores canonici iuris plures præter accusationem distinguant super. c. nouit. de iudi. & 2. q. 1. can. si peccauerit. quas eâdem. 5. q. de tegen. & detegen. secre. diffuse nos explicuimus. Vna est enim denuntiatio fraterna, & euangelica, quam modò diximus ad fratris correptionem referri: sed alia est iudicialis, quæ bonum etiam publicum habet pro scopo: quæ ideo procedit etiam ad punitionē: sicut est illa quæ fit inquisitoribus: & seruus qui accusare nō potest dominum, potest illum denuntiare: & subditus etiam inferiorem prælatum superiori. Et illa est penè accusatio, hoc solo differens, quòd denuntians non tenetur probare, sed iudex tunc tenetur inquirere. Et hanc forsan hîc sanctus Thomas nomine accusationis comprehendit. Tametsi vbi crimen esset valde perniciosum & contagiosum, ille qui testes posset afferre, accusare quoq; teneretur: & crimen probare, vt iudicem laborē inquirendi in re tanti momenti releuaret. Quare quicquid sit de iure ciuili, non dubium quin in causa publica teneatur quisq; in conscientia accusare. Et Barto. solùm loquitur in causa priuata. ¶ Tertium autē dubium est, vtrùm sicut ante denuntiationem euangelicam prærequiritur admonitio fratris: ita, & ante accusationē. Et arguitur à parte affirmatiua. In euangelio nulla fit exceptio accusationis vel denuntiationis: sed simpliciter præcipitur vt secreta admonitio præcedat. In contrariū tamen facit quod in. c. qualiter & quando. de accusa. distinguitur inter denuntiationem & accusationem sub his verbis: Sicut denuntiationem admonitio, ita & accusationem, inscriptio præcedere debet: vbi nulla ante accusationem admonitio exigitur. Propterea Durandus in. 4. distinct. 19. q. 4. ait quòd in foro interiori & conscientiæ requiritur admonitio, nō tamen in foro exteriori. Et sanct. Thom. eâ. distinct. q. 2. art. 3. recitat am. bas opiniones. Et quāquàm Syluester in verb. Accusatio. §. 3. existimet tenere partē affirmatiuam, tenere tamē apertius videtur negatiuam. Scilicet quòd non requiritur. Et ideo Caietanus. 2. 2. q. 33. art. 7. dicit, quod quando accusatio solùm est licita, non tamen in præcepto necessarium est vt admonitio secreta præcedat: quando verò est in præcepto, tunc non est necessaria. ¶ His tamen non obstantibus rē sic ratio dilucidat, vt nullis opus sit citationib⁹, sed distinctionibus. Prima est: quando accusatio alicui incūbit de re sua propria, nulla requiritur admonitio, neq; in foro exteriori, neq; in cōscientia. Ratio est: quia scopus talis accusantis nō est emēdare fratrem: ob idq; inanis esset & vana admonitio: quoniā etsi sit emendatus, potest qui iniuria affectus est ius suū persequi. Atque in hoc casu palàm deficit opinio Caietan. Iste em̄ non tenetur accusare, & tñ potest sine pręuia admonitione id facere. Quādo verò ci mē, modo nuper exposito, pessimē est reipublicæ, tūc distinguēdū est. Enimuerò si ille qui rescierit certissimus omninò sit q; per suā admonitionē sic frater emēdabitur, vt dānum publicū omninò sopitū cessabit, necessaria est admonitio. Et hoc non solùm lege charitatis, verùm etiā iustitiæ: quia pestilens ille scelerosus adhuc habet possessionē honoris sui: ob idq; si satis potest occurri malo publico sine eius læsione, nō est in publicū traducēdus. Est enim (vt diximus) accusatio, medicinalis: & ideo si excusari tantū detrimentū potest, cauēda est. Si verò nō sit omni firmitate certissimus q⁹ sua proderit admonitio, vel sit in mora periculi, illicò ad accusationē properandū est. Vnde si inserperet ciuitatis proditio, aut regis exitium, aut super omnia hæreseos crimē, maxime in dogmatizātibus: præceptū est statim ad iudices aduolare: quia nemo debet existimare se posse tam ingētibus periculis aliter occurrere. Quin verò etsi non existerent idonei testes ad probandū, festinādum est ad denūtiationē iudicialem. Sētentia est expressa sanctī Thomę 2. 2. q. 33. art. 7. vbi ait oportere in talibus cautibus statim procedere ad denūtiationē, vt huiusmodi nocumēta impediant. Nisi forte, inquit, aliquis firmiter existimaret, q⁹ statim per secretā admonitionē posset huiusmodi mala impedire. ¶ Et hinc sumēda est regula in Inquisitionibus generalibus, quādo edicto præcipitur, vt quisq; denūtiet latētia crimina. Etenim si omnino sint emēdata, cuiuscunq; sint generis, nemo tenetur illa vel denūtiare, vel accusare, sed tātùm testis esse si eius testimonij in particulari legitimè postuletur. Si autem non sint emēdata, tunc aut sunt priuata, vt concubinatus, vel alia quæ non habent pro obiecto bonum publicum: & hæc tantummodò denuntianda sunt fraterne ad emendationem fratris. Si verò sint in perniciem publicam: vt proditio, hæresis, & si quis forsan non ex infirmitate, sed studio & quasi publicus hostis mēbra reipublicæ ad malum solicitaret, vt rempublicam corrumperet: & non posset aliter obuiari illi malo, denuntiandus esset denuntiatione iudiciali: quin verò accusandus si probari res posset. Et pariter si immineat periculum tertię personæ. Quanuis in his nonita crebrò vsu venit necessitas accusandi: quia eiusmodi crimina frequentiùs possunt via correptionis fraternæ præuenīri. ¶ Hic de fiscalibus examinandum esset in causis criminalibus. Etenim quòd fisci procuratores instituantur, iustum est vt curam habeant ærarij publici. Item vt criminum etiā in perniciem publici boni (vt expositum est) vergentium accusatores existant: quando quidem quilibet tenetur illa detegere. Sed tamen q⁹ fiscales instituantur scrutatores priuatorum criminum, credo neq; S. Tho. neque antiquiores sancti probassent. Quoniam talium scelerū vltionem & vindictam poscere, solis priuatis incumbit, qui iniuria perculsi sunt. At postquàm consuetudo hoc habet, non est nostrū de hoc censere.

Summa Angelica.

Duplex denuntiatio.

Dubium.

Argumentū partis affirmatiuę.

Durandus.

S. Thomas. Syluester.

Caietanus.

Solutio posito casu.

2. Thom.

Regula.

Dubium.

Ad primum argumentū.

Ad secundū.

Ad tertium.

Responsio.

Concors. Magistri cum præcedenti.

AD primum igitur argumentum secunda conclusio respondit. Probant enim illa testimonia priuatis personis consilium esse euāgelicum suas priuatas iniurias cōdonare. ¶ Ad secundum autem de amicorum fide respondetur, amicos vsq; ad aras esse colendos: & ideo vbi res est de bono communi, hoc illis anteferendum est. Neque ideo amicitiæ fides infringitur, etsi promissio præcesserit seruandi secreti. Nisi sit sacrosanctum arcanum sacramentalis confessionis, quod neque pro toto mundo reuelare fas est. ¶ Ad tertium respondetur q⁹ infames & excommunicati (vt dicta quæstio. 7. habetur) ab accusatione repelluntur: nō quidem in bonum ipsorum: siquidem accusare vbi & quando oportet, virtus est: sed in pœnā arcentur ab illo munere. Propterea quòd accusatio autoritatem desiderat accusantis: quam illa sors hominum non habet. Ad. ff. de accusatio. l. qui accusare. multis alijs de causis alij prohibentur accusare: scilicet ratione sexus, ætatis, conditionis, &c. ¶ Sed est dubium, vtrum saltem quando crimen est reipublicæ perniciosum, ijsti qui sunt iure repulsi admittātur ad accusationem. Respondetur neque tunc quidem esse admittendos: possunt tamen & debent iudiciali denuntiatione pericula patefacere: vt. 2. 2. quæ. 68. articu. 1. author est Caietanus. ¶ Et pariter respondetur ad quartum. Prohibētur enim eâdem causa & quæstio. eâdemque lege citata in. ff. filij, & subditi, & serui, suos superiores accusare. Hoc tamen glossat sanctus Thomas eâdem quæsti. quòd nihilominus affectu charitatis possunt illos accusare: & maxime in causa communis boni: quia illi non cohibentur, vti alij, in pœnam: sed propter honestatē: quia accusatio præ se fert nescio quid odij, qđ aduersus superiores dedecus est. ¶ De clericis autem respondetur, quòd in causa sanguinis, vt illa habent iura, nequâquam possunt esse accusatores: possunt tamen denuntiare crimina, protestātes nō se reuelare eiusmodi criminosos petendo sanguinis vindictam, sed vel ad obuiandum malo publico, vel ad recuperanda bona sua. Cum hac enim protestatione licitū illis est talia crimina in iudicium deferre: non solùm illa quę sunt contra bonum publicum, vt hæreseos impietatem, & læsæ maiestatis: verùm etiam illa quibus vel tertiæ personæ, vel si bijpsis iniuria fit, vel damnum datur: vt patet in cap. Prælatis. de homicidi. volūta. li. 6. ¶ Ad postremum de pœna talionis inferiùs art. 4. cō modior dabitur respondendi locus.

D. Thomas.

Clerici quomodo liter possint accusare.

Ad postremum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm necessarium sit accusationem in scriptis exhiberi.

POST accusandi obligationē quę ritur circa accusationis formam an debeat in scriptis exhiberi. Et arguitur à parte negatiua. Scriptura tūc est necessaria quando aut de præteritis loquimur, nè nobis memoria elabantur: aut loquimur absentibus, ad quos verba non pertingūt: accusatio autem fit & in præsenti tempore, & ipso præsente reo. Nam vt habetur. 2. q. 8. can. accusatorum. Nemo absens accusari potest: ergo scriptura non est necessaria. ¶ Secundò nihilo minùs per denuntiationem quàm per accusationem crimen panditur alienum: in denūtiatione autem nullus est libellus necessarius: ergo neque in accusatione. ¶ In contrariū est Augusti. eodem can. citato. 2. q. 8. vbi ait, accusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto: neque absente eo quem accusare voluerint quibuslibet accusare permittatur.

Primum argumentum.

Secundum.

Augustinus.

FAcilima est quæstio ad quam vnica conclusione affirmatiua respondetur. Forma accusationis est vt in scripto fiat. Cōclusio est iuris, non solùm canonici loco citato, & eâdem cau. & q. can. quisquis. & can. crimen. verum

Cōclusio responsiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verũ & iuris etiam ciuilis. ff. de accusa. l. si cui. Et quanuis ius naturæ id non planè præcipiat, elicitur tamen inde naturalis ratio. Est enim iudex (vt suprà dictum est) medius inter duas partes, accusatorem scilicet & reum cõstitutus: qui causam examinare debet, de qua est sententiã prolaturus. Cum ergo ex vna parte memoria, quæ lubrica est, cuncta diu verba adseruare nõ possit, & ex altera necessarium sit eadem vsq; ad definitiuam sententiam retineri, necessariũ est scripturæ adminiculum. Adde quòd cùm accusator pœnę, antiquitùs talionis, & nunc etiam non leui fiat obnoxius, si de calumnia fuerit reuictus, operæpretium est accusationẽ subscribere, quam postmodùm inficias ire nequeat. Ad hæc cùm accusationi adhibendæ sunt, tum defensiones & exceptiones, tũ etiam probationes, expediens est vt libelli caput occupet accusatio. Attamen vt habetur. l. Leuia. ff. de de accusati. in leuibus de plano procedendum est sine huiusmodi cęremonijs. Pretereà in notorijs, in quibus cum (vt suprà diximus) nõ expectetur accusator, neq; scripto opùs est.

Ratio naturalis pro conclusione.

Ratio secũda

Ratio tertia.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd scriptura accusationis non est necessaria eò quòd de præteritis ineatur, sed vt in futurũ debeat salua cũstodiri. Et ideo neq; obstat accusationẽ fieri in præsentia rei: debet enim tam reus q̃ accusator adesse: vnde eâdem causa & quæst. can. per scripta. iubet Stephanus Papa nè vllius accusatio per scripta suscipiatur. Non quòd non sit in scriptis porrigenda (vt dictum est) sed quod non est ab absente accusatore in scriptis mittenda: sed debet ipse comparère. Quòd autem cauetur nè reus absens accusetur, non sic strictè intelligendum est vt non liceat in eius absentia accusationem iudici exhiberi: sed quòd non est sententia cõdemnandus antequàm ipse præsens audiatur. Idq; potissimum in causa criminali, atq; adeò omnium maximè in capitali: vt cauetur lege, Absentem. C. de accusa. si autem publico præconio vocatus noluerit comparère, sententia quidem veluti in rebellem ferri potest: postmodum verò captus, antequam executioni mandetur, audiri debet. ¶ Secundi verò solutio facilè ex dictis colligitur. In denuntiatione enim fraterna euangelica, quia ad vindictam nõ proceditur, sed tam iudex quàm denuntians soli consulit saluti fratris sine dispendio eius famæ, nulla est scriptura necessaria: secus in denuntiatione iudiciali. Atque hanc differentiam inter denuntiationem & accusationem denotat ca. super his. de accusation.

Ad secundũ

ARTICVLVS. III.

Vtrùm accusatio per tria hæc reddatur iniusta, quæ sunt calumnia, prævaricatio, & tergiuersatio.

TErtium quod in accusatore requiritur est iustitia. De hac ergo quæritur, vtrùm tribus his vitijs corrumpatur, quæ sunt calumnia, pręuaricatio, tergiuersatio. Et arguitur à parte negatiua. Calumnia (vt habetur. 2. q. 3. can. si quem pœnituerit) est falsa crimina scienter intendere. Contingit autem quempiam alteri calumniam extruere ignoranter, leuitate tamen animi non omnino excusante: ergo vel illa cõtra can. censenda est calumnia: vel quartum est vitium quo accusatoris iustitia commaculatur.

Primum argumentum.

¶ Secundò: prævaricari (vt ibidem subditur) est vera crimina abscondere: in hoc autem nõ semper subest iniquitas: quia nemo tenetur omnia crimina detegere, neque sua neque proximi. ¶ Tertiò: tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere: hoc autem non semper est cum iniuria coniunctum: imò verò in initio eiusdem capitis præscribitur, vt quem accusasse pœnituerit de eo quod probare nõ potest, si cum accusato innocente conuenerit, in uicem se absoluant. ¶ In cõtrarium tamen est idem textus: vbi habetur accusatorum temeritatem tribus modis detegi. Aut enim calumniantur, aut prevaricantur, aut tergiuersantur.

Secundum.

Tertium.

VNica cõclusione ad quæstionem respondetur. Tribus nominatis vitijs cõtingit accusationem vitiari. Conclusio est non solũ iuris canonici textu citato, verũ & iuris ciuilis. ff. ad Senat. consul. Turpili. seu de abolitionibus. l. accusatorũ. vnde eadẽ prorsus verba desumpsit canon, quẽ pœnituerit. Numerus autẽ horum vitiorum sic colligitur. Cùm accusatio in bonũ commune referatur, sic tamen, vt iusta fiat criminis vltio, vtroq; pede eł audicare potest accusator. Videlicet aut reo fauendo, aut plus nimio reipublicæ siue parti læsæ. In rempublicam inclinat, cum reo crimen falsum impingit. Et hoc est calũniari. Est enim calumnia iuris dola rei vexatio per fraudem. Neq; verò ille tũm calũniator est, qui falsum crimen imponit, verùm & qui occultum, quod iure probari non potest, in iudicio propalat. Nam iure quicquid idoneis testibus vel instrumentis innotescere nequit, falsum reputatur. Potest secundo accusator vice versa in rempublicam esse iniurius, quãdo in causa est; ne qui in bonum

Conclusio affirmatiua.

Libri Quinti Quæstio. V. 415

bonum publicum delinquit, reprimatur. Et hoc contingit dupliciter. Vno modo fraudem extruendo reipublicæ: nempe inclinando in fauorem rei. Et hoc est prævaricari. Quoniam varicari idem est quod flecti. Contingit autem hæc prævaricatio dupliciter. Vno modo dissimulando omnia crimina quæ in commodum reipublicæ detegere tenetur, atq; adeò probationes negligendo: & altero modo falsis admittendo excusationes & exceptiones. Quare prævaricatio altero nomine dicitur collusio: quasi tunc accusator & reus simul illudant reipublicæ aut parti læsæ. Quocircâ hoc vitium non tantum in accusatorem, verùm & in aduocatum, & in alios ministros, quinetiam & in iudicem solet vsu cadere. Secundo modo ei contingit accusato fauere, prorsus & in vniuersum (vt ait lex) ab accusatione desistendo. Et illa dicitur tergiuersatio, quasi accusator terga causæ vertat.

Primum argumentum.

Secundum.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd criminis impositio non censetur iure calumnia, nisi studio & consultò fiat. Nihilo minus nemo debet accusator prodire nisi prius tum certior factus sit criminis: tum etiam certam, paratamq; habeat probationem: Et ideo qui leuiter ac temerè ad accusandum profilit, non est à culpa immunis. Attamen tion debet vt calumniator talione vel alio supplicio plecti: sed alia leuiori pœna. Nisi forsan iusto errore fuerit motus: nam tũc nulla est dignus. Hæc autem omnia prudentia iudicis libranda sunt & æstimanda. ¶ Ad secundum respondetur q̃ sua propria crimina nemo debet detegere nisi reus legitimè factus à legitimo iudice interrogetur. Neq; verò alicui nisi casu quo denunciare vel accusare tenetur. Quando autem ob bonum publicum accusat, tunc tenetur omnia detegere, quæ ad rẽ conferunt. Quare si prece vel pretio vel alia causa cum reo colludat, prævaricator est. ¶ Pariter ad tertium respondetur, q̃ tergiuersari non semper est crimen, sed tunc prorsus quando accusator tenetur in accusatione persistere. Quare tribus modis tergiuersari citra culpam accidere potest. Primo, cum quis in causa propria accusauit. Tunc enim sicut libere accusationẽ inscripsit, ita potest & quando libuerit, illã desserere. Secundò, quando accusauit in causa publica, leuiter tamen: tunc enim quoties timuerit in probatione deficere, potest cum reo conuenire & ab accusatione desistere. Et hic est casus dicti cap. si quem pœnituerit. Tertiò, autho ritate principis, qui propter illustrem personę dignitatem, & reipublicæ vtilitatem potest accusationem & in initio refellere, & in processu abolere: vt eodem cap. subiungitur.

Secundum.

Tertium.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm accusator qui in probatione defecerit pœna talionis teneatur.

QVartum quod de accusatore disputandum restat est, vtrum in probatione deficiẽs pœna talionis teneatur. Et arguitur à parte negatiua. Cõtingit aliquando iusto errore quempiam ad crimen falsum accusandum prodire: cui ideo Fabianus Papa. 2. q. 3. can. Si quis iratus. veniam concedit: non ergo omnis calumniator dignus est talionis pœna. ¶ Secũdò. Si talis pœna iusta est, ob id iustè infligitur quod accusator damnum per iniuriam alteri intentat: igitur aut hoc est propter iniuriã reo illatam, & tunc non potest princeps eam remittere: aut propter illam quæ reipublicæ irrogatur, & tunc nequit eam remittere reus: potest autem eam vterque remittere: ergo signari non potest iniuria ob quam talis statuatur pœna. ¶ Tertiò: ob vnam culpam nemo plectendus est duplici pœna, secundùm illud Naum. 1 Nõ iudicabit Deus bis in idipsum. calumniatores autem, infames habentur iure: vt patet. 2. q. 3. can. si quis circa. non ergo debent alterum subire supplicium. ¶ Sed in contrarium est Damasi decretum. 2. q. 3. Calumniator si in probatione defecerit, talionem recipit. Et alterum proximum Adriani: Qui nõ probauerit quod obiecerit, pœnam quam ipse intulit patiatur.

Primum argumentum.

Secundum.

Tertium.

Damasus.

Adrianꝰ Pal

PRo solutione quæstionis notandum quòd talio à tale dictum est: scilicet vt quisque tale patiatur, quale alteri contra ius molitur. Id quod aristot. 5. Ethico. cap. 5. repassium appellat, secundùm illud Rhadamanthi.

Talio vnde trahat originem.

Aristot.

Si quæ fecit, patiatur & ipse,

rectum fuerit iudicium. Statuitur ergo conclusio affirmatiua. Iustum est vt ille qui per accusationẽ in periculũ quempiam induxit grauis pœnæ, similem & ipse ferat. Conclusio est nõ solũ canonici iuris locis citatis, verùm ciuilis: vt patet. ff. ad sena. cõs. Turpil. l. mulier. & l. quæsitum. Cùm ergo leges deficientem in probatione talionis pœnæ adiudicant, ostendunt non solùm eum qui falsum crimẽ imponit, verũ & qui occultum quod probari nõ potest detegit, eidẽ subiacêre supplicio. Ratio naturalis est hęc. Accusator cõstituitur pars reo aduersa, cõ tendens

Cõclusio affirmatiua.

Ratio conclusionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendens eum in supplicium adigere: iudex autem medius inter ambos sedet iustitiæ protector: sed æqualitas iustitiæ id exigere apparet, vt periculum quod quis alteri per iniuriã creat in ipsum recidat: ergo pœna talionis est iusta.

Cõfirmatio. Eadem conclusio confirmatur. Nam lege veteri, quę iustissima erat, eadem pœna stat scripta scilicet Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et Deutero. 19. Cùm diligentissimè perscrutantes inuenerint, falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddẽt ei sicut fratri suo facere cogitauit. Haud tamen hinc infertur, vt quidam arbitrantur, illam pœnam esse modò de iure diuino: illa nanque nõ erat moralis de iure naturæ, sed tantùm iudicialis, quæ ideo prorsus cessauit. Non q̃ Christus legem illam Matthæ. 5. peculiariter abolerit: illic enim tantùm retulit veterem legem, cõsulens nobis contrà nè nos vindicaremus, sed inimicis remitteremus iniurias: at quòd tota lex illa vetus cessauit. Nisi quòd præcepta moralia, quæ erant de lege naturæ, cõfirmata sunt lege euangelica: cęremonialia verò sic cessãrũt vt, tanquàm signa iam modò falsa, institui denuò non possint: iudicialia verò possunt quidem, si iustum censeatur, iterato constitui. Attamen lex talionis semper fuit vt trux duraq; existimata, sed propter duritiem illius populi, & ad nectendas calũnias procliuis posita fuit. Nam si naturalem rationem consuleris, satis est vt qui occidit occidatur. Qui verò occidere procurauit, non subinde, nisi summo iure, reus fit tanti criminis. Eò præsertim quòd tunc absterrerentur homines plus nimio ab accusandi munere. Et ideo (vt habetur Institut. de iniur. §. pœna.) iam de desuetudine ferè abijt illa pœna: retinetur tamen quãdantenus in prouincijs bene moratis: potissimum in teste qui studio falsum testimonium dicit in causa capitali. Idque maximè quando illius causa innocens interficitur. Tametsi debeant etiam extra talem casum iniqui delatores acri supplicio plecti.

Ad primum argmentum. Aristot. AD primum ergo argumentum respondet Aristot. loco citato. 5. Ethico. quòd repassionem, quam nos talionem appellamus, non semper iustitia deposcit: quoniam valde differt vtrũ quis volũtariè quid faciat, an inuolũtarie. Spõtaneus enim iniurius dignus est pœna: qui autẽ inuolũtariè lædit, dignus est venia. Et ideo qui inculpata ignorantia eũ quẽ in crimine esse putat, reum facit, non habetur iure calumniator, vt suprà diximus: atque adeò neque talione dignus. ¶ Ad secundum respondetur quòd

Ad secundũ calumniator & in reum & in rempublicam iurius est. Vnde Deuteron. 19. vtrunque præcipiebatur: scilicet prius, vt qui falsum testimonium contra fratrẽ dixisset, id pateretur quod fratri cogitabat facere: scilicet propter iniuriã illi factam. Posterius, vt tales de medio populi auferrentur, vt audientes timorem haberent. Vbi insinuabatur iniuria quæ reipublicæ irrogatur. Ex quo fit vt quandiu accusatus pœnã talionis non remiserit, nequeat princeps illam remittere, vt superiore quæstione dictum est. Postquàm verò illam ignouerit, tunc in arbitrio principis restabit illam relaxare. ¶ Ad tertium respondetur quòd pœnam talionis incurrit accusator ratione nocumenti quod proximo intentabat: infamiam autem propter culpam. Et ideo infamiam remittere ad principẽ pertinet: vt si sit ecclesiastica, ad Papam, vt ait Gratian. 2. quæst. 3. can. Euthemium. vbi respõdet ad illa verba Gelasij, Quanquàm animas per pœnitentiam saluare possumus, infamiam tamen abolere non possumus: dicens illud intelligi de infamia per ciuilem iudicem irrogata, quæ ad Papam non pertinet. Quanuis fortasse perspicacior sit sensus de infamia facti. Nã labem illam, quæ turpi facto annexa est, nemo delere potest: cùm ad præteritum non sit potentia.

QVÆSTIO SEXTA, de iniustitia rei.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm accusato liceat veritatem negarè.

TErtia persona in iudicio est reus: de quo quatuor disputãda sunt: scilicet an liceat ei veritatem negare, calumnijs se defendere, iudicium declinare, aut post condemnationẽ supplicio se capitali subducere. Primum. Et arguitur à parte affirmatiua primæ quæstionis illa celebri antoritate Chrysosto. quæ refertur de pœnitentia, d. 1. can. quis aliquã. Nõ tibi dico vt te prodas in publicũ, neq; apud alios te accuses. Sic enim legẽdũ est, nõ, excuses, vt corrupta litera habet. Qui autẽ veritatẽ proprij criminis retegeret, seipsum proderet, ergo licitũ est ei sinum celare crimen. Secundum. ¶ Secundò. Mẽdacium officiosum, licet cũ quis mẽtitur vt alteri prosit, nemini nocẽs, non est peccatum mortale: quia autem mẽtitur

Tertium. titur vt se à morte protegat, officiosè mentitur: ergo citra noxiam mortalem id licet. ¶ Tertiò nullum est peccatum mortale nisi sit contra charitatem: qui autem mendacio sibi mortem cauet, neq; contra charitatem Dei facit, neq; contra proximum, imò secundùm charitatẽ qua se diligit: ergo id non est lethale piaculũ. ¶ In contrarium est illud Iosuæ. 7. quod dux ille dixit ad Acham, Fili mi da gloriam Domino Deo Israel: & cõfitere, & indica mihi quid feceris: nè abscondas: dare autem gloriam Deo tenetur quisq; secũdùm illud. 1. ad Corint. 10. Omnia in gloriam Dei facite.

Prima cõclu sio. AD quęstionem hanc tribus cõclusionibus respondetur: Prima: quicunq; legitimè de proprio crimine interrogatur, tenetur sub reatu mortalis culpæ crimen suum patefacere: etiam si merito eiusdem cõfessionis sit in mortem rapiendus. Cùm aio legitimè, intelligo à legitimo iudice, & secundùm idoneam formã iuris. Ratio cõclusionis est manifesta. Virtus enim iustitiæ est ad salutem necessaria: ergo quicunq; sub reatu mortalis noxæ tenetur eã seruare: iustitia autem subditum compellit superiori obedire, secundùm verbum Pauli, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. superior verò sæpenumerò ius habet subdito præcipiendi vt proprium sibi detegat crimen: ergo tunc subditus parêre constringitur. Quòd autem hoc iudex aliquando ius habeat, patet: quoniam nemo, capitali præsertim sententia, quin imò neq; alia communi ordine ob quæcunq; indicia vel infamiam condemnari debet nisi confessus: saltem ei qui aliter condemnatur conceditur appellatio: vt. l. obsernare. C. quorum appellatio. non recip. Nisi sufficiens sit testium numerus quibus cõuincatur: idq; via tantùm accusationis. Atque idẽ cauetur iure cononico. 2. quæst. 1. can. nos in quẽquam. & can. iudex. ergo nisi reus ad cõfessionem compelli posset: nimis esset stricta via finiendi iudicia. Et est intelligenda conclusio etiam cùm quis citra iusiurandum interrogatur: nam etsi periurium sacrilegij impietate mendacium accumulet, nihilo minùs simplex mendacium, in re graui contra vinculum obedientiæ, crimen est genere suo mortale.

Secũda cõclusio. ¶ Secũda conclusio. Quando verò quispiam non legitimè etiam iuratus interrogatur, puta vel ab eo qui non est sibi iudex, vel contra canonum legumq; sanctiones, non tenetur crimen suum confiteri. Quin verò simile affirmãdum est de testibus in crimine alieno. Cõclusio est clara: quia quicũq; ius habet se suaq; tuẽdi, nisi iure ad contrarium fuerit compulsus: at verò quando quis præter legis causas & ordinem interrogatur, nullo iure cogitur: ergo neutiquàm se conuincitur prodere. ¶ Tertia conclusio. Nemini siue iure siue iniuria interrogetur, licitum est mentiri: quoniam mendacium adeò est natura sua malum & iniquum, vt nullam ob causam qui illud protulerit, inculpatus à culpa sit. Tametsi quando iniustè, ac citra iuramentum interrogatur, mendacium illud non sit mortale: quia non perniciosum, sed officiosum est. Secùs autem si sit periuriũ. Postulabant hîc autem secunda & tertia conclusiones, vt artem, prudẽtiamq; subijceremus, quò se tunc iniustè requisitus posset protegere, ac citra mendacium eripere. Ad hoc autem articulo sequenti commodiùs respõdebimus, postquàm causas habuerimus inspectas, quibus reus conuincitur veritatem propalare.

Tertia conclusio.

Ad primum argumemũ. AD primum igitur argumentum respondetur Chrysostomũ loqui in casu secundæ cõclusionis, aut quando nemo reum perconta tur. Nam quando iuris ordine & merito interrogatur, non ipse se, sed infamia, vel testes, vel accusator eum produnt: quibus resistere non licet. ¶ Ad secundum respondetur quòd mentiri quempiam ad cauendum mortem, vel sibi vel alteri, si fiat sine alterius nocumento, non est mortale: quando tamen quis iure rogatus culpam suam, mendacio se contegit, iniuriam facit tum iudici cui obedientiam debet, tum accusatori & parti læsæ. ¶ Et pariter respõdetur ad tertium. Negatur enim non esse tale crimen contra charitatem. Nocet enim & iudici & actori: atque adeò aduersatur dilectioni Dei, qui iubet nobis parêre maioribus. Nemo enim virtutem iustitiæ contemerat, qui charitatem non subinde violet, tam Dei quàm proximi. Vnde super illud Psal. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis: ait glossa, Hęc est consuetudo impudentium vt deprehensi per aliqua falsa se excusent. Et Grego. 21. Morali. super illud Iob. 31. Si abscondi quasi homo peccatũ meum: Vsitatum humani generis vitium est, & labendo, peccatum committere: & commissum, negando abscondere: & conuictum, defendendo multiplicare. ¶ Percontaris hic autẽ vtrùm mendacium in iudicio quando quis verum fateri tenetur, in vniuersum mortale sit crimen: an verò leuitate materiæ possit, sicut extra iudicium fieri veniale. Respõdet Caiet. 2. 2. q. 69. artic. 2. Omne mendaciũ in materia etiã leuissima, in iudicio prolatum, esse mortale. Ratio eius est: quia talis mentiens vim infert iudicio quod in mendacio fundatum falsum sub

Ad tertium.

Gregorius.

Quæstio.

Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde fit. Itaque sicut periurium nullatenûs tenuitate materiæ fit veniale, sed omne est mortale: sic mendaciũ in iudicio. Neque id tantùm in iudicio sacramentalis confessionis, verum etiam in foro exteriori. ¶ At verò neq; Caieta. conclusio, salua eius egregia autoritate, veritatem præ se fert: neq; eius ratio probabilitatem. Imò proculdubio crediderim posse illic etiam contingere veniale peccatum. Nam in primis
S. Thomas. hoc insinuat S. Tho. eâdem. 2.2.q.70.ar.4. vbi ait q̃ violare iustitiam mentiendo, est mortale in suo genere: vbi insinuat posse esse veniale. Itẽ in materia fidei, & charitatis, & religionis, potest exilitas materiæ attenuare peccatũ, vt fit veniale: cur ergo nõ in iudicio? Prætereà potest illic fieri veniale mendaciũ ex defectu plenæ deliberationis: quare ergo non ex pusillitate. Adde q̃ tunc quicunq; alius defectus leuissimus in iudicio esset mortalis: vt si quis rem exigui momẽti taceret. Ac demum postremò arguitur. Peccata venialia non sunt de necessitate confessionis: ergo illa illic negare non est mortale crimen. Conceditur ergo q̃ ipsum veniale mẽdacium peius est in iudicio quàm extrà: non tamen fit consequens vt sit omne, mortale.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm accusato liceat per calumniam se defendere.

POstquàm afflicto reo, nec legitimè interrogato licet veritatem negare, neq; præter ius requisito mẽtiri, cõsequitur vt videamus an saltem alterutro illorum casuum liceat ei per calumnias se defendere. Et arguitur à parte affir-
Primum argumentum. matiua. Secundum iura ciuilia licet ei qui de capitali crimine delatus est, transigere, hoc est cũ accusatore pacisci, & ipsum corrũpere, qui desistat: vt. C. de transa. l. trãsigere. & expressiùs. l. in capitalibus. ff. de bon. eor. quia ant. sent. mortem sibi conscíue. ergo non est illicitũ ca-
Secundum m lumnijs vti. ¶ Secundò. Accusator qui in fauorem rei præuaricatur pœna plectitur legibus cõstituta, vt superiori quæstione visum est: & 2.q.3.patet: accusato verò nulla est pœna decreta, etiam si technis agat cum accusatore, eiq; imponat: ergo id non est iniustum. ¶ In cõtrarium est ius canonicũ, extrà. de iuram. calum. c. inhærentes. præcipiens vt iuramento calumnię in principio litis adstringantur tam reus q̃ accusator: vbi & ciuiles leges de re eâdem citantur: iuramentum autem calumniæ, vt nomen sonat, est, quòd neque accusator, neque accusatus vtetur calumnijs.

QVæstio est grauissima: quam nos in dicta nostra Relectione sexto loco pertractauimus, vt arbitror, suos numeros diximus. Sed non possumus (vt suprà dicebam⁹) hunc locum hac disputatione vacuũ relinquere. Respondebimus ergo hîc septem conclusionibus. Prima est illa notissima quam articulo proximo constituimus. Et si nemini liceat veritatem mendacio negare, licet eam tamen non nunq̃ prudentia contegere. Nam (vt modò dictum est) nemo tenetur veritatem propalare, nisi iure compulsus: ergo extra talem casum quisq; poterit secretum, & præcipuè sum, custodire. Rei autem articulus ac nodus illic occultus, vt sciamus quando iudex, qui legitimus est, legitimè potest subditum de proprio crimine, etiam iureiurãdo interrogare. ¶ Ad hoc ergo explicandum statuitur Secunda cõclusio. Tres sunt casuum differentiæ quibus iure potest iudex reum percontari: in quibus subinde reus veritatem respondere tenetur: videlicet si infamia eius super aliquo crimine præcesserit, vel aliqua expressa apparuerint indicia, vel probatio interfuerit semiplena. Cõclusio est sanct. Tho. 2.2.q.69.art.2. Et quanuis rationem non subijciat, apertè tamen colligitur ex superiori definitione. Nempe q̃ iudex absq; accusatore, vel eius supplente vices, neminem damnare potest. Hæc autẽ tria sunt quę præter expressum accusatorem vicem eius gerunt vt possit reus legitimè interrogari. Sed arguis, nõ omnes casus diuum Thomam connumerasse. Diximus enim. q.4.ar.3. crimen quoq; notorium & manifestum ius facere iudici condemnandi reum. Conceditur id quidẽ: sed tamen tunc nõ opus est reum interrogare: nunc autem merita tantùm quærimus quibus potest iudex secretum crimen inquirere. Igitur ad intellectum conclusionis supponendũ est ex cap. qualiter & quando. de accusation. tribus vijs patêre ius ad cognoscenda crimina, compellendosq; delictores vt sua propria confiteantur: videlicet via inquisitionis, denuntiationis, & accusationis. Et licet super eodem capitulo Iurisperiti plures inquisitionis species discernant, satis est tamen duas dignoscere. Vna est enim generalis, atq; alia specialis. Generalis est qua Prælati munere fungentes suo & (quod aiunt) officij debito, prouinciam, aut conuentum visitantes crimina disquirunt: quibus scilicet reuelãda sunt, eo ordine quo art. 1. quæstionis proximę dictum est. Altera verò est specialis, qua scilicet particulariter

iuriter inquiritur crimẽ alicuius singularis personæ. Denuntiatio quoque (vt suprà dictũ est) altera est fraterna, quæ procedit ad emendam fratris, & altera iudicialis, quæ tendit ad vindictam. Accusatio itidem duplex: altera in causa priuata, atque altera in causa publica. Sunt autem differentiæ multæ inter has vias. Denuntiatio enim quæ fit per correptionem fraternam differt à iudiciali & accusatione quinque modis. Primo ex fine, vt sæpe dictum est: quia hæc procedit solùm ad emẽdam: aliæ verò ad vindictam. Et ex hac sumitur secunda, quòd denuntiatio fraterna est officium charitatis: iudicialis autem & accusatio pullulat ex iustitiæ debito. Ob idq; sanctus Thomas de correptione fraterna tractauit in materia charitatis. 2.2. quæstio. 33. de alijs autem in materia iustitiæ, quæsti. 68. & duabus sequentibus. Tertiò dicunt eandem ob causam, quòd ad denuntiationem fraternam omnes, nemine excepto, tenentur: nam possunt subditi denuntiare prælatos, & filij parentes: neque infames aut excommunicati eximuntur sicuti in accusatione. Neque verò sacerdotes, vt habetur cano. tam sacerdotes. 2.4. quæst. 3. Quartò differunt forma. Nã in correptione fraterna semper requiritur admonitio, in reliquis verò non semper, vt nuper expolitũ est. Et quintò differunt ex parte termini: quia fraterna denuntiatio si frater emendatur cessat: sin minùs, rebellio exinde habetur pro accusatore, & incipit forum iudiciale: vt diximus quæstio. 4. Iudicialis verò & accusatio non cessant vsque ad punitionem. Differunt autem iudicialis & accusatio primò (vt dictum est) quia denuntiator etiam iudicialis non tenetur probare sicut accusator. Prætereà (vt habetur cap. inquisitionis. de accusation.) licet denuntiatio hæc ad vindictam tendat, non tamen denuntiato infligenda est tota pœna iuris sicuti accusato. ¶ Descendendo ergo ad istarum specierum singulas, statuimus conclusionem tertiam. Ille qui fraternè denũtiatur, tenetur prælato veritatem criminis sui fateri, tanquàm patri. Si tamen non leniter sed grauiter timet quòd tanquàm iudex machinatur eũ castigare, nequaquam tenetur. Conclusio hæc fit clara ex fine & scopo talis denuntiationis: quæ sola emenda est: non autem pũnitio. ¶ Quarta conclusio. Si denuntiatus fuerit rebellis qui neque tanquàm patri vult fateri crimen, iure compelli potest. Hanc conclusionem statuimus membro secundo, quæstio. 4. de correptio. fratern. cõtra Altisiodorẽ. lib. 3. tractat 23. can. 2. & contra Durandum in. 4. distinct. 19. quæstio. 4. qui putant si peccatum est secretum, nulla obstante rebellione cessandum esse. Sed est nostra conclusio sanct. Tho. 2.2.q.33.ar.8. ad primum argumentũ. Moderatur eam tamen ipse, & cum ipso illic Caiet. & Palu. 4.d.19.q.4. duobus limitibus; videlicet ea su quo crimen probari possit testibus adhibitis in secreta correptione vel alijs. Prætereà si spes vlla restat emendæ fratris: nam illa spe cessante illic cessandũ est, si peccatum est priuatum. Nã si serpit in perniciẽ publicam, modo suprà explanato, vel in detrimentũ tertiæ personæ, etiã si non emẽdetur, imò propterea q̃ non iniquũ propositũ ille nequam exuit, progrediendũ est. Et quãuis Caie. 2.2.q.69.ar.2. contrariũ videatur sentire, arbitror tamen illum denuntiatẽ, si est omni exceptione superior, valere pro teste in iudicio inde futuro, & pro semiplena probatione. Nam propterea in euangelio iubẽtur adhiberi vnus aut duo testes, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: quia scilicet ipse denũtians valet pro tertio. Et hoc habetur expresse cap. In omni. de testib. At verò quãtum ad illam restrictionẽ, quam nos quoq; in Relect. de secreto. q.2. anẽbri. 2. approbauimus: nempe q̃ etiam si denũtiatus rebellis fuerit, nisi spes sit eius emendæ non est iudicialiter procedendum, eò q̃ totus ille processus in bonum fratris tendit. At verò in contrarium videtur existere verbum euangelicum: Si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publican⁹. cui astipulatur can. tam sacerdotes. 14.q.3. vbi habetur q̃ tales incorrigibiles, ab ecclesia separentur. Quocircà arbitror q̃ licèt nõ sit citra spem emẽdæ ad alias iuris compulsiones & pœnas progrediendum: sententia tamen excõmunicationis est ab ecclesia fortè rebellis corã testibus denuntiationis separãdus, donec resipiscat. Diximus quando crimen vergit in damnũ publicum aut tertiæ personæ progrediendũ esse ad forum iudiciale, intelligendũ est tamen si aliter illud malum caueri nõ potest. Accidit enim tẽporibus nostris, vt quidã præmissa correptione fraterna denũtiauerit quępiam qui alteriùs cædẽ moliebatur: denuntiant autẽ tanq̃ patri: iudex autẽ nolebat denuntiationẽ ceu fraternam audire, sed tanq̃ iudicialẽ, vt lege in illum criminosum ageret. De qua re Adrian. anteq̃ esset Papa cõsultus, respondit nõ posse denũtiatorẽ illum cogi vt iudicialiter denũtiaret. Et fuit consultissima responsio. Est enim sententia Augustini. 2.2.q.7. cano. hoc videtur. vbi ait in eiusmodi casibus occultũ crimen illi esse reuelandum, qui prodesse potest, & non obesse. Intelligitur tamen si citra tale iudiciũ occurri poterat futuro homicidio: nam si aliter impediri

Universidad de Deusto
Biblioteca

necquiuerat, cõmutanda erat euãgelica denũtiatio in iudicialem. ¶Quinta conclusio. Sicuti denuntiationẽ fraternam debet præcedere admonitio, sic & inquisitionẽ specialem vel infamia, vel expressa iudicij. Dixerim specialem. Nã generalẽ (vt dictũ est) suapte autoritate potest prælatus facere. Conclusio est expressa in iure, extrà, de accusati. cap. cum oporteat, & cap. Inquisitionis. & cap. qualiter & quãdo. Secundò. Confirmatque illic eandem Summus Pontif. sacris oraculis, ex puta Luc. 16. vbi villicus non fuit in iudicium euocatus antequàm infamia eum proderet. Et Genes. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus, &c. Et ratio naturalis est quam suprà tractauimus: quia sine accusatore potest iudex desedus. ¶Est autem dubium de obiecta infamia, vtrum satis sit obortam esse de re ipsa, quod scilicet vel notorium, vel infamia publicum sit, vt inquiratur persona quæ nullam infamia læsa est. Facet (vt exempli gratia dixerim) cadauer cuiusdã hominis: vtrum liceat peruicacem disquirere quinam interfecerit. Et suffragantur affirmatiuæ parti hæc argumenta. Primum est consuetudo. Vbi enim notorium est crimen, statim disquiritur reus, licet nullus suspectus liter diffamatus: alias secus. & negligens haberetur iudex: populusq; vt plurimum esset scandalum acciperet, ac si iustitia dissimulatione lãgueret. Et extant præterea canones. 2. quæstio. 1. can. manifesta. Et de accusatio. cap. euidentia, quibus habetur quod euidentia patrati sceleris non indiget accusatore. Quin vero & patrocinari huic consuetudini apparet ius diuinũ. Legimus enim Iosue. 7. quòd cum Achan anathema occultus esset, crimen tamen notoria, sortibus inquisitus est, ac deprehensus. Accedit & autoritas diui Thom. quẽ Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. refert: scilicet quòd cum Parisijs ipso Bacchalaureo, furtum factum esset, consilio suo inquisitus est ille qui latebat fur. ¶His tamẽ non obstantibus iura canonica & euangelica, ratioque ipsa consuetudini refragantur. Et ideo statuitur negatiua responsio. Infamia delicti nõ sufficit nisi paucis exceptis casibus ad inquirendum reum, quem nulladũ oporteat de accusatio. Nisi super prædictis famam ipsius, scilicet personæ, læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem non subito procedatis. Et in cap. inquisitionis. iubetur nullum pro crimine super quo aliqua non laborat infama puniendum. Et in cap. qualiter & quando. sic legitur: Si super excessibus suis quis fuerit infamatus, tunc procedendum est ad inquisitionem. Et in testimonijs diuinis supra citatis de Villico & de Sodomitis exstat, personas ipsas fuisse infamia læsas. Deinde ratio id probat. Nam iura hæc fundantur in loco illo Matthæi 7. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Est autem temerarium iudicium de persona iudicare propter publicum crimen, ac subinde illa explorare. ¶Sum autem qui hinc tergiuersentur dicentes, quòd quãquam sic tuum non sit particulariter de singulari persona suspicari, aut quæ adeò neque percontari licet: tamen in genere disquirere quinam fecit. Attamen distinctio hæc fallax videtur. Etenim si qui interrogatus, tenetur particulariter rem prodere, eodem modo tenebitur particulariter fateri. Præterquàm quòd etiam ait dicere posset, vnum ex ceteris meis ipse forte interrogatus, qui tamen nihil sciret prodere contra eos: & quomodo vir ea dicere posset, quo minus vultu, habitu, vultus, vel de verborum ambiguitate deprehenderetur. Accedit huic vrgentissimum argumentum ex eo. Inquisitionis de accusato tuto rerum illic quòd etsi duo vel plures iurati affirment eum spretum crimen, vtpotè tamen tale nulla infamia laborat, nõ proceditur in ipsum via inquisitionis. Si ergo hoc verum est, quomodo ille qui nondum iuratus est, interrogari possunt, vt quem nulla insinuauit infamia ipsi prodant? Possent tamen fortasse in tali casu indicia inquiri: vt scilicet vicinia interrogaretur in qua horam fuerit occisus, quibus armis, & similia. Et tunc si illa indicia aliquem in particulari infamia denotassent, posset de illo inquisitio iniri. ¶Vnde ad autoritatem sancti Thom. dum iunior erat, bene Caieta. Responditio non permansisse in illa sententia: postquãm q. 69. ar. 2. eam non probauit. Quin vero fertur neq; tunc fuisse magistrorum calculis approbatam. Iura autem quæ aiunt euidentiam patrati sceleris accusatore non indigere, intelligenda sunt quando & patrator ipse, vel manifestus est, vel infamia detectus. Id vero quod de sortibus antiquæ legis adiectum est, nihil mouet. Nam cũ Deus cognitor sit vindicatorque vniuersorũ criminum, potuit illum totum populum sortibus illis deterrere, quibus expectabatur reuelatio diuini numinis. Vnde sensus illius, Da gloriam Deo, illuc spectat, quòd postquàm Deus ipse veritatem reuelasset, ille qui celaret, Deum subnotaret mendacij. Et ideo dare ei gloriam, erat veritatem confiteri, vt appareret quemadmodum Deus est occultorum cognitor: quod in gloriam suam magnoperè cedit. Illud autẽ scrutinium per sortes iam modò non liceret. Sicuti neq; illud Nume. 5. de inuestigandis mu-

Quinta conclusio.

Ratio conclusionis.

Dubium.

Primum argumentum partis affirmatiuæ.

Secundum.

Postremum.

Responsio.

lieres adulteræ citrà infamiam. Consuetudinem autem contrariam non est nostrum vellicare: ipsi viderint qui illam in vsum inuexerũt: inde enim iam nunc persuasum habent plebes, necessariam esse. Cùm tamen nusquàm iuris peritissimi illam induxisse videantur. Nisi in quibusdam casibus quos ad sex vel septem loco citato in Relectione nostra reduximus, atq; ad amussim perpendimus. De quibus Barto. ad. l. Iuliam. de adul. l. 2. post glossam. §. si publico. & super Extrauagan. ad reprimen. Et Doctores iuris canonici super citatis tribus capitulis, de accus. tractãt. Ex quibus casibus illi sunt planissimi qui contingunt in crimine hæresis & in crimine læsæ maiestatis. Tũc enim oborto rumore criminis disquiri possunt personæ. De cæteris verò illic, cui libuerit, nostra legat. Non enim postulat hic locus tam longam de hac re disputationem. ¶Hanc tamen regulam adhibendam hic duxerim, quæ infallibili (vt reor) certitudine casus omnes complectitur. Quibus licet notorio, diffamatove crimine, latentem reum inquirere. Ea autem est. Quãdocũq; accusare quisq; tenetur, puta dum crimen est in perniciem publicam aut tertiæ personæ: neq; est emendatum, sed pendet in futurum: iuste vnusquisq; interrogari vt testis potest, & prodere reum tenetur. Quo fit vt solùm ad vindicandum præteritũ crimen nequãquàm id liceat. ¶Quòd si quis forsan contra hoc arguat q̃ si infamia expectaretur, multa crimina impunita manerent. Anacletus Papa respondet, can. si omnia. 6. q. 1. q̃ permulta relinquenda sunt iudicio diuino. ¶Illud tũ argumẽtũ quod ex can. quidam maligni. 5. q. 1. huic sententiæ obijcitur, quia ei Caieta. super hac. q. S. Thom. 2. 2. q. 69. ar. 2. non (vt reor) pro dignitate satisfacit, non decet hic præterire. Casus textus est q̃ quidã libello nocturno secretario diui Gregorij infamiæ notam inusserat. & ait Caie. sub conditione latentem illum criminosum Pontificem excommunicasse: scilicet si non se reuelasset. Addit tamẽ excõmunicationem illã non ferri super conditionẽ, nisi se reuelauerit, sed super crimen: quia, inquit, potest delinquẽs prolapso delicto absolutè excõmunicari. Et ideo benignè inquit, cum illo actum est: cùm eius optioni relinquebatur, vtrum mallet se reuelare, q̃ sententia excommunicationis vulnerari. ¶Hæc autẽ responsio (vt in dicta Relectione latius ostendimus) profectò (vt bona venia dixerim) non est tanto Doctore digna. Primum enim q̃ pro delicto præterito quis, nulla ante delictum præcedente monitione, sententia excõmunicationis ferri possit, inauditũ est. Nam vt ex Euangelio planè colligitur, nemo potest tali percelli censura nisi ob mortale peccatum, idẽq; inobediẽtiæ: quia scilicet rebellis nõ vult ecclesiam audire. Neq; Paul. Corinthiũ illum ob cõmissum incestum Sathanæ tradidisset, nisi quia incorrigibilis erat. Ideo eũ separauit illum à consortio aliorũ: admonens illos nè cõmiscerẽtur fornicarijs. Obidq; postquàm correctus fuit, statim restituit reliquorum cœtui. Quanuis mos ille excõmunicandi forsan non erat qualis nunc est, vt excommunicati priuarentur suffragijs ecclesiæ sed in torturã tradebantur Sathanæ, quod fieri poterat ob cõmissam culpam: separati verò non nisi nè contagione plebem inficerent. Quocirca nulla est licita excommunicatio nisi præuia monitione: vt sanctè cautũ est cap. sacro. & cap. per tuas. extrà, de sententia excommunicationis. Ob id enim illi qui à iure præmoniti sunt, censuram excommunicationis ipso facto incurrunt. At cùm primùm parẽre parati sunt, veniunt absoluendi: quoniam coram Deo iam non sunt excommunicati. ¶Hinc ergo palam fit vt neque possit occultus peccator, qui nulla infamia denotatus est, sub illa conditione: nisi se prodat, excõmunicari: aliàs cuncta iura quę inquisitionis formam & ordinem delineant, corruerent. Textus ergo Greg. planissimus est. Nunquàm enim sanctissimus Pontifex cogitauit illum latentem diffamatorem extorsione excõmunicationis in publicum producere: sed hoc tãtùm ei præcepit, ad quod iure naturę ipse tenebatur. Nẽpe quòd vel produceret se vt crimen probaret quod alteri imposuerat: aut famam ei restitueret, quam nisi se proferendo restituere non poterat: sin minus, à sacrosancta Eucharistia sub pœna excõmunicationis deinceps abstinere. Excommunicatur ergo non pro delicto præterito, neq; nisi se prodiderit: sed pro futuro sacrilegio si ab Eucharistiæ susceptione in peccato existens nõ abstineret. ¶Atqui ex huius quæstiũculæ responsione facilè alterius solutio colligitur: videlicet vtrum ille qui propriũ fassus est crimẽ licitè possit de cõplicibus interrogari, qui nulla infamia læsi sunt. Nã etsi consuetudo parti affirmatiuę patrocinetur, ex his tamen quæ dicta sunt consequitur negatiua. Quin vero expressa est iuris vtriusq; determinatio: vt cap. cum monasterium. de confess. & cap. veniens. extrà, de testib. &. 15. q. 3. cap. nemini. &. C. de accusa. l. fina. &. ff. de quæstionib. l. repeti. quibus locis cauetur nè confessi super aliorum conscientias interrogentur: crimine læsæ maiestatis excepto: quo comprehenditur & hæreseos impietas. Tametsi alios etiã

Germana interpretatio citati textus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bartol. ſuper eâdem lege, repeti, excipiat: vt publicos latrones, & eos, qui falſam monetam cudunt. De his autem ſatis illic à nobis dictũ eſt. Et eadem regula quam nuperrimè ſtatuimus hic ſimiliter locum habet: videlicet quòd liceat reum interrogare de complicibus quando ipſe teneretur accuſare: nempe ad obuiandum futuro malo in damnum reipublicæ, vel egregiũ tertiæ perſonæ: non autem ad vindicandũ præteritum. Scio equidem contrariam vigere cõſuetudinẽ: neſcio tamen quo orta ſit iure. Profectò in conſcientia interrogatus, parêre non cogitur: vt Caiet. ait opuſ. 16. reſ. q. 5. Sed tamẽ ablit, vt qui tacere licitè poteſt, mẽdacium dicat, vt illic inſinuat. ¶ Enaſcitur autem hinc dubium aliud, vtrùm vice verſâ quando perſona diffamata eſt de vno crimine, interrogari poſſit de alijs occultis. Petrus enim de Palude in. 4. diſtin. 19. q. 4. affirmatiuè reſpõdet. Cuius fundamentum eſt q̃ ratio ob quã non licet de abditis iudicare, non ſumitur ex eo quòd peccatum ſit occultũ, ſed inde quòd ſecretus ſit peccator: qui ideo per vnius delicti confeſsionem detectus interrogari deinceps poteſt ac debet an alia cõmiſerit. Verũm hanc tamẽ opinionẽ & Adrian. quolib. 11. & Caieta. 2. 2. q. 69. art. 2. meritò cõfutant. Nam expreſsè in canonibus citatis vtriuſq; infamia exigitur, ex qua ius inquirẽdi naſcatur, ſcilicet tã delicti q̃ delictoris. Eadẽq; eſt ſententia ſancti Thomæ. 2. 2. q. 70. art. 1. & ratio eſt in cõperto. Poteſt enim quis adulterij infamia obſcurari: qui tamẽ circa furtũ, aliaq; ſcelerũ genera ſerenũ habeat nomẽ. ¶ Attamen duobus modis licet conuictum de vno crimine, de alio interrogare. Vno, quando notum crimen indicium eſt alterius: vt ſi quis infamatus eſſet conuictusq; de adulterio, & adulteræ coniunx reperiretur in ſuo lecto necatus, interrogari poſſet an reus eſſet talis homicidij. Et ſi quis de homicidio conuictus eſſet, & cadauer nudum inueniretur, interrogari poſſet ſuper ſpolio. Secundus caſus eſt, quãdo vnum crimen, alterius eſt circunſtantia: vt qui de conſuetudine cum puella conuincitur, iure interrogatur an ipſam defloruerit. ¶ At verò de hac infamia quæ viã inquiſitionis antecedere debet, vtrũ ſit certo numero teſtiũ deſtinata, non ſatis inter Doctores conuenit. Plerique tamen ſuper illo cap. Inquiſitionis. cẽſent denarium numerũ ſatis eſſe. Attamen de hoc numero nihil in iure habetur, ſed id ſolùm q̃ propter dicta paucorum non debet quis infamatus reputari: niſi opinio eius apud ꝓbos & graues læſa exiſtat. Quocirca an infamia ſufficiens ſit, prudẽtum arbitrio æſtimãdum eſt: vt ſcilicet perpendant quando iã rumor ſit frequens. Numerus autem ille denarius inde authoritatem nactus eſt ad infamiam, quòd ſufficit populũ conſtituere. Nihilo minùs nulla eſt regula alia regula certior quàm gloſſa dicti capituli, quæ ait, quòd ſi rumor ſit ſparſus per maiorem partem viciniæ aut collegij, aut vniuerſitatis, illa eſt ſufficiẽs infamia. Hanc enim cõmen dat Barto. ff. de quæſt. l. de minore. §. tormenta. vbi ait, fama eſt communis opinio, voce manifeſta, ex ſuſpectione proueniens: quæ ſi ſit de malo, dicitur infamia. Requiritur ergo in primis bonorum opinio. Nam perditorum clamor atq; hominum infimæ claſsis, legitimam infamiam non conflat. ¶ Hæc de infamia. Indicia autem, vbi non volat infamia, non qualiacunq; ait ſanctus Thomas, ſed expreſſa eſſe debent, & quæ prudentia iudicis vehementer reum indicent antequàm ius emergat, inquirẽdi. Vide quàm ſancti ſanctaq; iura famæ & honori conſultum curauêre delitescentis rei. Iamẽ cùm maluerint aliqua crimina impunè fieri, q̃ delinquentes occultos de poſſeſsione honoris ſui, famæque, & vitæ temerè depellere. ¶ Semi plena autem probatio cenſetur vnus teſtis omni exceptione ſuperior. Sed repetis fortè cõtra hanc definitionem argumentum ſuprà factũ, ex cap. Inquiſitionis. de accuſa. vbi cauetur etiam ſi duo vel plures iurati teſtes crimen pandant, niſi infamia reus laboret, nõ patêre inquirendi ius. Reſpondetur autem argumentũ concludere ſemiplenam probationem: quin verò plenam trium teſtium non ſufficere ad inquiſitionem: ſed ſemiplenam probationem tunc facultatem facere interrogandi tam reum quàm alios teſtes, quando proceditur via acculationis. Atq; hæc eſt mens S. Tho. ¶ Ex his autem reliquum fit dubium aliud, vtrùm reus in foro aut exteriori aut conſcientiæ compulſus ſit veritatem reſpondere antequàm certior fiat, iudicem iure ipſum interrogare: an illicò ei potiùs debeat ſimpliciter credere. Reſpõdetur nequã quam compelli, quouſque illi conſtet more & lege interrogari. Etenim qui bona ſua, honorẽ, & vitam iure poſsidet: quouſque ius alterum ſibi innotuerit quo debeat illorum iacturam facere, non adſtringitur illa dimittere: aliàs prodigus eorum eſſet. Atq; id maximè in rebus grauioribus: ſed in his potiſsimùm quæ vitam in diſcrimen obijciunt. Nam in leuioribus debet ſubditus prælato fidẽ adhibere, illi tamen prorſus quem probum nouit, prudentem, & ſcientiæ peritum. Igitur vbi primùm reo notũ fuerit ſecũdùm iuris ordinem interrogari, ſub pœna peccati mortalis detegere veritatem etiã iuratus tenetur, multò tamẽ ſanctiùs ſi iuratus interrogetur. Loquimur nunc modò ex genere rei. Nam ob leuitatẽ materiæ iam ſuprà dictum eſt fieri poſſe vt negatio veritatis etiam in iudicio venialis ſit culpa. Quocircà reus qui veritatem negat, etiam illam quã in mortem adigitur, nullatenùs eſt ſacramento confeſsionis abſoluendus quouſque illam aperiat. Debent tamen confeſſarij conſiderata maturitate tũ vtinè calamitoſum morti temerè addicãt: ſcientes in re dubia propẽdendum eſſe potiùs in fauorem rei. Et ideo niſi meridie clariùs lex illos cogat, nõ ſunt miſeri cogendi maximè in cauſa capitali, aut honoris & famæ: dum ex altera parte non agitur de tanto periculo aliuſ tertiæ perſonæ: ſed debent priùs rimari an iudex legitimus ſit, an reus aliquo ſit priuilegio exemptus, puta quia clericus: an denique plenè conſtet cuncta legis merita fuiſſe ſeruata. Præterea illa debent eſſe prudentia, vt etſi reus auſcultare nolit eorum ſententiam, diſſimulatiſsimè id ipſi extra confeſsionẽ celatam rem ſeruent. Solent nanq; ſæpe iudices de confeſſarijs facie delictum expiſcari. Ecce quando reus tenetur & iuſtus teſtis veritatẽ patefacere. ¶ Quod autem plus dubietatis & anxietatis afferat eſt, noſſe, quando vel reus vel teſtis præter iuris ordinem inique cogitur, cùm nullatenus ei (vt ſuprà dictum eſt) mentiri liceat, etiam ſi ſalus totius reipublicæ illic periclitaretur, qua ſe poterit prudẽtia defendere, quòve ſuffugio elabi. Hæc fuit in illa noſtra Relectione citata mẽbri. 3. q. 3. vbi cuncta credo tetigimus quę à noſtro puſillo ingenio deſiderare quis poterat. Vt autem ſummatim dicamus, complures ſecretorum gradus & ordines dignoſcuntur. Quorũ ſummus eſt qui ſacramentali confeſsioni debetur: ob idq; de illo conſtitutiſsimum eſt confeſſariũ vere reſpondere ſe neſcire quod in ſacramento audiuit: quoniam huius contradictionis, ſcio, neſcio, vtraq; pars diuerſis ſentibus eſſe poteſt vera. Nã licet prior ſimpliciter vera ſit, ſi ſcire pro eo vſurpes, quod relatu creditis, poſterior nihilo minus eſt vera in hoc ſenſu: quod neſcis tanquàm homo, vel quia neſcis vt dicas: de hoc autem non eſt præſentis loci diſputatio: illic enim ſatis ſuperq; dictum eſt. ¶ Vnum hic tamen repetere admonendo nõ ceſſabo, contra quod paſsim grauiſsimè peccari video: nempe quàm debeat eſſe recõditum, quamq; ab exteriori foro ſemotũ confeſsionis ſecretũ. Video inquam ſæculares iudices, iinò & peius eccleſiaſticos ſuas ſæpe cauſas ad cõfeſſarios remittere, à quib⁹ rei informati veritatem poſteà fateantur in iudicio. Idq; præcipuè in cauſis matrimoniorum quę clàm fiunt. Cùm tamẽ multò minus eſſet periculi ſi mille eſſent illegitimi coniugati & in perpetua fornicatione perſiſterent quàm illa via procedere. Arbitrantur enim iſti iudices neminem poſſe in confeſsione ſacramentali mentiri: & tũ & adultera & puella, imò vulgaris homo qui ſemel veritatẽ in iudicio negauerit, paratiſsimus eſt etiam in confeſsione id contegere: quà ideo ratione patentiſsima illis offertur occaſio, vt ſacrilegium faciant mentientes in confeſsione. Et quando id non contingat, faciunt eiuſmodi iudices cõfeſsionem odioniſsimam. Nam cùm videat indocta plebs per illam viam in iudicio compelli, quis nõ illam reformidet? Perſuaſiſſimum ergo Chriſtianis eſſe debet ſecretũ illud nulla prorſus ratione reuelari poſſe: magis q̃ ſi Deus ſolus ſciret. Aliàs apertiſsimo periculo exponeretur ſacroſanctum ſacramentum, vt homines non auderent ſua illic patefacere crimina. Caueri ergo ſanctiſsimè debet ab hoc ſacrilegio ne iudices in ſuo foro ſacramentũ confeſsionis nominent. Neque ſacerdotes ſi qui ad illos inde remittãtur, vllo modo eos audiãt. Imo & iudices ipſos acerrimè reprehendant. Interſtat ſacer limes inter vnum forum & alterum, quem tranſgredi ſacrilegium eſt, in rem publicam Chriſtianã peſtilentiſsimũ. Sed quò ad rem de iudicio exterioris fori reuertamur. In eiuſmodi ſecretis ſunt etiam gradus quantum ad fidem quæ ipſis ſeruandis debetur. Et enim qui per iniuriã ab altero ſecretum extorſit, arctiſsimo nexu ſtringitur illud ſeruandi. Adeò vt ſi illius reuelatione periclitaretur alterius vita, dicere auderem quòd debet ipſe periculum anteà ſubire proprium, quàm illum detegere. Poſt hoc eſt illud quod quis prudenter, vel tanquàm prælato vel tanquàm amico, alteri concredit. Tunc enim etſi nemo obligetur mortẽ oppetere vt illud celet dũ ab illo extorqueretur, tenetur tamen quàm poſſet maximè illum contegere. Deinde ſequuntur alij gradus remiſsioris obligationis. Vt ſi ſcis ſecretum vel quod alter temerè effutiit, vel quod caſu vidiſti. ¶ At nè quæſtione ſequenti de teſtibus eadem nos occupet quæſtio, de omnibus tã reo quàm teſtibus conſtituitur ſexta generalis cõcluſio. Licet cuicunq; præter ius requiſito primùm non reſpondere, mox appellare. Quin verò & quo potuerit pacto ſe defendere, ne loquatur: licuti cõtra priuatam perſonam. Nam iudex multo grauius mortaliter peccat (quod apprimè animaduertere debẽt) dum tali vi ſecreta exprimit, quàm ſi priuata eſſet perſona: eò quod cum ſit iuſtitiæ patronus & cuſtos, eidem

Dubiũ alterum.

Paludani ſententia, Fũdamentũ Paludani.

Adrianus. Caietanus.

S. Thomas. Ratio in Paludanum.

Soluitur.

Vna dubitat vtrũ effectus ſpolij.

Soluitur.

Dubitatur.

Quæſtio ploquens. Argumẽtum.

Soluitur.

Dubitatur de hac infamia grauitate.

Sexta concluſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eidem iustitiæ authoritate publica vim infert. Quamobrem dū per iniuriam extorsit crimē per illam confessionem non potest reum condemnare: quia ex iniuria nullum nascitur ius. ¶Si verò nullum aliud remedium interrogatis reliquum fit, pro tali casu est cōclusio septima. Cōclusio.7. Possunt ac debent sic contra ius requisiti quacunq; vti amphibologia, quam vsitatus sermo citra mendacium ferre possit. Nam si talia verba nullatenùs sensum verum admitterent, mēdacium parerent, quod nullatenùs licet. Et quidem antiquus doctorū clypeus ille erat, vt interrogatus diceret, Nego proposita vt proposita sunt. Et re vera inter synceros iudices illa esset legitima responsio: sed tamen quoniā iam illa minimè contenti vrgentiùs instant, distinctione opùs est. Dū enim testis de alieno actu interrogatur, faciliùs ,ptegere se potest, quàm si interrogaretur de proprio. Arbitror enim, licèt non sit eo gradu certum quo in confessario, posse ritè respōdere se nescire: vt si interrogetur an alius quispiā, puta Petrus occiderit, illudve aut aliud fecerit, fueritve tali hora in tali loco, aut quicquā simile, per quod veniri possit in notitiam criminis. Probatio cōclusionis. Enimuerò cùm voces sint conceptuum signa, oratio illa, nescio, recipere hunc sensum citra mendaciū potest: Nescio vt tibi modo dicam. Quare nō aduersatur alteri veritati. scio simpliciter: etiam si propriis oculis id de quo interrogatur vidisset. Nam si tantum auditu illud teneret, dubium non est, quin posset respondere se nescire. Quando quidem quod credimus, non propriè scimus. Et confirmatur conclusio. Iudex scisciari de occultis non potest: imò vt habetur. c. qualiter & quando. 1. de accusat. debet interrogans excipere occulta crimina, admonens testem nè illa detegat: ergo quāuis ipse astu exceptionē non explicet, legibus ipsis intelligit expressa. Quocircà iuramētum calumniæ vel quodcunq; aliud testiū, eo moderamine intelligitur, ꝙ ille iuratus dicet veritatē secundùm ius. Atq; inter alias expositiones hæc optima est & textui genuina illius loci, Marc. 13. de illo die nemo scit, neq; filius hominis. Cum enim Apostoli Christū sciscitarentur, Dic nobis quando ista fient: ipse respondit, De die illo nemo scit, neq; filius hominis. Quasi dixisset, Ad finem redemptionis quam filius hominis operatur nō pertinet illum manifestare: sed potiùs reticeri. Quare filius hominis nescit vt dicat. ¶Attamen dum interrogatio fit de ,pprio actu: vt scilicet si vel testis interrogetur an viderit, vel audierit, vel adfuerit tali loco. Et pariter si reus interrogatur an fecerit hoc vel illud, illic perplexior sit locus euadendi. Nam dicere, Nescio, ridiculum esset. Potest tamen dicere, Non memini: nam eundē sensum recipit, quem, nescio scilicet, vt dicam. Si tamē res est tam proxima, vel tam insignis vt illa respōsio fiat etiam deridicula, difficilior fit multò euasio. Nā dicere, Non vidi, vel, Non audiui, non mihi satis videtur eundem sensum admittere, quem, Nescio. Nec auderem sic ego respondere si vidissem. Quanuis in audire, tolerabiliùs idem permittatur sensus. Nam etiam audimus vt dicamus. ¶De reo autē multò est res grauissima. Dum enim interrogatur an occiderit, vel furatus fuerit, vel de quocunq; alio proprio actu, eludere interrogationem nequit, dicendo se nescire, neq; (vt diximus) admitteretur si dicat se non meminisse. Quod autē liceat ei dicere se non fecisse, nullatenus est sustentabile: quoniam, Non feci, nullo modo amplecti potest sensum, Non feci vt dicam: Facere enim non habet eandem cōnexionem cum eo quod est, vt dicam. quam habet, scire. In communi enim colloquio vbi sermo oritur de re aliqua quam secretò seruare volumus, licèt quis respondeat se nihil scire, non existimatur mendax, etiam si credatur id secretò nosse. Si tamē sermo esset de re quam alter fecit: qui scīēs rem illam fecisse, diceret, non fecit: aut, non ita res est, profectò mendax meritò haberetur. Idem enim est prorsus, Non feci, &, Non ita res est. quod porrò nullo sensu à mendacio excusari potest. Scio Adrian. 4. sent. q. de sigillo cōfess. Sententia Adriani. dicere, quòd reus contra ius interrogatus potest etiam iuratus respondere non solùm nihil de illa re nouisse: verùm interrogatus an fecerit, potest, inquit, secundū omnes Doctores respōdere se non fecisse. Nescio tamen qui sint omnes illi doctores, quia neminem vidi: imò indubius credo, id neutiquàm licēre. At quia neminem dico, est vtiq; Caiet. opus. 16. ref. q. 5. quem suprà citauimus: qui ait, inquisitū præter ius de occultis complicibus respondere posse non habere cōplices: quod si verum esset, cō sequens fieret vt de se quoq; iniustè interrogatus respondere posset non fecisse. Quod ego profectò adduci non possum vt credam. Quo niā nulla amphibologia valet eiusmodi responsa à mēdacio excusare. Et est mihi apertissima demonstratio hæc, quòd si illud non esset mēdaciū, vana tunc fuisset cura & solicitudo omnium Doctorum admonendi non licēre neq; pro vita seruanda in iudicio mentiri: quia nullum aliud mēdacium cauere volūt, q̄ hoc quo quis apertè negat se fecisse, quod fecit. Quæro enim ab istis, an si iudex diceret tu occidisti, respondens reus, nō ita est, mentiretur: profectò non

non est dubiū. Quare nec adulteræ à marito nudo gladio interrogatæ an amicū admiserit dicere fas est non admisisse, si id modo falsum est. Neque posset à mendacio excusari si cum eum admisisset nudius tertiùs, absolutè respondisset non admisisse: intelligens heri: nā illa negatio vniuersalis est. ¶Quid ergo remedij est? profectò nullum: nam hominū iniquitatibus, postquām semel iuris synceritatem pessundāt, nullis potest legibus obuiā iri. Sed miseris necesse est mortem, velut martyres perpeti, ante quām ius naturale & diuinū mentiēdo transgrediantur. Quod enim remedium excogitare potest misera puella cùm mortem tyrannus ei minatur, nisi secum turpiter consentiat? profectò nullum: sed gladio potius succumbēdum illi est. Eodem modo cui eādem mortem offerret, nisi mendacium proferret, moriēdum esset. Et talis est casus dū tyrannicè iudex reū in tales angustias redigit, vt vel mentiri debeat, vel mori. Hæc truncatim de hac materia hic dixerim: quoniā nec res est quæ hoc loco plenariè disputari deberet, & in dicta nostra Relectione copiosè extat discussa.

Ad primum opinionis. AD primum igitur argumentum in contrarium respōdetur, iura ciuilia multa impune permittere quæ non ideo approbant diuinę leges: vt meretricia. Atq; hac ratione quia Adhuc. ferre mortem, quæ secundùm Arist. 3. Ethicorum terribilium omnium terribilissimū est, egregię virtutis est, illiusq; fortitudinis culminis quod rarissimi homines attingūt, leges humanæ nullā supplicia illis statuerūt, qui cum accusationibus trāsigerēt vt se à morte eriperent: licèt anAd secundū te tribunal Dei culpa nō careat. ¶Et similis est argumentū. responsio argumenti secundi.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm reo liceat iudicium per appellationem declinare.

TERTIVM vitium rei est subdola cauillosaq; appellatio. Arguitur ergo quòd reo non liceat iudicium per appellationem declinare. Primum videtur hoc contradicere dōcumēto Pauli ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nam appellatio, quæ dā est recusatio iudicis, & ab eius obedictia exArgum. 2. emptio. ¶Secūdo. Maior obedientia debetur ordinarijs iudicibus, qui publica potestate polleant, quàm alijs quos arbitrio tuo elegeris: sed ab electis communi partiū consensu appellare non licet: vt patet. 2. q. 6. can. à iudicibus. ergo nec ab ordinarijs. Argum. 3. ¶Tertiò arguitur. Si appellare licitū esset, quocunq; tēpore liceret: præsiuitur autē à iure tēpus decem dierū ad appellandū: vt patet. 2. q. 6. can. Anteriorē. ergo appellatio nō est licita. ¶In cōtrariū est exemplū Pauli, qui, vt refertur Act. 21. appellauit ad Cęsarē.

BReuissima est atq; facilima quæstio, ad quā duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Licitū est reo quando iustitiæ confidit, qui iudicis fortè grauamine premitur, appellare: dū modò ad legitimum appellet iudicem. Conclusio est manifesta, etiam naturali iure: quoniam vt se suaq; quisq; defendat, tutela & beneficio vti potest, quod ratio naturalis ei nō denegat. ꝙ autē id nulla ratio naturalis vetet, patet: quia ea maximè esset, obedientia: hæc tamē non obstat: quia nemo obedire tenetur inferiori, nisi quatenus ille superiori subalternus est. Est em̄ iudicum ordo sicut causarum naturalium, quarum in suis influxib⁹ alia est aliis subdita. Quare eādem cau. &. q. can. Omnis oppressus. cōceditur afflictis reis appellare, iubeturq; vt à nullo prohibeantur: sed fulciantur potius & audiātur. Et can. præcedenti, Appellanti nō debet afflictio vlla carceris aut retentionis iniuriare custodia. Sunt autē multæ à iure præscriptæ cæremoniæ & formulæ appellandi de quibus nō est præsentis loci prefsius dicere. Quod autem habetur in can. Catholicus, videlicet ꝙ si quis fidelium ad iudicē pronocauerit infidelē, excō municetur: de Apostolica doctrina sumptum est. Obiurgat enim Paulus Corinthios in cap. 6. prioris epistolæ, ꝙ frater cum fratre iudicio contēderet, & hoc apud infideles iudices: cum inter seipsos possent suas componere lites. Nā vbi fides nō est, neq; rectū esse potest iudiciū. Intelligitur autem illa prohibitio de illis catholicis qui inter catholicos viuūt: nam illi nostrates qui in terris infidelium negotiationis causa commorari permittuntur, nihil peccant si corā ipsorum iudicibus, vel actores comparęant vel rei. ¶Posterior conclusio. Appellare ad superiorem causa aut repellendæ aut differendæ iustæ sententiæ, iniustū, & iniquum est. Probatur: quia sicut imponere reo (vt suprà dixim⁹) calumnia est, sic imponere iudici: ille autē qui subdolè & vafrè appellat, præterquàm quòd obedientiam violat quam iudici debet, re ipsa imponit illi falsum, quasi iniustam sententiam tulerit: insuper & impedimēto illi est nè suum persequatur munus: atq; adeò eisdem de causis iniuriam illi irrogat. Quapropter in eādem cau. &. q. can. quicunq;. præcipitur vt tales appellationes non recipiantur. & can. omninò.

Prima conclusio.

Ratio conclusionis.

Paulus.

Postrema cōclusio.

Probatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio. eiusmodi appellantes puniri iubentur. ¶ At verò sciscitaris circa priorem conclusionem vtrũ licitum sit & condecens sic religionum familias instituere vt appellare prohibeantur. Apparet enim id neq; decêre, neq; verò licêre: tũ quòd præcipuè in causa capitis, quam tantoperè nos natura admonet vt defendamus, nemo debet naturali beneficio orbari, quo se tueri potest: tum etiam q̃, vt eadem cau. & q. habetur, vtroq; canone, Ad Romanam. Christianis vniuersis hoc indulgetur beneficium, vt quoties se quisq; premi senserit, ad Romanam

Ratio hæsitandi.

Responsio. sedem tanquam ad caput prouocatione confugiat. Respõdetur nihilo minùs perquàm sanctè è religiombus abigi appellandi vsum: nam etsi fortãsse accidere quandoq; possit vt monachus aliquis iniuria læsus affligatur, tamen ex alia parte talia dãna (quæ rarissimè contingũt) pace & quiete compensantur: neruus enim & decus religionis in hoc maximè consistit, vt altissimo inter se silentio, omnia veluti inter fratres, quæ sua est professio, planiter tractent, & transigant: neq; se sæculo prodant. Etenim vbi primum religionum causæ clausitrorum metas exierint, actum de illis est. Quocirca institutiones ipsas sic Pontifices confirmarunt, vt appellationes prohiberent. Non quòd per hoc summis ipsis Pontificibus obedientiæ quicquàm fit ademptum. Quicunq; enim quãtumuis inclusus monachus ad ipsum appellauerit, iure id faciet: verùm quòd sic consultum est religionum incolumitati. ¶ Sed & circa secundam cõclusionem dubium prætereà restat, vtrum reo etiam dum iustè credit ab inferiori condemnari, liceat superiorem interpellare: ea nimirũ spe ductus vt superior, vel fauore, vel quia diuersam habet iuris opinionem, reuocabit sententiam, vel illa dilatione poterit se ipse eruere. Est

Dubitatio.

Argumentũ partis affirmatiuę. enim à parte affirmatiua argumentum quod postquàm intra limites obedientiæ iure id permittitur, videtur posse illuc subterfugere: nam (vt dicemus statim) licet ei è carceribus fugere. Accedit & vsus: nam quicunque, si potest, appellat. Respondetur tamen id certè non licere: sed esse peccatum genere suo mortale, vbi quis certissimus est merito esse condemnatus, etiam ad mortem, per appellationem iudicium eludere: nam est cõtra iustitiam & in reipublicæ detrimẽt immam sæpissimè illis prolatationibus iudices & ministri vel lassãtur, vel corrumpuntur: & restant scelera impunita. Secus si aliquo pacto de æquitate sententiæ dubitaretur.

Solutio.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum respondetur, q̃ quando inferior iudex fines trãsgreditur iuris, exorbitat ab ordine superioris: & ideo subditus nullam transgreditur obedientię lineam si ad superiorem recurrat: quoniam nemo constringitur parêre inferiori, nisi quatenùs ipse perseuerat in superioris ordine. ¶ Ad secundũ respondetur q̃ in vtroq; esse peccatũ vsu venit, scilicet in iudice perspiciẽtię defectu, per quem iustã causam dat reo æquiorem aliũ interpellandi: & in reo defectum constantiæ: quia non persistit in eo quod semel elegit. Vtde licet ordinario iudici firmior obedientia q̃ arbitro debeatur, tamen quia ordinarius non à reo eligitur sed eius authoritas pendet à superiori, fit vt quando ille ab eius ordine exit, possit reus citrà inconstantiæ notam prouocare: quando verò litigantes communi consensu sequestrem elegerunt, propter eorum inconstantiam non permittuntur appellare. Attamen si tres fuerint electi, & duo sine tertio sententiam tulerint, appellare licet: vt subditur statim in c. fanè. ¶ Ad tertium argumentum respondetur quòd cum appellare officium sit virtutis constringi debet ab vtroq; extremo: nempè vt ita beneficium reo concedatur, vt tamen non cedat in accusatoris iniuriam. Ob idq; antiquitus biduum aut triduum cõcedebatur reo vt posset appellare: post verò indultum est tẽpus decem dierum. Nam si quantocunq; elapso tempore appellare liberum esset, nulla esset firmitas in iudicio & sententia, sed semper esset ex arbitrio rei pendens. ¶ Atq; eandem ob causam interdictũ est super eodẽ articulo tertiò appellare. vt patet extrà, de appel. cap. Directæ. vbi permittitur appellare bis: & cap. fua nobis. vbi prohibetur appellare ter. Et est expressus titulus in Codice, lib. 7. nè liceat in vna eãdemque causa tertiò prouocare. Iam verò Romæ inclutus est cõtrarius mos: vt scilicet tres sententiæ expectẽtur cõcordes. Ea fortè causa q̃ technis fraudibusq; humanis in dies crescentibus, aliter satisfieri litigantibus non posse creditum est: nam cùm hæc ex iure pendeant positiuo, potest summus Pontifex illa pro temporum varietate mutare. Ille autem nocentissimus intolerabilisq; stylus est, vt litigatores permittãtur causas in fruſtra lacerare, & nouos articulos effingere, vt à quocũq; iudicis verbo appelletur, & de singulis expectentur tres sententiæ, atq; hac ratione lites immortales fiant.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm liceat condemnato ad mortem se quacunque via defendere.

Postre-

ROstremum remedium quod reo sit peresse videtur est, vt se defendat, tũc præsertim dum morti addictus est. Arguitur ergo id licitum esse. Naturalis in

Ad primum argumẽtum. clinatio semper est licita, cùm Deo authore illa sit vniuersis rebus indita: inter inclinationes autem naturæ, summa cunctis rebus inest vt se se conseruent: inde enim nascitur vt summam exoptemus fœlicitatem, in qua perpetuò permaneamus: ergo ad tuendam vitam quæcũq; nobis defensa licet. ¶ Secũdò perinde sentẽtia

Argumẽ. 2. fugiẽdo declinatur, atq; resistendo: fugere autẽ licitum est, secundùm illud Eccles. 9. Longè esto ab homine potestatẽ habẽte occidendi & non viuificandi: ergo & resistere licet. ¶ Tertiò. Plus homo sibi ordine charitatis tenetur q̃

Argumẽ. 3. alteri: licet autem alterum periculo mortis eripere, secũdùm illud Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortẽ: & eos qui trahuntur ad interitum liberare nè cesses: ergò & cuiq; licet seipsum à morte liberare. ¶ In cõtrariũ est Apostolus ad Rom. 13. Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, & ipse sibi dãnationem acquirit. Etenim qui à suo se iudice defendit, potestati resistit quæ diuinitùs ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorum instituta est.

Solutio. QVæstio hæc per distinctionẽ est dissoluenda. Contingit enim quempiã, aut iustè dãnari aut iniustè. Et secundùm

Prima conclusio. hæc duo membra duæ sunt secernendæ cõclusiones. Prior est. Nemini iustè ac iuridicè condẽnato licet se à legitimo iudice defẽdere. Et ratio (præter testimoniũ citatum Pauli) est quòd

Secunda cõclusio. bellum nequit esse vtrinq; iustũ nisi vbi ignorantia alterutrã partium excusaret: iudex autẽ, iustè capit, tenet, supplicioq; addicit legitimũ reum: nõ ergo reus iustè potest illi resistere: sed

Ratio cõclusionis. est suo genere mortale crimen. ¶ Posterior cõclusio. Cuicũq; iniustè condẽnato fas est iudici resistere, vbi tamen nõ daret scãdalũ ex quo

Obiectio. grauis turbatio timeretur. Conclusio est nota: quoniã iniqua sententia nullã subdito inducit obedientiam: quin verò iam tunc iudex nõ publica, sed priuata vtitur authoritate: crescit autẽ inde eius culpa, q̃ prætextu iustitiæ iniuriam infert, & violentiã. Vnde Ezechi. 22. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapiẽtes prædã ad effundendum sanguinẽ: ergò sicuti à lupis, sic se quisq; potest ab ipsis tueri, nisi graue inde metueretur scandalum. ¶ Emergunt tamen

Prima dubitatio. ex his cõclusionibus rationes aliquot dubitandi. Et primum omniũ offertur dubiũ de innocente qui secundùm allegata & probata condemnatur: videlicet vtrum sit illis connumerãdus quibus posterior conclusio suffragaĩ, vt se defendãt: an verò illis quibus refragratur prior, præcipiens vt pareant. Nam quòd se possit defendere, argumẽtum est sua innocentia. Durissimum enim est manus innocentis ligare qui per iniquitatem accusatus est: id præsertim in causa mortis: cùm natura cuilibet ius faciat defendendi sese. Sed ex altera parte est nihilo debilius argumentum, quòd illum iudex iustè condemnauit. Et ponamus eundem etiam iudicem credere illum esse nocentẽ. Quare si damnato liceret se defendere, bellum esset iustũ ex vtrâque parte. ¶ Res profectò grauis est: & qui à parte innocentis censeret, respondere ad contrarium argumentum posset, quòd bellum simpliciter est iustum ex parte innocentis: sed tamẽ iustitia iudicis fundatur in falsa præsumptione, quę innocenti ius protectionis nõ adimit. Nihilo minùs non auderem ab hac parte stare sed crediderim (vt quæst. 4. dicebamus) quòd si eiusmodi innocens posset citra graue scandalum, & citra vulnerationem iudicis eius que ministrorum se protegere, posset quidem: vt pote non solùm fugiendo, verùm & includendo se in locum munitum, & fortè armatis territando ministros iustitiæ: & dum capitur, connitendo se eripere etiã pellendo ministros. Attamen si nõ posset se defendere nisi inflictis vulneribus, neutiquàm crediderim id licêre. Nã primùm id non fieret sine grauissimo scandalo, quod peccatum est. Secũdò arguitur. Iudex in tali casu non solùm licitè reum inuadit, verùm & iustitiæ præcepto ita compellitur, vt si nõ faceret, grauiter peccaret. Nam faciamus testimonia esse legitima, & iudicem habere illum pro reo: durissimum autem concessu esset quòd iudex teneretur prælium contra hominem aggredi, qui iustè posset etiam se contrà prælio defendere: nam etsi in bello possent cõtra se inuicem duo hostes iustè pugnare, quia alterum ignorantia excusat: est autẽ longè dissimilis ratio: quia allegata & probata secundùm iura obligant iudicem reum damnare. Itaque iudex etsi decipiatur credens illum esse reum: tamen non decipitur in hoc, quòd etiam si sit in secreto innocens, tenetur illum dãnare. Præterea q̃ ipse sit persona publica & reus priuata, plurimum ad rem facit. Adde quòd si prætorem vel occideret vel vulneraret, licèt postmodum de eius innocentia constaret, nihilo se cius ob id quòd illa se vi defendisset puniretur. Signum ergo est quòd in conscientia id ei minimè licuisset.

Argumẽtũ.

Solutio posi tæ dubitationis.

Ad primum argumẽtũ. AD primum igitur argumentum in principio quæstionis respondetur, quòd inter inclinationes naturales illa est potissima, vt ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationalis homo nihil contra rationē inceptet: Ob idq; vniuersale desiderium omnium creaturarum conseruandi se, debet homo rationis moderamine exequi. Quapropter vbi citra iniuriam reipublicæ in suo se iure non valet asse rere, vitam potiùs quàm rationis ordinem deserere debet. ¶ Argumentum autē secundum multa exigit diluenda dubia. Respondet enim S. Thomas q̄ cùm nemo ita condemnetur, vt mortem sibijpsi inferat, sed tātùm vt patiatur, nullus tenetur facere illudvnde mors sequatur: quod contingeret si sua sponte maneret in carcere. Et ideo cùm ei fuga patet, arripere potest. Verùm tamen non potest resistere ministro iustitiæ: nam hoc non solùm esset non agere suam mortē, verùm resistere ne patiatur. ¶ At verò contra hanc solutionem sunt argumenta permulta. Primum, quòd nemo potest suā custodire vitam cum alieno damno, quale daretur custodibus contra quos si fugeret, lege ageretur. Ad hoc autem respondetur hoc accidentarium esse: quòd ideo fugiens minimè tenetur cauere. Ipsi viderint custodes quomodò munus suum expleant. Etenim si negligentes fuerint, illis imputandū est: nā fugiens, ius persequitur suū. ¶ Quòd si vrgētius arguas, sequeretur si condemnato liceret se in pedes dare, q̄ liceret pariter & compedes rumpere, & infringere seras, & perforare murū qua se via eriperet: hoc tamen reprehēsibile vulgò reputatur. Quin verò & legibus decretæ sunt illis pœnæ qui talia audent. Henricus Gandēsis quolib. 9. art. 25. negat illationem hāc: nimirū arbitratus hoc perinde esse atq; resistere iudici, eius percutiēdo ministros. Vnde sicut licet tibi, inquit, per alienum agrū transire, haud tamen diruere sepē vt transeas: sic condēnatus dū fores patēt fugere potest, nequâquam tamē vincula rumpere. Attamen etsi huic opinioni applaudere ciuiles leges videri possint, tamen cōtraria probabilior est: quam Caiet. 2.2.q.69. censet Diuo Thomæ consonam, dicenti q̄ licet fugere, sed non resistere. Et ita credo in foro conscientiæ de quo præcisè tractamus. Cuinis enim fugere licet: iustum subinde sit & se ab impedimentis, citra vim expedire. Et autem notandum vim propriè neque brutis animantibus, quæ neq; dominū vllum, neq; ius habent, neq; verò inanimis rebus inferri, sed solis hominibus. Et ideo cōdēnato non licet vel iudici vel custodi carceris resistere, manus in ipsos injiciendo: vincula verò rūpere non est resistere, sed fugere. Sicut neq; qui leonibus esset traditus vim inferret iustitiq, dum, vt se defenderet, illos interficeret. Qui autem custodem carceris ligaret, aut os illi nè clamaret obstrueret, vim faceret: non tamē si eum dum se teneret posset fugiens traheret. ¶ Sed arguis contrà. Qui ædes rumperet vicini, vim inferret: ergo qui claustra rumpit carceris vt fugiat. Negatur consequentia: quoniam ille ius non habet ingrediendi, sicut hic exeundi. Fatemur tamen quòd teneatur in conscientia de damno dato. Hic enim tā tùm constituimus ius fugiendi, declarantes illic non inferri vim iustitiæ vindicatiuæ: quicquid sit de commutatiua. Quòd si arguas saltem rūpere vincula peccatum iniustitiæ est: Negatur cōsequentia: quia totū reducitur ad hoc quod est fugere. Quare non tenetur ille de damno ratione acceptionis, sed ratione rei acceptę. Enim uerò si fune ligati possunt nodum dissoluere, imò & funem discindere, & habentes adulterinam clauem possunt seras aperire, fit vt & ferrea vincula limare, & perforare murum liceat: etiam si qui hoc facit, sciat occlusos secum alios exituros. Nam ipse suo vtitur iure: cui cura nō incumbit custodiendi alios. Verùm tamen ex his non subsequitur quòd amici condemnati possent vincto vel intrinsecùs vel extrinsecùs nauare operas suas vt vincula vel muros dirūpat, licèt possint consulere vt fugiat. Nam ille tantùm cui fugere licet, viam sternere potest: cæteri verò maiorem iniuriam facerent diruendo carceres, quàm priuatam domum: esseteque in vtroque foro capitale crimen. Et quamuis Caiet. 2.2.q.69. cōtrariæ sit sententiæ, arbitror tamen nemini licēre porrigere vincto vel limā vel aliud instrumentum: quoniam iam hoc esset cooperari. Neque vera est illa regula, quòd si mihi licet aliquid operari, liceat alijs me iuuare: quoniam vincula & carceres rumpere, solū est licitum sternenti sibi viam. Secùs habet cōsulere alteri quod ei licet. Custodibus autem carceris iustitiæq; ministris grauissimū esset infidelitatis scelus vel cooperari, vel cōniuēre, vel dissimulare: imò credo, & consulere. Neque verò propterea quòd condemnatis fugere in foro conscientiæ liceat, aliquod patitur respublica detrimentum: nam satis obuiatur si carceres bene sint murati, & custodes vigilantes. Non enim est necessarium vt nullum sit impunitū crimen. ¶ Porrò autem fateor contra hanc determinationem frangendi carceres, quam in foro conscientiæ veridicam arbitror, validissimum existere argumentum ex iure ciuili, quo pœna capitis effractoribus carcerū decernitur, vt patet. ff. de effracto. l. De ijs. &. ff. de custod. & exhibitio. reor. Iùn eos. secundū quas & alias particulares solent benè moratæ respublicæ adhibere. Nam tam grauis pœna nisi pro mor tali

Ad secundū argumentū D. Thomæ.

Prima ratio.

Solutio.

Secunda ratio.

Henricus.

Caietanus.

tali culpa, iniusta sinè esset: secundùm ea quæ lib. 1. quæst. 6. definita reliquimus: nēpe pœnam nisi pro culpa infligi nō posse. ¶ Ad hoc nihilo minùs respōdetur, quòd cum legū conditores ciuiles nō sint spiritualiū iudices, vt perpendere valeant culpas in foro cōscientiæ: nihil iuuat si putent esse culpam vbi culpa nō est. Igitur vel illam sunt opinionem sequuti, q̄ per se effringere carceres lethalis culpa sit, vel suas leges in præsumptione fundauēre. Præsumitur enim vis semper illata custodibus & resistentia, vbi verè inest culpa. Et ideo additur in dictis legibus: Si quis conspiratione facta cum cæteris carceres effregerit, vbi vis & resistentia custodibus illata insimiatur. Subditur autem ibidem: Qui per negligentiam custodū euaserint, leniùs puniantur. Et intelligendum est si vincula aut carceres rumperent: nam aliàs profectò nulla esset æquitas: cùm citra cōtrouersiā, nulla sit illic culpa. Tametsi qui fugit, eo ipso criminis fit iure suspectus. Subdit autem eadem lex, In eos. quòd etsi effractores inhiberentur posteà innocentes ex eo crimine propter quod impacti sunt in carcerem, tamē puniendi sunt. At verò leges (vt dictū est) semper præsumunt resistentiam. Aliàs re vera innocētibus nulla est culpa vincula lacerare, nec terebrare parietes. ¶ Superest autē contrà hāc eādem definitionem & aliud argumentum huiusmodi. Qui ad mortē damnatus est, eo ipso damnatur ad carcerem: ficit ergo contra obedientiam dum fugit. Respōdetur per interemptionem antecedētis. Qui enim damnatur ad mortem, solum cogitur pati: & ideo subducere se potest. Verum est quòd leges ciuiles decernentes fractoribus pœnas, in virtute præcipiūt nè carceres effringāt: quia legislatores præsumūt illic culpā (vt expositū est) aliàs nequirent reposcere pœnas. vt libro 1. q. 6. dictum est. Possunt quidem & condēnare ad carceres sicut ad exilia, tenenturq; tunc rei in carcere manere, essetq; illis peccat um fugere, nisi immineret periculum mortis aut corporalis supplicij. ¶ An verò simul posset quis dānari ad carcerem & ad mortē. Caietan. loco citato innuere videtur, tales posse ferri leges, licet latæ non fiant. Arbitror tamen quòd non essent iustæ: quia non potest miser illo naturali beneficio fugiendi priuari, quando ad supplicium destinatur corporale. Beneficium enim illud nascitur ex appetitu quem natura dedit rebus conseruandi se. Quapropter distinguendum est q̄ in aliquibus non potest homo condēnari nisi vt patiatur: puta in his quæ vel mortē vel corporale supplicium afferunt. Et tunc nō potest condēnari nè fugiat. Diuersa autem ratio est, in alijs, in quibus ad simile supplicium corporale non proceditur. Tunc enim potest reus cōdemnari non solùm ad pati, verum & ad agere. Puta vt pecuniam soluat, in exilium secedat, in claustro maneat, vel in carcere: non solùm ad tempus, verum & perpetuò. In his nāque omnibus obedire tenetur & facere quod sibi iniunctum est. ¶ At verò ratio quam secūdum Diu. Thom. assignauimus, nempe ob id licitum esse damnato fugere, q̄ non tenetur facere id vnde mors sequatur, non apparet vsq; adeo solidam expectare reum in carcere, non est occidere se: alias minimè expectare liceret: quod falsum est: cum expectantes martyres, contrariū dederint documentum. Respōdetur quod neq; sanct. Tho. affirmat hoc esse occidere se: sed facere vnde mors sequatur, quod licet nemo virtute sententiæ teneatur facere, potest tamen sua sponte: quia æquanimiter pati vult sententiæ executionem. De martyribus autem alia est ratio. Nam aliquando tenentur ob confessionem fidei expectare. ¶ In eādem solutione ad secundū subdit Diuus Thomas similitudinem, dicens: Sicut etiam si aliquis sit condemnatus vt fame moriatur, non peccat si sibi cibum ministratum sumat: quia non sumere, esset seipsum occidere. Et quod liceat ei cibum paratum sumere, nemo ambigit: quia damnari non potest nisi vt ei non ministretur. Restat tamen ambiguitas vtrum teneatur sumere. Et quidem Caietan. illic incūctāter asseuerat teneri: ita vt si non sumeret, peccaret. Cuius maximum argumentum colligitur ex verbis sancti Thomæ: nam dicit hoc esse se occidere: quod nemini licet. Ego verò fateor non esse mihi prorsus improbabile, q̄ liceat ei non edere. Nam si verè dignus est morte, etsi licitè possit eam subterfugere, potest nihilo minus non subterfugere. Quis enim ambigat quin scelerosus homo suorū criminum conscius, sciens prætorē venire ad se capiendum, possit illū operiri, atque adeo in carcere aperto sine vllis vinculis mortem expectare quam meretur? Ergo, licet fatear nō esse parē omnino rationem, haud tamen est longè dispar, quin & damnatus, vt inedia absumatur, possit à cibis contra iudicis iussa obligatis abstinere. Neque sanctus Thomas aliud ait quàm quòd nemo potest ad hoc condemnari. Et ideo neque ille comedens, neque qui cibos illi porrigerent, nisi specialiter essent prohibiti, peccarent. Ob idque laudi datur apud Valer. Maxi. lib. 5. Athenien Valerius Maximus Cimona, qui patrem suum tali damnatum supplicio morte, lacte pauit. Attamen nemo illis tenetur

tales

Universidad de Deusto
Biblioteca

tales tibi bos suppeditare, sicuti extrema extrà iudicium patientibus. vt. 2.2. quæst. 31 articul. 2. autor est S. Thomas. ¶ Igitur vt ad ipsam diui Doctoris rationem reuertamur: quàdo subdit quòd non sumere esset seipsum occidere, non intelligit positiuè, quod aiunt, & formaliter, sed reductiuè: sicut qui tenetur seruare nauim, si non seruat, censetur submergere. Et idcirco qui sine causa non seruaret vitam, se occideret. Puta si quando extra casus iudiciales ruit domus, vel irruit fera, vel appropinquat flamma, non fugeret, suæ esset vitæ prodigus: quia sine causa eam negligit, suiq; adeò est interfector: sicuti & qui non damnatus non comederet. Qui autem legitima sententia proiectus esset leonibus, nō tenetur se ab ipsis defendere, quāuis licite posset: quia non se sine causa mori finit. sed quia mortem meretur, vult eam à iudice pati. Sed ais, ille non est damnatus nè comedat: fateor: & ideo potest comedere. Sed tamē quia est damnatus, nē ei ministretur esca quousq; exhālet animam, potest (quod probabile reputo) non comedere. Secus autem de illo innocente qui immeritus condemnatus esset. Ille enim fortasse teneretur & de carcere fugere, & comedere si apponeretur panis. Præcipuè si vita sua vtilis esset reipublicæ. Nam aliàs nescio an vt tale patiētiæ specimen exēplo Christi præberet, liceret ei sententiā iniquam sponte sua ferre: saltē non fugiēdo. ¶ Postrema autem dubitatio supereſt de eo qui ad epotandū venenū condemnaretur: quo quidem mortis genere solenne Atheniēsibus fuit ingenuos ac proceres enecare: quo & Socrates sublatus est. Videtur nāq; huiusmodi condēnatio id licēre: quia hoc non est agere. sed pati: vt si vi aperiretur ei os cur nō posset spōte sua aperire vt crucians effugeret? Et si esset, verbi gratia, quis cōdemnatus vt linguę particula ei abscinderetur, daretuŕque ei optio vt vel paruam sibiipsi abscinderet vel maiorem carnifex secaret, cur nō posset minus detrimētum optare? sicuti de seipso Iosephus refert libro. 2. de Bell. Iudaic. c. 27. cp data sibi optione maluit vnam sibi ipse manum amputare, quàm permittere vt amba bus truncaretur. Et si quis condemnaretur ad sanguinis emissionem per venam quam lictor aperire nesciret, cur si reus esset artis peritus id ex equi tanquàm minister iustitiæ non posset? ¶ Ad hæc breuiter omnia respondetur, in primis eiusmodi leges atq; sentētias esse iniquas: quippe quibus cōdemnātur rei se ipsos vel occidere vel mutilare. Quapropter Christiana familia illas non permittit. Imo verò neque martyribus eiusmodi iudicib⁹ parēre liceret. Secus autem quādo actio potiùs est passio: vt si reus linguam extrahat, manūmve aut collum licto ri paret, aut patibuli scalā ascendat. Hoc enim non est agere, sed ad crucem se hominem adstare: sicuti dum in carcerem dúcēris potes tu ipse ambulare. ¶ Ad historiam ergo Iosephi respōdetur male fecisse: sicuti male faceret qui particulā linguæ sibi resecaret vt euitaret maius damnum: quia illud medium non erat per se necessarium, sed ex malignitate alterius præcipientis. Secus si putridum haberes membrū: tunc enim tu tibiipsi, si alius Chirurgi non haberetur copia, posses abscindere: sicuti alia quacunque via tibiipsi mederi.

D. Thomas.

Scrupulus. Solutio.

Postrema dubitatio.

Iosephus.

QVAESTIO SEPTIMA, De iniustitia testis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm teneatur quandoq; homo testimonium ferre.

VARTVM locum in iudicio obtineat persona testis: de quā quatuor examinanda sunt: scilicet testiū obligatio, sufficientia, repulsa, & culpa. Quæritur ergo primo, vtrum quis aliquando teneatur testimonium dicere. Et arguitur à parte negatiua. Fraudulentia nemini licita est: quippe cui indudua malitia inest: qui autem occultum crimen reuēlat, id præcipuè quod suæ fidei concreditur, infidelis est & fraudulentus, secundùm illud Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuēlat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum: ergo nulli licet tali reuelare secreta, tantum abest vt quispiam teneatur. ¶ Secundò arguitur. Si testificari virtutis esset, ea maximè conueniret sacerdotibus & clericis propter eorum maiorem auctoritatem. His enim qui sacra tractant firmior debetur fides: & tamen clerici testes esse in causa sanguinis prohibentur: ergo testificari non videtur esse virtus. ¶ In contrarium est Augustin. vbi ait, Qui veritatem occultat, & qui prodit mēdacium, vterque reus est. Ille quia prodere nō vult, iste quia nocere desiderat.

Primum argumentum.

Augustin.

RESPONSIO quæstionis quatuor conclusionibus continetur. Discernendum enim est inter eum à quo testimonii um requiritur, & eum

& eum qui non est requisitus. Prima ergo conclusio est. Quicunq; à legitimo iudice secūdùm formam iuris in testem adscisc̄itur, tenetur testimonium ferre. Conclusio inde patet, quòd illud est obedientiæ munus: & obedire quicunque subditus tenetur maioribus suis, iusta præcipientibus. ¶ Secunda conclusio. Qui occulta crimina interrogatur, de quibus neq; infamia præcesserit, neq; alia iuris causa ex suprà nominatis, non tenetur testimonium dicere. Hæc itidem est manifesta: quoniam quicunq; tenetur bono proximi nomini consulere, celando eius crimina: nisi legitimè compulsus fuerit. Similes ergo sunt regulæ istæ à teste obseruandæ illis quæ reo præscriptæ sunt. Quādo verò vel nullus te interrogat, vel ille qui tuus nō est iudex, altera tibi est obseruanda distinctio. Enimuerò si testimonium tuum necessarium est ad liberandum hominem, vel ab iniusta morte, vel à falsa infamia, vel ab iniquo damno: tunc auscultanda est tertia conclusio. ¶ Quicunq; ab eiusmodi periculis iniquè oblatis tenetur testimonio suo proximū liberare. Probatur: quia charitatis mādato quicunq; tenetur proximo suo malum cauere. Exemplum præstò est in eleemosyna quā grauiter patiēti porrigere quisq; tenetur. Est enim & hoc, genus quoddā, idemque præcipuū eleemosynæ. Quapropter non solum petitus à suo proximo & rogatus obligatur, verūm etsi minimè fuerit requisitus, tenetur quisq; vltrò satagere vt suum denuntiet testimoniū, vbi prodesse potest. Sic enim nos admonet Psaltes: Eripite pauperē: & egenū de manu peccatoris liberate. Et Sapiens Prouerb. 28. Eruе eos qui ducuntur ad mortem. Et ad Rom. 1. Digni sunt morte, non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Vbi glossa, consentire est tacere cùm possis redarguere. Et cādem ratione cùm possis testificari. Quapropter conclusio hæc multo habet patentiorem veritatem in prodendis criminibus quæ in exitium reipublicæ vergunt. Nam si tunc quicunque tenetur esse accusator, multo æquius testis. ¶ Quarta conclusio. Extra casum necessitatis liberandi miserum ab iniuria vel rem publicam à periculo, solùm causa condemnandi reum nemo tenetur sua sponte offerre se in testem, nisi iuridicè cōpulsus secundùm ordinem iuris. Probatur: quia celare tunc veritatem, nulla est causa damni vel publici vel priuati. Quare neq; iustitiæ ratio neque charitatis quempiam tunc cogit priuatū ciuem secretum pādere, quod in pectore habet. ¶ At verò cōclusiones has, sic iuxta ordinē S. Tho. simpliciter assertas, necesse est exactius perpēdere. Existit enim statim argumentum contra primā, cp si teneret testis euocatus à iudice testimonium ferre, sequeretur cp neutiq; ei liceret se se occulere nè accerseretur. Imò cp si vlla vteretur astutia nè verum testimoniū ferret, teneretur restituere damnū quod vel actor vel reus acciperet, cui eius testimonium conducebat. Hæc enim illatio inde patet cp ferre tunc testimonium, actus est iustitiæ: iustitia autem læsa restitutionem postulat. Quòd si argumento hoc conuincaris, consequens subinde apparet vt qui contra tenorem tertiæ conclusionis etiā à iudice non vocatus testimonio suo non succurrerit iniuriam patienti accipientive damnū, pari ratione teneatur restitutione id refarcire. Consequētia patet: quia dum S. Tho. testimonium Pauli adducit: Non solùm qui agunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, opinatur illum tunc in damnū proximi cōsentire. Quòd autem id concedendum non sit, arguitur sic. Primò, nemo charitatis lege tenetur proximū à calamitate eripere, nisi extrema aut graui necessitate prematur: ergò licet quispiā testimonio meo indigeat, vbi ei damnum agitur pecuniæ aut famæ extra extremum aut graue periculum mortis, nisi à iudice cogar, nō teneor obsequium meū ferre. ¶ Secundò: neq; verò eiusmodi periculis extremo aut graui eādem charitatis lege succurrere vllus compellitur cum detrimento suo. ¶ Tertiò: etsi in talibus casibus quispiam charitatis negligens officium suum nō præstiterit, obnoxius subinde nō fit restitutioni. Cōclusio ergo tertia non est vsq; adeò vera, vt in superficie sonat. ¶ Hęc argumēta addu cta sunt vt discrimen pateſcat quō inter primā tertiāq; cōclusionē intereſt. Enimuerò licet vtraq; vera sit, prima tñ iustitiæ lege: tertia verò solo charitatis debito. Per hoc ergo discrimen alia innotescūt. Qui enim se fraude & dolo subduceret nè à iudice vocaret in testē, profectò si ita esset proximo suū testimoniū necessariū, vt ibi tota periclitaretur causa: tunc & grauiter peccaret, & restituere teneretur. Nā eiusmodi tūc homo cōtra iustitiā dedisset alteri damnū. Et multò peccaret grauius, tenereturq; arctiùs restituere si falsum diceret testimoniū, ex quo alterius condēnatio sequeretur. ¶ Igitur ad primum argumentum cōtra tertiam hanc cōclusionem respondetur quòd quāuis qui non accersitur à iudice nō debeat ex iustitiæ lege, sed per officium charitatis testimonium suum: est tamen inter hoc atq; alias eleemosynas differētia, cp in aliis licèt extra extremam & grauem necessitatem nemo stringatur dare quod suū est, tamen quando alter tuo indiget testimo-

Argumē. 2.

Argumē. 3.

Legitimus sensus primæ ac tertię cōclusionū.

Ad primum argumētū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nio, quoddam ius habet ad illud: quia vnicuiq; mandatum est de proximo suo. Et ideo si absque illo prorsus detrimento illud possis exhibere, etiam si alter non subeat periculū vitę, sed famæ, vel pecuniæ, obligaris charitatis amore. Quemadmodum si haberes aliquam scripturā ex qua ius eius & causa dependēret, tenereris illam producere. Et accedit aliud vinculum singulare quòd alia est ratio necessitatis, cui succurrere tenemur quādo illam quis patitur per iniuriam aut aliquam casualem cladem, quàm si illam pateretur per solam inopiam. Etenim cùm proximus domo caret, nō obligor illi donare: quando verò domus eius ardet, etiā si sit dues teneor si possum sine meo nocumento incendium extinguere. ¶ Secundo autē argumento concedimus suam conclusionem: videlicet quòd nemo cū suo graui periculo aut detrimento cogatur tale officium charitatis præstare: quin verò nec cum detrimento suorū. Vt si iis esset cum patre meo non tenerer mea spō te contra eum prodire testis. Sicut si idē meus parens aggrederetur nudo gladio innocētem, quē defendere ego non possem nisi eundē parentē occidēdo, nō teneor. Et pariter ad tertiū respōdetur, q vbi solum charitatis obsequiū & munus omittit, nulla nascitur restitutionis obligatio. ¶ Præterea ex quarta cōclusione nōnihil exoritur difficultatis. Apparet enim q etiam extra casum liberandi innocentē, ad nocentis condēnationē compellatur iure quisq; nondū à iudice accersitus, offerre se in testem: tūc scilicet quādo legitimè accusatus est. Neq; solutio S. Thomę vero similis est, vbi ait q neque si accusatori periculum immineat, curare hoc debeat testis. Nam quādo accusator accusare cōstringitur, videtur & testis ad testificandum subinde cōpelli: aliàs iniqua esset accusatoris cōditio: scilicet qui teneret immergere se in causam vbi in probatione deficeret. Respondetur q S. Thom. pręcisè loquitur vbi accusator no tenebatur accusare. Et ideo subdit: quia ipse in hoc periculū spōte se iniecit. Tunc em nemo illi tenetur fauere, sicuti reo iniuriā contra suā voluntatem patienti. Et in hoc casu verū habet illud Augustini super verbo Abrahæ, Genes. 12. Dic q soror mea sis: veritatē celare licet, nō mendaciū dicere. 22.q.2.can. Nè quis. Quādo autē obligatio est accusandi, vt in criminibus bono publico exitialibus, tunc quicunq; tenetur etiam non vocatus proferre se in testem.

Ad secundū argumentū.

Ad tertium argumentū.

Augustinus.

Ad primum argumentū principale.

AD primum igitur argumentum respōdetur distinguendos esse secretorū gradus (vt superiori quæstione dictum est) sigillū enim sacramētalis cōfessionis, nulla esse potest: neq; verò excogitari causa nisi expressa esset Dei reuelatio, ob quā detegendū esset. Et in hoc casu verū habet prouerbiū citatū. Esset enim illa sacrilega fraudulentia & infidelitas. Dixerim sacramentalis confessionis: Nam vulgaris consuetudo detegendi alijs secreta sub sigillo confessionis, etiam si genibus flexis signū crucis & Confiteor præmittatur: nisi fiat integra cōfessio omniū peccatorū, non obligat ad sigillū cōfessionis, sed ad sigillū sęculare. Et ideo cū iuridicè requiruntur, possunt ac debēt talia secreta nullo obstāte iuramēto seruandi reuelari iudici. Puta si sint pestifera reipublicæ, debent statim accusatione deferri in aures iudicis. Etsi sint in periculum graue tertiæ personę, cui non potest aliter occurri: vel si euocetis in testem. At citra tales casus tenetur quisq; seruare secretum: aliter ius naturæ frangeret, esset q; mortale crimen, & in leuibus, venialis culpa. Quapropter extra casus modò nominatos in re dubia potius inclinandum est ad seruandum secretum proximi, quàm ad prodēdum. Vt si iudex solùm à te quærat an scias aliquid, & tu tantùm audisti, non vidisti, potes dicere, nescio: quia quod audimus, non scimus. Si autem iustè interrogaris an audieris, fateri cogeris. Item vidisti fieri homicidium, etiam cum alijs contestibus: interrogaris tamen per viam inquisitionis, non teneris respondere, nisi vel infamia præcesserit vel indicia. Si autē procedatur via accusationis, etiam si solus videris, teneris adductus in testem testimonium ferre. Reus autem tunc interrogari iustè non potest absq; vno præuio, iuratoq; idoneo teste. ¶ Ad secundum audē iam satis suprà respōsum est. Quæstione enim primæ huius libri causam reddimus quare criminaliū iudices esse non possunt: videlicet nè qui sacra tractant cædis cruore commaculentur. Eademque ratione. q.5. diximus interdictum eis esse in eisdem causis accusare, ac subinde modò dicimus nefas quoq; esse testificari.

Ad secundum argumentum

ARTICVLVS. III.

Vtrùm duorum vel triū testimonium in iudicio sufficiat.

SEquitur secundo loco de testimoniorum sufficientia, vtrum duo vel tres satis sint. Et arguitur à par Primo sic. te negativa. Testimoniū vt fidem faciat, concors esse debet: contingit autem fre-

penumerò

penumerò duos & tres testes re aliqua discordare: eiusmodi ergo testimonium non est legitimum. ¶ Secundo in nonnullis causis non sufficiunt tres testes: nam in obsignatis testamentis iure ciuili requiruntur septem: vt patet Inst. de testamen. §. fin. & C. eodem titulo. l. Hac cō sultissima. Et in alijs perinde causis eadem seruatur cautela. ¶ Tertiò, contra personas in dignitate cōstitutas, & potissimū si sunt Ecclesię Romanæ, non satis est ternarius testium numerus. Legitur enim. 2.q.5.cap. Præsul. quòd Præsul non damnetur nisi cum septuaginta duobus testibus, qui fuit numerus discipulorum Christi. Presbyter autem Cardinalis non nisi cum sexagintaquatuor testibus deponatur: Diaconus verò Cardinalis vrbis Romæ non nisi cum. 27. condemnetur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi septem. Et est tex. Sylvest. in Concil. generali. In huiusmodi autem Ecclesiasticis, quippe quorū crimina minùs sunt toleranda, pauciorum deberent testimonia requiri: ergo vrgentiori ratione in alijs non sufficiunt tres. ¶ In contrariū est illud Deuteron. 17. In ore duorum vel triū testium peribit qui interficietur. & cap. 19. In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Quod Christus Matth. 18. approbando citauit. Idemq; Paul. 1. ad Corinth. 13.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Conclusio.

AD quæstionem vnica conclusione respōdetur. Duorum testimonium, qui sint homines fide digni, sufficiens est in iudicio, & ad maiorem certitudinem trium. Conclusio hæc trifaria iure asseritur: Naturali scilicet, diuino, & humano. De diuino enim iam citata sunt testimonia. Et prętereà Christus, Ioan. 8. eâdem ratione astruxit testimonium suum, quod simul erat & patris, fide dignum esse. Quo loco ait Augustinus. q in hoc testium numero est trinitas secundum mysterium cōmendata: in qua est perpetua firmitas veritatis. Ius autē humanum, patet. 2.q.5.cap. quod verò. & extrà, de testib. c. In omni negotio. & ff. eod. titu. l. vbi numerus. Ratione autem naturali probatur. Certitudo (vt. 1. Ethi. author est Arist.) nō est similiter in omni materia exquirenda. Ob idq; in actibus humanis, qui in caducis & contingētibus versantur, & de quibus constituuntur iudicia, non ea exigitur certitudo quæ in sciētijs demonstrabilibus: sed illa satis est quæ plurimum veritatem continet, raro autem deficit, probabilius autem est, certoq; propinquius id quod à multis asseritur, quàm quod asserit vnus. Ob idq; vbi vni tantū reo neganti multi obiciuntur testes, rationi consentaneum est vt illorum potiùs testimonio stetur, quàm rei negantis. At verò multitudo tribus comprehenditur, principio scilicet, medio, & fine, quibus continetur linea: item longitudine, latitudine, & profunditate, quibus concluditur corpus. Vnde Arist. o. initio. 1. de Cœl. totum & omne de tribus primùm dicitur, nam de duobus solùm dicimus ambo: duo autē testes cum actore faciunt tres: quo autē absq; auctore cui in iudicio non tanta perhibetur fides, testimonium absolutum sit ac perfectum, adhibetur tertius testis. Vnde Eccle. 4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Cùm ergo sub disiunctione dicitur in ore duorū vel trium, prius mēbrum necessitatem designat & sufficientiam: posterius verò abundātius complemētum. ¶ Quod si obijcias cur non vnus affirmans contra negantē vnum sufficiat, respondetur quòd cum reus sit suæ vitæ suorumq; bonorum possessor, & melior sit conditio possidentis, non existimatur vnius actoris affirmatio contrà sufficiens, etiam si vno alio fulciatur teste, ad depellēdum ipsum de sua possessione. Sed nunquid non quādoq; vnius authoritas plurium testimonio præstat? Fatendum quidem est tamē, leges vt sæpè dici solitum est, non ea considerare quæ rarò contingunt, sed quæ plurimùm. Quanuis vnius eximiæ authoritatis, qualis est Imperator, testimonium, sufficiens iudicatur: vt habetur. l. omnium. C. de testam. Quin verò neq; plurium semper affirmatio firma est. Nā vt legitur. 3. Reg. 21. Naboth plurium falso testimonio condemnatus est. Et innocentissimus Christus. ¶ Emergit autem ex hac cōclusione argumentum cōtra ius humanū. Leges humanæ non possunt naturali derogare, ac multò minus diuinæ: q autem tres testes sufficiant, est de iure naturæ & diuino, vt dictum iam modò est: ergo leges humanæ non potuerunt testimonium trium infirmare, constituentes vt in testamento aperto requirantur quinque testes, & in occluso septem: atq; alijs casibus item plures. Respondetur, ius naturæ & diuinum nō vsq; adeò stabilire testimoniū trium vt censeant nullam ob causam exigi posse plures. Enimuerò quanuis nisi hominū malitia nimiū excresceret, duorum vel trium abundaret testimoniū: mortalium tamē fide & iustitia depreuata, idem ius naturæ persuadet, vt testimonia firmiora requirantur: & maximè in defunctorum testamētis, qui suas volūtates post mortē asseuerare nequeunt.

Aristo.

Obiectio.

Solutio.

Argumentū

Solutio.

AD primum igitur argumentum respō detur, q singulares testes non faciunt in iudicio fidē, sed illi tantùm qui sunt contestes. Dicuntur autem singulares quādo

Ad primum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisq; suum actū seorsum contestatur. Sed est
D.Thomas. tamen de eorum discordia cum D. Thom. distinguēdum. Nam si discordant vel in substātia actus, puta q̄ vnus ait reum percussisse alapa, alius verò fuste: vel in loco aut tempore quæ sunt proximæ actionum circunstantiæ: nempè quòd vnus ait rem cōtigisse, aut manè aut domi, alius verò sero aut in agro: testimonium tunc aut refutatur, aut non satis ad sentētiam facere censetur. Videntur enim singulares esse, hoc est de diuersis actibus loqui. Præsertim si tanquàm certa asserant. Nam si vnus dicat se non meminisse, non vsq; adeò inficiatur eius testimonium. ¶ Sed est tamen regula quā
Regula sancti Thomę. prudēter sanctus Thomas constituit, videlicet q̄ si testes actoris & testes rei ab inuicē fuerint discrepantes, tunc cæteris paribus, standū est à parte rei: quoniam cùm melior sit conditio possidentis, iudex propensior esse debet ad absoluendum quàm ad condemnādum. Si verò testes eiusdem partis interse dissenserint, & pariter testes alterius inter se, tunc iudex vtri pārtium assentiri debeat ex multis potest perpendere: scilicet vel ex numero testium, vel ex dignitate, vel ex fauore causæ: vt si agatur de libertate alicuius, & de alijs negotiorum qualitatibus. Multò autem iustius repellitur testis qui secum ipse dissidet, ac tunc maximè, cùm de visu & scientia interrogatur. Nam qui de opinione requiritur & fama, non ideo reijciēdus venit, quòd secundùm diuersa visa & audita de re titubet. At verò quando in aliquibus discrepant circunstantijs quæ ad substantiam causæ exiguum afferunt momentum, nō ideo testimonium inficiatur. Vt si alius dicat contigisse rem hora tertia, alius hora quarta, vel q̄ tempus erat subnubilum aut subelārum: aut si domus picturata erat, aut secùs: ad quas circūstantias non solent homines esse attenti. Quinimò (vt de concord. Euangel. Chrysosto. &
Chrysost. Augustinus. Augustin. sapienter adnotauêre) aliquanta historicorum discordia solidiorem illis arrogat fidē: quàm si vsq; ad minima essent concordes. Tūc enim consultò & ex condito videri possent cōspirasse ad fingendum historiam. Præter hæc
Caietanus. autem (& hoc cum Caietano) lubenter in præsentiarum adnotauerim, quòd etiam si testes, singulares fuerint de multiplicatis ab eādē persona eisdem actibus, non debilem faciunt fidē: maximè in religionibus, vbi syncera debet esse & plana cognitio criminum: vt si vnus attestetur talem cōmisisse vnum furtum, atque alius eundem commisisse aliud. Tūc enim, licèt de rigore iuris non sit illis fides habenda, tamē in religionib⁹ possent haberi pro indicijs, vt procederetur ad aliquam inquisitionem & ad interrogandum reum ipsum, etiam cum genere aliquo leuis tormenti. Secus autem in sæculari bus, vbi ad acerbiora supplicia proceditur.

¶ Ad secundum iam reddita est ratio cur in aliquibus causis cumulatiora requirantur testimonia. ¶ Ad tertium autem respondet sanctus Thomas quod illud cap. intelligitur de episcopis & reliquis ministris singulariter Ecclesiæ Romanę. Tribus enim de causis tam ingens testium copia ante eorum condemnationem expectatur. Primùm, quia ea debent splendēre sanctitate, ac subinde authoritate, vt plus fidei eis adhibeatur quàm testibus multis. Secundò, quia cùm ipsi, iudices sint vniuersę Ecclesiæ, propter executionem iustitiæ inuidiam cōtrahunt apud multos: & ideo facile possent aduersus illos falsa objici testimonia. Præsentia tempora documento sunt quantas hæretici in Romanam Curiam expuerint blasphemias. Tertia causa est quòd ex illorum condemnatione multū deperiret authoritatis Romanę Ecclesiæ: quod periculosius esset, q̄ aliqua illorū mala citra scandalum tolerare.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm cuiuspiam testimonium citra eius culpam repellendum sit.

TERTIO loco dicendum est de testium idoneitate. Quærendum scilicet, vtrùm cuiuspiam testimonium sit citra eius culpā repellēdum. Et arguitur à parte negatiua. Primum argumentum.
Ad ea quæ sunt reipublicæ necessaria, ac subin de necessitate salutis præstanda, nemo repelli debet nisi propter culpam: testimonium autē ferre est huiusmodi: ergo ab illo munere nemo reijciendus est, nisi illius sit sceleris notatus. Argumentum.
¶ Secundo: repulsio testis, aut in pœnam illi decernitur, aut ideo fit, quòd non datur illi fides: pœna autē nemo dignus est nisi propter culpam, neq; ob aliam causam indignus est fide: quia quicunq; præsumitur bonus, quoadusq; sua ipsum malitia prodat: ergo nullo modo testis refutandus est nisi propter culpā. ¶ In contrarium est can. si testes. 4. q. 3. vbi cōplures hominum sortes à testimonio ferendo citra culpam suam repelluntur. Conclusio & responsio.

AD quæstionem respondetur hac affirmatiua conclusione, citato. c. consona. Iure & merito homines à testificādi munere, tā ob alias causas, q̄ ob culpā repellunt. Cōclusio hęc, præterquàm iure humano, ratione etiam naturali clarescit. Enimverò cùm certitudo humani testimonij (vt proximè dictum est) non sit prorsus infallibilis, sed fallentijs multis peruia, consentaneum est vt quicquid testimonij fidē infirmat refutetur. Infirmat autem huiusmodi fidem cum primis culpa, cuius causa infideles atq; infames non admittūtur in testes. Præterea & qui publici criminis rei fuêre. Præterea culpam autem sunt & alij defectus probabilitatem testimonij debilitantes: vt rationis inopia ob quam pueri & amētes recusantur, atq; etiā mulieres, nisi in certis casibus. Secundò & causæ quæ plenæ libertati obstant: vt inimici & amici, atq; adeo domestici. Tertiò & humiliū conditio: vt pauperes qui causa leuandæ famis corrumpi possent. Præterea & viles, vt serui. Deniq; latissimè huiusmodi defectus cancitato diuumerantur: videlicet ratione sexus, ætatis, criminis, conditionis, aliarumq; huiusmodi causarum. ¶ Circa hanc conclusionem, non tā dubitando quàm admonendo quærendum superest vtrum huiusmodi defectus, quando latēnt in teste, liceat litiganti in publicum traducere, quo testimonium sibi contrarium vel infirmet vel prorsus recutiat. Et vt certissimū citra discussionem statuamus, constantissimū est neutiquàm crimen falsum licêre testi objicere, neq; causa seruandæ totius reipublicæ. Nam si mentiri officiosè fas non est, quanto minus pernicioſe? Iniquissimus ergo vsus est, & qui in bene morata republica non esset ferendus, qui iam nunc temporis in iudicijs est frequens. Nempè dum aduocati flagitia, quæ neq; suspicantur quidem, testibus impingunt, dicentes vti iure suo ad suam redimendam vexationem. Cùm tamē mos ille plus habeat diabolicæ nequitiæ, q̄ iuris. Fatemur quidē causidicos illos procuratores minimum authoritatis in hac re habere: nam meritissimò in his mē dacissimi habētur: nihilo minùs vix inde emergit testis sine læsione honoris & famæ. Et ideo præter illam quam irrogant priuatæ personę, iniuriam quoq; inferunt reipublicæ: nam illa ratione deterrentur viri probi, testes esse. Et nonnunq̄ legitimè excusantur, etiam dum à iudice requiruntur: quia nemo cum tanto periculo honoris sui & famæ, tenetur obsequium præstare suum. Quare deberent isti taxatores, quos vocant testium, si in probatione deficerēt, supplicio affici. ¶ At vero de crimine vero, occulto tamen, superest dubitandi ratio. Nam qui crimen occultum reuêlat (vt lib. præcedenti. q. 5. dictum est) licet secundo gradu, nihilo minùs iure infamator habetur, sicuti falsi impositor. Nihilo secius respondetur genere suo nō esse peccatum, reuelare occultum crimē testis, ob quod iure repulsam patitur. Nā postquàm id ius cōcedit, licitum est cuicunq; eodem iuris beneficio vti. Attamē multæ sunt requisitæ cōditiones, vt talia detegere crimina, nō sit charitati contrarium. In primis requiritur vt reuelatio illa sit vincendæ liti necessaria. Quare si crimē non est ex illis quibus iure testimonium repellitur, nefas est illud propalare. Mox libranda est fœditas detegēdi criminis cum detrimēto, quod si nō detegeretur, dari posset. Nam si in causa exigui momenti immane crimen testis patefaceres, ob quod vel periculum mortis subiret, vel infamis deinde viueret, profectò charitatem grauiter vulnerares. Tertiò & precipuè perpēdendum est vtrùm testis, vel sua culpa, vel sua spōte se ingesserit: nam tunc æquius posset ei crimē suum opponi, quo os illi obstrueretur. Quādo verò, nō solùm absq; culpa sua, verum cōpulsus testimoniū dicit, pēriculosum esset illum infamare: tūc vel maximè quādo non tā necessitate q̄ ob vindictam id fit. Quartò deniq; perpēdendum est vtrùm quanq̄ aliās improbus sit, probè tamē & candidè verum fert testimonium. Nam si cōstaret falsum esse, multò iustius esset, etiam cum eius infamia impudēs illi os compescere. Solutio.

ARgumenta autē quæstionis facilima sunt. Ad primum enim respondetur quòd illa testimonia sunt penitus reipublicæ necessaria, quæ bonum habēt authoritatis pondus: quod quidem citra culpam alijs etiam defectibus diminuitur. Et ideo qui illos habēt, refutātur. Ad primum argumentū. Ad secundū argumentū.

¶ Et per hoc patet solutio secundi argumenti. Haud enim omnis testium repulsa, pœna est, quæ ob culpā infligatur: imò quandoque est cautela. Ad alterum autem membrum respondetur quòd vbi res non vergit in nocumētum alterius, quicunq; præsumitur bonus, dum nō probatur malus. Quando verò agitur in tertiā personā, nemini fit iniuria, dum necessaria adhibetur cautela.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm testimonium falsum semper sit peccatum mortale.

QVartum quod in teste considerātur est culpa, si falsus sit. De qua ideo quæritur an semper sit mortalis. Et arguitur à parte negatiua. Primum argumentum.
Primò sic. Quandoq; testis non studio, sed sancti ignoratione falsum dicit testimoniū: ignorantia

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantia autem excusat à mortali labe: ergo non semper falsum testimoniū peccatum est mortale. ¶ Secundò: Mendacium quod alicui quidem prodest, nulli verò nocet, quodq; ideo officiosum, appellant, non est mortale: sæpè autem testimonium falsum huiusmodi mendacium est: Puta dum testis fallitate illa studet quempiam vel à morte liberare, vel ab iniuria: seu iudicis seu aliorum testium: ergo hoc genus testimonium nō erit letiale crimen. ¶ Tertiò: ideo iusiurandū à teste requiritur vt timeat peierādo mortaliter peccare: hoc autem necessarium non esset si ipsum per se falsum testimoniū semper esset mortale: signū ergo est citra iuramētum quandoq; cōtingere vt sit veniale. ¶ In contrariū est illud Proverb. 19. Testis falsus non erit impunitus. vbi cum sermo sit de punitione apud Deum, culpa denotatur mortalis.

Argumen. 2

Argumen. 3

Q Væstio hæc secundùm triplicem gradū absurditatis quæ in falso testimonio accidere cōsueuit, tribus conclusionibus dissoluitur. Cōsideratur enim & secūdùm sacrilegiū periurij, & secundum iudicij iniustitiā, & secūdùm falsitatē dicti. ¶ Est ergo prima cōclusio. Omne periurium siue in iudicio siue extrà, quantūuis de re sit minima, peccatum mortale est. Nec potest vlla ex causa alleuiari vt sit veniale: quia adducere Deū in testem cuiusuis falsitatis sacrilega impietas est. ¶ Secunda cōclusio. Mentiri in iudicio violando iustitiam, etiā citra iusiurādum genere suo est mortale. Verba sunt sanctæ Thomæ quibus insinuat opinionem quā quæstione præcedēti cōtra Caietan. constituimus: nempe q̄ potest mendacium in iudicio esse veniale. Ob id enim adiecit, genere suo, quod potest in individuo esse veniale. Cōclusio inde patet, q̄ præclara iustitiæ virtus est ad salutē necessaria: & ideo qui illam transgreditur, charitatem, in qua salus cōsistit, auerfatur. Quamobrem Decalogi præceptū Exod. 10. sub illa forma cōstituitur. Non loquēris cōtra proximum tuū falsum testimonium. Nam testimonium falsum in fauorem proximi, non est mortale: neq; adeò quādo dicitur vt idem impediatur iniuriam facere: quoniā neq; hoc est contra ipsum, sed illud cōtra ipsum existit quod dicitur vt tollatur ei, eius suum. ¶ Tertia conclusio. Mendacium, si aliam non habeat maculam quàm falsitatis, non est genere suo mortale. Patet: quia neq; est cōtra religionem neq; contra iustitiam: & ideo genere suo non expellit charitatem. Teneatur ergo in memoria differentia cōclusionū istarū. Omne periurium, non solùm in genere: sed in quolibet individuo est mortale. Mendacium citra iuramentum, si sit perniciosum, genere suo est mortale, sed potest fieri veniale. Iocosum autem & officiosum genere suo non est mortale, potest tamen ex circunstantijs illuc vsq; crescere. Quòd si sciscitēris vtrum sit grauius, periurium ne quodcunq; extra iudiciū, an perniciosum mēdacium citra iuramentum in iudicio: Respōdetur ex obiectō grauius esse periurium, vtpote quod aduersatur religioni, quàm mendacium, quod aduersatur iustitiæ. Attamen in individuis pensandæ sunt circunstantiæ, quibus potest cōtra simplex perniciosum mendacium malitia exuperare aliquod periurium.

Prima conclusio.

Secunda cō clusio.

D. Thomas.

Probatio cō clusionis.

Tertia conclusio.

Quæstio.

Solutio.

A D primum igitur argumentum respōdet S. Thom. Primum quòd nemo debet in iudicio asserendo testificari, nisi id de quo per vigilantem cōsiderationem certam habet scientiam: sed quod sub dubio habet, sub dubio debet proferre. Attamen si post prudentem vigilantiam pro certo id habet, ac subinde asserit, quod falsum est, non ideo mendacij reus habetur: quia nō iuit contra mentē, quod nomē mendacij sonat. Quare neq; si iuratus id affirmet, periurus est. ¶ Ex hoc respōso elicit Caiet. Caietan. neq; vllam talis testis subire restitutionis obligationem. Etenim (vt lib. præcedenti dictū est) restitutio, vel ratione acceptionis nascitur, vel ratione rei acceptæ: eiusmodi autem testis ratione acceptionis, in qua culpa non fuit, nō fit restitutionis debitor. Neq; verò ratione rei acceptæ, quia cùm testis nō agat causam propriam id quod alter perdit, sibi nō accrescit. Hoc autem corollarium cum his temperāmētis verum est. Primò quòd nulla præfucrit negligētia aut leuitas & temeritas in credēdo: nam tunc certe teneretur testis in parte pro ratione negligētiæ. Deinde qui omni procul culpa falsus est, quamuis non teneatur de sua substantia restitutionem facere, tenetur tamen dictum suū retractare, si illa via prodesse poterit, vt qui iacturā fecit amissum recuperet: tunc præsertim cum de vita aut fama agitur alterius. Quin verò licēt iure testis nō admittatur testimonii retractare nisi in continenti & absq; mora, vt patet extrà, de testibus. cap. præterea. nihilo minus quia (vt gloss. illic habet) etiam post temporis interuallum robur prioris testimonij retractatione infirmatur: tunc maximè, dum testis bonæ est existimationis, de quo nulla est suspicio, consulto fuisse mentitū: debet quātocunq; elapso tempore testimonii mutare, si modò intellexerit quod aliquo pacto poterit famam & honorem alterius relarcire. ¶ Ad secundum argumentum respondetur, mendacium officio-

Ad primum argumentum D. Thomæ.

officiosum adeò genere suo non esse mortale, vt neq; in iudicio tale fiat. Quare dum innocēs vel testium calumnijs accusatur, vel iudicis iniquitate vexatur, dicere aliquid contra veritatē, vt illa via ab iniquo iudicio innoxius eripiatur, nisi iusiurandum interueniat, non est mortale. Et ratio est (vt ait Sanct. Tho.) quia iudicium iniustum, non est iudicium: ideoq; nihil illic contra iustitiam peccatur. Dum autem vniuersaliter ait iudicium iniustum non esse iudiciū, nō loquitur more styloq; doctorum iuris, sed sermone philosophorum moralium, qui quicquid vitiosum est, nullum arbitrantur. Iuris enim prudentes non omnem sententiam iniustam pro nulla ducunt. Sententia enim apud illos duplici de causa est nulla, scilicet, vel quia dimanat à non iudice, vel quia errorem continet, tum intolerabilem, tum etiam manifestum. Attamen etiam si non sit nulla, accidit esse iniustam triplici de causa, vt author est Gratian. can. episcopus. 11. quæst. 3. scilicet aut ex animo: vt puta quia iudex ex odio procedit: tametsi hoc quidem nisi alia adsit iniquitas, sententiam non vitiat. aut ex ordine: nempe quod non seruatur necessarius ordo iuris. aut ex causa, nempè dum contra veritatem aut facti aut iuris sententia pronuntiatur. Atq; hęc est essentialis iniustitia: nam reliquæ, accidentariæ sunt. Et quæ dicimus de sententia, quæ terminus est iudicij, idem & de iudicio censendum est. At vero licet hoc pacto sit sententia iniusta: non tamen (vt dicere cœpimus) cēsetur subinde nulla, nisi error tum intolerabilis, tum etiā propatulus sit: ideo admonet Grego. cād. cau. & quæst. dicēs, Sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est. Ob id scilicet quod quando error non est manifestarius, ad reum non pertinet de illo iudicare. Cōsiderate ergo perpende duo verba: sententia, &, pastoris. Prioti nanq; intelligit quòd non sit intolerabilis erroris: & posteriori quòd sit veri iudicis. Hæc autem omnia in foro iudiciali intelligun tur. Nam in foro conscientiæ, quisquis omni procul dubio resciuerit sententiam esse iniquā, hoc est contra veritatem, potest non parere: dum id modò citra scandalum faciat. Et ideo sanctus Thomas omne iudicium iniquum cēset nullum. ¶ Ad tertium facile respondetur, quod ideo stringuntur testes iureiurando, vt maiori percellantur timore. Grauius enim est à Dei religione præuaricari, quàm humanam fauciare iustitiam.

Gregorius.

Ad tertium argumentum.

QVÆSTIO OCTAVA, De iniustitia Aduocatorum.

S. Thomas. 2. 2. quæst. 71.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Aduocatus teneatur gratis præstare patrocinium pauperibus in suis causis.

ROSTREMA deniq; persona in iudicio est aduocatus: de quo primò quæritur, Vtrùm teneatur pauperibus gratis patrocinari. Et arguitur à parte affirmatiua. Patrocinium inter alia misericordiæ opera cōnumeratur: sed opera misericordiæ gratis debent impēdi, secundùm illud Exod. 23. Si videris asinum odientis te iacētem sub onere, non præteribis sed subleuabis cum eo: cum tamen molestius premitur pauper lite contra ius sibi cōflata, quàm asinus onere. ¶ Secūdò accedit authoritas Gregorij, qui inter suas homilias exponens locum Euāgelicum Matthæ. 25. de talento quod seruus nequā subtus terram infoderat, ait: Habens intellectum, curet omninò nè taceat: habens rerum affluentiam, à misericordia non torpescat: habens artem qua regitur, vsum illius cū proximo partiatur: habens loquendi vsum, apud diuitem pro pauperibus intercedat. Hæc enim omnia talenti nomine reputantur. talentum autem abscondere culpa est, vt de pœna ipsa deprehenditur quam seruus ille pertulit: ergò patrocinium est in præcepto. ¶ Tertiò, præcepta misericordiæ sunt affirmatiua, quæ ideirco loco & tempore obligant quo calamitas ingruit: necessitatis autem tempus in paupere est quoties iniuria opprimitur: ergo tunc aduocatus tenetur suo patrocinio illi adesse. ¶ In contrarium autē est quod necessitas cibi nō est minor quàm illa qua pauper in iudicio vexatur: non autem semper tenetur diues cibo pauperi subuenire: ergo neq; patronus suo patrocinio,

Primum argumentum partis affirmatiuæ.

Argumen. 2. Gregorius.

Argumen. 3.

SIcuti de accusatore quæsitum est vtrùm de iustitia teneatur quādoq; accusare: & de teste vtrùm teneatur testificari: ita & de aduocato operæpretium est scire an officio misericordiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordiæ teneatur fauore suo miseris suppeti as
ire. Ad quamvtiq; quoniam gratis pauperibus
patrocinari vnum est eleemosynarum genus,
perinde respõdendum est ac de alijs misericor-
S. Thomas. die officijs de quibus diuus Thomas. 2. 2. q. 32.
Conclusio disputauit. Est ergo conclusio quæ sola quæ-
responsiua. stioni sufficit. Aduocatus non semper causæ
pauperum patrocinium suum gratis præstare
tenetur: sed tunc duntaxat cum non in promp-
Probatio. tu apparet quomodò ei possit aliter subueni
ri. Probatur conclusio. Præceptum misericor-
diæ, vt modò dicebamus, est affirmatiuũ: obligat ergo non pro semper, sed miseria id inopis
exigente: igitur vbi in promptu est vt possit
aliter pauperi succurri, non te præceptum cõ-
stringit, sed consilium admonet. Eò potissimũ
quòd ad impossibile nemo obligatur: & nemo
potest omnibus opem ferre: licet sit consilium
dum potes, alium benefaciendo præuenire.
At verò vbi non est in promptu per viam aliã
Augustinus. subuentio, tunc extrema censetur necessitas,
atq; adeò obligaris. Vnde Augustinus in prin
cip. de doctrina Christiana: Cum omnibus, in-
quit, prodesse non possis, his tibi potissimum
consulendum est, qui pro locorum & tempo-
rum vel quarumlibet rerum opportunitatibus
constrictius tibi tanquàm quadam sorte iun-
guntur. vbi rationem reddit cur omnibus non
tenemur: nempe quia non possumus. Mox af-
firmatiuum præceptum suis qualitatibus cir-
cunscribit vt sit obligatorium. Primùm ratio-
ne loci: quia non teneris quæritare quibus be-
nefacias, sed occurrentibus auxilio adesse: secũ
dùm illud citatũ Exod. 23. Si occurris oui aut
asino vicini tui erranti, reduc eum. Secundò
etiam addit rationem temporis: quia non te-
neris prospicere in futurum causis pauperum,
sed in præsenti eis opitulari: secundùm illud. 1.
Ioannis. 3. Qui viderit fratrẽ suum necesse ha-
bere, & clauserit viscera, &c. Subiungit autem
Augustin. vel quarumlibet rerum opportuni-
tatibus: quia dum homo omnibus nõ sufficit,
illis citiùs opem debet, qui sibi sunt aliqua ne-
cessitudine coniuncti: secundùm illud. 1. ad
Timoth. 5. Si quis suorum, & maximè dome-
Duo requisita ad præceptũ charitatis. sticorum curã non habet, fidem negauit. Duo
ergo requiruntur ad præceptũ charitatis: prius
vt hæ circunstantiæ conueniant: posterius vt
non sit in promptu via paratior subuentionis.
Et quod de aduocato affirmatur, de medico
pariter censendum est: ac de alijs perinde qui
misericordiæ officio leuare ærumnas possunt,
Primum du bium. cis sine priuatis. ¶ Primum autem circa hæc
dubium existit, quomodò intelligatur excusa
tio hæc præcepti, quando in promptu appa-
ret quomodò alteri necessitati subueniri pos-
sit, vtrùm satis sit vt tu excusẽris, alios esse qui
necessitatem intuentes & meliùs quàm tu pos
sunt, & arctiori vinculo tenentur. Sic enim vul
gus existimat: quare passim audias hoc esse pa
cto excusantes, Est talis qui meliùs facere po- Responsio
test ac debet. cur igitur ego tenear? Respõdetur
nihilo minus istis eiusmodi physicas potentias
& naturales obligationes, nisi adsit actus, non
excusare reliquos qui succurrere possunt. quid
enim misero prodest quòd multi possint & de
beant, si accurrit illi nemo? Verba ergo hæc,
si in promptu appareat aliter subueniri posse,
intelligenda sunt in proxima aptitudine ad
opus: scilicet vt credas re vera absq; te subuen-
tum iri statim per alios. Alioqui si tu non facis,
aliorum culpa tuam non excusabit. ¶ Sed alte Dubium se
rum deinde hic restat dubium. Videtur enim cundum.
D. Thom. non satis rei fecisse: loquitur inquã
de extrema necessitate, nihil autem de graui: &
tamen dubium est vtrùm citra extremam te-
neatur etiam aduocatus patrocinari pauperi
in graui necessitate, aut medicus etiam infirmũ Caietanus.
curare. Et quidem Caietan. in præsentiarum so
lam extremam necessitatẽ arbitratur secum af
ferre præceptum obligans ad mortale. Distin-
guit enim tres gradus: Primum extremæ ne-
cessitatis, ui sub mortali culpa succurrendum
est. Secundũ necessitatis grauis citra extremã
cui non occurrere venialis inquit culpa est.
Leuioribus autem succurrere consilium est: sed Caietanus
illas prætermittere nulla est culpa. Mirandum fatetur.
est tamen quomodò fuũpsius fuerit oblitus:
nam. 2. 2. q. 32. artic. 5. legitimè diuum Thomã
interpretatus duos confessus est casus præce-
pti eleemosynę sub mortali: videlicet necessita
tem extremam de necessarijs, & grauem de su-
perfluis. In cuius confirmationem tractatum
posteà composuit de eleemosyna: vbi eandem
sententiam adstruxit necessariã esse concessa.
Ioannes nanq; non tantùm de extrema loqui
tur, sed de vrgenti necessitate. Qui viderit, in-
quit, fratrem suum necesse habere, & clauserit
viscera sua, &c. Viscera enim quæ sola extre-
ma necessitas aperit, ferrea sunt & obstructiora
quàm sint charitas. Igitur non est dubium Subsecta re
quin perinde atq; in alijs eleemosynis in patro solutio.
cinio locum etiam habeat grauis necessitas, vt
in loco citato ait sanctus Thomas. quod recte D. Thomas
Syluester agnouit in verbo, aduocatus. §. 28. Syluester.
Ecquis enim dubitet, quin si inopis hominis
omni fauore destituti citra periculum vitæ pe-
riclitaretur, honor aliâve illi ingrueret vrgens
calamitas, teneretur & patronus suo illi adesse
patro-

patrocinio. Et pariter medicus quamuis nõ im-
mineret egroto periculum mortis. ¶ Hoc autẽ
verũ est q̃ cum in graui necessitate non sit præ
ceptum nisi de superfluo, pẽsanda est & necessi-
tatis grauitas, & aduocati aut medici possibili
tas. Et quidẽ grauitas ex obiecto perpẽditur:
periculũ enim præsentissimum vitę extrema ne
cessitas est. Et quanq̃ non esset tam certum pe
riculum mortis, posset esse grauis necessitas: vt
in infirmo graui tento infirmitate: & si cui
grauiter periclitatur honor & fama. Superfluũ
autem in aduocato, quatenus aduocatus est:
ficuti & in medico: est tempus quod sibi super
est. Haud enim ad succurrẽdum grauibus cau
sis citra extremã tenetur horas succidere quas
in alẽda sua familia collocare eget, sed satis fue-
rit si sit diues qui nõ tanto tempore pro se eget
vt quod sibi supersit, causis pauperũ impẽdat.
Si nõ omnibus, illis potiùs quæ grauiora sunt.
Nam inde, q̃ scientiæ locuples est, tenetur par
tem etiã impartiri egenis: sicuti si alijs diuitijs
afflueret. Qui enim inuisos habet pauperes, nõ
est cur sit in conscientia securus: quia neq; est
in tuto. ¶ Et per hęc clarent argumẽtorum so-
lutiones. Qui enim iumentũ sub onere iacens
obuium habet, videt suam opem esse illi neces-
sariam, cuius ideo sit inde debitor. Et pariter ad
Gregoriũ respondetur, q̃ talẽtum abscõdere
est, vbi necessitas occurrit, auxiliũ subtrahere.
Et quantum ad tertium attinet, iam exposita
est illa quæ obligat necessitas, atq; illa quę sub
consilio militat.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm meritò sint aliqui ab aduocatio nis officio arcendi.

Primum ar gumentum. POST hæc quęritur de aduo
catorũ qualitate & dignitate,
vtrùm aliqui sint tanquã in-
idonei ab hoc officio abigẽdi.
Arguitur eiũ à parte negatiua:
ab operibus misericordiæ ne-
Secundum. mo arcendus est. ¶ Secundum. Eiusdẽ effectus
nentiquàm incongruè assignãtur diuersę cau-
sæ: vacare autem sacris & peccatis sordescere,
contraria sunt: incongruè ergo ab hoc officio
Tertium. arcentur ex vna parte infames: atq; ab altera
clerici. ¶ Tertio. Quisq; tenetur proximũ sicut
seipsum diligere: nemo autem cohibetur pro-
priam defendere causam: ergo neq; cohiberi
vllus debet tueri causam proximi. ¶ In contra
riũ autẽ est q̃ infames & excõmunicati repel-
luntur ab hoc officio: vt patet. 3. q. 7. cano. in-
fames. & etiam monachi, nisi de licẽtia Prælа-
ti in causis pijs. 16. q. 1. ca. monachi. & extrà, de
postulatio. c. ex parte.

AD quæstionẽ suppositа distinctione dua-
bus cõclusionibus respondetur. Bifariàm Distinctio.
enim quis potest à munere aliquo repelli, scili-
cet, aut propter impotẽtiam, aut propter in-
decẽtiã. Sed differũt, q̃ impotentia simpliciter
excludit hominẽ, indecẽtia verò non itẽ: quia
potest per necessitatẽ quod indecens erat fieri
cõdecens. Est ergo prior cõclusio. Qui potẽtia Prima cõclu
caret aduocãdi neutiq̃ patrocinari potest siue sio.
potẽtia desit in sensu interiori, quales sunt fu-
riosi, qui sanum non habent sensum: atq; im-
puberes, qui ipsum nõ habẽt integrum ac soli
dũ: aut in exteriori, ficuti sunt surdi aut muti.
Requiritur enim in oratore primùm mens nõ
solum sana, verùm etiam extructa ad iudican-
dũ: & deinde cùm causæ in foro exteriori agã-
tur, instrumenta ad exprimendum cõceptus.
¶ Secunda conclusio. Duplex est qualitas quę Secunda cõ
in aduocato existens, nisi necessitas adsit, inde clusio.
centẽ facit aduocationẽ. Prior est dignitatis ex
cellẽtia. Posterior verò orbitas aliqua, aut de-
fectus. Excellẽtia inquam dignitatis indecẽtes
reddit sacerdotes, & maximè monachos vt in
foro versentur. Qui enim sunt sacris ministerijs
mãcipati, orationiq; perinde & cõtemplationi
addicti, eos minimè decet ad sæculares causas
demitti: quæ & impedimẽto illis sunt nè pos-
sint spiritualibus vacare: & authoritatem di-
minuunt, atque offuscant, nè pro sua condi-
tione & statu in honore & existimatione ha-
beantur. Orbitas autem aut corporalis esse
potest & naturalis, aut quæ ex peccato pro-
ficiscitur: corporalis inquam vt cæcitas. Nam
qui cæcus est, non est ad dicendum aptus. Ne-
mo enim acrimoniam habere potest nisi eos
videat cum quibus loquitur. Nam per oculos
& concionis attẽtione excitatur orator: & per
eosdẽ spiritus quoq; remittit quibus vegeta-
tur oratio. Loquimur enim de oratore qui vo
ce causas agit. Nam in illis qui scripto respõsa
dant non tantùm officit oculorũ orbitas. Fœ-
dior autem ac nocentior est qui corruptis mo
ribus sordescit. Qua ratione repelluntur infide
les hæretici, excõmunicati, atq; infames, qui
grauioribus criminibus maculati sunt. At verò,
vt in cõclusione adiectum est, ingruere potest
necessitas qua eiusmodi decentia cõpensetur.
Quare & monachi pro suis ecclesijs, atque alij
pro seipsis & sibi coniunctis, aduocationis of-
ficio fungi possunt. ¶ Primũ ergo omniũ in
præsentiarum animaduertẽdum est, quanta in

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduocato requisita sit dignitas: quæ certè paulò minor desideratur quàm in iudice. Vnde cùm in alijs cunctis actibus atque officijs præscientiæ copia requiratur morum probitas, in oratore potissimum atque in aduocato etiam philosophi id singulariter exigunt. Quare in descriptione Oratoris priùs ponunt, Vir bonus, ac subinde dicendi peritus. Debet enim patronus cum primis summa fide clientis curã suscipere: deinde cauere nè parti aduersæ iniuriam inferat, ac demũ ea pollère authoritate, vt non tantum iuris prudentia, verum & morum præcipuè integritate fidem sibi arroget. Nam prauis, vt ait lib. 12. Quint. etiã vera dicẽtibus fides deest: videturq; malus aduocatus malæ causæ indicium & argumentũ. ¶ Interrogatio autẽ hìc existat theologica, Vtrum dum quis se contra ius in hoc officium insinuat peccet mortaliter. Respondetur q; si defectus nõ multùm ad rem referat, non est mortale crimen: imò potest fieri etiam citra veniale. Vt si mutus scripto consulat & emendatus infamis, si tamen absq; vlla iuris peritia & negotiorum experientia ingereret sese, non esset à mortali culpa immunis: quandoquidẽ in illo periclitarentur causæ sibi concreditæ.

Munus oratoris.

Quintilian.

Interrogatio theologica.

Responsio.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentũ respõdetur, non omnia opera misericordiæ omnes decère. Imò si indocti ad docẽdum prodirent, & stulti ad consulendum, & inexperti medici ad medicandũ, & infames ad corripiendum, potiùs pestilẽtes haberentur quàm misericordes.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundùm respondetur quòd sicut virtus inter duo extrema constituitur, ita & patrocinãdi muneri alij per excellentiam nõ sunt apti, atq; alij per defectum.

Ad tertium.

¶ Ad tertium autem respõdetur q̃ necessitas non incumbit tanta succurrendi alienis negotijs q̃ proprijs: & ideo in fames admittuntur in causis proprijs & non in alienis.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm aduocato delictũ sit iniustam causam defendere.

POST aduocati dignitatem sequitur de idonea aduocandi forma: nẽpe vtrum licitum sit causam iniustam defendere. Haud enim desunt à parte affirmatiua argumenta. Etenim sicuti laus medicæ artis inde maximè relucet quòd desperatos morbos medicus sanet: ita & aduocatus inde præcipuè commendari assolet quòd infirmas causas propugnat. ¶ Secundò. Si causam propter iniustitiam deberet deserere, non eò punirentur aduocati quòd causas perdunt: puniuntur autem tãquàm præuaricatores, qui diuersam adiuuant partem: vt patet cap. si quẽ pœnituerit. 2. q. 3. ergo licitum est susceptam causam contra iustitiam defendere.

Primum argumentum.

Secundum.

¶ Accedit tertiò quòd maior illic apparet culpa, vbi causa iusta iniustè defenditur: puta dum vel falsi producuntur testes, vel leges allegãtur falsæ: quàm iniustam causam via regia defendere. licet autẽ aduocato astutijs vti ac technis, sicuti militi ex insidijs pugnare: ergo iniustam causam protegere non est prorsus nefas. ¶ In contrarium autem est reprehẽsio illa. 2. Paralip. 19. Impio prebeꝫ auxilium: & idcircò iram Domini mereberis.

Tertium.

AD quæstionẽ duabus conclusionibus respõdetur. Prior est. Aduocatus qui sciens & prudẽs iniustam causam defendit, tum mortaliter contra iustitiã peccat, tum perinde ad restitutionẽ tenetur. Probatur. Qui ad malum cooperatur, eiusdem est iniquitatis reus, atq; ipse qui facit: secundùm illud Pauli, ad Roma. 1. Digni sunt morte, nõ solùm qui faciũt, sed etiã qui facientibus consentiunt: aduocatus autem & consilio & fauore cooperatur ei qui iniustam litem gerit: quin verò ipse est qui litem nutrit: ergo mortaliter peccat: ac subinde cùm peccatum sit contra iustitiam, nẽpe in nocumẽtum alterius partis, ad restitutionem obligatur.

Prima conclusio.

Probatio.

Paulus.

¶ Posterior conclusio. Qui per ignorantiam, iniustam tuetur causam, excusari pro ratione ignorantiæ potest, tam à culpa quàm à restitutione. Conclusio in omnibus materijs clara est.

Posterior conclusio.

¶ Emergit autẽ ex priori cõclusione dubitãdi occasio de causa dubia. Vtrũ aduocatus suscipere eam causam possit ac sub inde defendere, quæ iudicio suo anceps est. Et quidem si in æquilibrio dubitatio pendeat, in promptu est affirmatiua responsio: quoniam iurisprudentis munus nõ aliud est quàm legum sensa bona fide ad alterutram partem applicare. Imò hinc omnes lites pendẽt quòd res aut iure aut facto in dubio versantur. Sed ratio dubitandi potissima est vtrum etsi aduocatus intelligat aduersam ptrem maiorem habere iuris energiam, possit eam quæ minoris est probabilitatis defensare. Apparet nanque id non esse licitum: quoniã videtur nihil aliud quàm iniquitas iudicem in eam partem inclinare & trahere, contra quam pronuntiare deberet.

Dubitatio.

Argumentũ.

¶ Respondetur nihilo minùs sub distinctione. Quãdo em̃ est causa mortis, aut sanguinis, aut vbi honor alicuius periclitatur: tunc actori cõtra reũ patrocinari, nisi minimũ tãta vigeat

Solutio.

vigeat probabilitate accusatio, quanta defensio, profectò ingens esset scelus: quoniam melior est conditio possidentis: maximè in fauorem honoris & vitæ. Ac ferè idẽ est cùm quis reus sit vt de sua deturbetur bonorum omniũ possessione. Imò in hisce casibus, potissimùm in causa capitis, nisi reus perniciosissimus haberetur, pium esset eius suscipere patrocinium, etiam si eius causa minoris esset probabilitatis: dummodò nulli fraudi pãderetur locus. In causis autem minoris momenti, tametsi vix absq; periculo possit infirmior causa defendi ac debilior: tamen si ad rigorem conscientiæ loquamur, non est cur omninò condemnetur: dummodò patronus clientem in primis suum admonitum curet, iustitiam non tam ei quàm alteri parti arridere: deinde nulla prorsus vtatur falsitate: leges scilicet aut commentitias allegando, aut falsè interpretando, sed illis semper vtatur, quæ causæ suæ suffragantur: reliqua verò subticeat argumenta, quæ à parte contraria militant. Et ad argumentum in contrarium respondetur, quòd vnicuique licitum est ius suum absque vi & fraude experiri & persequi. Et ideo cum patroni munus sit suo clienti fauere, nemini iniuriam facit si merita suę causæ patefaciat. Altera verò pars sibi viderit, cui patrono suam concredat causam: & iudex etiam sibi, vt quadratus stet, nè in partem nutet infirmiorem. Tametsi vt dicebam similium causarum defensio non caret periculo adulterandi leges.

Allegatio.

Ad primum principale.

AD primum igitur argumentum respondetur disparem esse medici atque aduocati rationem. Medicus nanque qui desperatum morbum curandum suscipit nemini iniuriam irrogat, scilicet neque tertio, neque verò infirmo: is ipse cõsentit. Aduocatus autem qui vnam partem sic propugnat vt alteram expugnet, licet scientiæ laudem mereatur, est tamen secundum voluntatẽ iniquus.

Ad secundũ.

¶ Secundum argumentum de illo qui bona fide causam suscipit, quam post contestatam litem intellexit esse iniquã, abditioris est ambiguitatis. Respondet enim S. Tho. quòd non debet eã prodere vt alteram partem iuuet secreta iniustæ cautelæ retegendo: esset enim tũc præuaricator, iuxta ea, si quem pœnituerit. 2. q. 3. quem iam exposuimus: sed debet eam dissimulanter deserere.

S. Thomas.

Secundum S. Thomam.

¶ At verò solutio hæc ansam contra se affert arguendi. Si enim quis accusatori patrocinaretur contra aliquem in causa capitali, quem decurrente causa euidenter nosset esse innocẽtem, teneretur causam prodere, vt eum à morte liberaret. Imò verò agere testem eius innocẽtiæ, & transire ad defendendum eius causam.

Nam innocentia tãto potitur iure, vt etiam iudex, vt suprà dicebamus, cui illa esset cognita, adipsum teneretur, nedum aduocatus. Conceditur ergo huius argumenti cõclusio. Nec sanctus Thomas loquitur nisi in communi ordine & stylo iuris. Quin etiam si causa in re grauissima versaretur, quæ paulò minoris æstimaretur quàm mors. Vt si quæstio esset de celeberrima fama & honore, statuque alicuius illustris, idem pro meo captu censerem. Hoc sub aliorum censura dixerim: dummodò aduocatus non sub dubio id nosset, sed certissima scientia. Et præterea dum id posset facere absq; scãdalo, & præmissa fraterna admonitione, qua id comminaretur accusatori, nisi desisteret. Et dãdo quam posset operam nè accusatoris vita periclitaretur. Sed tamen si vsque adeò ille nequã desiperet vt resipiscere renueret, profectò cum eius periculo id posset facere. Imò si citra suũ, ipsius detrimentum id posset, arbitror teneretur. Et vice versa ille qui reum mortis defenderet, quanuis nosset iniustè se protegere, neutiquam liceret causam eius prodere: licèt deberet deserere causam, si nullo eum colore tueri posset.

Mẽs S. Tho.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm licitum sit aduocato pretio patrocinari.

SEquitur deniq; de stipendio patroni, vtrum sit licitum. Arguitur nanque à parte negatiua. Opera misericordiæ non sunt intuitu humanæ retributionis exhibenda: secundùm illud Luc. 14. Cùm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos neque vicinos diuites, ne fortè ipsi te reinuitent. patrocinari autem vt art. 1. dicebamus, officium est misericordiæ: ergo gratis est impendendum. Eò potissimùm quòd est spirituale opus: & spiritualia non licet tẽporalium æstimatione tribuere.

Primum argumentum partis negatiuę.

¶ Secundò arguitur. Iudici, quia persona est necessaria in iudicio, non licet quidpiam ab alterutra parte litigantium recipere, vt Augustinus ait contra Macedo. & refertur. 14. q. 5. can. non sanè. aduocatus est etiam necessaria persona: ergo neq; illi id licet.

Secundum.

Augustinus.

¶ In contrarium est ibidem August. vbi ait q̃ aduocatus licitè vẽdit iustum patrocinium, & iurisperitus verum consilium.

Prima cõclusio.

AD quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior. Licitum est aduocato suum patrocinium pretio æstimare. Facilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio cõclusionis.

cilis est ex superioribus eius collectio. Nam quæ hominis propria sunt, neque alteri de iustitia debet, citra iniuriam potest vendere: quia nemo quæ sua sunt gratis donare tenetur. Scientia autem iurisperiti, & aduocati solertia & prudentia, sunt propria ipsorũ bona ficuti & scientia medici & cuiusuis Doctoris alius facultatis: neque illa rigore iustitiæ semper alijs debet: ergo tunc poterit pretio illa æstimare ac venditare. Posterior conclusio. Si quis istorum per

Vltima conclusio.

Probatio cõclusionis.

improbitatẽ aliquid vltra modũ extorqueat, mortaliter peccat: idque contra iustitiam. Patet conclusio in primis authoritate Augustini eodem loco: vbi ait quòd ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent: data verò per tolerabilem consuetudinem non solent, scilicet repeti. Et ratio deinde est in promptu, nam eiusmodi officia pretio sunt æstimanda: in his autem quæ pretio penduntur, excessus pretij iniustitiam operatur. Cui quidem rationi applaudit lex etiam ciuilis. C. de postul. l. si qui. ¶ Circa priorem autem conclusionem

Dubium.

dubitas forsan quomodò sit æstimandũ huiusmodi patrociniorum pretium: vtrùm cõsistat in indiuisibilibus an potiùs latitudinem permittat vt possit quisque pacisci quantum velit. Arguitur enim quòd tantum cuiq; petere liceat, quãtum exprimere valuerit: quoniã re vera scientia hominis est sicut margaritum quod nullo certo æstimatur pretio, sed pro voluntate contrahentiũ. Imo omni est margarito pretiosior, secundum illud Prouerb. 16. Posside sapientiã:

Solutio.

quia auro melior est. ¶ Respondetur nihilo minus aduocatorum pretium, perinde atq; aliarum rerum duplex esse: vt lib. 6. dicturi sumus: scilicet & legitimum, & naturale. Legitimum inquam quod lege taxatum est: consueuerunt enim lege taxari mercedes operarum ministro iustitiæ: videlicet tam scribarum, quàm aduocatorum, atque aliorum: vt scilicet pro tali scripto tantum eis pendatur pretium: & pro tali, tantum. De quibus vtique pretijs dubitari non licet, quin sit peccatum iniustitiæ quidquam vltrà ex pacto suscipere: & qui plus percipit, ad restitutionem tenetur. Si lex modò sit vsu recepta, neq; annuẽte principe abrogata. Quoniam vt lib. 1. dictum est leges obligant conscientiam, atq; illæ potissimùm quæ de rerum æstimatione iusta causa feruntur. Et est profectò iustissima patrocinijs præstandis respondisq; ferendis mercedes lege publica statuere. Alioqui cùm litigãtes ab vna parte pudor suffundat, si parùm conferant: altera verò vincendi auiditas extimulet: non possunt non esse immodicæ. Qua vtique ratione vsu maximè fieri solet vt lites nutriantur: & vtranis pars vincat, maior tamẽ sortis portio cauſidicis obtingat. ¶ At verò quando mercedes nõ sunt lege constitutæ, quia neque omnes commode possunt: tunc supereſt dubitandi ratio, vtrum, iurisconsulto quantũ exprimere potuerit exigere liceat. Tunc enim militare videtur argumentum quod suprà fecimus de rebus pretiosis, quæ tanti stant quanti vendi possunt. ¶ Respondetur nihilo minus id non esse licitum. Nam rerum, vt lib. eodem. 6. dicturi sumus, aliæ sunt non simpliciter ad vsum humanum necessariæ: quæ idcircò licet tanti æstimentur quanti vendi possunt, non vergit in reipublicæ perniciem. Sed aliæ sunt humano vsui omninò necessariæ: vt frumentum, vinũ, lana, &c. quę citra iniuriam distrahi nequeunt nisi iusto pretio, pro ratione temporum, & locorum. Atque huius generis sunt forensia munera. Quare optime ait Augusti. quòd extorta per immoderatam improbitatem repeti solent. Improbitas enim si non dicat nisi iniustitiam petendi, non continet iniustitiam: sed quando est immoderata, hoc est excessiua respectu iusti pretij. Et sic est intelligenda posterior nostra conclusio. ¶ Quocircà neque aduocatus, quantum libuerit, exigere potest. Imo verò neque recipere. Nam etsi gratis auctiora illa pretia videantur conferri, nunquàm tamen re vera conferuntur, nisi coacta voluntate. Sunt fateor pensandi labores, quos studẽtes ad comparandã iuris peritiam exhauriunt, & quos faciunt sumptus, & præ omnibus ingenium eorũ & scientia: sed tamen cũ moderatum ne, habita qualitate & quãtitate causæ, & litigãtiũ possibilitate. Neq; verò audienda eorũ sunt hæc obtendicula. Aiunt enim non posse alter suum sustentare statum, cùm tamen status eorum & cõditio non sit ipsorum iudicio estimanda, qui illas sibi vsurpant fastuosas pompas. Si enim scribę & victu & vestitu nobilitatem præ se ferre contẽdãt, & aduocati illustriũ statũ debẽt illos splẽdores miserorum sumptibus sustẽtare. ¶ Vnum autẽ prouideẽter iure cautum est, nẽ aduocatus de quota litis paciscat: scilicet de medietate, aut de tertia, aut de duab⁹ tertijs, &c. vt habetur C. de postulati. l. si qui. & illic Bartol. & l. litẽ. C. de procura. & l. sumptus. ff. de pact. Et fuit optima ratio legis: nam illa via inserperent fraudes & technæ, quas aduocatus vt vinceret excogitaret. Imo verò eãdem ratione, quicquid nonnulli Glossatorum in contrarium musitent, neque licet pacisci de aliqua certa quantitate sub conditione victoriæ, quæ sit tanquàm honorarium.

Nam

Nam eadem omninò offerretur tunc nefandis fraudibus occasio. Sed tãtùm licet pacisci absolutè de tanta quãtitate, in vtramuis partem eua sericausa.

Ad primum argumentum.

Ad primum igitur argumentum iam sæpe responsum est. non quicquid homo potest, facere debere per misericordiam: sed hoc tantùm nos admonet Euangelium, vt eorum quæ per misericordiam exercemus, à Deo solo expectemus mercedem. Quare vbi causa pauperis te cogit ei patrocinari, id debes solo diuino intuitu facere. Nõ tamen, vt supra diximus, tenemur semper ad talia opera: sed vẽdere suũ potest homo patrocinium. Nam etsi scientia res sit spiritualis ratione subiecti, non tamen illius est generis spiritualium quæ gratis accepimus, gratisq; debemus: imò nostro sudore & vigilijs parta nobis est, vt lib. 9. sub tit. de simo.

Ad secundũ

liquidius fiet. ¶ Secundum argumentum discrimẽ petit inter iudicem, testem, & aduocatum. Nam cùm singuli istorum veritatem prorsus tueri debeant, perinde scilicet aduocatus vt reliqui, nulla apparet ratio cur huic potiùs quàm alijs pro defendenda veritate liceat mercedem recipere. Est tamen discrimen, quòd finis prius iudicis ac testis est iustum & veritas in communi, sine respectu actoris vel rei: ob idq; ob veritatem dicendam neutri illorum quidpiam recipere licet. Scopus autẽ aduocati non est iustum simpliciter, sed iustum clietis sui, cuius causam omnibus suis viribus protegit, altera neglecta: & ideo non solùm, vt aliqui putãt, pro labore, sed pro ipso patrocinio & defensa veritate potest mercedẽ suscipere: sicut doctor pro veritate docenda quam dilucidat. Nihilo minus autem restat & inter iudicem & testem differentia, quòd iudex non solùm pro veritate pronuntianda nihil potest à litigãtibus percipere, quia est communis vtrique: sed neque pro labore & studio id sibi licet, sed respublica debet illi prouidere tanquàm personæ publicæ. Non quod iure naturæ id sit prohibitum, imò si nullus existeret metus nẽ intuitu pretij in alterutram partem corruptus propendẽret, ius naturæ non prohibet quin possit à litigantibus aliquid recipere, sed propter talẽ metum iure ciuili cautum est, vt ærario publico sustentetur. At vero testis quia non est vsq; adeo persona publica, sed citatur ab illa parte cui interest, quamuis pro veritate dicenda nil possit recipere, quia cuicunque parti debet eam syncerè proferre: tamen pro labore suo recipere potest pretium ab eo à quo citatus est. ¶ Cùm autem iudici negamus quicquam recipere posse, intelligas non nimis quin pro subscriptione aut citationis aut sententiæ quidpiam ei constitui lege possit. Hæc enim meditatio non est præsentis loci.

QVÆSTIO NONA
De contumelia.

Sanct. Thomas. 2.2. quæst. 72.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm contumelia consistat in verbis,

Xpeditis verborum iniurijs quæ forensi iudicio accidere solent, progrediendum nobis est ad illa etiam iniuriosa verba quæ extra iudicium vsu veniunt. Quæritur ergo primò de contumelia, vtrùm consistat in verbis. Arguitur enim à parte negatiua. Contumelia nomẽ est nocumenti: verbo autẽ nullũ nocumentũ videt inferri, sed factis potiùs: creditur vel per sona vel honor eius: ergo cõtumelia nõ in verbis, sed in factis cõtingit. ¶ Secũdò dehonoratio quæ verbis fit, suum habet peculiare nomen vituperij & conuitij: hæc autem à contumelia differre videntur: ergo contumelia non consistit in verbis. ¶ In contrarium est quòd solum verbum auditu percipitur: contumelia autem ad aures pertinet: secundùm illud Hierem. 20. Audiui contumelias in circuitu: ergo contumelia est in verbis.

Primum argumentum.

Secundum.

QVinque sunt capitales iniuriarum species verbalium extra iudicium: nempe contumelia, detractio, susurrus, irrilio, & maledictio. Contumelia autem & detractio primò per se differunt ex obiecto: Contumelia enim est iniuria quæ contra honorem alterius fit: Detractio verò est famæ læsio. Differunt nanq; honor & fama, quòd honor est reuerentia alicui propter aliquam excellentiam ac potissimum propter virtutem exhibita: Fama verò, vt habet in glo. c. vestra. de cohabit. cler. & mulie. est illæsæ dignitatis status, vita & moribus cõprobatus. Vel si cũ theologis ac philosophis loquamur, est clara illa notitia quã alij de nobis habẽt. Itaq; esse potest honor sine fama, & è diuerso. Exhibet enim reuerentia magnati quãdoq; propter sanguinis excellentiã, cuius tamen

Differentia cõtumeliæ & detractionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen morum siniſtra habetur exiſtimatio. Ac vice verſa eſſe ſolent priuati viri in angulis latitantes, honoribus orbi: quorum tamen vitę clara habetur opinio. ¶Hoc præiacto diſcrimine ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior. Contumelia propriè loquendo in verbis conſiſtit. Probatur. Contumelia, vt modò dicebamus, idem eſt quod dehoneſtatio, reuerentiæ contraria, quæ honori exhiberi ſolet. Honor autem dupliciter alicui tollitur. Vno modo, vt ſi dicamus mediatè: puta dum id quod honoris cauſa erat, ſubmouetur. Qui enim diuiti ſubſtãtiam, cuius ſolius gratia honor illi habebatur, ſurripit, honorem eius contenebrat. Sicuti qui ſapientis ſcientiam læſione cerebri aufert. Nam exinde incipiunt illi minoris haberi. Quapropter ille ſolus honor verus eſt, qui virtuti debetur: quippe qui ex nulla extranea cauſa præterquàm ex Deo dependet. Eiuſmodi autem dehonorationes non faciunt propriam ſpeciem, ſed referuntur ad alias iniurias: puta ad furtum, homicidium, & reliqua. Secundo autem modo aufertur alicui honor directè & propriè. Et hoc fit dum quis quidpiam in notitiam alicuius deducit quod eius honori officit. Nam ſicut honor excellentiæ debetur, ita & turpitudinis notitia cauſa eſt dehonorationis: atq; in hoc propriè ratio contumeliæ conſiſtit. Deducere autem aliquid in notitiam alterius, pertinet ad rationem ſigni: & cùm ſecũdùm Auguſti. 2. de doctri. Chriſti. verba, inter homines primas partes ſignificandi obtinuerint: ſunt enim ſecundùm Ariſtot. 1. Peri. earum conceptionum indicia quę ſunt in anima: conſequens fit vt ratio cõtumeliæ propriè in verbis inueniatur. Vnde Iſidorus in ſuis etymolo. Cõtumelioſus, inquit, ille dicitur qui veloxeſt & tumet verbis iniurię. Alluſio enim vocum eſt, tumet, & contumelia. ¶Poſterior concluſio. Contumelia extenſo nomine etiam in factis poſita eſt, quatenus rationem habent ſignificandi. Hoc patet: quia & rebus ipſis, vt illic docet Auguſtinus, conuenit ſigna eſſe aliarum rerum. Quapropter & factis poteſt quis alterius vitium patefacere. Vnde ſuper illud ad Rom. 1. Cõtumelioſos, ſuperbos, &c. dicit gloſ. contumelioſos illos eſſe, qui dictis & factis contumelias & turpia inferunt. Hinc fit nullum factorum, quatenus res ſunt, rationem habere cõtumelię, ſed quatenus vim habent ſignificandi. Dum enim quis fores alienas effringit furandi animo, non contumelioſus, ſed latro eſt. Si autem id in vituperium & vilipẽdium domini conetur, fit contumelioſus. Significat enim re illa dominum flocci pendere. Pariter ſi quis fuſte agaſonem cædat, nõ animo dehoneſtandi ſed feriendi, non perinde contumelioſus eſt atque ſi nobilem pulſaret: non vt dolorem inuiteret, ſed vt auferret honorem. Et eãdem ratione qui vxorem vicini libidinis gratia ſolicitat, non eſt formaliter cõtumelioſus in vicinum ſuum, ſed ſi id tentaret vt honori mariti officeret. Deſignare enim tunc contendit turpitudine illa hominis vilitatem. Enimuerò quantum ad rem attinet contumelię, non ſemper exigitur vt vitii quòd propalàri contenditur peccatum ſit quà uis huiuſmodi contumelia ſit inſignior: ſed ſatis eſt eſſe vitium generis, aliúsve animi vel corporis morbum, aut quidpiam excellentiæ contrarium ob quam homines honori habentur. Vt ſi hominem denotes malignè natum, aut ignauum, &c. Neq; verò requiritur vt ſis contumelioſus quod hominem infames, vitiũ eius occultum detegendo: nam etiam ſi publicum concubinarium, aut coelitem, aut ſordidè natũ ſic appelles, contumelia eum afficis: maiore autem ſi talia illi imponas. Præter hæc autem factorum genera, ſunt alia per ſeipſa contumelioſa: quia nihil aliud in ſe habent quàm ſignificationem: vt naſum vel pollicem inter duos digitos demonſtrare, aut linguam inter dentes. Significabant enim hæc, vt fertur, Romanis fœdiſſimum vitium. ¶Hæc autem contumeliæ deſcriptio occaſionem offert ſciſcitãdi, vtrum ad eius rationem neceſſarium ſit vt verba aut facta in præſentia alterius fiant. Apparet enim id eſſe neceſſarium. Nam differunt contumelia & detractio, q̃p illa vim ſecum affert & contemptum, hæc autem ad fraudem inclinat & dolũ: illa ergo ſit in preſentia palàm: ſicuti hæc clàm in abſentia. ¶Reſpondetur perinde differre cõtumeliam à detractione ac ſuprà de rapina & furto differebamus. Contumelia enim quia cõtemptum ſignificat, & reuerentiæ quæ in præſentia fit aduerſatur, ingenio ſuo in præſentia irrogatur: vel ſi fiat in abſentia nõ eſt eò quòd contumelioſus illam celare velit vt detractor: imo ob hoc verba in abſentem iactat, vt in eius peruenient notitiam. Quare conſulto dixit ſanctus Tho. contumeliam eſſe cùm quis id quod eſt contra honorem alicuius, deducit in notitiã eius & aliorum: hoc eſt cùm ſua intentio eſt in faciem tale conuitium iactare.

Ad primum argumentum.

AD primum argumentum reſpondetur quod verba quatenùs ſonus quidam ſunt naturalis, neminem lædunt niſi forſan tenerrimis ſit auribus: at verò quatenùs ſigna exiſtunt, honorem & afferunt ſi ſint honeſta, & auferunt ſi ſint turpia. Eo q̃p honor de excellentia quæ in hominum no-

titia eſt ortum habet. Facta autem quatenùs facta ſunt, ſuas, vt diximus, habẽt vitiorum ſpecies: ſed quatenùs ſigna ſunt, pro verbis reputantur. ¶Ad tertium reſpõdetur, per diſcrimẽ illud deſignari ſolitum inter contumeliam, cõuitium, & improperium. Contumeliam enim, qui literarum colluſionem cum Iſidõro nimiũ obſeruant, à cõtumeo deriuari contendunt: cõtumelioſus enim tumens eſt & turgẽti animo inflatus. Quãuis vt Vlpiã. vult. ff. de iniu. l. 1. à cõtemnendo rectius dicatur. Quare ſua primæua ſignificatione ſolum ſignificat dicti acerbitatẽ contrà honorem alterius: ſed tamen ex vſu accommodatione, apud Theologos illum ſpeciem ſignificat qua obijcitur alteri peccatũ mortale: vt quòd ſit hæreticus, aut latro, &c. cõuitium autem latiùs patet, vt ſit maledictum quo alteri obijcitur, malum quoduis, ſeu culpæ, ſeu pœnæ. Vnde Cicero pro Cœlio: Maledictum, inquit, nihil habet propoſiti præter contumeliã: quæ ſi petulantius iactatur, cõuitium: ſi facetiùs, vrbanitas nominat. ¶Quod autem Labeo apud Vlpian. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem, ait: nempe conuitium perſonare atq; conuocium: quaſi pluriũ coeũtes voces ad maledicta in vnum iactanda: ſicuti. 4. Reg. 2. de puerorum vociferatione legitur aduerſus Eliſeum inclamantiũ, Aſcende Calue: forſan non multùm ad rem pertinet. Non em, con, in hoc nomine tam concurſum ſignificat plurium, quàm vehementiã: ſicuti in conficio. Et credíderim ex, vitium, componi: conuitiari enim nihil aliud eſt quàm vitijs alterum cõſpergere. Niſi dicatur à cõuitãdo: vt lib. 6. ait Valla. Nam quę conuitijs proſcindimus, procul à noſtro cõtubernio vitamus: quaſi illum à nobis per contemptũ abigentes. Hæc autẽ ad grãmaticos attinent. Improperiũ verò aliam peculiarem ſpeciem cõuitij ſignificat: nẽpe cum quis alteri beneficiũ obijcit quod à ſe receperat: ſecũdũ illud Eccleſi. 20. Exigua dabit: & multa improperabit. Et apud Comicum: Iſtæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Sed hæc tamen receptiſſimo vſu promiſcue vſurpantur. ¶Quæſtiuncula autẽ ſcholaſtica ſeſe hic lectori forte offeret, vtrum omnes hi atq; alij contumeliarum modi eiuſdem ſint ſpeciei: an verò ſpecie differãt, ſicut & ipſa probra differunt quæ quis in alterũ iacit. Credíderim cũ Caietano omnes eſſe eiuſdem ſpeciei. Nam contumelia ſpecies eſt ſpecialiſſima, vt puta quæ vnum habet honorem pro obiecto, quem ab eo aufert qui per vim patitur inuoluntarium: ab vna enim ratione formali obiecti vna ſpecies conſtituitur. Nihilo minùs augeri tantum poteſt cõtumeliæ grauitas, vt eius expreſsio de neceſsitate ſit confeſsionis. Vt ſi quem hæreticum, aut traditorem, aut quid ſimile appelles, id ipſum eſt cõfeſsione explicandũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm contumelia, & generaliter conuitium, ſit genere ſuo peccatum mortale.

CVm contumelia in verbis vt dictum eſt conſiſtat, quæ genere ſuo nõ videtur tam enormem habere læſionẽ: meritò quæritur vtrũ perinde atque homicidiũ, & furtum, & adulterium, ſit etiam genere ſuo mortalis culpa. Arguitur enim à parte negatiua. Nullum mortale crimen eſſe poteſt virtutis officium: conuitiari autem eſt actus virtutis eutrapeliæ, ad quã ſecundum Philoſophũ. 4. Ethic. pertinet bene cõuitiari: ergo contumelia non eſt mortale peccatum. ¶Secũdò arguitur. Peccatũ mortale viri perfecti non admittunt. qui tamẽ nonnunq̃ conuitijs & contumelijs vtũtur, vt patet apud Paul. ad Gal. 3. O inſenſati Galatæ! Quin verò & Chriſtus Luc. vlti. O ſtulti, inquit, & tardi corde ad credendum! ergo contumelia nullum eſt peccatum. ¶Tertiò. Quãuis id quod eſt ex genere & obiecto veniale poſsit ex fine & ex circunſtantia fieri mortale: vt mendacium quãdo fit pernicioſum: tamẽ vice verſa id quod genere & obiecto eſt mortale, fieri nõ poteſt ex intentione veniale: quia ſuũ ſecum affert obiectũ: quocunq; enim fine furẽris, mortaliter peccas: ſi ergo cõtumelia ex genere ſuo peccatum eſſet mortale, nunquã poſſet ab illo cadere gradu: quod tamẽ eſt falſum: nã leue cõuitium aut ex ſurreptione collapſum, nemo vnq̃ pro mortali duxit. ¶Quarto. Omne peccatũ mortale vel eſt capitale vel alicuius capitalis ſoboles: cõtumelia verò non eſt capitale, vt per ſe liquet: neq; verò capitalis criminis germen: nam maximè iræ, vt Gregorius. 31. Moral. author eſt. Quod tamẽ falſum eſſe videtur: nã potiùs aut ex ſuperbia gignitur, ſecundum illud Prouerb. 10. Vbi ſuperbia, ibi contumelia. aut ad ſtultitiam reducitur, ſecundũ aliud Prouerb. 20. Omnes ſtulti miſcentur cõtumelijs. ¶In contrariũ eſt, q̃p nihil æternam commeretur pœnam niſi mortale ſit crimen: cõuitiator autem infernali pœna dignus eſt, ſecũdùm illud Matth. 5. Qui dixerit

Primum argumentum.

Philoſophus

Paulus.

Tertium.

Quartum.

Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennę ignis.

Prima cõclusio.

AD quæstionem tribus facilimis conclusionibus respõdetur. Prima est. Contumelia genere suo peccatum est mortale: idque atrocius quàm furtum & rapina. Hic autẽ animaduertendũ discrimen est inter peccata quæ in facto consistunt, atq; ea quæ in verbis posita sunt. In illis nanq; peccatis genus ex solo obiecto perpenditur: in verbis autem non nisi exadiuncta simul intentione. Quare hic, genere suo, nõ id tantùm sonat quod est ex obiecto: sicuti in furto & in homicidio, sed etiam ex intentione. Et ratio est, q̃ cum verba re ipsa non offendant, sicut facta, sed significatione: significatio autem ex intentione fiat aliquid exprimendi: non censetur formaliter contumelia nisi quæ ex animo conuitiandi procedit, vel ex crassa ignorãtia & negligentia aduertẽdi quod dicis. Probatur ergo conclusio. Illud peccatum est mortale quod est contra charitatem: charitas verò per quodcunq; peccatum tollitur per quod pax perturbatur & amicitia: tale autem est contumelia: ergo est peccatũ mortale. Probatur postrema hæc præmissa. Honor est inter bona humana præstantius quàm exteriora: secũdum illud, Melius est nomen bonum q̃ diuitiæ multę. Et cùm honor sit positum in excellẽtia potissimùm virtutis, meritò pluris mortales faciũt honorem quàm alia externa bona. Quin verò elegãtes homines illis omnibus vt medijs vtuntur ad comparandos honores, illorumq; bonorum dispendio illos sustẽtant. Est ergo contumelia ex genere suo grauius peccatum, quàm furtum & rapina. Malunt enim homines alijs priuari bonis quàm cõtemptui haberi: quauis tanta esse possit quantitas furti vt grauitatem exuperet contumeliæ. ¶ Secunda conclusio. Iactatio conuitij & probri quæ sit præter intentionem contumeliandi, pensanda est quandoq; ex intentione proferentis: quandoq; vero ex rei quantitate, & quandoque ex defectu cautelæ quæ adhibẽda est. Vnde in triplici esse potest gradu: nempe vt sit quandoq; venialis culpa, & nõnunquàm mortalis. Probatur. Cùm vel pater, vel prælatus, vel maior natu corripiendo probro aliquo vtitur aduersus inferiorem, si moderamine vtatur, officium præstat. Dum autem quis conuitium graue per iracundiam euomit, mortale est. Vbi vero nõnullus est cautelæ defectus, plurimùm consueuit esse veniale. Vt sæpe inter mulierculas contingit cũ homines infimæ classis qui inuicem se cõuitijs conspergunt, vt in buccam veniunt, quibus perparum solet adhiberi fidei. At verò cũ tantum semper fuerint homines honoris tenaces, consultissimè cuiq;, etiam prælatis, abstinendum est à cõuitijs, quæ humanos animos amarulentiùs quàm corporalia vulnera exulcerãt. Atq; adeò perparùm solent ad correptionem conferre. Facilimæ sunt conclusiones: neque vt illis ampliùs immoremur opus est. ¶ Tertia cõclusio. Contumelia suopte ingenio nascitur ex ira, vt Gregorius ait loco citato. Non quòd sola superbia vel odium quo quis alterum contemnit non quandoq; sufficiat ad contumeliãs sed quòd vitium inde censetur originem ducere, vnde plurimùm oriri consueuit: contumelia verò ex ira plurimùm nascitur: eò quòd maximam habet connexionem ad eius finem. Iræ nanque finis est victa atque vltio: & nulla est præsentior compendiosiorq; via ad vlciscendũ quàm contumelia. Qui enim potens nõ est vt se vindicet, aut id non audet, statim in contumelias profilit, vt fœminarum ingenium testimonio est. Per hoc enim quod quis verbis aliũ perfundat, quadãtenus animo satisfacit suo.

Probatio cõclusionis.

Secunda cõclusio

Ratio pro cõclusione.

Tertia cõclusio Gregorij

Ad primum argumentum Aristot.

AD primum igitur respondetur quod contumeliari secundum Aristotel. 4. Ethico. cap. 8. eatenùs est virtutis eutrapelię, quatenus intra limites moderatæ facetiæ cõtinetur: quãdo scilicet vrbanitatis venustas in conuitio adest: secundùm illud suprà suprà citatum Ciceronis. Maledictum si petulantius iactatur, conuitium: si facetiùs, vrbanitas nominatur. Quare isti aulici scurræ neutiquàm permittendi sunt scommatibus vti, quæ plus amaritudinis afferunt quàm salis. Sic enim risus mouendus est, vt bilis non concitetur. ¶ Ad secundum respondetur, quòd sicut verberibus gratia disciplinæ vti licet, ita & moderatis verbis, quæ suo acerore delinquentis animum nonnullo dolore afficiant. At verò vt Augustinus lib. de Serm. Domini in mont. admonet, rarò sunt huiusmodi amarulentæ obiurgationes adhibendæ. ¶ In solutione tertij adhibendus animus est ad intelligendum illud verbum quod diuus Thomas tractauit. 1. 2. q. 88. artic. 2. vbi docuit mendaciũ iocosum quod genere suo est veniale, posse ex fine fieri mortale: vt si referat vel ad aduleteriũ vel ad infamiam alterius: mortale autem ex genere, quod facto committitur vt furtum, ad quemcunque finem referatur, etiam si fiat ad dandam eleemosynam, est mortale. Itaque sententia diui Thomæ est, quod intentio finis, licet veniale pertrahere possit ad mortale, non tamen mortale vsque ad veniale extenuare. Haud tamen negandum est quin quod genere suo est mortale, possit vel ex leuitate materiæ, vel ex surreptione fieri veniale. Contumelia verò, vt iam dictum est, quoniã

Ad secundum.

Ad tertium

Formula Aristotelis Tho.

Probatio.

Augustinus

significationem committitur, quę ex intentione procedit, licet sit genere suo mortalis, nihilominus potest ex ipsa intentione fieri venialis.

Ad quartũ.

Quin verò aliquando laudem habere virtutis. ¶ Ad quartum iam satisfactum est conclusione tertia. Est enim contumelia filia iræ: non autem superbiæ: nam peccatum quod ex alio nascitur, ad eundem debet ordinari finem: contumelia verò nõ ordinatur ad exaltationem qui est finis superbiæ. Attamen superbia disponit ad contumeliam: nam qui elatus est, facile alios spernit: & ideo ait Sapiens, Vbi superbia, ibi cõtumelia. Fit rursus quia contumeliæ furor ratione obnubilat, addit dicens: Stulti miscentur contumelijs.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm debeat quisque contumelias æquanimiter sustinere.

Primum ar-gumentum.

POstquàm de illata contumelia dictum est, sequitur vt dicamus quo modò sit ferenda. Est enim argumentum quòd id nõ sit virtus. qui enim probra conuitiaq; sustinet obloquẽtis, audaciam atq; petulantiam eius fouet: quod re vera nullum est virtutis officium. ¶ Secũdo arguitur. Plus se quisq; diligere tenetur q̃ alterũ: atq; adeò honorẽ suum pluris pendere q̃ alienum: nemo autem ferre debet vt se præsente honori & famæ amici detrahatur: secundùm illud Prouerb. 26. Qui imponit stulto silentiũ, iras mitigat: ergo nullus sua ipsius probra sustinere debet. ¶ Tertiò. Nemini licet sese priuatim vindicare: qui autem æquo animo spumam cõtumelioſi sustinet, sese de illo vindicat, quatenus eum spernere profitetur: secundùm illud Chrysostomi super Matthæ. Si vindicari vis, sile: & funestam illi dedisti plagam: ergo id non licet. ¶ In contrarium est illud Psal. Qui inquirebãt mala mihi, locuti sunt vanitates. Et subdit: Ego autem tanq̃ surdus non audiebam, & tanquàm mutus non aperiens os suum.

Secundum.

Tertium.

Contra.

Probatio.

AD quæstionẽ duabus receptissimis cõclusionibus respondetur. Prior. Vnusquisq; tenetur animum contumelijs ferendis habere paratum, vbicunq; fuerit expediens: non tamẽ eas semper ferre. Probatur vtraq; conclusionis pars. Patientia, vt in his quæ contra nos fiunt, sic & in his quæ contra nos maledicuntur necessaria est: in his autem quæ contra nos fiunt tantùm est necessaria in animi præparatione: Augustinus secundùm expositionem Augustini super illud Matth. 5. Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe illi & alteram: præparatio autem animi cùm affirmatiuo præcepto iubeatur, nõ obligat pro quocunque tempore: sed pro illo articulo quo id ratio exegerit: ergo & animũ debemus habere paratum, & tũ non semper re ipsa tenemur contumelias taciti ferre. Id quod ipsius Redẽptoris exemplo edocti sumus. Nã & à percutiente sẽrationẽ rogauit dicens, Ioannis. 18. Quid me cædis? quod nonnullam reprehensionis effigiem præ se ferebat. ¶ Posterior conclusio. Quandoque oportet illatam contumeliam repellere. Probatur duplici ex capite. Primò quidem propter bonũ eius qui contumelioſus est: nempe vt tumentis eius animi insolentia reprimatur, nè illis iniurijs assuescat: secundùm illud Prouerb. 26. citatum: & secundùm aliud ibidem, Respõde stulto iuxta stultitiam suam, nè sibi sapiens videatur. Secũdò propter aliorum bonum, tam circunstantium quàm absentium, qui cõtumelijs affectũ nonnunquàm solent minoris reputare: atque adeo eius doctrina & monitis minus inde proficeret. Vnde Gregorius super Ezechie. homil. 9. Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent si possunt detrahentium verba compescere: ne eorum prædicationem nõ audiant qui audire poterant: & ita in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnant. ¶ Hic primum omniũ arbitror apud D. Tho. animaduertendum esse quod lib. proximo. q. 6. verum iudicauimus: nempe licẽre cuique, saltem priuato, famæ suæ læsionem infamatori remittere. Nam si eis qui honorem nostrum contumelijs denigrant, resistere non tenemur, non est cur semper teneamur splendorem famæ nostræ alia via sustẽtare quàm officijs virtutum vacando. ¶ Hoc autem solenne membrum prioris conclusionis, videlicet quòd tenemur animos habere paratos ad ferendas contumelias, vbi id ratio tulerit, nonnihil explicationis desiderat. Et primò quæritur, vtrùm præceptum sit habere semper voluntatem, hoc est actuale propositum ferendi iniurias inferendas pro loco & tempore. Nam præparatio talem actum significare videtur. Respondetur id non esse necessarium: nam præcepta affirmatiua sicut non obligant pro quolibet tempore ad extera opera, ita neque ad intimos actus: sed satis est non habere propositum contrarium: atque in genere proposuisse seruare mandata: nam illic virtute includitur hoc propositum. Est animaduertendum huiusmodi præparationem non solùm esse necessariam ad non vindicandas autoritate priuata

Vltima cõclusio.

Ratio cõclusionis.

Priuatus q̃que potest læsionẽ famæ illaram remittere.

Quæstio.

Responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uata illatas iniurias: nam id certissimum est ne mini licêre, vt suprà dictum est, sed ad non resistendum vbi resistentia sine graui scandalo & ingenti detrimento fieri nequit: & vbi ratio fidei & boni publici sustinentiam exegerit. Quare qui in animo gerit de quacunq; contumelia se vindicatũ ire, & cuicunq; citra delectum ob stiturum, in statu est perditionis. Attamen citra illos casus quisque potest & priuatim cum virtutis moderamine resistere, & per publicã potestatem iuris ordine vindicare se. ¶ Quæris autem an citra casus necessitatis, dum quis possit resistere, consilium semper sit non resistere: apparet enim id esse consilium cum sit misericordiæ opus. Sed ad hoc iam posteriori conclusione neganter responsum est. Vtrumque enim simul consulit Sapiens: scilicet & nè respondeamus stulto iuxta stultitiam suam, nè efficiamus ei similes: & rursus vt respõdeamus ei nè videatur sibi sapiens. Quapropter prudẽtiæ perpendiculo librandum est quando contumelianti nobis respondere oporteat: quando verò minimè. Est enim ei respondendum quando ratio correptionis fraternæ id decêre monstrauerit: tunc enim præceptũ charitatis est animũ eius sedare, eumq; sui furoris & stultitiæ admonere. Sed enim maior cura nobis adhibenda est nostri: nè scilicet alterius furor nostrũ excitet: & qui cõpescere aliũ deberemus, si nulli nos impetu feruentes eũ potius irritemus. Leniter ergo admonere eũ debemus ostendendo absq; causa & ratione concitari. Exemplo nimirũ Christi, qui tãtum dixit: Cur me cædis? hoc est nullam habebas cædendi causam. Quãdo verò contumeliæ contra honorẽ fidei & religionis iactantur, tũc vicissim religio est acriori obiurgatione contrà vti. Huc enim refertur q̃ Paul⁹ Galatas insensãtos appellauit: & Christus alios stultos, atque alios generationem nequam & prauam. Personæ autem publicæ etiã propter suũ proprium honorẽ, vt dictum est, debent conuitijs resistere, vtpote quarũ honor necessarius reipublicæ est: priuatæ autem licèt non teneantur, possunt tamen. ¶ Postrema autem supereſt dubitatio vtrum quando resistere licitum est, tunc fas sit pro vna suscepta contumeliã alia reijcere. Appellat me quispiam latronem, appello eum sicarium. Notat meũ genus, noto ego suum ingeniũ & mores. Respondetur in primis nunquàm licêre crimen falsum alteri obijcere: esset enim mendacium, idemq; pernicioſum. Prætereà neq; crimen defectũ ve vllum vel occultum vel publicum per modum vindictæ licet in conuitiatorem respuere: sed tantùm per modum defensæ vim vi repellendo. Hoc est, Non licet illi obijcere crimen quod impertinens est ad obterendam eius authoritatem: sed illud prorsus quod ad id est necessarium: vt si dicam eum esse hominem mendacem & ad eius cõfirmationem patefaciã aliqua eius mendacia, vt in eo quod mihi impingit defringatur ei fides. Si autẽ me appellat cõcubinariũ, non licet mihi eũ appellare latronẽ: sicut neq; ius est percutientem repercutere.

Hæsitatio.

Solutio.

Paulus.

Postremadubitatio.

Solutio.

AD primum igitur argumẽtum iam respõsum est, q̃ licet audaciam conuitiantis mitibus verbis comprimere, nè videatur sibi sapiens: non tamen acerbis, nè efficiamur ei similes. ¶ Ad secundum dicitur q̃ quando ei respondemus qui contumelias in alterum iacit, non videmur ex nimio amore nostri id facere, sed ex charitate, tam cõtumeliantis, q̃ eius qui contumelias perfert: & ideo id facere semper est officium. Quando verò contumelias nostras propulsamus, tunc nõ tam charitatem colere videmur, q̃ nostrę superbiæ succumbere, & iracundiam irritare. Quare tunc fœpius consilium est tacere. ¶ Ad tertium deniq; respondetur, q̃ si quis contumelias suas audiẽs æstu taceret, eo scilicet animo vt alterum quasi spretum ad iracundiam exagitaret, peccatum esset vindictæ: si autem sibi consulens taceat & virtuti obsecundans, licet sciat alterum inde pejus concitandum, nihil sua referre debet. Et hoc est quod Chrysost. ait secundum Sapientis cõsilium, Eccles. 18. Non litiges cum homine iurgato: & non struas in ignem illius ligna.

Ad primum argumẽta.

Ad secundũ

Ad tertium.

QVÆSTIO DECIMA, De detractione.

Sanct. Tho. 2. 2. quæst. 73.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm detractio sit denigratio alienæ famæ per occulta verba.

POst contumeliam qua derogatur honori, sequitur de detractione per quam famæ detrahitur. Et primo circa eius quidditatem quæritur, vtrum sit denigratio alienæ famæ per occulta verba. Arguitur enim à parte negatiua. Occultum & manifestum circũstantiæ sunt non constituentes morum species: in definitione autem id tantùm poni debet quod ad speciem pertinet: ergo nõ est quòd in definitione detractionis ponatur occultationis differentia. ¶ Secundò arguitur. Fama est publica illustrisq; notitia: ergo per id quod occultũ est non denigratur. Quare detractio quæ fit per occulta verba nõ est famæ contraria. ¶ Tertiò. Detractio idem est quod subtractio & dẽptio ex aliquo toto: contingit autẽ famam denigrari nihil veritatis subtrahendo, sed occulta propalando crimina: ergo non idem est detractio quod famæ denigratio. ¶ In contrarium est illud Ecclesiasti. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. ergo occultè mordere alienam famam est illi detrahere.

Tertium.

Vtrum occulta detrahio.

Probatio.

AD quæstionem vnica sufficit conclusio, quæ ex superiori quæstione palam consequitur. Detractio est occulta denigratio alienæ famæ. Cõclusio iã ex superioribus ostensa est. Enimverò sicuti facto noceri alicui bifariã solitũ est, vt in furto & rapina ostendebamus: nẽpe aut per manifestam vim, aut per subdolã actionẽ: ita etiam & verbo vsu venit. Nam manifestè quis alteri per contumeliam nocet: occultè autem per detractionẽ. Qui autem in alterius conspectu manifestis verbis in eum inuehit, paruipendere eũ se profitetur: quapropter honorẽ eius, vt dixim⁹, ex professo lædit. Qua ratione contumeliam diximus honori aduersari. At verò qui in angulis absẽs aduersus quẽpiam obmurmurat, non tam vilipendere eum quàm vereri se ostendit. Ob idq; nihil contra eius honorem obmolitur, sed contra famã: puta cõtra bonam existimationem ab alijs de illo habitam, quam per contrariam opinionem, vel obnubilat, vel extinguit. Est ergo detractio nihil aliud q̃ alienæ famæ denigratio per occulta verba. Ex quo clarescunt differentiæ illæ sũprà positæ inter contumeliã & detractionem: tum quantum ad modum, q̃ scilicet illa, manifesta sit, hæc verò occultatum quãtum ad obiectum, q̃ illa scilicet honori, hæc verò famæ contraria est.

Ad primum argumẽta.

NIhil est quod hìc amplius immoremur, sed est solutio primi argumenti adnotanda. Differũt enim cõtumelia & detractio specifica differentia, non tantum ratione obiecti materialiũ, puta honoris & famæ: vt multi etiam discipulorũ D. Tho. arbitrantur: sed ratione formali proximorũ, puta ob rationẽ diuersam inuoluntarij: sicuti diximus de furto & rapina. Nam etsi tam raptor q̃ fur alienum capiant, tũ in furto patitur hono inuolũtarium per ignorantiam: in rapina verò per vim: quæ secundum Arist. diuersæ sunt causæ inuoluntarij. Pari ergo modo qui per acceptam cõtumeliam iacturã facit honoris, patitur inuoluntarium per vim, qui autem detrimentum accipit famæ per detractionem, patitur inuoluntarium per ignorantiam. Respondetur ergo ad argumentum, q̃ etsi occultum & manifestum absolutè non variet speciem, vt in eo patet qui mentitur vel occultè vel manifestè: tamen quãdo per hæc variatur ratio inuoluntarij, species subinde mutantur. ¶ Ad secundum respondetur q̃ detractor dicitur occultè obloqui, non simpliciter, sed clàm illo qui infamatur: ad differentiam cõtumelioſi. Nihilo minùs loquitur coram alijs quibus bonam aufert existimationem quã de alio habebant. Itaq; differentia inter detractionem & contumeliam non consistit in hoc q̃ coram pluribus aut, paucioribus fiat: sed in hoc q̃ fiat corã ipso qui læditur, aut clàm ipso. ¶ Ad tertium deniq; respondetur q̃ detractio non dicitur respectu veritatis, puta q̃ ei quidpiam subtrahatur: sed respectu famæ quę semper minuitur. Id quod octo modis contingit: quatuor nimirum directè, quatuorq; indirectè. Directè quidem primo modo qui falsum imponitur. Atq; hic est omniũ pessimus. Secundo quando vitium quis alienum suis verbis exauget: qui quidẽ stylus pestiferus est, & blasteronibus ac maledicis familiaris. Tertiò, quando occultum reuelatur. Qua quidem pestè illi rempublicam inficiũt, qui auiditate nouã docendi, nihil sciunt se continere secreti, sed rimarum pleni omnia profundunt. Quarto, quando id quod bonum est ostendere quis committitur ex mala intentione profectum. Nam etsi hoc ad temeritatem quoq; iudicij spectet, nihil tamen obstat quin vnum peccatum in duabus sit malitiæ speciebus. Vnde quando quis id facit ad denigrandum alius existimationem, infamator est: quatenus insinuat se aliunde intentiones hominis nosse prauas: vnde bona eius opinio obscuretur. Indirectè autẽ ille quoque est infamator qui alienã bona, vel negat, vel ex liuore reticet, vbi propalare debet. Dum enim me præsente seruo de illo initur bonus, quem constat me optimè nouisse, & silẽo, si certum meum iudicium quoddam est illũ nõ esse tantæ laudis dignum: quod est genus infamiæ. Et tertio id quoq; cõtingit quando quis dissimulat aliena merita. Et deniq; quarto cum malignè quis alium laudat: quæ quidẽ vafricies, si quis modus est nõ infimus. Vnde Fauorinus apud Gellium: Turpius, inquit, est exigue atque frigide laudare, q̃ infectanter grauiterq; inuperare: quoniã qui maledicit, quanto id acerbius facit, tanto magis pro iniquo inuidoq; dicitur;

Ad secundũ

Ad tertium.

Octo modis famæ splendor minuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur: tãtoq; ꝛ minùs fidem capit. Sed qui infacundè ieiunecq; audat, à causa ipsa destitui videtur. Nam amicus creditur eius quem laudare vult, sed nihil posse reperire quod in laudibus ponat. ¶ Quòd si quis, sicuti de contumelia interroget, an modi isti diffamandi specie differãt, quod apparet ex formarũ varietate: Respondetur eodem modo omnes esse eiusdẽ speciei. est eñ detractio, vt reor, species specialissima: vt pote cuius obiectũ sit infamia, modusq; iniustitiæ sit iniuriã inferre quam alter per ignorantiam patitur: sicut in contumelia accipitur per vim. Tametsi vt de contumelia dictum est, tam ingens posset esse in famia, vt esset de necessitate confessionis. Qui enim de hæresi, aut de incestu, aut de alio deformi peccato ciuem infamauit, non satis peccatum suum explicat, nisi vitiũ exprimat cuius notam alteri inusit.

Quæstio.

Solutio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm detractio genere suo sit peccatum mortale.

Primum argumentũ.

QVemadmodum de cõtumelia, sic & de detractione quæritur, an sit genere suo mortale crimen. Arguitur eñ à parte negatiua. Peccatũ alienum quod occultum est, aut per correptionem fraternam aut per accusationem detegere, est detractio: quippe qua aliena fama denigratur: & tñ illud est officiũ: ergo detractio genere suo non est peccatum. ¶ Secundò: nullum vitiũ quod toti mortali generi cõmune est, censendum est mortale: nam à peccato mortali, præcipuè inter Christianos, multi sunt qui abstinent: sed venialia sunt quibus nemo citra mendacium asserere potest nõ habere: hoc autem specialiter vitio totum genus humanum periclitatur: vt habet glos. super illud Prouerb. 24. Cum detractoribus nõ cõmiscearis: ergo non est genere suo mortale. ¶ Tertiò. Augu. in hom. de igne purgatorio minutioribus peccatis annumerat qñ cum omni facilitate & temeritate maledicimus: ergo detractio nõ est nisi veniale peccatũ. ¶ In contrariũ autem est quod Paulus ad Rom. 1. vnà cõponit detractores ac Deo odibiles: cuius causam subdit glossa, nè detractio, eò quòd cõsistit in verbis, leue quid putetur.

Secundum.

Glossa.

Tertium.

Augustinus.

Paulus.

Prima conclusio.

Ratio eius conclusionis.

AD quæstionem quatuor conclusionibus respõdetur. Prima. Detractio genere suo est peccatũ mortale. Probatur præsuppositoeodẽ notamine quod de contumelia declarauimus: nẽpe q̃ cùm detractio sit peccatũ in verbis, quæ sola significatione nocẽt, non solo obiecto, sed ex intentione significandi perficitur quare ille propriè dicitur detractor qui ex intentione vel crassissima negligentia rumorem hominis absentia disseminat, cuius famam obscurat. Et dicitur quis ex intentione facere, nõ solũ quãdo directè id animo proponit, verũ & quando animaduertit quid dicit, & sine legitima causa nihilo minùs verbũ effutit. Hoc ergo suppositio probatur cõclusio, vt similes demõstrari cõsueuerunt. Illud vitiũ est contra charitatem atq; adeò mortale, quo in re magni momẽti proximus lęditur: nam inde pax cõturbatur: tale autem est detractio: quippe qua fama obnubilatur quæ meritò maiori habetur pretio, q̃ exteriora bona. secundũ illud Eccles. 41. Curam habe de bono nomine: hoc eñ magis permanebit tibi q̃ mille thesauri boni & pretiosi.

¶ Secunda cõclusio. Quãdo quis verba aliqua profert, licèt sint famæ detractoria: tamẽ id nõ intendit, sed quidpiam aliud, prolatio illa non per se proprie censetur detractio, quod aiunt, formaliter: sed quasi per accidẽs. Cõclusio hæc sequitur ex præcedenti. Num cùm intentio significandi sit detractioni natiua, vbi illa abest, deest detractionis forma. ¶ Tertia cõclusio. In tali casu quo scilicet iniqua intentio nõ adest, si bono animo cordatoque zelo, & vbi oportet circunspectè oblocutio illa fiat, virtus est: si autem ex animi leuitate loquendive libidine ore labatur, in summa propter aliquam causam nõ necessariam fiat, peccatũ est plurimùm veniale. Nisi fortè verbũ adeò sit acerbũ, vt sua ipsius ratione secũ afferat mortalẽ culpam. Nam tũc adeò requiritur prudẽs cautela, vt quæuis negligentia loquendi, nisi subitus sit motus, mortale sit crimen. Et maximè inquit S. Tho. in his quæ pertinẽt ad honestatẽ vitæ. Vt si quis aliũ de hæresi aut de quóuis alio crimine notet: præcipuè carnis: quę licet sint, vti ait Gregorius, minoris culpæ, sunt autẽ maioris infamiæ. ¶ Quare superuacanea videtur Caietani disputatio ad quidnã referatur pronomẽ, hoc, apud sanctum Thomã, vbi ait, Hoc ex ipso genere verborũ habere rationem peccati mortalis: vtrum scilicet referatur ad id quod est dicere verba cõtra honestatẽ alterius, an ad ipsum assertũ: vt sit sensus q̃ quoties quis asserit de aliquo peccatum mortale, assertio ipsa sit peccatũ mortale, propterea q̃ id quod de alio asserit est mortale. Manifestũ enim est priorem esse sensum sancti Tho. nõ enim vult quoties affirmo aliũ peccasse mortaliter, pariter me delinquere. Nã quando id nõ profertur ex intentione, iam dixerat

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

S. Thom.

Gregorius.

Superuacanea Caietani disputatio.

Sensus dicti Thom.

xerat: non esse mortale. Sed vult dicere quòd quando verbum à me prolatum est nimis graue, ipsa prolatio de se est mortalis, licet nõ fiat ex intentione, propter incircunspectionem.

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio. Quicunq; alteri famã iniquè sustulit, tenetur ei restitutionẽ, illo ordine & modo qui lib. 4. q. 6. latissimè expositi sunt. ¶ Multa hic dicenda fuissent nisi eodem lib. & q. fuissent à nobis pertractata. Nihilo minùs quia hic cõmentatores diui Thom. nonnulla solent adnotare, recolere aliqua est operæpretium. Haud enim Dominus Caieta. in præsentiarum infamiam reputat mortalem, cùm quis occultum alienum crimen vni cordato viro secreto detegit, apud quem ita celabitur ac si mundo dictum esset. Quod ego profectò, salua eius pace, probare omninò nõ possum. Quin verò mallem crimẽ meum notũ esse tribus aut quatuor, quàm vni grauissimo viro. Nam quãuis ex vna parte præsentius periculum immineat ab illis cuulgatum iri, q̃ ab isto: tamen ex altera pluris ego æstimo in bona esse existimatione apud illum grauissimum, quàm plures alios minoris autoritatis. Quare infamia non est solum accipiẽda luc in rigore iuris quando est apud plures: verum & secundùm rei naturam. Quocirca pessimè ac nocentissimè illi faciunt, qui, nisi vrgens sit causa corrigẽdi fratrem, vel vtilitas quãtumuis prudenti viro occultum alienũ crimen reuelant. Nam etsi in suo id pectore reconditum seruet, tamen alius apud ipsum magnum patitur honoris ac famæ detrimentum.

Caietani sententia.

Reditur prima sententia.

Quæstio.

Quidã Cal. nominẽ, Ratio Caie.

¶ Illud autem quod idem Caietan. subdit, videlicet recẽsere peccatũ alterius vnde ille nullam contrahit infamiã, non esse infamare, iam nos illic similiter confessi sumus. Vt si iuuenũ amores referas, de quibus ipsi se iactant: In quo autem Caietano Scoto subinde consentit, nempe q̃ qui nõ asserendo sese hoc & illud audisse, non sit habendus infamator: profectò consentire ego non possem. Imò vt iã illic diximus, genius hoc est infamandi. Nam non possunt illi qui aliàs nõ audierũt non nouam cõcipere opinionem sinistrã proximi. Qua vtiq; ratione, vt illic notauimus, illo modo fama vires acquirit eundo. ¶ Quod vero ibi tantum obiter tetigimus, examinandum hic præsinis restat: nẽpe vtrum eũ qui vno loco infamatus est liceat in alio, vbi bono fruitur sponsi. respõ. 9. ad 1. struit. Adrianus verò quot lib. 1. q. 1. Et quidẽ ratio Caietani ea est prorsus, q̃ eũ quis priuatus sit iure famæ, nulla ei in iuriam irrogat qui idẽ detegit alibi crimen, ob quod famam perdidit. Secus autem si aliud quod occultum est detegeretur. Ratio verò Adriani, cõtraria est: nẽpe q̃ licet alicubi quis infamia laboret, potest alibi illam habere illæsam: quare iniuria illi fit dum eãdem nodatur. Et confirmatur Adriani opinio. Quamuis quis vitio sit publico infectus, siue ad mores pertinẽte siue ad naturam, nemini licet illud ei in faciẽ expuere: ergo minùs licebit illud de quo alibi infamatus est, hic disseminare. ¶ Hęc tamen discordia per distinctiones est conciliandа. Bifariàm enim quispiam potest alicubi labem in famiæ contraxisse: videlicet aut publica authoritate & iudicio damnatus, aut priuatim per viciniam aut vrbem. Rursus dupliciter quis delinquere potest alterum infamando: scilicet aut contra charitatem aut cõtra iustitiam. His præhabitis dum quis priori modo honore suo & fama alicubi expoliatus est, nulla est iniustitia eum vbique de eodem crimine infamare. Et ratio est: quia ille iure, publicoque præconio in pœnam mulctatus est sua fama, atq; adeò cuicunq; facta est facultas scelus illud propulsãdi. Quare qui hominem sic infamat, ad nullam tenetur restitutionem. Nihilo minus peccatum est contra charitatẽ: quin verò posset esse mortale eiusmodi damnatis hominibus sua rursus pudenda nudare. Tunc potissimum quando emendati sunt, bonumq; nomen alibi recuperauerint. Nam bona fama quàm maximè hominibus adiumento est ad virtutem: qua perdita exanimantur. Non tamen tale infamandi delictum ad restitutionem obligat. Atq; ad hoc facit text. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. vbi habetur eum qui nocentem infamauit, nõ esse bonum & æquum ob eam rem condemnari. Quando verò quis posteriori modo extra ordinem iuris in vno loco iacturam fecit famæ, non solùm contra charitatem, verùm cõtra iustitiam facit qui eundem alibi eãdem infamia respergit: & ad restitutionem, eo quo fieri potest modo, tenetur. Quandoquidem iure non sit illa priuatus: nam propter rumores, etiam si priuatim manifesti sint, nemo ius perdit honoris suæ ac famæ, si domicilium mutet: sed reputatur ibi secretum esse delictũ. Vnde ad Caietani argumentum atq; ad prius Adriani responsum putato. Ad posterius verò respondetur differri esse rationem contumeliæ & detractionis. Nam per modum contumeliæ nequâquam licet improperari alteri summum crimen aut naturale vitium etiã si naturale sit.

Ratio Adri.

Cõfirmatio.

Distinctio. i

Secunda cõclusio.

Solutio pro posita cõclusione.

Ratio cõclusionis.

Ad argumẽta Caieta. & Adriani.

¶ Post hoc subsequitur dubitatio alia, vtrum qui falsis commentitijsq; virtutibus, seu moribus, seu intellectualibus, famam per artificium in republica comparauit, licitum sit diffamare,

Dubitatio.

Ratio dubitandi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio dubitandi.

Apparet enim id esse virtutis officium cùm tales impostores rempublicã seducant. Ad hanc autem dubitationem, licet Adrianus loco citato absolutè respondeat id esse licitum, cum tẽperamento tamen & distinctione respondendum est. Quando enim eiusmodi sycophantæ suis impostur is perniciem reipublicæ offerunt, tunc non solùm licet, verùm expedit eorum crimina fallacias q; retegere: vt si quis se optimum ementiretur medicum, aut theologum, qui populo essent pestiferi. Tũc enim docendus esset populus veritatem. Si autem sunt mulierculæ quæ foris sanctitatem præ se ferũt, qua ratione eleemosynis victitãt, licet occulto aliquo crimine sint infectæ, neutiq; reipublicæ noxio, sed innocuè viuunt, non est cur debeãt infamari. ¶ De historicis autem dubitare meritò quis poterit, an liceat illis hominum crimina perpetuæ memoriæ prodere. Ad quod cũ grano etiam salis respondendum est. Primum, q; vbi non denarrantur infamia peccata & turpia sed bella, & homicidia, & alia quæ viris illustribus dedecora nõ sunt, nõ est quod sint cõdemnãdi. Mox quanq; aliqua turpia denarrẽt quæ non sunt omnino secreta, nõ est illis vitio vertendũ, sed officio potius tribuẽdũ. Debent enim optima fide quę ad rẽ pertinẽt pernarrare. Nihilo minus vbi inuidia moti aut alio prauo affectu quẽpiã alicuius vitij notant, nõ sunt à peccato liberi. Tũc potissimũ dum generi alicui & prosapiæ notam inurunt, quæ in perpetuam memoriam mansura est. ¶ Astrologos deniq; qui falsa sæpe vitia hominibus imponũt, puta latrocinia & alias turpitudines, nõ dubiũ est non esse ferẽdos. Nam præterq; q maxima pars eorum quæ sciunt, minima eorũ est quæ ignorant: quam ob rem infinitis vtuntur mendacijs: neq; tanta fides est astris tribuẽda: neq; illa via permittendum est crimina explorare. extat quidem. Litem apud Labeonem. vbi. §. si quis astrologus. habetur, vt si astrologus cõsultus furem aliquem esse dixerit, qui non erat, in iurium cum eo non agatur: subiungitur tamen constitutionibus eũ teneri: hoc est municipalibus legibus condemnari posse. Quocirca C. de malefic. l. nemo. cautum est, vt nemo aruspicem aut mathematicum consulat. Porrò ergò isti non solùm tanq; impostores, verùm tanquam publici infamatores, essẽt in vltimas cruces adigendi. ¶ Celeberrimũ hic autem ac cognitu necessarium est, vtrum idem maiusve sit crimen seipsum quẽpiã infamare q; aliũ. Quod quidem in nostra Relectione de rat. teg. & deteg. sect. tractauimus: & superius hic lib. 4. q. 2. & rursus q. 6. in hunc locum reposuimus: quippe qui proprius est eius. Et quidẽ Caiet. hìc & in sua Sum. verbo, detractio, indubius partẽ tenet affirmatiuã: quatuor nimirũ asserẽs propositiones. Prima est. Quicunq; seipsum infamat peccatũ cõmittit genere suo mortale: idq; gratiuius q; si alienam famã læderet. Secũda. Illud peccatũ non modò cõtra charitatẽ, verum cõtra iustitiã cõmittitur, quia est contra ecclesiã & rẽpublicã cuius nostra fama est: vti Augustin. 11. q. 3. can. nõ sunt audiẽdi, videtur dicere. Tertiò. Nemo ab huiusmodi peccato excusatur quãuis metu mortis id faciat. Quartò. Quicũq; se infamat, ad restitutionẽ tenetur. Fundamẽtum opinionis huius est quod perinde cẽset de hominis fama, atq; de eius vita: vt sicut vitæ non habemus dñium, ita neq; nostræ habemus famæ. ¶ At quanuis nõ sim nescius hanc vulgo opinionẽ veridicã existimari, eius tñ fundamẽti demõstratio adhuc semper desiderata fuit: quia nusquàm probatur. Nã etsi à Sapiente admoneamur curã habere de bono nomine, nullatenùs tñ inde sit cõsequẽs, vt nõ simus famæ nostrę dñi. Quoniã & bonorũ exteriorum tenemur habere nõnullã curã, quorũ tamen dñio fungimur. Igitur vt præsenti disputationi via & ordine satis faciamus, cõtrariũ fundamẽtum cẽsemus verũ: videlicet vnũquẽlibet suæ famæ habere dñium. Id quod præcedẽti lib. q. 2. quatenùs materia fert moralis, demõstrasse me arbitror. Ex quo vtiq; fundamẽto postmodum q. 6. elicuimus, in arbitrio esse cuiusq; priuati restitutionẽ suæ famę remittere. His ergo, vt illic ostẽsis, hìc suppositis, Primũ assertum in præsentiarũ sit hoc: Hominẽ seipsum absq; causa infamare, peccatũ est: tamẽ neq; cõtra iustitiã, neq; genere suo mortale. Quod enim sit peccatum, patet, quia est præter charitatem. Tenemur enim nos nostraq; bona diligere: & fama bonũ nostrũ est: quare à Sapiente curam boni nominis habere iubemur: quia pretiosius est diuitijs multis. Quapropter qui sine causa se infamat, prodigus est suæ famæ: quæ quidẽ prodigalitas peccatũ est. Quod autẽ non sit cõtra iustitiã patet: nam id maximè esset: q; nõ iubemus dñi famæ, sed sicut vita nostra, sic fama reipublicę est: cui eã dispẽdendo iniuriã facimus. Hoc autem loco citato latè mõstrauimus esse falsum: contrariaq; argumẽta diluimus: inferentes perinde nos habere honoris famæq; dominium vt bonorũ exteriorum, atq; adeò nemini illum iniuriam irrogare, qui suæ famę prodigus est: neq; ad vllam restitutionẽ teneri, quoniam sibiipsi nemo ad restitutionẽ tenetur. Atque hinc fit rursus non esse genere suo peccatum mortale: & idcirco diximus esse, non cõtrà,

Alterum de astrologis.

Quæstio cognitu digna.

Caiet. hìc

Prima pars assertionis.

Secunda.

Augustin.

Tertia.

Quarta. Fundamẽtum Caiet.

Probatur.

Fundamẽtum Caiet.

trà, sed præter charitatem: quoniam præcepto charitatis non vsqueadeò hæc bona tenemur diligere, vt illa negligere sit mortale delictum. Quinuerò, vt illic inter alia dicebamus, Christus Redemptor noster non sic nos instituit, vt honores ac famam, proximos scilicet arcubitus, & honorum splendores tanti faceremus. Imo admonemur infamiam patienter tolerare: vt Gregor. super Ezech. homi. 9. egregiè docet. Et Paul parui æstimabat iudicari ab humano die. Et Ambros. si vera est eius historia, mulieres, ad se induxit, vt illa infamia episcopatũ sibi cauere t. Et Augu. atq; Ansel. sua peccata scriptis suis propalárunt. Et S. Thom. q. præsent. ar. 4. ad prim. ait in arbitrio cuiusq; esse detrimentum suæ famæ pati. Idque Adria. 4. q. de restit. fam. & latius quodlibet. 1. asseuerat. Quę certè vera non essent nisi dominium eius haberemus aliter q; vitæ. De hoc autem locis citatis abundè dictum est. Dixerim tamẽ genere suo non esse mortale. Nam qui iuratus crimen sibi falsum imponeret, reus esset periurij. Et prælatus qui famam suam regendis suis subditis habet obstrictam, contra iustitiam faceret infamãdo sese. Sicuti qui familiam habens alendã, aut pauperes videt grauiter patiẽtes, sua bona in flumen proijceret. Et qui hæresin vel aliud nefandissimum sibi crimen, etiam citra iuramẽtum imponeret, propter insignẽ turpitudinem posset peccare mortaliter, Sed re vera citra eiusmodi casus mẽdacia illa non essent nisi officiosa. Non est ergo cur granius, imò nec tantũ delinquere censeatur qui seipsum infamat, q; qui diffamat alium: cum hoc sit cõtra iustitiã: illud verò minimè. Et ad Augustinam illic respondimus, solum intelligere famam nostram hìc esse reipublicæ, vt bona nostra exteriora: nempe vt cũ indiguerit, teneamur ei per bonã nostram famam seruire: sicut tenemur per nostrã pecuniã. At sicut nõ tenemur seruare pecuniã pro futuris necessitatibus reipublicæ, ita nec famã. Ad aliud eius dictũ. 1. de Ciu. Dei. c. 20. scilicet q; illo præcepto, Non falsum dices: iubemur etiam nosipsos non infamare, respondimus verum esse quantum ad vim charitatis: non tñ quantũ ad vim iustitiæ. Facit enim, qui suam obscurat famam, præter charitatem qua se diligere debet: non tñ cõtra iustitiã, sicut qui alienam corrodit. Et illud, Curam habe de bono nomine, monitum esse diximus, vt per virtutum exercitium bonum procuremus nomen. ¶ Ex his igitur, vt gradum ad rem præsentem faciamus, secundum hìc assertum colligamus. Quando quis in quæstione contra ius de occultissimo suo crimine interrogatur, licet iure respondere nõ obligetur, tñ si vt ab eculei pressura se eripiat illud infamãdo se reuelat, non solum nõ est illi peccatũ, verum esse potest virtutis officium. Cõclusio est superioribus appẽdix. Nã cùm quisq; sit suæ famæ dñs, potest bonis dispendiũ ob causam facere: sicuti & aliorum bonorum temporaliũ, igitur vt in tali casu licitũ misero est liberationẽ ab illis tormẽtis propria pecunia redimere, ita & sui criminis confessione, qua suæ famæ iacturã faciat. Secũdò id probatur. Potest esse tãtus inuminorũ aceruus, vt exist imationẽ famæ vulgaris hois adæquet: sicuti tantũ esse potest argenti põdus, vt aurum exuperet: quod profectò nemo dextri ingenij inficias ire potest: cũ ergo cuiq; in illo casu dispendio magnæ pecuniæ eiusmodi cruciatus effugere liceat, fit vt possit id etiã dispẽdio suæ famæ facere. Tertiò id ipsum arguitur. Si quis contra ius eculeo exponeretur, vt alienũ crimẽ reuelaret, quod sub sigillo secreti suscepera: nõ loquimur de sigillo sacramenti confessionis, quòd anteq; sacerdos reuelet tenetur truculentissimã mortem perpeti: sed de alijs sęcularibus, nequaq; teneretur tam grauia tormenta perferre anteq; id detegeret: maximè si nõ esset secretum regis aut reipublicæ, aut quod per iniuriã ab alio extorserat, ex cuius reuelatione vita illius penderet: ergo à fortiori, nemo tenetur tãacrem torturã ferre vt suũ celet proprium crimen. ¶ Si aute & falsò crimine interrogaretur, maius dubiũ est, an peccatum sibi esset mortale, illud sibi citra iuramentũ imponere: nã periurium nemo dubitat esse mortale. Nec verò dubitatur quin etiam citra iusiurandũ peccatũ esset veniale, mẽtiri: atq; adeo certum est succũbendum esse prius morti, q; illud admittatur. Sed dubium est an mendacium illud citra iuramentum esset perniciosum, ac subindè mortale. Et profectò si quę dicta sunt verum habent, non video cur esset perniciosum, neq; ad restitutionem obligatorium: quandoquidẽ ille sui ipsius infamator, si persona sit priuata, nemini mentiendo facit iniuriã: postq; sibi soli famam aufert. Loquimur enim de illo priuato homine qui crimen quod sibi imponeret, nisi esset hæresis, aliaue enormitate aut fœditate grauissimum. Aliàs propter dignitatem personæ, vel propter enormitatem infamiæ, mortale esset. ¶ Exsitit tamen contra hanc sententiam argumentum, quando ex tali confessione delicti se quereretur mortis periculum qua reus ille condemnaretur: nam tunc videtur ideo non licere, quod tenemur vitam præ rebus omnibus seruare. Ad hoc autem compluribus respondetur modis. Primum enim hactenus nihil de pericu-

Primus modus.

Secunda assertio.

Probatio.

Ratio altera ad idem.

Tertia ratio

Dubium.

Argumentũ contra præcedicta.

Prima solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo vitæ locuti sumus,sed tantùm de iactura famæ. Mox confessio illa sic extorta nō est cui fides sit adhibenda, vt propter illam reus adiudicetur mortiimò neq; vt propriè pro infamia ducatur:vt patet. 15.q.6. can. si quādoq;.

Secunda. Deinde,etiam si mortis periculum immineat, non tenetur homo tanto cum cruciatu vitam seruare, sed potest breuiorem sibi permittere

Ad primum argumentū. mortem,vt tamē acerbam effugiat. ¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd vbi ratio denuntiare aliquem vel fraterne vel iuridicè poscit,non est infamia occultum delin

Ad secundū argumentū. quentis reuelare crimen. ¶Ad secundum autem respondetur, glossam illam non toti generi humano impingere notam huius vitij in gradu mortali.Nam primum addit penè, dein de intelligitur de trivialibus murmurationibus,quæ in vulgus citra mortale serpere solēt:

Augustinus. Hieronym. quas Augustin. in tertio argumēto citatus reputat minutiora peccata. Hieron. ad Gelantiam rationē vniuersitatis huius morbi adnotauit: vbi ait,Pauci admodum sunt qui huic vitio renuntient: raroque inuenies qui ita vitam suā reprehensibilem exhibere velint,vt non libenter reprehendant alienam.Tantaq; huius mali libido mentis hominum inualit,vt etiam qui procul ab alijs vitijs recesserūt, in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm detractio sit grauius omnibus peccatis quæ in proximum committuntur.

QVæritur tertio loco de grauitate detractionis: quoniā videtur omnium delictorum maximū quæ in proximum cōmittuntur. Ait enim gloss. super illud Psal. Pro eo quod me diligerent,detrahebant mihi:plus nocere in eius membris detrahentes Christo, quia animas crediturorum interficiunt, quàm qui eius carnem mox resurrecturam peremerunt. Vnde fieri videtur consequens,detractionem tanto grauiorem esse homicidio,quanto vita animæ corporali præstat:cùm ergo homicidiū sit reliquis omnibus grauius,quibus proximus offenditur, sit vt detractio simpliciter sit omnium grauissimum. ¶Secūdò detractio

Argumen. 2 videtur esse grauior quàm contumelia, pro eo quòd contumeliā facilius homo repellit quàm latentem detractionem quam ignorat:contumelia autem grauior adulterio:nam per adulterium cōiunguntur duo in vnam carnem ad peccandum: contumeliosus autem disiungit eos qui amore coniuncti erant:quatenus occasionem alijs præbet vt quem cōtumelijs afficit odio habeant: ergo detractio est peior adulterio: quod tamen inter peccata quibus proximus læditur magnum habet pondus. ¶Tertiò:cōtumelia oritur ex ira,vt ex Gregorio articulo præcedenti retulimus: detractio verò ex

Argumē. Gregorij. inuidia, vt eodem loco. 31. Moral. idem ait Diuus.sed inuidia grauius peccatum est quàm ira:ergò & detractio quàm cōtumelia. ¶Quar-

Argumē. tò.Eo peccatum quodcunque grauius est,quo nocentiorem inducit effectum: detractio autem inter omnia peccata pestilentissimum inducit:scilicet mentis excæcationem,ex qua radice omnia pullulant. Ait enim idem Gregorius. 11.q. 3. Quid aliud detrahentes faciunt nisi quod in puluerē sufflant,& in oculos suos terram excitāt? & vnde plus detractionis suffiant,inde minus vident.Est ergò detractio inter ea quæ in proximum committuntur grauissimum. ¶In contrarium est quòd scelestius est facto peccare quàm verbo : homicidium autem & adulterium sunt peccata in factō:detractione verò intra verba peccatur.

MEritò porrò crimen hoc in suspicionem venire potest quòd sit omnium grauissimum, adeò est reipublicæ multimodè pestiferum.Nihilo minùs tribus conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prima.Inter vniuersa peccata quæ mortales aduersus se inuicem committunt, est homicidium. Excepta enim hîc semper habemus peccata quæ Deum habent pro obiecto:qualia sunt infidelitas, desperatio,Dei odium,blasphemia,periurium, & similia.Probatur cōclusio. Princeps formalisq;, vt aiunt, ratio vnde vnumquodq; peccatum quod contra proximum cōmittitur malitiam sortitur,sumitur ex nocumento illato: nā quo illud peius est, eo repugnantius est charitati: nocumentum autem tanto peius est quanto bonum quod per illud tollitur existit maius: bonum autem quod alteri quis maximū adimere valet, est corporalis vita:ergo homicidiū est pessimum. Probatur hæc postrema præmissa.Bona humana in triplici sunt gradu. Primum enim est bonum animæ:atque ei proximum,bonum corporis: ac tertium id quod in rebus exterioribus positū est. bonum autem animæ, quanuis sit ommnium præstantissimum,nemo tamen potest illud alteri inuito adimere, licet possit illi occasionem eius perpetrandi præbere:bonum enim animæ est gratia per quam viuit, quæ solo consensu in peccatum mortale adimitur: in huiusmodi autem cōsensum nemo potest alterum cogere.Et ideo quanuis alterum in peccatum inducere maiorem præ se ferat ex obiecto grauitatem quàm si illum occideres, tamen quia talis inductio non est coactio,non tam enormiter peccas,quàm si temporali morte illum interimeres. Ratio est quà lib.4.q.6.vt sumus aduersus eos qui putabant grauius esse animā proximi per occasionem occidere, q̄ illam corpori eximere.Restant ergo duo bonorum genera quæ quis alteri inuito vi aut fraude potest eripere: illorum autem præstantius est bonum corporis, puta vita exterioribus bonis quæ primum est omniū fundamentum:fit ergo vt homicidium crimen sit genere suo omnium atrocissimū , quæ in proximum committuntur. ¶Secunda conclusio.

Gregorius. Soladatur cō clusio. Detractio secūdum genus suum est maius peccatum quàm furtū, minus autem quàm homicidium & adulteriū. Patet ex dictis : quoniam fama egregius est bonum quàm exterior substantia:inferius autem quàm vita, quæ per homicidium tollitur, & per adulterium in futura

Ratio conclusionis. prole læditur : nam per se loquendo filius qui incerto nascitur parente, educari nequit cōmodè.Ex quo fit & fornicationem simplicem eâdem ratione,vt.q.3.contra Mar.de Mag.constituimus,grauioris esse culpæ quàm furtū. Et secundò sequitur, contumeliam peiorem esse

Tertia conclusio. etiam furto:nam est detractione propter violentiam & contemptum acrior.¶Tertia cōclusio. His non obstantibus quæ per se rebus cōueniunt, potest accidentariè peccati grauitas aliunde,tum augeri,tum etiā minui. Nam qui deliberatè malum perpetrat, grauius peccat quàm qui ex infirmitate aut ignoratione illud admittit. Qua vtiq; ratione peccata quæ intra verba continentur,eò quòd linguæ velocitate expuuntur,aut leuiter ore decidunt,leuiora ceteris paribus reputātur. Qua vtiq; ratione paulò antè asserebamus peccata quæ in facto cōsistunt,grauiora esse quàm verbalia. Intelligitur enim si rationem verbi cū ratione facti cōferas. Nam ex parte obiecti assertum peculiariter est in secunda conclusione, detractionem qua fama obnubilatur, grauiorem esse furto, quo bona eripiuntur externa. Nec autem semper intelligenda sunt in specie : nam in indiuiduo potest esse furtū peius q̄ detractio:& detractio peior homicidio : vt si quis Deo aut eius fidei detrahat:quod ad blasphemiam attinet.

Ad primum argumentū. AD primum igitur argumentū per hoc posse remū verbum respōditur. Nā qui Christo detrahūt in suam obmurmurātes fidē,atq; adeò obstātes,quò minus qui crediturī erāt illā susciperent,in eius diuinitatem blasphemi sunt: atq; adeò quadantenus enormiùs peccant, q̄ qui carnem eius vita in tēpus priuarunt. Nam illam vitam gratia confirmandæ fidei assumpsit. ¶Inter soluendum argumentum secundū definit S.Tho. contumeliam peiorem esse detractione:licèt faciliùs repelli possit,propter maiorem contemptum & violentiam: sicuti rapina peior est furto. ¶Contra hoc autem quis forsan arguat.Fama excellentius bonū est honore:ergo detractio peior est cōtumelia : quia nocentior. Reperias qui nescientes hoc argumentum ad mentem Tho. diluere , negent famam egregius esse bonum honore. Imò cùm audiāt Tho.asserentem cōtumeliam esse peiorem,inferunt honorē præeminere famæ.Cùm tamen re vera contrà stet veritas. Obiecta enim propria & formalia contumeliæ & detractionis,vt suprà diximus,non sunt honor & fama: sed rationes inuolūtarij . Et inde colligitur cōtumeliam esse acerbiorem: nēpe quia per eam quis patitur inuolūtarium vi,& per detractionem non nisi ignorantia. Huic tamen decisioni minimè dissonat quo minùs fama cumulatius sit bonum atq; illustrius quàm honor.Pretiosior enim est bona existimatio quā populus de tua habet probitate , quàm honor, quæ reuerentia quæ sæpè mendaciter exhibetur & vafrè:neq; semper propter virtutē,sed quandoque propter alia minora bona.Quapropter Sapiens,non quidem honori, sed bono nomini,quo fama intelligitur,tres adscripsit præeminentes qualitates. Primùm quātum ad pretiū, quòd bonum nomen sit melius quàm diuitiæ multæ:Prouerb.22.Secundò quantum ad suauitatem & loci dilatationē, quod sit pretiosius quàm vnguenta,odore suo oblectantia.Eccles. 7.Et tertiò quantum ad temporis diuturnitatem,q̄ diutius permaneat quàm mille thesauri pretiosi & magni: Eccles.41. ¶Sed & hoc rursus adnotandum , quòd etsi propter contemptum contumelia sit genere suo & obiecto peior detractione , fatet nihilo minus detractio mille incommodis ac pestibus. Obtenebrat enim in primis virtutum gloriam, quæ illius cœlestis repræsentatio est. Mox facilius committur pluresque inficit quàm contumelia. Nam cùm in latebris fiat, impunè atque adeò passim & quacunque nacta occasione loquendi obrēpit : cùm contumelia propter metum nō sit adeò in vsu. Deinde detractores ex insidijs pugnant,ob idque quàm difficillimè cauētur. Et maximè dum bilingues sint ac bifrontes: nempè qui in facie mulcent, in aures q; incantāt,sed in dorso latenter cōmordent. Quo

Ad secundū argumentū. Solutio sancti Thomæ. Tentatur, solutio S. Tom.

Quorundā solutio.

Reprobatur proxima solutio.

Documētū.

Incōmoda detractionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem proditionis genere nihil in republica pestilentius esse potest. Nam cum nemo eiusmodi homines caueat, sed sua illis pectora cũcti securi pandant, sanguinem alijs exugunt, quem in aliorum aures euomãt. Vnde Eccles. 28. Susurro & bilinguis maledictus erit. ¶ Accedit huc q̃ detractores non suas tantùm animas perimũt, verùm & cunctis apud quos sua seminant scommata eandem spiritualem mortem inferunt: quatenùs eis odium eius ingenerant cui detrahunt, ac subinde pacem & amicitiam publicam, qua sydere nullo respublica splendidius fulget, violant & cõtenebrant. Dicuntur autem peculiariter detractores, vt reor homicidę, vti in quadam epistola ait Clemens, quæ refertur de pœnitentia, dist. 1. can. homicidium. quòd animam eius cuius famam denigrant, virtutibus priuare & nudare contendũt, quibus spiritualiter viuit. Et eòdem forte refertur verbum. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. ¶ Ad tertium conceditur, contumeliam, vt superiori articulo dictum est, ex ira nasci: vt pote quòd ira correptus, vt. 2. Rhetorum autor est Aristot. in manifesto cupit vindictam, quam per contumeliam faciliùs adispicitur. Et ideo detractio, quia non ad eiusmodi manifestam vindictam tendit, non est iræ filia, sed inuidiæ. Detractor enim quia liuore tabescit, claritudinem alienarum virtutum cõspurcare studet. Haud tamen consequitur, vt si inuidia peior sit quàm ira, filia eius sit peior q̃ filia iræ. Nam genituræ illæ vitiorum iudicantur ratione conuersionis ad eundem finem: ad quẽ scilicet & filia ordinatur & mater: malignitas autem & grauitas attenditur ex parte auersionis. Et quia inuoluntarium per vim inferre, quàm per fraudem, elongatior est auersio à charitate, contumelia est peior. ¶ Nihilominus & detractio hac inter alias macula sordet, quòd ex inuidia nascitur quæ sordidissimũ est vitium: quæ tenùs è regione maximè charitati opponitur. Charitas enim, vt ait Paul. nõ æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, nõ irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati: quorum omnia contraria in inuidia continentur. Habet enim hoc inter cætera vitia enormissimum, naturæq; rerum repugnantissimum, vt de malo, quod abhorrendum est, gaudeat: de bono vero, ac potissimùm de alienis virtutibus quæ amore sunt potissimùm venerandæ contristetur: id quod diabolicum est ingenium. Quapropter nemo est qui inuidiam cauere possit: quandoquidem omnes tenentur ad virtutũ fastigia conniti: & quo quisque altiùs euehitur, maiorem inuidiam liuidis cõcitat. Huius ergo hydriæ sobolem sese detractores agnoscant.

¶ Ad quartum igitur perinde conceditur, ingeniũ esse detractionis mentem excęcare: nam cum vnusquisq;, vt Prouerb. 15. ait Sapiens, in sententia lætetur oris sui, qui detrahere pergit, amare dicta sua incipit, maleq; de bono sentire, ac probos subinde odio habere: per quam viam mens excæcatur. Attamen cum & idem ipse effectus alijs etiam vitijs communis sit, vt gulæ, luxuriæ & cæteris: nõ inde arguitur omnium esse pessimam detractionem.

Ad tertium argumentũ.

Aristot.

Paulus.

Ad quartũ argumentũ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm audiens toleransq; detrahentẽ mortaliter peccet.

PRopter pernicię detractionis quærendum demum restat, vtrùm qui detrahẽtes audiunt mortaliter peccent, nisi illis ora cõpescant. Arguitur enim cõtrà: nemo plus alteri quàm sibi tenetur. Laudi autem cuicunq; apponitur si suos ferat detractores: secundùm illud Gregorij suprà citatum super Ezechielẽ homil. 9. Linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat: ergo nõ est peccatum detractoribus aliorum non obsistere. ¶ Secundò, Eccle. 4. iubemur non contradicere verbo veritatis vllo modo: vsu autem venire solet vt qui detrahit, à veritate non recedat: ergò tunc non est virtus illi contradicere. ¶ Tertiò. Id quod in aliorum vtilitatem cedit, nemo prohibere debet: detractio autem crebrò in rem eorum est quibus detrahitur. Vnde Pius Põtifex. 6. q. 1. can. Oues. Nonnũquàm, inquit, detractio aduersus bonum cõcitatur, vt quos vel domestica adulatio vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet: ergo detrahentes reprimere non est officium. ¶ In contrarium est Hierony. vbi ait, Caue linguam aut aures habeas prurientes, vt aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes.

Primum argumentũ.

Gregorius.

Argumẽ. 2.

Argumẽ. 3.

Hieronym.

AD quæstionẽ tribus cõclusionibus respõdetur. Prima. Quicũq; vel aliũ ad detrahendũ inducit, vel detractione ,ppter odiũ detractatur, nihilo minùs q̃ detrahẽs peccat: quin verò quãdoq; aliquanto plus. Probatur cõclusio ex illo ad Rom. 1. Digni sunt morte, nõ solum qui faciunt, sed etiam qui faciẽtibus cõsentiunt.

Prima cõclusio.

Probatio cõclusionis.

tiunt. Eiusmodi enim consensus bifariàm contingit: vno quidem modo directè, quando quis alterum ad peccatum inducit, vel ei placet: & quidem qui isto modo consentit, omnino fit criminis particeps. Quin verò si inducit, eo grauius peccat, quo in motore plus est culpæ quàm in motore: atq; adeò si lætatur, fortè potest & grauius peccare si odium cumulatius habeat quàm sit in detrahente. Ac de istis intelligitur verbum Bernard. prope finem secundi lib. de consi. Detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabiliùs sit, non facilè dixerim. Secundo autem modo consentire quis dicitur indirectè: quia scilicet non resistit. Hoc autem dupliciter contingit. Nam qui non resistit, aut munere suo proprio ac publico officio resistere tenetur: aut priuata persona est, cui id ex officio non incumbit. ¶ Sit ergò secunda conclusio. In priuata persona detractionem aliorum non repellere peccatum est: multo tamen minus quàm in detrahente: quod quod quidem plurimùm esse solet veniale. ¶ Tertia conclusio. Quandoque non resistere detrahenti, peccatum esse potest mortale. Primum in persona publica, puta in eo qui detrahenti præest. Secundo propter periculũ quod ille qui audit imminere ex detractione videt. Ac tertio si quis ob solum timorem humanũ obijcere se detractori formidet. Conclusiones sunt sancti Thomæ. Et vnica ratione ambæ cõfirmantur. Iam enim suprà pluries monstratum est, vt quis sit indirectè causa alicuius mali, non satis esse quòd vitare illud possit: sed præterea exigi, quod teneatur. Teneri verò quempiam accidit aut ex iustitia aut duntaxat ex charitate. Priuata autem persona rigore iustitiæ non tenetur malum proximi cauere, sed tantum ex charitate si absque suo detrimento potest & ideò non est per se omnino charitati aduersum, à tali infamiæ detrimento proximum non liberare: vix tamen à veniali excusatur: vt in secunda conclusione assertũ est. Nam vbicunque detractio oboritur, potest quis facili negotio vrbanè ac leniter detrahenti occurrere: atque adeò si id non faciat, negligere omnino censetur proximi famam. Attamen si detractor ille vsqueadeò esset turgidus atque intractabilis vt periculum ab illo immineret, quicunq; excusaretur, etiam à veniali. Hoc autem quàm rarissime vsu venit. Adde & sola verecundia excusari aliquem posse. Vt si qui detrahit illustrissimus est: audiens verò famulus eius aut alia abiecta persona quæ mutire non audet. Ex iustitia autem cum primis tenetur Prælatus, & ideo ille procul omni metu & pudore tenetur subditos à detractione corripere, si sit in re alicuius momẽti: cuius idcirco omissio peccatum est mortale. Prælatus inquam detrahentium: nam prælatus eorum quibus detrahitur, non tanta iustitia eos tenetur protegere: quia cura prælati est cauere ne subditi peccent. Quamuis & quodammodo teneatur charitatis vinculo subditorum honorem tueri. Præterea priuata persona cùm ex detractione videt periculum imminere alicui mortis vel turbationem reipublicæ, cum aliquo suo detrimẽto tenetur occurrere. Metus autem humanus tunc ascenderet ad peccatum mortale, quando facturam temporalium bonorum charitati quis anteferret. Non autem id facere censendus est, quoties metu humano cauere cessat proximi detrimentum, vt in secunda conclusione dictum est: sed quando sua esset omnino necessaria renitentia ex præcepto. Vt si detraheretur fidei, aut religioni. &c. ¶ Ex his demũ hoc colligamus saluberrimum documentum, vt intelligamus impendio quàm maximè necessarium esse ad pacem & salutem reipublicę, ac potissimùm Christianæ familiæ detractoribus obuiam vbique prodire. Quod certè, vt dicebam, nemo non suo gradu facilè potest perficere. Et quando id non poterit, prudentis officium erit colloquio abire: vt illa ratione detractorem pudore suffundat. Vnde Hierony. epistola ad Gelantiam, quæ est. 14. egregie tum detrahentes obiurgat, tum nihilo minùs & eos qui eis non obsistunt: secundùm illud Psalm. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.

Primum argumẽ.

Secundum argumẽ.

Tertium argumẽ.

Documentũ saluberrimũ

Hieronymus.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd maledicta quæ in præsentia eius cui maledicitur iactantur, non detractiones, sed contumeliæ sunt: & ideo ad virtutem humilitatis attinet illas ferre. Quãdo verò tam in alias aures inserpunt, detractionis rationem induunt. Et tunc ait S. Thom. id quod suprà à nobis sæpè citatum est, in arbitrio eius esse detrimentum suæ famæ pati, nisi in periculum aliorum vergat. Dum autem in nostra præsentia absentis famam corrodit, non est nostri arbitrij infamatori parcere: quia non sumus domini alienæ famæ. Et ideo vitio nobis vertitur si non resistamus cum facilè possumus. Nam si Deut. 22. præcipiebatur vt nemo iacentem asinum proximi leuare negligeret, grauius erit periclitantem proximi famam non protegere. ¶ Ad secundum respõdetur quòd etsi detractor vera dicit, non sit ei contradicendũ, est nihilo minus ei reprimendum verbum ne aliena vulnera exulceret: aut saltem subrugata fronte

Ad primum argumẽtũ.

Ad secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad tertium argumentũ.

fronte illi ostendendum eius nobis displicere sermonem. Nam vt Prouerb. 15. legitur, ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. ¶ Ad tertium demum respõdetur vtilitatem & emolumentum quę ex detractione prouenit, nõ ex intentione detrahẽtis proficisci, sed è dei gratia mollientis alterius animum: & ideo perinde obsistendum est illi, atq; raptoribus & furibus: licèt ex talibus incommodis, eis qui passi sunt meritum nonnunquam patientiæ accrescere soleat.

QVÆSTIO VNDECIMA, De susurratione & derisione.

S. Thomas. 2. 2. quæst. 74. & 75.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm susurratio sit peccatum à detractione distinctum.

CONTVMELIAE & detractioni quæ inter verbalia vitia primas obtinent, alia adiunguntur quæ nõ sunt silentio prętereũda. Et primò de susurratione quæritur sitne crimẽ à detractione diuersum, an verò quipiam grauius.

Primum argumentum. à parte negatiua. Isidorus

Primùm arguitur à parte negatiua, nempè quòd à detractione non differat. Ait enim lib. Etymol. Isidõ. susurronem de sono locutionis appellari: quia non in facie alicuius, sed in aure loquitur detrahendo: vbi susurrare idem esse censet quod detrahere. Et Leuit. 19. Non eris criminator nec susurro in populis. Et Eccles. 23. vt suprà. citatum est, Susurro & bilinguis maledictus erit: criminator autem & bilinguis idem esse apparet quod detractor.

Argum. 2.

¶ Secundò arguitur, quod quanuis susurratio à detractione differat, non tamen sit grauior: peccata enim oris à maledictione malitiam contrahunt: detractor autem mala simpliciter de proximo spargit: cum tamen susurrones satis habeant illa quę apparentiam mali habent inculcare.

Argum. 3.

¶ Tertiò. Qui detrahit fratri suo, vt habetur Iacob. 4. detrahit legi atque adeo legislatori Deo. Vnde maiorem contrahit grauitatem quàm fit in susurratione. ¶ In contrarium autem est illud Eccles. 5. Denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Vbi peiores effectus tribuuntur susurrationi, quàm detractioni.

Primus flo.

AD quæstionem duabus conclusionibus respõdetur. Prior. Susurratio etsi tam forma quàm materia cum detractione conueniat, fine tamen differt. Etenim susurro quàm detractor mala in proximum obloquitur, idque clãculò, inque eius absentia: quare vtrunque à contumelia differt. Atque hac ratione promiscuè apud Doctores ambo quandoque vsurpantur verba. Vnde super illud Ecclesiast. 5. Non appellẽris susurro, ait Glossa, id est, detractor. Attamen si verborum etymologiam cõsulas, detractio idem est vt suprà diximus, quod famæ subtractio & diminutio. Susurratio autem solùm denotat clancullariam, atque adeò vitiosam loquutionem. Ob idque forsan ex vsus accommodatione illam significat oblocutionem, qua quis contendit nõ tam famæ detrahere, quàm amicitias dissoluere: & ideo differt fine. Quapropter et si tam susurro quàm detractor mala in genere de altero loquantur, tamen in specie detractor illa disseminat quæ vere sint mala culpæ. Nempe quibus fama cõmaculetur. Susurro autem satis ducit illa proferre, quæ possint audientis animum ab alterius amicitia diuellere: etiam si sit bonum, dummodò vel malum appareat vel audienti displiceat. Vt si apud prodigum de eius amico susurret quod sit pecuniarũ tenax: & apud festiuum & dissolutũ obmurmuret alterum esse inimicis cõpositum ac modestum. Discrimen hoc primum patet ex glossa super illud ad Roman. 1. susurrones, detractores. quæ ait susurrones inter amicos discordiam seminare: detractores verò aliorum bona negare aut minuere. Et Prouerbi. 26. Susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Et Ecclesiasti. 28. Vir peccator (& est de susurrone ac bilingui sermo) conturbabit amicos & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Quanuis & hoc etiam suprà detractori tribuimus: eidemque idem tribuit ad Gelantium Hieronym. Quòd si nos interroges, vtrùm cum multæ sint amicitiarum species secundùm Philosoph. 9. Ethico. alia scilicet quę fundatur super bono honesto, & alia super vtili, atque alia super delectabili, sint etiam diuersæ susurrationis species. Respondetur negatiuè. Susurro enim tantùm contendit amicitias dissòciare in genere. Tametsi

Glosa

Probatur cõclusio.

Ratio prioris cõclusionis.

Obiectio.

Solutio.

Sanguis.

Solutio pro secunda cõclusione.

Obiectio.

Solutio.

metsi dum alium scopum per illam viam attingere contendit, tunc eius susurratio potest diuersas malignitatis maculas contrahere. Vt si quis in aures principis aduersus alium susurret, vt eius honorem obtineat: ambitiosus est vel auarus: & si de marito susurret apud vxorẽ, vt amicitia inter eos sublata, eius potiatur amplexu, erit adulter. Sed hæc extra rem præsentem sunt. ¶ Posterior conclusio. Susurratio genere suo grauius peccatum est detractione, atque etiam quàm contumelia. Enimuero vt suprà dictum est, inde venamur peccatum esse grauius quod maius inferat nocumentum: coque nocumentum maius censetur, quo bonum sublatum est prestantius: amicitia verò præstantius bonũ est, quàm fama & honor: ergo & susurratio pacis pertur batrix peior est quàm detractio & contumelia. Probatur autem: vltima præmissa tum autoritate Ecclesiast. 6. Amico fideli nulla est cõparatio. tum & ratione. Nam bona fama & honor in hoc vtilis est, vt multorum quis amicitiam conciliet, atque adeò per regulam posteriorissimam amicitia præstãtior est quàm fama. Adde quòd post virtutes, ad fœlicitatem comparandam, vt. 8. Ethicor. ait Aristot. nihil conducentius est quàm amicorum copia. Sanè cùm non solùm amicorum omnia sint cõmunia, verum omnes quadantenùs homo vnus. Quare cui legitimi abundant amici, nihil deesse in vita potest. ¶ Sed arguis etiamnum in contrarium. Detractor, vt suprà dictum est, amicos etiam dissociat, sicut susurro: non ergo differunt fine. Respondetur quòd etsi per detractionem amicitiæ nonnunquàm euertantur, non est tamen ille detractoris scopus, sed tantum famam deturpare quæ ad inimicitias viam sternit: finis autem proximus susurronis est eadem inimicitias conflare: & ideo est turpior. ¶ De hac autem conclusione duo se offerunt minutiorà dubia. Primum de hac comparatione qua amicitia famæ & honori prefertur. Apparet enim fama inde pretiosior, tum quòd latius extenditur: plures enim sunt quibus studiosus notus est, quàm quibus est amicus: tum etiam quòd est virtuti propinquior. Nam qui moribus præstat, illicò in aliorum notitiam venit: etsi non tam facile in amicitiam propterea quòd non omnes sunt virtutis amatores. ¶ Ad hoc in primis respondetur, ne que famam, neque honorem, neque vero amicitiam, virtutes esse: atque adeo neque spiritualia bona in quibus vera fœlicitas cõsistit: sunt tamen virtuti agnata. Vnde Aristot. 8. Eticor. Amicitia, inquit, non est virtus, sed virtuti proxima. Vbi de illa loquitur amicitia quę hoc nomine verè gaudet, nempè quæ ex bono honesto, hoc est ex virtute proficiscitur. Nam quæ de vtili aut delectabili initur, non est nisi secundùm quid amicitia. Sicuti & bona ipsa, quibus nititur. Et quia amicitia non gignitur ex virtute nisi per eius notitiam, in qua fama consistit, inde fit amicitiam præstantiorem esse quàm famam, tanquàm eius finem: nam frustra esset virtutis notitia nisi homines ad studiosi amorem alliceret. Ac proinde in cœlesti beatitudine propterea notitia illa mutua beatorum ad beatitudinem spectat, quòd omnes eodem amore conglutinat. ¶ Vnde ad prius in contrarium argumentum negatur latiùs protendi famam, quàm amicitiam: nam quotquot notitiam habent integritatis hominis ac virtutum præstantiæ, nisi corruptis ipsi sint moribus, ipsum amant. Ac perinde ad posterius negatur propinquiorem esse virtuti formam quàm amicitiam. Imò amicitia germanior illi est: quapropter sicut virtus nihil à fortuna pendet, ita & habere amicos potiùs à virtute nascitur, quàm à fortunæ temeritate. ¶ Alterum dubium est de grauitate peccati susurrationis. Ad quod facilè respõdetur q; etsi genere suo mortale sit crimen propter nocumenti graui tatẽ, potest tamẽ ex leuitate materiæ esse veniale. Vtrùm autem aliquando cõtingere absq; vlla culpa possit, Respondetur primum quod susurrare ad dirimendam pernicioſam amicitiam, dũ modò citra infamationem fiat, virtus est: etiam si nonnulla naturalia vitia hominis cõmemorentur. Vt si ad dimouendum hominem ab amica dicas esse deformem atq; insulsam. &c. At verò dissociare amicos quorũ amicitia in virtute & honesto fundatur, nunquàm esse potest citra peccatum, & quidem mortale si ex amicis contendas facere inimicos: nam si tantùm cõtendas amouere assiduã familiaritatem, esse potest veniale. ¶ An verò quis possit amicitiam aliquorum dissuere non quidem illa intentione vt sint inimici, sed tanquàm medium vt se loco illius expulsi in amicitiam alterius insinuet: quia videlicet prælatus, aut princeps non hunc ad tantam familiaritatem admittet, nisi alter excludatur. Respondetur primùm quòd alterum infamando neutiquàm licet: sed tamen narrando aliqua eius vitia naturalia quæ sunt publica, forsan nullum est peccatum: quia vnusquisque sine vi & fraude potest sibi commodum cuius dignus est procurare. Quod si arguas, id est verũ nisi alter nõ repellatur à iure suo: Respõdetur q; quãdo illud ius ei per iustitiam cõpetit, nefas esset tali

Amicitia prę fert famæ.

Ad argumẽtum factũ.

Posteriora dubia.

Primum dubium.

Posterius dubium.

Scrupulus

Solutio.

Obiectio.

Dissolutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tali iure hominẽ expoliare: sed tamen quando gratuito in amicitia alterius retinetur, non fit ei iniuria.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum iam responsum est, quòd susurro secundùm illam generalem rationẽ qua malè de alio loquitur detractor dicitur: differt tamen fine vt dictum est. Ad illud autem Leuit. 19. respõdetur criminatorem vt nomen sonat tam à susurrone quàm à detractore differre. Est enim ille qui aliena crimina præter ius, vel imponit vel denũtiat, vel auget & improperat: licet hoc etiam detractor aliquãdo susurroq; faciat. Ad aliud verò Eccles. 28. concedimus & susurronẽ nonnunquàm esse bilinguem: nam duorum amicorum vtrique dicit quod ei displicet. Atq; adeò alteri vnum ac subinde alteri aliud. tametsi detractor alia sit ratione bilinguis, vt suprà diximus: quia aliud in absentia, aliud in præsentia loquitur. ¶ Ad secundum respondetur quòd quãuis detractor semper quod malũ est obloquatur susurro autem non id semper, sed quod malum alteri apparet, est nihilo minus susurratio peior: quia peccatorum grauitas nõ attenditur ex illo materiali obiecto, sed ex fine & effectu qui peior est in susurrone. ¶ Ad tertium denique respondetur quòd qui detrahit homini propterea censetur detrahere legi, quod agit contra legem de dilectione proxima. Quapropter & susurro amicitiarum extinctor quia nocentiùs eandem dilectionis legem transgreditur, Deum penis offendit: qui, vt habetur. 1. Ioan. 3. dilectio est. quapropter Proverb. 6. Sex inquit sunt quæ odit dominus, & septimum (quasi omnium pessimum) detestatur anima eius. Atque illud septimum ille est qui seminat inter fratres discordiam.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm derisio sit speciale peccatum à præcedentibus distinctum, atq; adeò mortale.

Primum argumentũ. POst hæc & de derisione etiã videre supereſt, quale quantũq; peccatũ sit. Et arguitur primò quod non differat à cõtumelia: nam subsannatio idem esse videtur quod derisio, eademq; in contumeliam concidere. idq; & ex materia & illato nocumento cõperitur. Nemo enim deridetur nisi de aliquo turpi, quod quidem si in faciem ei obijciatur, contumelia est. si verò clãculum, est vel detractio vel subsannatio. Item nocumentum quod per derisionẽ infertur aut contra honorem est, & tunc est contumelia: aut contra famã, & tunc erit detractio: aut contra amicitiam, & tunc erit susurrus. ¶ Quòd autem derisio non sit peccatũ mortale arguitur: quia cum derisio ludo fiat, ac sæpe inter amicos, non videtur esse charitati cõtraria. Adde q; neque derisio quæ in iniuriam Dei vergit esse apparet mortalis. Nam quicunque in peccatum recidit à quo per Dei gratiam resurrexerat, irrisor est eius: etiam si peccatum illud sit veniale: secundum illud Isidori, Irrisor est & non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet: & tamen non quicunque relapsus in veniale est veniale. Item & simulator irrisor Dei est: secundum illud Gregorii, Per structionem significatur simulator, qui deridet equum & ascensorem id est Deum: & tamen non quicunque recidiuatio neque simulatio est peccatum mortale. ¶ In contrarium est quòd irrisio sit ludo: cætera verò seriò: & ideo peccatum hoc ab illis differt. Et Prouerbior. 3. legitur q; Deus deridet illusores: deridere autem Dei est æternaliter punire: vt testatur ille Psaltes, Qui habitat in cœlis irridebit eos. vnde colligitur esse peccatum genere suo mortale.

Primum sic.

Secundum sic.

Gregorius.

Isidorus.

Tertium sic.

Rationes primæ.

Secundæ.

AD quæstionem tribus facilimis conclusionibus respondetur. Prima est. Peccatum derisionis distinguitur à cæteris suprà nominatis. Probatur. Peccata quæ verbis committuntur, ex intentione, vt suprà dictum est, existimantur: ergo diuersa eorum intentio diuersas inter ipsa constituit species. Sicuti autem contumeliator honori intendit derogare, & detractor famam diminuere, & susurrator amicitiã extinguere: ita irrisor erubescentiam & pudorem alteri offundere, qui quidem finis ab alijs discriminatur: ergo ab alijs specie secernitur. Differt præterea, vt dicebamus, quòd cætera seriò: irrisio verò sub ludi forma sceleratã sua tegit: vnde & lusus dicitur. Quare irrisio frequentissimè in ironia versatur: vt si deformem hominem pulchrum appelles: & infimè natũ, ingenuum: & elinguem, disertum & elegãtem. ¶ Ad subsequentium autem conclusionum intellectum præmeditandum est, quòd cum irrisio non sit nisi de aliquo vitio, aut morali aut naturali, prudenter discernendum est an malum illud per se ingens sit & graue, an verò per se paruum: si enim per se magnum sit, non est secũdum naturam suam irrisionis materia: imo eius cõmemoratio vt seria impropera-

Primæ conclusionis Ratio prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

Decimatertia.

Decimaquarta.

Decimaquinta.

Decimasexta.

Decimaseptima.

Decimaoctaua.

Decimanona.

Vigesima.

Vigesimaprima.

Vigesimasecunda.

Vigesimatertia.

Vigesimaquarta.

Vigesimaquinta.

Vigesimasexta.

Vigesimaseptima.

Vigesimaoctaua.

Vigesimanona.

Trigesima.

Trigesimaprima.

Trigesimasecunda.

Trigesimatertia.

Trigesimaquarta.

Trigesimaquinta.

Trigesimasexta.

Trigesimaseptima.

Trigesimaoctaua.

Trigesimanona.

Quadragesima.

Quadragesimaprima.

Quadragesimasecunda.

Quadragesimatertia.

Quadragesimaquarta.

Quadragesimaquinta.

Quadragesimasexta.

Quadragesimaseptima.

Quadragesimaoctaua.

Quadragesimanona.

Quinquagesima.

Quinquagesimaprima.

Quinquagesimasecunda.

Quinquagesimatertia.

Quinquagesimaquarta.

Quinquagesimaquinta.

Quinquagesimasexta.

Quinquagesimaseptima.

Quinquagesimaoctaua.

Quinquagesimanona.

Sexagesima.

Sexagesimaprima.

Sexagesimasecunda.

Sexagesimatertia.

Sexagesimaquarta.

Sexagesimaquinta.

Sexagesimasexta.

Sexagesimaseptima.

Sexagesimaoctaua.

Sexagesimanona.

Septuagesima.

Septuagesimaprima.

Septuagesimasecunda.

Septuagesimatertia.

Septuagesimaquarta.

Septuagesimaquinta.

Septuagesimasexta.

Septuagesimaseptima.

Septuagesimaoctaua.

Septuagesimanona.

Octuagesima.

Octuagesimaprima.

Octuagesimasecunda.

Octuagesimatertia.

Octuagesimaquarta.

Octuagesimaquinta.

Octuagesimasexta.

Octuagesimaseptima.

Octuagesimaoctaua.

Octuagesimanona.

Nonagesima.

Nonagesimaprima.

Nonagesimasecunda.

Nonagesimatertia.

Nonagesimaquarta.

Nonagesimaquinta.

Nonagesimasexta.

Nonagesimaseptima.

Nonagesimaoctaua.

Nonagesimanona.

Centesima.

natura sua reputatur. quare si in risum & iocum proferatur, hoc fit quia narratur vt parum. Bifariàm ergo vitium aliquod ceu exile & pusillũ risu & lusu profertur: videlicet vel tãquàm paruum & tenue secundùm se, aut respectu personæ quæ parui penditur. ¶ Sit ergo secunda conclusio. Exponere peccatum alienum aut naturalem defectum irrisioni tanquàm paruũ, secundùm se non est genere suo mortale, sed veniale, si aliquo inde modo alter pudefiat: nam res esse potest tam exigui momenti, vt nullum sit peccatum. Conclusio est per se manifesta. Quoniam omne peccatũ ratione leuitatis materiæ fieri potest veniale. Dixerim autem genere suo: quoniam si quis vitiũ non adeò per se magnum alteri illudendo obijciat: sciens irrilionem illum grauissimè laturũ, peccatum contra charitatem committit. Vt si honestissimo viro ac religioso quis in facie diceret absque arbitris fuisse puellæ loquutum, vnde ille ingenti rubore suffunderetur, profectò nõ euaderet à mortali culpa illæsus. ¶ Tertia conclusio. Si vitium quodpiam sub risu & ioco in faciem hominis expuatur tãquàm parum, non quidem per se, quia magnum absolutè æstimatur: sed respectu personæ cui obijcitur, quæ pro vili habetur, & ideo pro nihilo ducitur talis eum vitij denotari, peccatum mortale est: idq; grauius quàm contumelia, tãtoq; enormius, quãto personæ quæ illuditur maior erat habenda reuerẽtia. Probãtur singulæ partes conclusionis: quoniam magnum vitiũ alteri in faciem obijcere peccatũ est contumeliæ: quod, vt suprà diximus, culpam affert mortalẽ: quod autem per ironiam vel sub risus schemate proferatur, re vera culpã non minuit: imò eò auget, quòd tali irrisione persona adeò denotatur vilis, vt non magni pendatur tale vitium illi impingere. Sicuti nihili æstimatur pueros stultosque homines atque alios abiectæ sortis similium virtiorum nominibus denotare. Hoc enim ratione leuitatis materiæ fieri potest veniale. Dixerim autem genere suo: quoniam si quis vitiũ non adeò per se magnum alteri illudendo obijciat: sciens irrilionem illum grauissimè laturũ, peccatum contra charitatem committit. Vt si honestissimo viro ac religioso quis in facie diceret absque arbitris fuisse puellæ loquutum, vnde ille ingenti rubore suffunderetur, profectò nõ euaderet à mortali culpa illæsus. ¶ Tertia conclusio. Si vitium quodpiam sub risu & ioco in faciem hominis expuatur tãquàm parum, non quidem per se, quia magnum absolutè æstimatur: sed respectu personæ cui obijcitur, quæ pro vili habetur, & ideo pro nihilo ducitur talis eum vitij denotari, peccatum mortale est: idq; grauius quàm contumelia, tãtoq; enormius, quãto personæ quæ illuditur maior erat habenda reuerẽtia. Probãtur singulæ partes conclusionis: quoniam magnum vitiũ alteri in faciem obijcere peccatũ est contumeliæ: quod, vt suprà diximus, culpam affert mortalẽ: quod autem per ironiam vel sub risus schemate proferatur, re vera culpã non minuit: imò eò auget, quòd tali irrisione persona adeò denotatur vilis, vt non magni pendatur tale vitium illi impingere. Sicuti nihili æstimatur pueros stultosque homines atque alios abiectæ sortis similium virtiorum nominibus denotare. Hoc enim rationem contemptus exauget: quare grauius est crimen quàm si seriò per contumeliã talia obijcerentur vitia. ¶ Hinc palàm fit tertium cõclusionis membrũ, q; quantum persona illa maioris erat reuerentiæ digna, tãto eiusmodi irrisio secundum in Deum eiusmodi irrisiones euomuntur, aut in fidem & religionem enormissima existunt blasphemiæ crimina. Vnde Isai. 37. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocẽ tuam? Et subditur ad sanctum Israel. Post hanc secundum locum obtinet irrisio parentum. vnde Prouerbior. 30. Oculum qui subsannat patrẽ & despicit partum matris suæ effodiant eum corui de torrẽtibus, & comedãt eum filij aquilæ. Deinde tertio loco habetur derisio iustorum: nam cùm honor sit virtutis præmiũ iusto subsannare est virtutibus ipsis & quadantenus Deo iniuriam irrogare. Quin verò & hæc nonnunquàm ob insignẽ viri sanctitatem excedere illam potest quę est in parentes. Et contra hos irrisores legitur Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Quod quidem derisionis genus nocua est & pestifera: quippe qua homines à virtutum exercitio prę pudore retrahũtur. Vnde Gregorius. Qui in aliorum actibus exoriri bona respiciunt, mox ea manu pestiferæ exprobrationis euellunt. ¶ Circa hanc tertiam conclusionem, nam de alijs nullum est dubium, scrupulum ingerit argumentum, quòd cum contumelia contra honorem existat: derisio autẽ contra verecundiã, honor verò præstantior bonum sit verecũdia: videtur contumelia grauius crimen quàm derisio. Respondetur nihilo minùs quòd vitiorum grauitas nõ inde semper sumitur vnde eorum species distinguuntur: secernitur enim derisio à cõtumelia ex fine diuerso, q; scilicet erubescentiam & pudorem efficit: grauitas tamen eius perpenditur ex maiori contemptu qui est in derisore quàm in contumelioso. Illa enim ratione diximus contumeliam peiorẽ esse detractione, licèt fama cui per detractionem officitur, pretiosius donum sit quàm honor. Adde quòd irrisio adiunctam semper habet cõtumeliam: quippe qua in præsentia irrisi improperatur eius vitium, sed singulari modo. Quòd autem irrisio Dei, aut fidei, aut religionis, aut cuiuscũq; virtutis sit nocentissima, inde patet, quòd multi alias probatæ virtutis, nempe quia alia vitiorum monstra debellãrũt: quoniam à filijs huius seculi hypocritæ nominantur, atq; ideo quòd egregiè viuunt subsannãtur, pudefiunt in publico egregijs virtutibus nauare operam. Cuius ideo familiam suam Christus ad monitam prouidè curauit. Primùm Matthæ. 5. vbi singularem beatitudinis gradũ illis proposuit quibus homines ob id maledicerent, q; mundum ludibrio haberent, & eius sapiẽtiam stultitiam reputarent, & veluti stulti in mundanorum oculis viuerent. Et Matth. 10. Qui me cõfessus, inquit, fuerit coram hominibus, confitebor ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Et apertius Lucę. 9. Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cùm venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.

Tertium.

Scrupulus.

Solutio.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentũ respõdetur q; subsannatio & irrisio licèt sine conueniant

Universidad de Deusto
Biblioteca

niant pudefaciendi, differunt tamen in modo: quia irrisio solo fit verbo, & cachinnis, & scommatibus potissimùm ironiæ: subsannatio verò gestibus alijs, vt detorto rugatóve naso: vt habet glos. super illud Psalm. 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Aut prolatis labijs, aliisve seu membrorum seu rerū figuris ostensis, quibus vitiū hominis subnotatur. Talis verò differentia speciē non variat: eò quod gestus illi omnes verborum vice funguntur. Differt tamen vtrunque à contumelia sicuti erubescentia à dehonoratione. Est enim erubescentia, vti ait Damas. inhonorationis timor. ¶ Ad aliud eiusdem argumenti membrum respondetur, q̄ etsi irrisio nō sit nisi de aliquo turpi, quare in materia cum contumelia & detractione cōueniat: tamen effectu differt. Tria enim sunt quæ homo virtutum vsu apud homines commeretur: scilicet & honoris reuerentia, & fama apud alios, & apud seipsum bonæ cōscientiæ gloria, secundū illud. 2. ad Corin. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ: cōtumelioſus ergo & detractor turpia dicunt vt honori & famæ officiant: derisor autem & subsannator vt per erubescentiam & pudorē gloriam cōscientiæ illi alteri adimat. ¶ Ac per hoc respondetur ad tertium membrum. Nempe aliud esse detrimētum derisionis ab alijs: scilicet inquietatio ac turbatio tranquillitatis conscientiæ quæ magnum bonum est, secundùm illud Prouerb. 15. Secura mēs quasi iuge conuiuiū. Pabulum enim conscientiæ, nempe quo homo animam suam saginat, cogitatio est virtutum, quibus Dei fauore in eius gratia perstat. ¶ Ad secundum argumentum respōdetur, quòd etsi ludus de se nihil importet charitati cōtrarium, respectu illius personæ cū qua lusus initur: potest nihilo minus ratione materiæ charitati aduersari propter contemptum. ¶ Ad tertium respondetur, quod neq; qui in peccatum recidit etiam mortale, neque hypocrita officium simulans directè irrisor est Dei: quoniam potest vel ex infirmitate vel ex ignorātia relabi: sed interpretatiuè talis habetur: quia quādam irrisoris effigiem præ se fert, dum quod in pœnitētia promisit non seruat. Adde quòd venia ija iterare non est proprie recidere, cum nō sit à gratia Dei casus: sed est dispositio quædā ad casum. ¶ Ad quartum denique respondetur, quod etsi derisio quatenus ludum importat leuius quidpiam sonet quàm contumelia & detractio, nihilo minus quia maiorem habet contemptum, inde fit grauior.

Ad aliud mēbrū eiusdem argumenti.

Tria sunt, quæ homo virtutū vsu, apud alios promeretur.

Ad tertium membrum.

Ad secūdū argumentū principale.

Ad tertium.

Ad quartū.

QVÆSTIO DVODECIMA, de Maledictione.

Sanct. Thomas. 2. 2. quæst. 76.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm cuipiam sit licitum alteri male dicere.

POSTREMA iniuria quę verbis infertur est maledictio: de qua primum quæritur, vtrum sit quoquo pacto licita. Arguitur enim à parte negatiua. Apostolus nanque (in quo Christus, vt. 2. ad Corint. 13. ipse asseritur, loquebatur) præcipit ad Roman. 7. dicens: Benedicite, & nolite maledicere. & vt habetur Daniēlis. 3. Omnes tenemur Deum benedicere. Ait enim, Benedicite filij hominum Domino. & tamen ex eodem ore, vt Iacob. Apostolus cap. 3. docet, non potest Dei benedictio & hominis maledictio procedere: ergo nulli licet alterum maledicere. ¶ Secundo arguitur ratione. Nam qui maledicit, optare alteri increpare que censetur malum. Quæ quidem animi affectio cum charitate pugnat. Quin verò neque diabolus ipse malitia obstinatissimus licitū apparet vt maledicatur: quippe cùm Ecclesia. 20. legamus, Cùm maledicit impius diabolum, maledicit ipse animā suam. ¶ Tertiò denique arguitur. Si quēpiam maledicere licet, hoc est quia malus est: tamen cùm aliena corda nobis non pateant, hac ratione nō apparet licita maledictio. vnde super illud Numer. 23. Quomodò maledicam cui non maledixit Dominus? ait glos. Non potest esse iusta maledicēdi causa, vbi peccantis ignoratur affectus. ¶ In contrarium autem existit maledictio illa Deutero no. 27. Maledictus qui nō permanet in sermonibus legis huius. Et Eliseus, vt. 4. Reg. 2. legitur, maledixit pueris sibi illudentibus.

Primum argumentum.

Paulus.

Secundum.

Tertium.

QVanuis vsitatius sit multò, Maledicere alteri, quàm alterum: tamen inter morales philosophos vsus etiam obtinuit vt ad explicandum affectum quem quis in alium exhibet, maledicere, cum casu etiam accusandi copuletur. Ad quæstionem ergo ex membri diuisione præmissa, trina conclusione respondetur. Est enim maledicere idem quod malū dicere id quod trifariàm contingit. Vno scilicet modo sub forma enuntiationis, vitium alterius referendo: atq; hoc quidē nihil ad præsentem quæstionem attinet: sed ad vitium detractionis, aut contumeliæ, aut aliorū quæ hactenùs explicata sunt. Secūdo verò modo maledicere aliquid contingit per modum causæ aut effectricis aut motricis: qua scilicet alius quispiam ad agendum mouetur. Atq; hoc idē primum ac propriè Deo per excellentiam cōpetit, qui solo verbo condidit vniuersa: secundùm illud Psal. Dixit, & facta sunt. Quapropter Deo benedicere idem est quod bonū impartiri: & maledicere idem quod malū inferre. Secundum autē Deum suo quoq; gradu & ordine cōpetit, etiā hominibus qui imperio suos mouent subditos ad aliquid exequendum, ad quem exprimēdum affectū instituta sunt verba imperatiui modi. Tertio demum modo dicere expressio quædam est affectus id desiderantis quod verbo exprimitur: cui quidem affectui verbū inseruit optatiui modi. Et hic propriè modus vulgò appellatur maledictio aut benedictio: puta boni malive imprecatio. Ex quo fit q̄ dicere his duobus postremis modis, velleq; id, quod dicitur secundum bonitatē & malitiā se cōsequūtur: nēpe qualis bonitas aut malitia latet in voluntate dicentis, talis deprehenditur in dicto. ¶ His ergo præhabitis sit prima conclusio. Imperare vt alij malum fiat, optareque aut imprecari malum quatenus malum illi est: nempe quasi illud proposito suo intendens peccatum est genere suo mortale. Conclusio manifesta est. Nam malum alteri vel exhibere vel optare charitati apertè repugnat. ¶ Secunda conclusio. Malum sic imperare, optare, aut imprecari vt rationem induit boni, licitum est & quādoq; necessariū officium. Probatur. Nonnunquàm malum peculiaris personæ vt medium concipitur ad assequutionem boni: nam licet malum per se non sit necessarium medium boni finis, è malitia tū hominum accidere potest vt sit cōducens: tali ergo casu sicut volūtas eiusmodi finis bona est, ita & imperatio & imprecatio illius medij, licèt sit personæ incommodum. Quapropter tunc eiusmodi affectio non est per se propriè maledictio, sed accidentariè: quia tunc non per se malum intenditur, sed bonum, quemadmodum mors quam qui se ipsum defendebat intulit. ¶ Tertia conclusio. Imperiū huiusmodi & imprecatio mali bifariā potest ratione boni induere. Vno modo quia rationem habet iustitiæ, quemadmodum Deus ac subinde humanus iudex licitè malefactorem maledicit, supplicio eum adiudicādo: quēadmodū & sancta ipsa ecclesia dū anathemate rebelles percellit, iure & merito maledicit. Atque hac ratione & prophetæ sæpe maledicūt, malè peccatoribus imprecantes, diuinæ sese accommodantes voluntati: vt est illud, Confundātur superbi: quia iniustè iniquitatē fecerunt in me. ac totus Psal. 108. Constitue super eum peccatorē, & diabolus stet à dextris eius. & Psalm. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperirēt de ciuitate dñi omnes operantes iniquitatē. tametsi eiusmodi imprecationes nonnunq̄ vim habeant propheticarū pronūtiationum. Secundo modo contingit malum alteri imprecari sub ratione vtilis: qua vtiq; ratione licet ei imprecari qui moribus corruptus est ægritudinē aliquam, aut aliam calamitatē, qua salubriter castigatus cautius resurgat. ¶ Circa has igitur conclusiones id ipsum recolendū est quod suprà de alijs verborum iniurijs adnotauimus: nempe ad iudicandū maledictionis culpam perpendendum esse animi propositum. Quapropter cùm parētes filijs maledicūt nullum intus habētes mali desiderium, nunquàm est peccatū mortale: quanuis consuetudo profectò pessima est & hominibus infimæ classis peculiaris. Neq; ad correctionem quicquā conferēs, præterquā q̄ ipse maledicēdi impetus sæpe irā in odium concitat atq; animū mutat, vt quicquid malorū imprecantur, ferè illis optēt. Ad hæc demum Diaboli appellatio qui illum cui maledicitur importet, vix à mortali peccato excusari potest. Est eū blasphemiæ genus & scandalū, sempiternam mortē alicui imprecari. Neq; verò quod maledicentē post euomi tam maledictionem dicti pœniteat indiciū est non præcessisse cōsensum atq; adeò culpā: sed dūtaxat est signum impetum illum non tam ex habitu quàm ex passione emanasse. Leuiores autem maledictiones plurimùm sunt venia lia peccata. Atqui vt articulo proximo de susurratione dicebamus, ex maledictionis obiecto peccatum ipsum speciem trahit. Qui enim imperat imprecatúrve homicidium, homicida reputatur: & qui imperat furtum, furnō autem qui imprecatur vt ab alio quis suis spolietur nummis. Hoc autem adnotandum est discrimen inter maledictionem sub forma imperandi, atque alteram imprecatoriam. Qui enim imprecationis tenore alteri maledicit, si nullam habet malam intentionem neque scandalum det, nullam committit culpam: qui verò vt malum fiat imperat, licèt nihil habeat sinistræ intentionis sed fidè id faciat, potest

Documētū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

test incautus causam damni dare: atq; adeò tãtum cõmittere peccati quanta fuit cautelæ negligentia. Vt si quis famulis præcipiat vt nudis gladijs quenquam terrefaciant ex quo aliquid læsionis aut incõmodi subsequatur. Sed quia scandali meminimus, illud maximè datur ratione personæ maledicentis: prælatus enim aut quæuis grauis persona vix sine scãdalo potest malè subditis precari. Quòd autem filij parentibus aut inferiores superioribus maledicãt, id quidem neq; per iocum licet. Esset enim non modò scandalum, sed contumeliæ genus: tanta est reuerẽtia quæ illis debetur. ¶ Contra tertiam demum conclusionem existit argumentum quòd personæ priuatæ non liceat optare alicui malum tanquam medium ad assequutionem boni: quoniam quod facere non licet, nemo videtur optare alteri posse: nemini autem priuatæ personæ licet illi qui corruptis est moribus damnum dare vt emendetur: ergo neque illud licet ei optare. Respondetur autem perẽpta priori præmissa. Nam quanuis mihi non liceat malum alteri inferre, quia non sum minister iustitiæ: licet tamen mihi optare vt Dei permissu, penes quem summa potestas est, aut publica authoritate malũ ei obtingat, quo flagello resipiscat. Neque verò solum ob spirituale bonum optare vitioso possumus temporale malum, verum & ad cauendum aliud tẽporale peius. Enimuerò optare possumus dilapidatori suorum bonorũ temporale aliquod incommodum, nè ludo ac luxibus illa decoquat. Quinetiam & mortẽ alicui optare possumus, licet nobis constet viam perditionis ingressum ire, vt nostræ reipublicæ mala caueantur, paxque & tranquillitas contingat. Potest enim quisque Turcæ mortem, & clades omnes imprecari, vt ab eius tyrãnide liberemur. Quin verò & Christianis hostibus qui nos iniustè persequuntur, quãdo alia non patuisset via, licitum est id ipsum optare.

Argumentũ contra tertiam cõclusionem.

Solutio.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

AD primum igitur argumentum respõdetur sacris illis testimonijs hoc solum conuinci, q̃ malũ; quatenus malũ est nemini licet imprecari: ac perinde ad secundum respondetur quòd qui malũ alteri bono fine & proposito imprecatur, non illi malũ simpliciter optat, sed bonum. ¶ Ad tertium respondetur, quòd diabolum quantum ad eius naturam maledicere non licet; quippe quæ Dei figmentum est. Tametsi propter eius culpam id licitum sit, secundum illud Iob. 3. Maledicant ei qui maledicunt diei. Sensus autem citatæ authoritatis Eccles. 21. est quod cum impius diabolo propter eius culpam maledicit, seipsum simili ratione iudicat maledictione dignũ. ¶ Ad illud autem postremo argumento inductum respondetur, quòd ille Balaam meritò remiebat populo Israëlitico maledicere: quippe cui constabat eidẽ populo Deum benedicere. Secus autem res habet de peccatoribus, quorum culpas, licet eorũ corda non inspiciamus, externis signis atq; documentis perpendimus: & ideò illis possumus in rem suam maledicere.

Ad postremum argumentum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm creaturæ etiam irrationali maledicere liceat.

SVperiori articulo quæ de maledictionibus quæ in hominem iactantur definitum est, alterũ de irrationali creatura subiungitur. Argumentum enim quòd non liceat illam maledicere. Maledictio nanq; aut in pœnam licet, aut ad emendam culpæ: creatura autem irrationalis neque culpæ est capax, neq; verò pœnæ: imò nihil in creatura irrationali est nisi natura quę Dei opificium est, eiusq; instinctu appulsuque agitur: quare qui ei maledicit, in Deum respergit iniuriam. ¶ In contrarium est q̃ Dominus, vt Matthæ. 20. narratur, siculneæ maledixit. Et Iob diei natali suo: vt eius habet historia cap. 3.

Argumentum partis vtrius.

Probatio.

AD quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima quæ cæterarũ est fundamentum. Benedictio ac maledictio per se propriè in solam potest conijci rationalem aut intellectualem creaturam. Probatur. Benedictio & maledictio in eam tantùm rem competit cui bonum ac malum ad fœlicitatem seu infœlicitatem pertinens contingere potest: id autem soli creaturæ spirituali aut homini congruit. Nam brutæ animãtes quæ suarum actionum dominium non habent, vt lib. 1. quæst. 1. demõstrabimus: neq; fœlicitatis capaces sunt propriè aut iustitiæ, neq; infœlicitatis & iniuriæ. Cõsistit enim fœlicitas in assequutione vltimi finis quem creatura per suas actiones intẽtimi finis quem creatura per suas actiones intẽdit: irrationales autem atq; inanimæ creaturæ nec fines agnoscunt, neq; illuc quippiam referunt, neq; ideo ius propriè ad rem aliquam per se habent: sed quicquid sunt, hominis sunt.

Prima conclusio.

¶ Maior autẽ dubitatio est de priore præmissa. Nam etsi irrationalibus creaturis neq; bonũ neque malum accidat ad fœlicitatem pertinẽs suam, fameſcunt tamen, infirmantur, dæmonijs torquentur: quæ quidem mala possumus eis imprecari, atque adeò eis maledicere. Ad hoc verum esse respondetur, bona aut mala quæ per benedictionem aut maledictionem imprecamur, non esse illius generis quæ merè sunt naturalia, & generalia Dei cõcursu lignis ac saxis cõtingunt: sed quæ sub speciali prouidentia Dei ad humanam fœlicitatem referuntur: hoc enim imprecatio optatiui modi designat.

Obiectio.

Solutio.

¶ Hinc ergo gradus sit ad conclusionem secũdã. Benedicere ac maledicere irrationales creaturas, contingit in ordine ad hominẽ propter quem creatę sunt: ita vt earum maledictio aut benedictio in hominem ipsum refundatur.

Tertia conclusio.

Probatio est, q̃ earum bonum & malum ad nostram fœlicitarem refertur. Tribus autem præcipuè modis relatio eiusmodi consideratur. Primo quidem per modũ subuentionis, quatenus scilicet eorum seruitio adiumentoq; vtimur. Et ideo qui agris sterilitatem imprecaretur, hominibus faceret iniuriam, quibus arua fructus ferũt: & qui armẽtis aut pecoribꝰ optaret mortẽ, dño damnũ illud optaret. Quare & in pœnã delictorũ nostrorũ sterilitates accidere solẽt, & iumentorũ pestes. Atq; hac ratione Dominus Genes. 3. maledixit, dum ait, Maledicta terra in opere tuo: vt scilicet sudore vultus sui victum quæritans pœnas suæ culpę lueret. Et conuerso Deut. 28. eidẽ benedixit: vbi ait, Benedicta horrea tua, ac subinde maledixit dicens, Maledictum horreum tuum. Secundo modo irrationalis creatura homini per modũ significationis inseruit. Qua ratione Dominus maledixit siculneã, in significationem Iudaicę sterilitatis. Tertio deniq; modo eadem irrationalis creatura ad nos per modum continentis refertur: vt tempus & locus. Atq; hac ratione Iob maledixit diei natiuitatis suæ. Non quidẽ male hominibus precãdo, vt ille facit qui aëris inclementiam in frugum detrimentum desyderat. Peccaret enim tunc: cùm tamen Iob. 1. legatur q̃ in omnibus illis non peccauit. Et cap. 2. commonuit Deus Sathanam nè animã illius tangeret: sed maledixit illi diei propter amorẽ potiùs humani generis, ac potissimùm Dei. Nempe propter culpã originalẽ quam sui conceptione cõtraxit: & propter calamitates atq; ærumnas inde humano generi succrescentes. Atq; ad hunc modũ reducitur maledictio Dauidis. 2. Reg. 1. qua montibus Gelboë malè precatus est: nempe vbi clades Saũlis & populi contigit. ¶ Tertia conclusio. Maledicere autẽ rebus irrationalibus, imò & dæmonibus, vt suprà diximus, quatenus creaturæ Dei sunt, blasphemia est. ¶ Quarta demum: Maledicere eisdem secundùm se consideratis, otiosum ac vanum est, ab subinde illicitum. Conclusio hæc ex prima manifestè colligitur. ¶ Et his cordatissimus quisq; elicere nouerit quousq; liceat tempestates, æruginem, & locustam, aliaque id genus portenta maledicere. Absit enim tanta sacrorum irrisio, quanta fieri inter aliquos rusticos fertur, nẽpè quòd locusta & bruchus patrono illis ac procuratore, vt fertur, consignatis, in iudicium euocantur, & cõtestata lite causa vtrinq; agitur, ac demum anathematis censura exterminantur: quæ enim res maiori ludibrio digna contingere Christianis potest, quàm cum eiusmodi portentis ac vermiculis & volucribus quæ mero naturali instinctu agũtur seriò res agere? Quod ergo in eiusmodi calamitatibus licet, id tantũ est, vt diuinũ auxiliũ aduersus dæmones legitimis exorcismis implo remus, qui in vltionem delictorũ nostrorũ permitti diuinitus solent eiusmodi incursionibus ac turbinibus nos infestare. Atq; hac fortè ratione licet terminos benedicere. Quanuis hoc non sit adeò necessarium: sed satis est Deũ pro fructuũ prosperitate exorare. Benedicere autẽ campanas religionis habet prætextum, sicut benedicuntur calices: quanq̃ in his nõ negauerim quin possit nonnunquàm superstitionis nonnihil cõmisceri. ¶ Argumentorum ergo solutiones per ea quæ dicta sunt liquent.

Rusticorum portentosa superstitio.

Qua via occurrentibus calamitatibꝰ obuiandum sit.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm maledictio, peccatũ sit genere suo mortale, idẽq; detractione peius.

POSTREMO quæritur de culpæ maledicentium grauitate: videtur enim non esse genere suo mortalis: tum quòd August. in homil. de igne Purgatorij inter leues culpas & hanc cõmemorat: tum q̃ malefacere peius est quàm maledicere: & tamen nõ quicunq; malefaciens mortaliter delinquit. Quod autẽ ecõtrariò grauius sit peccatũ q̃ detractio, inde primùm apparet, q̃ maledictio genus quoddã blasphemiæ est, vt habetur in glossa super illud canonicæ Iudæ: Quòd cùm Michaël Archãgelus cũ diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, nõ est ausus iudiciũ inferre blasphemiæ: blasphemia autẽ grauius peccatũ est detractione. Adde q̃ maledicẽs suo imperio causa est mali: qui autem detrahit, solum id malũ significat quod existit: peius autem est causam esse q̃ signum. ¶ In contrariũ autẽ vtriusq; partis est, q̃ nihil à regno excludit nisi mortale peccatũ: à quo tamẽ maledictio excludit, secundùm illud 1. ad Corinth. 6. Neq; maledici, neq; rapaces regnũ Dei possidebunt. Quod autẽ nõ adęquet

Primum argumentum. Augustinus.

Argumen. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

quet detractionis grauitatem ex eo constat q̃ maledictio licita esse quãdoq; potest: detractio verò nunquam.

Prima conclusio.

AD quæstionẽ quatuor cõclusionibus respondetur. Prima: maledictio secundum genus suum peccatum mortale est. Loquimur enim in proposito de maledictione illa quæ sit intẽtione mali: nam quæ bono fit proposito nõ adducitur in quæstionẽ peccati. Probatur conclusio. Imperare malũ alteri infligendũ, sicuti & illud cupiã imprecari, aduersum est genere suo charitati: cuius ingeniũ est bona dilectis optare: occidit ergo hoc vitiũ maledicẽtis animũ. Quo fit vt tanto sit grauius quanto & personã charius amare tenemur: aut malum quod illi optam⁹, pernicio sius est ac nocẽtius. Vnde Leui. 20. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. ¶ Secũda cõclusio. Potest nihilo minus cõtingere vt maledictio sit venia le peccatũ, vel propter exilitatem mali quod imprecamur, vel propter defectũ deliberationis: nempe vel q̃ ex leui motu, vel lusu, vel forte ex surreptione verbũ ore labitur: verborum enim significatio, atq; adeo culpa ex affectu potissimum pẽsanda est. ¶ Ex his id quod art. 3. diximus, apertius fit: nempe maledictionis peccatũ multiplicis esse speciei. Est em̃ perinde de illo ac de odio cẽsendũ: vnde si maledictio in genere fiat, nullo in specie explicato malo, vt si quis dicat maledicaris à Deo: tunc cõmittitur generale maledictionis delictũ: si verò vt dicebamus, mortẽ fueris alteri ex animo imprecatus, horuicidiũ mente cõmisisti. ¶ Tertia cõclusio. Maledictio quę simplex exprimit desiderii, genere suo minoris est culpę q̃ detractio. Probatur ex his quę suprà dicta sunt. Primum enim detractor, sicuti & contumeliator, malũ culpę dispergit obijcitve aduersus alterum: qui autẽ simplex est maledictor, non optat alteri nisi malum pœnæ, puta mortẽ, aut varias calamitates, aut forte culpã sub ratione pœnę: culpa verò grauius malũ est ac nocẽtius q̃ pœna: est ergo hac ratione detractio, ac subinde reliqua verborũ peccata maledictione grauiora. Cõfirmatio. Secũdo & id cõfirmatur ex proferẽdi modo. Detractio em̃ & cõtumelia ac derisio est emũ-

Prima conclusio.

Probatio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Corollariũ.

Tertia conclusio.

Ratio cõclusionis.

Cõfirmatio.

tiatio assertioq; malus: simplex verò maledictio (nil enim modo de imperio loquimur) nõ est nisi solum desiderium: peior autẽ est enũciatio & assertio q̃ desiderii: nam desiderio non statim desiderio sum causa est mali, sicuti qui enuntiat causa est infamię: fit ergo vt detractio peior sit simplici maledictione. Attamẽ desiderii internum mali, malitia inficitur sui obiecti. Vnde Chrysost. super Matthę. Cùm dixeris maledic ei, & domũ euerte, & omnia perire facinthi ab homicida differs. ¶ Quarta cõclusio. Maledictio quæ per modũ imperij fit, cum rationem causæ habeat, potest esse detractione grauior: si modo ingẽtius nocumẽtũ inferat, q̃ sit famæ denigratio. Erit autẽ tunc leuior, dum leuius dãnum per ipsam detur. Hęc autẽ audiẽda sunt secundum id quod per se ad rationẽ horum vitiorum attinet: possunt nanq; alia cõsiderari accidẽtia, quibus prædicta vitia vel incrementu accipiãt, vel decrementũ. ¶ Vnus tamẽ scrupulus reliquus sit circa tertiã conclusionem, quã dictum est simplicẽ maledictionẽ eò esse leuioris culpæ q̃ detractionẽ q̃ non est causa mali. Arguitur enim cõtrà. Maledictiones parẽtum in filios esse sæpe solent efficaces: nam hac ratione sunt extimescendæ. Deus enim nõnunq; eiusmodi imprecationibus annuit: ac potissimum sanctorũ: vti de Helia legimus 4. Reg. 1. q̃ ob suam maledictionẽ ignis de cœlo cadens deuorauit vnũ, ac subinde alterum quinquagenariũ. Et de Eliseo, cap. 2. q̃ cùm maledixisset pueris nomine Dei, egressi duo vrsi de saltu lacerauerunt quadraginta duos. Respõdet primo q̃ dictum Diui Thomæ intelligitur de verbis exterioribus: illa enim non sunt perinde causa sicut verba detractionis per quam proditur secretum peccatum alterius. Secũdo intelligitur de maledictione quæ sit mala intentione: illas enim Deus non eo modo exaudit quo iustas imprecationes parentũ ac sanctorũ. ¶ Ad primum igitur argumentũ iam responsum est. Et ad secundum respondetur, quod glossa illa intelligitur de maledictione qua creatura maledicitur, quatenus creatura est Dei. Et ad postremum, quod concludit maledictionem per modum imperij peiorem esse detractione.

Quarta conclusio.

Solutio.

Ad primum argumentum.

Ad vltimum argumentum.

LIBRI E DECEM QVINTI ATQVE adeò Primi Tomi de Iustitia & Iure. F. D. Soto, FINIS.

TOMVS SECVNDVS

FRATRIS DOMINICI Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, Cæsareæ Maiestati à sacris confessionibus, Salmantini Professoris, De Iustitia & Iure,

LIBER SEXTVS.

PROOEMIVM.

Materia cum diuisione libri.

EO DENIQVE destinati operis peruentum nobis est, cuius præcipuè gratia de illo cœpimus cogitare. Hæc inquam vsurarum, contractuum, cambiorumq; ac symoniarũ sylua in animum potissimè nobis induxit, vt tãtam operis molem aggrederemur. Videmus enim instantia tempora huiusmodi iniustitiæ auaritiæq; portentis vsq; adeò scaturire, vt vix reliqua nobis fiet spes veritatem persuadendi. Nauãbimus nos tamẽ pro captu nostro suffragante Dei numine operas nostras: cæterum apius erit, pectora eorũ, quorum interest, tangere, vt secundum veritatẽ afficiãtur ad mores, quorũ nimirum gratia, authore. 2. Ethicorum Aristotele, tractatio omnis moralis philosophiæ instituitur. Quò ergo ad seriẽ dicendi idẽ tidẽ spectemus, in capite superioris libri sic tractationẽ iniustitiæ cõmutatiuæ partiti sumus, vt (quæ Aristoteles. 5. Ethi. cap. 2. diuisio est) in eodẽ præcedenti libro de iniustitia diceremus, quæ ab inuolũtarijs violentisq; acceptionibus proficiscitur. in hoc & subsequenti autem subinde alterũ iniustitiæ membrũ explicaremus, quæ in his pactis atq; conuentis versatur quæ hominẽs sua sponte faciunt. Hunc ergo Sextũ librum de vsuris & cõtractibus peculiariter expendimus, quę sub titulo de Iustitia & Iure, ingenuẽ habet locum. Et quidem sanctus Thomas duas duntaxat de hac re disputauit capitales quæstiones: vnam scilicet de emptione, atq; alteram de vsura: in quibus tota contractuum materia virtute continetur. Enimuero (quod ceu basis totius tractatus prænotandũ est) omnis iniustitia cuiuscunq; cõtractus ad alterum duorum capitũ reducitur. Aut enim pretium de re exigitur, quæ nullius est pretio ciuili digna: & hoc in temporalibus reducitur ad vsuram: & in spiritualibus ad simoniã. Aut res pretio æstimabilis iniusto, per excessum traditur, per defectumve recipitur, & hoc reducitur ad iniustitiam venditionis & emptionis. At verò quia prædictas duntaxat quæstiones duas, easdemque breuissimas tractare constituit, illam de emptione alteri de vsura ordine prætulit: eò quòd emptio dignior videtur contractus. Nobis autem qui de omni emptionis specie cæterorumque contractuum natura patentiorem locupletioremque tractatum instituimus, opæ præpretium est ordinem alterũ sequi. Nam cùm tota contractuum iniustitia ad vsuræ figuram exigenda sit & perpẽdenda, necessium fuit eius naturam in capite statim enucleare, nè filum postea contractuum quæstio hæc nobis interrumperet. Neque præterea ratio huius ordinis bona deest: vtpote quòd à maiori iniquitate exordium sumat. Iniquius enim est pretiũ inde quærere, vnde nullum debetur, quàm vnde iustum debetur, iniustum extorquere.

QVÆSTIO PRIMA, De vsura.

Sanct. Thomas. 2. 2. quæst. 78.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm vsuraria mutuatio genere suo sit peccatum mortale.

Ad rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primum argumentū.

AD rem ergò vt descendamus, quæritur primò an vsuraria mutuatio peccatū sit genere suo mortale. Et arguitur à parte negatiua. Primum exēplo Christi qui nostrorum est morū norma. Ipse enim Lucæ. 19. se ipsum affirmat vsuras exigere: ¶ Secundò & lex diuina priscis patribus data, quam ideo Dauid Psalm. 18. immaculatā appellat, quòd prohibebat peccata, permittebat nihilo minus vsuras. Legimus enim Deuter. 23. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, sed alieno. Quin verò & eo. lib. cap. 28. id ceu præmium illis mortalibus proponebat. Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies: ergo fœnerari ad vsuram licitum est. ¶ Tertiò & leges humanæ quibus iustitia inter homines constituitur vsuras permittunt: vt patet totis titulis de vsur. ff. & C. ergo illæ sunt licitæ. ¶ In contrarium est præceptum Exod. 22. Si pecuniam mutuā dederis populo meo pauperi qui habitat tecū, non vrgebis eum. Et Dauid inter eos qui habitaturi sunt in tabernaculo Dei cōnumerat illū qui pecuniā suam non dedit ad vsuram.

Secundum.

Tertium.

IN capite statim quæstionis de nomine vsuræ, vt moris nobis est, hoc prænotemus, q̄ Latinis non dicitur quasi vsus æris, vt illi autumant qui syllabarum collisionem superstitiosē rimantur: sed si primæuā eius significationem spectes, idem est prorsus quod vsus. Vnde Cicero aduersus Verrem: Cur piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti? lucis ergo vsura idem est quod lucis vsus, puta vita. Mox idem nomen ad id descendit significādum quod ex vsu cuiusq; rei tanquàm eius fructus accrescit. Idem lib. de Senect. Terra nunquàm sine vsura reddit quod accepit: vbi fructus appellātur vsura seminis. Et Tusc. quæst. lib. 1. Natura dedit vsuram vitæ sicut pecuniæ, nulla præstitutā die. Dicitur ergo ab vsu vsura, sicuti à fœtu fœtura, & à cultu cultura. Quapropter secundum has significationes non est nomen vitij. Verùm tamen inde tertiò more & vsu accommodatum est ad significādum id peculiariter quod ex vsu pecuniæ aut rei cuiusq; vsu consumptibilis sorti excrescit. Et ratio forsan accō modationis huius est, vt nomine ipso, rei peruersitas per antithesin denotaretur. Nempe q̄ cùm talium rerū vsus, quippequi re ipsa absumitur, sterilis per se sit, veluti fructuosus æstimetur. Quocircà vsura secundùm hoc significatum, ceu nomen delicti vsurpatur. Appellatur deinde & vsura, vt. 1. Poli. cap. 7. author est Aristo. fœnus. Et est alluſio ad Græcam etymologiā. Quod enim nos vsuram, Græci τόκον appellāt: ἀπὸ τοῦ τίκτειν quod est pario. Sicut enim animalia proles sibi similes pariunt; sic & pecunia pecuniā. Quare maximè, inquit Philosophus, cōtra naturam est hic acquirendi modus. Haud cēu nūmus veluti terra, aut pecus, fœcūdus est, vt pariat. Dicitur ergo Latine fœnus, quasi fœtus. Quamuis inter iuris doctores tantum discriminis intersit, vt nomen vsurę latius pateat, & vt dialecticè dicamus, superius sit quàm fœnus. Nempe quòd fœnus duntaxat pro vsura stricte simpta vsurpetur: nimirum pro eo quòd ex solo mutuo iniustè accrescit. Vsura autē accipiatur extēsius pro quocunq; augmento ex quocunq; contractu: etiā dum licitum sit. Vt si quid credita pecunia vēdidisti: & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri cessantis auctum est, accessio illa vsuraria quidem est, non autem fœnebris. Sic enim habet iurisconsultus. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de vsuris. Vsuræ non propter lucrum petentiū, (illæ scilicet quæ legitimę sunt) sed propter moram non soluentiū instituntur. Item dum quis de hæreditate vehre aliqua etiā de pecunia litigat, si vincit, addicitur ei cum forte quicquid vsu excreuerit: idq; vsura nuncupatur. Sed tamen vbi de hac re quæstio non habetur, promiscuus est vsus fœnoris & vsuræ. Nos ergo vt cōmunis vsus non solùm Theologorum habet, verùm & reipublicæ, duntaxat accipimꝰ nomē pro illicita vsura mutui. Adeò vt vbi quidpiam vel in pœnā vel ratione moræ vel aliter iustè soluitur, non existimetur vsurarius contractus. Quod autem nos vsuram, Græciq; partum, id quidem Hebræi morsum nuncupant. Vnde Deut. 23. vbi nos legimus, Non fœnerabis fratri tuo: Hebræi habent, Nō morsum inferes fratri tuo: seu, Non fœnore mordebis fratrem tuum. Etenim ceu dentibus canis cadaueris viscera, sic fœnerator debitoris suis substantiam diuellit. Quò vtiq; Chrysost. allusit super illud Matthæ. 5. (vt nos illic admonuimus) & volenti mutuare, &c. Similis est, inquit, pecunia vsurarij morsui Aspidis. Percussus enim ab Aspide quasi delectatus abit in somnum, & per suauitatem soporis moritur: quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic enim qui sub vsura accipit, sub tēpore quasi beneficium sentit: sed vsura per omnes suas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. Hæc Diuus ille. Igitur si hæc meditatè consideraſti, vsura non more accidit nisi in solo mutuationis cōtractu, atq; in alijs quibus mutui ratio inest. Et cùm mutuatio nō habeat locum

Aristo.

Quid sit inter vsuram & fœnus.

locum nisi in rebus vsu cōsumptibilibus, in his duntaxat versatur vsura. Exemplum, Vendidi tibi expectato pretio rem meam, & vt te expectem auctarium posco: quia cōtractus hic perinde habet ac si idem pretium statim à te mihi solutum tibi in tempus mutuassem, vsurarius est. ¶ Imò verò hæc regula, fallentiæ nescia, in capite istorum contractuum præfigenda est, q̄ ad perpendendum de vno quolibet contractu an vsurarius sit, explorandū est, an aliquā secum complicet rationē mutui, pro quo pretium redditur. Tunc enim in vniuersum vsurarius est: alioquin, minimè. Et ideo in titul. quæ sit. non. eod. duximus, contractus societatis pro eodem duximus, contractus societatis pro actio vsuraria: & mutuatio vsuraria. ¶ Incassum autem hauritur labor, quo nonnulli insudant, definitionem vsuræ perscrutantes, & nisi ego fallor, nunquàm absolutā inuenientes. Accipitur enim dupliciter. Vno quidem modo pro actione, hoc est, pro mutuatione cum pacto quidpiā vltra sortem recipiendi. Sic enim videtur in concil. Agathen. vsurpati. 14. q. 3. cano. vsura. vbi habetur, Vsura est vbi amplius requiritur q̄ quod datur. Alio modo accipitur pro pretio quod vsus æstimatione sorti accrescit. Quod eadem dicit pleriq;, ait his verbis Amb. Quodcunq; accedit sorti, vsura est. Et hoc certè est natiuū nominis significatū. Nam cōuentionalis actio potiùs dicitur vsuraria mutuatio, atq; vsuræ peccatum, quàm vsura: sicuti tonsura est quæ ex tonsione restat. Itaque vsura obiectum peccati est. Quapropter mutuator dicitur ad vsuras mutuare, vsurasq; recipere: mutuatarius verò mutuum ad vsuras recipere & vsuras soluere. ¶ Est ergo vsura (si exactam compendiosamq; vt esse debet, definitionem cupis) vsus pretium mutuatæ rei. Per hoc cēu quod dicitur, pretium vsus, secluditur contractus emptionis, vbi non pro vsu tantum, sed pro re ipsa penditur pretium. Per id autem, q̄ dicitur, mutuatæ rei, semouētur à definitione contractus empytheusis, & locationis, quibus res non mutuatur. Rursus nomen pretij, præcurrens pactū designat in mutuatione, vel saltem q̄ receptio fiat ratione mutui. Ob idque hoc selectius posui, quàm lucrum. Compingimus enim definitionem hanc vsuræ strictè pro maledicto fœnore. Et ideo vbi quid iuste seu ratione lucri cessantis, seu damni emergentis, seu in pœnam accrescit sorti, est quidem extē to nomine vsura: haud tamen vsuræ peccatū, de quo hic agimus: quia illud, licèt sit lucrum, non tamen est pretium: fanè cum non pullulet ex conuentione mutui. Neq; verò si quid mutuatarius honestatis gratiā redonet mutuanti,

Regula

Vsura duplex dicitur.

Vsura intus suo subiecto. Vsura extra suo subiecto.

est vsura: quia vbi non subest pactum, nullum est pretium. Item si pecuniam vel auream, vel argentiam (vti ait S. Thom. in solutione sexti:) ad aliquem vsum, qui sibi est accidentarius: puta ad ostentationem vel ad ornatus commodes, indeq; pretium suscipias, vsura non est: quia pretium non obuenit ex mutuo, cùm illic non transferatur dominium: sed ex locatione pecuniæ. Eodem modo excluditur à ratione vsuræ cōtractus societatis, vbi qui ponit sortem, quia non tradit dominium, non mutuat. Præterea si id quod recipis aliàs tibi debitum erat, etiam si ex conuentione mutui id recipias, nēpe dum debitori tuo mutuas vt debitum soluat, non est vsura: quia non est pretium vsus rei mutuatæ, sed recuperatio rei tuæ. ¶ Sors autem in præsentiarum dicitur substantia ipsa mutuata, quę scilicet te contingit, & lex tibi tribuit. Et arbitror ex cōtractu societatis pertractum esse nomen ad omnes generales. Illic enim quisq; suā sortem, id est portionem in aceruum mittit; vnde omnes dicuntur consortes, id est suas vnà participātes sortes. Græcè dicitur, κύριον, hoc est principale; & κεφάλαιον, hoc est, capitale: quæ etiā nomina Latinis in vsu sunt. ¶ Ex hac definitione clarè colligitur distinctionis ratio inter vsuram externam & mentalem. Differūt enim non solùm tanquàm actus interior & exterior eiusdem obiecti, verum quod externa dicit pactum tacitū vel expressum: mentalis autem (quod meditatè considerandū est) absq; vllo intercurrente pacto committitur. Statue ergo ante oculos tua hæc, mutuum, pretium seu lucrum, & pactum. Vbicunq; interuenerit pactum: est vsura in opere, puta exterior: alioqui minimè. Atqui ad pactum expressum in foro Dei neq; scriptura requiritur, neq; testes: sed etiā dum absq; arbitris explicas tuam voluntatem, scilicet mutuo tibi vt tantum vltra sortem mihi persoluas, est expressum pactū. Si autem non sic in forma; sed nutibus tuam insinuas voluntatem, censetur tacitū pactum. Vt si dicas: Ecce mutuo tibi tua autē scis vsum; ego non habeo vnde viuam. Soles esse gratus alijs: vel quid simile. Etenim licet nō sit pactū ciuile vt mutuatarium possis compellere, est tamen obligatio: & ideo vsura exterior. Vsurā autem mentalem sola spes cum intentione cōstituere sufficit absq; vlla pactione. Vt si mihi mutuas sperans intendensq; ratione mutui me tibi aliquid exhibiturum, vsura mentalis est; veluti intentio occidendi hominem, homicidium: quia obiectum, scilicet recipere ratione mutui, est obiectum vsuræ. Non ergo fallaris sic exteriorem interioremq; vsuram discrimi-

Quid sors.

Discrimē inter vsuram mētalem & externam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nans, quod illa requirat expressum pactum, hæc verò tacitum: nam etiam tacita pactio vsuram facit exteriorem. Sed quando dico species intelligitur dum illa est mutuandi causa & intentio, vt nō mutuasses, nisi vt ratione mutui quid piam tibi lucri accederet. Nam dū ex beneuolentia mihi mutuas, esto inde suboriatur tibi recompensionis spes quam gratuitò ratione amicitiæ facturus tibi sum, nulla subinde nascitur mentalis vsura: quia nec illa ratione accipere, vsura est realis. Sed de his artic. proximo redibit sermo.

Prima cōclusio.

HIs de nomine vsuræ præiactis ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Vsuraria mutuatio, hoc est pretiū vsus mutuatæ rei ex pacto suscipere, peccatū est genere suo mortale, iustitiæ cōmutatiuæ contrarium. Et quidem conclusio nulli non est in confesso: sed tamen quo iure fundamentum habeat, nonnulla est controuersia. Sunt enim (quod Ancharano tribuitur in quadam sua disputata quæstione) qui negant iure naturæ prohibitam esse vsuram: sed aiunt iuri duntaxat diuino aduersari. Et ideo fortè idem author tenuit, quòd tractare de vsuris nō pertineat ad Theologos, sed ad Iurisconsultos: quia cernebat perpendere naturæ ius, Theologorum esse munus. At negari non potest quin sit de iure diuino, cuius theologi interpretes sunt. Respōdere ergo de iure exteriori deq; fœneratorum pœnis decernere, relinquitur Iurisperitis: vsurarum autē naturā de suis principijs enucleare Theologorum est. ¶ A diuerticulo autem vt reuertamur, opinio hæc quòd vsura nō sit iuri naturali contraria, non solum planè falsa est, verum etiam periculo subdit conclusionis veritatem, qua asseritur vsuram esse peccatum. Si ius inquiam naturale semoueas, tenuissimum conclusionis stabilimentum relinquis. Etenim licèt antiqua lege multis locis vituperata infamataq; vsura sit, tamen cum etiam illic Iudæis permissa fuerit, quam exercerent cum gentibus, aliunde debent illa præcepta irroborari: ne suspicio oriatur aliquo pacto esse licitam & iustam. Prætereà (quod rem vehemēter vrget) tota illa lex, vt ad Hebræos .7. docet Paulus, impleta per Christū est, ac subinde abrogata. Quapropter nullum eius prorsus præceptum vim vllam in lege gratiæ retinet, nisi quæ vel sunt de iure naturæ, vel præcepta sunt rursus à Christo. Hoc enim sensu, vt dicere sæpe consueuimus, intelligendum est, moralia præcepta permansisse, videlicet quia vigore iuris naturę sustentata sunt, ac perinde in euangelio confirmata. Igitur qui negauerit crimen hoc, esse contra ius naturæ, præcepta de hac re veteris legis eneruat. ¶ Locus autem euangelij Luc. 6. Mutuum dantes, nihil inde sperantes: ad hoc ipsum propositum adduci consuetissimum, profectò non illam habet energiam, quæ vulgò æstimatur. Quam ob rem D. Thom. sacrorum sensuum oculatissimus perspector, non modò non vsus est illo loco ad asserendam cōclusionem, verùm ex illo quartum argumentum contra eandem obiecit. Agnouit enim nō esse prohibitionem vsuræ, sed consilium mutuandi sine spe humanę compensationis. Et ideo argumentatus est quòd cum mutuare nihil inde sperando, consiliū præcisè sit Christi, non sit præceptum, nihil ex mutuo recipere. Tametsi insolutum non reliquerit argumentum. Et re vera euangelium est patentissimum. Cōmendat enim illic Christus dilectionem quam non solùm amicis, verùm & inimicis debemus. Admonet q; subinde nē ob fauorem humanum & gratiam quam homines rependūt, charitatis beneficia præstemus: sed solùm diuinam intuentes mercedem. Et ideo ait, si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Si quidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. si loqueretur de vsura, non diceret æqualia: quia non est in more vt fœnebre lucrum sit sorti æquale: sed dixt æqualia, hoc est, paria bona, gratuitò refusa. Idem ergo est quod subdit: Veruntamen diligite inimicos vestros, benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes: id est nullam ab hominibus gratiā, sed à Deo. Quare subdit: Et erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi. Quare inepta glossa est, quòd prius membrum sit, consilium, posterius verò præceptum. Neque sanctus Thom. in prima solutione illius quarti argumenti, dum dixit quòd mutuum dare est consilium, & inde lucrum non petere, est præceptum: voluit illum sensum secundi membri extare in euangelio: sed quòd est lex iustitiæ, non expectare lucrum. Quare sensum legitimum statim subdit, scilicet quòd illic non fit mentio de spe vsurarij lucri, sed de quacunque quæ in homine ponitur. Nulla enim illic elicitur prohibitio iniustitiæ vsurarum, sed commendatio fit misericordiæ mutui, quę propter solum Deum est erga proximos declaranda. ¶ Sed rogas, quomodo ergo ait Alexander Tertius in conci. Late. cap. super eo. de vsur. quòd vsurarium crimen vtriusque testamenti pagina detestatur. Respōdetur quòd in veteri plana

Prima ratio in proximā sententiam.

Secunda.

Tertia.

Obiectio.

Solutio.

plana sunt testimonia; in nouo verò illud abū de interdictum Decalogi, Non furtum facies: illam prohibet. Aiis vero rursus, Vrbanus tertius cap. cōsuluit. eo. tit. citat eundem locum, Date mutuum, nihil inde sperantes. ad confirmandam vsurarum prohibitionem. Respondetur quòd Papa non, vbicunq; citat testimonia sacræ paginæ in aliquo sensu, intēdit canonizare eundem sensum tanquàm de fide: sed ei tat quandoq; illud secundum Doctorū opinionem. Præterea illa euangelica sententia subministrat vim argumentò per locum à māiori. Nempe q; si Christus consuluit vt neq; gratuitum donū speremus ab hominibus, quod licite possunt rependere, à fortiori consequitur neq; expectandum esse pretium vsus, quod iustitia vetat. ¶ Deducitur ergo conclusio ex visceribus naturalis iuris hoc pacto. Rerum duæ sunt differētiæ. Quædam scilicet quarum vsus est ipsarum rerum consumptio: vt cibus & potus. Qua vtiq; ratione in his non habet seorsum computari vsus à re ipsa. Et est notandum verbum sancti Thomæ ad repellendam quorundam argutiam. Arguunt siquidem in contrarium. Cum vsus rei sit actio seu passio rius, res autem substantia, natura differunt, sicut res duorum prædicamentorum. His autē respondetur q; S. Thom. nil de distinctione meminit quantum ad rerum naturas. Et ideo cautus non dixit, vsus non differt à re: sed, non est seorsum computandus, scilicet pretio distincto, quantum ad humanum vsum. Et hæc est causa quare istarum rerum per mutuū transfertur dominiū. Nam si illud non transferas: nullum concedis vsum propriū panis, qui est edi. Atqui hac de causa, vt habetur Instituti. de vsufructu. §. cōstituitur. & ff. de vsufructu earū rerum quæ vsu consum. l. 2. quando legatur vsusfructus talium rerum, legatur & ipsarū dominiū. Nisi q; legatarius tenetur cautionem præstare, post restituendi: vt sit quædam effigies mutui. Aliæ verò sunt res quarum vsus ab ipsis distinguitur vt sunt fundus, domus, equus, vestis, &c. Possumus enim illis vti salua earum substātia. Quamuis vestis lōgo vsu atteratur: quia suapte natura est consumptibilis, sicuti missa vniuersa. Et ideo talium rerum potest locari vsus retento dominio. Et vice versa trāsferri dominiū retento vsu. Res ergo prioris ordinis sunt quæ mutuo dantur, atq; ideo inde elicitur conclusionis ratio sub hac forma. Siue eadem res bis venditur, siue id vēdatur quod per se nullius est pretij, vtroq; modo cōtra naturalē rationē iustitiæ cōmutatiuæ delinquitur: trāsferre autē dominiū huiusmodi rerū sic vt rei pretio alterum pro eius vsu accumuletur, vel est bis vendere idem corpus: vel vsum, qui præter rem nullius est pretij, vendere nouo pretio: ergo vsuraria mutuatio est peccatū cōtra naturā. In numero autē taliū rerum potissimum cēsetur pecunia: qppe quę vt. 5. Ethic. author est Arist. ad vsum permutandi res fuit inuenta. Et per hoc soluitur argumētum quod fieri hoc pacto consueuit. Mutuator pro illo beneficio dignus est cui mutuatarius par referat: ergo potest illud in pactū ducere. Enimuerò pro beneficio mutuā di (vt ait S. Tho. in solutione quinti argumēti) de iustitia quidē nō mihi plus debet q̄ ego do: centū verò aurei quos tibi mutuo nil amplius valēt q̄ centum. Quare si amplius exigo, rem quodāmodò vēdo plus iusto. Quandoquidē vsus rei nō valet nisi quantū res ipsa, quæ vsu cōsumitur. Ex honestate autē debēs mihi beneficiū, sed tamē gratis. Et ideo obligare te si illud est æstimabile pecunia, iniustitia est. Quòd si iustātius vrgeas: Scieti, & volēti nō fit iniuria: mutuatarius sua sponte se vult obligare: nullā ergo præfert effigiē furti, aut rapinę. Respōdet ad septimū S. Thom. q̄ mutuatarius non sua sponte, sed necessitate compulsus fenerę illo implicati: sicut si necessitate ētiā cōpulsus cogeretur rem plus iusto emere. Sed quid si non ob necessitatem, sed propter voluptatē quis mutuū petat: respōdetur q̄ necessitas intelligēda est hoc modo, q̄ quomodocunq; mutuū petatur non possit obtineri nisi soluatur vsura.

¶ Ex hac cōclusione fit vsurariam nequitiā, vti suprà diximus, præcepto illo Decalogi esse prohibitā: Non furtū facies. Vnde Ambrosius. 14. q. 4. Si quis, inquit, vsurā accipit, rapinā facit: vita nō viuet. Quin verò Augustinus canone proximo, Quid dicam. cum homicidio cōfert. Ait enim an crudelior est qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti, q̄ qui trucidat pauperē fœnore? Nam inopi substantia corrodere, trucidare est. Et in fine. 2. lib. officio. introducit Catonē Cicero, qui interrogatus quid esset fœnerari, respondit hominē occidere. Testimonia ergo veteris legis frequentissima: vtpote Exod. 22. Leuit. 25. Deuteronom. 23. Ezechi. 18. & Psalmorum alia, quibus pestis hæc atq; humanæ societatis exitium, identidem condemnatur, iuris huius naturalis explicatoria sunt. Vsqueadeò vt vbi regius Psaltes beneficia quæ nobis Messias præstiturus erat, exaggerare constituit, vnà composuit vsuras & iniquitates, à quibus nos esset liberaturus. Ex vsuris enim, inquit, & iniquitate redimet animas eorum. ¶ Quòd si demum addubites quo gradu certum sit vsurariam mutuationem esse

Aristo.

Cicero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatum: Respondetur, esse catholicam fidē: cuius perinde contraria negatio, hæresis esset: vtpote Clemen. vnica, de vsuris. condemnata.

Secunda cō clusio. ¶Secunda conclusio quę prioris appēdix est. Vsurarum lucrum obnoxium est restitutioni, etiam si non petatur: quippe cuius dominium minimè fœnerator acquirit.

Ad primum argumentū. REstat ergo tria argumēta, in capite quęstionis obiecta, dissoluere: nam reliqua quatuor S. Tho. iam in superioribus soluta sunt. Atqui in primo nihil ambiguitatis est. Trāstulit enim Christus nomē vsurę à sæcularibus ad spiritualia. Et ideo metaphorica est vsurpatio. Est quippe similitudinis plurimū, sed dissimilitudinis multū. Mutuat nāq; nobis Deus spiritualia charismata eò ꝙ gratis ac sine vllo nostro pretio donat: vult tamē vt nostro vsu officijsq;, vel vti semina in nobis iacta per eius fauorem cœlestemq; rorem colamus, multiplicatosque fructus, terræ more, feramus. Et quia hoc in gloriam eius cedit, appellat suas vsuras, vtilitas tamen præmiorumq; cumulus nobis accrescit, quasi nostra nos fœnora faciamus. Interstat autem hoc discriminis, quod pecunia temporalis vsu consumitur: & inde fit vitiosa vsura: dona verò spiritualia vsu crescūt: ob idq; eorū vsura cōmendatur apud Deum.

Ad secundū Augustinus. ¶In secundo argumento illius difficultatis expetitur solutio, vtrum in veteri lege eatenus fuerit vsura permissa, vt culpa vacauerit apud Deum an verò præcise quātum ad forum humanū permitteretur impunè. Nam S. Thom. quæstio. 78. artic. 1. Et Alexander de Hales. 3. part. quæst. 36. membr. 4. Et reliqui huius notæ authores posteriorē hanc sententiam tenēt. Cōradus vero quæst. 24. licet ambas vti probabiles referat, priorem tamen alteri præfert. Et iuniorum quidam illum sequūtur. Porrò autem nō modo opinio sancti Thomę certissima est: & ideo suo iure & merito cōmuni cōsensu Doctorū recepta, verum altera ægerrimè est sustētabilis. ¶Et primò suus loquendi modus, quo aiunt Deū dispensasse cum illis, falsus ineptusque est. Enimuerò vitium vsuræ (vt nuperrimè ostendebamus) cōtra præceptum naturale est: quod scilicet vetat pretium de re illa suscipere, quę nullius est per se valoris, qualis est pecunię vsus seorsum à pecunia cōsiderati: præcepta verò naturalia neque à Deo ipso dispensabilia sunt, vt lib. 2. q. 3. demōstratum reliquimus. Id enim quod natura vetat tam intrinsece malum est, q̄ est homini esse rationalē. Cuius vtiq; cōtrarium non est factibile. Et eādem ratione neq; quod natura vetat, licēre potest. Et qui contrariū dicunt, ideo id autumant, quod ignorāt, vel

S. Thomas. Alexā. Halē.

Conradus.

Vsura nunquā fuit licita.

quid sit præceptum naturale, vel quid sit dispensare. Igitur qui partē illam sustentare contendunt, nō debent illam appellare dispensationē. Et Contra. omnium minimè, quitam instructa argumentorum phalange probat, vsuram esse cōtra ius naturæ. ¶At quo res pateat, recolere opus est, vsurā nō laxa licētia, sed certo modo fuisse illi genti permissam, vt scilicet nō fœneraretur proximis suis, sed alienigenis. Sic em̄ habet Deut. 23. Nō fœnerabis fratri tuo ad vsurā, neq; fruges, neq; quālibet aliam rem: sed alieno. Fratri autē tuo absq; vsura id quo indiget cōmodabis. Frater autē dicebatur ille qui erat de populo: vt patet Exod. 22. Si pecuniā mutuā dederis populo meo pauperi qui habitat tecū, non vrgebis eum quasi exactor, neq; vsuris opprimes. Aiunt ergo isti ꝙ quia Deus cōcesserat Iudæis terram gētilium, permisit subin de eis vsuras ab eisdem accipere tanquam ab hostibus, quorum bona in ius suum venerant. Sicuti posset, inquiunt, Cæsar suo concedere exercitui vt sub vsurarum effigie hostes expolient. Et addunt textū Ambrosij 14. q. 4. can. Ab illo. vbi ait, Ab illo exige vsurā, cui meritò nocere desideras. Cui iure inferunt arma, huic legitimè auferuntur vsuræ. Sed in primis licet hoc illis largiremur, illa nullatenus fuisset dispensatio, sed donatio Dei, qui vniuersalis est omnium rerum dominus. Quemadmodum quādo donauit eis Aegyptiorum vasa, non dispensauit in furto, sed vel tanquam dominus eis tradidit: vel quod probabilius est, tanquàm iudex eis adiudicauit, soluens eis laborum operumque mercedem quibus Pharaōni seruierāt: veluti dum ego amico rem meam dono, neutiq; dispēso in furto. Neq; verò rex dispēsat quādo per legem præscriptionis transfert dominium. Dispensare nanq; in vsura esset, ꝙ pro vsu pecuniæ quis licitè percipere et pretiū, non illo vltrò donāte, qui donare potest. ¶At vero lite super nomine prætermissa, neque credendus Deus est illas alienigenarum vsuras sic Iudæis concessisse, vt earum constituerent eos dominos. Primò quia eādem prorsus vsurarum speciem quam inhibuit respectu proximorum, pertulit illius respectu gentilium: quando autem inhibuit ne fœnerarent fratribus suis, prohibuit illam quæ iure naturæ interdicitur: eandem ergo vitiosam, & iniquam permulit illis respectu gentium. Respondet autem Cōrad. quod licet eadem fuerit in genere, non tamen in specie. At profectò non erat eadem in specie, neq; erat vsura in genere, sed erat vera Dei donatio: & ideo illi non recipiebant nisi quod suum erat. Et tamen absurdum est tam immodi-

Deum ad spoliandū in vsuris.

Quæritur

Reprobatur altera additio Conrad.

Primum argumentum.

modicam homonymiam & æquiuocationem in eodem verbo scripturæ admittere. Ait nāque, Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno. ¶Secundo, quòd miror istos non animaduertisse, Terra gentilium Iudæis donata, non erat nisi vtraq; ripa Iordānis quę centum sexaginta miliaribus in longitudine patebat, & sexaginta in latitudine: permissio autem vsurarum multò se latius dilatabat. Impunè quippe vsuras suscipiebant à quibuscunque gentilium, qui remotissimis prouincijs ad illos aduentantes commercia cum illis inibant. Adde quòd eodem ipso capit. Deut. 23. præceperat eis Deus nè abominarentur Idumæum vel Ægyptium & tamen ab illis impunè potebant vsuras accipere: non ergo in ratione hostilitatis fundabatur illa permissio. ¶Et tertium argui tum est quòd profectò per tales technas fuffurari hostiū substantiam nō esset inter Christianos bonum exemplum, neq; respublica vlla bene instituta eiusmodi fraudes permitteret. Haud ergo est credibile illa de causa Deum hoc illis concessisse. Aliàs indulsisset pariter vt quacunque via deprædarentur eorum bona. ¶Item quartò. Prophetæ Dei vbinis naturæ, quod omnes seruare tenebantur, explicabant, absolutè improbabant vsuras: vt Ezec. 18. illa iustitia cū alijs connumerabatur: Si quis ad vsuram non commodauerit. Et infrà: Ad vsuram dans: & accipiens amplius, nunquid viuet? Et cùm ait Dauid: Ex vsuris & iniquitate redimes animas eorum. certè non de illis intelligebat quas extorquebant à fratribus suis: quia nullas accipiebant: sed de illis quas sinebāntur ab extraneis exprimere. ¶Postremò quòd per illam furti imaginem Deus illis non donauerit gentilium bona appareret, tum ꝙ illi non cognoscētes verum Deum, iniquitatis tribuissent: tum quòd si Iudæi tanquam sum accipiebant, absq; modo & limite illas corrasissent: atq; ideo gentiles absterreretur eorū consortio. Quare neutiquàm sit aliud credibile, quàm quòd Hebręis nefas erat, etiam à gentilibus vsuras eripere, nisi vsq; ad certum linē & lineam, quam tamen non præscripsissent, si putassent accipere quod suū erat. ¶Accedit & quod Euseb. lib. 8. de præparatione euangelica cap. 2. vbi enarrat Mosaicæ legis præcepta, absolutè refert illis fuisse illicitam vsuram, sub his verbis: Non tollas quod non depositū: non tangas alienum: non mutues fœnore. Et Iosephus legis peritissimus lib. 4. Antiquit. absolutè quoque refert præceptum dicens: Nulli verò Hebræorum licebat fœnerari, neque cibum neq; potum, &c. In quam etiā sententiam & Conr. citat Rabinum quendam

Ambrosius.

Ratio contra prædictam Cōr.

Iosephus.

Explanatur locus ex Ambro. citatus.

legis interpretem. Cuius etiā signum est quòd cum crebrò in lege inculcata fuerit prohibitio vsuræ, nullibi legitur permissio illa fœnerandi alienis nisi vno duntaxat loco Deut. 23. ¶Permissio ergo illa eadem prorsus ratione intelligenda est facta Iudęis, qua ius simile modo eandem Christianis permittit. Nempe vt impunè fierent ad euitanda maiora mala: scilicet latrocinia: quia erant auaritiæ deditissimi. Quemadmodum & meretrices permittuntur ad euitanda adulteria. Simili nanque figura prædixerat eodem cap. Non erit meretrix de filiabus Israel nec scortator. Quasi dixisset, de gentibus impunè permitto. Quapropter S. Tho. in primo, inquit, verbo, Non fœnerabis fratri tuo: denotatur ius naturæ: scilicet quòd cum inter omnes naturæ glutino sint fratres, à nullo accipienda est vsura. Altera verò pars est permissio: vbi dissimulandam non duxerit quorundam calumniam imponentium dicto Thomæ quòd nomine fratris in illo loco intellexerit omnes homines: parspiciebat enim discrimen inter fratrē & alienum: sed intelligit, quòd licet nomine fratris specialiter intelligerentur qui erant de populo, tamen quia amplissima vocis significatione (vt. 1. de doctrinia Christ. cap. 30. author est Augu.) omnes homines fiā tres sunt & proximi, infinuatur illic naturalē vsuræ prohibitionem ad omnes homines protendi. ¶Sed ne quę hoc silenter prætereundum est, quòd non desunt qui alterum sensum illi concessioni, sed alieno, assuere velint: vt videlicet nulla sit permissio, sed potiùs inhibitio. Ac si dixisset, Fratri tuo nō fœnerabis. Sed si quis pro alieno tibi ducendus foret, ille esset à te fœnore premendus. Neminem tū mortalium debes sic existimare. Quemadmodùm inquiunt legendus est canō Ambrosij suprà citatus. 14. q. 4. Ab illo exige vsurā cui meritò nocere desideras. Quasi dicat, secundùm glossam illic adscriptam, licut nulli nocere debes, sic à nullo debes petere vsuras. Quare ex verbo ibidem subiuncto, Cui iure inferuntur arma, huic legitimè auferuntur vsuræ non est inferendum, vt communis infert opinio, quòd ab hostibus fas sit vsuras furripere. Quoniam re vera, vt paulò antè à dicebamus, talis mos neq; specimen præfert honesti: neque Diuo illi inurenda est hæc nota, vt hoc conlileret. Sed voluit exacrificare iniquissimā vsuræ naturā. Et ideo subdit, Sine ferro dimicat, q vsuras flagitat: Sine gladio se de hoste vleiscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici. Est ergo nō licentia sed cōsiliū, ꝙ cùm nemo se debeat de hoste vleisci, neq; debeat vsuris illū affligere. Haud enim cū regibus loque-

Augustinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquebatur,quibus solis licet bella indicere: sed in vniuersum cum priuatis, quibus consilium est vt fratribus iniurias condonent. Igitur quã tum ad Ambrosium longè mihi est probabilissimum, hanc nobis exhibuisse mentẽ. Quòd autem idem sensus accõmodari posset textui Deut. 23. nouum esset,&,credo,violentum: sed est sensus quem iam exposuimus. ¶ Illud autẽ quod obijcitur eodem.c. Deut. cap. 28. Fœnera bis à gentibus multis,& ipse à nullo fœnus nocipies: nihil ad rem pertinet. Accipitur enim fœneratio pro eo quod est simpliciter, mutuare: iuxta illud Eccles. 29. Fœnerare proximo tuo tempore necessitatis illius. Ob idq; nihil aliud illic Deus significauit quàm bonorum affluentiam, quã populo illi pollicebatur. ¶ Ex his demum sequitur non opus esse (quod Conrad. arbitratur) moderari permissionẽ illam antiquã, dicendo q̃ per euangelium iam cessauit. Nam vsura illa culpam semper habuit: quòd autem impunè fiat, leges etiam nunc ciuiles illis permittunt sicuti alijs Christianis. Et ideo cap. quãto. de vsur. solùm eisdem Iudæis inhibetur nè graues immoderatasq; vsuras Christianis extorqueant. Eodemque pertinet, quòd cap. post miserabilem. eo. tit. Papa principibus iubet, vt Iudæos vsuras Christianis restituere compellant: nempe quòd immodicas diuellerãt. ¶ Ad tertium argumentum de legibus ciuilibus vsuras permittentibus pari modo respondetur q̃ illas non permittunt tanq̃ licitas in foro Dei: quia neq; possunt, cum sint cõtra naturam & contra diuina mãdata: vt cap. super eo. de vsur. sed sicut meretricia ad obuiandum latrocinijs: quia mortalium, sicuti luxuria: ita neq; auaritia potest humanis legibus omninò restingui.

¶ Permissio autem vsurarum patet toto tit. de vsur. lib. 2. 2. fforum. &. C. eod. titu. potissimum. l. 2. vbi vsurarum quantitati modus præscribitur: quarũ summa est centesima. Hanc enim iura appellant maximam: vt. l. qui sine. ff. de negotijs gestis. eademq; appellatur grauissima. De qua fit quoque mentio cano. si quis. 14. q. 4. Deinde erant bes centesimæ, triens, &c. De quibus Bartolus diffusum composuit tractatũ super legem, Si hæres. ad. l. Falcidiam. vbi. ¶. itẽ. nominantur trientes vsuræ. In quo tractatu cõplures congerit opiniones. Multa enim de hac re nonnulli iuris interpretum hallucinãtes multiplicarunt glossẽmata. ¶ Ad huius ergo intellectum notandum in more fuisse Romanis, vsuras Calendis singulorum mensium persoluere. Vnde vsura centesima erat centesima pars sortis singulis mensibus aucta. Mutuo tibi dederam centum aureos: singulis mensibus debebas mihi vnum. Budæus libro. 1. de asse, arbitratur nomen inde cadere, quod centum mensibus reddebant duplam sortem: sed multò significantiùs deriuatur à parte aliquota, vnoquoque mense soluta. Itaque singulis annis obueniebant duodecim ex centum, vt mercatorum verbo vtamur. Et existimabatur hæc vsque adeò grauis, vt non permitteretur nisi in traiectitijs mercibus: Puta cùm quis pecuniam mutuabat mercatori marino vt capitalis periculum ipse qui mutuabat subiret. Ab hac centesima denominabantur reliquæ, scilicet bes centesimæ: triens centesimæ, dodrans, &c. Nã omne totum iure dicitur as, qui diuiditur in duodecim vncias. Vnde triens est tertia pars, puta quatuor vnciæ: semis medietas, &c. Et sic dicitur quis hæres constitutus ex asse, ex semisse, ex besse, quæ sunt duæ tertiæ partes, puta vnciæ octo. Et dodrans, nouem. Quocirca triens vsura non est (vt quidam putãt) tertia pars sortis: nec quadrans, quarta: alioqui longe maior esset quadrans quàm centesima: cum eadem. l. eos centesima existimetur maxima: sed triens est tertia pars centesimæ: vt si pro centum aureis vnoquoque mense solueretur tertia pars vnius aurei. Et simili proportione in cæteris. ¶ Existimandum ergo hic est quanto sit iam hisce temporibus licentior vsurarum rabies. Non enim solùm duodecim ex centum in annum parùm existimantur, verùm neque quatuordecim neque sedecim in singulas nundinas satis habentur. Præterea vsurarum vsuræ summo rigore prohibitæ erant: vt. ff. de vsur. l. Placuit. Et. C. eodem titulo. l. vt nullo. Sic enim habet lex: Vt nullo modo vsuræ vsurarum à debitore exigantur. Vsuræ vsurarum dicuntur, quæ nunc maximè sunt in vsu. Susceperis mutuo mille, pro quibus in vsuram debes centum: Non soluis fixa die, inde ergo priores vsuræ alias pariunt: scilicet vt pro illis centum soluas insuper decem. Hoc sanè est quod neque leges ciuiles vnquam permiserunt. Et tamen modò vsqueadeò pestis hæc irrepsit, vt qui id delicti nota reprehenderit, ceu ridiculus exibiletur. ¶ Sed dubiũ ex his fit reliquum quousque extendatur permissio ciuilis iuris, vtrùm scilicet ad hoc tantum, vt vsurario nulla decernatur pœna, sicut permittitur meretricium: an verò eousque vt vsuris læso denegetur in iudicio actio ad repetendum: sicuti de illo dictum est emptore qui citra dimidium iusti pretij decipitur. An forte vlterius etiam vt qui vsuras promiserat, cogeretur in iudicio eas soluere. His quippe tribus gradibus intelligi permissio potest. Ad hoc ineundum respon-

Corollarium cõtra Cõra.

Ad tertium.

Leges humanæ vsuras permittunt.

Bartolus.

Budæus.

As dicitur omne totum.

Dodrans.

Triens vsura.

Vsura vsurarum summo rigore prohibita.

Solutio

sum meminisse opus est distinctionis propositæ inter vsuras licitas & illicitas. Licite nanq; vtpote quæ propter moram soluendi, ratione vel damni emergentis, vel lucri inuito domino cessantis soluuntur, non solùm lege permissæ sunt, verùm soluere eas cogitur qui in mora est. Et de istis intelligendæ sunt leges vsuras soluí iubentes: Qualis est. l. prima. C. de vsuris. Si interrogatione præcedente promissio vsurarum recte facta probetur, iure debentur. Recte facta, id est iusta de causa, ac debito stipulationis modo. De vsuris autem iniquis, quæ fœnus dicebantur, arbitror nunquam fic fuisse permissas, vt qui promittere ut pendere cogerentur. De quo notanda est lex tertia eiusdem tituli quæ sic habet: Quanuis vsuræ fœnebres pecuniæ circa viticulam stipulationis peti nõ possint. Ecce fœnebres vsuræ non poterant in iudicio peti, tamen propter pactum, sicuti modò fit, soluebantur. An verò qui soluerat posset in iudicio repetere, dubium est. Sequitur enim statim in eadem. l. Tamen ex pacti conuentione solutæ, neque vt indebitæ repetuntur, neq; in sortem accepto ferendæ sunt. Ecce non repetebantur. At verò quicquid antiquis in more erat, certè non esset iusta lex quæ actionem negaret volenti repetere. ¶ Dicamus ergo quòd iura ciuilia recte & rite potuerunt vsuras permittere impune: nempe quòd eum fur supplicio plectatur, fœnerator tamẽ ab illo sit immunis. Cogere autem mutuatarium vsuras soluere, nulla vnquã lex permisit: nec potuit. Sed & soluenti, actionẽ negare repetendi iniquũ esset. Non enim est eadem ratio quæ in decepto citra dimidium. Nam cùm hæc fraudulẽtia, vt suprà diximus, non semper facilè constet, litiũ pesti panderetur aditus si actio daretur. In vsura verò patentissima est iniquitas. Item impedire volentem repetere, esset contra ius canonicum, quod læso per vsuras repetitionem concedit. Imò Clem. vnica de vsuris, sententia excommunicationis feriuntur quicunque rectores, ac iudices, & officiales, qui impedimẽto fuerint volentibus vsuras quas persoluerunt repetere. ¶ Per hæc ergo facilè dissoluitur alia dubitatio vtrùm principes sæculares permittentes vsuras sint iure canonico condẽnati. Quæ quidem quæstio multos contorquet, arbitrantes ius canonicum hac parte obstare ciuili. Quod tamẽ re vera nihil obstat. Si enim ius ciuile esse rem licitas esse in foro Dei, hæresis esset in Clemente. condemnata. Id tamen non asserit. Item si vel compelleret vsuras solui, aut solutas non repeti, nõ esset ferendum: quia eidem Clementinæ aduersaretur. Quare bene ait cum glossa Bart. super l. cunctos populos. C. de sum. trit. q. iure ciuili peti non possunt vsuræ, vt vsuræ: sed vt interesse ratione moræ. At verò quod principes sæculares non plectant suis pœnis vsurarios, ius verò canonicum suis eos puniat, nulla est contradictio. Nam principes illa tantum vlciscũtur, vt libr. 1. diximus, quæ pacì & quietudini reipublicæ officiunt, præsertim per vim. Papa verò & ecclesiastici Antistites munere suo attentius conscientijs consulunt. Et ideo nil mirum si acrius animaduertant in vsurarios, quàm sæculares principes. ¶ Ius ergo canonicum vsuraries, tum multis opprobrijs proscindit: tum & pœnis pluribus accumulat. Quas ad vndecim connumerat Syluest. in verb. vsura. 9. Prima etenim est infamia: vt patet cano. infames. 23. q. 7. & 6. q. 1. Quin vero & lege ciuili aiunt esse infames. Attamen. l. improbum. C. quib. cau. infam. irrog. non pronuntiatur infames nisi exigentes vsurarum vsuras, quas ius ipsum ciuile supradixim⁹ vetare. At q; illud appellatur improbũ fœnus. Tres alie statuuntur cap. quia in omnibus. de vsur. scilicet quòd manifesti vsurarij non admittuntur ad communionem altaris. Quod sic stricte quidam intelligunt, quasi non sint admittendi ad sacra audienda. Verùm tamen quia pœnæ non sunt restringendæ, & illic non fertur in eos excommunicationis sententia, non est audiendum nisi secundùm verborum sonitum, quòd scilicet nõ sunt admittendi ad susciendam sacrosanctam Eucharistiam: eò quòd sunt publici peccatores. Item quòd non donentur ecclesiastica sepultura. Deinde q̃ sacerdotum nullus eorum oblationes accipiat: quia censentur rapinæ. Et qui acceperit, est ab officijs suspensus. Reliquas verò cui libuerit queret loco citato. ¶ Ex his demum palàm fit quàm fuerit supernacaneus labor, quẽ Bald. atq; Bart. in sumpserunt super. l. cũctos populos. C. de summa trinit. quamq; ab re lõgè ad quæstionem illam de Catholico Iustiniano Cæsare responderunt. Videlicet quomodò duo hæc cohærerẽt, quòd eãdẽ lege præceperit cũctos populos sibi subiectos in religione versari quã Dinus Petrus Apostolus Romanis tradiderat: & tamen vsuras permiserit, quas fides catholica docet esse illicitas quasq; Ecclesia vetat. Ad quod respondet Bald. q̃ præcepit teneri fidẽ trinitatis, sed non respectu aliorũ articulorũ qui requiruntur ad salutem animæ. Profectò solutio non erat digna Baldo. Nam Imperator præcipit omnes versari in religione Ecclesiæ Romanæ, quæ non solùm fidẽ trinitatis, verùm totam includit, & simul etiam mores. Responsio ergo est, quam

Syluester. Pœnæ vsurariorum iure canonico taxatæ.

Baldus. Bartolus.

Responsio Baldi refutata.

Vera solutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam declarauimus: nempè quòd imperatoria vsurarũ permissio nullatenus repugnat fidei: quia non astruit esse licitum in foro Dei. Hæc enim esset manifestaria hæresis. Quòd autem vsurarij ciuilibus pœnis non subiaceant, nõ est contra fidem: sicuti neque id quod meretrices nullo afficiantur supplicio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ratione mutui aliqua possit expeti commoditas.

Primum argumentum.

QVoniam constitutum est nihil ratione mutui posse in pactum duci, explicandum restat, vtrùm neq; commoditas expeti vlla possit. Et arguitur à parte affirmatiua. Eadem esse videtur cõparatio dati ad datum, & mutuati ad mutuatũ: sed pro data pecunia licet ex pacto recipere eãdem vel eius valorem: ergo pro beneficio mutuandi licet par expectare officiũ. Vt scilicet mutuatarius vinciatur

Argumen. 2 vt mutuanti remutuet. ¶ Secundò arguitur. Si genera pignus mutui accipiat, quod sit fructiferum, vt hortum vel fundum, potest fructibus eius vti, donec sibi de dote satisfiat: vt patet cap. salubriter. de vsur. ergo licet aliquid recipere ratione mutui. ¶ In cõtrarium est quod Ezechi. 18. inter ea quæ ad viri iustitiam requiruntur, asscribitur: si vsuram & superabundantiã non acceperit. Vbi nomine superabundãtiæ res omnis comprehenditur, quæ pecunia æstimari potest. Accedit & verbum Ambro. cap.

Ambrosius. plerique. 14. q. 3. quodcunq; accedit forti vsura

Hieronym. est. Et Hieron. can. putant. Omnia munuscula cuiuscunq; generis accipere, vsura est.

AD quęstionem præsentem tribus conclusionibus de mente S. Thomæ respõdetur.

Prima cõclusio. Prima. Nihil ex pacto mutui vel recipere vel expectare licet, cuius pretium pecunia æstimatur. Conclusio clara est: quoniã secundum Phi

Aristot. loso. 4. Ethicor. Omne illud cuius valorem pecunia metimur, pro pecunia habẽdũ est. Cum igitur non liceat pretio mutuare, fit vt neq; ratione mutui quidpiam recipere, quod sit pecu

Secundi cõclusio. nia æstimabile. ¶ Secunda conclusio. Accipere aliquid non conuentionis nexu vel tacitæ vel expressæ, sed quod gratuitò mutuanti rependitur, nullam impingit vsuræ labem. Probatur: quia beneficium mutuandi non solũ non auersatur amicitiam, verùm conciliat & firmat: ergo neque obstat quo minùs mutuator possit munus quodcunq; suscipere, quo solent amici amicorum beneficia repensare. ¶ Tertia cõclusio. Nulla lex obstat quo minus fas sit mutuanti illa ratione mutui conquirere & exigere, quę pretio pecuniæ non pẽduntur: vt puta mutuatarij amicitiam, ac beneuolentiam. ¶ Ex his cõclusionibus summatim colligitur iudiciũ quæstionis præsentis. Tria enim requisita sunt, quę mutuationem vsuraria macula inficiãt. Primũ vt id quod expetitur æstimabile sit pecunia. Secundum vt ratione mutui expectetur: & non quia aliàs debitum, vel alia via. Sit tertiũ quòd ducatur in pactum, vel expressum vel tacitum. Quod intelligendum est vt mutuationis actus sit re exterior vsura. Nam etiam si in mutuatione non interueniat pactum, si posteà receptio sit ratione mutui, est receptio vsuraria. Quare vsura mentalis, vt diximus, est mente intendere ratione mutui lucrũ accipere. Per hæc enim prudentissimus quisq; de omnibus iudicabit. ¶ Contra tertiam verò conclusionem, qua dictum est, licère pro mutuo exigere id quod pecunia non æstimatur, obuium fit illico sophisticum argumentum, quòd liceret mutui obligatione exigere ab episcopo sacerdotiũ: siquidem spiritualia non sunt pretio æstimanda. Respondetur autem est, quòd cõclusio loquitur de his quæ in humana ciuilitate ad gratiam & vbanitatem pertinent: videlicet quæ sub obligationem non veniunt, sed solent dari gratis: spiritualia verò alia ratione non æstimantur pecunia. Nempè quòd non sunt eorum propria qui conferunt, sed sunt illis à Deo gratis commissa, vt tanquàm eius bona gratis dispensent. Ob idque res huius generis crimen est, pretio tam dare, quàm recipere. ¶ At quia ait S. Tho. benecuolentiam & amicitiam non esse æstimabilem pecunia: Argutur contrà. Secundum exĩstimationem humanã vir probus pluris faceret bonorum amicitiam, quàm aliquem pecuniæ numerum. Quin verò & pretio illã emeret: ergo est æstimabilis pecunia. Respondetur q̃ non ideo censetur non æstimari pecunia, q̃ nõ sit pretiosior, q̃ illa: sed q̃ natura sua, neque emitur neq; venditur. Consilit enim in voluntate quæ non cogitur. Potes tu quidem collata pecunia emollire hostis animũ, vt te diligat: emere verò, ceu panem, minime. Ob idq; non modò intuitu amicitiæ contrahendæ mutuare licet, verum & amicitiæ signa in pactum duce: nam verum amorem, est impossibile. Vt puta quòd mutuatarius non tibi noceat, aßabilem se tibi præbeat, atq; vrbanum. &c. ¶ Quid autem si ad amicitiam illius adrepere per mutuum

tium procures, qui tibi potest aut sacerdotiũ conferre, aut magistratum. Puta si rex, ille sit, aut episcopus. Aiunt quidã quòd quando proposítum nõ sistit in amicitia, sed vlterius ad lucrum progreditur, vsura est mentalis. Sed tamẽ de hoc iam regulã suprà tetigimus, quam nũc confirmandam repetimus: videlicet quòd vsura mentalis per obiectum perpendenda est: nõ per hoc quòd sit principalis intentio vel accessoria. Nempè si per mutuum intendis mutuatarium allicere vt ratione mutui tibi quidpiam conferat: vsuram mente committis: quãuis illa forte non esset principalis intentio. Si autem non intendis nisi amicitia eum deuincire, vt poſſet, non ratione mutui sed ratione beneuolentiæ id tibi conferat, cuius tu dignus es, nulla est mentalis vsura: etiã si illa sit tua principalis intẽtio: puta facere amicum vt posteà bene erga te affectus gratuitò & liberaliter tibi aliquid donet. Itaq; totum negotium hinc pendet quod speras habere, vel ratione mutui, vel ratione amicitiæ. Si autem illius officij quòd speras indignus es, alia est noua iniquitatis ratio. Sententia est S. Tho. q. 13. de mãlo. quam probè Caietan. quolib. 1. q. 3. sequutus est. patet exẽplis cõclusio. Dum æquissimum nostri episcopum, quem nullo alio respectu quàm iustitiæ scis facerdotia conferre, licet tibi ei seruire ad venandum eius beneuolentiã: vt posteà gratis, & nõ propter impensa obsequia conferat tibi beneficium, cuius es dignus: quia certus es neq; illũ propter obsequia daturum, neq; te recepturũ. Item si tu magistratu dignus es, sed tamen regi inuisus, potes illum muneribus placare, vt te ad eius amicitiam insinues & dignorũ albo te adscribat: cur ergo nõ poteris etiã mutuato auro beneuolentiam eius piscari? etiam si alioqui non mutuares nisi vt eius amicitia tibi esset frugi. In summã cum exterioris, mentalisq; vsuræ idem sit obiectum, exterior est fidissima interioris regula. Accipere ratione mutui, vsura est in re: ergo id animo proponere, vsura est in mẽte. Accipere verò ratione amicitiæ, non est reatus vsuræ: ergo neq; illud optare, est mentalis. Scio equidem respõderi posse quòd licet illud simpliciter optare, non sit peccatum: tamen illam amicitiam per mutuum procurare, culpa non vacat. Attamen cùm obiectum intentionis sit licitũ, nescio quid culpæ hic lateat. Hoc tamen fatendum, quòd cùm sit valde subtile discernere, quando intentio subest recipiendi ratione amicitiæ, aut ratione mutui, semper est talis intentio suspecta. Sed vbi vir prudẽs id discernit, nulla subest culpa. ¶ Sed nunquid non potero per mutuãdi beneficium amicitia cum illo me conjungere, cui debitõ sum, vt mihi remittat? Vt si me quispiam de reliqua in litem vocat, num mutuata pecunia possim cum illo fœdus inire, firmato pacto, vt ille desistat? Respõdetur quòd si rem illã vere deboo, non possum in pactũ ducere: sin vero per calumniam diuexor, possum quidem conuentione mutui meã redimere vexationem. ¶ Ixistit autem contra priorem partem argumẽtum. Si quem ego injuria afficio, seu honorem eius lædendo seu famam, etiam si pecuniariam restitutionẽ ex me iure posset exigere, possum nihilo seçius ego mutuandi vinculo eum obligare. Respondeo. Quòd ego quidem procurem, vt ratione amicitiæ per mutuum genitæ mihi condonet, iam assertum est, licère. Quòd verò pacisci liceat, aliquantulo maior est liærendi ratio: tamen recte mihi videor id quoq; concedere, saltem antequam in pecuniã cõdemnatus. Nã etsi honor & fama pecunia possit æstimari, tũ ex natura sua iure amicitiæ condonari solet. Quare illud pactum non est nisi amicitiæ fœdus. Suffragatur nobis Syl. verb. vsura. pri. §. 11. ¶ Quæris autẽ forte, nec immeritò, vtrùm illa amicitia possit in pactum duci, quæ turpis est vsus. Vtrum scilicet petulans iuuenis conuenire ex mutuo possit cũ muliere de turpi obsequio. Et ratio dubitandi est: quia nihil aliud apparet, quàm amicitia. Respõdetur quod amicitiam per mutuum procurare, vt post modum illa amore victa cõsentiat, non est vsuræ vitium: obligare tamen illam, minimè ab eodem vitio excusatur: quia illa obligatio æstimabilis est pecunia. ¶ Ecce de his quæ pecunia non sunt æstimabilia. Contraria ergo ratione nihil pretio pecuniæ dignum potest in pactum mutui constitui: vt non licet tibi ea conuentione regi mutuare, vt tributorum te pensione exoneret: siue per priuilegiũ subsignatum, vt fias nobilis, siue in tempus, nisi forsan in propatulo esset quòd per iniquitatem & tyrannidem exigerentur. Nã tunc quia illa non debeo, nihil ratione mutui recipio, sed vindico me ab iniuria defendẽdo quod meum est. Eãdem ratione nec possum ratione mutui principem obligare, vt opus. 21. ait. S. Thom. qui mihi conferat magistratum aut rem aliam. Neque possum mutuare centum eo pacto vt mutuatarius illã vel eorum partem suis expensis extorqueat ab illis meis debitoribus; à quibus difficilè extorquebuntur. Neque si habeo frumentum decem miliaribus ab hinc longè, possum mutuare, vt tu inde aduehas vel illic cõsumas: sed mihi id hic persoluas: quia te vecturа aggrauo. Neq; verò vt aliquod obsequium recipias vel à manu vel à lingua. Vt alius scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet tibi adsit aduocatus in causa, vel sit tibi amanuensis. Imò verò neq; in pactum ducere vt mutuatarius eleemosynas faciat, vel alia opera misericordiæ. Hæc inquam non licet in pactum ducere, neq; expectare ratione lucri. Secùs si alter gratuitò referat. Neq; vt mutuatarius coram te canat, aut saliat, aut negotia tua gerat, aut pro te oret principem. Nisi res essent tam exiguæ, pro quibus non consueuit pretium rependi. ¶ Atq; eandem ob causam neq; mercator citra notamē vsuræ mutuare sub eo vinculo potest, vt vel totum mutuum vel partem in mercibus mutuatarius suscipiat, etiam si iusto pretio vendat: dummodò ille re vera mercium non egeat, sed cogitur emere ratione mutui: quoniam obligatio illa emendi æstimabilis est pecunia. Imò inde lucrum mercatori obuenit: nam licèt merces tantum valeant, maiorem tamen copiā vendit, quàm vēdidisset. ¶ Ex quo iniquissima mercatorū fraudulentia proditur: qui indigenti regi stipendio militum, ea ratione ei mutuant, vt milites in mercibus tantum suscipiant, & tantum in pecunia. Est enim triplex aut quadruplex figura prauitatis. Prima quòd licet ipsi putēt merces tanti valere, haud tamē ita res habet: quia emptorum raritas extenuat pretium: & si illi non distraherent inter milites, non tam citò nanciscerentur emptores quibus illo pretio diuenderent. Secunda iniquitas est, quòd quia credito vendunt, cariùs vendunt. Et cum à rege expectationis intuitu lucrum cessans nihilo minus corradunt: fit vt tempus bis vendant. Et tertiò, cum miseri milites non indigeāt eiusmodi mercibus, vilissimo eas statim pretio coguntur reuendere: atq; vt summatim dicamus, pro decē militibus quæ rex soluit, vix milites sex militibus potiuntur. ¶ Sed percontaris vtrum positis mutuatarij ratione mutui ligare, vt tuū colat agrum iusto pretio: vel tuum molēdinum, aut furnum, aut tabernam frequētet. Sunt quippe qui affirmant id licere: vt Summa Angelica, & Adrianus. q. de vsura, & quos Syluest. memorat in verbo, vsura. pri. §. 7. Quorum ratio est quòd cum huiusmodi mutuator nullum det damnū, nullum extorquet pretium. Attamen ab aduersa parte stat ratio q̄ illa ciuilis obligatio, est æstimabilis pecunia. Haud eñ dubiū est quin priuatio libertatis suapte natura digna sit pretio. Alij verò arbitrantur nullam cōmitti vsurā si mutuum dederis illo termino soluendū quādo mutuatarius cessauerit ad tuum molendinum venire, vel tibi alia via iusto pretio seruire. Sed re vera eōdem relabitur. Et ideo vsuræ palliatio est. Nisi forte contractus sit emptionis & venditionis: nil enim vetat quo minus possis constituto pretio obligare hominem vt ad tuum veniat molendinum per tot annos, ac per totam vitam: etiam adiuncta pœna, vt quando defecerit certam tibi mulctam soluat. ¶ Hinc planè colligitur prædiorum dominos vsuræ sordibus inficij, dum eo pacto colonis pecuniam, aut frumentum mutuant, vt auctiori pretio fundos suos & prædia conducant. Neque verò excusantur dicentes præ diorum vsum tanti valere: sed quia non possunt colonos alia conditione inuenire, mutuant: nam si non inueniunt, signum est quòd non tanti valet conductio. Ergo quando inuenires alium tantò pretio conducentem, tutum tibi esset tunc pauperi mutuare, vt eodem pretio conduceret: aliter minimè. ¶ Sunt præterea qui vsuram in hac conuentione nullam agnoscunt. Obliga tu te mihi meas in æstate demetere fruges pretio tunc temporis currente: vt ego tibi nunc soluam partem pretij. Nam hic nulla apparet mutui ratio, sed solutionis. At verò non auderem hoc admittere. Nam illa anticipata solutio mutuatio quędam est pecunię per operas alterius soluendæ. Quare obligatio ratio mutui fit. ¶ Sed argnis contrà. Dum mutuatarius iustum pretium suarū operarum recipit, nulla ei videtur deberi restitutio. Respondet Ioan. Andr. vt refert illic Adrian. quòd debet fieri pauperibus. Nulla hoc tamen iubet ratio. Quoniam restitutio non cedit in ius pauperum, nisi vbi non potest haberi creditoris copia, vel vbi condemnatur vt perdat, sicut in symonia. Sed illi est restituendum, quantum illa obligatio valet. Ex quo fit, quòd si vt sę colonus obliget, pretium aliquantulo statueretur ei maius, aut vt veniat ad molendinum aliquid remitteretur pretij molæ, nulla esset vsura. Item si etiam conductor obligaretur ipsum conducere: nam tunc quia obligatur vnus obligatur & alter, & non ex vi anticipatæ solutionis. ¶ Et hæc de prima conditione vsuræ, quæ est vt quod recipitur, æstimabile sit pecunia. Secunda verò est vt ratione mutui recipiatur. Quapropter si mutuatarius aliàs mihi debitor est, possum illum pactione mutui districtius deuincire, vt cum mutuata pecunia aliam etiam mihi debitā soluat. Vt verbi gratia si absq; arbitris decē illi mutuo dedi, quæ in iudicio negare potest, possum ea lege decē insuper mutuare, vt corā tabellario syngraphā omniū viginti mihi subscribat. Nā licet illa obligatio æstimabilis sit pecunia, mihi tamē illā debebat. Et eādē ratione excludit à ratione vsurę si vel ratione lucri cessantis,

Mercatorū signis fraudulentia.

Dubitatio.

Summa Angelica. Adrianus. Syluester.

Solutio propositę dubitationis.

Conclusio

Argumentū

Ioan. Andr.

Solutio ad ultimū.

Secunda conditio vsuræ.

Quæstio ex

santiæ, vel donationis, vel alia via illud recipiā. ¶ Iuxta hæc tamen huius articuli explicandum superest in qua specie fit mutuum restituendū, vt iustitia citra vsuræ crimē, quod alterutra parium committat, obseruetur. Habet enim locū mutuatio in his duntaxat rebus (vt suprà dictū est: & habetur. l. mutuum. ff. de reb. credi. si certum petatur) quæ vsu consumuntur. Mutuo ergo tibi modios frumenti decem quo tempore vilius venditur: vtrùm tempore redhibēdi quo forte cariùs erit eandem mēsuram mihi debeas quam tibi dedi, an idem tantum pretium quo æstimabatur dum tibi contuli. Et vice versa si pluris vendebatur dum tibi tradidi, vtrùm posteà eandem præcisè mihi debeas mensuram, an, quo vendidissem, pretium. Idem est de vino, oleo, melle, & similibus. Tractat hoc Syluest. in verb. vsura. pri. §. 16. & 17. & alij multi, quos re vera non video scopum punctim ferire. Responsio ergo huic distinctionibus fit clara. Primum differnenda est mutuatio à venditione. Etenim dum tu hyemali tempore decem modios frumenti credidisti, videndū est vtrum mihi eo pretio vendidisti quo tunc vendebantur vel mutuasti. Si vendideras, non tibi frumentum, sed pretium debeo. Quapropter si tunc singuli modij valebant ducatum, decem tibi ducatos debeo, quocunq; pretio post frumentum væneat. Et ideo si inter nos conuentum fuit, vt idem pretium frumenti rependerē, & posteà valet modius non nisi dimidium ducatum, viginti tibi modios debeo. Res est clara. Si autem non fit nisi mutuatio, tunc non pretium, sed decem tibi præcisè modiorum debitor sum, quocunque vænundetur posteà nummo. Vt si mense Ianuarij frumentum suscepi, soluendum sequentis anni eodem mense, eosdem tibi decem modios eiusdem qualitatis remetiri teneor: Vt scilicet granū eiusdem sit bonitatis. Neque refert, longē ne maioris annona vænibat quando tu mihi dedisti, an multò minoris. Et idem est vini iudicium atque aliarum rerum vsu consumptibilium. Etenim ratione mutui non tibi debeo pretium, sed corpora in eadē specie & qualitate. Quam ob rem si quando ego tibi soluo non valet modius nisi dimidium ducatum, quinque ducatis tibi satisfacio: licēt quando à te mutuatus sum: decem modij emebantur ducatis decem. At verò si tu mihi mentis es frumentum vetustum, obligans me vt tibi remetiar nouum, vsuraria mutuatio est. Nam petis frumentum melioris qualitatis quàm mihi tradis. Neque refert vtrum nouum vilius vendatur. Et ideo isti reconditores frumenti caritatem exoptantes renouatorum nomine infamantur. Mutuant enim frumentum submarcidum, ac corruptioni proximū, vt reddatur eis nouum. Atque idem in oleo & vino & alijs cēseto: vt si subacidum vinum mutuas, vt dulcius tibi reddatur. Hæc doctrina, gationis germana, similis quoque iuris est: vt patet. ff. de rebus cre. si cer. peta. per totum. præsertim. l. vinum. ¶ Quæris autem quid si mutuo soluendo non sit designata certa dies, vtrū fas sit tunc mutuatori non repetere quando videt vilius vænundari, sed operiri tempus quo sit maximi pretij, vt frumentum duplet aut triplet. Respondetur ex natura rei nullam prodi iustitiæ effigiem. Esset tamen auaritiæ indicium euidentius quàm charitatis. Dico nō esse iniustitiam nisi mutuator operam daret, nè alter anteà solueret: tunc enim iniustitia sit. Alioqui mutuatario imputatur, si non sibi consulit soluendo quando ex re sua fuerit. At verò dum pactum interuenit, vt solutio non fiat ante certum tempus, quando coniecturæ docent auctiori pretio æstimandum, vsurarius contra ctus est. ¶ Contra hanc autem sententiam sumitur à monetarum æstimatione argumentū. Sequeretur inquā ex his quæ dicta sunt quòd liceret mihi mutuare tibi ducatos centum, quādo minori argento vel ære æstimantur: & posteà dum regis pragmatica aureorum valor augetur, idem auri pondus suscipere. Syluest. vsura. pri. §. 14. refert Doctores iuris dicētes quòd si verisimiliter dubitatur tempore solutionis posse valere minus plusve, tunc eadem aurea moneta est restituenda. Sed re vera vel me vel istos fallacia cæcat. Interstat enim, ni fallor, plānissima intercapedo inter valorem monetæ, & valorem aliarum rerum vsu consumptibilium. Nam dum pretium, verbi gratia, frumenti, vel vini, vel olei augetur, res ipsa in se immutata manet. Et ideo eadem est restituenda mensura quæ mutuo recepta fuit, modo iam exposito. Quando verò monetæ valor augetur, ipsa in se natura monetæ, quatenus moneta, hoc est rerum mensura est, augetur ac si augeretur mensura frumenti: vt puta modius fieret maior. Et ideo si quando à me mutuatus es ducatum, non valebat nisi regalia vndecim: & posteà ad duodecim eius æstimatio aucta est: non debes ducatum integrum, sed vndecim argentea regalia. Quemadmodùm prorsus si decem tibi vrnas frumenti mutuarem, dum vrnam duodecim tantum modioli explebant, & posteà per legem aucta est vt capiat modiolos tredecim, non debes mihi nisi vrnas quæ duodecim præcisè reddant. Veruntamē quod de variatione valoris pecuniæ diuersis temporibus in eādem

Dubitatio.

Solutio.

Distrimē inter pecuniā & aliarū rerū valorem.

Solutio.

Obiectio cōtra dicta.

Sylvester.

Temperatio superioris assertionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem prouincia dicimus, falleret quidem si pecunia traduceretur ab vna prouincia in aliam. Ducatus, exempli gratia, in Hispania quæ auri abundantior est, minori argento penditur q̃ in Anglia, vbi maior est argenti copia. Ob idq̃ vndecim hîc argentea regalia plus valẽt quàm illic. De hoc ergo reponenda est disputatio vsque ad proximum librum, vbi de cãbijs disserendum nobis est.

REstat ergo vt ad argumenta respõdeamus quæ tantùm nos duo proposuimus. Primum enim sancti Thom. de lucro cessante statim articulo proximo enucleandum est. Secũdum verò idem fermè est quod præcedenti articulo, quinto loco fecerat, atq; illic ideo solutũ reliquimus. Est enim eiusmodi. Mutuatarius tenetur ex honestate beneficium compensare, ergo potest ad illud beneficium ratione mutui ciuiliter obligari. Iam enim suprà negata est cõsequentia. Nam iustitiæ legi illa repẽsatio satisfacit: qua tantum tibi redditur quãtum mutuasti: alia autem honestatis, libera esse debet: sicut tu liberè mutuasti. ¶ Ad quartum ergo, quod nos primum fecimus, nempè an liceat ratione mutui obligare mutuatariũ ad iterum mutuandum, respondet Ange. assertoriè. Ratio sua est eadem que paulò superiùs allata est. Nempè q̃ in tali contractu nullum mutuatario datur dãnum. At verò iam ibidem monstrauimus fallacem esse rationem. Nam licèt beneficium mutuandi, officiũ sit liberalitatis & misericordiæ, tamen obligatio est æstimabilis pecunia. Ob idq; perspectè Diuus Thomas negat esse licitum. ¶ At verò vtrùm mutuare hoc pacto liceat, vt in præsentia tu mihi aliam rem mutues: Scilicet mutuo tibi frumentum vt mutues mihi vinum? Nam ex dictis S. Tho. apparet licentia hęc colligi. vbi ait: licet simul mutuanti vnũ aliquod aliud mutuum recipere: non autem licet eum obligare ad mutuum in posterum faciendum, cùm tamen discrepantia deprehendi vix queat: quòd cùm non te possim ligare vt cras mutues, possim te obligare vt statim mutues. Neque responsio solida est, si dicas mutuationem de præsenti non esse æstimabilem pecunia: nam etsi hoc verum sit, tamen obligatio est æstimabilis. Respondetur ergo quod neque S. Tho. dicit quòd potest intercedere obligatio in præsenti, vt scilicet petenti ex te mutuo, non aliter concedas, quàm ciuiliter obligãdo vt statim mutuet. Sed supponit, vti res habet q̃ mutuationes de præsenti gratuitò fiunt. Vt mutua tu mihi, & ego tibi. Et ideo simpliciter ait quòd licet mutuum recipere. ¶ Quapropter placet mihi appendix illa Caietani hoc loco: nempè quòd liceat fideiussori pretium recipere, vt fideiubeat. Quoniam illa obligatio qua se stringit tuo nomine soluere, æstimabilis est pecunia, ac subinde vendibilis. Quòd si contrarius insurgas: fideiussio est quędam species mutui: sed si fideiussor mutuaret amico pecuniã, non posset pretium recipere: ergo neque inde quòd pro eo fideiubet. Negatur tamen prior præmissa. Alia enim res est fideiubere pro te, quàm mutuare tibi. Ex quo rursùs infertur q̃ posset quis vt se obligaret paratum esse ciuibus mutuare quoties egerent, stipendium reipub. suscipere: hoc enim non est pro mutuo, sed pro obligatione. Ac demum ex his colligitur quòd non mihi licet mutui te nodo colligare, vt pro me fideiubeas. Quintum D. Thomæ argumentum materiam inducit contractus societatis: de qua nos infrà longam disserturi sumus quæstionem. ¶ Ad sextum ergo, quod nos secundo loco posuimus de pignoris vsu fructu, respondetur planiter quòd quando pignus est fructuosum, computandi sunt eius fructus in sortem. Aliâs ijdem reciperentur in pretium mutui, vnde vsurę labes contrahere-tur. Cautio est vtriusque iuris, vt extrà, de vsur. cap. 1. & 2. & C. de distract. pigno. l. 1. ¶ Exurgit autem duplex difficultas ex eodẽ iure. Prima nascitur ex cap. conquestus. eo. vbi postquàm præcipitur vt fructus pignoris ducantur in sortem, additur, Nisi terra ipsa de feudo sit monasterij vestri. Nempè quòd si ecclesia fundos aliquos in feudum seu in emphyteusim alicui tradit, & postea feudatarius eidem ecclesiæ eosdem pignorat fundos, ecclesia potest recipere fructus non computando in sortem mutuatæ pecuniæ. Idem habetur extrà, de feudi. cap. 1. Et tamen esse apparet manifestariæ vsuræ scelus. Sunt ergo qui non aliter hoc putant defendi posse, quàm quòd in vtilitatem ecclesiæ permissum est. Verum tamen solutio hæc non satisfacit. Nam ecclesiæ mos & consuetudo est potius non exigere vsuras: neque vnde licitè posset: vt patet in cap. fraternitas. 12. q. 2. Et ideo alia nequit reddi ratio quàm quòd hęc est natiua feudorum conditio, vt quotes redierint ad verum dominum, redeant cum fructibus: sed tamen feudatarius absoluitur à solutione feudi: vt eod. cap. 1. de feud. habetur. Verùm est tamen æquitati apparêre confine, vt si feudatarius, quia meliorem reddit fundum, plures colligebat fructus quàm soluebat, ille excessus semper obueniret ei, quanuis eum impignorasset. Attamẽ quia exoneratur illo onere excolẽdi deinceps fundũ, & meliorem reddẽdi, etiam illo

Caietanus

Ad primum argumentũ.

Dubium.

Solutio. D. Thomæ.

illo excessu priuatur. ¶ Grauius tamen oboritur dubium ex capit. salubriter. de vsur. vbi habetur, q̃ si socer tradidit genero pignus dotis fructuosum, iustè idem gener vsufruitur pignore, dum sibi dos non soluitur: neq; fructus illos cogitur ducere in sortem. Idem permittit ius ciuile. l. Pater. ff. de doli mali & met. except. ¶ Et quidẽ de conclusione nemo ambigit: sed tamen de ratione est dubium. Aiunt enim Panor. & cæteri super dict. cap. salubriter. rationem sumi ex sustentatione onerum matrimonij. Sed est Adrian in. q. de vsura, cui causa hęc non probatur. Argumentum eius est, quòd in alijs quoque contractibus contingit vt qui pignus recipit teneatur aliqua onera sustinere: & tamen non ideo potest percipere fructus extra sortem. vt si vendas annuam pensionẽ pretio mille ducatorum pro quo recipis pignus, teneris illa onera soluendi pensionem sustinere: & nihilo minùs debes fructus pignoris in pretiũ numerare. Item qui stipẽdio regis viuit, tenetur alere familiam: & tamen si pignus stipendij acciperet teneretur fructus recipere in pretium: ergo ratio illa nulla est. Hinc ergo colligit Adria. quòd non potest gener recipere illos fructus extra sortem nisi ratione interesse, puta lucri cessantis. Et miror ita alios esse hoc argumento deuinctos vt dicant hãc esse Theologorum opinionem: cùm tamen nullus præter Adrian. extiterit qui hoc somniet. Enimuerò quòd propter onera matrimonij illi fructus percipiantur, non solùm doctorum opinio est, sed expressa iuris sententia. Hanc enim rationẽ subdit præfatum cap. dicens. Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Atq; idem colligitur ex allegata. l. Pater. Quis ergo Theologorum id audeat negare? ¶ Prætereà causa illa lucri cessantis communis est in alijs etiam cõtractibus, & tamẽ leges aliquid peculiare tribuũt genero in fauorem matrimonij. Adde quòd si illa esset tantùm causa, locum non haberet nisi vbi gener esset mercator, qui negotiatione deberet tractare pecuniam. Nam qui illam non habet negotiationi expositam, agere de lucro cessante nõ potest: & tamen generis in vniuersum indultum est priuilegium hoc. Istæ rationes adeò remordent eosdem authores vt illic non persistant, sed dicant esse donationem soceri. Hoc tamen responsum nullum habet fulcimentum: Nam papa cum interrogatus fuerit de iure, nihil respondit de donatione, sed quid ius ratioq; iubeat. ¶ Igitur Adrian. & qui cum sequũtur ideo seducti sunt, quòd nullatenus intellexerunt quidnam esset onera matrimonij sustinere. Haud enim hoc, vt ipsi putãt, id simpliciter est, quod vxorẽ familiãq; alere vt in alijs onerib⁹ vsu venit: sed est eãdẽ alere reseruata semper dote. Tenetur enim semper maritus vxori de integra dote: & quia præter dotem debet illam alere, etiam si non sit negotiator, recipit iure fructus pignoris, dum soluatur dos: quia præsumitur quòd aliquid illa dote emeret, vnde, illa salua, vxorium onus ferret. Et ideò lex illa. Pater. docet q̃ quando pater alit filiam nõ potest gener recipere fructus pignoris. ¶ Sed quid si gener liberè concesit terminum solutionis socero? Respondeo quòd si id concesit suscepto fructifero pignore, censendus est intellexisse secundùm ius: ideoque potest percipere fructus extra sortem. Ni si contrariũ liberè expressisset. Nam cùm posset quisq; indotatam sibi desponsare, potest & fructus remittere pignoris. Quo fit vt Almain. 4. sent. distin. 15. q. 2. immeritò remordeat iurisconsultos: dicens quòd quando socer nõ est in mora soluendi, non licet genero recipere fructus pignoris vltra sortem. Imo ipse non penitus radicem iuris penetrauit, quo potest illos etiam tunc suscipere. ¶ Atq; hinc planè fit, q̃ Panor. eodem cap. salubriter. scite vt arbitror colligit, posse generum nõ solùm fructuosum pignus, verùm & certam pensionem quotãnis recipere: dum dos non soluitur. Illud enim non recipit ratione expectatæ solutionis, sed quia, dote salua, tenetur familiæ prouidere. Neq; argumentum quorundam contrariũ tenentium vllius est momenti: scilicet quòd Papa non respondet nisi de fructibus pignoris. Nam ex eodem responso colligitur quod potest alia via recipere vnde vxorios sumptus faciat. Syluest. autẽ moderatur sic sententiam vt non possit gener plures fructus suscipere pignoris quàm quibus sufficiat onera supportare. Et arbitror conditionem non longè à veritate aberrare. Etenim quòd alij dicunt, scilicet tãtum posse recipere quantum lucri cessat: inde refellitur, quod (vt probatum est) non recipit ratione lucri cessantis. ¶ Atqui ex eâdem radice soluitur alia quæstio, si interroges vtrum de functo marito possit etiam vidua recipere fructus pignoris vel alia alimenta, seu à patre, qui nondũ soluit dotem seu à mariti hæredibus, si soluta fuerat. Apparet enim inde non licêre q̃ dissoluto matrimonio vidua nõ sic perfert matrimonij sumptus vt debeat seruare dotem: & ideo potest mutuum suscipere ex illa posteà soluendum. Nihilo minùs respondetur, absq; dubio, seu pater debeat, seu coniugis hæres, alteruter tenetur, vel dotem soluere, vel illam secundum

Sententia authoris.

Scrupulus. Solutio.

Almain.

Panormita.

Syluestrimo deratio.

Quæstio alcera.

Ratio dubitandi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundùm suũ statum & cõditionem alere: quia tenetur maritus iure matrimonij eã alere quousq; suam ei integrã soluat dotem: quæ debet eius hæredibus, quàm maximè fieri potest, reseruari. ¶Hoc tamen mihi dubium in præsentiarum occurrit, ad rem minimè impertinens: vtrùm posset quis filiã non aliter dotare quàm mutuando genero pecuniam: ita vt mutuaret quispiam decem millia ducatorum mercatori sub pacto & obligatione, vt suam duceret filiã. Apparet enim hoc esse licitum. Primùm quia posset quisq; (vt dicebamus) indotatam ducere: ergo pro mutuo. Item quia ducere vxorem, videtur esse opus amicitiæ: nam illam deberet prudentissimus quisq; sibi matrimonio adiungere, quam haberet honestè charam: amicitiã autem pro mutuo poscere non est vsura, vt suprà dictum est. Præterea si ille diligens esset & negotiationum peritus, pluris penderet decem millia mutuata, quàm donata mille. Respondetur nihilo minus non esse licitum. Nam dum mutui vinculo alium obligas vxorem ducere, cùm illa obligatio grauissit æstimabilis pecunia, vsum mutuatæ pecuniæ seorsum consideratum, rependis in pretium illius obligationis: loco videlicet mille ducatorum quos ille in dotem receperat. Neque refert, maioris ne ille æstimaret mutuum, an minoris. Et ad aliud respondetur quòd quanuis per amicitiam posset gratis vxorem ducere: tamen iam tunc non facit gratis, sed pro vsu pecuniæ, pretio æstimato. Ex his fit consequens Reges aut magnates nullatenus posse vrbibus aut villis quas in pignus mutui susceperint, extra sortem vsu frui: neq; vlla ratione possunt ab vsuraria iniquitate excusari: Remedium est tamen vt non recipiant nisi emptas cum pacto retrouendendi. Tunc enim fructus emptoribus obueniunt. ¶Hoc autem nihilo minus subticendum non est. Impignoras, verbi gratia, sterilem agrum, qui tibi neutiquàm erat vsui: quia nec erat frugifer, neque vi relcebat: neque illum colere cogitabas: alter autem, cui impignorasti, colit illum vt olera saltè inde colligat, fortè non est condemnandus vt in sortem ducat: quoniam cùm tu nullum pateris detrimentum, nõ debet alterius industria in sortè cõputari: veluti si depositarius vsu pecuniæ tuæ lucretur, nihil tibi debet. Hæc autem prudenter pensanda sunt. Nam si emolumentum esset alicuius momenti: puta quod ager, non quòd putabatur sterilis, sed domini incuria non colebatur: posteà cultus fit frugi, arbitror fructus in sortis solutionem annumerandos.

Dubium.

Ratio hæsitandi.

Responsio.

Ad argumẽta facta.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm ratione damni emergentis aut lucri cessantis, liceat mutuatori quidpiam vltra sortem recipere.

IN contractu mutuationis frequẽs habetur ratio damni emergentis & lucri cessantis. Et ideo quæritur an horum ratione liceat mutuatori quidpiam super sortem accipere. Et arguitur à parte negatiua. Si hoc esset licitum, sequeretur q̃ nullum esset vsuræ vitium, eiusmodi lucrum in pactum ducere: consequens tamen est falsum: quia cùm mutuatio opus sit charitatis, gratis debet fieri: ideoq; dum suapte sponte suam quis pecuniam mutuat, debet eam subinde gratis à lucro diuellere. Alioqui non mutuet, posteaquàm non cogitur. ¶Secundò arguitur ex verbo sancti Thomæ, quæst. 78. articul. 2. Id quod nondum quis habet, vendere non potest: mutuator non habet lucrum: imò multis periuium est periculis, quibus impediri potest, ergo pro illo nihil certi valet in pactum ducere. ¶Tertiò: si de lucro cessante posset mercator statim cum mutuatario conuenire, patẽtissima aperiretur via palliandis vsuris. Haud ergo licet talem concedere licentiã. ¶In cõtrarium tamẽ est q̃ nemo tenetur ob præstitum beneficiũ sibi incõmodare: contingit autem sæpe vt cuipiam causa mutui & dãnum accidat, & cesset lucrum: erga licitè potest tunc in columẽ se, indẽnemq; seruare.

Primum argumentum partis oppositæ.

Argumẽtum D. Thomæ.

Argum. 3.

QVæstio hæc & inter doctores controuersa est, & inter mercatores periculosa. Habet autẽ certi compertiq; quiequã, atq; aliam partem dubiam. Ad eius ergo intellectum prænoscenda est terminorũ significatio. Damnũ quippe emergens est detrimẽtum quod mutuator causa solius mutuationis patitur: vt si ruinosas ẽdes reficere parabat, aut annõnam in æstate in totum annũ emere: & amicus precibus improbis mutuatam ab illo pecuniam, quia ipse fortè grauiùs indiget, euellit: & idem tunc mutuator eum damni cõmonefacit sui: si posteà domus sine alia eius negligentia corruit, vel frumentum cogitur carius postmodũ emere, vel per vsuras pecunias recipere, quibus alia sua debita soluat, illud dicitur damnum emergens. Lucrum verò cessans est si mercator pecuniam negotiationi exponit, precibus etiam victus mutuat: vel, quo citra dubium loquamur, ab inuito extorquetur, vel

Damnum emergens.

Quid lucrũ cessans.

statu tempore non soluitur, lucrum quod augere potuerat cessat. ¶Respondetur ergo ad quæstionem quinque conclusionibus: ab his quę certiores sunt initio sumpto. Prima. Quando mutuatori inuito, videlicet contra suam voluntatem vel dãnum emergit, vel lucrum cessat, iustè & absque vllo vsuræ periculo illud potest exigere. Memento lucrum tunc duntaxat cessare, quando pecunia erat mercatoris negotiationi dedicata. Et ratio est patẽtissima: quia quando quis inuitus est, vim patitur, ac perinde quasi rapinæ iniuriam. Atque huc pertinet. I. Cum quidam. ff. de vsur. vbi ait Iurisconsult. vsuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. Et. l. 1. habetur quòd si socius communem pecuniã in proprios vsus conuertit, teneatur socio vsuras præstare. Et. C. eodem. l. vsuras. cogitur emptor qui in solutionis mora est vsuras insuper soluere venditori. Conclusio ergo in dubium venire non potest. ¶Sed vtrùm statim ab initio posset sic licitè inter ambos conuenire, vt si non solueris statu die, teneberis deinceps certum numumum vsurarum soluere. Respondetur in primis quòd nomine pœnæ proculdubio potest. Nam cùm mutuatarius teneatur in tempore soluere, iam inde mutuator inuitus caret suis nũmis. Et ideo rigore iustę mulctæ potest illum cogere, sicuti & iudex cum cogeret. At verò an idẽ liceat ratione cessantis lucri, & si aliquando sit maius dubium, tamen neq; negandum est licẽre: dum tamen in fraudem cõtegendæ vsuræ id nè fiat. Nempe si mutuator verè est mercator negotiatione victitans. Quoniam potest bona fide mutuare vsque ad certum diem, admonitumq; ex tunc mutuatarũ habere, quòd deinceps inuitus à suis negotijs cohibetur. ¶Secunda conclusio. Si quis habet pecuniam negotiationi mancipatam quomodocunque inuitus cogatur illam mutuare, non solùm damnum emergens, verùm & lucrum cessans potest iustè vltra sortem repetere. Dico inuitus: quia ei, vel aliqua vis infertur vel tenditur fraus. Exempla. Vt si quis mercatori mortem aut incommodum aliud comminetur nisi sibi mutuet: vel si vasallus prudenter grauiterque metueret, nisi domino suo mutuum daret diuexatum iri ab illo & molestias perpessurum. Hæc enim est quædam violentiæ species. Aut si fortè rex ingruente bello in digeret à mercatoribus pecunias mutuari: qua vtique ratione posset illos compellere: illiq; tenerentur parẽre. In hisce inquam atque id genus accidentibus planum est mutuatarũ propter tales coactiones se posse indemnem seruare. Atqui huic assertioni patrocinatur Pontificium ius, extrà, de fideiuss. cap. peruenit. & cap. constitutus. quibus iubetur quòd si fideiussor nomine illius pro quo fideiussit soluit, dispendiumque aliud fecit, aut damnum accepit, tunc ille cuius gratia soluit, restituat eum in suũ ius, reddatque ipsum prorsus indemnem, ab omniq; immunem iactura. ¶Verum tamen quò ad rem descendamus, ibi latet quæstionis neruus, vbi mutuator nullam speciem vis aut fraudis patitur, sed rogatus suapte sponte mutuat. De hoc igitur adhibetur conclusio tertia, paulò minoris certitudinis quàm superiores. Ille qui rogatus mutuat, potest præuisum formidatúmve damnum emergẽs in pactum mutui ducere, Videlicet si domus ruinam timet, aut annónæ caritatem, quam modò emere impeditur, aut si vsuras postmodùm soluere cogitur pro ære alieno in quo, vt mutuet, manet. Conclusio est sancti Thomæ. 2. 2. quæst. 78. art. 1. alteriq; simili quam præcedenti quæstione de vẽditore asseruerat, qui rei pretio apponere damnum potest quod vendendo incurrit. Ob idque simili ratione probatur. Damnum enim quod talis mutuator patitur, sua interest: quod ideo ratione mutui accipere nõ tenetur: atq; ideo potest de sua incolumitate pacisci. Moderati autem consultò sumus conclusionem veluti de venditione dicturi sumus. Nẽ pè quòd rogatus mutuet, mutuatariumque admoneat. Nam si vltroneus tacitusq; mutuat, si bi imputãdum est damnum: quonãam si alter rem sciret, nollet fortè sub illa conditione mutuum accipere. Atque hinc sequitur quòd si damnum non fuit præuisum, neque timebatur, sed post fortè superuenit, non tenetur mutuatarius de illo: vtpote, qui reddere non cogitãuit nisi simplex mutuum. Et per hæc intelligatur id quod diximus, rogatus: nihil enim aliud significauimus quàm quòd mutuatarius sciens & prudens tanquàm rem sibi commodam mutuari ab altero velit cum illo damno. Nam si ex re sua non esset, neutiquàm illud acciperet. Quo fit vt etiam si qui damnũ passus est alteri ex charitate tanquàm amico offerat conditionem, non ideo fit inhabilis vt damnum emergens recipiat. Hoc dixerim, quia rogari vel offerre, vt statim dicturi sumus, per se nihil facit neq; tollit rationis vsuræ. Hactenus plana sunt omnia. ¶Totum ergo quæstionis pondus huc inclinat, vtrùm pariter possit lucrum cessans ab eodem mutuationis articulo recipi vltra sortem. Ad cuius examen præfige re operæpretium est distinctionem hanc: Bifa

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

S. Thomas.

Quid lucrũ cessans.

Distinctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

riàm potest existimari pecunia: vno modo absolute secùdùm eius communem vsum. Et de hoc omnes consentiunt, nemini fas esse vltra sortem aliquid recipere ratione mutui. Cuius rei exemplù in vniuersis, qui negotiationi nõ vacãt late patet. Nam hic est vsus qui seorsum non venit computandus. Altero verò modo consideratur vt negotiationis industriæ subest: nempè quia possessor illam habet negotiationi expositã. Et de hac pecunia aiũt Conrad. eoq; multi posteriores statim posse mercatorem pacisci vt lucrũ cessans ad sortem sibi accumuletur: etiam si nõ sit inuitus, sed rogatus mutuet. Nihilo minus statuo egomet mihi hanc quartam conclusionẽ. Quod hoc modo possit lucrum cessans in pactum duci non est adeò certũ vt patroni assertionis huius arbitrantur: sed est tum minus probabile, tum quàm plurimis vsurarum periculis expositũ. Et quidem quòd non sit vsq; adeò certũ, multis rationibus comprobatur. Primum nullam iuris aut canonici, aut ciuilis legẽ inuenias, quę hoc permittat: quod certè non est infimum argumentum. Nam cùm tam frequentes extent quæ vsuras ratione moræ pendi iubeant: videlicet dum mutuator, vel quiuis creditor inuitus re sua caret: si spontanea hæc lucri cessantis pactio tam plane licita esset, non defuisset lex quæ id insinuaret. Mox si prisces doctores consulas, Diuus Thomas id negat, cõsultò dignoscens inter damnum emergens & lucrũ cessans. Nempè quod illud licet in conuentione ponere, hoc verò minimè. Cuius sententiæ accedit Scotus in. 4. dist. 15. q. 2. & Durãdi. in 3. Senten. dist. 37. q. 2. & inter iurisconsultos illustris Innocen. sup. cap. Nauiganti. de vsur. Imò inter antiquos grauesque seu iuris seu Theologiæ doctores neminem inuenias, qui expressis verbis id asseruat, nisi ratione moræ aut alius culpæ debitoris. Qui autem eam affirmant, sunt Conrad. recens author, quæst. 36. eandẽq; cum formidine & timore septem cõditionibus circumsepiẽs. Post verò Syluest. verb. vsura, pri. §. 19. & Caietan. super S. Tho. 2. 2. q. 78. & in sua Summa affirmatiùs eandẽ defensant. Atq; Adria. in. q. de vsura licet fatea tur (vt suo verbo vtar) esse opinionem moderatorũ. ¶ Quod si ratione agamus, vna est quæ vehementer apud me aduersus hanc opinionem depugnat. Lucrum cessare, vt nomẽ sonat, est hominẽ à lucro cohiberi: nemo autem cohibetur nisi sua impediatur voluntas: inuoluntarium verò, doctore. 3. Ethicor. Arist. sola vis, metúsue, aut ignorantia facit: ergo vbi nullum istorum intercedit, non propriè censetur cessare lucrũ. Certè est res creditu difficillimq; si mercator qui negotiationi expositã habet pecuniam offert illam mutuo, non potest recipere lucrum cessans: & tamen per hoc solùm quod alter leuissimo verbo mutuum idem ab eodem petat, possit idem lucrum in pactum ducere: cùm nihilo minùs spontaneus faciat rogatus, q̃ si alterũ præueniret. ¶ Atqui pro hãc ratione, omnes aliorum labefactantur. Primùm enim patens est discrimen inter damnum emergens & lucrum cessans: nam illud nõ pendet ex industria, sed est mera passio, à qua ideirco sequique incolumem seruare potest: hoc autem pendet ex industria, à qua qui si sua sponte suam abstraxit pecuniam, non est q̃ impediri censeatur. ¶ Arguunt præterea sic. Post moram licet recipere lucrum cessans: sed pecunia negotationi expositã, tantæ vtilitatis erat ante illam moram: ergo poterat idem lucrum absq; mora peti. Sed vides argumentum extra chorum saltare. Haud enim negamus illam pecuniam tantũ valere ante, quantũ post moram: sed tamen anteà non impeditur, sicut postea. Nam illa iniuria quæ fit post moram dimouet voluntatem inuiti mercatoris à sua negotiatione: & ideo debetur ei lucrum. Quando verò sponte mutuat, non propriè impeditur. Atq; hãc differentiam optime perspexit. D. Tho. quippe qui. 2. 2. q. 62. ar. 4. in solutione ad secundum, fatetur quòd qui pecuniam creditoris vltra terminum præfixum detinet, quia eum damnificat, tenetur ei refundere etiam lucrum. Ex quo malè infert ibidem Caietan. eandem esse rationis vim ante moram. Nam quantum ad lucrũ cessans non censet Diuus Tho. creditorẽ damnificari, nisi dum inuitus impeditur: quãdoquidem postmodùm. q. 78. negat ante moram idẽ lucrum licère recipi. ¶ Et per hoc aperitur falla cia alius istorum argumẽti. Huius scilicet: Qui mercenarium à suis operis impediret, tenetur illi refundere lucrum cessans: ergo negotatori mutuanti. Negatur enim consequẽtia. Imò cõtrarium per hoc conuincitur. Si enim vi aut fraude illum impedias, teneris quidẽ: si autem tuis solis precibus ductus vult amore tui cessare, nihil ei debes. Et simile nos dicimus in proposito. Si autem conuentione facta ob pretiũ ille cessat, nullum ad propositum affers exemplum. Atqui & in huius discriminis ignoratione latet deceptio. Operæ enim mercenarij natura sua locabiles pretio sunt & conducibiles: pecunia verò minimè. Nam si aliquid plus valet, non à se habet, sed duntaxat ex adiunctæ possessoris industria: ob idq; quando sua sponte mutuat, libere nudat illam tali valore. ¶ Quapropter

Opinio Cõradi.

Quarta conclusio.

Prima ratio pro conclusione.

Secunda ratio.

D. Thomas.

Scotus.

Durandus.

Innocentius

Conradus.

Syluester.

Caietanus.

Adrianus.

Ratio potissima præteritæ conclusionis.

Aristot.

propter neque est simile de illo qui impeditur ne beneficium assequatur, cui restitutio debetur. Nam ille inuitus non assequitur. Neque rursum est par ratio de instrumentis. Arguunt enim: Opifex potest instrumenta suæ artis pretio locare: sed pecuniæ sunt etiam instrumenta negotiatoris ad lucrum: ergo potest illas locare. Est nanq; latissimum interuallum q̃ vsus instrumẽtorum, quia non cõsumũtur vsu, seorsum est dignus pretio, sicut vsus equi, & domus: quæ ideircò locabilia sunt. Vsus autem pecuniæ per se non est ad illum vsum locabilis, quo consumitur, sed totus valor de tua nascitur industria, quem ideo recipere nequis nisi quando impediris: impediris autem solùm quando inuitus cessas. Aristot. nãque diuitias per se vocat fœlicitatis instrumenta: scilicet vt liberalitatis virtus vsum habeat: nõ tamẽ quòd sint sicuti aliarũ artium instrumẽta. ¶ Ac perinde patebit dissimilitudo de fato aruo. Arguunt siquidem prẽterea quòd sicut frumẽti modius per se non valet nisi modium: seminati verò atque herbescentis pluris, propter potentiã æstimatur: ideoque non solùm quãdo per vim ab aliquo pessundatur, verùm & ex conditione potest vendi quantum valet cum illa potẽtia: sic vtique negotiator, aiunt, potest cum illa potentia mutuare pecuniam. Porrò autem à venditione ad mutuum, nulla fit solida consequentia. Nam res vendibilis suapte natura valet pretium, mutuum autem gratis fieri debet: nam, vt identidem hoc dicamus industria mercatoris non impeditur nisi quando eius voluntati seu per vim seu per fraudẽ obsistitur. Quare nec argumentum de iactu retis, qui. l. si iactũ ff. de actu. emp. & vendi. declaratur esse vendibilis in spe, ad præsens propositum refert. Est enim res illa per se vendibilis. Hoc enim solùm concluderet q̃ post quàm mercator iam emit merces, quas ad nudinas misit, posset lucrum vendere, quod est in spe. Est enim tunc sicut fatus ager: & ideo illud lucrum est vendibile. Quando verò nihil emis, sed sponte mutuas, nihil habes quod vendas. Ac multò minùs ad rẽ facit argumentũ quod de genero fit suscipiente fructus pignoris extra sortem: siquidem iam probatum est non ratione lucri cessantis, sed propter vxorios sumptus illos recipere. ¶ Præter hæc alia sunt argumenta quibus palàm docetur quantum periculi ab illa opinione cõflectur. Circumuallant enim eam Conradus atque alij eius fautores multis conditionibus necessarijs, vt aiunt, vt contractus ab vsurę periculis liberetur. Harũ capitalis est quòd mercator potius expetere debet & optare negotiatione augere suam pecuniã, quàm mutuo. Per hoc enim putant impediri eius voluntatẽ. Nam si mauult mutuare, fatentur non impediri, atque adeò non licere lucrum cessans recipere. Sed quàm sit imbecilla hæc conditio, aperte monstratur. Id quod in re natura sua licitũ est, nullum est peccatum desiderare: neque tale desiderium contractum vitiat: mercatori autẽ habenti pecuniam ad negotia paratam licet per hoc solùm quòd rogetur lucrum cessans recipere: ergo licet desiderare vt aliquis se rogatũ accedat, vt illo modo impediatur à negotiatione. Si ille sic apud se cõstituisset: Nisi quis à me mutuum petat, nolo mercaturæ meum æs cõmittere, planum esset vsuræ vitium: quia non habet pecuniam expositam. Dum autem firmiter constituit negotiari, nisi quis ab eo mutuum petat, profectò nescio secundùm istorũ opinionem, cur desiderare, vt quis mutuum petat vt lucrum recipiat, vitiũ cõflet vsuræ. Atq; adeò sequitur quòd per hoc solùm quod mutuator rogatur, non proprie impeditur: quando quidem illud optare licet. Quòd si hoc verũ est, vide quàm lata sternatur vsuris via. Nã dicere quòd debet mutuator mutuare charitate victus, vt possit lucrum recipere, commentũ est. Siquidem ad naturam vsuræ tollendam nil facit charitas. Adde quòd tunc non opus est vt rogari expectet: nam maior esset charitas si amicum egẽre sciens offerret ei pecuniam mutuo, si vellet cum pacto lucri cessantis. Nam dũmetus est damni emergentis, profectò licet habenti pecuniam eãdem amico offerre, vt si ex re sua est, mutuatã cum tali periculo recipiat. ¶ Alia eorum conditio est q̃ labores, & expẽsæ, & pericula deducantur à summa cessantis lucri. Attamen neque hæc conditio, si sua vera est opinio, firma est. Expensas quidem planũ est esse deducendas: quia remanent apud mercatorem. Sed tamen de laboribus & periculis non est eadẽ ratio. Sum ego, verbi gratia, mercator hac arte viuens: petis à me mutuo pecuniam meã. Arguitur ergo, si mihi liceret lucrũ cessans iam nunc suscipere, possem etiam tantum recipere quantum si meas nauarem operas lucrarer: nam paratus sum ego impendere labores meos: & malo laborãdo lucrifacere decẽ, quàm sine labore octo: volo etiã subire pericula. Si ergo solas preces isti cẽsent esse impedimentũ meæ voluntatis, vt lucrũ dicatur cessare, profectò cum à laboribus meis & periculis impediar, totum possum petere. Enimuerò si mercenariũ impedires nè suas operas in vineã locaret, totũ denarium debes ei sine deductione laboris; quia maluisset ille integrũ denariũ

Argumẽtũ contra opinionem reol tatam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laborando, quàm decurtatum cessando. Ecce rationes quæ me semper de re hac dubium tenuerunt. Et fateor, hanc mallẽ sententiam tenere. At satis duxerim rationes meas aliorum iudicio relinquere: sed optarem habere patronos qui mecũ eiusmodi personata vsurarũ portenta abigerent. Nam hæc lucri cessantis imago hiatum istũ & voraginem vsurarũ non à multis hinc annis patefecit. ¶ Nihilo seciùs, quia non mihi tantũ arrogo vt primus opinionẽ illam prorsus refellam, sit nostra quinta conclusio. Non omnino probabilitate caret vt posit lucrum cessans in pactum duci ab articulo mutuationis: dum modò re verà cesset, & non fiat in fraudẽ vsurarũ. Verè enim cessare tunc penitus censendũ est, non quia poteras negotiationi pecuniam cõmittere, sed quãdo re vera iam firmus exponere cõstitueras, atq; eandem quã mutuas. Nã si habes viginti millia & nõ decreuisti mercaturæ nisi decem millia committere, nequis ex aliorum mutuo lucrum cessans petere: eò q illis quoq; negotiari potuisses. Ratio conclusionis huius quæ vllam habeat probabilitatem, hæc vna est, q postq illa pecunia tuæ mancipata industriæ tanti æstimatur: & alter sciens & prudẽs vult illam cum illo onere suscipere, vidéris tu posse de illo pretio pacisci. Et tunc S. Tho. sic interpretãdus est, q nõ licet id integrũ suscipere, quod re futurũ erat in actu: quia nondum est certum, ac multò minùs quãtum poterat accrescere: quoniã hoc minus habet certitudinis, sed quantum est in habitu, puta in spe secundùm coniecturalem prudẽtiam verisimili. Quanuis cui rationes nostræ alterã persuaserint sentẽtiam, optimo se iudicio tuebitur, dicens, nunq lucrũ, nisi in inuito propriè cessare. Et idcirco argumẽta in capite quæstionis proposita ille dissoluet cuia intererit.

Quinta conclusio.

Ratio conclusionis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm quicquid lucri pecunia vsuraria peperit, sit restitutioni obnoxiũ.

POST hęc sequitur sermo de vsurarũ restitutione. Et quia de illa ambigere nemo potest, quæritur amplius an quicquid lucri pecunia vsuraria peperit, sit restitutioni obnoxiũ. Et arguitur à parte affirmatiua, secundùm Paulum ad Rom. 11. Si radix sancta, & rami: ergo à contrario sensu si radix infecta, qualis est vsuraria pecunia, & rami, puta eius lucra, ac perinde re-

Primum argumentũ.

stituenda. ¶ Secundò. Si fœnerator fœnebri pecunia possessionem aliquam emit, vendenda illa est, vt iubetur extrà, de vsur. cap. cùm tu. vt de eius pretio pecuniæ vsurariæ restituãtur: ergo æquali ratione debet & lucrum eiusdem pecuniæ domino reddi. ¶ Tertiò. Fœnerator non plus iuris habet in lucrum vsuraria pecunia comparatum, q̃ in ipsam pecuniam: sed illius pecuniæ nullum acquirit dominium: ergo nec lucri, ac subinde pari iure tenetur illud domino refundere. ¶ In contrarium est ratio hęc. Id quod homo per suam propriam industriã nulla vetante lege acquisiuit, legitimè possidet: cõtingere autem potest vt vsurarius sua industria id acquirat, quod lex possidere non vetat: ergo illud nõ tenetur restituere.

Argumẽta.

D. Thomas.

Quidam.

DE vsurarũ restitutione vt in frõte quæstionis dicebam nemo dubitat, sed tanquã certũ relinquitur. Nihilo minùs quia eius ratio nõ nihil habet dubietatis, & de hoc quoq; respõdendum est. Tribus autẽ conclusionibus cõstabit responsio. ¶ Prima: quicquid pretij ratione mutui per vsuram receptum fuerit, manet restitutioni subditum. Conclusio iam suprà articulo. 1. ex altera illata est: inde videlicet, quòd vsura est peccatum iniustitiæ commutatiuæ: eò quòd illic vel pecunia bis venditur, vel semel vsus, qui seorsum nullius est pretij dignus. De lucro autẽ quod postmodum per pecuniã vel rem aliã vsurariã accrescit, distinguẽdũ est cum D. Tho. Rerum nanq;, vt dictũ est, aliæ sunt quarũ vsus est ipsarum cõsumptio: qualis est frumentum, pecunia. &c. aliæ verò quarum vsus nõ est earum cõsumptio: vt prędium, domus, & similia. ¶ Et ergo secunda conclusio. Quãdo res quæ vsu consumũtur per vsurã extorquẽtur, puta pecunia, grana, vinum, &c. tũc fœnerator non tenetur restituere nisi tantum penitus, quantũ accepit cum damnis, si quæ alia dedit: & cum lucro, si quod alteri cesset. Fructus autẽ qui per easdem res sua industria accumulauit, liberi sunt à restitutione. Extorsisti â mutuatario mille aureos per vsuram, quibus posteà industria tua centum adiecisti: mille tantùm illi debes: ac insuper damna quæ tua causa accepit: & lucrum si quod illi cessauit. Idem est si centum cados vini eripuisti, quibus venditis illos multiplicasti. Centum inquam tantùm debes. Ratio est manifesta. Nullus debet alteri nisi quantũ illi damni dedit: ergo qui mille tantùm surripuit, simpla illa debet: nam quod illi per suã industriam accreuit, non erat alterius. Simile dicendũ nobis infrà est de emptore, qui non cogitur emere vtilitatem suam, sed vẽditoris damnum. Atq; idem omninò de depo-

Secunda conclusio.

Prima conclusio. Probatio.

depositario, q si vsu depositæ pecuniæ alienæ lucretur, nõ debet nisi simplũ depositũ. ¶ Tertia conclusio. Si fœnerator rem aliquã fructiferam per vsuram recepit, restituere eandem tenetur cum fructibus. Vt si recepit fundum, nõ solùm ipsum, sed quotquot habuit fructus debet. Et si recepit domũ, cuius locatione acquisiuit decem nummos, eosdem vnà cum domo debet. Et ratio S. Tho. est quòd rerum illarum quas fœnerator per vsuram acquisiuit, non est dominus sed dominium manet apud mutuantem. Quæ propter non fœneratori sed alteri fructificant. Veluti de pignore dictum est. ¶ Sed arguis: nunquid non & vsurariæ pecuniæ dominium penes ipsum conferentem pariter manebat? ergo lucrum illarum non eidem debetur, sicut aliarum rerum fructus? Respondetur planissimum esse interstitium: quòd res illę quæ vsu consumuntur steriles per se sunt: neq; pariunt: & ideo quanquàm sint alienæ, tamen accedens lucrum totum debetur negotiantis industriæ. Illæ verò quæ per se fructificant, domino fructificant. Quòd si arguas: Si fœnerator illa pecunia vsuraria emeret fundũ, teneretur ipsum cum fructibus restituere: siquidem cum alterius pecunia illum emerit, videtur per inde esse ac si eundem fundum per vsuram ab illo extorsisset: ergo eãdem ratione tenetur restituere lucrum eiusdem vsurariæ pecuniæ. Negatur antecedens. Imò fructus illius empti fundi sunt ipsius fœneratoris ementis: vt puta suæ industriæ debiti. Neq; tenetur restituere nisi pecuniam: veluti si depositarius aliena pecunia rus coëmeret, non debet nisi pecuniam. ¶ At verò vt perspicacior fiat istarum conclusionũ ac potissimum primæ intellectus, examinãda est vetus illa quæstio, vtrùm per vsuram transferatur dominium. Fuit eñ opinio glossæ illius textus Ambrosij, Si quis vsurã. 14. q. 4. quæ id asseruit. Cum qua consentit & Scot. in. 4. distin. 15. q. 2. articul. 3. & Palude ibidem, atq; Adrianus in quæstione de vsura: qui ait esse cõmunem opinionẽ Canonistarũ. Et citat in eandẽ sententiã Henricũ Gandensem quol. 4. q. 27. Imò & D. Thomam in. 4. dist. 15. q. 2. artic. 4. Attamen S. Thomas nõ ait illic nisi quosdã hoc dicere. Et ratio istius opinionis est, q vnusquisq; liberã habet potestatẽ donandi quod suũ est: mutuatarius autẽ liberè donat: ergo dominiũ transfert. Quod si respõdeas, vt artic. 1. dictum est, non esse omnino liberã donationẽ: quia ab eo sit qui necessitate compellitur, hoc non obstat: tum quod posset quis absq; necessitate accipere ad vsuras, tũ etiã q metus multo efficacius tollit volũ-

Quæ res consumuntur.

Quidam glossa.

Scotus.

Palud. Adrianus. Canonistæ.

Ratio prædicti opinionis.

Replica.

tariũ: & tamẽ nõ obstante metu trãsfertur dominiũ: vt patet vtroq; iure. Nẽpè cap. Abbas. de his quæ vi metusve cauſiu. & l. metũ. ff. eodẽ. licèt detur repetitio, & tales contractus sint irritũ reuocandi. Quin etiam cõtractus matrimonij, si metus nõ sit cadens in constantẽ virũ, tenet. Et consonat Arist. sentẽtia. 3. Ethi. de maritimo mercatore: qui metu abijcit merces. Vbi licèt inuolũtarij quidpiam admixtum insit, est nihilo minùs abiectio simpliciter spontanea. Item mutuatarius nõ dat vsurario pecuniam tanquàm in depositio, vel in pignus, neq; per locationem, quibus cõtractibus non transfertur dominiũ: sed verè dat pro mutuo: ergo transfert dominium. Præterea si non transferret dominium, sequeretur quòd omnis contractus quem posteà vsurarius illa pecunia cõficeret, essent cassi: Perinde ac si latro pecunia furto sublata illos faceret. Ideoq; quicunq; vsurario panem vel vinum venderet, aut rem aliam, teneretur restituere pretiũ vero domino. ¶ His tamen non obstantibus opinio negatiua est in dubiè vera. Quam quidem opinionẽ expressè hic tenet. S. Thomas in vltimis verbis articuli: vbi ait fructus rei per vsurã extorti, eò fore restituendos, q qui eam dedit, est eiusdem rei dominus. Et esset nihil aliud quàm cauillus, dicere quòd licet rerum vsu nõ consumptibilium nõ transferatur dominium, transfertur tamen pecuniæ. Eadem quippe est vtrobiq; ratio. Quare. D. Thomas in solutione tertij idem astruit de pecunia. Ob idq; non debuisset Adria. cum citare in suam sententiam, neq; verò omnes iuris doctores. Nam & vnus eorum, Syluest. in verb. vsura. sexto, dicit opinionem sancti Thomæ teneri communiter à doctoribus. Sed mos ipsorum est de hoc etiam rarò conuenire quęnam fit opinio cõmunis. Et ideo parùm deterrere debet illud suũ verbum, omnes. ¶ Opinionem autem sancti Thomæ cãcti amplexi sunt antiqui patres: vt Alex. 3. p. q. 66. membro. 4. & Altisiodorensis. 3. par. tract. 21. quæst. 1. & Richiard. in. 4. distin. 15. q. 4. art. 5. Et Caieta. quol. 1. fecit de hoc quæstionem tertiam. Atqui vt rationes sententię huius eluceant, supponendũ est quod nuda traditio rei nõ est certum signũ translationis dominij. Sic enim habet de acquirendo. l. Nũquàm nuda. traditio enim transfert dominium: sed ita, si venditio aut iusta causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur. Hoc supposito arguitur sic. Si per vsurariã solutionem dominium transferretur, vel hoc esset rigore legis vel arbitrio voluntatis solutis: quia nõ est alia via transferendi: lege autem non transfertur, cùm lex omnis talem contra-

Alexander. Altisiodorensis. Richardus. Caietanus

Prima ratio in gratiam proximæ assertionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum vetet: voluntatem verò soluentis, iam dictum est non constare per hoc quod voluntarie pecuniam tradidit. Supponimus enim non dare ratione amicitię mere gratis: hoc enim extra propositum est: sed ratione contractus mutui: contractus autem huc translationem nō indicat: vt pote quo vsus pecuniæ emitur, qui nullo est seorsum pretio æstimabilis: ergo nullum est conuincens argumentum quòd voluntas soluentis sit dominium transferre. Cùm ergo nemo præsumatur donare nisi planis documentis constet, sit vt nulla fiat illic dominij transmissio. Eò potissimùm quòd in huiusmodi traditionibus quæ plenam non habent voluntatem, quàm minima excogitari potest, credenda est alienatio. ¶ Quòd si exquiras, cur ergo mutuatarius dat, postquàm (vt supra argutum est) neque dat in depósito neque in pignus. Respondetur eò dare: quia aliter non potest extorquere mutuum. Et si vrgeas: ergo desinit hominem: negatur consequentia. Imò fœnerator seipsum seducit. Nam postquàm accipit quod non debet, ipse viderit quomodò recipit: illa enim traditio nō habet peculiarius nomē quàm datio vsuraria. Et est nō dissimile exemplum de illo qui in naufragio eijcit merces in mare. Non enim ideo dominium ab se illarum abdicat. Quare si vndarū postmodùm impetu reijciantur in siccam, sui etiā tunc sunt iuris. ¶ Secūdò presiùs. Omnes (illi etiam qui sunt partis aduersæ) fatentur quòd si fœnerator loco vsuræ extorsit aruum, tenetur idem, vti ait S. Tho. cum fructibus restituere: huius autē causa alia reddi nequit, quàm illa S. Tho. scilicet quòd eius dominium semper manet apud eum qui dedit. Nam si prædium vere esset fœneratoris, licèt iniustè extorsisset, fructificaret sibi: neq; amplius teneretur q̄ prædium restituere. Quòd si dicas debere illos ratione mo ræ, quia alter impeditur, tunc sequeretur q̄p si mutuatarius non deberet agrū colere, nihil fructuū deberetur ei: quod est falsum. ¶ Præterea tertiò arguitur: cùm leges omnes vsuris recipiē dis reclament, quantū fieri potest, denegandū est vsurario ius: si autem ei dominiū concedatur, periculo exponitur restitutio: nā si vera est illa donatio, posset quodāmodò vsurarius tergiuersari, negās teneri se restitutionis ligamine, saltē quousque alter petat. ¶ Ad hæc insuper quarto loco accedit q̄p solēt leges dominiorū translationē impedire in dationibus quæ fiūt pro re turpi & iniuriosa: vt si des Assassino vt hominē occidat: aut corrūpendo iudici, aut simoniacè quia res illa nō est vēdibilis: cùm ergo vsus mutuatę pecuniæ seorsum nullius sit pretij. signū est, leges illius cōtractus, phibitries trāslationē dominij impedire. Mutuatarius autē qui dat, nō ratione amicitiæ, seu ratione mutui, nunquam intēdit aliter dare q̄ iura permittūt. Atq; huc forsan spectat ratio Alfisiodorensis, inde probātis non posse mutuatariū ratione talis cōuentionis donare: quia à Deo prohibetur: scilicet per leges naturæ ac diuinas cōtractū improbantes. ¶ Postremū autē egomet mihi argumentū excogito. Si vsurarius vsuræ pecuniæ esset dominus, cōsequens fieret, vt si haberet creditores alios antiquiores, quibus non per vsuras debitor erat, & posteà æs alienum per vsuras contraheret, neq; haberet alia bona nisi illa vsuraria, priùs deberet soluere antiquioribus. Nam si illa bona verè sunt illius, re vera antiquius debitum præferendum est: & tamen hoc nemo cōcedit. Ratio ergo cur vsurarū dominis faciēda est priùs restitutio, non est alia quàm quod vsurarius non acquirit earum dominiū. ¶ Primo igitur argumēto in contrarium cōceditur, illam esse causam cur non transferatur dominium: quia scilicet illic nō est liberа donatio, sed datio, ppter vsum mutuatę pecunię, quæ nihil valet. Neq; refert (vt supra art. 1. dictumest) si vsurarius tricta necessitate cōpulsus petat, an suo obsequatur animo: satis enim est q̄p postq̄ constituit mutuū petere compellitur dare: quia aliter obtinere non potest. Atq; idem respondemus de datione per metū facta. Nam cùm spontanea nō fit, non est cur dominiū in alterū transmittat. Neq; iura cōtrarium volunt: imò hoc planè ipsum docēt: dum scilicet sanciunt, eiusmodi donationes esse, non irritandas, sed vt irritas declarandas. Fatemur quidem si latronis metu iures illi quippiam largiri, teneri de ratione iuramenti: sed tamē cùm tradideris, minimè dominiū traducis. ¶ Quid autem si mutuatarius, id fœneratore exigente, dicat, se suam pecuniam cum dominio tradere? Respōdetur q̄p si nō det ratione merę amicitię, sed mutui causa, quicquid dicat & iuret, nō intelligitur dominiū traijcere: quia iura prohibēt: secus autē de matrimonio: vbi si metus nō est cadens in constantē virum, eò fit consensus legitimus, q̄p citra talem metum nemo debet ipsum tradere tāq; cæco nodo illigare. ¶ Secūdum autē argumentū solutum est. Sed tertium an videlicet vsurarius possit per vsuras acquisita eo vigore alienare vt eius contractus sint validi, paulò inferiùs cōmodius tractabitur.

PEr hæc ergo respondetur ad argumenta in capite quæstionis posita. Ad autoritatem enim Pauli dicendum q̄p radicis qua peccatis, Ad primum argumentum. Ad secundum argumentum. Ad tertium argumentum. Solutio. Ad quartum argumentum.

litas, seu bona seu mala, propterea redundat in ramos quod habet rationem effectricis causæ: pecunia verò vsuraria non est nisi sola materia industriæ: & ideo licèt ipsa sit restitutioni obnoxia, non tamen eius lucrum. ¶ Et simili ratione respondetur ad secundū. Possessiones nanq; fœnebri pecunia emptę siue emētis sunt, sibiq; fructificant: Sunt tamen obligatę vsurarum debitis. Et ideo cap. cùm tu. iubentur vēdi, si alioquī soluēdo nō sit fœnerator. ¶ Ex quo sequitur glossam eiusdem cap. textum non intellexisse. Elicit enim inde q̄p res vsuraria pecunia emptę, sunt restituendæ: cum tamē textus nō hoc dixerit, sed q̄p sunt vendēdæ. Et refert q̄ plurimum. Nam cum possessiones illę in dnio sint fœneratoris, si plus valēt q̄ fuerat vsuraria pecunia, ille excessus, vt hic S. Tho. docet, non alterius à quo pecuniam extorsit, sed suus qui emerat est. Nisi forsan ratione vel dāni emergētis vel cessantis lucri aliquid ei deberetur. Itē si eædē essent restituēdę: & fructus quoq; earū deberent cum illis refundi: quod est falsum. Longissimè ergo differt res esse debitis obligatas, & easdem esse restituendas. ¶ Atq; inde liquet tertij responsio, quo arguebatur non habere fœneratorem plus iuris in rem emptam quàm in pecuniam ipsam. Falsum enim est: quippe cum ratione industriæ ius habeat in rem, quod in pecuniam non habebat. ¶ Et per hæc dissoluitur alia quæstio, Vtrùm scilicet omnia bona vsurarij sint subdita restitutioni: nam super eodem capitulo, Cùm tu. aliqui affirmāt (vt Panormit. refert) alij verò negant: vt Panormi. ipse & Ioannes Andreas, dicentes quòd illa quæ per vsuram sunt extorta, obligata manent: reliqua verò legitimè acquisita, minimè: quia nullum ius, inquiunt, id præcipit. At verò Sanctus Thomas in eâdem solutione secundi, non modò illa quæ vsuraria pecunia empta sunt, verùm omnia affirmat esse obligata. Distinguendum ergo est. Primùm enim tres plicia sunt vsurarij bona. Illa scilicet, quę velut vsurarum pretium acquisita sunt, & ea quæ pecunia vsuraria fuerunt empta: & præter hęc alia, si quæ legitima hæreditate, vel via quauis licita possidet. Rursus obligatio, altera est personalis, scilicet quæ ex persona descendit in possessionestalia verò realis, quæ ratione rei ligat personā. Res ergo primi ordinis, putà quę vsu non consumuntur, vsura vel furto sublatæ: obligatione reali manēt restitutioni obnoxiæ: quippe quæ eædem numero reddendæ sunt: eo quòd dominium fixum permanet penes primum possessorem. Quocirca obligatio hęc quocunq; cum re ipsa cōmigrat. Nempe siue vendantur, siue donentur, siue iure hereditario possideantur, obligatur possidens eadem res ratione rei acceptæ restituere vero domino. Sed sunt aliæ res siue vsuraria pecunia emptæ, siue legitimè ab vsurario acquisitæ: verbi gratia, sunt patrimonialia. Et hæc non sunt obligationi reali restitutioni subdita, sed personali. Nam fœnerator vsurarium æs per vsuras contrahens, sit restitutioni obnoxius: & ratione ipsius cuncta quæ possidet. Et est latissima differentia q̄ hęc personalis obligatio nō trāsit perinde atq; realis cum rebus, sed tātùm in illos qui loco personę succedūt. Exēpli gratia. Si vsurarius vendat suū patrimoniū quādo alia bona habebat quibus vsuras restitueret: post verò in paupertē lapsus, restituere nō potest, illi emptores liberi sunt à restitutione. Nā bona quæ emerūt, vera erāt fœneratoris. At verò si vita defunctus aliqua reliquit in bonis: siue illa quæ per vsuras acquisiuit, siue aliud legitimū, etiam si vsurariā substātiā totam perdiderit: hæredes tenētur paternas vsuras soluere ratione obligationis: nō quidē realis, sed personalis: quia succedūt loco defuncti. ¶ Ex his iā gradum facere possumus ad fœneratoris contractus, vt examinemus quinam sint validi: qui verò minimè: quod quodā superiori argumento exquirebatur. Enimuerò si vsurarius dominium non acquirit, consequens fieri videtur vt nullatenus possit vsuraria bona vllo contractu abalienare. Ad hoc in primis per distinctionē illam superiùs positam respondetur. Res quippe vsu nō consumptibiles in pretium vsuræ mutuationis receptæ, alienari nequàquàm ab vsurario possunt: esset nāq; alienatio irrita, quā doquidē nunq̄ in suum ius venerūt. De alijs autem, puta, quæ vsu consumuntur, alia est ratio. Enimuerò si vsurarius, etiam si illas alienauerit, alia habet bona quibus restituat, eōtractus alienationis, siue gratuitò fiant, siue oneroso vinculo, tenēt: quoniam nō est necesse vt eædem numero restituātur. Si autem nihil prorsus habet nisi quod per vsuras corrasit: imò licet illa quæ habet, non sint vsuraria, sed legitima bona, quę tamen debitorum summā non exuperant: tūc vniuersale ferme Doctorū responsum est, oēs eius contractus esse irritos: quia omnia illa bona sunt debitis obligata: vel obligatione reali, si sunt prioris generis: vel personali, si sunt posteriores: quia persona est restituere obligata. ¶ At vero tam vniuersalē sententiam, nisi cum certo moderamine, non mihi videor satis probare. Etenim si sit gratuitus contractus, verbi gratia donationis, planum est non valere: quoniam tunc donatum illud ab vsurarum debi-

Moderatio sententiæ cōmunis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis eximitur. Si autē sit onerosus, tūc distinguā. nam si per illū nihil vsurarius recipit quod debitoribus soluat, fateor similiter cassum esse: vt si filiam dotaret: quia non sibi ad iustum super est quantum debet. Atq; idem censendū si stipendia famulis persoluat, etsi victualia emat, quæ certum est ab ipso cōsumenda fore. Vide ergo quantū sit periculi cum vsurarijs atq; alijs qui creditur non alia bona possidere, q̄ illicitè acquisita, huiusmodi contractus inire. Si tamē vendat, dum modò id non fiat in fraudem, arbitror secūdum ius naturæ contractū firmum esse emptorem q̄; in conscientia nullatenus teneri ad restitutionem: nam venditor etsi rem vendidit, pretium tamen recepit, quare nihilo minùs in bonis habet: & potest ex illo pretio soluere vsurarū debita, sicut poterat ex re ipsa. Itaq; ad irritandum contractum, eō conijciendus est oculus vtrùm per ipsum vsurarij substantia minor fiat, q̄ quę soluendis debitis sufficit. Et patet hoc modo ratio nostra. Facit vsurarium non ampliorem habere pecuniam, q̄ est suum æs alienum: si tunc illi vendo meum fundum, cōtractus est firmus: quia tantum habet in rebus quantum habebat in nummis. Si ergo iterum ego eundem fundum eodem nūmo redimam, cur contractus eâdem ratione non sit solidus? Ius quidem ciuile forsan, quia fraudē præsumet, illū rescindet: sed tamen illo secluso non est cur cōscientiam remorset. ¶ Hinc protinùs facilis est descensus ad fœneratorū hæredes. Ad illos enim non tantùm obligatio realis deriuatur, verùm & personalis defuncti. Non solùm inquā dum in hæreditate res eædē permanent, quæ veluti pretium vsurarum acquisitæ fuerant, tenentur easdem propter obligationem realē, quæ cum ipsis migrat, dominis referre: verùm etsi nihil illarum supersit, sed tamen defunctus aliquid vnde debita soluantur in alijs legitimis bonis reliquerit, tenentur restituere quicquid ille debebat, propter personalē obligationem: eò q̄ eius loco subrogantur. Tenentur inquam in conscientia, si bona debitorum summam adæquent. Alioquin satis est si totam hæreditatem restituant. In foro autem exteriori, si hæreditatem acceptarent, cogerentur in totum: nisi forsan scriptorum præcisè bonorum se hæredes pronuntiassent. ¶ Reliqua iam demum fit dubitandi ratio vtrum hę redum singuli in solidum teneantur, an dunta xat pro quota assis. Sunt enim & de hoc inter iuris Doctores placita diuersa. Iit Syluest. arbitratur in verbo, vsura. 6. §. 10. se satis respōdisse q̄ secundùm illam opinionem quæ tenet omnia bona vsurarij esse obligata vsurarum debitis, vnusquilibet tenetur in solidū: si verò non sunt obligata, quilibet tenetur pro rata. At verò distinctio hæc parùm ad rem facit. Nam, vt suprà monstratum est, cuncta vsurarij bona obligata manent, siue reali siue personali obligatione. Et ideo sic potiùs censendum, quod res illæ quæ pretium fuerunt vsurarium, à quibus hæredum possideantur, reddendæ sunt domino. Et tunc cæteri cohæredes tenentur illi refundere pro ratione suæ portionis. Si autem sint alia bona, arbitror neminē teneri nisi pro quota assis: vt qui hæres fuit ex semisse, teneatur de vsurarum medietate: & qui ex triente, de tertia, & cęteri similiter de sua cuiusque portione. Et ratio est: quia personalis obligatio non transit in hæredes nisi ratione hæreditatis: ob idque obligatio dispertitur secundùm portionem hæreditatis cuiusque. Et hoc sentio etiam si bona illa, vsuraria pecunia fuerint empta. Et hæc de restitutione eorum quę per realem vsuram acquiruntur. ¶ Restat autem de vsura mē tali respōdere vtrum obliget ad restitutionem: vt cap. consuluit. de vsur. definiuit Vrban. 3. Et in primis ex superioribus constitutum supponamus, vsuram mentalem esse, quando etiā nullo præcedenti pacto aliquid speratur ratione mutui recipiendum. Nam quando duntaxat ratione beneuolentiæ speratur, nunquàm contrahitur vsuræ contagium: siue illa sit principalis intentio, siue secùs. Hoc nanque iam suprà satis non solo testimonio sancti Thom. sed clara ratione monstratum est. Secundò suppo nendum est, vsuram mentalem, licèt semper peccatum sit cordis, nunquàm tamen obligare ad restitutionem nisi dum re vera subsequitur vsuræ receptio. Quin imò etsi pactum interueniat & mutuator iniquè cōtendat vsuras exprimere, nisi recipiat, nulla emergit restituēdi obligatio: quia nihil debetur nisi Deo in satisfactionem pro culpa. Igitur cap. consuluit. vbi restitutio iubetur vsuræ mentalis, hoc pacto intelligendum est. ¶ At verò nondum per hæc satis liquet eiusdē textus intellectus. Haud enim desunt qui censeant mentalem vsurā neminē restitutionis vinculo innodare, nisi eum qui prauam suam mentem alteri insinuauerit. Imò Scot. in. 4. dist. 15. q. 2. artic. 2. id videtur sentire. Ait enim quòd animus sine vllo pacto verbali vel alio signo æquiualenti ostendente debitori q̄ mutuās nō mutuaret sine spe lucri, non facit illum recipientem sine pacto habere alienū: & ideo nō tenetur ad restitutionem. Et eiusdem sententiæ apparet esse Richard. eadem distinct. artic. 5. q. 5. vt puta si vsurarius, vt habetur in eodē cap. parabolam iuramenti, hoc est chiro

De hæredibus fœneratorum.

Dubitatio.

Syluester.

Venditio facta ab vsurario valida est secundū ius naturæ.

Secundo.

Scotus.

Primū fundamentum.

Quadruplex tertia.

Ratio præcedentis.

Satisfit obiectioni pro parte.

Sententia Scoti, quibusdam probabilis.

Richardus.

est chirographum debiti reddere recusset quoscūq; aliquid vltra sortem ei supererogetur. Et facere pro Scoto videtur Gregor. in Registro. Et habetur. 1. q. 2. c. sicut, vbi ait, eius oblatio, scilicet mutuatarij, nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. Porrò autem hæc opinio, vt apud autores tacet, nulla probabilitate viget. Nam qui prauitatem sui propositi insinuant, nō mentales, sed reales vsurarij censendi sunt. Quādoquidē licèt pactum non ineant expressum, insinuant tamen tacitè. Quare in dict. cap. consuluit. scorsum mētalis vsurarius secernitur ab eo qui mētem suam illo modo significat. Item ratio est manifesta vt etiam sine tali significatione vsura obliget ad restitutionem: nam quanuis tuā auaram mentem celes, tamen dum scis alterū ratione mutui tibi dare, tunc planè intelligis dationem illius non esse liberam donationem, sed fieri pro illo quod non est pretio dignum, ac perinde retines alienum inuito domino.

¶ Vt ergo res hęc lucidè pateat, notandum est quatuor modis posse contingere receptionem fœneratoris à mutuatario. Primò: si mutuator intēdat ratione beneuolentiæ recipere, eodēq; modo recipiat: tūc enim planū est nullū contrari vsuræ peccatum: tantum abest vt vlla exigatur restitutio. Secundò. Si intendit recipere causa mutui, & re vera ita recipit: & hoc, licèt nullum interueniat pactum, neq; intentionis significatus, citra controuersiam, peccatum est restitutioni obnoxiū: tum propter rationem proximè factam: tum quia expressa est determinatio dict. c. consuluit. ¶ Vnū tamē offendit me dubium circa capituli verba. Habentur nanq; ibidem hæc: Si nō aliās mutuò esset traditurus. Ex quibus verbis omnes colligunt q̄ intentio secundaria vsuræ non obligat ad restitutionem, sed duntaxat primaria & principalis. Videlicet si tu nō mutuares nisi ob eiusmodi spem & intentionem: nam si etiam sine illa mutuares, aiūt hoc licēre: quia hoc est sinistrū, vt aiunt, oculum habere ad lucrum. Attamen profectò intelligere hoc non possum. Enimuerò quāuis sine tali spe mutuares, ita vt hæc tua non sit principalis intētio, tamen posteà dum recipis, nouēris alterum tibi dare ratione mutui, profectò recipere tibi nō licet. Sed esset peccatum nexu te implicans restituendi: quia recipis quod neq; est tuum, neque ille gratis dat. Quare non aliter percipio secundariam intentionē capitulj, excusante à restitutione, quàm dum nullo modo mutuo, vt ratione mutui aliquid recipiā: sed gratis: licet cogitatio obrēpat quòd mutuatarius supererogabit mihi aliquid: quod tū egò sum certus nō recipere nisi gratis contulerit. Alioquī quāuis secundaria intētio esset recipiendi ratione mutui, esset delictū cordis. ¶ Tertio modo potest fic lucrum contingere, q̄p fœnerator non putat se recipere vltra sortem ratione mutui, sed fortè ratione beneuolētiæ: nihilo minùs alter dat mutui causa. Et tunc fortasse quispiā cēnseret nullam emergere restitutionis obligationē: quia illa intentio nullū fuit peccatum. Nihilo minùs discernenda moderandaq; est hæc sententia: nam quādiu iste crediderit accepisse ratione beneuolentiæ, & à culpa & à restitutione est liber. Attamen cùm primùm resciuerit mutuatariū non dedisse nisi ratione mutui, tenetur sub reatu peccati mortalis reddere. Et ratio est, quòd iam inde agnoscit non fuisse gratuitam dōnationē. At verò quia obligatio non nascitur ratione acceptionis, sed ratione rei acceptæ, non tenetur restituere nisi id quod illius possidet, vel quo factus fuit ditior. Itaq; si quid bona fide cōsumpsit, putāns esse suū, non debet. ¶ Quarto modo cōtingere potest quòd mutuator corruptam habuit intētionem, sed tamen alter nō est largitus nisi gratis ex liberalitate. Et de isto mēbro sunt opiniones diuersæ. Nā Hostien. & Panormita. in cap. cōsuluit. de vsuris. & glos. cap. fina. de simonia, & Ioan. Andre. in Mercur. regul. pactum. affirmant obligationē inde exurgere restituendi. Et ratio eorū est, q̄ cùm illa intentio sit peccatū, receptionē vitiat, ac perinde quicquid recipitur, restitutionis debito implexū est. Et intelligūt etiā dum cōstiterit alterū dedisse benevole. Nam dicūt q̄ restitutio tunc nō est faciēda illi, postq̄ gratis dedit: sed pauperibus ratione peccati. Nihilo minùs in hac opinione nihil prorsus, phabilitatis inestire eā est clara. De peccato inquā in primis cogitationis, nulla est dubitatio. Secundo neque de hoc ambigendū, quin quandiu mutuator habeat conscientiam, alterū ratione mutui dedisse, teneatur ad restitutionē. non quidē simpliciter, sed ratione errātis conscientiæ: pro eo quòd putat se retinere alienū. Et hactenus rectè dicūt prædicti authores. Attamē quòd à parte rei teneat, falsum est. Et ideo vbi constiterit alterū nō dedisse ratione mutui, sed gratuitò, quanq̄ deprauatissima intentione illud receperit, nullo implicatur restituendi nodo. Et hoc manifestè probatur. Restituendi obligatio ex nulla alia insurgit causa quàm ex dāno alteri dato: hoc enim nomē ipsum aperit. Est enim restituere, alterum in suum ius statuere: quando verò mutuatarius ob meram beneuolentiam quidpiam confert, nullum accipit dāmnum, nec depulsus est à iure suo

Hostienſis. Panormita. Glossa.

Ratio prætermissæ opinionis.

Autoris iudicium.

Ratio dicti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re suo: ergo alter nihil ei debet. Nam lucrum quod fœnerator acquisiuit, restitutionem non inducit: aliàs quod donatum tibi est, reddere obligareris. Deinde arguitur. Dum ego rē meam ab altero eripio, quam arbitror esse suā, etsi tunc corde furtum committā, tamen si posteà mihi innotescat, rem esse meam, nullo restitutionis reatu teneor. Imò verò quamuis sua ipsius fuisset, si postmodum notū mihi faceret dono mihi dedisse, profectò religatus essem iugo restituendi: par autē ratio est in proposito. Illi ergo mutuatario nihil debebatur. Si autem illi nihil debetur, multò minùs pauperibus. Restitutio nanq;, vt iam suprà dictum est, non cedit in ius pauperum, nisi vel quando copia creditorum haberi non potest, vel quando datio ipsa iure condemnatur, vt in simonia: datio autem illa beneuola nullatenùs est prohibita. Dicere autem quòd mala intētio sit digna illa pœna, vt vsurarius eleemosynam egenis eroget, profectò nullo fulcimento connititur. ¶ Ex his ergo collige solam receptionem ratione mutui atq; omnem in vniuersum, siue intentio primaria fuerit, siue accidentaria, obligare ad restitutionē. Igitur quando dixit Gregori. oblationem mutuatarij non ingerere culpæ maculam si ex fœneratoris petitione non processerit, intellexit, quòd non impingit eidem fœneratori labem, si neque petit neque scit in pretium sibi propter mutuum rependi: nam dum sciens & prudens illa causa recipit, eōdem recidit ac si peteret. Et sic glossare debet Scotū, qui eius susceperit patrocinium. ¶ Porrò verò postremum hic dubium dissimulandum non est: quippe quod multorum ingenia torquet. Videntur enim præfatum caput, consuluit. de vsuris. cap. mādato, quod est finale, de simon. secum pugnare. Nam cap. hoc, vt expositum est, vsurarium mētalem nexu restitutionis perstringit. Illud verò de simon. ait quod simoniacus affectus, nullo intercedente pacto, per solam pœnitentiam diluitur, neque ad resignandum beneficium obligat, quod tali affectu susceptū est. Et tamen quicquid in tēporalibus vsura est, fit in spiritualibus simonia. Imò grauius est simonię crimen. ¶ Adrianus in illa. q. de vsura, hoc cōstituit discrimē, quòd cùm restitutio simoniaci pretij faciēda est ecclesiæ, Papa potest illam remittere: secùs autē de vsura. Hæc autem solutio nulla est prorsus: quoniam Papa illic nullam facit debiti relaxationem: sed tantum de iure interrogatus respōdet. Docet ergo nullam esse necessariam resignationem. Alij dicunt quòd cap. consuluit. loquitur in conscientia, qua quisque tenetur vsuras restituere: sed cap. mādato. loquitur tantùm in foro exteriori: quòd scilicet simoniacus mentalis non compellatur in foro exteriori resignare beneficium. At verò neq; hoc satisfacit. Nam etsi in humano tribunali non cogatur, deberet ipse nihilo minùs in conscientia resignare: & tamen Papa illic pacatas curat conscientias per solam pœnitentiam. Panorm. & reliqui in illo cap. complures. cōmentantur glossam. Arbitror tamen quòd quam cōtestātur litem, nulla est. Etenim caput illud, mandato. fortè nihil aliud sibi vult quàm, q̄ si quis obliquia vel munera episcopo obtulit ea intentione, vt illorum intuitu & interuētu obtineret sacerdotium, posteà tamen rescisit collatum sibi fuisse non ratione munerum, sola pœnitentia deletur sibi præterita culpa: non tamen resignare tenetur: quia revera collatio non fuit simoniaca. Sin autem sibi constaret collationem factam propter munera, forsitā necessaria esset resignatio. De hoc tamē lib. 9. in loco proprio examinatius. ¶ Post hæc demum dicēdum supereſt de fœneratorū cooperatoribus, an teneantur etiam ipsi restituere ratione acceptionis: quanlibet vsurarum nihil apud ipsos fuerit. Quales sunt eius factores & ministri. At qui in initio statim quæstionis statuitur regula. ¶ Quicunq; verè est causa, vt quispiam per vsuras alterum lædat, tenetur in integrū ad restitutionē. Est enim regula iuris, quòd qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. Estq; par ratio ac de concurrentibus cum fure. Nam cùm secundùm Paulum ad Roman. 1. non solùm qui faciunt, sed qui facientibus consentiūt digni sunt morte, multò iustiùs qui re vera in causa sunt. Causa autem illi cum primis existimantur, qui mutuatarios ad soluendas vsuras compellunt, vt si principes in hunc errorē collaberentur, ac subinde iudices: etiam dum principum iussu id auderent: tales enim leges manifestariam haberent iniquitatem. Et pariter aduocati, & pariter quotquot in tale iudicium cōcurrent, ad restitutionem tenerentur. Pari modo proxenetæ & intercursores qui fœneratarios disquirentes inter ipsos ac fœneratores fœnorum pacta conficiunt. Nā isti verissimè sunt causa. Item consultores, vt si quis filio vel amico persuaderet vt tale iniret viuēdi institutum, profectò perinde teneretur restituere, ac si latroni consilio faueret. Hoc dixerim propter quosdam qui putāt cooperari vsurarijs ad mutuandum, nō injicere restitutionis laqueū, sed cooperari ad suscipiendū lucrū. Nam profectò si ex mutuo sequitur lucrum, eadem est vtriusque ratio. Consulere autē mutuatario vt soluat vsuras, neq; culpa est, neque ad restitutionem obligat: quia vsuras soluere non per se vetitum est. ¶ De ministris autem non est facilè iudicare. Agentes enim quos vocant & factores, quibus vsurarij sua negotia committunt, quiq; illorum pecuniam fœnori dant, omninò tenentur ratione acceptionis. Hæc omnia intelligūtur si vsurarij non restituunt: & ipsi soluendo sunt. Tamē si dū vsurarum nihil in vsum istorum venit, consilium est vt dent pro sua virili operā qualiter vsurarij restituant. Quòd si nō profecerint, arbitror esse casum conueniendi creditoris, à quibus obnixè vel debitorum vel partis remissionem deprecentur. Est enim tūc misericordiæ locus maximè, si illis ex aliqua ignorātia peccārūt. ¶ At postquàm de ignorātia incidit sermo, animaduertendum est, quòd si huiusmodi administros ea cōtingeret ignorantia teneri, quæ prorsus ab omni eos culpa perpurgaret, nullo posteà colligarentur restitutionis nexu. Nam cùm restitutionis obligatio non nisi ratione, vel acceptionis, vel rei acceptæ excurgat, si acceptio nulla fuit culpa, & res apud ministrum non manet, omnis cessat obligatio: veruntamen crimen est tam apertū, vt neminem possit ignorantia in totum excusare. Nisi forsan in nonnullis casibus, quorum sunt grauium Doctorum opiniones diuersæ. Tunc enim quem cōscientia in contrariū non remorderit, auscultare Doctoribus poterit qui bonæ sunt autoritatis. ¶ Præter hos nominatos sunt alij administri, qui propriè non cēsentur esse causæ: veluti famuli qui pecunias portant & seruant. Erat, verbi gratia, mutuatarius soluturus: mittit fœnerator per famulum ad petendum & tradit alteri ad custodiēdum: illi non propriè sunt causa neque restituere tenētur. Imò credo neq; amanuenses qui in cōmentarios rationes dati & accepti referūt. Nā isti tantum memoriæ subseruiunt. At verò de publico scriba cuius instrumentū fidem facit, paululo sanè maior est dubitandi ratio. Nam ille publica fide pactum firmat quod vera est vsuræ causa. Et ideo saluberrimum esset consilium talia pacta non subsignare. Imò, si vigore illius instrumenti posteà alter condemnaretur, non esset tabellio immunis à restitutionis debito. Quamuis cum tales vsurariæ lites non admittātur in forū, nō tantū inde imminet periculū. Nisi tabellio fraudē sciens, instrumentū vsurariū sub tacita nequitia subsignaret. Vt, si mutuū erat mille ducatorū, & cētum vsurarū, fidē faceret mutuatariū mutuo recepisse mille & centū. Tunc enim reus est restituendi. ¶ Reliqua quę de restitutione adhiberi hīc possūt, nō sunt hoc genus restitutioni propria, sed aliis simul communia. Tenetur enim vsurarius de dānis quę mutuatarius propter vsurarias solutiones accepit. Item fieri potest vsurarum recompensatio. Vt si ego à te eundem vsurarum numerum recepi, quem tu ex me per simile iniuriam extorseras, neuter restat alterius debitor. Imò cap. quia frustra. de vsuris. non permittitur ille qui vsuras soluit, repetere antequàm ipse quas accepit persoluat. Ad hæc si neque creditoris copia, neque hæredum haberi potest, pauperibus facienda est restitutio: vt Alexand. 3. statuit, cap. cùm tu. de vsur.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm liceat mutuo pecuniam accipere sub vsura.

VM dare mutuū ad vsuras peccatum sit, & mutuatarius causam eidem malo dare videatur, meritò subinde interrogatur vtrum liceat mutuo pecuniam accipere sub vsura. Arguitur enim à parte negatiua. Pari iure condemnat Apostolus ad Rom. 1. eos qui malefactoribus cōsentiunt, atq; ipsos qui malefaciūt: qui autem mutuum sub vsura accipit, non solùm vsurario crimini consentit, verum & occasionē præbet, ac perinde scandalum dat: ergo vndequâq; peccat. ¶ Secūdò. Si hoc genus necessitas acceptionem excusaret, sequeretur & excusare quoq; posse, vt quis pecuniā suam in depositō penes vsurarium collocaret. Nam æqualis esse posset necessitas: hoc autem à crimine nullatenùs excusatur: nam perinde esset atq; gladium furioso committere, aut impudico virginem: ergo neq; licitum est mutuum sub fœnoris vinculo suscipere. ¶ In cōtrarium autem est philosophus. 5. Ethico. vbi docet iniuriam pati non esse delictum, sed facere: mutuator autem iniustitiam irrogat petenti mutuum, si eum fœnore morsicat: alter verò tantùm patitur.

AD quęstionē duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Eum qui paratus nō est fœnori dare, nemini licet inducere vt fœneret. ¶ Posterior. Ab eo qui paratus est fœnerato mutuare, licitū est mutuari sub fœnore. Ambæ simul cōclusiones vna bimēbri ratione cōprobātur. Inducere quēpiam ad malū, nemini licet. Præcipuū enim genus cooperandi ad malū, est ad illud mouere & excitare: cū ergo fœnerari malū sit, nemini in tale propositum quod ipse non habebat cōijcere potes. Attamen

Primum argumentum.

Secundum.

Aristo.

Prima conclusio.

Secunda.

Ratio vtriusq; conclusionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men vti alterius peccato in bonum,nihil absur di habet. Nam & Deo hoc est in vsu. Vtitur enim peccatis nostris in bonum ,vt in Enchirid. Augustinus. diserte docet Augustinus. Vnde idem facer autor ad Publicolã: Qui vtitur,inquit, fide illius qui per falsos Deos iurat, nõ ad malum,sed ad bonum:non peccato illius se sociat quo per dæmonia iurauit, sed facto eius bono, quo fidem seruauit: si tamen induceret eum ad iurandum per falsos Deos peccaret. Subiũgit diuus Thom. exemplum Hierem.41.decem virorum qui vt vitam ab Ismahele redimerent qui eos volebat occidere,thesauros suos ei obtulerũt. Quocirca veluti dum quis incidit in latrones,licet iniuriã ab illis patiatur volentibus eum trucidare,ipse tamen offerens aurum quo vitam redimat, nõ est prodigus:sic censendum de illo qui vt suæ necessitati prouideat mutuum accipit fœnori obnoxium. ¶Hic autem dubia nõ desunt mi Dubium. 1. nime prætereunda. Primũ est vtrum sine vlla prorsus necessitate ab vsurario fœnerari, peccatum sit. Videntur enim diuus Thom. hoc affirmare: dum non aliter huiusmodi mutui acceptionem excusat, quàm dũ fit ad subuenien Solutio. dum necessitati propriæ vel alterius. Hoc autẽ facilimæ solutionis est. Enimuerò ille qui vel nulla,vel non iusta necessitate adductus fœnerato mutuatur ab eo qui paratus est, non alio peccato delinquit,quàm prodigalitatis:quæ genere suo nõ est mortale. Potest enim quisq; citra peccatum mortale sua prosundere. Attamẽ ex circunstantijs fieri potest mortale. Nempe si familiam habet alendam & proles quibus debet in posterum prospicere: vel si esset Anti- Scisitatio. stes qui scandalũ daret. Quòd si sciscitet is,quænam ergo necessitas ingruere debet vt prorsus Solutio. culpam absoluat? Respondetur non esse necessariam ita multum grauem, sed satis esse vt occurrat decentia status, & ornatus personæ: vt si magnates ad Torniamimis apparatum & ad similes celebrandas festiuitates sub fœnore mutuẽtur, non est peccatum. Quin verò si ob meram voluptatem facerent, non esset nisi veniale. Tamet si etiam in hac magnatum classe fieri contingat mortale: vt puta dum hac ratione ingens contrahunt æs alienum in grauissimum liberorum detrimentum. Mox & inde arbitror grauiter peccare,quòd fomenta vsurarũ subministrant, causaq; sunt vt omne genus mercaturæ desaturr, vertaturq; in vsurarium Scrupulus. quæstum. ¶Vtrum verò liceat mutuum sub fœnore accipere ad exercendam mercaturam vel alias licitas negotiationes ineundas, fertur Solutio. diuus Thom. Florentino mercatori respondisse peccatum esse; attamen non est genere suo mortale. Imò verè forsan quandoque nullum. Etenim dum quis non aliam instituere valeret rationem viuendi, non video cur non posset fœnebre mutuum petere quò illa arte sibi suisque prouideret. Veruntamen hoc tacendum in præsentiarum non est, quod in perniciem reipublicæ in dies ire pergit. Ingentẽ enim hominum turbam videas qui nihil in bonis habẽtes, vt alias effugiant mechanicas artes, nacta à fœneratorum facilitate occasione, sub vsuris mutua corradunt quæ negotiationi exponũt. Et de repentè mercatores prodeuntes lautiorem vitam instituũt. Qua ratione & luxu breui suam inopiam produnt, & fracta creditoribus fide reclamant nõ esse soluendo. Hi profectò tanq; publica pestis essent arcẽdi,& ceu publici latrones existimandi. ¶Hęc autẽ specialis ratio vtẽdi in bonum alieno peccato ad id nos euocat generaliùs perscrutandum,vtrum vide- Dubium licet in alijs quoque materijs pariter liceat. Et Solutio. respondetur per hãc regulam, quotiescunque in quod petitur tum iustè fieri potest, tum & bona de causa petitur, quãquàm scias alterum perperam facturum,licet tibi tuo vti iure. Exẽplum est in re præsenti, dum mutuum ab vsurario petis,id tantum postulas, quod ipse possit tibi absq; fœnore præstare. Igitur li beneficium tibi fœnerat,sua est non tua culpa. Similiter in exemplo Augustini Dum ab infideli iuratam exigis fœderis conuentiue fidem, licitè ipse possit per Deum verum iuratam præstare:si autẽ, per falsos iurat, suæ impietati tribuitur. Veruntamen si id quod flagitas præstari ab altero iustè nequit,petitio tua iniqua est. vt si ab amico peteres vt quò tuis prouideret sumptibus furaretur: aut quò tuã iniuriam vleisceretur,inimicum tuum vulneraret. Tametsi hãc regulam non vsq; adeò vniuersalis veritatis arbitror,quo minus exceptione citra violentiam patiatur. Etenim qui à misero prostibulo statopretio turpẽ consensum petit, non est alius criminis cõdẽnandus q̃ simplicis fornicationis: quippe cùm id genus mulierẽ nõ censetur ille mouere: quãdoquidẽ ipsa est quæstui paratissima. Secùs si honestã solicitaret. ¶Hinc rursus Dubiũ 2. ad rẽ proximè gradus sit ad aliud dubiũ exa- us. minandum,quod grauius est:vtrum liceat minus malum ad peius euitandum consulere. Videlicet sicuti licet mutuum petere sub vsuris vtendo alieno peccato in bonum:ita sit decens dissuadere alteri nè occidat: quod bonum est, persuadendo vt mitiorem vindictam sumat. Visus enim est hic Caietan. hoc negare, quod Caietanus nos tamẽ super.3.c. ad Rom.obiter & quasi aliud agẽtes affirmauimus, Quapropter constituimus

tuimus rem hîc presiùs enucleare. Et à parte Contra af- negatiua militare videtur primùm omniũ sen- firmatiuã. tentia Pauli loco citato: Non sunt facienda mala,vt inde eueniant bona. Nam cùm consulens causa illius rei sit quam consulit, fit vt qui minus malum consulit, idem censeatur facere: & cum euitare maius malum quædam sit species Confirmatio. boni,vt.5.Ethico-cap.1.author est Aristot.cõ- Primum. sequens apparet vt cõsulere minus malum ad euitandum peius, idem sit quod facere malum Secundum. vt inde eueniat bonum. ¶Item alteri non licet malum vllum facere,vt peius euitet: ergo neq; Tertium. tibi idem ei consulere. Et confirmatur. Si tibi fas esset tale consilium alteri præbere, nõ esset nefas tibiipsi idem assumere: quare liceret tibi facere malum vt peius caueres: quod est absurdum. Præterea consulere minus malum, est in- Quartum. ducere ad malum:at sanct. Thom. hîc vniuersim negat licitum esse inducere alium ad malũ: ergo nefarium est tale consilium. Ad hæc secundum regulam positam non licet ab aliquo Minor. petere id quod licitè ipse præstare nequit: sed nemo minus malum facere licitè potest: ergo neque hoc est licitum ab aliquo petere. ¶His tamen non obstantibus arbitror documentũ esse non solùm iustum, verum,& salutiferum, si res perspecta consideratione versetur. Enimuerò quia res moralis est, debet casus in eas angustias perstringi, vt cui tale consilium dederis, constitutissimum habeat, certissimusq; sit grauius scelus perpetrare: ita vt nullo non moto lapide, nulla fiat reliqua via diuertendi induratum eius animum ab illo proposito,nisi mollius inclinando in aliud, vbi virus euomat. Enimuerò etsi amicum tuum certis conieturis crederes cras commissurum adulterium, quod nondum constituit, nihilo minùs nefas esset persuadere modò illi fornicationem, qua calorem restingueret. Neq; si haberet corruptam naturam in alterum sexum,licitum esset ad euellendum illum habitũ persuadere illi cõuersationem cum fœminis. Nam ad præueniẽdum malum propositum, seu ad compescendumcorruptum habitum, non licet hominem in alia inclinare vitia. Est enim regula Aristot, 2. Ethic.c.9.eum qui delinquit in vnum extremum, inclinandum esse in alterum:sed tamen intra virtutis lineam. Igitur consulere minus malum non licet, nisi ad conuellendum animũ qui actu, firmoq; proposito infixus est in malum. Fac ergo vnum hominem constitutissimum habere alterum trucidare, & accinctum esse operi:cui,vt dissuaderes nullam præteristi rationem. ¶Quod huic ergo consilium præbere possis, vt mitiore læsione virus expuat, arguitur sic. Illud consilium habet bonum obiectum & finem absque siniſtra vlla circunstãtia:ergo est bonũ. De fine nullum est dubium: cùm sit homicidium euitare:sed & de obiecto idem probatur. Illud siquidem non est, vt aduersarij falsò putant, simplex illud remissius in commodum:puta,cæde eum fuste, aut alapa, aut quid simile: sed hoc cõditionale, si alterum certus es facere, nempe aut occidere aut leuiùs vulnerare,citius hoc fac: hoc autẽ obiectũ bonum est & rationi consonans. Nam vt Topicorũ regula habet, Ex duobus malis minus est eligendũ. Quod vniuersim,etiam in malis culpæ verũ obtinet:vt Gregor.13.distinct. cano. Gregorius. Nerui.perspectè docet. Quapropter cùm consulens duorum malorum minus, nihil aliud q̃ electionem illam suadeat, nihil committit, sed bonum consulit. Sed arguis:saltem non licet illud minus malum absolutè consulere. Distinguitur de, absolutè. Si enim intelligas extra talem casum, conceditur. Attamen casu quo ille certissimus est cõmittere grauius malũ, quod illi dissuadẽdo persuadere nequis nè faciat,quãuis comparationem non exprimas, sed alterũ minus consulas,semper subintelligitur comparatio: scilicet si alterum facturus es. Secundò Secunda ratio. id etiam elucidatur:Si illud consilium, malum esset, inde maximè quòd per illud alter inducitur ad peccandum. Quòd autem id falsum sit, probatur. Nemo inducit alterũ ad illud quod alter apud se habet constitutissimum facere: ille autem constitutum habet malum aut hoc aut illud facere: ergo consulens non inducit vt malum faciat:sed vt faciat minus malum: Nulla ergo est consequentia. Dimoueo illum à peiori,inclinando ad minus malum:ergo induco ad malũ. Imò in tali casu inducere eum ad minus malum,est inducere ad bonũ. ¶Tertiò ad Tertium. hominẽ arguitur contra Caietanũ. Fatetur nãque licitũ esse in tali casu proponere illi materiam minoris mali. Fit ergo inde,vt licitũ sit eãdem ei declarare materiã:puta q̃ mitiùs potest vulnerare hostẽ, atq; illo modo suũ explere animũ,suoq; honori satisfacere,meliusq; sibi cõsulere,& maiora cauere pericula:sicut Loth exposuit filias nefandis Sodomitis, quo caueret hospitũ abusum:hęc autẽ materię ppositio(vt eius vtamur verbo) planè cõsilii est & finis. Nã quomodò aliquid aliter cõsulas q̃ explicãdo rationes quibus alter moueatur? Quin verò & hoc est inducere. Porrò ergo figmentũ est, perparum ad mores referẽs, concedere quòd licet proponere materiã minoris mali, & tamẽ negare consulendi licentiam. Quare Loth, nõ solum exposuit filias,sed ait, abutimini illis.

Et di-

Prima ratio præteritæ assertionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et dicere quòd illud fuit tantùm permissio,'est contra verborum schema, quod apparet plus quàm consilij. Quapropter posteà in sua Summa,verbo, tyrannis.concedit planè quòd licet consulere minus malum ad euitandum maius. Igitur vel putauit non sibi contradicere. Nam 2.2.ar.præsenti nunquàm negauit licere consulere minus malum,sed licere inducere ad minus malũ. Et forsan aliquid discriminis cõmentus est inter consulere & inducere, quod ego non penetro. Vel fortè emẽdauit sententiam.

Adrianus. Et Adria. quol. 1.quæst.2. nostram amplectitur. Sed dimissis huiusmodi autoribus qui citra disputationem & examen simpliciter loquuntur,extat sententia Augustini in libr. Quæstionũ super Exod.& refert.33.q.2. cano.si quod verius. vbi de coniuge adulteræ loquens ait: si facturus est quod non licet, vel dimittere, iam faciat adulterium, & nõ faciat homicidiũ,

Chrysost. Estq; expressa sententia Chrysost.hom.27.ad populũ: vbi admonet cõsulendum esse illi qui assuetus est iurare vt iuret per caput suũ, ne iuret per Deũ. Et ex Gregoriano cap.citato. Ner

Ad primum argumẽtũ. ui. idem colligitur. ¶ Vnde ad primum argumentorum in contrarium, concesso non licère fieri mala vt inde eueniant bona, negatur inde consequi quòd liceat consulere minus malum: nam talis consultor,vt dictum est,licèt sit causa minoris mali,non ideo est causa mali. Est enim fallacissima consequentia. Imò est causa electionis bonæ: quandoquidem eum qui infixus est scelestiori proposito, deflectere ad

Adsecundũ. remissius,vere est bonum. Et perinde respondetur ad secundum. Haud enim sequitur: Alteri non licet facere minus malum: ergo nec mihi licet consulere. Ille nanq; cùm in sua habeat potestate neutrũ facere,alterutrum faciat, reus est:mihi verò quia facultas non suppetit dimouendi illum ab vtroq;,iustum est, minus consulendo à grauiori diuertere. Atq; inde fit cõsequens vt ego nõ possim mihi sumere simile consilium:nã semper in mea est potestate duo

Ad reliqua argumenta. bus delictis oblatis,vtrunque cauere. Et quantum ad alia argumenta iam ostensum est, consulere minus malum non esse inducere ad malum,imò ad bonum. Atque adeò nec talis consiliarius petit id quod alter præstare iustè nequit: nam absolutè non petit nisi vt grauius malum non faciat: ob idq; sua culpa est si acquiescere non vult, nisi in alterum impingendo malum. Cuius simile est,mutuũ petere sub

Corollariũ. vsuris. ¶ Ex his ergo colligito nemini licere minimum veniale peccatum facere ad euitandũ immanissimum malum in altero. Est enim cõtradictionis implicatio, malum esse & licere. Neque licet id vni tertio consulere. Quapropter dum mihi tyrannus mortem comminatur,potiùs debeo permittere homicidiũ quàm vt mentiar. Neq; ad euitandum grauissimum adulterium in iuuene liceret mihi secũdam aliã viro solutam inducere vt illam cognoscendo, ab adulterio declinaret. ¶ At verò de Loth nõ-

An Lot debuerit filias deliquere. dum per hæc quæ dicta sunt planè constare potest,veniãtne eius factum excusandum. Porrò Ambrosi.32.q.7.can.offerebat.videtur eius zelum excusatum habere. Et Petrus in secũda sua Canonica eum appellat iustum. Licet inde non fiat cõsequens, vt in illo singulari actu nõ deliquerit. Tametsi etiã sit probabile eum peccasse. Nihilo minùs si factum natura sua perpẽdas, profectò nullatenùs licitum fuit, nisi ignorantia illud excuses. Haud enim prudens fuit consilium, sed res indecens. Et ratio est quòd cùm illi incumberet suarum filiarum cura,atq; adeò paterno iure teneretur earũ custodire pudorem, nõ debuit illa via peiori malo obstare. Nam iam dictum est neq; minimum tibi peccatum licére ad euitandum in altero grauissimum. Secùs si consulendo dixisset, sunt in vrbe virgines fœminæ, quibus vestram potestis libidinem offerre. Quapropter excusatio quã ei prætexit hîc Caieta.dicens quòd tantùm expossuit materiam minoris mali, dupliciter mihi apparet deficiens. Primùm quòd re vera fuit inducẽtio. Abutimini enim, inquit, eis. Deinde q; neq; illa propriarum filiarum expositio eum decebat. Glossa ergo illius loci Genes.19. quæ Augustini est,& refertur.14. distin.can. quod ait.non cõsilio tribuit quod fecit Loth,sed animi perturbationi: quæ partim eius culpam extenuauit. An verò prorsus excusauerit, perpendum est secundùm scientiam quam hominum illius seculi tenebantur habere.

Augustinus. Quæstiones Loth. 2. cauillatio.

Ad primum argumentũ principale.

SVpereſt ergo tandem ad argumenta partis negatiuæ principalis quæstionis respondere. Et quidem primi solutio satis ex superioribus liquet. Negatur enim, cum qui sub vsuris mutuum accipit, vsurario consentire: tantum abest vt causam illi vel occasionem peccandi porrigat. Etenim cùm ipse sit paratus facere, minimè eum petens mouet: vt modò de consulente minùs malum dicebamus. Atque adeò ipse est qui scandalum dat: secùs si paratus non esset. ¶ Ad secundùm verò eo pacto respondetur,quo superiùs de illis dictum est qui cõmercia cum vsurarijs ineunt. Si vsurarius inquam nullam aliam crederetur habere substantiam huius mũdi quàm vsuris acquisitam, profectò nemini liceret pecuniam suam apud illum deponere: nam perinde tunc esset ac si tuum esset

Ad secundum.

Cajetanus.

propo-

positum vt tuam quoque pecuniam fœneri daret: quod quidem propositum, iniquũ est. Si verò copiosiorem pecuniam habet, licet tibi sana mente tuam apud illũ custodiendam deponere.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm Mons pietatis, vsurarius sit.

Quid mons pietatis.

HVic quæstioni adhibẽdum articulum duxerim de Monte pietatis, qui sub forma mutui vsuræ labem contrahere videtur. Dicitur enim mons pietatis cumulatus æris acervus, qui sub lenandis per mutuum miserijs pauperum destinatur: ea tamen lege, vt mutuatarius quisq; exiguam pecuniam in singulos menses conferat: non quidem, vt aiunt, ratione mutui, sed veluti stipendium ministrorum qui ad seruanda excutiẽdaq; pignora, habendasq; rationes dati & accepti deputantur. Cùm ergo in mutuo pietas insit, quæritur vtrum ab illo collato stipendio vsuræ macula inficiatur. Et arguitur

Mutuũ ar. a parte negatiua. tur vsurariæ iniquitatis, maximè inde q; mutuatarij aliquid vltra sortem erogant: id autem non faciunt ratione mutui, sed ad alendos ministros, eidem negotio necessarios: ergo procul hinc abest vsuræ peruersitas. Probatur minor. Aequum est vt illud ærarium ab illis, quorum interest, seruetur incolume: interest autẽ pauperum: nam diuitis qui illud erogauit, nihil refert pottquã iam tali misericordiæ illud mancipanit. Neq; refert reipublicę, vtpote cui nihil inde accrescit: solis ergo pauperibus, quorum commodo depositum est, incũbit illud custodire. Neutiquã autem in custodia esse posset, nisi sub pignorum fide mutuaretur, atq; adeò adiectis eidem negotio ministris qui pignora seruarent,& post moram vẽnundarent, rationeq; singulorum bona fide retineret: ergo pauperum munus est tales ministros suis symbolis sustentare: atq; adeò illic omnis vsura cauetur. ¶ In contrarium est q reddere tantum in singulos menses, ac perinde tanto plus, quanto plus temporis prolatatur solutio mutui: atque id ad reddendum tutam mutuatam pecuniam, qua certe cautela mutuantis negotium agitur, quandam habet effigiem vsuræ.

Iudicium actus pietatis. Institutum hoc Montis pietatis in Italia cẽ

Confirmatio. tum hinc annis ortum est. Nam Pius.2. primus eius refertur approbator. Et posteà Lateranen. cõcilio sub Leone Decimo iterum fuit

Cõcilij Lat. Cajetanus.

receptus: cuius vtiq; extat approbationis Bulla. At quoniam, vt Caieta. eiusdem sanctæ ecclesiæ Cardinalis, qui vt.2.2.q.1.arti.10.refert, eidem interfuit concilio, in Opusculo huius rei singulari commemorat, non cuncta eiusdem montis capitula fuerint per eãdem bullam approbata: sed quatenus sacris canonibus nõ essent contraria, nulla irrogatur iniuria eidem apostolicæ sedi, si de eãdem montis ratione controuertetur. Eò præsertim quòd Papa & Concilium, in quibus authoritas residet summa cõdendi tum fidei articulos, tum & morũ leges, non curant falcem suam mittere ad definiẽdas tanquàm de fide philosophiæ disputationes, quæ non ex sacra scriptura, sed ex nuda philosophia eliciuntur: qualis illa est quæ instituitur ad examinandum quisnam contractus sit vsurarius, quis verò ab hoc crimine liber. Hoc enim nõ ex sacra scriptura colligitur, vnde suas veritates elicit sancta Sedes ex media meraque natura rerum. Aliud denique est prohibere vsuras sub his aut alijs censuris: quod cùm non solùm ex morali philosophia, sed ex sacra scriptura colligitur, proprium est Apostolicum munus: aliud verò examinare quisnam contractus sit vsurarius, quod permittit ex sola natura rerum perpendi. Et ideo licet in eãdem Bulla sententia excommunicationis in eos feratur qui cõtrà vel prædicauerint, vel disputauerint, debet illa tamen intelligi cum eãdem clausula: scilicet si impugnauerint capitula, quæ sacris canonibus nõ fuerint contraria. Aliàs Caietanus fuisset damnatus: qui tamẽ cùm tempore Leonis opusculum ædidit, quo montem non probauit, minimè fuit reprehensus. Cum hac ergo quam facimus protestatione, quòd decretis, vel concilij quatenùs fuerit receptum (quoniã neq; omnia acta illius Lateranensis recepta sunt) vel sanctæ sedis, nullatenùs volumus contraire, sed eisdem sanctissimè obedire: paratissimi retractare quidquid ecclesia catholica iusserit, nihil aliud quàm opærepretium arbitror explicare rationes quæ eundem montem oppugnare videntur: ac post subijcere qua ratione eadem apostolica bulla sit interpretãda.

Mõs pietatis ¶ Igitur Mons pietatis multis potest modis cõgeri. Primò si qui habet substantiam huius mũdi, commiseratione ductus alicui vrbi aut reipublicæ auri pondus tribuit: non quidem simpliciter in eius id transferendo dominiũ, sed huic mutuationis vsui dedicando. Secundò si respublica vel ex publico ærario id tali vsui seponat, vel ciuium contributione conficiat. Nam quãtum ad rem attinet præsentem, nihil refert. Neque verò interest, pondus ne auri sit an frumẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti copia, rerumve aliarum vsu consumptibiliū.

Capitulamō tis pietatis.

Capitula autem montis sunt prima, vt non mutuo detur pecunia aut frumentum nisi in tempus certum: puta in annum. Aliàs in rem communem non cederet, sed apud paucos totum occuparetur. Rursus neq; decet absq; pignoratitia cautione montem dispensare. Alioqui, cum mutuatarij pauperes esse debeant, sæpissimè contingeret vt soluendo nō essent: quavtique dissipatione breui mons in nihilum abiret. Quaptopter neq; pignora vltra præfixū tempus seruāda sunt, sed illicò sub hasta exponenda, vt cumulus reficiatur. ¶ His præhabitis radix huius disputationis, vna quidem est, sed tamē quæ diuersè intellecta diuersas parit opiniones. Radix inquam est, quòd ille cuius interest capitalem illam summam pecuniæ seruare incolumem, debet suis impensis ministros sustentare. Sunt autem qui censent pauperum interesse: ideoque immune ab vsuræ vitio arbitrantur contributionem ab illis fieri: vt potè quæ alendis ministris necessaria est. Alij verò quorum est Caietan. putant hoc non interesse mutuatariorū, sed mutuantis: cuius ideo onus esse debet suos sustentare ministros: atq; adeò quicquid vltra sortem recipit, extorquere aiūt ratione mutui, seu ratione dilatæ solutionis.

Radix ſententiæ diſputationis.

Cōclusio vnica qua satisfit quæstioni.

¶ Atque in hac sententiam nostra cōclusio inclinat. Arbitror inquam eiusmodi ratione mōtis neutiquàm ab vsuræ sordibus elui posse. Et quo huius sententiæ veritas innotescat, hoc primum omnium vtamur exemplo, quod esse existimo omnium regulā. Arguitur inquam: Si quis dives, ac misericors homo decreuisset cuicunque petenti à se, euangelio auscultans, mutuare, non tamen nisi suscepto pignore, & vsque ad certum tempus secundùm iura Montis pietatis, nequàquam posset quidpiam vltra sortem recipere: ergo neque illa, quam vocant Montis communitatem, id licitè potest. Demonstremus priùs antecedens, vt inde ad illationē descendamus. Homo huiusmodi mutuator si pignus recipit, hoc nō facit in vtilitatem mutuatarij, sed in suam propriam, vt tutam sibi faciat solutionem pecuniæ suæ: ergo quòd idem custodiatur pignus sua interest, non mutuatarij. Nam mutuatarius mallet ipse retinere. Sed quia mutuator aliter non vult pecuniam suam ei credere, pignus recipit: atque adeò ratione eiusdem acceptionis fit debitor idem reddendi pignus. Idq; adeo non solum vti depositarius. Nam hic quia nō in suam, sed in depositantis vtilitatem depositum seruandum recipit, non tenetur ratione acceptionis, vt lib. 4. sub titulo restitutionis dictum est. Obidque si

Prima ratio pro cōclusione.

citra suam grauē culpam depositū perdatur, nō tenetur illud restituere. At verò qui pignus recipit cogitur ratione acceptionis, ob idque si eèt minori culpa illud perdat nihilo minus restitutionis laqueo tenetur. Dixerim minori culpa: quia si nulla sua culpa dispereat, liber manet. Apparet enim hoc loco Caietan. falsus, qui tantum interualli inter pignus & depositū iecerit, vt putet eum qui pignus recipit perinde teneri ratione acceptionis restituere, ac si mutuo vel furto reciperet: atque ideo etiam si absque vlla sui culpa pignus pereat, manere semper restitutionis fune ligatum: cum sit latissima differentia. Nam qui mutuū recipit, eius dominium acquirit. Quare quomodolibet perdatur, sibi perijt. Dominium autem pignoris manet apud debitorem: sicuti dominiū depositi apud depositorem. Quocirca eidem perijt debitori: vt patet expressa lege, pignus de pigno. actio. Nisi aliqua culpa creditoris perierit: vt colligitur. l. quæ litum. ff. de distract. pigno. Ad nostrum ergo propositum satis est quòd creditori incumbit custodia pignoris. ¶ Quòd si arguas: Beneficium mutuandi in vtilitatem cedit eorum qui mutuum accipiunt: mutuator autem habet se incolumem seruare: ergo id potest aliorum sumptibus facere. Iam suprà prodita est fallacia huius argumentationis. Beneficiū enim mutui debet gratis cōferri: & ideo qui mutuat, recipere onera debet, quę sunt mutuationi annexa: puta seruare pignus & reddere. Aliàs non mutuet. Hoc quidem verum est ꝙ vbi pignus, tale sit, quod possit tinea corrodi, vt vestis: vel alia ratione perire, vt potè si est res pretiosissima ac subinde custoditu periculosissima: debet mutuans protestatione mutuatariū admonere, vt suo periculo pereat. Quòd si voluerit pignus curari, suis fiat expensis. Est quippe accidentarium quòd pignus illius sit naturæ. Et pari ratione si mutuator suam credere pecuniā recusat antequàm mutuatarius publico se obliget instrumento, illud quidem debet expensis eiusdem mutuatarij à tabellione confici. Nam mutuator nil nisi fidem petit, quā alter tenetur dispendio suo exhibere. Atque hinc sumitur nouum contra Montem argumētum. Nempe quòd hoc quod quibuslibet pignoribus accidentarium & peculiare est, nō debet in legem duci, vt quicūque mutuatarius ratione cuiusq; seruādi pignoris stipēdium soluat. Quod autē de mutuatitia pecunia peculiaris dñi censetur, cōstat & de ilia existimandū cuius respublica dominium habet: nēpe quòd eius est curæ eam tutò seruare. ¶ Sed tamen arguis. Esto ita res habeat dum mons certum habet

Obiectio.

Solutio.

Secunda obiectio contra primā.

bet dominium: secùs tamen in monte pietatis. Est enim ratio longè diuersa. Quare illatio suprà facta, nulla est. Cumulus siquidem huiusmodi nullum habet præter mutuatarios, proprium dominium: nam diues qui illum contulit, dominiū à se eius abdicauit. Quare sua iam non refert eandem custodire. Neq; verò respublica, siue, vt aiunt, communitas eundem tenetur seruare montem: quoniā nihil ei inde emolumenti obtingit: neq; verò dominium eius habet. Fac enim montem illum non esse congestum subsidijs ciuium, neq; ex ærario publico, sed à diuite in illos vsus donatum, qui vel reipublicæ vel certis personis meram administrationem commiserit. Cùm ergo nullus sit alius dominus; consequens fit, vt mutuatarij custodia eiusdem ærarij incumbat. Ecce argumentum contrariæ sententiæ: quod eius patronos sedulò facit: si non contraria nos ratio falsos habet. Probatur ergo eōdem relabi illam pecuniam domino alio carere, ac si certum haberet. Illa namque tunc pecunia mutuationi exposita, nō est pauperum qui mutuum recipiunt. Patentissimum enim est nunquàm in eorum dominium venisse, neque illa ratione ventum ire, sed perinde sunt mere mutuatarij ac si illa pecunia alium haberet dominum: ergo non magis ad illos pertinet illā seruare, quàm si esset vel particularis personæ vel reipublicæ. Ex hoc igitur capite sumitur argumentum. Mutuatarij non tenetur illam seruare: ergo idem est prorsus iudicium illius stipendij quod vltra sortem tunc solumit quod esset si eadem pecunia esset particularis personæ: tunc autem iam ostēsum est, non esse licitum illud extorquere stipendium: ergo neq; vbi nuda administratio existit apud rem publicam. ¶ Sed quæris, quis ergo tenetur illam custodire? Respondetur: Si nullum alium habet dominum, illa seipsam. Itaque nullum restat remedium, quàm quòd expensæ ex eādem capituli pecunia subtrahantur. Sed pressius arguis: Tādem ergo exhauriretur? Fateor quidem ingenuè. Et hoc est quod fautores alterius opinionis decepit. Ex quo sequitur quod quicunq; talem montem de sua substantia erigere cogitauerit, si voluerit fore perpetuum, debet stipendia statuere quibus sustentetur, vel rem publicam obligare vt montem sustentet: alioquin mons seipsum mutuando consumet. ¶ Sed contrà: Mons ille tunc in perniciem tantum miseroruin peribit, qui inde mutuabātur: ergo eorum referebat illum suis expensis seruare. Negatur consequentia. Simili enim ratione probares pauperibus incumbere suis expensis seruare diuitias hominis misericordis: qui mutuata pecunia præsidio ipsis esse solet. Operas enim eiusdem ministrorum ideo censeri in fauorem fieri pauperum, quòd ipsi mutuationis beneficia suscipiunt, atque hac ratione eos obligare vt illa contributione alant ministros, iam monstratum est quàm sit fallax argumentum. Pari enim ratione, multas alias vsuras defensares. Enimuero quotquot egestate coacti mutuū sub fœnore recipiunt, fauorabili beneficio potiuntur. Igitur vt iterum dicam, cum mutuatio gratuitò sit facienda, non debet pensari in cuius fauorem operæ cedant ministrorum Montis, ex eo quòd mutuum recipere, beneficium sit pauperum: sed mutuatione suppositā speculari oportet, cuiusnam referat pecuniam seruare tutam. Quando verò mutuatarius est in mora soluendi, liquidum fit suis expensis ac dispendio vacuandā fore pignora. Confirmant hanc nostram sententiam exempla ciuitatum quarundam Italiæ, puta Mediolani, & Brixię, & aliarum, vt Caietanus refert, & nos illic audiuimus, in quibus publico stipendio sustentantur Montis administri. ¶ Vnum tamen argumentum supereſt quòd videtur contrariæ sententiæ suffragari. Nam etsi pro mutuationis beneficio nihil possit vltra sortem recipi, tamen mutuandi obligatio, vt suprà asserebamus, digna est pretio. Potest quis inquam stipēdium suscipere, vt sit mutuare obligatus: cum igitur mōs ille tali sit vinculo astrictus, licitè à mutuatarijs aliquid pro illa obligatione exigitur. Respōdetur in hoc nullum apparere vsuræ vitiū: dummodò hac solùm de causa tenuissima esset exactio, & pro curatione pignorū, & pro scriptis rationibus dati & accepti, & pro alijs id genus operis nihil exigeretur.

Cōfirmatio superiorū rationum.

Postremum argumentū.

Responſio.

ET per hæc ad argumentum in principio quæstionis obiectum patet responsio. Negatur inquam tales contributiones nō fieri ratione mutui: nisi hac fortè tātum de causa fiāt, quam modo adiecimus. Ac perinde Bulla concilij tres permittit solutiones. Prima est (vt cum debita obedientia id ac reuerētia dicamus) non omnia acta illius concilij more & vsu esse recepta. Nam illud Sessionis nonæ, quòd fuit inter præcipua: nempe quòd non persoluentes diuinum officium fructus sacerdotiorum pro rata restituerent, & post sex menses sacerdotijs priuarentur, nondum plane scitur an fuerit vsu seruatum. Quanuis ego quia iuri diuino quàm proximum est, non audeo omninò contrà consulere. Secūda solutio est, quam suprà dedimus. Videlicet quod excommunicatio nō fertur nisi cum illo moderamine vt disputatio cohiberetur contra capitula, quatenus sacris canonibus

Ad argumētum principale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio.

nonibus ac naturali rationi non sunt aduersa. Nam simpliciter nn fuit illi articulus fidei cõstitutus. ¶ Sed rogas, Nunquid non esset ecclesiæ cõducẽs, vt casus oẽs de quibus dimicatur, sintne vsurarij, ecclesiæ authoritate definirẽtur? Apparet enim hoc ad salutẽ animarum necessariũ. Resp̃odetur minimè id expedire, vt tanq̃ de fide definirẽtur: si tales sunt, qui nõ nisi ex mera philosophia perpendi debeant: quoniam Spiritus sanctus non curat ecclesiæ nisi scripturam sacram exponere: & leges necessarias sancire. Et quando sunt opiniones probabiles inter graues Doctores, vtranque sequaris, in tuto habes conscientiam. Secus de immortalitate animæ ac similibus veritatibus, quæ licet inter philosophos disputentur, nihilo minus in sacris habentur vel inde colligũtur. Tertia verò demum solutio est, q̃ pẽsio quã Bulla in Monte pietatis approbat, sit illa tantum quæ soluitur ratione obligationis ad mutuandum: atq; hanc dicit cedere in ministrorum sustentationem. ¶ Aliæ verò montium species quas in vsu esse video, longè patentius vitium suum produnt. Solet enim potissimum inter rusticanos aggeri copia fruẽnti quæ egentibus mutuo distribuitur sine pignore, & sine alijs negotijs quæ ministrorum operis egeant: illo nihilo minus tributi onere, vt messis tempore duo decimam partem mensuræ supererogent: nempe modiolum in fanecas singulas: quod profectò non video quomodo defendi possit. Nisi omnes indiscriminatim oppidani & mutuum susciperent, & quasi gratuitum spontaneumque tributum per capita illud soluerent. Nam si non ab omnibus, sed ab illis tantùm qui mutuato egẽt corradatur, palàm extorquetur ratione mutui.

Dissolutio.

Aliæ montiũ species quæ sunt in morẽ pãtentiorem præ se ferunt praui tatem.

QVÆSTIO SECVNda, De generali ratione contractus emptionis & venditionis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm contractus emptionis & venditionis sit reipubli. necessarius.

DVO suprà capita statuimus, quibus humani contractus depranantur. Videlicet aut id vẽdere qd nulli⁹ est pretij, aut quod pretiosum est, pluris iusto distrahere. De priori vitio sub vsuræ nomine quæstione præcedenti disputatum est: consequitur ergo vt de posteriori disputationem prosequamur. Quæ quidem disputatio de cõtractibus inscribitur. Et quoniam omnium primus atq; aliorum index est contractus emptionis & venditionis, quæstio hæc secunda instituitur de generali ratione huiusmodi contractus: atq; adeo primus articulus, an sit necessarius reipublicæ. Arguitur enim à parte negatiua. Quanto vita humana simplicius ac syncerius transigeretur, tanto quietius viueretur ac fœlicius. Sed si solum esset rerum cambium, vt videlicet res non numisma te distraherentur, sed pro rebus commutarentur alijs, quietior esset mortalium vita, & à tumultis pacatior quos negotiationum turbulẽtia secum affert: ergo cõtractus emptionis tollẽdus de medio esset humanæ reipublicæ. ¶ Secundò arguitur. Sæcula multa, vt. 5. Ethic. &. 1. Poli. c. 6. author est Arist. absque nummorum vsu transierunt. Et Plinius lib. 33. c. 3. ait Seruiũ Romanorum regem primum signasse æs nota pecudum, vnde pecunia dicta est: & postea fuisse signatum argentum, anno vrbis. 585. & longè post aurum. Et lib. 7. c. 56. ait Liberũ patrem instituisse emere ac vendere: illis autem sęculis fœlicior agebatur vita, atq; à fraudibus ac solicitudinibus incolumior, quàm modò nobis per istas negotiationes agere licet: ergo pernitiosus est iste contractus, tantum abest vt sit necessarius. ¶ In contrarium est idem Arist. loco citato: vbi ait necessitatem humanę vitæ nũmi fuisse inuentricem, qui esset velut mensura & norma æquitatis rerum. Id quod & Iurisconsultus. l. 1. ff. de cõtrahen. empti. diserte retulit.

Primus articulus quæritur.

Arist.

Plinius.

Arist.

I Gitur quo quæstionem à genere ipso auspicemur, prima nostra conclusio sit: Contractus est actio inter duos, ex qua vtrinque obligatio nascitur. Sic enim Vlpianus ait. l. Labeo. 2. ff. de verb. ac rerũ signific. Contractus est vbi citroq; obligatio. Quod Græci συναλλαγμα vocant: hoc est confectum. Quando videlicet quippiam ego causa tui, tu verò causa mei, accepta dataq; vtrinq; fide conficimus, ac ratum habemus. Quapropter prædicatio illa contractus est obligatio (vt sic loquamur) non est idẽtica, sed causalis, illum exhibens sensum, quem nos in nostra conclusione explicuimus. Vt

Primum articuli quæsiti pars affirmatiua.

Scotus.

Antho.

Caietan. Gerson. Antoninus. Conradus.

Secunda cõclusio.

quia

quia stato pretio paciscimur, me tibi merces traditurum, te verò mihi idem pretium, mutua emergit ex venditione obligatio. ¶ Atqui hinc fit vt stricto nomine nullum pactum dicatur contractus nisi ex quo vtrinque oritur obligatio. Qualia sunt do, vt des: facio, vt facias: do, vt facias: facio vt des: quæ quatuor connumerantur. l. naturalis. ff. de præscriptis ver. Quẽadmodum in matrimonio, inq; vẽditione, mutuatione, & id genus reliquis. Contractus nanq; omnis, si de suo nomine rem perpẽdas, actus iusti tiæ est, vtranque colligantis partem. Laxant tamen alij latius nomen vsque ad illas actiones ex quibus ex altera tantùm parte oritur vinculum: veluti est donatio, & simplex promissio. Et ideo Bald. quem Syluest. citat in verbo, contractus. & Conrad. sequitur. q. 16. distinguit de nomine contractus, quòd accipiatur propriè, quando obligatio oritur ex vtrãque parte, & impropriè pro eo ex quo orit tãtum ex altera parte, & improprijssime quãdo ex neutra nascitur. Sed re vera abusiuæ istæ acceptiones ab vsu essẽt abigẽdæ. Hoc enim est nomina à sua natiua significatione abalienare: siquidẽ neq; donatio neq; ꝓmissio simplex ad iustitiã attinent, sed sunt actus liberalitatis. Vnde Aristotel. 4. Topicor. Donum, inquit, est datio irrebibilis. Mutuatio verò, quãuis secùs ibidẽ Conrad. sentiat & Sylue st. nihilo à propria ratione contractus recedit, tum q̃ est datio vt reddatur, tum q̃ si fide data pollicitus es mutuare, tu tenetis dare, atque alter reddere. Quòd autem contractum illum etiam velint appellare, vbi nulla est obligationis vis, sed potiùs obligationis relaxatio, meritò fatentur esse (vt suo vtar nomine) improprijssimum. Exemplũ est in acceptilatione: puta quãdo debitor creditorem interrogat an quicquid illi debeat acceptũ habeat: & ille respondet, acceptum habere: hoc est illi condonare. Hic nanq; potiùs est solutio debiti seu remissio, quod ex cõtractu ortũ est, quàm cõtractus. ¶ Sed & contractuũ species, numerosius q̃ ars permittit, multiplicant. Scotus enim. 4. d. 15. q. 2. octo species discernit, ac totidem Gerson in suo tractatu de contract. licet parum differenter. Antoninus verò. 3. par. tit. 8. cap. 2. duodecim: sed Cõrad. quod suum ingenium est, ad species numero. 30. diuisionem inuitam pertrahit: quę porrò, species non sunt, sed rerum potius connumeratio, in quibus cõficiendi contractus possunt. Eiusmodi autem materiales diuisiones cum arte nõ contineãtur, in infinitum abeunt. ¶ Sit ergo nobis secunda cõclusio. Septem sunt contractuum species, scilicet emptio, cambium, mutuatio, emphyteusis commodatio, permutata commodatio, & locatio. Tametsi prima ad secundam, sextaq; ad septimam quodammodò reducantur. Missum enim hinc facimus matrimonij contractũ, quę mutua est personarum traditio. Nam reliquos tantùm qui in externis bonis celebrantur consideramus, quorum præsens tractatio instituitur. Horum autem tres tantũ ordines reperias. Etenim cum tria in huiusmodi rebus sit meditari, videlicet dominium, vsumfructũ, & vsum, vnus est cõtractuum ordo, quibus dominium transfertur: alius verò eorũ quibus conceditur vsusfructus, atq; tertius eorum quibus cõceditur nudus vsus. Igitur vbi dominium rei transfertur, si gratis id fiat absq; vlla redditionis obligatione, nuda donatio est: quæ ideo contractus nomine non censetur. Cui adiũgitur & liberum legatum: nimirum vbi nullum est iustitiæ debitum. Si autem translatio nõ gratis fiat, inde emergunt tres cõtractuum species: scilicet cambium, venditio, & mutuatio. Cambium est vbi res pro re commutatur: vt panis pro vino, mel pro oleo, corium pro panno, &c. Licet de nummorum cambijs alia sit longè ratio, vt infra videbimus. Emptio autem est vbi dominiũ æstimato pretio transfertur: sed mutuatio vbi transfertur, vt idem vel tantũdem reddatur. Quod in rebus vsu consumptibilibus & potissimum in numismate vsu venit. Si autem saluo dominio trãsferatur vsusfructus non gratis, sed pretio, fit tertius cõtractus, qui est emphyteusis seu censualis pensio. Vt si fundum sub annua pensione, vel in tempus, vel in perpetuum alteri tradas. Quanquàm dum fit in perpetuum, emphyteuta dominium vtile dicatur habere, non tamen directum: eò q̃ semper dependet à vero domino, si emphyteuta in commissum inciderit. Et dicitur emphyteusis, hoc est melioratio: ob id quòd illa ratione inuentus fuit olim huiusmodi cõtractus, vt steriles agri, quos dominus colere non poterat, alterius diligentia colerentur. Dum verò merus vsus trãsfertur, tunc exurgũt tres aliæ species. Nam si vsum rei gratis indulgeas, vt sola tibi restituatur substantia, est commodatio. Hæc enim secundum nomen differt à mutuatione, eò quòd commodatum in eãdem specie redditur: vt equus & vestis &c. Mutuatio verò vel in illa vel in altera. Satis enim fit mutuanti aurum, si ei restituatur argentum. Secundum verò rem specie differunt: quoniam mutuatione trãsfertur dominium: commodatione verò minimè. Si autem vsum non gratis concedas, sed pro vsu alterius rei, illa est permutata accommodatio: vt si alteri commodes equum tuum, vt suã

Sufficientia præhabitę diuisionis.

Donatio.

Cambium.

Emptio. Mutuatio.

Ephyteusis.

Cõmodatio.

Diserimẽ inter mutuationẽ & cõmodationẽ.

Permutata accõmodatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi commodet mulam. Si autem vsum concedis, non pro vsu altero sed pretio, illa est locatio, cui respondet conductio, siue domum, siue equum, siue proprias operas locer. Perspice ergo quemadmodum vt cambium ad emptionem, sic & permutata cõmodatio ad locationẽ reducitur. Cãbium enim (vt habetur. l. 1. de cõtrahend. emption.) hoc tantum à venditione seiungitur, quòd in illo nõ secernitur pretium à re, secuti in emptione, sed vtraq; existimatur alterius pretium. Pari modo in permutata cõmodatione vsus vnius rei, est pretium vsus alterius rei: ob idque est quædam locatio. Quare neutra istarum specierũ peculiares habet difficultates præter illas quæ in alijs sunt, ad quas reducuntur. Satis ergo fuisset quinq; dinumerare species, nisi ꝙ explanationis gratia duæ aliæ adiectæ sunt. Venditio nanque nullo probabilitatis colore seponitur distincta species ab emptione: sunt quippe nihil aliud ꝙ duæ correlatiuæ partes eiusdem contractus: sicuti locatio & cõductio. ¶ Hinc fit neq; depositionem neq; impignorationem, quippe quibus neq; dominium vllum transfertur, neq; vsus, esse per se contractum. Depositio nãq; est positio rei apud alium solius custodię gratia. Quare non est nisi quædam fideicommissio. Impignoratio verò est rei cuiuspiam tẽporaria positio apud alium ad confirmandam contractus obligationem. Quare ea ratione dicitur cõtractus, quia est contractionis, vt pote mutuationis aut venditionis confirmatio. Quin verò ne que fideiussio est per se contractus inter fideiussorem & eum pro quo fideiubet: quoniam solùm nascitur obligatio ex parte fideiubẽtis: alter enim nihil ei debet si amicus gratis fideiusit. Sed fideiussio talis, dicitur iure cõtractus: quia est robur cõtractus inter debitorem pro quo fit fideiussio, & creditorem cui fideiubetur. Atq; idem dicẽdum de stipulatione si pro fideiussione accipiatur. Si verò pro simplici cõmissione, nullus est contractus. Sed tamen, vt iure frequẽtius vsurpatur: pro actione illa qua quis interrogatus stipem obligat, tunc si alter aliquam pollicetur cõditionem, verissimus est contractus: quia vtrinque paritur obligatio. Si autem alter ad nihil obligatur, tunc quia tantũ stipulãs obligatur, licet contractus iure dicatur, reducitur tamen ad donationẽ. Ecce contractuum species quos vocãt nominatos: quia suum quisq; fortitur nomen. Innominati autẽ licẽt plurimi sint, ad hos tamẽ reducũtur. Omnes enim comprehenduntur sub illis quatuor speciebus suprà positis, do, vt des, &c. ¶ Tertia conclusio. Emptio & venditio sunt contractus reipublicæ maximè necessarius. Conclusio est Arist. & iurisconsulti in locis citatis in argumẽto post quæstionẽ. In primordijs enim humani generis, tãtùm erat rerum cãbium: mos autẽ & vsus monstrauit penè esse impossibile illa ratione posse transigi humanã vitam. Dũ enim sutor domo indigeret, ingẽtissimo opus haberet calceorũ aceruo, quem pro illa cãbiret: quibus vtiq; calceis dõs ædium forte non indigeret, sed rebus alijs quibus carebat sutor. Et dum tu frumẽto affluens, vino alterius egebas, fortè alter tuo non egebat frumento. Et ideo Arist. 1. Pol. c. 6. barbaras eas gentes appellat, penes quas etiã tunc cãbia tantũ rerum absq; numismatis vsu durabant: de quo li. seq. latius. In hac ergo vsum signatũ est numisma: nẽpe vt tum norma esset ex æquandi res, tum etiam vas & fideiussor reipublicæ nomine, vt quoties illud porrexeris, reddantur tibi res quarũ indigueris. Atque hunc arbitror genuinum sensum illius Eccles. 10. Pecuniæ obediunt omnia. nempe ꝙ pecunia in virtute est omnis res. Pecuniã enim qui possidet, vænalia cuncta habet. Hac ergo ratione ex cãbio ortũ habuit emptio & venditio. Ob idq; cũ in illo contractu quia nõ distinguebatur res à pretio, ex vtraq; parte dicebatur cambium. In hoc autem traditio mercium est vẽditio: receptio verò repensio pretio, emptio. Quare emptio est vẽditionis finis: quia cõtractus hic ad id ordinatur, vt quisq; sibi necessaria prouideat. Ideoq; quasi à digniori, denominatur cõtractus emptionis. ¶ Ex his ergo compendiosa elicitur venditionis emptionisque definitio, in qua constituenda multi polluerãt se macerârunt, nihil exactum colligunt. Est enim vẽditio, rei pro pretio distractio: emptio autem rei pro pretio contractio. Sunt enim hæc verba iuris, quibus generaliter significatur translatio dñij illius rei quæ nõ est reddibilis, vt. C. de resc. vendi. l. 2. Rem maioris pretij si tu aut pater tu⁹ distraxisti. Quocirca hoc verbo notatur discrimẽ inter hunc cõtractum & emphyteusin & locationem: in quibus non dñium, sed vsus, vel vsusfructus transfertur. Ea itẽ voce secernit hic idẽ contractus ab vsuraria mutuatione. Nam licẽt illic trãsferatur dñium pecuniæ pro pretio, tamẽ cùm eadẽ pecunia sit reddibilis, nõ propriè distrahitur. Particula autẽ, pro pretio, separat eundẽ cõtractũ à cãbio, quo res pro re cõmutatur. ¶ Et per horum intelligẽtiam argumẽta in contrariũ responsa patẽt. Humanũ enim genus ab imperfecto ad perfectũ progressum est. Et ideo in initio, dum rude erat, incõptumq;, ac paucioribus necessitatibus implicitũ, per rerũ cãbia sibi sufficiebat, pòst verò ił cultius politiorem ornatioremq; vitam instituens, necesse habuit nouas excogitare commerciorum rationes: inter quas cõsultissima fuit cõmerciorum vsus: licẽt humana auaritia nihil non deprauat.

Locatio. Conductio. Corollariũ. Quid depositio. Quid Impignoratio Fideiussio extractus dicti nequit. Tertia conclusio. Aristo. Vsus nummismatum. Genuinus sensus Ecclesiastes. Definitio emptionis & venditionis. Solutio argumẽti.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm negotiatio sit licita.

QVãuis simplex rerũ emptio & venditio, quibus quisq; suę familiæ prouidet, demõstrata sit reipublicæ necessaria, non subinde elaret negotiationem esse licitam, quæ est emere vt reuẽdas: quæ vtiq; quæstio etsi à D. Tho. 2. parti. q. 77. sub cõpendio disputetur, hic tamẽ ordine quẽ nos instituimus, videtur cõgruentiùs apponi: vbi aliquantulo fusius dissenda est. Quæritur ergo vtrùm negotiatio sit licita. Et arguitur à parte negatiua. Emptio & venditio ideò ostensa est necessaria, quòd non omnibus omnes abundant: & ideo necesse quisque habet, vt vẽditis quibus affluit, emat quod sibi deest: quare emptio (vt dictũ est) vẽditionis est finis; negotiatio autem est contra huiusmodi emptionis naturã. Negotiator enim non vẽdit, vt emat quod sibi deficit, sed peruersè emit vt reuẽdat: ergo negotiatio non est licita. Quapropter Arist. 1. Politi. c. 6. emptionẽ rerũ quę necessariæ sunt ad vitam, vẽditionẽq; ; ratione eiusmodi emptionis appellat contractus naturales: emptiones autẽ negotiatorias, appellat cõtra naturã, vt pote cuius finis nõ est vitę sufficientia, sed lucrum. ¶ Atq; ex hoc sumitur secundũ argumentũ quod mihi idẽ Philo. subsũgit. Ars illa quæ nõ habet præfinitũ taxatumque finem, non est licita: ars autẽ nũmularia & quæstuaria, qualis est negotiatorũ, nullũ sibi præscribit finis modũ, sed lucro lucrũ accruare: ergo nefaria est. ¶ Tertiò arguitur. Negotiatio in causa est vt rerũ pretia excrescant: tũ quòd merces ad paucitatẽ venditorũ reducũtur, quę caritatis causa est: tum etiã ꝙ negotiator carius ꝙ emit, vendit. Et ideo si omnes ad primos venditores cõcurrerent, minoris emerent: id quod verũ vsu vbiq; experientia docet: ergo tanq; rei publicæ nocua interdicenda est negotiatio. ¶ Quartò: Actiones morales ex plurimũ cõtingentibus exuli mandæ sunt: plurimum autem negotiationes plenæ sunt fraudibus, technis ac dolis: ergo genere suo prauæ sunt, atque adeo de medio tollendæ. Hæc enim de causa pessimè audit negotiatio, & in sacris literis & apud sacrorum doctores. Vnde Dauid Psal. 70. Quoniam non cognoui negotiationem (secũdum. 70.) introibo in potentias Dñi: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Quasi negotiatorum iustitia non sit iustitia Dei. Et Chrysost. super illam historiam Christi apud Matthæum, ejicientis vendentes & ementes de templo, Et refertur. 88. dist. eam. ejicies. significauit, inquit, quòd mercator nũquàm potest placere Deo: & ideo nullus Christian⁹ debet esse mercator aut si voluerit esse, proijcitur de ecclesia: dicente Propheta, Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Atq; hac de causa interdicta est clericis: vt patet eãd. dist. per totam. ¶ In contrarium est Augustin. sententia in lib. Quæstionum veteris & noui testamenti. & refertur in eãd. dist. can. fornicari. vbi ait, Fornicari hominibus semper nõ licet, negotiari verò aliquando licet, aliquando non licet: laicis licet, sacerdotibus non licet.

Chrysost. Cõfirmatio. Augustinus. Fundamentum. Quid sit negotiari. Duplex species negotiationis. Prima cõclusio.

PRo quæstionis decisione notandũ est, negotiũ otio esse cõtrarium. Est enim idem quod absque otio. Vnde prò labore & occupatione accipitur. Quemadmodum dicimus, Negotiũ forẽse aut familiare &c. Peculiariter autem negotiari idem est quod mercaturã exercere. Et est forsan Antonomasia quædam, propterea ꝙ ars hæc solicitudinibus impliicita ab otio est alienissima. Est ergo negotiari, emere vt reuendas. Vnde negotiatores cõemptores dicuntur pro eo quod ex omnibus simul locis emũt & mercatores quia, incerari, cõmuni vsu non tam est simpliciter emere ꝙ lucri causa ad reuẽdendum. Et dicũtur præterea institores eo (vt ait Vlpianus) quòd negotijs insteẽt. Vnde Proverb. 31. Facta est sicut nauis institoris. ¶ Duplex autem negotiationis species distinguitur: videlicet vna qua res emitur vt per iudustriam mutata reuendatur. Sed hęc (vt eod. cap. ejicies. habetur) nõ est nuda negotiatio; sed inter alias mechanicas artes cõnumeranda. Quemadmodum enim mechanicus ex lana parmum texit, & ex ferro fabrefacit gladium: sic (vt exempli gratia dicamus) qui industrius est curandi, vel aues, vel equos, si rudem emat vt cultiorem vẽdat, non tam negotium, quàm artem exercere censetur. Nam qui pannos tondet, aut attritas vestes coëmit vt refectas vendat, nihil amplius per suam artem præstat. Negotiatio igitur mera, de qua in præsentiarum loquimur, est quã quis quid mercatur, vt nullarenus mutatũ vendens lucrum comparet. ¶ Respõdetur ergo ad quæstionem quinq; cõclusionibus. Prima. Negotiatio neq; est de se hoc est intrinsece bona,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt charitatis virtus, neq; de se intrinsecè mala, vt mendacium: sed indifferès: vt comedere, quod secundū suas circunstantiatūq; qualitatem potest bene maleq; fieri. Conclusio patet ex citatis verbis Augu. Ait enim nō esse vt fornicari, sed q; aliqū licet, aliquando nō licet. ¶ Secunda cōclusio. Si negotiationis finē per se cōsideres, qui non est nisi lucrari, quandā præ se fert turpitudinē. Cōclusio est S. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4. quā quidē probat argumentū secundum suprà ex Arist. desumptū. Quoniam lucrari per se nil necessariū, honestūve nominat. At verò si lucrū aliorsum ordinetur, licite potest procurari. ¶ Et ideo subditur tertia conclusio. Negotiatio est simpliciter reipublicæ necessaria. Haud enim omnis prouincia omnibus abūdat quibus indiget: sed pro climatū varietate alia affluit terræ fructibus & opificijs, quorū alia inops est. Et vice versa alia est aliorum locuples, quorū inopia alia laborat. Neq; possent indigentiū singuli tā lōga facere itinera, vt minutiora quibus indigent, apportent: neque vero omnes qui abūdant possunt vecturam exercere vt illa aliò trāsportēt: necessarij ergo sunt quibus ea sit cura vt merciū copias hinc inde transuehant qua singulis minutius vendant. Et quod de loco dicimus, de tēpore etiā censendum. Vsu enim venire assolet vt vno tēpore redūdantia sit rerū, alio verò egestas: neq; tamen pauper quis potest suos fructus adseruare. Quare nisi esset qui emerent vt in aliud tēpus custodirent, nō posset respublica seruari incolumis. Quin verò & dum mercimoniæ vel in maris portu vel in ciuitate exonerātur, necessarij sunt coëmptores qui earū copiam in tēpus seruent: quia nō singuli possunt sibi in futurū prouidere. Sed rogas: Nūquid prudētius esset vt respublica suos ministros conduceret qui hanc prouinciā subirent? Re vera non posset commodè tam multis mercimonijs hac via sufficere. Et ideo cōsultius ducit artem hāc inter alias permittere, quin etiā fouere. ¶ Atq; hinc sequitur quarta conclusio quam S. Tho. interrogat in dicto art. 4. Licet negotationis gratia merces carius vendere, q̄ emptæ sunt. Ratione impēsarum, laborū, locorum, ac tēporū: nam iustæ rei pretium, vel in melius, vel in locū, vel tempus mutuatæ, excrescit. Hoc autē non facilè, quod quidam autumant, concedā: videlicet q̄ negotiatori liceat carius eodē loco & tēpore vēdere propter offi cium quod habet, q̄ alteri cuicunq;: nam pretij iustitia nullum, respectū ad personas dicit, sed per se absolute pensatur. Scotus in. 4. dist. 15. q. 2. dicit q̄ tantū deberent mercatores lucrari quantum stipendij respublica illis decerneret.

Secunda cō cluſio.

Tertia con cluſio.

Interroga tio. Reſponſio.

Quarta con cluſio.

Regula autē hæc neq; contēnenda: potiùs est, neq; tū ad vnguem seruari potest. Sed de rerū pretio statim articulo proximo. ¶ Quinta conclusio. Ars negotiatoria, tū ex multis circunstātijs illicita fit, tum cōpluribus scandalis est pernitiosa, tū subinde in plurimis versatur periculis. Fit enim primùm illicita ex obiecto, vt puta si rēmas quæ vel natura sua est inuendibilis: vt sacramentū, aut sacerdotiū, quæ cùm gratis accipiuntur gratis dari debent: aut lege est prohibita vendi: de quibus habes. C. quæ res vendi nō possunt. Secundò ratione personæ, siue quæ negotiatur, vt sacerdotes qui iurè negotiatione interdicūtur: vt patet dist. 88. per totā. vel ratione personarū cum quibus negotiatur. Nam ad Sarracenos neq; ad infideles licet Christianis arma deportare, vt patet extrà, de Iudæis. cap. Ita quorundā. & sequētibus. Fit præterea inde cens negotiatio ratione tēporis. Vt si in die dominica, vel in alio festo egregiè solemni exerceretur, vt habetur. c. 1. de ferijs. vel in loco sacro. Qua ratione Christus eiecit de templo vendētes & ementes. Illæ autē circunstantiæ tēporis & loci, ratione scandali cōstituerent peccatū mortale: aliās minimè. Vel si in ecclesia impediret diuinum officiū, quod Christus notauit dicēs Quia domus mea, domus orationis est. Qua ratione cap. decet. de immuni. eccles. lib. 6. negotiationes quæ in ecclesijs præcipuè prohibent, sunt nundinarū ac fori cuiuscūq; tumultus. Citra hos autē casus nō esset mortale. Nam in Ecclesia confabulando, citra expositionem mercium, negotiari, nisi sacrorum aut concionis tēpore, nō est tantum peccatū, quanuis indecentia non careat. ¶ De alijs autem circunstantijs quę non peculiariter negotiationes vitiant, sed in omnes artes inserpunt, quales sunt mendacia, & fraudes, hoc singulariter adnotandū est, q̄ mercatura, nescio quo suo genio, præ cūctis artibus & officijs inextinguibilē sitim lucri generat. Agricolæ enim atq; opifices suis officijs victitantes contenti sunt: mercatores autē, tum quòd pecuniam præ manibus semper habent, tum q̄ hæc ars plurimùm euentibus fortunæ patula est, auidissimè lucro inhiāt. In hoc nimirum aleatoribus similimi. Quæ quidem auiditas animos absorbet, mendacia nutrit, & dolos nectit. Atq; hac de causā ait ibidem in solutione ad tertium S. Tho. q̄ hæc ars habet speciem mali: & ideo interdicta est clericis. ¶ Inest præterea & in hac re pestis alia, quòd cum sine labore magno & sudore exerceat, & maiore sit in honore q̄ mechanicæ artes, otiosi homenis & honoris cupidi, cætera deserētes opificia, in hoc se baratrū immergūt. Atq; adeò nō vt mercēs

Quinta cō cluſio.

Inextinguibilis fere mercatori pecuniæ ſitis.

Negotiatores aleatoribus ſimiles.

Alia locus da negotiatoribus.

ces loco traducant, aut in tēpus reseruēt, aut in melius mutent: sed mercī gratia quæstus, vt nauia cūcta coëmunt, vt statim lucrū exprimant. Quorū subinde causa, quia liberū non permittunt forum, pretia augentur. Qui idcirco exigē di profligandiq; è republica essent: atq; alijs artibus quæ personis vacuæ sunt, mācipandi. De his autē loquimur qui ciues paratos priuatim emere anteuertunt. Haud enim condemnandi illi sunt, qui postquàm singuli sibi necessaria emerunt, redundantia mercantur, vt in tempus seruent. Neque verò illi qui publicitùs parati sunt illa coëmere, quę pauperes necessitate coacti, nec emptores inueniētes, vēdere volūt: vt vestes, libros, &c. Qui verò annonā emūt vt tēpore futuro reuendant, licèt quandoque vtiles sint, quasi rerū necessariatū custodes, multò tamen plures sunt pestiferi: vt pote causa immodicè augēdi pretia, & ideo nisi vbi necessitas aliud exposcat, meritissimò eiusmodi mercatus vetatur.

Vtrum rerum pretia ſint taxanda.

Primum ar gumentum.

Argumen.

Ariſtot.

Argumē. 3.

Prima concluſio.

Ratio cōclu ſionis.

Ariſto.

PEr hæc ergo, argumenta suprà facta facilimæ solutionis sunt. ¶ Ad primū enim negatur, negotiationem cōtra naturā negotiariæ emptionis pugnare: quin imò illi obsequens est. Ministerio siquidem mercatorum, res sunt veluti in penu singulis indigētibus expositæ. ¶ Illa autem negotiatio quæ merum lucrum haberet pro fine, quia insatiabilem faceret animum, non solùm necessaria non est, sed est impēdio pestilens. Attamen hęc sitis in cūcta mortalium pectora se insinuat. Et per hoc respondetur ad secundū argumentum. ¶ Tertio verò concedimus necessariū esse hac ratione rerum pretia augeri: sed tamen ex altera parte maiora fierent dispendia, si vnusquilibet deberet longa facere itinera ad quæritandū quod in sua deest ciuitate. ¶ Ad quartum respondet Augu. super Psal. 70. Et refertur eàdem dist. 88. can. quoniam. quòd negotiatorum vitia nō sunt negotij, sed personarū. Etenim si propter eorū fraudes reprobanda essent negotia à re publica, eàdem ratione & agricolas & omnes pariter artifices atq; opifices, proscribere deberemus profligareque ab vrbe. Nam & mentitur quandoq; agricola vt grana sua vendat, & opifex vt pretium augeat. Qui autem negotiatores in sacris literis malè audiant, declarat eâd. dist. Cassiodo. can. quid est. Negotiatores enim illi, inquit, abominabiles existimātur, qui instituerunt pecuniæ ambitum polluūt merces suas, plus periurijs onerando, quàm pretijs. Verūtamen negare non possumus, vt paulò ante declarabamus, quin huic arti multò plus periculo rū à dolis & fraudibus immineat, q̄ cæteris. Vt de Ecclesiast. 26. Duæ species difficiles & periculosæ in hoc apparuerunt. Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Et cap. sequenti: Sicut in medio cōpagines lapidum palus figitur: sic inter mediū venditionis & emptionis, qui quærit locupletari angustiabitur peccatis. Quocirca Prouerb. 20. in vniuersum ait sapiens: Malum est, malum est, ait omnis emptor: & cùm recesserit, gloriatur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm rerum pretia, arbitrio mercatorum sint taxanda.

QVoniam primum in emptione & venditione fundamentum iustitiæ est pretiū, de illo quærēdum est loco tertio, an mercatorum æstimatione sit taxandū. Et arguitur à parte affirmatiua. Primò. Axióma inter iurisconsultos est & celebrata regula, Tantū valet res, quantū vendi potest: quā videlicet adnotant. l. pretia. ff. ad legē Falcidiā. & l. 1. §. fi hæres. ad senat. cōsult. Trebellian. & alibi sæpe: ergò si fraus modò absit & dolus, mercatorū erit arbitrium pretia suis mercibus statuere. ¶ Secundò. In vna quâq; arte eiusdē peritis credendum est, vti. 3. Polit. c. 7. author est Philosophus: & vt Iurisconsultor ait. l. in re mādata. C. mandati, vnusquisque in re sua est moderator & arbiter. merciū autē artifices, sunt, mercatores: ipsis ergo ipsorum iudicio deferendum est vt pretia ponant. ¶ Tertiò vnusquisq; dominiū rerum suarū habet, ac subinde liberā potestatem: ergo potest quisq; tantū petere ac recipere pretiū pro sua re, quantū extorquere potuerit. id quod in gēmis & rebus pretiosis vsu fieri cōpertū est. ¶ In contrariū autē facit lex, Pretia. citata ad. l. Falci. cuius verba sunt: Pretia rerū non ex affectu neque vtilitate singulorū, sed cōmuniter singuntur: hoc est communi æstimatione taxātur.

ADhāc quæstionē quatuor cōclusionibus respondetur. Prima: Pretia rerū non secūdum ipsarū naturā æstimanda sunt, sed quatenus in vsus veniūt humanos. Cōclusionis huius ratio naturalis est, q̄ cum mundus & quæ eo cōtinentur propter hominem facta sint, tanti ciuili æstimatione res valent, quantum homini bus inseruiunt. Quapropter Arist. 5. Ethico. c. 5. ait indigentiam causam mensuramque esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanarum commutationum. Si enim nullus alterius re vel opera indigeret, omnis cessaret commutatio rerum humanarū: ergo indigentiæ admitiri debemus rerum pretia. Viuentia enim genere suo præstantiora sunt vitæ experibus: attamen (vt ait Augustin. lib. 11. cap. 16. de Ciuita. Dei.) mallet homo frumētum domi habere, quàm mures. Et solet domus plus væneré, quàm equus: & nonnunquàm equus, quàm seruus: licèt cum natura hominis nihil in corporalibus conferri ad æqualitatem valeat. Vbi autem indigētiam nominamus, ornatum etiā reipublicæ intelligimus: vt cuncta complectamur quę hominibus præter vitæ necessitatē etiā ad suam voluptatem & splendorem vsu esse possunt. ¶ Secunda conclusio. Ad explorandum iustū rei pretium ex multis ducenda est ratio, quæ in triplici sunt ordine. Primùm enim attēdenda est necessitas rei, mox copia & inopia: deinde negotiationis labor, cura, industria, & periculū. Præterea si merces vel in melius mutatæ sunt vel in deterius, vēditorumq; atq; emptorum frequētia, atque id genus alia, quæ prudentissimus quisque speculari potest. ¶ Tertia conclusio. Cùm pretium rerum iustū, duplex sit, aliud scilicet legitimum, & aliud naturale: iustum legitimum consistit in indiuisibili naturale autem seu arbitrarium minimè: sed in latitudine diuisibili. Iustum legitimum est illud quod lege principis positum est: arbitrariū autem seu naturale currit quando per legem nō est constitutum. Distinctio est Aristo. 5. Ethic. 7. de iusto naturali & legitimo. ¶ Ad huius autem conclusionis intellectum notandum est quòd merita illa & causas statuēdi rerum pretia existimare, per se quidem primum ad rem publicam & eius gubernatores spectat: qui scilicet omnibus sū prædictis pēsatis deberent sua singulis mercibus statuere pretia. At quia illud in omnibus impossibile est, relinquitur venditiū ementiumq; existimationi. Et illud nūc vocamus naturale: quia secūdum rerum naturam accommodatum currit. Igitur vbi pretium lege positum est, nēpe, vt modius aut tritici aut vini, aut vlna panni vendatur decē, neq; vnus oboli accessio licita est: sed est peccatū mortale si excessus notabilis augeatur, obnoxiumq; restitutioni. Et si excessus sit perexiguus, erit veniale. Et ideo dicimus in indiuisibili consistere. Atq; hoc est quod ait loco citato Arist. iustum legitimum esse, quod licet antequàm positum sit nihil referat, refert tamen postquàm positum est. Pretium verò quod non est lege positum, non indiuisibile est, sed latitudinē habet iustitiæ: cuius vnum extremum dicitur rigidum: alterum verò pium: sed medium, moderatum. Vt quæ res iustè venditur decem, iustè quoque venditur, tum vndecim, tū etiam nouem. Atqui ratio huius est, quòd prudentia humana, qua per supradictorum considerationes de pretio existimatur, nequit punctim attingere metam: sed arbitramento quodam. Sicuti 2. Etic. cap. 6. de virtute ait Aristot. quod consistit in medio, vt definierit ipse prudens. Atque adeò dum respublica penes quam talis residet autoritas, punctum non indicat, laxior restat iustitia pretij latitudinem habens. ¶ Ex quo fit primò consequens infra illos extremos limites vendere cuiquę liceat carius pecunia credita, quàm numerata: inimico quàm amico, diuiti denique quàm pauperi. ¶ Sequitur secundò sensum illius legis, In causę. ff. de minor. vbi eadem Pomponius. habetur licēre naturaliter contrahentibus sē decipere, cui simile habetur Litem si pretio. ff. locati. non esse (vt Conrad. & aliqui putāt) infra latitudinem iusti pretij: quia intra hos carceres nullum habet locū deceptio: nēque vlla opus est remissione (vt prędicti doctores autumant) sanè cum tota latitudo iusta sit. Sed (vt q. proxima exponetur) intelligit extra dimidiū iusti pretij. Et ideo ait nāturaliter, q; humanum ingenium lucri auiduum, in causa est. Quare, licere, illic non est idem quod sine culpa, sed impunè in humano foro. ¶ Sequitur tertiò, multò tutiùs, si fieri posset, cōsultum fore, tum cōemptorum negotiatorūq; conscientijs, tum etiam communi bono, si omnium pretia lege patērent: vnde l. 1. ff. de offic. præfect. vrb. §. cura carnis. inter alias præfecti curas illa censetur, vt rerum pretia statuat iusta. Ob idq; quando in omnibus seruari nequit, quàm fieri posset maximè, deberent taxari. Enimuero negotiatores, eò præsertim q; (vt suprà dictū est) lucris sitienter inhiant, non solum præ sua excitate decipiūtur, verū etiam propter suā anaritiā consultò astuq; decipiūt. Quā ob rem quādo lege non est signatū pretium, nō est standū vniuscuiuslibet mercatorum arbitrio, sed prudentium iudicio, eorūq; qui sunt æquitatis cultores. Est enim fallacissima regula si quis semper quanto emit pretio, quantumq; laboris & periculorū subijt, tāti velit vēdere cum lucri ac cessione. Enimuero si mercator, artis negotiorūq; ignarus pluris iusto emit, aut sibi fortuna aduersa reflauit: quia scilicet copia mercū insperata successit, non potest iustè extorquere expensas quas fecit. Et vice versa si industrior alius aut fortunatior, cui vel cōtigit minoris emere, vel fautrix arrisit fortūa: hoc est insperata rerū inopia post accidit, iustè sanè potest carius

Pretium rei dum, pro moderatum.

Secunda cōclusio.

Tertia conclusio.

Aristo.

Primo ad

Secundo

Fabrar.

Lu. de

rius vendere: etiam eodem die & eodem loco, idque nullatenùs mercibus in melius mutatis. Nam cùm negotiationis ars plurimùm sit fortuitis rerum euentibus subdita, debent negotiatores & similtra suo dispendio subire pericula, & dextram operiri fortunam. Loquimur cum Christianis de Fortuna, pro euētu nobis inspecto. Atq; hic est sensus. l. pretia. ff. ad legē Falcidiam. Vbi habetur, pretia rerum nō ex affectu aut vtilitate singulorum, sed communiter fungi. Hoc est non secundùm priuatorum existimationem, sed secundùm communem prudentiam constitui. Et eōdem alludit simile verbum. l. in lege. 4. eodem titulo. vbi habetur rem non æstimari pretio formali, id est, à contrahentibus formato, sed secundùm præsens, puta communi foro currens. Valor nāq; rei non secūdùm futurum quando res nōdum est, sed secundùm præsens in quo res est, debet iudicari. Accipe horum exempla. Est frumēti caritas in Hispania: mercator tunc Siculus hoc audiens onusta frumento naui ad nos adnauigat: quādo huc peruenit, vel afflante nobis clementiori cœlo, vel quia aliunde copiam grani habemus, longè imminutum est pretium: non potest ergo tanti vēdere, quanti sibi stat merx: neq; vero si credito futura solutione carius vēderet, vt saltem se indemnem redderet, immunis à peccato fieret, aut à restitutione liber. Et per hæc detegitur alia fallacia, quæ in nundinis vsu venire solet. Etenim in initio cùm sit vberior emptorum copia, merces pluris væneunt: in fine autem, contraria ratione pretium decrescit. Arbitrātur ergo tūc mercatores expectato in tempus pretio licitè posse tanti vendere, quanti in initio: cùm tamen numerata pecunia idem non possint extorquere pretium. Fallunt in caput suum. ¶ Vbi demum ad clariorem illorum notitiā animaduertēda est quarta cōclusio. Mercium pretia, emptorum copia augentur: penuria verò minuuntur: sicuti ecōuerso abundantia venditorum minuitur, raritate vero excrescit. Enimuerò vbi merces affluunt, venditorum numerus amplior est, & emptorum minor. ¶ Atq; ex hoc tibi responsum elicies, si hæsitaueris an vendendi causa & modus pretium variet. Etenim causa vendendi aut emendi nihil per se ad rem facit. Siue enim vendas necessitate compulsus, siue præ satietate rerum ipsas despiciēs. Item siue ob necessitatem emas siue propter voluptatē, nihil inde variatur pretij. Attamen quia vēditoris necessitas in causa est, vt merces sub hasta vænū exponat, fit vt paucioribus tunc existentibus emptoribus, pretium rerum vilescat: sicuti in bello partā victoria exiguo nummo venditatur præda. Ecōuerso vbi publici mercatores emptores expectant: quia illo modo vendendi plures emergunt emptores, valor mercium crescit. Atque eādem ratione in initio mundinarū plurimum cariùs venditur quàm in fine. ¶ Atque per hāc cōclusionem lucet monopoliorum iniquitas, puta cùm quis vel à principe priuilegium emit vt solus ipse vendat: vel duo aut tres reliquam mercatorum multitudinem anteuertētes, mercium aceruum coēmunt, vt vniuersi ad ipsos cogantur confluere: vel iurata fide cōstituunt vt nullus eorū nisi tanti vendat. Hinc enim raritate venditorum pretium crescit. Et eādem ratione, vice versa, licet non tam crebrò accidere cōsuescat, emptorum monopolia, ad extenuādum pretia, essent nihilo minùs iniqua. Vt si in portu cui pretiosissima nauis applicuit, illi qui emere possent sibi mutuo promitterent non emere nisi tanti, aut si in subhastatione alios ego ne licitarentur auerterem, vt minoris ego emerem, peccatum profectò esset, quod ante restitutionē non remitteretur. Et hoc est quod ait Cicero lib. de Officijs. Non licitatorem venditor, nec qui contra se licitetur emptor apponet. Quando vero venditores monopolij facerent, tūc iustè emptores, quasi vim vi repellētes, cōtraria pariter possēt prudētia vti, puta cō uenire inter se vt nullus nisi certo ptio emeret.

Monopolium iniquitas.

Cicero.

Ad primum argumentū.

Ad secundū argumentū.

Restat ergo ad argumenta respondere. Et primùm omnium regulā illam, Tantum valet res, quanti vendi potest. palàm est, nō habere tam vastum sensum, quantum verba sonant. Aliàs liceret vendere vltra medietatē veri pretij: quin verò duplo & triplo. Quòd si illam sic modereris, vt intelligatur quantum iure & iustè vendi potest: nā id possumus: quod iure possumus: tunc quasi principium petens, redderes illam inanem. Si enim quærenti quanti vendere potest respondeas, Quantum iustitia fert: nihil respondes quod ipse ignorabat. Sensus ergo est quod tantum valet res quanti vendi potest, secluſa vi, fraude, & dolo: quibus in emptore tollitur voluntarij. Et quamuis cōdem videatur respōsum recidere ac si dixissem, iustè, non est tamen idē. Enimuerò si quæreti quid est homo, respondeas esse hominē, nihil doces. Si autē respōdeas esse animal rationale: licēt idē sit, tamen quia definitū explicas, non petis principiū. ¶ Ad secundū respōdetur, peritos artis credendum esse quando affectione rei propriæ nō est infectus: & vnusquisq; est arbiter in re propria, dum illa ad alterum nihil attineat: qui autē vendit, nō rem propriā sciam, verum communem sibi & emptori tractat. Et ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo non est legitimus arbiter. ¶ At quia de gẽ mis & rebus pretiosis mẽtio in tertio argumẽ- Distinctio.
to fit, distinguendum de mercibus est. Quæ- dam enim sunt reipublicæ minimẽ necessariæ: atq; illas potest quisq; tanti vendere quantum emptor sciens & prudẽs voluerit dare. Cuius generis sunt pretiosi equi, gemmę accipitres. &c. Spectant enim ad ornatum decoremq; & splendorem nobilitatis: & ideo magnatum magnificentia est, res illas magno æstimare. Alia verò sunt reipublicæ necessaria: vt quæ ad victum, vestitum, & alios id genus vsus attinent. Atq; in his licèt nihil fraudis dolive irrepserit, vis tamen est, quantum extorquere potueris, tanta illas diuendere.

QVAESTIO TERTIA. De iniustitia quæ in emptione & venditione cõmittitur.

Sanct. Thomas. 2. 2. quæst. 77.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm licitè quis possit rẽ pluris vendere quàm valeat.

TRIBVS itaq; articulis superiori quæstione præiactis, scilicet de emptionis, negotiationisq; necessitate, ac de rerum pretio: sequitur tertia quæstio de iniustitia quæ in hũc contractum se insinuat. Hoc autẽ statim in capite tacitus non præteribo, de quo lector forte dubius apud S. Thom. hærebit. Ait enim in distributione statim quæstionis, solas duas quæstiones tractãdas assumere, de emptione, scilicet & de vsura: eò quòd circa alias voluntarias commutationes nulla inuenitur iniustitia, quæ non reducatur ad rapinam aut furtum. In quibus verbis dubitatio est duplex. Prior quòd eãdem ratione potuisset & has omittere: Nam fraudulentia emptionis & vsuræ, genus quoddam furti est. Quòd si dicat, has duas esse commutationes volũtarias, tunc emergit posterior dubitatio, quod eãdem ratione deberet de locatione, stipulatione, & alijs tractare. Ad has autem simul dubietates respondetur, scientem fuisse ac prudentem considerationem. D. Thomæ. Iniustitia enim emptionis & vsuræ differt à rapina & furto, quia non fiunt simpliciter in uito domino, sed spontanee tractante: hoc est transferente res suas in alium. Et ideo licèt quãtum ad iniquitatem pretij fuerit inuitus, est tamen contractus, qualis non est furtum. Et quãuis eadem sit ratio de locatione, tamen iniustitia eius & quorumcunq; aliorum cõtractuum ad istorum normam exigenda est & perpendenda. Omnes nanque iniustitiæ voluntariarũ commutationum ad hæc duo capita reducuntur: scilicet, vel quòd aliquo pretio rem vendas, quæ nullo digna est, & hoc reducitur vniuersim ad vsuram: aut quòd pretio quod iusto vel maius vel minus est, siue rem tuam siue vsum transferas. Et de hoc iudicandum est per regulas emptionis & vẽditionis. ¶ Est ergo primus articulus vtrùm licitè quis possit rem carius vẽdere, quàm valet. Quibus verbis implicatur, an possit contrà vilius emere. Et arguitur à parte affirmatiua. Iustum in commutationibus iure ciuili constitutum est: idem autem ius permittit contrahẽtibus inuicem se decipere, vt habetur. l. rem. C. de rescindenda venditione. &. l. in causæ. 2. ff. de minoribus. §. idem Pomponius. ergò licet pluris rem vendere, minorisq; emere quàm valet. ¶ Secundò. Commune omnium desiderium à natura videtur proficisci, ac subin de culpa vacare: vili autem emere & magno vẽdere (vt Minus ille apud August. 13. de Trin. aiebat) commune est mortalium desiderium: cui & sapiens cõsonat Prouerb. 20. vbi ait, Malum est, malum est, ait omnis emptor: & cùm recesserit gloriatur. ergo licita est venditio iusta exuperans pretium, atque emptio idem non attingens. ¶ Tertiò arguitur. Lex amicitię secundùm Philosophum. 9. Ethico. ea est vt rei vtilis repensatio secundùm vtilitatem fiat, quã qui beneficiũ suscepit consequutus est: contingit autẽ vt emptor cumulatius ex re empta beneficiũ suscipiat, q̃ ipsa res valebat, vt si equum emit quo hostile periculum euasit: ergo licebit tunc venditori pluris rem illam æstimare. ¶ In contrarium est saluificum illud Redemptoris monitum: Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ex quo sit q̃ cùm nullus sibi velit rẽ iusto cariùs vendi, nullus debeat cariùs vendere alteri.

Dubiũ circa verba Sancti. Thomæ.

Solutio.

Primum argumentum pro affirmatiua.

Secundum.

Tertium.

Contra.

NE institutum nostrũ peruertamus, quod est sancti Thomæ sententiã vbiq; nostrę præmittere, quatuor eius conclusionibus ad quæstionem respondemus. Prima est. Fraude vti & dolo, vt vel pluris res vendatur aut minoris ematur, sicuti in omni contractuũ specie, delictum est, idemq; suo genere mortale. Primo patet

Prima conclusio.

patet autoritate Apostoli. 1. ad Thess. 4. vbi admonet nè quis fratrem suum in negotio circũueniat quoniã vindex est Dominus, inquit, de his omnibus. Et Cicero de Offic. Tollendũ est igitur in rebus contrahendis omne mẽdacium: non licitatorem venditor: neque qui contra se licitetur emptor apponet. Etenim vbi adest fraus voluntarium abest: ac subinde iniustitia fit, charitati aduersa. ¶ Secunda conclusio. Si emptio & venditio secundum suam nudè naturam contempleris, neutiquàm licet rem aut iusto maioris vendere, aut minoris emere. Conclusio est patentissima. Est enim hoc genus cõtractuum in commune bonum, æqualeq; cõmodum introductus: quod autem sic institutum est, neutram partium grauare debet, sed ad iustitiæ æqualitatem est conficiendum: mẽsura autem ac velut bilancium trutina est pretium, in cuius vsum numisma (vt suprà diximus) inuentum est: ergo iustum pretiũ vel augere vel minuere peccatum est iniustitiæ, atq; subinde genere suo mortale. ¶ Potest nihilo se cius venditio, secundùm accidens existimari: nempe quatenùs res vendibilis, aut in detrimẽtum vendentis, aut in ementis vtilitatem cedit. Quo supposito adhibetur tertia conclusio. Licitum est in pretium rei ducere dãnum quod venditor accepit: ita vt non solum res æstimetur quanti in se erat, verùm & quanti venditori valebat. Vt si meum solum per se nõ nisi decem valebat, mihi tamen, quia ædes illic extruere commodissimum duco, valet duodecim: hoc ipsum ex te pretium possum, tum petere, tum perinde recipere. Et ratio est plana: quia vnusquisque vendere totum potest quod suum est: & in tali casu nõ solum res, verum & eius emolumentum est vendentis. ¶ Quòd si contrà sic arguas: Postquàm rei dominus spontesponte distrahere maluit, quàm emolumẽtum rei capere, sibi imputare debet, & non exigere plus quàm emptori confert. Et præsertim quòd si hic resciisset, rem nõ tanti per se valere, forsan non emisset. Respondetur, argumẽtum conuincere id nequaquàm licêre, nisi venditor rem patefaciat emptori: admoneatq; hominẽ vt videat an sibi expediat illa lege emere. Quã do enim emptor sciens & prudẽs, quia vel ipse tantam vel maiorem rei necessitatem patitur, vel suo vult animo obsequi, cũ illo onere rem emere contendit, iustè venditor tanti vendit quanti sibi valebat: aliàs minimè. ¶ Quarta cõclusio: commodum quod ementi accrescit, si nullum inde detrimentũ vendẽs accipiat, non licet in pretium duci. Probatur ratione contraria: quoniam venditor non potest nisi quod

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

suum erat vendere: commodum autem ementis non erat res vendentis, sed sua ipsius necessitas vel ars causa illius existit. Vt si quis equum emit qui non venditori: sed sibi ad bellum necessarius est, vel rem aliam qua per vsum suæ artis cumulatius lucrum facere potest, quàm fecisset vẽditor. Alioquin si vtilitas emẽtis pretio accresceret, liceret pharmacopolis medicamenta tanti vendere quanti valet salus in infirmo. Vrbanum autem est, vt eiusmodi emptor grates venditori rependat. Et per hoc soluitur argumẽtum tertium ex Aristo. sumptũ: In commutatiua nanque iustitia rerum tãtùm æqualitas pensatur: in amicitia verò vtilitas, quæ per donũ gratificum rependitur. Vide q̃ sit falsa & fallax regula Ioan. Maio. 4. dist. 15. q. 29. vbi asserit quod quid secundum naturalem æquitatem debetur, potest in pactũ duci. nam tunc liceret mutuatarium obligare nõ solum ad remutuandũ, vt ipse fatetur, sed ad emẽdum à mutuantis officina & molendũ in suis molis: & pariter emptorẽ ad augẽdum pretiũ ob suum emolumentum. ¶ Quæreret hic autem attentus lector circa hanc conclusionem, an vice versa detrimentum quod tuens patitur causa sit legitima vt pretij quidpiam detrahatur. Sylvest. quidem verb. emptio. §. 7. assendo respondet. Vt si quis, inquit, tuarum operarũ nihil egens, tuis victus precibus, quia pauper es, te cõducit, poterit operas tuas minoris redimere, q̃ si teipse rogaret. Attamen huius certè causæ nõ est emptoris detrimentum: sed quia (vt articulo præcedenti diximus) vẽditoris copia vilescit pretiũ. Et ideo cùm emptorem rei tuæ quæris, vel tuarũ operarum cõductorẽ minoris tu tuaq; æstimantur. ¶ Aliud enim apparentius fieri potest argumentum cõtra eandẽ conclusionem. Sequeretur nanq; ex illa quòd neque dum quis vsu alienæ pecuniæ, quã habet in depositò, quidpiam lucri cõficit, tenearur dño illud, partẽ inve refundere. Conceditur autem plane conclusio. Neque potest depositor cum depositario citra vsurę crimen pacisci de parte lucri: nisi societatem faceret cum periculo sortis de qua infrà. Potest nihilominus ac debet idem depositor per honestatem & comitatem illi esse, re etiã gratus. Neq; verò vsuræ culpa subest. Si tu pecuniam tuam apud gratum mercatorem deponas, quem tibi speras fore benefícum neq; verò ille vsurarius cẽsetur, si ea spe tibi sit munere gratus, vt tu iterum eius custodiæ aurum tuum cõredas.

Regula Maioris falsa.

Quæstio.

Sylvester.

Argumen.

Responsio.

PRimum igitur argumentorũ capitis quæstionis, dubij illius solutionem deposcit, quo

Ad primum argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo scilicet pacto iure permittitur in venditio ne & emptione deceptio. Et quidem iam proximo articulo sensum illius legis exclusimus, In causæ.2.§.idem Pompo.ff.de mino. Vbi habetur quòd licet contrahentibus naturaliter se decipere. Cui simile concinit lex, Item si pretio. ff.locati. Haud eñ intelligitur infra latitudinem iusti pretij: quoniam illic nulla est deceptio. Intelligitur ergo citra medietatē iusti pretij. Id enim non solum ciuilia iam nunc citata: &.l.2.C.de rescindenda venditione.&. l. si voluntate.eodem titulo: verùm etiam iura canonica permittūt: vt patet cap. cùm dilecti. &. c. cùm causa.extrà,de emptione & vendit. ¶ At vendere vltra dimidium iusti pretij, sunt qui, referente Conrad.q.57.esse arbitrentur vendere vltra duplum: sed nulla se possunt probabilita te tueri: nomen enim ipsum rem explânat. Est enim vendere vltra sesquialterum: vt res quæ valet decet habet latitudinē iusti inter nouem & vndecim: vendere autem eam sedecim, est vendere vltra dimidiā veri. Sicuti emere citra dimidium est emere quatuor: nā quinq; sunt media pars. Sic enim habet lex illa citata. Rem maioris.in.C. Minus pretiū esse videtur si neq; dimidia pars veri pretij soluta est. ¶ Et ergo quæstio, vtrum lex id permittat tanq̄ licitum. De quo tres sunt opiniones. Prima est Durandi ordinis Minorum, quem & citat Cōrad.q.57. & reprehendit Anto.2. par.titu.1.cap.16. tenentis, licêre venditori in foro Dei exigere pretiū iusto maius, etiam si immodicus sit excessus: dūmodò non sit vltra dimidiū. Et posset quis in fauorem opinionis huius sic arguere. Lex humana obligat in foro conscientiæ: potest ergo in pœnam imprudentiæ condemnare emptorem illo excessu: sicuti facit in præscriptione. ¶ Secundò. Sententia iusta obligat in foro cōscientiæ, nisi ex falsa præsumptione procedat: sed si emptor venditorem in iudicium de hac re deferat, absoluetur vēditor: ergo in tuto manet eius conscientia. ¶ Proxima huic est sententia Gersonis in tract. de contracti. & in suis Floribus: vbi ait q̄ huiusmodi deceptor, peccat quidem, idemq; mortaliter, si excessus est notabilis, tamen ad restitutionē non tenetur. Intract. quidem de contracti. cunctatius id dicit, sed tamen in Floribus audaciùs idē asseuērat. Et ratio sua est: quia scienti & volenti non fit iuria. ¶ Tertia tamē opinio est S. Thomæ præsenti loco.2.2. Et quanuis dicat Gerson nō esse de hoc cōcordiam inter Theologos: profectò in.4. Senten.q.15. omnes communi consensu ita sentiunt. At forsan quis contrà citet Scot. qui illic.q.2.ait, durum esse inter contrahentes,

Quid sit vēdere vltra dimidiū iusti pretij.

Quæstio. Prima opinio Durādi.

Conradus.

Antonius.

Primum argumētū pro Durand.

Secundum.

Sententia Gersonis.

Ratio Gersonis.

Tertia opinio S. Tho.

si non semper intenderent aliquid de inuisibili iustitia remittere sibi mutuo, vt omnē contractum concomitetur aliqua donatio: ex quibus fortassè verbis ille suus Durand. seductus est. At verò Scotus nihil sibi aliud vult, quàm q̄ vltra citraq; indiuisibile pretium contrahentes, sibi mutuo intendunt remittere: infra latitudinem tamen iusti: vbi nos suprà diximus nulla opùs esse remissione aut donatione. Etenim in ferius art.3. ait quòd in fraudibus non est voluntaria donatio. ¶ Igitur quòd leges nec canonicæ nec ciuiles permittere velint deceptionē citra dimidiam iusti, tāquàm ratam in foro Dei, patet cum primis naturali diuinoq; illo præcepto suprà citato: Id ne facias alijs, quod tibi fieri non vis: nemo eñ seduci astu vellet. Est quippe (vt dicebamus) contractus hic emptionis ac venditionis pro communi bono inuentus, quare neutra pars debet ab altera grauari. At demonstratio naturalis est hæc: Præceptis naturalibus nulla humana lex derogare potest: quia eiusmodi iussa (vt patet in Decalogo) non sunt dispensabilia: saltem nemo ambigit in dispensabilia esse iure humano, quanto minus abrogabilia: seruare autem iustitiam in cōmutationibus est præceptum naturale, atq; adeò diuinum: quia præceptio naturalis ab æterna lege deriuatur: ergo nulla humana lege potest abrogari. Minor porrò præmissa tam nota est q̄ Maior: quoniam iustitię obiectum est æqualitatem facere in rebus. Et ideo Arist.5. Ethi. docet totam virtutem iustitiæ commutatiuæ in hoc versari, vt æqualitatē inter personas constituat: nempè vt quantū à te accepi tantum tibi reddā: neq; tu ex me plus extorqueas: ergo recipere vltra latitudinē iusti pretij manifestè repugnat natiuę rationi iustitię. ¶ Secūdò. Fraus (vt sæpè diximus) opponitur voluntario: illic autē est fraus: ergo emptor inuitus dat vltra dimidium, atq; adeò venditor genus furti cōmittit. Et prętereà est contra præceptū Pauli.1.ad Thessalò.4. Nè quis fratrē suum in negotio circunueniat: vbi omnis fraudulentia condemnatur. ¶ Tertiò. Si liceret decipere citra dimidiam iusti, pariter liceret defraudare in mēsura: vt si decē modios grani vēdidisti i, liceret tibi recepto integro omniū pretiò sex tātum subdole tradere. Patet: quia eōdē relabitur: hoc autē iniquissimum est, assertuque absurdissimū, contra illud Deutero.25. Nō habebis in sacculo diuersa pōdera, maius & minus: neque erit in domo tua modius maior & minor. ¶ Ex his fit consequens q̄ huiusmodi deceptor tenetur ad restitutionē. Hoc cōpertissimū est: quoniā peccatū iustitiæ (vt identidem repetamus) natura sua obligat ad re-

Scotus.

Suadet ratio tertia S.Tho.

Prima ratio.

Tertia ratio.

Confirmatio.

ad restitutionem: Iuxta illud. c. si culpa. extrà, de iniu. & dam. Si culpa tua datum est damnū, vel iniuria irrogata, iure super his satisfacere te oportet. ¶ Atq; hinc sumitur quartum argumentum contra illam Durandi opinionem, & (si qui sunt, vt fertur) doctores iuris qui illi patrocinantur. Si deceptio medietatem iusti pretij superaret, obligatio inde emergeret restituēdi: quod negare non possunt. Tunc ergo aut restituendus esset totus excessus vltra iustum pretium, aut non nisi ille qui est vltra iustū pretium cum dimidio. Hoc secundum dicere nequeunt. Siquidem ius etiam ciuile contractū rescindit, nisi integer excessus restituatur emptori: vt expresse habet præfata lex.2.C. de re scindenda venditione. Si autem tunc restituendus est totus excessus, sit vt in deceptione citra dimidium restituenda sit illa pars. Mirabile enim est dictu quòd si rem valētem decem à te mercatus sum sedecim, tenearis mihi restituere sex. Dum autē mercatus eam sum quatuordecim, nihil inihi debeas. Quocircà multo magis est de Gersone mirandum, q̄ de prima opinio nentiā postquàm agnouit eiusmodi deceptionem delictum esse, quomodò ignorare potuit prævaricationem esse iustitiæ? cuius vtiq; naturale est nexu restitutionis delinquentem illa queare. Neq; planè intelligitur quid sibi volue rit, regulam iuris allegando: Scienti & volenti non fit iniuria. Nam & si emptor scienis & volens emit, celatur eum tamē iustus valor: ac sub inde seducitur, putans tanti rem valere quantum venditor petit. ¶ Sed aiunt isti (vt pro illis arguebamus) lex potuit humana venditorem à restitutione liberare, tradēdo illi dominium, sicut in præscriptione. Profectò iustè non potuit: quia no subest tanta causa. In præscriptione nanque ratio quietis obuiandiq; litibus persuadet vt princeps qui custos est pacis priuet negligentes: qui diu rem suam deserunt: quia post longi temporis lapsum multæ oborirentur fallaciæ. In contractu autem emptionis nequeunt cuncti rerum pretia nosse. Et ideo illi qui bona fide emunt, non est cur propter iniquitatem institoris mulctentur illo excessu. Eò præsertim quòd in præscriptione possessor bona fide possidet: & ideo iniquum esset vt post tam longam temporis morā inquietaretur: fraudulentus verò mercator mala fide decipit: ob idq; nulla fert ratio vt de sua iniquitate emolumentum reportet, atq; id præsertim quod ab innocente extorquetur. ¶ Igitur vt rei conclusionem faciamus, virtus humana cum legum in hac parte duplex est. Vna quòd læso citra dimidium nō dat in iudicio actionem. Altera q̄ non permittit contractum rescindi vt habetur lege citata, Si voluntate. C. de rescind. &c. ¶ At vero rogas cur ergo tali casu actio non datur? Respondetur id consultissimè legumlatores fecisse. Haud enim illi mortales tanti estimabant bona hæc temporalia, vt propter illa tantam sinerent litigationum turbinem, quantam nūc videmus: contra documentum Christi admonentis, vt ad redimendum tempus petenti à nobis tunicam, dimittamus & pallium. Ob idque in præscriptione vbi maior erat causa ratione consulendi paci, dominium adiudicatur possidenti: in deceptione autē citra dimidium, actio petenti denegatur. Eò quòd illa deceptio infra dimidium iusti ægrè & lubrice potest semper percipi: & ideo multas parturire fraudis formas. Remittitur tamen ad forum Dei. Et hac responsione fit satis argumento secundo suprà facto. Haud enim absolutio iudicis in tali causa est sacramētalis. ¶ Sed allēget forsan contrarius axiōma illud: Qui peccat legis authoritate, non peccat: sed quia cōtra legem agit. vt cōtra Pellicianū ait August.23.q.4.can. Qui peccat. & idem ferme habetur.l. Gracchus. C. ad legem Iuliam. de adult. Est autem delusoria hæc citatio. Illud enim intelligitur de lege iussoria, secùs de permissoria. Ille inquā qui agit quod lex iubet, non peccat: secus de illo qui agit quod lex humana impunè permittit. Nō enim omne illud permittit diuina. Alioqui meretrices, qa lege permittūtur, nō peccarent. Vnde Chrysost. (vt habet.33.q.1. can. hac ratione) Quod permittimus, inquit, nolētes præcipimus: quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus. Et.ff. de regul. iur. Semper in coniunctionibus (sic enim lex incipit) nō solùm quod licet cōsiderandum est, sed & quod honestum sit. Vbi glossa ponit exemplum in proposito. Nam etsi liceat, inquit, contrahentibus se decipere, non tamen conuenit bono viro. Nullum ergo dubium restat quin huiusmodi vafri ac seductores, siue venditor sit, siue emptor, teneantur restituere etiam non requisiti.

Scrupulus.

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

Chrysost.

¶ Quòd si insignem doctorem Innocentium contrà nobis obijcias, qui super cap. quia plerique. de immunita. eccle. in genere ait quòd quando contractus iure tenet, pars quæ lædit non tenetur restituere quoadusq; pars læsa repetat, nullatenùs cōtra nos pugnat: quia id de cōtractibus prorsus intelligit, in quibus iuris trāslationem dominij nō vetat. Qua ratione lucrū ex lùdo non tenetur lucrator restituere nisi petatur in præsentiarum autē iure naturali & diuino inhibetur trāslatio dnij. Quare idem egregius author super ca. In ciuitate. de vsur. in hoc parti-

Innocentius

Mens Innocentij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

particulari casu docet leges permittentes decep
tionem citra dimidium iusti pretij intelligi in
re fori, sed non iure poli. Idemq; Panormit. su-
prà dicto. c. quia pleriq;. Atq; idem insigniter
Bal. suprà cap. cum causa. de testib. vbi allegàs
singularem illam glos. l. semper. ff. de reg. iur.
ait tales fraudulentos contractus non esse licitos in foro conscientiæ: sed mercatorum animas in periculo versari. Quanuis alibi variare videatur. Etenim qui non rerum causas introrsum rimantur, non possunt sibi constare. Attamen in eadem subscribût sententiâ quotquod sunt iurisconsulti præcipui nominis. ¶ Ad secundum argumentum ipse ibidem Augustinus respondet, dicens quòd Mimus ille dicebat, scilicet carè vendere, & vili emere, re vera vitium esse naturæ, ac latam viam per quam (vt Christus restatur) multitudo vulgi incedit. Contra quod tamen potest quisque adispici iustitiam, qua illi resistat. Et subdit cuiusdam exemplum, qui venditori petêti modicum pretium pro libro, iustum soluit. ¶ Ad tertium autem suprà responsum est.

Panormita.
Baldus.
Ad secundũ argumentũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm vitium rei venditæ sic venditionem reddat illicitam, vt necessarium semper sit illud detegere.

POstquàm de substãtia venditionis visum est, quę in iusto cõsistit pretio, subsequitur vt eius conditiones exploremus. Secundum autem ac tertium articulum S. Thomæ. q. 77. nisi qui oculatè perspexerit, vix differre videat. Quærit enim in secũdo vtrùm venditio reddatur iniusta propter defectum rei venditę. Cui quæstioni postquàm affirmatiuè respondit, adiecit q̃ si quis in venditione scienter fraudem fecerit, venditionem reddit illicitam, & restituere tenetur. In tertio nihilo minus scisciatari pergit vtrùm venditor teneatur vitium rei venditæ dicere: quod videri potest affirmando definiisse in secundo. At verò discrimen est huiusmodi, quòd vendere rem vitiosam, aut contingit eodẽ pretio ac si integra esset & solida. Et in hoc casu procedit articulus secundus. Aut contingit pretio duntaxat quod cum vitio valet. Et de hoc adhibetur articulus tertius: videlicet vtrùm postq̃ res non maioris venditur quàm iustè valet, liceat vẽditori vitium subticere. At verò adeo sunt istæ quæstiunculæ germanitate connexæ, vt fortasse eodem simul articulo cõmodiùs dilucidentur. Quæritur ergo vtrùm mercis vitium, sic vẽditionem reddat illicitam, vt necessarium sit illud semper detegere. Et arguitur à parte negatiua. Tria sunt in quibus accidit merces deficere, scilicet substantia, quantitas, & qualitas. Defectus autem substantiæ qui omnium est nocentissimus nõ est cur semper cõtractum vitiet: puta si quis vendat argentũ, aut aurum alchimicum pro vero. Nam, vt ferunt illius artis magistri, ad eosdem ferè humanos vsus confert, puta ad vasa cælanda, cudendaque numismata: ergo multò minùs ob alios defectus qualitatis & quantitatis reddetur venditio illicita. ¶ Secundo vbi emptor emere non cogitur, suo subest iudicio cognitio rei, ac perinde illi imputanda est deceptio: ergo venditor dum modò non mentiatur, docere nõ tenetur emptorem. Alioqui illo stultitiæ genere notaretur, quod retulit in Officijs Tullius vbi ait Quid tam absurdum quàm si domini iussu ita præco prædiceret: Domum pestilentem vendo? ¶ Accedit huc tertiò quòd causa quæ vrgere posset vitium detegere, non est alia quàm vt pretium fiat minus: haud tamen tenetur vendi tor causas semper propalare quibus res minoris æstimaretur: nam mercator præscius mercium, quarum copia superuentura est, licitè potest tacitus suas præuendere pretio currenti: ergo illa de causa non tenetur reuelare alia vitia. ¶ In cõtrarium est Ambrosius lib. de Officijs: vbi ait, Regula iustitiæ manifesta est, quod à vero non declinare virum deceat bonum: neq; aliquid dolo annectere rei suæ. Atque ibidem rursum: In contractibus vitia eorum quæ vænenunt prodi iubentur: ac nisi intimauerit venditor, quanuis in ius emptoris transierit, dolitione euacuantur.

Primum argumẽtũ.
Argumẽtum.
Cicero.
Argumẽtũ
Ambrosius.

CVm in duos sensus partiti quęstionem simus, scilicet vtrùm rem vitiosam pro integra, eodemque pretio vendere liceat: & vtrùm dum pretio valorem non excedente venditur, liceat eius vitium silere: de priori sensu tribus conclusionibus respondebitur, ac de posteriori alijs item tribus. In re autẽ vænali (vt primo argumento dicebamus) tria sunt cõsideranda: videlicet substantia, quantitas, & qualitas. Est ergo prima conclusio. Defectus mercis, siue in substantia, siue in quantitate, siue in qualitate contractum reddit illicitum: si pretio veræ rei integræ & solidæ vendatur. Conclusio patentior est quàm testibus indigeat. Violatur enim tunc iustitia, atque adeò genere suo est peccatum mortale, nisi rei pusillitas veniale faciat. Atqui in eum qui contrà facit quãtum ad substantiam,

Tria in re vænali cõsideranda.
Prima cõclusio.
Ratio cõclusionis.

stantiam, proclamatur apud Hai. cap. 1. Argẽtum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mixtum est aqua. Quantum ad qualitatis verò mensuram admonetur Deut. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec; erit in in domo tua modius maior & minor. Et paulo post: Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiã. Vbi natura peccati mortalis exprimitur. Et simile est de qualitate. Vt si quis morbidum iumentum pro sano firmoq; vendiderit. De his omnibus extant præterea cautrices leges. Lege enim, In venditionibus. ff. de contrahend. empt. cõtractus rescinditur si substantia vna & corpus, vt aiunt, pro altera vendatur. Vt si mihi vinum fundum aut seruum vendas, & alterum tradas. De mensuris etiã, & de mercium qualitatibus leges abundant. ¶ Secunda conclusio quę ad istam consequitur. Venditor qui rei defectum cognoscens eundem fraudulenter emptorem celauerit, contra iustitiã deliquit: qui verò rei nescius cõtractum fecerit, licèt à culpa fiat immunis, tenetur tamen vbi primũ defectus fuerit deprehensus, eundem contractum infectum reddere. Alioqui restitutionis funiculo ligatur. Res est clara: atq; eis etiam qui lippis sunt oculis peruia. Atqui celare censetur qui ea verborum versutia vtitur, vt vitium contectum relinquat. Vt isti proxenetæ dum equum vitiosum vendunt omnium morborũ maculis eum depingũt, vt in aceruo verum vitium contegant. ¶ Tertia conclusio. Similis sententia comprehendit emptorẽ. Vsu enim venire solet, vt venditor, substantiæ, aut qualitatis aut quantitatis rei suæ ignarus, rem vendat emptori, qui veritatem nouit: qui ideo & pariter peccat, & pari nexu restitutionis innodatur, si minoris rẽ emit quàm valet. ¶ Atq; hæc de priori sensu. In secundo autem opùs est distinctionibus. Aut enim vitiũ occultum est, aut manifestum. Et quando est occultum, aut in damnum vergit, periculumve emptoris, aut secus. ¶ Sit ergo quarta cõclusio. Quãdo vitiũ mercis occultũ est per quod emptori vel damnum datur vel creatur periculum, nefas est vẽditori illud celare: & ad restitutionem tenetur. Cõclusionis ratio est hęc. Quanuis non quisq; lege iustitiæ cogatur cõtrariũ auxiliumue alteri præbere, quo à periculis damnisq; eripiatur, nisi quando vel ipsi ex munere proprio & officio incũbit, vel alter extremè laborat, tamen occasionem periculi aut damni alteri dare nemini fas est, venditor autẽ eo ipso q̃ rem vitio aliquo affectam vænum exponit, occasionem damni dat, & periculi, quæ nescius emens incurrere posset: damnum quidem si res propter vitium minoris sit pretij quàm venditur: periculum autẽ si propter idem vitiũ vsus rei vel inanis sit, vel forte nocuus. Vt si militi equum mancum pro sano vendas, quo posteà in acie vti non posset: aut si domũ ruinam minãtem venderes, aut pestiferum cibum: ergo talis occultatio manifestaria iniustitiæ fraus est, ac perinde genere suo mortale, idemq; hominem restitutioni subijciens. ¶ Quinta cõclusio. Si venditor caueat damnum dare: puta q̃ nõ plus rei vendat q̃ cum vitio valet, neq; vllo emptorẽ obijciat periculo: & res sit emptori pro pretij ratione vsui, nulla lege cõpellitur vitium patefacere. Hanc conclusionẽ nõ ponit in forma de occulto vitio S. Thom. sed tamen apertè ex præcedẽti colligitur. Et ratio est: quia vẽditor eatenus tenetur emptorẽ admonere, qua tenùs nullius sit ei occasio vel damni vel periculi: sed tunc nullius est causa: ergo potest rei suæ consulere, reticendo vitiũ. Nam si emptor sciret fortè, & iusto etiã pretio remueret emere. ¶ Sexta conclusio. Quando vitium est manifestum: puta equus vnoculus est, vel à parte claudus, vel perforata domus, nulla est necessitas euidẽtius illud euulgandi: quia nisi cæcus emptor sit, ipse potest videre. Quare si emit, præsumitur sciens emere. Itaq;, vt summatim dicamus, si vitiũ est notum, nulla est necessitas diuulgandi: si verò occultũ & periculosum, quãtuuis pretiũ extenues, illicita est venditio, nisi emptorem admoneas. Sed si non est periculosum, & pretiũ ad vitij qualitatẽ admetiaris, nõ teneris reuelare. Attamẽ pluris vendere iniquitas est propter dãnum datũ. ¶ Circa harũ autẽ cõclusionum singulas minutiora dubiola emergunt. In primis Conrad. q. 54. non planè approbat conclusiones has S. Tho. etsi fateatur easdẽ esse Gersonis, vt re vera sunt, in suis Regulis moralibus. Ait enim hęc egere moderamine, quod ceu regulam cõstituit: Si dum vitium est occultũ vẽditor probabili coniectura scit, emptorẽ, etiam si vitium deprehenderet, nihilo secius rem empturũ, tunc licitè venditor tacito vitio æquo pretio vendit: si autem conijceret vitio æquo pretio emptorem empturus, iniustè occulit vitium. Et eadem est opinio Panor. in. c. iniustam. de rer. perm. quẽ videtur Sylvest. sequi, verb. emptio. §. 20. Et ratio istorum est, q̃ dum alter nõ esset empturus, inuoluntarius contrahit, ac perinde iniuriam patitur. Quin verò eãdem ratione addunt q̃ etiam dum defectus est manifestus, si emptor non animaduertit, tenetur eum venditor admonere. Atq; hãc sententiã sequũtur ferme iuniores. ¶ Sed tamẽ regula hæc istorum

Quinta cõclusio.
Sexta cõclusio.
Cõradus nõ vsquequaq; probat conclusiones præmissas.
Panormita. Sylvester.
Ratio Conradi & aliorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum quatuis sit ipsis constitutissima, nō tamē habet in ratione fundamentū. Nam etiam si vē ditor sciret alterū empturū, fortasse ille nollet tanti emere quanti res valet: atq; adeò etiam dum scitur empturus, est nihilo minùs ratione pretij inuoluntarius & inuitus. Et tamen ipsi fa tentur q̄ potest tūc nihilo minùs vendere pre tio iusto tacendo vitium, nè alter pretium im minuat. Idque ratione fateri vincuntur: nam venditor non tenetur dare occasionem deterē di suū iustum pretium. Quòd si in tali casu ei li cet vitium celare, profectò pariter id licet etiā si sciret q̄ alter non esset empturus: quia vtitur iure suo. Negamus igitur vllam esse rei conse quentiam, q̄ si emptori ignorantia in causa est vt inuolūtarius emat, venditor fiat illi iniurius. Etenim nemo dū vtitur iure suo dat alteri cau sam damni. Quocirca, vt Diogenes apud Cice ronem lib. 3. Officiorū aiebat, aliud est celare, aliud tacere. Celas dū quod pandere teneris, nō prodis: taces dū loqui iure non cogeris. Quēad modùm ergo & si quis tertius sciens vitium nō admoneret emptorem, non laberetur in culpā: maximè si sciret nec damnum illi nec periculū creari, ita neq; emptor est in culpa: quia suum seruat ius. Hoc tamen nos fatemur q̄ si nosset venditor illam rem fore prorsus inutilē empto ri, non potest vitium tacere. Vt si ego equum submācum vēdo nobili iuueni, cui in more est eques curs itare, quanuis vendam iusto pretio, iniustè tamē ago. At si vendo seni medico qui optat equum leniter gradientē, profectò nullā ei irrogo iniuriam. Et ideo posuimus tres con ditiones: scilicet q̄ caueatur periculū, & dam num, & res sit emptori vsui. Adde q̄ si creditur emptorē alteri post rem venditū ire: & quia vi tium ignorat tantum petiturū, quanti absque vitio veniret, tenetur tunc prior vēdens empto rem admonitum facere, ne alterum fallat. Atq; hoc modo concordia conciliari potest inter Diogenem & Antipatrum, de quibus illic me minit Cicero. Ille enim vēditorē minimè strin gebat vitiū mercis detegere: hic verò cōtrà pu tabat. Quidnam sit de iure ciuili in foro exte riori, ad iurisconsultos remittimus: quorum in teresl scire quando est & venditori merces, & pecunia emptori propter contractus vitium redhibenda. Sed tamē iure naturæ conclusio S. Thom. est verissima. At tunc potissimùm quādo vitium est manifestum, quis dubitat, si emptor nō aduertat, quin ipse reputandus sit sui erroris causæ? ¶ Sed tamē scrutatores isti S. Tho. aliud obijcere illi potuissent argumētum quo mordaciorem injicerent scrupulū. Etenim si hæc eius sententia vera est, non solùm in rei qualitate, verùm & *in* quātitate mēsuræ, & in substantia ipsa, id pariter esset licitū. Proferā mus quippe mercatorē in exemplum, qui ha bet grana, re vera pluris valētia q̄ potest publi co foro diuēdere: & adde exemplū de rebus il lis quæ vel numero vel pondere væneūt, seque retur q̄ posset ille si iustus modius, verbi gratia, valet duos aureos, sed nemo est qui deti & de mus, iniuriā illi fieri, vel propter monopolium emptorum, vel quia iniquus gubernator vrbis hoc eum grauamine premit. Posset inquā tūc ille vendere minoris: sed tamē curtādo mensu ram: ita vt quā ille quantitatem tradit, iustissi mè valet illud quod recipit pretiū. Quin verò in substantia ipsa idem liceret. Est qui vernale habet vinum optimū, cuius amphora iustissi mè valet decem: sed tamē si populus crederet nō esse Rhenēse, nō tantū daret pretium: seque retur eâdem cōsequentia posse illum, etsi non sit illius vineti, tacendo vēdere decem. Adde q̄ eâdem ratione & aqua posset vinū diluere. Vt si nimia esset vini caritas ita vt vrna staret duo bus aureis, quā ob causam nemo emeret, cur nō posset caupo aqua illud miscere, vendendo vrnā viginti argenteis, quæ re vera cū illa aqua tantum valet? Et tamē illic est error in substan tia, vt ait S. Thom. secūdùm illud Isāi. 1. Vinū tuum mixtum est aqua. Profectò cōclusiones horū argumentorū magna cōsequentiæ ener gia colligūtur ex dictis S. Tho. nam quantū ad moralem vsum idē est tacere vitium in rei qua litate, atq; in quātitate, & substantia. Præsertim quādo substantia nō est adeò diuersa, quin eo dem modo seruiat. Veluti si tu cogitas meum fericū esse Granatense, & pannum Segouien sem, quod tamen nō est nisi minoris notæ: sed tamē ego vendo quanti valet, & est tibi vtile pro ratione pretij. ¶ Nè ergo nihil ad hæc re spōdeamus: Primū omniū argumenta hęc nō militāt vbi pretium est legitimū, puta lege po situm: quia tūc nulla esse potest vel arbitratio cōtra ius: Sed si militant est, vbi pretium non cōsistit in indiuisibili. Secūdò nolumus caupo nibus atq; alijs, seu tabernarijs, seu alius generis coēmptoribus ansam porrigere innectēdi frau des: sunt enim iniquissimi suorū iudices, magni sanè suas merces pēdentes. Et ideo subijcio ter tiò, q̄ reipublicæ magistratus nō debēt ad hęc argumētorū pondera attendere, sed lege in eos agere qui vel in mensura vel in substātia publi cā fidē violāt. Nihilo minùs in foro cōscientię, soli stando iuri naturæ, qui vir esset alias syn cerus & cādidus, cōcurrentibus illis tribus con ditionibus: videlicet q̄ periculū & damnū eui taretur, & emptori esset merx secundùm ratio

Ad argumē tu Conradi.

Argumentū

Alio sāctū primum.

nem pretij vtilis, non esset cur condemnaretur de illis memoratis occultationibus. Leges nā que naturales de æquitate mēsurę & de rei sub stantia intelligūtur, vel quādo pluris iusto vē ditur res, aut quādo res nō sunt ad eosdē vsus accōmodatæ. ¶ Hoc autē per se cōpertum est q̄ mentiēdo nō licet vitiū cōtegere. Quapropter si emptori interrogat rei qualitatē, tenetur vē ditor veritatē aperire: si autē nō interrogat ne que dānum accipit, sibi imputet. Quāuis for tan vēditoris mēdaciū in talibus cāsibus, si alio qui prædicto modo seruet iustitia, nō est per niciosum. Secùs autē si talis rei qualitate neutiq̄ emptor indigeret. Vt si fortasse ad aliquā medi cinā indigeret fortissimo vino, & venderetur ei lymphatū. Et ideo inter pharmacopōlas ne fandū esset tale rerū cambiū. ¶ His autē expe ditis restat nihilo minor dubitatio circa tertiā conclusionem: qua dictum est, simili iustitiæ ratione cōplicari emptorē: qui scilicet pari iure venditorem admonere tenetur, si minoris rem vendat q̄ valet. Cuius exemplū. 13. de Ciui. re fert Augustī. Apparet nanq; in contrariū ratio. Haud ēni videtur emptor tam strictè ratione cōtractus ligari vt vēditorē doceat, q̄ vice versa obligatur emptorē docere vēditor. Et enim qui suas exponit merces inuitādo emptores, occa sionē eis offert erroris nisi illos cōmonefaciat: emptor verò nullā vēditori occasionē porrigit. Exēplis hoc patet. Vēditat quis pretiosum la pillū, quē putat esse vel vitrū vel quidpiā mino ris pretij q̄ gemma. Incidit autē in lapidariū rei illius gnarū, qui scilicet cognoscit gēmulæ pre tiū. Nūquid nō ille poterit tacitus tanti emere, quantū alter petit, licèt sit longe iusto minus? Idē est si aurifico speciē offeras & corp⁹ quod nescis esse purissimū aurū, ille tamē nouit. Pro cedimus nanq; de vēditoribus qui hæc nō pro fitentur, interrogātes vt doceantur rei valorem. Alioqui nō ambigitur quin emptores teneant eos docere: sed loquimur de illis qui nullatenus suspicātur quid in re delitescat: quia forsan neq; illis pluris stat res. ¶ Et adhibetur altera ratio quæ id persuasius persuadet. Si quis vel arte vel alia via nouit in prædio tuo abditam esse auri fodinam, vel aliam venā, seu lapidis, seu alius pretiosi lapidis, potest ad te prædiū emptum accedere, tacitoq; mysterio, emere. Sic enim sæpè vsu venire solet. Quin verò Christus Re demptor noster, vt libro proximo. q. 3. dicēba mus, idem velut licitū ac legale videtur recēsere Matth. 13. vbi ait: Simile est regnum cœlorum thesauro absc̄dito in agro. &c. id est, dominū agri ferretū celat quouis q; diuēditis vniuersis quæ possidet illū emat vt sibi totus thesaurus

Secunda ratio.

Tertia.

Pdeas alia

Solutio.

competat: veluti loco citato copiosè disserui mus: igitur nequâquā emptor iurē cogitur va lorem rei venditori detegere. ¶ Ad hæc autem ipsa nihilo minùs respōdetur, diuersam esse ratiōnē agri atq; aliarū rerum. Nam agri pretiū de sola expenditur superficie: quippe cuius natura est fructus ferre. Ob idq; qui agrū coē mit, nō maiori vinculo tenet detegere id quod in viscēribus reconditū est, q̄ si alius quispiam esset qui nō cogitaret illum emere. Aliæ verò res perpendūtur secundū id quod sunt: & ideo dum quis tibi vnū pro alio vēdit, in primis si te interrogat, teneris veritatem aperire. Sed præ terea etiā non rogatus, si illa esses persona quæ nolles emere, obligaris nihilo minùs charita tis vinculo fratrem admonere in re tanti mo menti, postq̄ nihil tibi admonitio constat. Imò si grauem metueres iacturam proximi, peccā tum mortale esset non eum docere secundùm charitatis regulas, quas libr. proximo. q. de te stibus explicuimus. At verò quādo emere cō stituis, accedit insuper & iustitiæ lex. Nam cum ille rei nescius minoris tibi iusto rem suam ven dit, inuoluntarius illo pretio distrahit, & ideo teneris sub culpæ restitutionisq; reatu veritā tis illum admonere. Tametsi in eâdem specie grauius esset in venditore delictum: quia cum rem offert, arctius prohibetur decipere.

Ad primum argumentū.

Ad secundū argumentū.

Ad tertium argumentū.

REstat ergo, ex conclusionibus argumento rum in contrariū responsa colligere. Primi ergo solutio est peculiaris de auro & aurichal co, q̄ nunquā hoc ad puritatē pretiositatemq; illius pertingere potest: neq; ad dignitatem & omnes vsus. Præcipitē q̄ naturā auri quæ cor porum salubritati confert, nulla ars præstare potest. Et ideo citata lex, In vēditionibus. illud pro vero distrahi vetat. An verò per Alchimiā exprimi posset verum aurum, subiudice sanē. Tho. relinquit. Et ideo subdit q̄ si id forte for tuna contingeret, nō esset illicitū pro vero vē dere: intelligas tamen retectis effectibus: quos artificiosum præstare non potest. Nihil enim vetat secundum August. 3. de Trinit. quin arte dæmonū vtentiū naturalibus causis veri natu ræ effectus ingenerētur. ¶ Ad secundum verò respōdetur, q̄ etiam si emptor vltroneus emat, incumbit nihilo minùs venditori rem eatenus patefacere, quatenus neq; damni sit causa neq; periculi. Nō quidē per præconē, quod Cicero irridet, sed tamen priuatim inter se & emptorē. Alioqui non satis ei permittit iudicium rei, quā nisi per suam relationem cognoscere nequit. Secus dum vitia sunt manifesta. ¶ Ad tertium denicq; respondetur non eandem extare ratio nem de rerum vitio & de superuenturis merci bus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus. Rei enim valor æstimatur secundùm id quod in præsenti est: & ideo per vitium rei decrescit. Qua vtiq; ratione detegendũ est. Merces verò post venturæ nihilo reddũt viliorem æstimationem rei præsentis. Et ideo venditor nõ tenetur reuelare quid in futurũ expectetur.

Historia Thaletis Milesij. Aristo.

Historia est Thaletis Milesij, quã. 1. Polit. cap. 7. Arist. enarrat. Philosophus enim ille, cùm ei ceu opprobrium obijceretur, philosophiam pauperes suos alumnos efficere: & ipse per Astrologiã oliuarum vbertatem prospexisset, collecta exigua pecunia credito emit in hyeme sub cõfuso quãtũ quisq; collecturus esset olei, arrhasq; dedit: posteà verò, tum ingentissima copia proueniente, tum q̃ solus ipse esset venditor, amplissimã confecit pecuniã. Nimirum ostẽdens facilè esse philosophis ditari: sed tamen sapientis esse diuitias despectui habere. Simile legitur de Ioseph, Gene. 41. qui diuinitùs edoctus futurę vbertatis annorũ septem, quos subsequutura erat aliorum sterilitas, vili priùs emendo, & post carè vendendo Pharaõnẽ ditauit. Exẽplum est prætereà Ciceronis lib. 3. de Offi. de Alexandrino mercatore, vtrùm cùm Rhodum annonæ caritate laborantẽ frumenti numerũ aduexisset, sciẽs se alios mercatores secuturos, teneretur ciues præmonere: an verò tacitus posset pretio tunc currenti diuendere. Antipater eũ aiebat, Diogenes verò negabat. Cuius nos in presentia sentẽtiam cum S. Tho. amplectimur: sic tamen attemperatam, q̃ cumulationis esset virtutis si quidpiã pretij vẽditor ille subtraheret. ¶ De quarto articulo sanct. Thom, qũestionis. 77. post illa quę quæstione proxima de negatione disseruim⁹, nihil nobis dicendum supereſt.

Ciceronis exemplum.

QVAESTIO QVARTA, De emptione credito pretio.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm liceat rem cariùs vendere expectata quàm numerata pecunia.

Primum argumentum partis affirmatiuæ.

POST generales emptionis ac venditionis leges quęritur in particulari, vtrùm ratione crediti pretij liceat rem cariùs vẽdere. Et arguitur à parte affirmatiua. Pretium iustũ rei secũdùm prudentum iudiciũ debet estimari, & secundùm commune forum: duodecim autem nummi absentes, scilicet in futuro soluendi, nõ plus valent quàm decẽ presentes: ergo res quæ vendi potest presenti pecunia decem, iuste potest credito vendi duodecim. ¶ Secundò. Vẽditor potest se indemnẽ seruare: quapropter D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. asseuerare nõ est veritus, posse vẽditorẽ pretio damnũ adhibere qd̃ patitur. Porrò verò ex dilata pretij solutione venditor multa subijt incommoda, vtpote lucri cessantis: secũdò periculum ipsius capitalis, quod sibi fortè nunquam soluetur: & tertiò periculũ dispendiorum atq; expensarum quas fortasse antequàm pretium recuperet factурus est: isti autem periculorum metus pretio sunt estimabiles: ergo potest horum gratia auctiori pretio vẽdere. ¶ Pari passu contrarium currit argumẽtum de emptore, qui ratione anticipatę solutionis videtur iure posse minori pretio emere. Nã anticipata solutio pluris æstimatur, quàm eadẽ prolatata, & similia pericula subijt emptor antequàm mercium cõpos fiat. ¶ Tertiò deniq; arguitur. Sunt aliquę merces reipublicę necessariæ quæ nisi expectato pretio dissrahi nequeũt: quod ex mercibus ipsis cõficiendũ est: ergo iustum ipsarum pretiũ est, nõ illud quod in præsenti, cæterùm illud quod in futuro soluendum est. Suntq; aliæ econtrario quę vænũ dari nequeunt nisi anticipata solutione: ergo iustum pretium erit, non illud quòd cùm merces traduntur valent, sed quod anticipato tempore soluitur. Exemplum prioris membri patet in maritimis mercibus: quæ nisi in magna copia aduehi non possunt. Enimuerò cùm totum nauis onus, si illa quæ plurimùm contingunt spectes, vendi simul nequeat præsenti pecuniæ: sed expectandum sit tẽpus quo emptores easdem valeãt merces minutius dissrahere, iustum pretium erit quod in futurum promittitur: quanuis maius illo sit, quòd statim numeraretur. Exemplum secũdi membri profertur in lanarũ mercatu. Nã cùm, vt plurimum accidit pastores nequeant pastum gregum redimere nisi lanarum pretium sibi anticipetur, apparet illud esse iustum quòd anticipatur: licet minus sit quàm quod dum tradũtur valẽt. ¶ In contrarium est quòd pretium, vt quæstione secũda dicebamus, & habetur. l. in lege quarta, ad leg. Falcid. res secundùm rei veritatẽ: hoc est secundùm præsens pretiũ estimandæ sunt. Verba sunt legis. Et idem colligitur ex subsequenti lege, Pretia.

Contrarij argumentum.

SOlutio quæstionis præsentis patula est: quippè quæ ex superioribus liquidò colligitur.

tur. Respondetur inquam vnica negatiua conclusione. Nullatenùs ratione crediti prorogatiõis pretij licet rem cariùs vẽdere quàm in præsenti valet. Cariùs, scilicet vltra latitudinem iusti pretij. Nam infra illam iam suprà dictum est id licitè augeri posse. Conclusionem primò probat argumentum proximè insinuatum: quia neq; rem pluris vendere licet quàm valet, neq; plus valet quàm est pretium in præsenti currens. Et ratio naturalis est, quòd pretium cuiusque rei, eius existentiã comitatur, vt tanti æstimetur quanti est quando existit: nam tunc est hominibus vsui. ¶ Secundò id patefit per regulam quæst. prima cõstitutam. Nempè quòd ad perpendendum contractum an sit vsurarius, explorãdum est an mutui quidpiam implicet, cuius ratione pretium recipiatur. Hoc enim in huiusmodi venditionibus reperias. Perinde quippe est rem, decem valentem, credito vendere duodecim, ac si decem statim commemorata emptori mutuo dares sub duorum fœnore. Probatio est sancti Thomæ. 2. 2. quæst. 78. articulo. 2. ad. 7. Ex quo fit, vt quæst. 2. diceba-

Ratio naturalis.

D. Thomas.

mus, neutiquam posse venditorem sibi pretexere quod tanti sibi merces stent: neq; aliter posse sumptus quos fecerat reficere, quàm si credito vendat: quoniã negotiatio eiusmodi fortuitis euentibus subdita est. Quare in dissolutione nundinarũ mercium pretia decrescunt, non potest mercator vendere credito quanti præsenti nummo vendidisset in emptorum feruore: quia res iam tunc minoris æstimatur. Et eadem conclusio emptores pari iure comprehendit: nempè quibus ratione anticipatæ solutionis fas non est viliùs emere. Nam pretiũ legitimum est quo merces tunc æstimantur quando traduntur: & ideo si minoris emunt, contractus reducitur ad vsurarium mutuum: videlicet quòd pecuniã venditoribus mutuãt, auctuariã mercibus soluendam.

Ad primum

AT quia de conclusione nulla esse potest dubitatio, ad argumentorum solutionem descendamus. Et primum quidem tenuissimi momenti est. Negatur enim quòd duodecim in futuro soluendi nummi secundùm se non plus valeant quàm decem presentes: imo duodecim absentes idem valent atq; præsentes. Et licet accidentarie in negotiatore ratione industriæ possint decem augeri vsq; ad duodecim: tamen inde non crescit rei pretium, quod secũdum eius naturam æstimatur præcisis decem. ¶ De alio verò membro, puta de lucro cessante, Richard. & Caietan. & quibus eorum probatur opinio, perinde censent atq; de mutuo. Nempè quòd liceat mercatori pretium ob lucrum cessans augere. Nam eadem est vtriusq; ratio. Ego verò ægerrimè in hanc sententiam trahi possum: eo tanè argumẽto ductus quòd neque lucrum ei cessat, qui vendere non cogitur, neq; vllus absque vi & fraude cogitur: qui verò tantùm rogatu vẽdit, vltrò vendit. Quare neq; Panormitan. cap. Ad nostrã. de emption. & venditio. neq; antiquorum vllus huiusmodi exceptionem approbat, sed simpliciter vsuræ reos faciunt quotquot credito cariùs vendunt quàm numerato. Et Anton. 2. parte, titulo primo, cap. 8. §. 2. intrepidè negat ratione lucri cessantis licere cumulatius pretium exigere. Et re vera ex isto capite lucri cessantis frequentiores crebrescent vsuræ in mercatura, quàm in mutuo. Quare licèt neq; modo vsqueadeò assenter hanc refutare audeam opinionem, sed permanserim vt suprà in mea formidine: tamẽ argumenta contrariæ opinionis non sunt tãti ponderis quàm eius patroni putant. Quare ad authoritatem Sancti Thomæ quã Richardus pro simili adducit, idem quod suprà respondemus. Nempè aliud esse damnũ emergens quod venditor patitur, quodque ideò vendibile est: aliud verò lucrum cessans, quod re vera, nisi inuito non cessat. ¶ Multò verò improbabilius est quod quosdam Neotericos valde miror defensare. Nempè quòd ratione periculi, cui venditor suas exponit merces, dum pretiũ in tempus credit, ius habeat carius vendendi. Conrad. quidem qũestione citata. 59. vbi hãc edisserit materiam, cõcedere hoc recusat: sed tamen iunior Metina, quæst. 38. de Restitutione, nescio quem imitatus, id audenter affirmat. At verò cùm res vsuraria, Ethnico etiam Aristotele teste, tam sit odiosa ac perniciosa, nemo deberet eius occasiones offerre, nisi vbi patentissima ratio id emineret. Porrò autem in hac opinione, nulla, vel probabilis existit. Primum ergo omnium in contrarium arguit Conrad. nullam aut vix vllam esse huiusmodi venditionem in futuro soluendam, quæ non alicui subdat periculo. Quocirca semper liceret aliquid vltra sortem recipere. Sed tuebuntur se cõtrarij authores dicentes, non id opinari in qualicunque periculo, sed vbi est legitimum, Nempè quãdo mutuatarius vel pauper est, vel fraudulentus, vel quauis alia ratione malè fidus: tũc quippe aiunt posse debitorem metum periculi pretio vendere. ¶ Secundùm eius argumentum nõ est multò maioris efficaciæ. Arguit quippe quod tunc non soluit capitale, verùm & illud quoq; metus pretium periculo subest. Quare ratione illius liceret aliud recipere pretium.

Solutio authoris.

Panormita.

Antonius.

Metina.

Prima ratio in præfatam opinionem.

Argumentũ 2. ad idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verùm tamen responderent aduersarij expectatione auctarij illius vltra sortem recipiendi, omnem compensari metum. ¶ Aliter ergo sic vrgentius reprobatur opinio. In primis mercator non vendit inuitus. Si ergo videt suas merces non tutò distrahi, non vendat credito, vel aliam accipiat cautionem. Cur ergo poterit metum illum vendere? ¶ Secundò arguitur: Venditor ille, vel fac esse mutuatorem, nullum patitur emergens dānum, neq; iacturam facit cessantis lucri, neque dispendium aut sumptus in recipiendo pretio. Hæc enim omnia cessare supponimus, quandoquidem de solo metu disceptamus: quo ergò iure poterit metus ille pretio vendi? Sed ais, quia est pretio æstimabilis. Fateor quidem: quoniam mallet homo alicuius pecunię dispendium facere quàm tali anxiari metu. Sed tamen non inde sequitur quòd sit illa ratione vendibilis: tum quòd venditor suapte sponte in illum se emergit: tum præcipue quod emptor non tenetur aliter leuare illum tali metu quàm soluendo mercis pretium: cui idcircò dum soluit, satisfacit. Et elucidatur etiamnum argumenti vis, si initio non fuisset facta timoris mentio, venditor tamē fuisset ob periculum vehementer metu vexatus: postea dum emptor soluit, nihil posset vltra sortē venditor recipere ratione præteriti metus ac periculi: ergo neq; in initio potuit in pactum duci. Profectò si vera esset talis opinio, conditio vēdentis, puta si esset nimium auarus ac perinde meticulosus, causa esset legitima recipiēdi maius pretium. ¶ Perpendamus ergo argumenta quibus isti audent hasce perhibere vsurarum ansas. Primū est hoc: fideiussor (vt suprà dictū est) pro obligatione illa qua astringitur alienū debitum soluere, potest pretium recipere: ergo licet venditori hisce verbis cum emptore pacisci: Quod fideiussori præbiturus es, mihi exhibe, & ego subibo periculum: nulla enim apparet discriminis ratio. Nam etiam fideiussor in virtute videtur debitori mutuare: dum pro eo soluit. Respondetur latissimam esse discrepantiam: quoniam fideiussor non pro eo q̄ mutuat, cum contingere possit vt nunquam pro debitore soluat: sed quia obligatur soluere, illā potest obligationem vendere: mutuator verò verè mutuat: quod ideo gratis tenetur facere. Et miror istos non quidem pro mutuo, sed tamen pro obligatione mutuandi licēre pretium recipere, simili intercapedine deberent perspicere fideiussorem posse recipere pretium pro obligatione soluendi, seu mutuandi: non tamē mutuatorem pro mutuo. Tametsi vterque in eodem versetur periculo. ¶ Et pari modo recutitur secundum eorum argumentū de illo qui per contractū assecurationis in se suscipit periculum alienarum mercium: iste enim nihil mutuat, sed pro illa obligatione soluendi merces si perierint, recipit pretium: sicuti ille qui per contractum societatis exponit periculo æs suum, non recipit lucrum propterpericulum, sed propter negotiationem. Hic enim suam pecuniam non mutuat, sed negotiationi exponit: & ideo recipit eius lucrum. Quare ex istis nullum sumitur argumentum ad mutuantē, quippe qui mutuando gratis debet transferre in alterum dominiū: ea solummodo obligatione vt tantū dem recipiat. Atq; hoc maximè confirmatur, quoniam mutuator non obligatur pecuniam suam perdere, sicut assecurator: vel qui facit societatem, si merces pereant: siquidem mutuarius semper est obligatus soluere: quare tale periculum non est alio pretio dignum, quàm vt mutuatarius mutuum persoluat. ¶ Argumentor tertiò. Qui equū suū homini locaret à quo graviter timeret nè nimia eū fatigatione diuexaret, vel forsan alio modo occideret, posset cum illo de pretio conuenire: vt si equus periclitare tur, sibi periret: ergo eodem modo in mutuata pecunia. Sed vides quàm nulla sit similitudo. In locatione enim equi nō trāsfertur dominiū: & ideo potest verus dominus de periculo rei suæ pacisci. Qui verò vendit aut mutuat, transfert in alterum dominium: qui cùm teneatur totum soluere, non est alio pretio grauandus ratione creditoris metus. ¶ Superest autem respondere vtrùm liceat venditori ratione impē sarū quas probabiliter se timet antequàm pretium recipiat facturum aliquid vltra sortem in pactum ducere. Idem enim citatus author bifariàm hanc licentiam cōcedit: scilicet quòd licet inter contrahentes de cōiecturalibus expensis conuentionem facere. Secundò quòd ratione anxietatis quam passurus est timore litis & laborum, potest etiā aliquid recipere. Hoc autē secundum iam satis repulsum est. Solus quippe metus & periculū absq; vllo labore & dispēdio nullum ius tribuit aliquid eius gratia recipiendi. At quātum ad expensas res attinet, nō est dubium quin quicquid creditor in recipiēdo debito dispendit, possit à debitore exigere. Attamen multò est tutius dum hominis vafriciem & infidelitatem times, nil ei mutuare nec credito vendere: vel dum mutuas, expectare solutionis terminum, an fortè sine vllo dispēdio fiat. Nam expensarum anticipatæ conuentiones vix vsuræ suspicione vacant. Nihilo secius vbi omni procul fraude bonis coniecturis timentur expensæ: nempe dum tuus debitor à tua vr-

Prima ratio authoris.

Secunda ratio.

Primum argumentum.

Solutio.

Quæstio.

Argumentū tertium.

Solutio.

tua vrbe loco distat: nulla est iniquitas de expensis & laboribus pactum cum illo inire, constitutumq; pretium recipere, etiam si nullos sit postea facturus. Nam etiam si esses plura expē surus, non posses amplius recipere, quàm fuit cōuentione firmatum. ¶ De materia tertij argumenti varie etiam inter Doctores opinatur. Ab vna enim parte repręsentatur vsuraria mutuatio, sed ex altera apparet emptio iusta. Et quia casus est consuetus, decisu necessarius est. Igitur re oculatius perspecta, arbitror sub distinctione respondendum. Quando enim debitum nulli esset prorsus subiectum periculo, sed absq; vllo sumptu & labore certissimè sperare tur soluēdum, neutiquàm liceret tale debitum minoris emere: quanuis longum esset tempus expectandum: Esset quippe non solùm palliatum, verum & detectum fœnebre mutuum. Quoniam ratione dilationis temporis plus accipere quàm tribuas, vsura est. Neque refert quod creditori actionem vendenti cōmodiora sint nūc decem quàm post annū duodecim. Non inquam hoc cōpungaret ementem: quoniam non emptio sed certè mutuatio est. Quādo verò solutio in periculo versaretur, nihil dubito quin liceret viliori pretio emere, quàm est totum debitum: vtpote dum militi stipendiū regium debetur, quod creditor tunet aut non tonuit, aut non sine magno negotio & molestia, aut non sine expensis se recepturum, potest quisq; tale debitum ab illo minoris emere. Quisq; inquam, absq; vi & fraude. Nam si quis regi à thesauris est, & quod soluere debet minoris redimeret, vis esset. Exēplū asserti nostri est, si debitor in pauperiem lapsus esset vel fugisset, &c. Illic enim nulla est ratio mutui, neq; in forma, neq; in virtute, sed est emptio illius actionis: quæ re vera non tantum valet, vt qui dam putant, quanta est pecunia quæ debetur. Imo est sicuti emere fata, & emere actionem quæ ex lite pendet. Quod est emere rem in spe. ¶ Argumentū autem quod e regione minare putaretue, est quòd tunc videretur debitor iple licitè suum ipsum debitum minori pretio posse redimere. Nam quod alteri licet, cur nō idem sibi licebit? Quòd autem illi nō liceat, per id liquet, quod qui non quantū debet soluit, æquitatem iustitiæ minime seruat. Respōdetur ergo, argumentū nulla similitudine pugnare: quoniam debitor ratione præcedentis contractus totam summam debet: tertius verò quia nihil debebat, iustè emere potest actionē illam quanti valet. ¶ Sed oritur hinc argumentum aduersus id quod à nobis nuperrime decisum est. Argumentum autem est hoc: Duodecim sub periculo non plus valent, quàm decem certa: quandoquidem actio illa decē iustè emitur: ergo qui numerata pecunia posset rē vendere decem nummis, poterit eandem credito vendere tunc duodecim, dum probabile periculū solutionis imminet. Respondetur aliud esse rem emere quæ periculo subiacet: aliud verò mutuare seu credito vendere sub periculo. Nam qui mutuat, aut credito vendit, cùm nullam patiatur vim aut fraudē: quia ratione prorogatæ solutionis nihil posset recipere, vel cautionem capiat, vel non mutuet cum periculo. Quare si gratis vult illud subire, sibi imputet. ¶ Quartum demum capitale argumentū diu me certè multumq; ancipitem tenuit. Nam secundùm regulam vniuersalem ac regiam, Iustū rerum pretiū est illud, quod receptis mercibus in promptu soluitur. Verùm tamen non mihi videor negare posse, quin in tali casu legitima fiat exceptio regulæ, vt iustum pretium non sit, nisi quod in futurum expectatur. Merces enim quę peregrè, & potissimè quæ maritimis periculis traducuntur, nequeunt nisi in tanta copia traduci, quanta simul vendi non potest numerata pecunia. Dixerim, nequeunt, si illa quæ plurimum contingunt considerares. Secundum quam considerationem de legibus censendum est. Quam ob causam qui naues eiusmodi mercibus onerant, necesse est vt partim credito cōmant. Ob idque & sperare eis licet etiam in portu alijs mercatoribus eo simul pretio vendere, quod ex ipsis minutatim venditis conficiendum est. Veruntamē per hanc cōcessionem nullam cogitamus porrigere mercatoribus ansam, qui in ciuitatibus merces distrahunt: quoniam tota ratio contractum excusans, est necessitas vendendi & emēdi tam amplam mercium copiam quæ nequit, numerata pecunia vendi: ob idq; venditur illis qui pretiū inde sunt collecturi. Citra hanc autē necessitatē debent res æstimari pretio præsenti. Quapropter peculiares mercatores in nūdinis sibi videant quomodò emāt: porrò intelligentes non posse renendere nisi pretio præsenti. Nam nulla inde sumitur excusatio q̄ empturi ciues non semper habeāt pecuniā præsentem. Hoc enim esset illos cogere propter necessitatem emere ad vsuras. ¶ De secundo etiam mēbro quarti argumenti nihil est mirum si prudētissimus quisq; ambigat. Nam re vera lanarum mercatus qui anticipata fit solutione, effugiem præ se fert vsurarum: cum vilius illa ratione emantur. Attamen neq; eiusmodi emptiones vsurarias prorsus arbitror, si modo fraus abfit. Nempe dum nō anticipetur solutio nisi duos

Solutio quarti argumēti.

De lanarum anticipata solutione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut tres menses quando solet fieri herbarum solutio: aut plurimùm intra eundem annum fiat quo sunt lanæ recipiendæ. Nam si anticipetur in alterum annum vt ratione tam longè dilationis minoris emas, in anifestaria vsura est. Ratio quæ me in hanc eo gitsententiam est, q̃ merces ipsę natura sua hoc exigunt. Nempe q̃ sumptus pascẽdi tam numerosos greges eorũ domini ferre nequeunt, nisi ex ipsa nutrienda lana præsens sibi subsidiũ cõmuniant. Accedit quòd forma huiusmodi fori adeò iam more & vsu pererebuit, vt ipsi etiam pastores in quos

De piscato marino. grauamen inclinat, renuant aliter vendere. Et fortè in marino piscatu idem permittitur anticipatum pretium: nõ solùm propter sumptus pauperum piscatorum, verùm & propterea q̃ piscatura seruari nequiret nisi emptores paratissimi essent iactum anteà emptum recipere. Haud tamen inde exemplum ad alia minora deducitur, vt liceat ab agricola anticipata pecunia grana minoris emere. Nam accidentarium est quòd agricola ea sit paupertate, vt exiguos illos sumptus ferre n equeat: qua ratione cogitur ad vsuram mutuum quæritare. Parq; iudicium est de alijs huiu smodi: nimirum quando necessitas personæ in causa est intempestiuè vẽdendi. Etenim in lanis non tam accidentaria personarum necessitas inest, quàm rei ipsius natiua.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm liceat rem credito cariùs quàm præsenti pretio vendere, quando rei dominus non erat tunc venditurus.

TAmetsi regula generalis sit quam superiori articulo constitutam reliquimus, restat nihilo minùs explorare an vllam admittat exceptionẽ: videlicet vtrùm quando merces vendendæ nõ erant, vsq; ad tempus quod plus valituras sperabatur, cariùs licitum sit eas distrahere quàm

Primum argumentum. præsenti numismate. Et arguitur à parte negatiua ex regula suprà constituta: nempe quòd rei pretiũ æstimandũ sit secundùm præsentem

Secundum. valorẽ: vt habeť l. in lege. 4. ad l. falcid. ¶ Secũdò arguitur. Si liceret carius tunc vendere, id maximè permitteret ratione lucri cessantis, quod speratur ex pretij augmẽto: dictum est autem secundùm sententiã nobis probatiorẽ, nemini propriè cessare lucrũ, præter eum qui vim aut fraudem patitur: qui ergo suapte sponte vẽdit non potest de lucro cessante agere, atq; adeò neq; illa ratione cariùs vendere. ¶ Tertiò: Si illa Tertium. ratione cariùs liceret vendere, sequeretur quòd econuersõ liceret rem emere cum pacto vt integra seruaretur quoadusq; vel maioris æstimaretur, vel fructus ferret. Verbi gratia, liceret oues ante fœturã eo pacto emere, vt venditor periculo suo eas custodiret, quousque fœtus suos aderent, caseumq; & lanam ferrent. Consequentia probatur: Nam si venditor potest futurum pretium quo in posterum valituræ sunt res ex nunc tutum facere, pari iure poterit emptor tutos quoq; reddere fructus rei emptę quos emit. Consequens tamen est falsum. Nam res lege non pereunt nisi domino. Vnde cùm primùm quis rerum acquirit dominium, sibi periclitantur, vt colligitur. l. incendium. C. si cert. petat. & l. pignus. C. de pignora. actio. ¶ In contrariũ est cap. Nauigãti. de vsuris.

ARticulus hìc intellectum exposcit dicti capituli, Nauiganti. & cap. In ciuitate. de vsuris. Et quidem in cap. Nauiganti. tria sunt mẽbra. In primo condemnatur vsuræ contractus quo quis nauiganti vel eunti ad nundinas pecuniam mutuat periculum capitalis subiens, vt aliquid sibi vltra sortem rependatur: quæ quidem condemnatio interpretamẽto indiget, vt verum exhibeat intellectum. Nam vt. q. 6. in arti. de societate, decisuri sumus, nihil vsuræ cõmittit qui pecuniam suam in societatẽ mittit vt inde lucrũ speret q̃ periculum ingreditur capitalis: nam hoc nõ est ratione mutui, sed quia sua pecunia negotiatur: qui autem nauiganti proprio periculo pecuniam cõmittit suam, nõ omninò mutuat: quandoquidem si pereat sibi perit: videtur ergo cõtractus ille immeritò illic damnari. ¶ Respondetur, propterea cõdemnari quòd cùm mutuatio gratis fieri debeat, non aliter mutuare q̃ mutuatarium ad contractum assecurationis vel societatis obligãdo, vsura est. Quòd si cõtrà redarguas: Qui mutuare nõ tenet, potest id reeuere vt alios cõtract⁹ sibi cõmodos faciat: Respõdeť hoc verũ esse: attũ vi mutui nõ potest aliũ cogere qui fortè assecuratione nõ egebat. Nam fortè illic nullũ imminebat periculũ, sed fingebat. Quod patet ex illa cõpositione nauigãti, vel eunti ad nũdinas. Nã eũtes ad nũdinas nulli subsunt periculo: & ideo fortè habebatur sermo de nauigatione quæ extra omne fieret periculũ. Sed de hoc illic rursus. ¶ Ad quæstionẽ ergo præsentem duabus cõclusionibus respondetur. Prior est: Licitum est merces anticipata solutione vilius mercari quàm præsenti foro væneunt. Si tamen conjectura est tempore quo tradendæ sunt plus minusve valituras. Vt si quis in hyeme triticũ emit, quod vsq; ad messem nõ est recepturus, etsi tẽpore contractus modius quatuor venditur solidis, iustè potest tribus emi, si credit plus minusve in æstate valiturum. Iste est casus secũdus dicti cap. Nauiganti. Et ratio est, q̃ cùm res propter vsum emantur, id quod nũc non venit in emptionis vsum, nõ debet æstimari præsenti pretio: sed illo quo valiturũ est, dum ei tradi tur. ¶ Sed arguis, rationẽ id tantùm euincere q̃ liceat nunc emere indefinito pretio: hisce videlicet verbis, Emo ex te tot modios tritici eo pretio quo æstimabitur tempore messis: q̃ autem nunc liceat certũ taxare, effigiem habet vsuræ: nam fortè valebit plus: & tũ cap. Nauiganti. de taxato pretio loquitur. Respondetur q̃ quando res in dubio versatur, potest prudentia ac perinde conuentione definiri. Quapropter iustitia huius contractus non in anticipata solutione fundatur: alioqui vsuram saperet: sed in coniecturali æstimatione rei dubiæ. Ex quo fit vt etiam dum solutio non anticiparetur, firmaretur tamen sic contractus vt vtrinq; resultaret obligatio, æquus esset ac probus. Quemadmodum si quis datis arrhis statoq; pretio in definitè emeret quantum olei vel vini est proteturũ: vti Arist. de Thalete (quod suprà memi ninus) retulit, nullam cõmitteret vsuram: licèt multò plus sperato proueniret: neq; venditor teneretur restituere, etiam si totũ periret. ¶ Posterior conclusio. Qui suas nõ erat merces venditurus vsq; ad tempus quo pretium auctum iri conijcitur, potest pluris vendere quàm tempore venditionis valet, expẽsis deductis, laboribus, ac periculis: & casu, quo, vt suprà admonitum est, scilicet rogatus vendat: vt qui vsq; mẽsem Maium seruaturus erat granum suum, poterit sub Natalẽ Dñi cariùs q̃ tunc valet diuendere. Hic enim est casus tertius eiusdẽ cap. Nauiganti. Et ratio conclusionis superiori germana est: quoniam tunc nõ debet æstimari pretiũ secundum præsens, sed secundùm tempus quo suas erat merces distracturus. Aliàs pateretur emergẽs damnum, à quo, vt suprà dictum est, potest se inre venditor seruare incolumẽ. Quare non solùm indefinitè vendere potest eo pretio quo mense Maij valituræ sint, verùm definiri constituiq; pretium certum potest. Nam res dubia potest, vt modò dicebamus, per prudentiam terminari. ¶ Non est autẽ cur, vti in superiori casu, scire iteris vtrũ liceat sic etiã cariùs vẽdere præsenti nummo. Quoniã qui sic emeret, mẽtis verius q̃ pecuniæ egeret. Ecquis enim numerata pecunia, quas res vilius potest, cariùs emat? Attamen si venditor emptorẽ non decipiat, sed ille velit tantũ dare, quanto ipse futuro tẽpore venditurus erat, genere suo non est vsura. ¶ At verò restat circa cap. In ciuitate. nõ parum dubium. Arguitur inquam q̃ non illi modò qui seruaturus erat merces, fas sit pretiosius vendere, verùm & illi quoq; qui nõ erat seruaturus, si modò pretio credito vẽdat. Enimverò cap. In ciuitate. nulla conditionis illius mentio fit, etsẽtne vẽditor seruatur⁹, nécne. Sed absolutè respõdeť q̃ seu piper seu cinnamõmũ quod præsenti pecunia quinq; vẽdit libris, citra peccatum potest vænundari sex: dummodò creda tur solutionis tempore plus minúsve valiturũ. Caiet. hac commotus authoritate. 2. 2. q. 78. ar. 1. distinguit de huiusmodi cõtractu. Ait inquã solutionis dilationem bifariàm posse considerari. Vno modo per se vt actionem ab emptione separatã: puta si contractus venditionis nõ simpliciter cõsideretur, sed tanquàm mutuum habens annexum. Itaq; venditio perfectè nũc absoluatur, sed quia expectatur solutio, ratione taciti mutui aliquid extorquetur q̃. Et hoc, inquit, illicitum est, atq; vsurarium. Secundo modo potest eadem dilata solutio cõsiderari, non quidem per se, at tanquàm pars vẽditionis, quę nondum fuit completa: sed inchoata, & in futurum pendens. Et tunc, inquit, aliquid insuper recipere, q̃ sit presẽs pretiũ, si res creditur plus valitura, non est vsura: quoniam venditio tunc censetur perfici quãdo fit solutio. Ob idq; ait ineptè exponi cap. inciuitate. per alterũ, Nauigãti. cùm sint duo diuersi casus. ¶ Verũtamẽ cõtra hanc opinionem est argumentum, quòd hæc Caietana distinctio abstrusior est quàm vt facilè possit intelligi. Contractus enim, vt suprà citatum est. l. Labeo. ff. de verb. significa. est vltrò citroq; obligatio: ergo tunc contractus emptionis absolutus est & perfectus, quando venditor vel tradit vel tradere obligatur merces, atque emptor vel soluit vel soluere obligat pretium. Quo fit vt expectata solutio nihil vetet quo minùs contractus perfectus sit. Quare ex illo capite nihil vltra præsens pretiũ recipi potest. ¶ Secundò. Venditionis forma quæ credito fit vna est semper: scilicet vẽdo tibi hãc rem pretio tali tempore soluẽdo: nulla ergo restat discriminis ratio, vt dicatur aliquando contractus inchoatus & non perfectus, aliquando verò perfectus & includens mutuum. Imò semper includit mutuum, puta expectationem solutionis. ¶ Tertiò. Si venditor nõ erat seruaturus merces, nil ei refert quantũ sit valitura, atq; adeò nec damnum illi emergit, nec lucrum cessat: quare ratione illius nihil nisi pretium, quod in præsenti currit, percipere potest. ¶ Ob idq;

Argumentũ

Ratio q. Ca.

Secunda ratio.

Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio tutior.

profectò multò est tutior solutio, q capitulũ, Nauiganti. glossa sit capituli, In ciuitate. scilicet q nunquàm liceat credito carius vendere, nisi quando seruandæ erant merces. Nam licèt capitu. Nauigãti. fuerit Gregorij Noni, & capitulum, In ciuitate. Alexandri Tertij, explicuit nihilo minùs Gregorius Alexandri mentem. Nihilo secius non est prorsus Cajeta. opinio improbabilis: præsertim si venditio fiat indefinito pretio. Enimuerò si qui tẽpore Natiuitatis grano abũdat rogatur credito vẽdere, quanuis non esset seruaturus, potest venditionẽ renouare: & dare quasi mutuũ decem modios recipiẽdos mense Maio, vel pretium quo tunc vænierit. Veruntamen si est ceu mutuum, nõ potest emptorem cogere, vt mense Maio & non antè soluat. Atq; hac tunc ratione dicetur imperfectus contractus, q non est taxatum pretium, sed in futurum pendens. An verò taxari possit dubiũ pretium auctiore æstimatione q̃ in præsenti foro currit, potrò concedere illi non audemus, qui non esset seruaturus. Et ideo bene admoneatur eodem cap. quòd licèt ex forma contractus, non sit vsura: quia effigiem habet venditionis, tamen suspectus contractus est: ac per inde plebi interdicendus.

Cajet. opinio nõ protinus improbabilis.

Ad primum argumentũ.

RVmum igitur argumentũ iam solutum est. Regulamq; docens iustum pretium esse quod in præsenti foro currit, intelligitur si tũc merces, emptori tradantur. Nã aliàs non sunt æstimandæ nisi tẽpore quo in emptoris vsum veniunt.

Ad secundũ

¶ Secũdum autem valentius pugnat. nimirum dum quærit qua ratione qui seruatũrus erat, pretiosius vẽdere potest. Nam si ratione id lucri cessantis, iam suprà probabilius arbitrati sumus non cessare lucrum nisi inuito. Respondere ergo primò possumus q potest recipere ratione damni emergẽtis. Quod quidem etiam spontaneus venditor quando ob cõmodum ementis vendit, potest, vt suprà decisum est, in pactũ ducere. Si autẽ huic responso non acquiescas, eò q videtur lucrum cessans, respõdetur secundo euidentius, q lucrum cessare dupliciter vsu venit. Vno modo quando res quæ alteri traditur, non plus per se valet, sed solũ ratione negotiationis industriæ: qualis est pecunia. Et tunc censebã ego eum qui vltrò à se alienat mutuando, nõ posse lucrum recipere: quia proprie non impeditur, vt suprà expositũ est. Secundò contingit quod res ipsa quę traditur, nõ modo ratione industriæ, verum suapte natura per se ipsa plus est valitura. Huiusmodi ergo res, licet quis sponte sua vẽdat, si rogatus facit, carius vẽdere potest, ob illum, qui speratur, valorem: expensis tamen ac laboribus, vt dictũ est, inde subductis. ¶ Tertio argumento dubitatio submouetur de quodam vitato contractu emptionis non satis tuto. Sunt enim qui miseris rusticanis mutuare renuẽtes, mille innectãt fraudes. Primum iumenta ab illis emunt, quæ non habent: eademq; fictè eisdem locant. Nẽpe consignant rustico viginti aureos, ceu pretium boum quos ille non habet, obligando illi vt saluos ac tutos locatosq; custodiat, soluatq; menstruum locationis pretium. Hæc enim vltra est, Nimirum cum in fine anni redhibentur ijdem viginti aurei: vt pote seruati boues, adiectoq; insuper pretio dictæ locationis. Secundò, est qui in autũno mille, verbi gratia, oues emit, obligatis venditoribus vt vsq; ad Maium easdem saluas custodiant. Nempe vt ipsorum periculo pereant. Et postquàm totam seruarum percipit, remittit eisdem eadẽ pretio. In quo contractu multæ latent iniquitates. Plurimum enim si agricolæ obligãtur vt iterum eodem pretio emunt, manifesta ibi vsura est. Nam cùm teneãtur eandem pecuniam remetiri, mutuum est: cui augetur pretium agnorum, casei, & vellerũ. Rursus obligare illos vt illæsum seruent gregẽ, palliatio vsurę est: nam grex ipse emẽtibus, tanq; veris dominis periclitari debet quod quidem periculũ si venditores suscipiãt, iusta pecunia esset pro quãtitate periculi æstimandum: cùm tamen neq; pro periculo, neq; pro custodia recipiãt nisi pertenuis forte stipẽdium. Negatur ergo argumenti cõsequentia. Videlicet quòd si potest venditor qui merces erat seruaturus, immunem se à damno seruare, possit etiam emptor venditorẽ arctare, vt merces seruet in anum cum primum emit, suo sunt periculo perituræ.

Adnexum.

QVÆSTIO QVINTA, De Censibus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm censuum emptio ac vẽditio sit vsuraria.

POstrema quæstione de emptione & vẽditione, quæ huius libri quintũ habet locũ, interrogatur de censibus: quorum cõtractus latissimè in republica percrebuit. Est ergo articulus primus: vtrum huiusmodi contractus emẽdi vẽdẽdiq; census, sit vsurarius. Et arguitur

Vsurarium.

guitur à parte affirmatiua. Numissma, vt suprà dictum est, non est vendibile, sed tandem mutuabile: & qui vsum eius seorsum vendit, vsurarius est. Nam vt ex. 5. Polit. ca. 6. citabamus, solum inuentum est vt sit pretium rerum, non vt ipsum vendatur: qui autem censum emit, pecuniam emit vltra sortem sibi augẽdam: ergo vsurarius est. Probatur minor. Qui dat, verbi gratia, mille ducatos vt singulis mensibus aut annis certam pecuniam recipiat, nihil aliud emit quam illam pecuniam, quæ sibi vltra sortẽ accrescit. Nam si annuus recipit centum, in decennio recuperat iustam sortem. Quare si census redimitur, eandem duplat: si verò non redimitur, quicquid vltrà recipit, sorti accumulat.

Secundo.

¶ Secundò arguitur. Hoc genus cõtractus pallium est & clypeus omnium vsurarũ: ergo deberet longè à republica relegari. Probatur ante cedens. Quicunq; gratis mutuare recusat hoc astu vtitur vt saluo capitali redimibiles census coëmat: quod perinde est ac si sub fœnore mutuaret.

Tertio.

¶ Tertio arguitur. Si census possent in rem aut rerum fructus institui, possent pariter & in personam, etiam quæ bonis careret: nam sicut res, fructuosæ sunt, ita & operis suis persona fructificat: cõsequens autem videtur commune cap. 2. de pigno. vbi habetur quòd liber homo pro debito non tenetur, si res defuerint. ¶ In contrariũ est argumentum quòd annui reditus in bonis immobilibus iure censentur: vt patet Clem. Exiuit. de verb. signifi. §. cumque annui. bona autem immobilia vendi emiq; iuste possunt.

QVæstio præsens pluribus fortè opinionibus cõtrouersa est inter Doctores quàm res exigit. Est enim plana. Igitur vt à nomine rem auspicemur, census, vt lib. 3. sub titu. de tributis dicebamus, à cẽsendo ducitur: eò quòd vt habetur. l. forma. ff. de censib. facultates ciuium recensendæ sunt, vt pro sua quisque tributum soluat. Inde tamen secundò deriuatũ est, vt peculiariter tributũ significet, quod pro capite exigitur: nempe dum princeps vult personarum capita catalogo esse recensita: vt quãtum sit eius imperium sibi innotescat. De quo Christus interrogatus fuit an liceret cẽsum dari Cæsari. Cuius vtique superbiæ pœnas dedit Dauid. Nempe quod populum numerauit, vt legitur. 2. Reg. 24. Tertio & census facultas, & substantia cuiusque dicitur, & patrimonij æstimatio. Refert enim Liuius lib. 1. quòd Seruius Tullius Romanorum rex census ciuium constituit. At verò in præsentiarum nomine census nihil aliud censetur, quã pensio quam quis suo per suis bonis aut persona constituit. Aut, quòd significantius dicamus, est ius percipiendi pensionem siue in fructibus, siue in pecunia, vel re aliqua vtili. Est nihilo minùs secundò adnotandum, quòd census bifariàm constituitur. Vno modo vt sit reseruatiuus: alio modo vt sit consignatiuus. Reseruatiuus est quando quis vel rem suam alteri confert reseruato sibi iure quotannis recipiendi partem quampiam. De quo extat lex fin. C. de rer. permut. vbi quisque permittitur mille alteri donare, reseruato sibi, siue annuo, siue menstruo censu. Et de huiusmodi censu meminit glossa super cap. cõstitutus. de religi. domib. Condemnatur enim in eodem cap. quidam abbas qui pensionem quam debebat multis retrò annis non soluerat. Condemnatur inquam non vt ius prædij amitteret, de quo pensionem debebat, sed vt pẽsionem persolueret. Et tamen si fuisset emphyteusis, prædio ipso expoliãdus erat: vt patet. l. 2. C. de iur. emphyt. Ait ergo bene gloss. quòd emphyteusis hoc modo differt à censu, quòd quãdo quis in emphyteusim dat alteri prædium suum, quia non transfert dominium directum, sed tãtum vtile, si non soluitur pensio, prædium redit ad ipsum dominum. Sed quando dat bona sua alteri sub censuali pensione, etnia transfert dominium rei in alterum, quantocunque tempore cesset ille pẽsionem soluere, non perdit ius prædij, sed debet pensionem. Ille ergo dicitur census reseruatiuus. De quo tamen in præsentiarum non fiet amplior mẽtio: eò quòd non est vsque adeo in vsu. Alter ergo est census consignatiuus: vt dum quis retentis suis bonis eorumque vsu consignat alteri certam pensionem, quam obligatur singulis mẽsibus aut annis soluere. Hunc autem censum quàm pluribus diuisionibus more suo partitur Conrad. q. 72. Nam ex parte fundamenti in quo constituitur, alter est realis: puta qui in rem instituitur: atque alter personalis, qui constituitur in personam. Mox ex parte rei quæ recipitur, alter est fructuarius: vt pote dum accipiũtur grana vel alij fructus: & alter pecuniarius, vt cum recipitur pecunia. Atque hic est more frequentior. Rursum alter certus, puta cùm taxati sint fructus seu pecunia: & alter incertus, dum non definitur nisi quota, puta vt tertiam partem vel aliam fructuum recipias. Deinde alter est perpetuus, & alter temporalis. Præterea alter pro certo annorum tempore, & alter pro incerto, puta pro tota vita: quem appellat vitalitium. Ac demum alter est redimibilis, atque alter irredimibilis. De quorũ fermè singulis peculiaria submouẽtur dubia: licet nonnulla parui mo-

Bifariam constitutio.

Variæ cẽsuũ diuisiones. Conradus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui momenti. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem quatuor cõclusionibus. Prima est. Vnusquisq; potest realem fructuariũq;, vt aiunt, cẽsum in sua bona constituere, dummodò sint libera. Quod dixerim, vt illa excluderẽ, quæ maioratus vinculo sunt adstricta. Conclusio hæc in genere receptissima est, neque est qui de ea dubitet. Est nãq; perquàm manifestum posse quenq; bona sua gratis donare ac vendere, & quocunq; alio contractu alienare: poterit ergo pari iure donare aut quotam aliquam suorum fructuum, aut certam partem: perpetuò se vinculo perstringendo, eandem, vel præfinito tẽpore, vel certe in perpetuũ persoluere: hoc autem est censum constituere, puta consignare. ¶ At verò dubium est, an sicut possit sub donationis forma instituì: sic etiam liceat per contractum venditionis. Enimuerò ex Theologis Henri. quolib. 1. q. 39. vbi in suam sententiam allẽgat alios: & ex iureconsultis Innocen. super cap. In ciuitate. de vsur. & ibidem Ioan. Andr. & Salicet. super Authen. ad hæc. C. de vsur. vbi pro se citat Gregor. Arimin. distinguentes aiunt quòd antiquos annuos reditus, puta qui iam fuerant antèà constituti, siue in res siue in personam, potest quisque emere. Haud tamen vllus iure potest sic tales reditus emere vt tunc cõstituantur. Exempli gratia: liberè quisque potest constituere super bona sua aut super suam personam censum, quem dono det alteri: & postquàm constitutus est, potest vnus tertius ab illo donatario emere. Pari modo tributa regia quæ super ciues instituta sunt potest vnusquisque emere: quę dicitur iurium emptio. Attamen quòd ego à te emam censum quem modo, super te aut super bona tua constituas, iniquum est. Et ratio, inquiunt, est, quòd in emptione debet distingui pretium & merx: vt habetur l. 1. de contrahen. emptio. quando autem iam census est constitutus, ipse habet rationem mercis: si verò non est constitutus, nulla est merx, sed nummi nummis emuntur. Vnde ait Ioan. Andre. nescire excusare talem contractum. ¶ Veruntamen, salua Doctorum authoritate qui egregia meritò pollẽt, nemini debet in dubiũ venire quin sicut via donationis, ita & emptionis possit census constitui. Et sit hæc secunda cõclusio: quam cæteri omnes tam Theologi, quàm super eodem cap. in ciuitate. Iurisconsulti, vt Hostien. & reliqui, intrepidè confitentur. Nam cùm quisq; liber homo bona sua diuendere possit, plane fit consequens, vt possit quoq; vendere eorum fructus vel eorum partem, obligando se vel certam partem soluere: ita vt alteri ius vendat exigẽdi à se eosdem fructus. Secũdò: si potest taleius gratis donare, cur non poterit dare genero in dotem, atque adeò cuicunque alteri, vel pro seruitio vel pro pretio? Tertiò id cõfirmatur. Potest quisque superioris iussu & lege cogi, vt partem suorum fructuum annuatim soluat: vt patet in decimarũ tributorumq; exactione: ergo poterit sua se sponte taxato pretio ad eandem solutionem obligare. Quarto. Potest quisq; (vt nuperrimè vtroq; iure monstrauimus) rem suã alteri donare, ac perinde vendere retento sibi censu: ergo potest vice versa retento dominio cẽsum vendere. Quapropter vti Sylvest. ait, verb. vsura. 2. §. 12. fallitur contraria opinio non dignoscens hic mercem à pretio distinctam: nam sicuti dum emuntur reditus anteà cõstituti, emitur ius illud: ità & dũ nunc constituitur, ius idẽ ipsum habet rationem mercis. ¶ At quoniã de pecuniario aliquantulò maior reputatur dubitatio, adhibetur tertia conclusio. Iure etiã quisque potest pecuniariũ censum super suis facultatibus constituere: non solùm donationis forma, verum etiã venditionis. Hæc ex superioribus facilè colligitur: & est assertio Conrad. q. 75. Enimuerò si potest fructuarius census constituì, & fructus æstimabiles sunt pecunia, nulla vetat ratio quo minus possit & pecuniarius constituì. Neq; in hoc contractu mutuum subest, vti Anchaillic à Sylue. citatus autumat: nimò est vera emptio: quia pretium illud non traditur vendenti cũ pacto redhibendi, sed in perpetuum. Secũdò potest se quisq; gratis obligare ad nummariã annuamq; solutionẽ, tradendo alteri ius petendi: ergo potest tale ius pecunia vendere. Tertiò potest cẽsus super domum cõsignari cuius fructus non est nisi pecunia: ergo potest taxari idem census pecunia. Re vera de reali censu, siue fructuarius sit & prædialis, siue nummarius, res est apertior, quàm vt pluribus egeat probationibus. Et præter rationes sunt etiã iura tam ciuilia quàm canonica huiusmodi comprobantia cõtractus. Est enim Authen. Vt ij qui obligat. se hab. per. res min. §. quoniã autẽ. vbi admonẽtur minorum curatores reditus illis emere annuos. Et in regno nostro extat lex Taur. 68. id permittens. Et super omnia sunt Extrauagantes duæ inter communes titul. de emptio. quarũ prior est Martini Quinti, anno. 1423. ædita: posterior verò Calixti Tertij anno. 1455. qui quidem Pontifices maximi interrogati de eiusmodi iure, sanxerunt licitos esse cõtractus. Neq; iura hæc distinguũt inter fructuarios & pecuniarios. ¶ Verùm tũ de censu personali grauius emergit hinc dubium. Multi quippe Doctorum qui census reales fatentur esse legitimos, id de personalibus diffitentur: vt est Ioannes de Ligniano super cap. in ciuitate. de vsur. & Abb. in disput. 5. & Sum. Angel. in verb. vsura. & diuus Anto. in. 2. parte, titu. 1. cap. 8. §. 10. & Sylvest. loco citato eodem propẽdet: dicens quòd dum census statuitur super domum quæ nõ locatur nisi quinque, non potest census constitui maior. Quare omnes isti authores aiunt non posse constitui censum nisi supra rem cuius fructus minimum tantundem valeat quantus est census. Fundamentũ huic opinioni hoc subijcere possumus, quòd emptor cùm dominus fiat rei emptæ, debet eius subire periculum: vt patet. l. 1. C. de peric. & commo. rei vendit. Si autem census supra perse nam cõstitueretur, nulli emptor subesset periculo. Nam interemptis etiam rebus, semper maneret venditor obligatus. Esset ergo iniqua conditio quòd semper venditor in periculo versaretur: emptor verò in nullo. ¶ Secundo arguitur. Si census potest personæ infixus remanere, eodem modo posset constitui & super cũctis eius facultatibus simul obligata persona, sic vt pereuntibus cunctis bonis nihilo se eius obligatus ipse superesset: talis autem contractus non apparet emptio, sed mutuatio, sub fide pignoris: quoniam bonorum dominium non transit in emptorem, imò habent rationẽ pignoris: quandoquidem ipsis extinctis nihilo minus tenetur persona. Si autem est mutuum, vsurà est cẽsum insuper recipere. ¶ Fauere dein de videtur huic opinioni, tum cap. suprà citatum, de pignorib. vbi habetur quòd homo liber pro delicto non teneatur, si res defuerint: tum præsertim & præfatæ constitutiones Martini & Calixti: in quibus habetur quòd super bonis scilicet domibus, prædijs, &c. constituendi sunt census. Et subditur quòd etiam possessionibus ipsis obligatis, interemptis, & destructis, non debent venditores astringi. ¶ His veruntamen non obstantibus adijcitur quarta cõclusio. Iustè quisque emere potest personalem censum: vtpote quem venditor supra suam cõstituat personam. Conclusio est eiusdem Conrad. quæst. 74. quam & quæst. 75. repetit. Probaturque iudicio meo rationibus satis firmis. Potest se persona gratis obligare, etiam si bonis sit temporalibus destituta ad menstruam vel annuam pecuniæ solutionem, gratuitò ius alteri conferens petendi: idemq; ius genero fidejussori conferendo: ergo poterit ius idem alteri vẽdere. Nam vt suprà dictum est, emptor tunc pretium non mutuat, postquàm non retinet ius repetendi: sed illo emit ius illud, quod habet rationem mercis. Secundò potest se quisque astringere ad æs certum quotannis mercenario pro suis operis persoluendum: cur ergo nõ poterit eadem obligatio pecuniæ æstimari, ac subinde vendi? Tertiò potest census personalis principis lege constituì: vt patet. 2. Nehemiæ. 10. vbi Hebræi statuerũt super se tertiam partem sicli ceu annuum censum personalẽ. Qua ratione in more nunc est aliquarum ecclesiarum, personales decimas exigere: de quibus mentio fit cap. Apostolicæ. de decim. & de negotiatione soluuntur decimæ: vt eod. in. c. Pastoralis. Et, vt suprà diximus, potest princeps non solùm ex facultatibus, verùm ex capitum recensione census exigere: potestq; ratione delicti homo cogi ad annuum tributum: ergo poterit sua quisq; sponte tale super se ius vẽdere. Rursus liberum cuique iure est obligationem suarum operarum vendere. Nempe vt sit obligatus suo corpore seruire: ergo pari iure vendere valet & personalem cẽsum. Quid ni? Potest liber homo non solùm alijs ciuilibus contractibus obligari, verùm & in seruitutẽ, vt lib. 4. monstratum est, sese vendere, & filium suum: potestq; super mancipium suum, sicuti super suas reliquas possessiones cẽsum cõstituere: cur ergo non & super se vendere queat pecuniariũ ius? ¶ Et (quod hisce omnibus robur adhibet) quicunque realis census annexam habet personalem obligationẽ: ergo ipsis etiam pereuntibus rebus superstes obligatio est in persona, atque adeò constitui potest personalis census. Probatur primùm antecedens. Tum quòd forma contractus semper sic habet, quòd venditor obligat se & sua bona: quippe cùm res inanimes non nisi per Metaphoram dicuntur obligari: sed dominus est qui obligatur & iudicio cogitur: tum præcipuè quòd per huiusmodi contractus nec dominium rei transfertur, neque fructus venduntur, sed ius illos petendi. Quapropter bona illa super quibus constituitur census, non tam rei venditæ rationem habent quàm pignoris atq; hypothecæ qua venditoris fides firmatur: iuxta tenorem legis, Iunius. ff. de ann. legatis. Et probatur hoc ipsum. Quoniã si fructus illo contractu venderentur, consequens fieret, vt eorum periculum nõ venditor, sed emptor subiret. Quapropter quo anno fructus perirent, non deberentur emptori, sed eidẽ ipsi perirent: quod tamen est falsum & contra vniuersalem vsum. Qua vtiq; ratione & vsu ostenditur eum qui censum emit, non emere fructus, sed ius petẽdi: quippe cũ vẽditor periculo fructuũ, ceu rei suę subditus maneat. Sunt nanq; res censui obligatæ, instar pignoris, quo disparẽte, nõ ideo creditori extinguit agẽdi ius vt. l.

Prima cõclusio.

Dubium.

Hérici solutio.

Innocẽtius.

Ioan. Andr.

Salicetus.

Greg. Arim.

Ratio proximæ opinionis.

Secunda cõclusio.

Hostiensis.

Prima ratio pro conclu.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Tertia conclusio.

Quinta ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt.l.seruo.C.de pigno.admonetur. Quod quidem inde rursus confirmatur quòd aliàs non possent emi pecuniarij census nullis consignatis fructibus: cuius cõtrarium suprà probatum

Primum corollarium. est. ¶ Ex hac cõclusione subsequitur primò, eẽ sus reales non solùm constitui posse super certis designatisq; bonis, verùm & super indefinitis, atq; incertis: nempe super quibuscunq; que venditor seu possidet seu possidebit: eò quòd

Secundum. obligatio in personam resoluitur. ¶ Sequitur secundò quòd potest institui census super re etiam cuius fructus nõ adæquent censum. Denique in huiusmodi emptionibus nulla vsura est. Neque verò iniustitia, si modò pretium sit iustum ad quod est attendendum. Perspice inquam an ius illud tantæ recipiendæ pensionis iusto ematur pretio. Nã tunc si res supra quã constituitur tuta non sit, aut non tantum fructum reddat, in emptoris vergit periculũ. Quo modò autem pretium æstimandum sit, articulo proximo patebit. Quapropter Metinensis ægrè sibi constat: quippe qui cùm prius asseruisset cõtrarium huius corollarij, postea affirmauerit personales census. Nam si persona manet obligata, licèt fundus fructum iustum non

Obiectio. suppetat, supereſt actio cõtra personam. ¶ Sed arguis. Quando res non satis soluendo censui fructificant, tunc census non est tutus: ergo tũc contecta subrẽpit vsura. Negatur cõsequentia.

Solutio. Imò verò ex parte citiùs venditoris resultat iniquitas quàm à parte emptoris: nã emptor suo periculo censum emit in re malè fida: sed alter est qui non deberet vendere nisi super re tuta.

Ad primum argumentũ. REstat ergo ad argumenta in cõtrarium respõdere. Atq; ad illa priùs quæ initio quæstionis objiciebamus. Ad primum respondetur: forsan iniri de nomine disputationẽ, an huiusmodi cõtractibus ematur pecunia. Tametsi propriè nõ emitur, nisi ius petendi pensionem: licet iuris eiusdem vãlor non sit maior q̃ ipsa pensio. Vnde & lingua nostra materna cẽsus super regijs tributis cõstituti, iura dicuntur. Dicuntur inquam vendi emiq; iura. At quanuis pecunia annuatim soluenda emeretur, nihil aliud esset quàm bonorum emptio immobilium: vt citata Clemen. Exiuit. habetur. Neq; verò inde quòd tractu temporis exuperent capitale, existimandus est cõtractus vsurarius: differt enim à mutuatione ex diametro. Hæc enim est radix iustitiæ huius generis contractuum, quòd qui mutuat, obligat mutuatariũ eãdem sibi integram restituere pecuniam: qui verò cẽsus emit, minimè: sed in pretium eam dat perpetuum. Quare nihil obstat quo minus, veluti in cæteris emptionibus, temporum curriculo fructus super pretium exuberent. Et per hæc solutum manet argumentum secundum. Nulla enim in hoc genus contractibus occultur vsuræ prauitas. ¶ Sed & reliqua quibus personalis census dissuadebatur pari facilitate soluuntur. Conceditur enim priori fundamento emptorem nullum subire periculum. Imò licèt superstatueretur census, nullo se periculo obijceret vel rei super qua constituitur census, vel fructuum: quià dominium in ipsum non migrat: sed venditor est qui pro recepto pretio sub eo permanet periculo tanquàm rerum dominus. Nihilo minùs & emptor huic subijcitur discrimini quòd etsi res perirent nunquàm potest venditorem cogere redimere censum: & simili modo in censu personali, hoc ei periculum imminet, quòd venditor ad pauperiem redactus

Ad secũd. soluere non possit censum. ¶ Ac subinde ad secundum argumentum conceditur consequentia & cõsequens: ac proinde fatemur dum quis censum super suis bonis vendit, manente nihilo minùs obligata persona, bona illa formã induere atque effigiem pignoris & hypothecæ. ¶ Capitulo autem secundo de pignoribus, hoc tantùm admonetur quòd liber homo non potest constitui in pignus debiti, veluti mancipium: vt patet. l. qui filios. C. quæ res pignori obliga. poss. Haud tamẽ inde subinfertur non posse census nexu, sicuti per alios contractus, obligari. ¶ Argumentum autem quod ego in

Argumẽt. meipsum contra personalem censum validius instruo, est hoc. Censum super re constituere vsu consumptibili non est licitum, sed vsurarium: personalis autem census est huiusmodi: ergo iniquus est. Probatur antecedens. Si ego tibi mille porrigerem aureos, teque grauarem vt de eius vsu quotannis certum mihi quidpiã solueres, vsuram committerem: eò quòd vsum pecuniæ seorsum venderem. Minor autem patet. Nam perinde videtur facere qui super personam censum emit: videlicet vt pro vsu illius

Soluẽs. pecuniæ certam pensionem rependat. Verùm tamen argumenti huius vtraque præmissa negatur. In primis inquam constituere censum super vsum pecuniæ, non est vsura, nisi saltem id capitali fiat: puta cum obligatione restituendi pretium: nam tunc esset mutuum. Si autem tibi in perpetuum mille conferrem ducatos, nihil vetat quin possem de eorũ vsu pensionem recipere. Idque patet. Primò, quia possum illos dare conuentione facta, vt tu eisdẽ emas fundũ fructiferũ: quẽ si non emeris, tua erit culpa. Et

Baldus. hoc ipsum ait Baldus in feudis. Si de feudo vasallus. l. vnica. Præterea hoc habet vim cõtractus societatis. Secundo & altera quoque præmissa est

est falsa. Etenim personalis census non constituitur super vsum pecuniæ: sed est ius petendi, recipiendiq; à persona talem pensionẽ. ¶ Neque verò Extrauagantes Martini & Calixti eã dem quartam conclusionem nostram vllo pacto auerſantur. At verò hoc in primis admonendo opus est, quòd cùm in Conciliorũ Summa, quam reuerendus noster Miranda, neque sine publico commodo, neq; sine priuata laude cõpilauit, post dictas Extrauagantes in formam vnius redactas, appensas inspexeris, sex conditiones ad æquitatẽ huiusmodi contractuum requisitas: non intelligas easdem in dictis Extrauagãtibus vt necessarias extare, põtificiáve authoritate pollêre. Sed authorem ipsum iudicio suo, quod peregregium est, illas ceu necessarias collegisse. Earum autem cõditionũ Prima est, quod censuales reditus consignandi sunt in rebus certis, puta domo vel agro, quæ solæ maneant eisdem soluendis cẽsibus obligatæ. Qua quidem conditione refutantur personales census. Attamen conditio illa nequaquam ex Extrauagantibus colligitur. Bulla enim hoc in fola enarratione Pontifici proposita continet. q̃ res exprimantur quæ permaneant obligatæ. Tamen posteà in approbatione non excludit quin super personam possint institui. Enimuerò illic tantum fit mentio de realibus censibus, quos Bulla approbat: nulla tamen fit de personalibus, quos non subinde reprobat. ¶ Secunda autem eiusdem authoris conditio, nempe q̃ iusto pretio emantur census, statimq; tempore cõtractus integrum soluatur, idem soluatur pretium, pro priori mẽbro vera est. Non quòd si pretium non esset iustũ, ea ratione fieret contractus vsurarius: siquidem res illic vendibilis emitur: sed quòd esset iniustus. Sicut dum res pretio digna, pluris minorisve iusto distrahitur. At verò quantum ad secũdum membrum, nullam præ se fert probabilitatem. Nam licèt in narratione Bullæ id quoq; ponatur, non tamen in approbatione tanquã necessarium constituitur. Quid enim vetat quo minus, veluti in cæteris contractibus, venditor census emptori valeat partem pretij credere? Neque quinta cõditio ex eãdem Bulla colligitur. Nempe quòd si res super quibus constitutus est census perierint, emptor cogi deinceps nequeat ad soluendum censum. Nam Bullæ clausula id solùm cauetur nẽ pereuntibus bonis cogantur vendito res censum redimere. Haud tamen prohibetur quin possint cogi pẽsionem soluere. Imò si ex tantis bonis liberi debitores restarent à pẽsionis debito, profectò id Põtifices explicuissent. Quare cum hoc tacuerint, insinuârunt licitos quoque esse etiam personales census. Quanuis quia non sunt vsqueadeò emptoribus tuti, nõ erant tunc fortè in illis partibus in vsu. Et ideo Pontifices non fuerũt de illis requisiti. ¶ Et per hæc quoq; monstratur, sexta conditio nõ esse necessaria, vt suprà dictũ est: videlicet, quòd sit necessarium census constitui supra rem fructuosam, atque adeò vt fructuum valorem nõ excedat.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm census tam temporales quàm perpetui sint liciti.

SAtis erat in genere quæstionem decidisse: nisi quòd nõnulla sunt tam de temporalibus quàm de perpetuis peculiaria dubia. Quæritur ergo an vtrunq; istorum genus sit licitum. Et de

Primum argumentum. perpetuis arguitur à parte negatiua. Si essent liciti, sequeretur quòd non solùm venditor, verùm eius successores perpetuò manerent eodẽ pensionis fune irretiti. Consequens tamẽ videtur iniquum: maximè post quàm res perierint

Secundum. super quibus constitutus est census. ¶ Secundo arguitur cõtra conditiones quibus solet perpetuitas hæc firmari. Nempe vt vẽditor teneatur prædicta seruare super quibus constituitur: neq; illa possit absq; censuarij facultate abalienare: quod si eius facultate vendiderit, decima nihilo minùs vel vigesima pars illi obueniat.

Tertium. Tertiò, quòd nisi statis terminis soluerit, rebus orbetur super quibus consignatus est census. Quartò, quòd etiam si res ipsæ disperent, nihilo minùs maneat obligata persona. Addunt & fideiussores & sexcenta alia munimenta, quæ non satis apparent æquitatis marita. ¶ Tertiò contra temporarios arguitur. Si liciti essent, sequeretur non posse minoris emi quàm sit omnium pensionum summa. Vt si in decennium census emas aureorum decem, nõ valeres minoris quàm cẽtum emere. Nam aliàs quicquid vltra reciperes, forti adhiberes: & tamen contrarius est vsus.

Quartum. ¶ Quartò arguitur. Si liceret temporaneos emere census, perinde liceret, nõ solùm in tempus certum, verùm & in incertum, vt puta sæculares emere, quantum videlicet qui emptoris sæculo vitaq; duraret, quos vitalitios vocant: hoc autem tum iniustum apparet: quia cum vitæ periodum solus Deus nouerit, vsu sepe veniret multò plus durare q̃ venditor credidisset: ac perinde grauiter læderetur: tum etiã inde periclitaretur charitas. Nanci-

scereſtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

scetur inquam inde occasionem venditor exoptandi emptori mortem.

Prima cõclusio.

Ratio cõclusionis.

DVabus conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prior: Non modò perpetui cẽsus licitè emũtur, verùm in illis minor est vsuræ suspicio quàm in temporalibus. Conclusio ex his quæ dicta sunt euidentiam sortitur: quoniam ille merus est venditionis emptionisque contractus, ac si prædia emas, aut quæuis alia quæ iure hæreditario tuis posteris relinquas. Quo sit vt huiusmodi census neutiquàm esse possint meri personales, sed debent esse nõ solum reales, verum & rebus immobilibus infixi. Nam reliqua omnia collapso tempore dilabuntur. Quapropter Clemen. suprà citata, Exiuit. Annui, inquit, reditus intra immobilia censentur à iure. Atque eò minorem præferũt effigiem vsuræ, quòd pretium nũquàm est emptori redhibendum. ¶ Posterior conclusio.

Posterior cõclusio.

Pari iure licet emere temporales census seu certi temporis, vt in decennium vel in alium quemlibet terminum: seu incerti, puta sæculares prouentis vita aut filiorum. Conclusio est nota. Quia hic etiã distinguitur à pretio merx: quæ est ius petendi pẽsionem. Quare nisi in pretio, de quo statim dicem⁹ iniquitas insit, nulla macula talis contractus inficitur. Etenim sicut potest quisque fundum suum alteri in emphyteusim pro sua vita dare retenta pensione, ita vice versa potest & re ipsa retenta pensionem ad vitam vẽdere. Item vnusquilibet potest alienum prædium ad vitam conducere, cuius fructibus viuat: cur ergo non & ius super eodem prædio emere recipiendi taxatam pecuniam? Adde ꝙ & de bonis ecclesiæ id ipsum permittit Clem. 1. de rebus ecclesiæ non alien. Nempe quòd ingruente necessitate possit prælatus pro sua vita possessiones ecclesiasticas alienare: ergo & potest emptor pro sua annuos emere reditus.

IN cõclusionibus ergo nulla est ambiguitas præter illas quæ per argumẽta insinuantur. Quarum prima est in primo: vtrũ omnis obligatio perpetui census perpetuò in hæredes descẽdat. Nam dum census super ædibus, aut molaribus, aut re simili constituitur: ratio persuadere videtur, vt re tali diruta nõ debeat illa obligationem rei in personam refundi, qua ideo extincta nihilo minus similiter teneri personam. Quòd si verum esset, deberet eadem obligatio ad hæredes permanare. Quod quidam absurdum arbitrantur. Ad hoc tamen per hanc distinctionem respondetur. Quando perpetuus census super bonis incertis constituitur: scilicet super his quæ homo possidet possessurúsve est, tunc obligatio ad hæredes permeat: siue in bona quę tunc venditor habebat succedant, siue, illis interemptis, in alia: quoniam illa omnia sunt eidem solutioni obnoxia. Et ideo hæredes tunc ipsi sibi videant dum hæreditatem acceptant. Nam qui cẽsum vendidit potuit cuncta sua præsentia futuraq; bona illo innodare vinculo. Quãdo verò census constituitur in rẽ hãc cõsignatã non prorsus perpetuam: qualia sunt ædificia: neq; alia hypotheca cõtractus fiunt, nõ prorsus censetur perpetuus cẽsus, sed tantũ quãtũ res duratura est, & persona quæ vẽdidit fuerit superstes. Nam illa personalis obligatio non succedit in hęredes nisi ratione illius rei. ¶ De pretio autem perpetuorum censuum dicere aliud non possumus, quàm quòd non solum quantitas census existimari debet, verũ stabilitas ac firmitas super quibus constituitur. Quare iura super castra, & perpetua pascua, & prædia, maioris sunt pretij. Qua vtique ratione nõ potest lege vnum in vniuersum pretium constitui. Sed illud est iustum quo publicitus sine vi & dolo venduntur. Tametsi cõtingere possit vt vrgens pauperum necessitas eos cogat viliori iusto emere. Quare non apparet iusto emi vnum redimibilem numinum pretio decẽ: vt iam factitari incipit. Quanuis vbi vsus inualuerit, non prorsus condemnarem. ¶ Fuit autem consultissimum frumentarios census lege taxari. Nempe vt non in frumento soluerentur, sed æstimato pretio, vnum pro quatuor decim penderetur. Emisti, verbi gratia, grani cẽsum centum quadraginta aureis. Lex ergo præcipit vt quoniam frumenti pretium latissimè variatur, non tibi quotannis soluatur, nisi quãtum frumenti decem aureis æstimatur. ¶ Circa secundũ argumentum quo de conditionibus reliquis hisce contractibus apponi consuetis inquiritur, hoc statim in fronte firmissimè asseueratur, nullam ab illis contrahi vsuræ maculam. Nam vsura, vt sæpe dictũ est, inde tantum modò nascitur, vbi res emitur, quæ vendibilis non est. Nihilo seciùs hisce conditionibus inmixta potest iustitia, per iniquitatem pretij, & inimiam venditoris oppressionẽ. In primis ꝙ nõ possit venditor bona illa super quibus statutus est census absq; censuarij facultate abalienare, non est iniqua conditio. Nam cõtingeret aliàs in aliũ possessorẽ demigrare, qui non esset vsq; adeò tutus. Quòd vero cẽsuarius, dũ talẽ facultatẽ confert, valeat partẽ pretij recipere, nihil meis auribus æquitatis exhibet. Nã etsi in emphyteusi propterea ꝙ qui pensionem recipit dominium rei directum retinet illo iure gaudeat, tamen

Ad primum argumentũ.

Pretium census.

Ad secundum argumentum.

Quodnam sit pretium censuum.

tamen censuarius, qui nullum habet rei dominium pro tenera facultate quam concedit vendenti, quidpiam recipiat, profectò rationi non est cõsentaneũ. At si iure particulari regni permittitur, nihil obloqui audeo. Item ꝙ ad stabilitatem sufficientia hypothecare bona, ratio sanè poscit. Quod autẽ sua bona, dum amplissima sunt, debeat ad maiorẽ cautelam sic colligare, vt neq; diuendere, neq; impignorare, neq; vlla ratione de illis disponere queat, profectò importabile onus est, quod miser ob solam necessitatẽ subire cogitur. Item ꝙ qui vno vel duobus annis non soluerit eisdẽ obligatis possessionibus expolietur, non est prorsus genere suo iniquum: quoniam potest id quidem in pœnã imponi. Et est l. Tauri. 68. approbatum. Attamẽ vt pœna sit iusta, debet esse moderamine ad culpæ quantitatẽ temperata. Nam si esset nimia, non esset iusta. Illud autem postremum, nempe ꝙ rebus pereuntibus persona nihilo minus obligata maneat, iã suprà ostensum est licẽre. ¶ In tertio argumento dubium submouetur de pretio tẽporalium censuũ. Richard enim. q. 80. tenet posse emi temporalẽ pecuniariũq; censum certi temporis minori pretio ꝙ sit pensionum summa. Possunt, inquit, nonaginta aureis emi decem in censum vsq; ad decennium. Ratio inquit est, ꝙ tanti æstimantur nonaginta nunc, quanti cẽtum in decennio diuisim soluti. Hæc autẽ ratio nulla est, nisi vbi vera sit emptio. Falsitate nanq; in mutuo: quoniam non licet tibi mutuare nonaginta, vt illo modo recipias cẽtum. Vnde cum idem ipse autor metuat huiusmodi emptionem reduci ad mutuum, subiũgit tunc esse contractum licitum qñ emptor mallet nõ emere ꝙ emere, sed rogatu vẽditoris emit. Addit inquam hoc temperamẽtum: arbitratus nõ licẽre decem illa recipere vltra fortẽ nisi ratione cessantis lucri: quod antèà dixerat tunc penitus licẽre quando mallet mutuator non mutuare. At verò cum hoc lucrum cessans, vt crebrò suprà diximus, suspectum sit quando quis sponte mutuat idq; maximè in præsentiarum: nam qui census emit, non putat se mutuare: ob idq; non solum rogatus, verùm & rogãs emit, negare non possum, quin huiusmodi contractus emendi pecuniarios census certi temporis suspicionem præ seferat, si minus sit pretium ꝙ census. Neq; verò sunt vsu frequẽtes, neq; esse decet nisi vbi aliquod subest dubium plus minusve suscipiendi. Liceret inquam aureis nonaginta possessionem emere decennio duraturã, quæ singulis annis prolatura esset fructus decem aureorũ, liceretq; adeò similes emere fructuarios cẽsus. Nam cùm fructus sint in dubio, verè cognoscitur emptionis ratio: quę ideo nõ vitiatur quòd fructus tractu temporis superaturi sint pretium: cùm autem nonaginta ducatis, non possessionem, sed ius petendi in pecuniam cẽtum emis, quæ in nullo versantur dubio: hoc enim supponamus, videlicet quòd neque timeantur expensæ, neque labores, neque vllum existat periculum: profectò vix potest discerni, quin sit mutuum. Perinde atque si nonaginta nunc dares cum obligatione, vt post decennium redhiberentur tibi simul centum: vbi plana est vsura. Nam quòd soluantur per partes, vel simul in fine, nihil videtur discriminis afferre. Quocirca absque formidine approbare nõ auderẽ vt possint huiusmodi pecuniarij census certi temporis emi, nisi tãto prorsus pretio, quanta est omnium pẽsionum summa: vt sit omninò forma mutui. Si quis autem iudicio suo discreuerit inter solutionem centum faciendam in fine decennij, & faciendam per annos, ipse sibi viderit. Tametsi de hac ambiguitate articulo proximo redibit sermo. De cẽsibus autẽ incerti temporis, puta ad vitam, vel quousque paternam ingrediaris hæreditatem & similes, dubitari non potest quin sint liciti. Etenim cum illic dubium sit quantum sis temporis victurus, quantumq; subinde fructuum emptor percepturus sit, manifesta est emptionis venditionisq; ratio.

Qualiter cẽsus pecuniarij certi temporis sint liciti.

De vitalitijs cẽsibus.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm licita sit emptio censuum cum pacto retrouendendi.

POSTREMA demũ quæ inter præcipuas est dubitatio huiusmodi contractuum, versatur in pacto retrouendendi: vtrum sit licitum. Arguitur ergo à parte negatiua. Nullo contractu iustitia seruatur nisi sit in cõmune bonum vtriusque partis æquilibris: ergo si licita esset cõditio qua venditori facultas fit redimendi censum, deberet & eadem facultas emptori concedi, vt venditorem posset cõgere ad redimendum: aliàs esset præ illo gratuatus: hoc autẽ emptori non est licitũ: nam si venditor ei tenetur pretium redhibere, mutuatum cẽseretur, ac sub inde vsura esset, emptorem quidpiam vltra capitale recipere. ¶ Secũdo arguitur. Si huiusmodi conuentum legitimum esset, sequeretur & legitimas pariter esse adiectiones vt venditor nequeat ante certum tempus cẽsum redimere,

Primum argumentum.

Secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eundemq; non minutiùs per partes, sed simul totum. Item quòd non nisi vsq; ad præfixum terminum sit ei integrum redimere: quo transacto perpetuus maneat. Hæc autē omnia granamina, tum iniqua per se videntur, tum & sanctionibus contraria prædictarum Extrauagantium Martini & Calixti. ¶ In contrarium autem est q̄ in nulla istarum committi videtur vsura. Quare nisi alia contractus iniustitia maculetur, non est cur repellatur.

PRo decisione quæstionis huius discerniculo illo primum omnium in huiusmodi cōtractibus opus est, cuius in superioribus meminimus: nempe duplicem esse in eis diiudicandam prauitatem: scilicet vsuræ & iniustitię. Nam, vt suprà dictum est, vbi res venditur, quę nullo per se pretio est digna, vsura est: vbi verò res vendibilis iniquo venditur pretio, citra vsurā cōmittitur iniustitia. ¶ Hoc præhabito fundamento, quatuor cōclusionibus ad quæstionem respōdetur Prima est. Nequâquam fas est censum emere cum pacto retroëmendi. Puta obligando venditorem vt eundem redimat eo dem pretio, vel minori, nisi fructibus in sortem computatis nihilo plus emptor recipiat, quàm tribuit. Imò omnis talis contractus est manifestè vsurarius. Hæc est conditio Extrauagantiū Martini & Calixti: quę quàquam illic non haberetur, est per seipsam manifesta. Enimuero vbicunq; traditur vel pecunia vel res quælibet vsu consumptibilis cum pacto eandem rursus vel eius valorem recipiendi, & aliquid vltra sortem, illic vsura, vel patet, vel latet. Dum ergo mille ducatis censum emis qui tibi quotannis quinquaginta reddit, venditorem cogens vt iterum ex te redimat, tutū reddis capitale tuum: quod idcircò re vera mutuas, & vltra sortem recipis rei fructus. Hæc ergo est radix vsurę in huiusmodi contractibus. Dixerim cum pacto recipiendi vltra sortem: quoniam nil te vetat rem emere sic cum venditore conueniens, vt si tibi infra certum terminum displicuerit, rescindatur cōtractus: dummodò perceptos fructus in sortem annumeres. Eandem conclusionem lex etiam regni sanxit. ¶ Secūda conclusio. Licitum est censum emere cum pacto retrouendi: neq; vlla illic subest vsurę labes: nempe dum emptor eam obligatur reuendere, si venditori libuerit rem suam redimere: ita vt optio non in emptore, sed in venditore sita sit. Quare nisi aliunde iniustitia adsit, nihil erit iniquitatis in tali contractu. Hæc etiam est conditio earundem Extrauagantium Martini & Calixti: quam & ratio ipsa naturalis patefacit. Quocirca per hoc pactum distinguitur census redimibiles & irredimibiles. Quo fit vt omnes perpetui sint irredimibiles: non tamen contrà. Nam etiā si non sint redimibiles, possunt vendi duntaxat in tempus, vt suprà dictū est. Probatur conclusio. Si aliqua hic subesset vsurę ratio, maximè quia huc irreperet ratio mutui: at verò cùm emptor ius sibi non reseruet cogendi venditorem vt pretium restituat, nullum est mutuum, sed vera emptio. Quòd autē talis emptio expers esse quoque possit alius iniustitię, patet: quoniam talis iniustitia vel committeretur propter venditoris grauamen: & hoc non, cùm ex re sua sit illa libertatis conditio: vel ob emptoris ligamē, & hoc minimè: quoniam opus illud, pretij attenuatione releuatur. Valent, verbi gratia, decem perpetui floreni ducatis decentis: ob illud autem vinculū iteratò vendendi minuitur pretium, vt emantur non pluris q̄ cētum quadraginta florenis. Quapropter cùm obligatio illa qua emptor reuendere cogitur æstimetur toto residuo, nulla restat iniquitas. ¶ Secundò id probatur. Potest in cōtractu emptionis grauamen aliud quoque emptor vltrò suscipere si fiat pretij remissio. Videlicet vt in emptis ædibus non aperiat fenestras, vt certis personis non vendat, & similia: potest ergo & hoc reuendendi iugum suapte sponte subire. Conclusio est quæ lege etiam ciuili iusta censetur, vt patet. l. si fundū. C. de pact. inter empto. & vend. atqui. c. ad nostram. de empt. insinuatur quoque iusta si pretium sit iustum. Nam propterea illic similis contractus vsurarius censetur, q̄ qui redimibilem censum emerat adeò exoluerat vile pretium vt potiùs censetur mutuum. Quòd si quis argumentum obijciat ex Leui. 25. vbi iubebatur vt si rem venditam vēditor posteà redimeret, percepti fructus reciperentur in sortem. Respōdetur legem illam fuisse legalem sicuti alterā: vt anno Iubilęi res omnes venditæ ad suos remigraret vēditores. Cauerat enim id Deus ne via vēditionis sortes terræ promissionis in paucos aggerarentur, aliis in pauperie derelictis: & ideo leges illæ cessauerunt. ¶ Tertia conclusio. Licitū etiam est, neq; vsuræ saporem habet, census emere cum pacto retrouendendi: constituto tempore, tam illo, ante quod non sit venditori redimendi facultas, quàm illo citra quod, si non redimatur, nulla fiat reliqua vltra redimendi facultas: sed census maneat perpetuus. Conclusio est quæ eidē citato autori eisdem Extrauagantibus Martini & Calixti condemnata videtur. Hoc tamen est in eādem hærere sălebra: nempe ex affirmatione negatiuam inferre. Continet enim narratio propositionis vt quoties venditori redimere libuerit, facultas supp[e]tat. At quanuis propositioni Pontifex annuit, non tamen subinde censuit illam esse necessariam ad cauendam vsurā. Imò propterea ea proposita illi est illa conditio quòd maiorē effigiem præferre videbatur mutui, ac subinde vsuræ, si quoties vellet venditor pecuniam reddere, liber esset à censu. Nam, vt suprà diximus, quo minor est in venditore redimendi libertas, maior est in contractu ratio emptionis, ac subinde minor vsuræ suspicio: nam propterea minorē habet vsuræ repræsentationem perpetuus census, quàm temporalis: ¶ Probatur ergo vtraque cōclusionis pars manifesta ratione. Potest quis perpetuū censum emere vbi omninò aufertur venditori facultas redimendi: ergo potest facultas illa ei concedi pro eo tēpore quo inter ipsum atque emptorem conuenerit. Et confirmatur. Grauamen illud quod emptor sibi imponit iteratò vendendi quoties alteri libuerit, pecunia æstimabile est: ideo minoris emit quam si emeret in perpetuum: quòd autem venditorem astringat vt ante tale tempus emere non possit, nil aliud mali habet quàm quod eidē emptori alleuiatur grauamen: atque adeò pluris æstimandus est tunc census, quàm si integra libertas venditori relinqueretur: ergo si ob hāc rem pretiū augeatur ad iustū, nulla est vsura. Imò licèt pretium esset minus iusto non esset vsura quanuis esset iniustitia quæ vsuram saperet: vt habetur citato capitulo, Per vestras. Eâdem ratione potest etiam emi concessa præcisè facultate redimendi vsque ad præfinitum tempus. ¶ Quarta cōclusio. Licitum est & ab vsuræ ratione semotū huiusmodi census redimibiles ea apposita conditione emere, vt non membratim & per partes, sed totum simul redimatur. Neque obstat quod in narratione dictarū extrauag. proponitur, vt quoties voluerit venditor totum vel partes redimere, in suo sit arbitrio. Eodē enim modo respondetur, quòd licèt id concedatur, tamen in concessione nō excluditur aliud. Imò ratio docet non fuisse excludendū. Nam si eiusmodi pactio contractum vitiaret, eò maximè quòd faceret vt non esset emptionis & venditionis: hoc tamen non facit: nam si absque illa conditione ob id quod pretium dabatur in perpetuum sine obligatione restituendi, erat vera emptio (nam in hoc vera emptionis ratio consistit) propterea quòd illa apponatur conditio non definit esse emptio. Posset quidem esse iniustitia: quia minimè diffitendum est illa conditionem alleuiare obligationem emptoris de retrouendendo: atque illa de causa dignū fieri censum maioris pretij: sed tamen effigies

vsurę nulla illic præfertur. Nam si census potest emi perpetuus, cur non erit vera emptio si emptor noluerit grauiùs se obligare quàm ad reuendendum totum? ¶ Adde quòd si vera esset contraria opinio, consequens fieret vt nullius certæ partis posset apponi conditio, sed si ego mille ducatis emi septuaginta in censum, ille posset singulos ducatos quoties vellet redimere: quod re vera grauis esset emptoris incommodatio. Nam posset ille pecunia illa prędium emere quo aleretur, saluo semper prædio. Si autem tam minutatim pretium reciperet, id non posset. ¶ Ad hæc, accidentarium est atq; adeò extra rem quòd venditor non possit redimere simul totum. Si enim emi census vnius tantùm ducati, quis non poterit totum simul redimere? Et si venditor diues est, quanuis census cumulatior sit, poterit illum totum redimere: quòd autem, vel ille pauper sit, vel census magnus, contractum non mutat. ¶ Potest quidem, vt dicebam, iniustitia cōmitti ob defectum pretij: nam ob huiusmodi conditiones quæ in grauamen venditoris, in leuamen autem emptoris vergunt, auctior esse debet cēsus æstimatio. Tametsi de hoc vsui prouinciæ absq; vi & fraude standum censeo.

AD primum igitur argumentum respondetur, in primis duabus conclusionibus assignatum esse discrimen inter emptorem & venditorem. Si enim facultas in emptore maneret vt quoties ipse vellet teneretur venditor redderе pretium, manifesta illic esset ratio mutui, atque adeò quicquid in censu venditor recepisset, esset vsurarium. Quòd autem in solo venditore maneat libertas redimendi, rationē non tollit emptionis: quia potest ipse nunquàm redimere. ¶ Ad secundum verò responsum itidem est, duabus reliquis conclusionibus, eædē conditiones licitæ declarantur.

QVÆSTIO SEXTA, De contractu societatis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm contractus societatis sit licitus.

Primum argumentũ.

POST contractum emptionis subsequitur de alio, qui vsu celebris est, cõtractu societatis. Arguitur nanque non esse licitum. Si licitus esset, sequeretur iure inter duos ita contrahi posse societatem, vt alter totam suam pecuniam periculo exponeret: alter verò nihil aliud quàm operas. Nam vt habetur Institut. de societat. §. de illa. quorundam opera ita pretiosa est, vt iustum sit conditione meliore in societatem admitti: consequens tamen apparet falsum: tum quòd iniquũ esse videtur vt alter periculum subeat mille aut decem millium ducatorum, alter verò nullũ: & nihilo minus partem lucri recipiat: tum etiam quòd si contingeret nihil lucri accrescere, iniustum etiam appareret vt qui pecuniam contulit, nihil perderet, & tamen alter suas omnes amitteret operas.

Secundũ.

¶ Secundò arguitur. Si eiusmodi societas esset legitima, sequeretur lucri distributionem sic fieri debere, vt tanto maior pars illi obueniret qui pecuniam posuit quàm ei qui posuit solas operas: quanto pecunia illa maioris valoris est quàm alterius operæ. Consequens tamen falsum est. Nam si decem millia ducatorum conferantur cum opera & diligentia vnius hominis, ferè totum lucrũ deberet illi obuenire qui pecuniam posuit: cum tamen integrum suum seruet capitale: alter vero suarum operarum dispendium fecerit. ¶ In contrarium est. c. per vestras. de donation. inter vir. & vxor. vbi Innocentius Tertius contractus societatis approbat.

Qui dicãtur socij.

HIc primùm omnium ante conclusionum assertiones notandũ est, ex nomine ipso socios illos censeri qui in vnam coëunt negotiationem, vt suis quisque seu pecunijs, seu operis, seu expẽsis, particeps lucri fiat. Quin verò, vt supra diximus, ex hoc contractu nomẽ sortis deriuatum est: vt puta quòd singuli in commune partes suas conferant: quæ quidem partes sortes dicuntur.

Duplex societatis genus.

Secundo adnotandum, duplex esse societatis genus. Vnum scilicet dum simul multi mercatores vnum cumulum suarum pecuniarum cõgerunt, communesq; habent ministros. Itaque & pecuniæ, & operę, & expensæ sunt communes. Quod quidem societatis genus illustribus mercatoribus in vsu est frequentissimum, Burgensibus scilicet, Genuẽsibus, Brugensibus, ac Londinensibus, & reliquis. Et in hoc nulla existit dubitãdi ratio. Quicunque enim sua pecunia negotiatur cuius periculum subit, quibus tam expensarum ratio pro rata suæ cuiusque sortis obtingit, quàm etiam lucri distributio. ¶ Sed alterum est genus vbi vnus pecuniam ponit, alter verò industriã & operas: vt habetur l. societatem. ff. pro socio. vel industriam cum aliqua parte pecuniæ. Et de huiusmodi cõtractibus peculiariter est quæstio. Est forte vir honestus qui non habet negotiandi peritiam: habet tamen nummos, seu dotales, seu aliter acquisitos, quos apud mercatorem collocat, vt pro rata pars sibi lucri pendatur. De hoc ergo quæritur, sitne licitũ. Quã quæstionem in suos articulos partiti sumus. Quorum prior est: Vbi qui pecuniam ponit, periculum eius subit: posterior verò, an etiam id liceat, saluo capitali aut aliqua eius parte.

¶ Et quidem membrum prius vnica eademq; indubia conclusione facillimè expeditur. Si qui pecuniam ponit periculum eius subit, licitus est contractus: neque vllum subolet odorem vsuræ. Conclusio est primùm iuris Pontificij cap. citato, per vestras. deinde & iuris Cæsarei, Institut. de societ. per totum. & C. ac. ff. pro soci. quæ quidem iura ex natura rei colliguntur. Enimuerò cum negotiatio licita sit, nihil refert an tu ipse pecunia negotieris tua, an verò alteri eam cõmittas qui tuo nomine eius negotiũ ineat, dummodo sub tuo dominio pecunia maneat. Qui autem pecuniam suam in societatem ponit, dominium eius non transfert, sed penes se retinet, si modò eius periculum subeat: ergo licitè potest lucrum recipere quod pro illa pecuniæ sorte sibi cõtigerit. ¶ Quomodo autem tunc debeat lucri distributio fieri, quod secundo argumento petebatur, sic definiendum est. Debet quidem primùm cumulus fieri omniũ sortium, singulis æstimatis, vt de qualibet constet, quota sit pars totius cumuli. Vbi cauendũ est ne quis, vt nonnullis accidit, fallatur, arbitratus totum valorem pecuniæ quam quis ponit ducendum esse pro vna sorte. Vt si, verbi gratia, Petrus industriã & labores ponat: alter verò duo millia ducatorum: vna sors sit totus ducatorum valor. Nam tunc vix posset contingere vt industria tanti esset æstimanda quanti pecunia: cuius tamen contrarium habet textus institutionum citatus. Nẽpe quòd pretiosior est quandoq; opera quàm pecunia. Et confirmatur quòd valor ille non sit totus censendus ad percipiendum lucrum: quoniam qui pecuniam sic ponit, non illam expendit, neque alteri tribuit: postquàm est item sibi redhibenda: sed tantùm exponit illam periculo. Quapropter solum æstimãdum est eiusdem periculum pecuniæ. Vt si Petri operæ, & labores, & industria valet centum, forsan periculum duorum millium

millium ducatorum nõ æstimatur pluris: nam si contractum cum alio faceres assecurationis, illo centenario pretio assecuraret tibi illa duo millia: atque adeò tunc lucri æqua portio vtrique obtingit. Et iste est casus l. si non fuerit. ff. pro soc. vbi habetur ꝙ potest esse lucrum cõmune, licet vnus tantum periculum subeat. Vt si alter nauigat, aliósve labores assumit. Quin vero possunt esse tres, quorum vnus ponat pecuniam: alter industriam: quippe cuius prudentia negotiatio gubernetur, alter verò operas: & tunc sunt singula æstimanda. Per hæc quorundã deceptio detegitur, qui arbitrantur posse quẽpiam in societate ponere mille eo pacto vt quintæ partis tantũ periculum subeat, quin tamẽ pariter recipiat lucri: nam cum alter subeat periculum aliarum quatuor partium, illa ratione meretur alias quatuor partes lucri: atq; adeò pro industria nihil reciperet. ¶ Pari modo si qui industriam ponit aliquam etiam simul apposuit pecuniã, percipere ex lucro debet quantum operę suæ & industria valent, & præterea quanti periculum auri sui penditur. Atq; hic est casus per quem intelligendus est Paragraphus ille citatus, De illa. Insti. de socie. vbi sancitur posse alterum sociorum lucri quidem duas partes suscipere: damni vero nõ nisi tertiam. Quod quidem Mutius condemnabat propter iniquitatem quæ prima fronte apparet. Sed præualuit Seruij Sulpitij sententia, illud esse licitum. Vt si, verbi gratia, Petrus posuit bis centum ducatos: Paulus verò non nisi centum: sed tamen posuit industrias & labores valentes tercentum. Nempe quia negotiatio illa sortè obitur, vbi parũ periculi pecuniæ imminet, & industriæ plurimũ est necessariũ: vel vbi operę & labores sunt magni: vt in nauigatione. Tunc enim cumulus valet sexcenta, quorũ quatuor ponit Paulus: & ideo lucri debet recipere duas tertias: Petrus vero vnã, qui posuit duo. In dãno verò Paulus nõ subijt nisi periculum vnius: Petrus verò duorum. Et eodẽ alludit casus l. societas. C. de soci. ¶ Simili modo censendum de alijs societatibus, vt dum quis pecunia sua oues aut armenta emit, alter vero pascit & industria sua curat: si ille qui oues emit periculum subit tanq̃ suarum rerum, valor illius periculi cõferendus est cum valore industriæ & laborũ alterius. Nam si facis vt pastor periculum subeat, iam suprà diximus esse vsurarium mutuum: cum saluum stet domino capitale ouiũ. Pariter si pecuniam das opifici vt tuo periculo artem suam exerceat, conferendũ est periculum pecuniæ tuæ cum suis operis & laboribus: & illa ratione diuidendum lucrum.

Dubitatio.

¶ Sed nunquid non poteris illi corium, aut lanas, aut aliam materiam vẽdere, vt postquàm industria suæ artis pecuniã confecerit, auctius tibi pretium soluat quàm lana aut corium venderetur præsente pecunia? Hic enim cõtractus in multis locis in vsu est: existimaturque propterea licitus quòd in rem cedit & cõmodum opificis.

Respõsio.

Respondetur nihilo minùs esse omnino illicitũ, etiam si vtile sit opifici, qui illa mutuata pecunia viuit. Nam est manifestum mutuum: nempe vbi res venditur cariùs pecunia credita.

Ad primum argumentũ.

¶ Ad primum igitur argumẽtum sunt qui respondeant, vbi nihil lucri accreuit nõ debere qui operas posuit illas perdere: sed aliquid ei ex sorte tribuendum. Nihilo minùs respondetur, quòd quemadmodum si capitalis iacturã fiat, totum amittere debet qui illud posuit: ita vice versa si saluo capitali nihil lucri accrescat, totum esse illius qui illud posuit: & alterũ debere suas operas perdere. Quoniam hic fuit pactionis nexus, vt alter subiret capitalis periculum: alter verò operarum.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundum autem palàm dictum est: videlicet quemadmodum sit distributio lucri facienda: non æstimata totã pecunia, sed eius periculo.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm licitum sit pecuniam in societatem exponere, saluo capitali.

DE societate cõtractus vbi legitima est societas, nulla extat dubitatio. Sed dubium tamen superest, vtrùm saluo capitali sit etiam permittendus.

Primum argumentum partis affirmatiuæ.

Arguitur enim à parte affirmatiua primò ex cap. Per vestras. citato, de donat. vir. & vxo. vbi permittitur vt maritus dotalem pecuniam apud mercatorem collocet, vt eius lucro viuat: quod fieri non potest nisi saluum sit capitale: quandoquidem dos, vt supra dictũ est, debet salua persistere.

Argumen. 2

¶ Secundò arguitur. Potest qui amplam pecuniam in societate ponit pacisci cum socijs, vt nõ ipse totum eius periculum subeat, sed ipsi partem: ergo eadem ratione potest inter eos conuenire vt alij periculum subeant: ipse tantùm verò pecuniam conferat.

Argumen. 3

¶ Tertiò. Potest qui pecuniam in societate collocat celebrare cum vno tertio assecurationis cõtractum, qui periculum in se vertat: ergo potest eundem contractum celebrare cum socio: cui perinde periculum imminet, seruato ipso in tuto qui pecuniam contulit: ergo illud est licitum. ¶ In contrarium tamen est l. citata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

citata, societatem. C. pro socio. vbi cum illa societas approbetur vbi vnus pecuniã cõfert alter verò operas: illa reprobari videtur, vbi vnus neque periculũ pecuniarũ subit neq; operarũ.

Conclusio responsiua.

QVæstio licèt controuersum sit inter doctores, perparùm tamen habet ambiguitatis: vnica ergo conclusione respondetur. Neutiquàm licitus est eiusmodi contractus vbi quis sic pecuniam ponit vt nulli se exponat periculo: sed alter tenetur quicquid accidat eundem seruare indemnem. Ratio est manifesta: quoniam hæc non est societas, sed verè mutuum. Eo enim ipso quòd alter periculum tuę pecuniæ subit, efficitur pecuniæ dominus. Nam ille vere est dominus cui res perijt si perdatur: & ideo quicquid vltra capitale mutuator ille recipiat, sit vsurę reus. Atq; hinc fit nullam esse societatem. Nam ille verè nihil ponit, quando quidem pecunia in virtute iam nõ est sua. In summa, qui neque operas neque pecuniam periculo exponit, non benè negotiatur. Illa enim est negotiatio vbi propria negotiantis pecunia negotio exponitur.

Ratio cõclusionis.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum sunt qui respondeant cõcedentes in dicto capitulo indulgeri marito vt possit dotẽ saluo capitali apud mercatorẽ ponere, vt eius lucro matrimonij onera sustineat: sicuti suprà genero permitti monstrauimus vt fructus pignoris extra sortem suscipiat: idemque aiunt de bonis pupilli. Est tamen assertum hoc, vt improbabilissimum, sic pestilẽtissimum: quoniam cum recipere vsuras sit contra ius naturæ & diuinũ, nulla est ratione dispensabile, vt expressè habet cap. super eo. de vsur. neq; pro redimenda vita captiui. Neq; simile est de pignore cuius fructus iure cẽsetur locer tribuere dum dotem non soluit. Capitulum ergo illud tantùm declarat quomodò maritus possit fructibus dotis viuere: nempè si illam apud tutum mercatorem collocet iure communi societatis: puta vt capitalis periculo sit expositus. ¶ Ad secundũ cõcedimus posse quempiam decem millia, verbi gratia, ducatorum in societate cõferre eo pacto vt non subeat periculum nisi sex aut octo millium. Attamen tunc nõ potest ex lucro recipere nisi illam præcisè partem quæ illi pecuniæ respondet, cuius ipse periculum subit: nam reliqua cẽsetur socijs mutuare: quippe qui suo periculo illa suscipiunt: atq; adeo pars illa lucri, quę periculo illius prouenit illorum est qui eidem fese submiserunt discrimini. ¶ Tertium verò argumentum est, vbi maior latet difficultas, tractat illud prolixè nimis Ioannes Maioris in. 4. distinct. 15. quæst. 48. & 49. Et quidem

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumẽtũ, Ioan. Maioris.

Accursius. Panormita.

Accursius. l. si non fuerint. ff. pro socio. & Panormita. cap. citato, per vestras, indubie, idque meritò tenent nullatenùs contractum societatis licitum esse vbi saluum ẽst capitale: nam re vera est merè mutuum. Neque argumentum quo in contrarium arguit Maioris, vllius est momẽti. Arguit enim, eo quòd alter sociorum pecuniam ponat, alter verò periculum subeat, non satis colligi eandem pecuniam mutuatam censeri. Nam in contractu commodationis & locationis apparet infirmitas argumenti. Potest enim quis alteri commodare equum suum aut rem aliquam suæ supellectilis eo pacto vt commodatarius & conductor periculum in se sumat: & nihilo minus non est mutuatio, cur ergo secus in pecunia? Hoc tamen, vt dicebam, argumentum nullius est ponderis: quoniam si in talibus contractibus taxato pretio rem alteri in quemcunque vsum trades, profectò contractus est venditionis pretio credito: cùm ergo pecunia taxatũ habeat pretium, vt puta quòd ipsa eadem salua restituatur: iam alter sit dominus, & potest quicquid ei libuerit de pecunia disponere, ac si sua esset, dũmodo illã restituat cum lucro: est ergò verè mutuum. ¶ Quapropter neq; moderatio Hostien. & Ioannis Andreæ, qui illic ab eodem doctore citantur, faciunt rei satis. Aiunt enim contractum esse licitum saluo capitali ea lege vt si per negotiationem dispereat, teneatur negotiator illud restituere: mò autẽ si casu fortuito. Et Maioris quidẽ prius approbat membrũ, reprobat verò posterius: nã potest, inquit, taliter seruari capitale saluũ, vt etiã si aduersa fortuna pereat, teneatur negotiator illud persoluere. Attamen procul dubio vtrouis modo pereat, nõ erit cõtractus licitus, si sit capitale ad æquale restituendum.

Ioan. Andr.

Argumẽtũ Maioris.

¶ Ostendit ergo idem author dictum contractum esse licitum hac ratione, quæ iudicio suo manifesta est. Potest, vt exempli gratia, sic loquamur, Petrus apud Paulum negotiatorem ponere mille aureos, quos potest tutos facere per contractum assecurationis celebratum cũ Ioanne, pretio, verbi gratia: quinquaginta ducatorum. Deinde potest cum Titio assecurare, vt aiunt, lucrum: nempè vt ipsi eidem Petro det centum pro lucro. Qua ratione habet saluum capitale, & quinquaginta in lucro. Si ergò cũ diuersis personis illis modis contrahere iste potest, quidnam vetat omnes simul facere, cum eodẽ? Do tibi mille in societate, ex quibus cæpe quinquaginta pro assecuratione, supponamus enim periculum perexiguum esse, & dabis mihi centum aut octuaginta pro lucro. Habet ergo hic saluum capitale, & nihilo minus

nùs recipit aliquid vltra sortem. Caiet. in. opusc. 46. respons. quæst. 11. partim contractum reprobat, partim verò approbat. Ait inquam: si illi contractus vnà simul cum eadem personã fiant non esse licitos: scilicet cõtrahio tecum societatem hac lege vt inter nos etiam conueniat tam de pretio assecurationis quàm de quantitate lucri. Est enim tunc palliatum mutuum. Si autem inquit fiant successiuè: itaque qui ponit pecuniã non obliget tunc alterum ad eosdem contractus. Sed postquàm pecunia communi lege societatis exposita est, ille negotiator quius vult facere eosdem contractus: non est cur cõdemnetur. Eiusmodi distinctio placuit eidẽ autori in pensionibus: nempè quòd nõ potest constitui pensio cum pacto redimendi: sed tamen successiuè non est inquit illicitum. ¶ At verò ea porrò est exiguitas ingenij mei, vt videre aliud in his cõtractibus nõ possim quàm vsurarium mutuum: siue successiuè fiãt, siue simul. Neque distinctio hæc ad rem mihi quicquã referre videtur. Enimuerò cùm simul fiãt, manifestum est mutuum. Nam eo ipso quòd Petrus pecuniam tribuit Paulo, conuenitur q; inter eos de lucro, & quòd capitale sit Petro per eundem Paulum saluum, tunc, vt nuper dicebam, potest de illa pecunia Paulus disponere ac si sua esset: puta prædia emere, dotare filiã, &c. ergo verè fit dominus pecuniæ. Vbi autẽ pecuniæ dominium tali forma transfertur, verè mutuũ est, atq; adeò quicquid postea vltra sortẽ recipitur, vsurariam habet iniquitatem.

¶ Ex quo patentissima fit fallacia consequentiæ citati doctoris, dum à plurimis arguit ad vnum. Cùm enim ego vni trado pecuniam meã & cum altero paciscor de assecuratione, neutri re vera mutuo: nam ille cui trado, non tenetur mihi restituere, atque adeò non transfero dominium in ipsum: alter verò qui restituere tenetur, non recipit meam pecuniam. Quando verò in eandem personam ambo cõcurrunt, nempe q; idem ipse cui pecuniam trado obligatur mihi ad restitutionem, ex illis duobus oritur ratio mutui. Possum quidem conuenire cum illo de quãtitate lucri: quia per hoc non transfero dominium: non tamen simul conuenire de seruãdo capitali. ¶ Ex hoc rursus palàm colligitur, idem prorsus cõmitti vitium, quãquam successiuè idem contractus cum eãdem personã fiat. Nam etiã si ante mensem vel quoduis aliud tempus societatem cum aliquo legitimè contraxi, numerando ei pecuniam meam mei ipsius periculo, quotiescunque tamen cum eodem de tuto capitali paciscor, in virtute trãsfero in ipsum dominiũ, atq; adeò mutuo. Quod non contingeret si cum alio tertio eundem celebrarem assecurationis cõtractum. ¶ Per hæc ergo quæ dicta sunt censeri de quodam contractu potest qui alibi tunc sæpissimè Romæ fieri solet. Habet Petrus officium, siue scriptor sit siue aliter palatio seruiat, contingit nõnis egere, convenit mercatorem aut quemuis alium qui illi tribuit centum aureos ducatos, pro quibus Petrus in suo officio decem annos aut duodecim consignat: ea tamen lege vt si intra semestre tempus mercator ille qui pecuniã numerauit ab hac luce demigrauerit, capitalis iacturam faciat, neque Petrus teneatur suis hæredibus restituere. Si autem post sex menses est vita superstes, protestatur debitori nolle amplius in societate remanere, ideoq; eum admonet vt nisi extemplò soluerit, inde ratione moræ soluturum eadem sta: utas vsuras. ¶ Est inquam cõtractus quem societatem appellãt: sed profectò eius iustitia non est vsquè adeò liquida. Primùm enim non potest reduci ad rationem empti cẽsus: quia tunc deberet ille qui pecuniam tribuit, priuare se in perpetuum eius dominio: vt neque alter neque eius hæredes in perpetuum tenerentur censum redimere: sed in suo esset arbitrio si vellent. Et tamen non ita fit. Imò verò in potestate tribuentis est capitale suũ repetere: quin & re vera repetit. Et ideo eiusmodi contractus non appellant, nisi societatis. Fingũt enim quòd si quis fructuosum officium habet: mille, exempli gratia illud emit: cuius fructus ascendunt vsque ad centum, mercator qui centum tribuit, init cum illo societatem: ponit scilicet decimam partẽ pretij vt decimam etiam fructus suscipiat. At verò hoc videtur à lege societatis distare, quòd ille non subijt capitalis periculum eo modo quo fieri solet in societatibus: videlicet exponẽdo se periculo si in negotiatione capitale perdatur, sed tantùm illi periculo si mortem ante sex menses obierit. ¶ Igitur, vt de hoc, si quid valet, nostram aperiamus sententiam, quantum ad illud semestre tempus attinet, iustus apparet cõtractus: nam periculum illud quòd centum cõferens subijt, vt si vita tunc fuerit defunctus illud amittat, æstimabile est pecunia: atque adeò sicut in ludo atque itidem in alijs fortunis fieri consueuit, iuste videntur pro illo periculo centum aureorum recipi sex. Attamen quòd post lapsum sexti ensium ratione moræ recipiantur singulis annis duodecim, fraudem videtur sapere: tũ quòd ab initio mora illa præmissa est, atque adeò videtur in fraudem mutui concessa. Tum præcipuè quòd ratione moræ nõ potest supra capitale recipi nisi damnum emergens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus lucrum verò cessans minimè: nisi eiusmodi pecunia licitæ negotiationi fuisset expolita. Quapropter si ita res erat, cõtractus forsan est licitus: aliàs minimè. Quin verò vix eiusmodi contractus approbare auderem, nisi sub forma empti census, aut planæ societatis: videlicet vbi pecunia periculo negotiationis exponeretur.

QVAESTIO SEPTIma, de Contractu assecurationis.

ARTIC. VNICVS.

Vtrùm assecurationis cõtractus sit licitus.

POSTREMVS denique contractus nominatur assecurationis. Nam quanuis verbum non sit inter linguæ peritos latinitate donatum, est tamẽ iuris cõmentatoribus vsu receptum pro eo quod est in tuto rem constituere. At quòd huiusmodi contractus non sit licitus, decretum apparet in cap. nauigãti. de vsu. ¶ Secundò & ratio id videtur probare: nam qui pro pretio periculũ in se suscipit, verbi gratia, onustæ nauis, nihil emit aut societati committit: imo absq; aliquo negotio pecuniam lucratur: ergo pro nihilo aliquid percipit quod vsuræ habet speciem. ¶ Accedit tertiò, quòd si contractus hic licitus esset, occasio porrigeretur temerarijs hominibus, vt etiam si nihil prorsus in bonis haberent, possent se assecuratores exhibere: postquàm nihil pecuniæ debent præsentem offerre: quod esset reipublicæ perniciosum. ¶ In contrarium est receptus vsus, idemque tam Theologis quàm Iurisconsultis probatus.

Primum argumentum.
Secundum.
Tertium.

FAcile ad quæstionem affirmatiua conclusione respondetur. Contractus assecurationis, si lege & more fiat, licitus est. Probatur hæc conclusio ex obiecto. Pro quacunque re quæ pretio æstimabilis sit, potest quisq; mercedem recipere: in tuto autem rem constituere, quæ periculis est exposita, pretio æstimabile; ergo quisque potest illud pretio redimere, atque adeo qui periculum illud subijt, idem recipere pretium. Atq; id ex eo potissimè quòd vterq; se periculo summittit: videlicet tã dominus nauis soluendi pretium, si salua sit, q̃ alter soluendi merces si pereant. ¶ Secũdò arguitur à necessitate. Contractus eiusmodi est reipublicæ nõ infirmè necessarius: ergo cùm ex obiecto nullo inficiatur vitio, bonus est. Antecedens inde patet, quòd est necessariæ negotiationis adminiculũ: multi enim mercatores metuerẽt naues cum tanto periculo mercibus onerare: & tamen cum pro exiguo pretio magnũ auri pondus securum constituunt, audẽt eiusmodi mercaturam obire: quę quidem reipublicæ est necessaria. ¶ Accedit huc tertiò quod licitũ est fideiubenti pro alio, quem nõ est adeò cutum soluendo fore, aliquid pro illo periculo suscipere cui se exponit soluendi. Persimile autẽ contingit in assecuratione. ¶ Ad hæc per viam depositionis, quam vadiationem nonnulli vocãt, licet dubijs eũtibus pecuniã exponere, vt illo periculo possint depositores quidpiam lucrari: vt de honesto ludo diximus. item an pluet, cras vel nõ pluet, &c. ergo pari modo licet mille, verbi gratia, ducatos periculo exponere, cũ spe lucrãdi quinquaginta aut sexaginta. ¶ Sũt quidem qui stupidum illum censeant, qui spe lucrandi centum aut mille, periculũ subeat nauis institoris valentis forsan viginti aut triginta millia. His autem respondemus, de pretio quidem nihil nos decertare: potest quidẽ esse iustum, vel iniustum. Ipsi sibi contrahentes viderint. Sed re vera nullus est stupor neq; demẽtiæ nota, pretio currẽte eiusmodi pericula suscipere: quippe cùm non sint tam cuiditatis, quin possint assecuratores bene sperare. Et quamis aliquãdo iactura fit, aliquãdo accrescit lucrum. Eò potissimùm q̃ viri cordati alcã cum tanto periculo nõ iaciat. Et vice versa vbi nullũ prorsus immineret periculũ, mente careret qui assecurationis contractũ faceret suarum mercium.

Secunda ratio.
Tertia ratio.
Postrema ratio.

¶ Oriuntur tamen hinc dubitationes q̃ nonnullæ. Primum omnium non sunt hic admittendæ vafricies & impostura quæ in alijs etiã contractibus vsu euenire possunt. Si enim qui nihil in bonis habet periculum se nauis suscipere ait: ea nimirũ spe q̃ si salua fuerit, habebit mercedẽ: sin verò perierit, abdet sese aut bonis cedet, iniustissimus est, postquã revera nulli se exponit periculo: atque adeò mercedem contra iustitiam poscet. Et econuerso si dominus nauis ad aliam minus fidam portum rostrum dirigat, quàm ad illum qui fuerat in contractu expressus, alter non tenetur. Hæc enim omnia debent in contractu liquẽre. ¶ Sed dubium est si quis nauì vult vacua enauigare: quam tamen vult assecurare, ac si esset onusta, vtrùm licitus sit

Vitia quæ in assecurationibus possunt.

Dubium.

sit etiam cõtractus. Dabo tibi mille vt mihi viginti millia rependas si mea nauis fuerit submersa. Apparet enim non esse contractum legitimum ex parte nauigantis: quia non habebit tantum curam seruandi nauem, quæ vacua non valet nisi mille, ac si onusta esset haberet. Respondetur quòd si nauigator alterum decipit: quia forsan non sunt in portu, dicens suam nauim mercibus esse plenam tanti valoris, cùm tamen nullas habeat: profectò contractus non valeret: quia alter si rem sciret, nõ illum iniret: timens non fore tantæ curæ nauigatori seruare nauem. Quin verò timenda esset fraus, ne scilicet consultò subinergi eam sineret, vt lucraretur viginti millia. Si autem assecurator sciens & prudens id faceret, nullam patietur iniuriã: esset enim tunc genus vadiationis seu depositionis: Si salua euaserit nauis, dabis mihi tantũ: sin minùs, dabo tibi tãtum. Eodem modo possent depositum facere alij ad quos nihil salus aut submersio nauis attinet: Si salua ad portũ applicuerit, dabo tibi centum: sin minus, dabis mihi mille. ¶ Pari modo potest fieri assecuratio in nundinis: largire mihi tantum, & ego tibi securum reddo quòd sis tantum lucraturus. ¶ Dubium autem hoc aliud gignit: nempè vtrum idem contractus in alijs quoque rebus quàm in mercibus sit licitus. Sunt enim nonnulli quos Sylvest. verbo, Negotiatio. §. 4. citauit: qui negant posse quenquam assecurare alterius vitam. Nam esset periculum vt alter cui interest, optaret alterius mortẽ. At verò hic de iustitia loquimur cõtractuũ, atq; adeo de earũ natura, an sint vsurarij: vitiũ autẽ contra charitatẽ huiusmodi naturã non mutat. Quare licitis semp̃ ex obiecto manet. Quin verò aliquãdo sunt reipublicæ in vsum. Petit ex me mutuum filius familiàs: qui si præmaturè priùs parente suo mortem obierit, mihi non soluet. Si autem fuerit ei superstes, in tuto sunt mei nummi. Profectò tunc meritò formidabo, mutuatum ei quidpiam concredere. Et tamen si mercatorem qui securam mihi faceret eius vitam mihi tribueret, nihil ei vererer beneficium impendere. Eadem ratione licet assecurare quicquid incertum est euenturum: vt quòd erunt prosperi terræ prouentus, quòd nascetur prægnanti filius, masculus, & similia.

Solutio.
Obiectio.
Solutio.
Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum iam suprà responsum est, illic neque condemnari contractum societatis, neq; assecurationis, sed mutuationem: quæ cum gratis fieri debeat, sit tamen cum pacto aliquo obligationis. Vt si quis pecuniam nauis gãti mutuet, tali pacto ut secum assecurationis contractum faciat. Præterquam quòd, vt suprà diximus, forsan non erat tunc assecuratio necessaria: vel quamuis esset, tamen nauigator maluisset periculum ipse subire quàm pretio redimere. ¶ Ad secundum verò iam responsum est, quòd pro periculo quod ille subijt, illam potest mercedem suscipere. Atq; adeò ad postremum verbum, vbi diximus quòd qui non habet vnde id soluere possit quod assecurat, neq; pretium valet percipere.

Ad secundũ argumentũ.

QVAESTIO OCTAVA De Cambio in genere.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm ars Campsoria sit licita.

CAmbiorum disputatio ad vsuras tractatum attinet: imò bona eius pars ibidem expedita est. Quocirca quæ reliqua facta est, non potest non esse breuissima. Constituimus autem huic quantulocunque fragmento, etsi multò sit breuius iusto volumine propter eius celebritatem, libri titulum indidêre. Est enim materia hæc vt cognitu maximè necessaria, ita tũ per seipsa abstrusissima, tum etiã mercatorum nouis quotidianisq; inuẽtis intricatissima, ac subindè doctorũ opinionibus plurimùm offuscata. Quamobrem cum plurium sum postulationibus improbè frequẽtatus, vt pus venenumq; huius pestis aperirẽ, quæ in dies magis ac magis in republicè grassatur. Curabo ergò pro ea quæ mihi suppetit ingenij facultate id rẽtare. Deus nobis quòd veritas habet, suggerat. ¶ Igitur in ingressu libri, de arte primùm cãpsoria scire cupimus, an sit licita. Arguitur enim à parte negatiua. Ars cãpsoria, nũmularia est: nẽpe nummiorũ cõmutatrix & auctrix: hanc autẽ Aristot. 1. Polit. cap. 6. & 7. veluti cõtra naturam sit, cõdemnat: vt pote q̃ in nummis cõmutandis nullũ insit naturale cõmodũ: sicuti in cõmutandis cibis, vestimẽtis, aut quæ alijs rebus ad vitã necessarijs. ¶ Accedit secũdò q̃ finis huius artis, vt superiori libro dicebamus, est diuitiarũ cõquisitio quæ in infinitũ procedit: cùm tũ tẽporalia desideria modũ habere debeãt: qua ideircò de causa est reipublicæ pestifera, vt experientia ipsa testatur. Quare & Christus nũmulariorũ mensas euertit. ¶ Tertiò

Primum argumentum partis negatiuæ. Aristot.
Argumen. 2
Argumen. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

per hoc claret, vt suprà dicebamus, esse contra naturam quòd per hanc artem maximè fit vt sterilis pecunia fructuosior sit quàm terra ipsa: & inde campsores odium cõtrahunt apud homines. Atq; inde præterea, quòd ferè, homines sunt sedentarij: nempè qui otiosi viuunt, & tamen plus lucri corradunt quàm alij actuosi labore inanium suarum insudantes. Eò præcipuè quòd pecuniam suam nulli subijciunt periculo: sicuti in alijs fit negotiationibus. ¶ In contrarium tamen facit quod quodammodò hæc ars vsui est reipublicę ad cambiendas traducendasq; monetas.

Quid Cambium.

PRimum omnium nomen cambiũm latinum est. Nam cãbire idem est quod rem vnam pro alia commutare. Sed est cum Aristotile loco citato, vt superiori libro partim adnotauimus, nunc emunctiùs recolendum, tres permutationum formas temporum curriculo ordine succreuisse. Cœperunt enim homines res ipsas primùm cambire: puta vinũ pro domo, vinum pro frumẽto, vestem pro calceo, &c. Quæ quidem cambitio sy̆ncritati naturę est â suis primordijs natiua. Sed tamen propterea minimè sufficiens, quòd neque res possunt aut in diuersa loca omnes asportari vt cambiãtur, neque in longa seruari tẽpora. Et ideo successit secundum cambium: nempè nummus inuentus est qui rerum esset pretium, cumq; rebus ipsis cambiretur. Atq; modus hic cambiẽdi proximè ad primum accedit, illiq; omninò deseruit. Quare hoc porrò ad vitæ sufficientiã satis erat. At verò inuento nummo humana sagacitas per auaritiã excitata, tertiam cambiorũ progeniẽ peperit: vt videlicet nummũ pro nũmo cõmutaret. Quæ quidem cõmutatio inde primum ortum traxit: quòd aureum pretiosiorẽque monetam necesse erat cum minutioribus cambire. Deinde verò quia in vna regione aurũ numerosiori argento æstimabatur quàm in alia: & negotiatores idem aurum pluris illic vendebant quàm in alia emerẽt. Atq; inde postea industria humana artificiosius eandem artem locupletauit. Hac ergo ratiõne nomen generale cambij quod è rerum cõmutatione originem duxerat, tãdem crebrescente vsu ad pecuniarum commutationem, quę minus est naturalis, accommodatum est. Quare cambium non est idẽ quod ars ipsa nummularia seu pecuniaria: Nam ars industriam negotiãdi significat: cambium verò ipsam eius cõmutandi actionem. Sunt autem qui intelligere aliter nõ valentes cambij nomen quàm si inter res sint diuersas, aiunt proprie cambium nisi nempe nummus in uentus est qui rerum esset pretium, cumq; rebus ipsis cambiretur. Atq; modus hic cambiẽdi proximè ad primum accedit, illiq; omninò deseruit. Quare hoc porrò ad vitæ sufficientiã satis erat. At verò inuento nummo humana sagacitas per auaritiã excitata, tertiam cambiorũ progeniẽ peperit: vt videlicet nummũ pro nũmo cõmutaret. Quæ quidem cõmutatio inde primum ortum traxit: quòd aureum pretiosiorẽque monetam necesse erat cum minutioribus cambire. Deinde verò quia in vna regione aurũ numerosiori argento æstimabatur quàm in alia: & negotiatores idem aurum pluris illic vendebant quàm in alia emerẽt. Atq; inde postea industria humana artificiosius eandem artem locupletauit. Hac ergo ratiõne nomen generale cambij quod è rerum cõmutatione originem duxerat, tãdem crebrescente vsu ad pecuniarum commutationem, quę minus est naturalis, accommodatum est. Quare cambium non est idẽ quod ars ipsa nummularia seu pecuniaria: Nam ars industriam negotiãdi significat: cambium verò ipsam eius cõmutandi actionem. Sunt autem qui intelligere aliter nõ valentes cambij nomen quàm si inter res sint diuersas, aiunt proprie cambium nisi nempe nummus intelligi nisi inter monetas aut diuersi metalli,

Triplex permutationũ forma.

aut diuersi signi: Hac autem conditione ratio cambij nullatenus egeti: imò in cambio ratione loci, vt infrà patebit, idem propriè nummi pro diuersitate loci cambiuntur. ¶ His ergo præhabitis ad quæstionẽ forsan alicui videbitur propter rationes factas negatiuè simpliciter respõdendum: scilicet huiusmodi artem non esse licitam: pleriq; tamen contrà respondent, non sẽper licitam esse, verum & vtilem. Crediderim tamen tali esse conclusione respõdendum. Ars campsoria, quam nummulariam Aristo. appellat, si per se nudè secundum sonum vocis existimetur, in malum sonat: non tamen sic habet penitùs intrinsecam malitiam, quin bono fine & circunstantijs fieri possit licita. Quatuor enim actionũ genera libro tertio distinximus. Alia enim est genere suo bona, vt virtutis opus: alia indifferens, vt ambulare: alia verò sic intrinsecè mala, vt neutiquã fieri queat licitè, vt mentiri. Quarta verò est quæ per se nudè considerata in malum sonat: attamen nõ repugnat quo minùs fine aliquo & circunstantia fieri possit licitè: vt plura simul retinere sacerdotia. Atque huius generis, si rem conijcio, est ars campsoria. Nomen enim nummulariæ artis, vt Arist. loco citato docet, duo significatione sua præ se fert absurda. Primùm ratione materiæ, quòd præter pecuniæ primæuum vsum, qui est vt rerum sit pretium, cambitur vna prò alia. Secundò ratione finis: quia scilicet eiusmodi commutatio non ad prouidentiam proximè necessariorũ vitæ: sed propter lucrum fit, quod infinitam gignit appetendi sitim. Atq; adeò sic nuda cõsiderata, malè sonat. Accedunt & eidem arti eadem etiam incommodorum periculorumq; genera, ac subinde fraudes atq; alia mala quæ superiori lib. quæst. 2. negotiationi assignauimus annectit: imò verò hæc pluribus est delinquẽdi occasionibus exposita. Nam reliquæ negotiationum species quę in emptione & venditione versantur, plus habent naturalis commercij: cùm res illic cambiantur ad vitã necessariæ, plusq; exigunt industriæ, diligentiæ, laborũ: pluribusq; periculis capitale summittitur: quibus quidem rationibus honestatur. In hac verò arte nullum illorum inest. Præterea maius habet illecebramentum ad expiscandum alienа bona: porrò cùm prodigi homines qui suis volunt voluptatibus inseruire, paratam a compsoribus habent viã breui suas substantias decoquendi. At quoniam huius artis vitia in libri decursu tractanda sunt, de his modo satis. ¶ At verò secũda conclusionis pars nil ilo minus sic probatur. Hæc eadẽ ipsa ars aliqua reipublicæ afferre potest emolumẽta: ergò si illis vitijs ex

Probatur 2 clusio.

purgetur,

purgetur, in finemq; referatur honestum, licita erit, atque adeò vtilis. Antecedẽs inde patet quod necessarium quandoq; est ciuibus pretiosiorem monetam cum vilioribus commutare vt in subsequẽtibus compertum fiet. Quòd autem ab illis maculis quibus sordet elui possit, liquet: nam potest cãpsor non absque modo, at honestum optare lucrum. ¶ Sed neque numismatum commutatio quæ earum institutioni aduersari videtur, est omnino eius naturæ contraria. Nam sicuti in alijs rebus Arist. ot. cod. 6. cap. 1. Politico. duplicẽ dignouit vsum: sic & in pecunia licet. Est enim calcei, vestisq;, ac reliquorum vtensilium, duplex vsus: vnus primæuus cuius gratia inuentus est. Quemadmodum calcei vsus est calceatio, & indumenti, indutio, atq; equi equitatio. &c. Alter verò emptio & venditio. Horum autem licet prior sit proprius, posterior tamen non est repugnãs. Ordinatur enim vẽditio calcei ad priorẽ vsum. Pari ergo modo etsi nummorum proprius vsus & finis sit rerum æstimatio, ac pro illis cõmutatio, nihilo minus eorum inuicem cambiũ non est omnino absurdum, si eatenus permittatur quatenus est reipublicæ necessarium. In summa, si quod in huiusmodi cambio subesset periculum mutui, id maximè ex parte campsoris: nam ab altero qui pecuniam in alterum locũ trajicere optat, id non timetur: plurimum tamẽ, imo semper campsor prius recipit pecuniam quàm reddat: vbi omnis abstergitur effigies mutui. ¶ Et per hæc, responsio clarescit argumenti in capite quæstionis obiecti.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Ratio cõclusionis.

Tertia cõclusio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm plures sint cãbiorum species.

Argumentum.

DE cambio in communi, qui titulus est præsentis quæstionis, secũdo explorare restat cambiorũ species. Arguitur enim non esse plures. Nam cambium nihil aliud sonat q̃ rerum permutatio: propterea autem quòd materia, hoc est res quę commutatur, diuersæ sint speciei, actiones ipsæ non variant species. Eadẽ enim artis species est, vestem vel ex serico vel ex panno facere. ¶ Secũdo. Neque propterea rursus variantur quod cãbium hat ratione loci, vel ratione temporis, vel ratione monetæ: quandoquidem in his omnibus eadem cambitur moneta. ¶ In contrarium autem est receptissimus, non modo vulgarium, verum & scholarium vsus, discernentium diuersas cambiorum species.

ADquæstionem quinque conclusionibus respondetur. Prima: Si res ipsæ quatenus res sunt existimentur, cambium non est genus plurium specierum. Conclusionem hãc profectò argumentum modò factum satis ostendebat. Eadem enim est actio cambire vinum pro oleo: & aurum pro domo: & argentum pro auro, aut pro alio metallo: siue signata sint numismata, sine rudis metalli massa. Actiones enim non ex materia, sed ex obiecto speciem mutant. Eadem enim est statuaria ars siue in ligno sculptio fiat, siue in lapide. Atque in moribus eadem est species furti auri & vestium. Quare, vt diximus, furtũ species specialissima est: differens à rapina sola ratione innoluntarij, quæ est in obiecto: quia vnum fit per fraudem, & aliud per vim. Imò verò neq; quãtum ad rationem iustitiæ aut iniustitiæ, mutatur species. Nam vt in tribus cambiorum generibus superioris articuli exemplum ponamus, eadem est ratio iniustitiæ, cambire vinum pro oleo, & pecuniam pro frumento, atque aureũ nummum pro argento. Nam æqualitas in his omnibus seruata eandem habet rationem cõmutatiuæ iustitiæ: inæqualitas verò, eandem rationem iniustitiæ. Quapropter physicè loquendo non sunt diuersi cambiorum genera, neque diuersæ species: sed dicũtur latinè diuersa genera propter diuersas materias: & præterea propter diuersam accomodationem ad ciuilem vsum. ¶ Secunda conclusio. Si moneta, nõ vt naturalis res, sed quatenus numisma est, atque adeò legale rerum pretium existimetur, commutatio rerum pro pecunia, contractus est specie ciuiliter differens à cãbio primi aut tertij generis. Cuius vtique rationem superiori libro assignauimus. Nam commutatio hæc peculiariter est cõtractus emptionis & venditionis: vt habetur l. 2. de cõtrahen. empti. eò quòd illic distinguitur pretiũ à re: cum in cambijs ex terorum generum inuicem res vna sit alterius pretij. ¶ Tertia conclusio. Cambium tertij generis quæ actio est nummulariæ artis, species est etiam ciuiliter, atq; in genere morum distincta à cambio primi generis: nam illic nõ est nisi simplex rerum cõmutatio æqualis valoris ad vitæ prouidẽtiã & sufficientiã naturaliter instituta: hic autẽ nõ res naturales sed legales nummi, idq̃ue non ad victũ neque vestitum, sed ad lucrum. Quare nescio an propria species sit negotiationis: quoniã negotiatio est rem emere vt reuendas: quod non sonat in malum: hic autẽ, vt diximus, nõ est propria emptio vbi pretium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium à re distinguitur: dicitur nihilo minùs negotiatio, quia est nummorum permutatio gratia ineri lucri. ¶ Ex his fit cãbium, de quo præsens initur tractatus, à reliquis contractibus ratione distare. Iam enim monstratum est non esse emptionem. Neq; verò est locatio aut cõmodatio, cum hic dominium trãsferatur, quod non fit in illis. Sed neque est mutuatio: quia nõ transfertur dominium simpliciter, hoc est vt sors simplex restituatur sed cum lucro, & fœnore, aut pretio. ¶ Quarta conclusio. Cambiorum de quibus loquimur complures nominantur species: quæ quidẽ siue ré vera sint species, vt philosophi, seu naturales, seu morales de speciebus loquuntur: siue vulgari negotiatorum forensiumq; vsu: perparui ad præsens negotium refert. ¶ Igitur quoniam in genere moris prima consideratio in id fertur, quod est æquũ aut iniquum, primũ in præsentiarum cambiorum diuisio est in reale & siccum. Vix enim reperias horum nominum rationes apud autores explicatas. Et tamẽ reale, quòd à re dicitur, idem est quod cambium in re: hoc est legitima commutandi ratione factum: seu ratione diuersarum monetarũ, seu ratione loci, seu aliud sit quodcunq; legitimum: veluti in processu patebit. Siccum autem idem est quod cambium quòd in re non est cambium, sed fictum & vsuræ palliatum: quod ideo è regione reali opponitur. Et dicitur siccum, id est sterile, & humore carens ad fructificandum. Non quod cam-plori nõ inde lucri fiat accessio: sed quòd, vt superiori libro diximus, contra rerum naturam pecunia pariat. Dicitur etiam siccum: quia merum est ac nudum fœnebreq; mutuum, quod nihil habet legitimi contractus. ¶ Quapropter hæc duo cambiorum genera, licet in eadẽ versentur naturali materia, puta in pecunia: tamẽ in genere morum contraria prorsus diametralique linea specie differunt: sicuti iustum & iniustum. Sub vtroq; ergo istorum membrorũ multæ subsecantur species: siue modos dixeris cambiorum. ¶ Sit ergo quinta conclusio. Quinq; cambiorum formæ & modi, vt tam illicita quàm licita comprehendamus, ad tria capita commodè reducuntur: quorum aliqua manifestam habent iniustitiam; alia verò manifestã iustitiam. Sed alia sunt quæ in dubium reuocari possunt. Cambium enim monetæ non nisi propter aliquam diuersitatem fit: videlicet aut ipsorum nummorum, aut locorum, aut temporum. Non enim alia varietas inuenitur quam in substantia, vel in loco, vel in tempore. At verò quoniã monetæ diuersitas bifariam causã esse potest cambij, scilicet aut quia ad vsum in

Differentia cambij à cæteris cõtractibus.

Quarta conclusio.

Prima diuisio cambij.

Cambium reale.

Cambium siccum.

Quinta conclusio.

manum pretiosiores cum vilioribus cambiuntur: vel quia re vera vna venditur pro alia ratione auctioris æstimationis ob loci aut temporis diuersitatem, ad quatuor capita reducamus cãbiorum genera. Iam enim deinceps nihil philosophice disputabimus, siue genera sint, siue species, siue modi: sed more latino promiscuè his nominibus vtemur. ¶ Primum ergo cambiorũ genus est quod minutum vocant: hoc est dum aurea moneta pro argentea vel ærea cõmutatur, vel è diuerso. Inde enim nomen sumpsit, quòd minutiores nummi pro pretiosioribus, aut è diuerso, cõmutantur. Secundum genus est ratione loci: vt dum qui alibi pecuniã indiget quã hic numerat vt sibi alibi consignetur. Et hoc solet appellari cãbium per literas, ad differentiã superioris quod potest dici manuale. Illud nanq; præsenti vtrinq; pecunia fit manu numerata. In hoc autem qui pecuniam recipit literas tradit, quarum fide alibi solutio fiat. Atq; hæc duo genera si nihil doli admisceatur, realia sunt, ac subindè plane iusta. Tertium genus est ratione temporis: vt si quis pecuniã nunc recipiat quam certa die ratione expectati temporis cum fœnore restituat. Et hoc est cambium manifestè siccum, ac proinde iniquum: de quo lib. precedenti abundè dictum est. Istę ergo duæ radices disputationem cambiorum incuntibus ob oculos primùm omnium præfigendæ sunt, ad discernendum inter iustitiam & iniustitiam cambiorum. Vbi enim ratione præcise loci cambium fit, hoc est ea dumtaxat ratione vt pecunia trãsmittatur, cambiũ reale est & legitimum. Vbi autem aliqua se ingesserit ratio expectati temporis, siccum est & vsurarium. Solet etiam distingui cambium purum ab impuro: purumque nonnulli appellant cambium minutum, cui nullum aliud admiscetur. Cambium verò impurum vbi aliud commiscetur, vel ratione loci, vel ratione temporis: ac subinde fatentur cambium esse posse impurũ, sed nihilo minus legitimum. At verò quoniam impurum in malam sonat, significãtius dicetur purum omne cambium reale siue minutum, siue ratione loci, impurum autem cui aliquid iniustitiæ permiscetur, vel ratione temporis, vel quauis alia iniquã. Quartum verò cambij genus est ratione monetæ: non inquam quod immutatim cambiantur, sed quia re vera pecunia vnius loci pro pecunia alterius cambitur, diuersis vtriusque loci æstimatis pretijs. Et in his genus cambijs potissimùm versatur cambiorum disputatio: quippe quæ cum in vsu potissimùm mercatoribus sint & campsoribus, quàm plurimos pariunt

Cambium minutum.

Cambium per literas.

Cambium impurum.

Palabra de cuenta al discernimiento inicial de iniusticia cambiorum. Cambium purum.

riunt scopulos, humanas conscientias cruciantes: atque adeò tum confessarios perplexos tenent, tum etiam doctores & obscuros reddunt & varios: vt videre est apud Caietan. in singulari cambiorum opusculo, & apud Sylvest. verbo, vsura. 4. & apud alios multos. Vtinam non idem nobis inuratur character. D. enim Thom. de hac re nihil ex professo scripsit. Nã tractatus ille vsuræ, vt suprà diximus opusculo. 73. nullũ præ se fert specimen sancti Thomæ ac multo minùs cap. 13. vbi de cambijs breuis fit sermo. ¶ Ad argumentum ergo principale in fronte quæstionis positum, prima conclusio respondit.

QVÆSTIO NONA,
De cambio minuto.

ARTIC. VNICVS.

Vtrùm minutum cãbium sit licitum.

QVãuis minutũ cambium obiter assertũ sit licitum, restat nihilo minùs, vt à clarioribus & certioribus auspicemur, id suis rationibus patefacere. Arguitur enim nõ esse licitũ. Numismata ad hoc publico signo cudũtur, vt sint iustũ legitimũq; rerũ pretium: illud autẽ pretiũ quod legitimũ, hoc est lege positum est, vt superiori libro mõstrauimus, in indiuisibili cõsistit. Si ergo, exẽpli gratia, ducatus vndecim regalibus lege æstimatur, non potest cum maiori argento commutari. ¶ Secundò si id liceret, sequeretur cuique priuatæ personæ licitũ esse, atque adeò in emptionibus & venditionibus cuicunque ementi liceret: eò quòd pretium in aurea moneta soluit, viliùs emere. Et vice versa, si venditor dũ recepto auro refundit quod superest pretij, minutiori, atq; ad vsum magis ac commodata moneta, posset perinde atq; campsor aliquid pretij recipere: consequens autem concessum viam panderet ad euertendam pecuniarũ æstimationẽ. ¶ In contrarium autem est receptus vsus, qui neutro foro aut exteriori scilicet aut interiori condemnatur.

AD intelligentiam non modò quæstionis præsentis, verùm & omnium subsequentium animaduertendum est, pecuniam cum in metallo cudatur duplici ratione in pretio haberi: scilicet & tanquàm res & tanquàm signatum numisma. Propterea enim quod sigillum publicum inpressum habet, valor metalli non mutatur. Sed est illud velut signum alijs mẽsuris ac põderibus publica authoritate insculptũ, quod sit testimonium valoris monetæ. Quo fit vt si aliqua prouincia plus auro abundat quàm argento, aurum illic minore argento æstimatur, quàm in alia quæ ditior esset argẽti quàm auri. Et idẽ est de cupro & ære. Tãta cũ posset esse raritas auri & argenti, tantaq; copia aliorum metallorum, vt illorũ æstimatione multò pluris penderetur aurum & argentum, q̃ in alia regione quæ copia auri abundaret aut argenti. Atqui eadem hæc ratio in cudẽdo nũmo habetur: æstimatur enim apud nos ducatus vndecim regalibus argenteis, propterea q̃ secundum copiam quę apud nos est vtriusque metalli, illa est legitima æstimatio. Et in Italia æstimatur duodecim Carlinis, atq; alibi maioris aut minoris. Quo fit vt licet moneta nõ esset signata, idẽ pondus haberet pro pretio rerum. Imò vt Arist. loco citato ait, priusq̃ signaretur, pondere æstimabatur: sed respublica illo signo testatur metalli valorem. ¶ Duobus ergo modis licet cambire vnam monetam pro alia. Vno scilicet si cõsideretur sub ratione metalli: atq; altero sub ratione monetæ. Quapropter tribus cõclusionibus ad quæstionem respondetur. Prima est. Cãbire diuersas monetas secundùm metalli naturã, etiam si parum aliquid supra valorem signati numismatis recipiatur, nullum habet specimen mali. Vt si qui auro indiget vel ad deaurandum, vel ad medicamen aliquod cõficiendum, vel ad ornamentum, vel ad alios vsus ad quos natiuum habet iuuamentum, potest quis ei ducatum optimi auri vltra valorem quo ceu numisma æstimatur vendere: dummodo augmẽtum illud non sit nisi exiguum. Conclusio est Sylvestri, verbo, vsura. 4. §. 3. & Caietan. in suo opusculo: & apparet manifesta: quia sicut tunc posset ille rude aurum egenti vendere, sic & illud quod est signatum. ¶ Haud tamẽ desunt qui non ita gratis conclusionẽ fateantur, quorum est Ioãnes Metinensis qui in suo cambiorũ tractatu eam non recipit. Cuius argumentũ est, q̃ Rex dum monetam cudit æstimat auri valorẽ quo ad omnes eius vsus: veluti dum sua Pragmatica pretium taxat frumento: ergo sicut post talem legem non licet neq; obolo pluris frumentum vendere: ita neq; signatum aurum. Respõdetur tamen nõ taxari monetã nisi sub ratione pretij: quãuis etiã habeat ratio valoris metal-

Duplex cõsideratio numismatis.

Prima conclusio.

Sylvester.

Caietanus.

Argumentũ Metinensis.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

metalli: & ideo nihil obstat quo minus aliquãtulo pretio cambium fiat auri cum argẽto, propter metalli cõmoditates. Imò esse potest tam pulchra moneta, vt ceu gemma æstimetur. Quare non est simile de frumento quod non habet aliam naturam aut vsum quàm frumenti. ¶ Secũda conclusio. Licitum perinde est numismatà qua ratione numismata sunt cãbire, nonnullo ab alterutra parte concesso alteri pretio. Hoc patet in cambio minuto, quod suprà manuense nuncupabamus: nimirum dum nũmularius aut aurum dat pro minuto argento, aut vice versa. Hoc inde probatur, quod hoc genus cãbij legi nullatenùs aduersatur de numismatum æstimatione: æstimatio enim illa non est nisi quatenùs sunt rerum pretia: minutum autem cambiũ ob id permittitur, quòd illic nulla est emptio aut venditio, sed commutatio ad vsum humanum vtilis. Est enim fortè pauper qui minutim pecunias expendit, pro quibus ideo aurum exhibet, vt sibi ad sumptus familiares vsui sint: & fortè est dives qui argento ad fabrefacienda vasa opùs habet. Et vice versa, est alius cui transportare expedit grandem pecuniam: vel cuius fert animus thesaurum reconderе: qui ideo nè tanto sit sibi oneri magnum põdus vel argẽti vel æris, cũ exiguo auri cõmutat: cùm ergò ad istos vsus seruitiũ sit & obsequiũ reipublicæ, varias habere paratas monetas quæ sine sumptu & labore congeri nequeunt, seruariq; & exhiberi, potest persona publica qui huic muneri suas impẽditoperas, iustũ per cipere pretium. Quin verò non solùm ob istos vsus, sed habes forsan monetas vetustate exesas quæ vix signũ repræsentant, neq; facile à mercatoribus recipiũtur: quare vt illas cum alijs integris commutes, æquum est vt auctarium pretium soluas. Debet autem pretium tum tenue esse tum etiam vsu receptum vt via fraudibus occludatur. ¶ Caietan. autem in illo suo tracta tu hanc facultatem solis campsoribus cõcedit, propterea quòd publici sunt reipublicæ ministri: quare ait inter priuatas personas non esse licitum. Non autem video cur non etiam priuatim liceat. Nam si genere suo cambitio illa æstimabilis est pecunia, cur non licebit cuicunque? Quòd si non esset pretio æstimabilis, profectò nec licet campsoribus: nam vt infra apertiùs monstrandum est, antequàm sumptus & labores sint digni pretio, pensanda res est ex obiecto, licitáne sit an non. Hoc tamẽ est verum, q̃ si ego debeo duodecim regalia, nõ possum propterea quòd aurum soluam vno ducato satisfacere: & idem est in pretijs. Tametsi qui liberè sine vi & fraude rem suam vendit, nihil obstat quo minùs sua sponte minoris vẽdat aureo pretio quàm argenteo vel æneo. Et tunc alter iustè potest oblato puro & optimo auro minoris emere. Hactenus de hoc genus cambio secũdùm legem naturæ. ¶ Tertia conclusio. Potest respublica & princeps eiusmodi minuta cambia inter personas priuatas interdicere. Quod consultissimè lege cautum iam dudum est in Hispania: tum ad obuiandum iniustitiæ, quæ ex pretij cremento statim obrẽpitit cum præsertim ad inhibendum nè aurea moneta in exteras regna transporteturi: quod re vera absq; graui reipublicæ detrimento non fit. Quapropter eiusmodi lex si recipiatur, obligat in conscientia sub reatu peccati mortalis: & qui monetam auream cambiret pro alia super legalem æstimationem siguati auri, fieret restitutioni obnoxius. ¶ Ad primum igitur argumentum iam responsum est, quòd quãuis in cambio minuto nummi tanquàm moneta cambiantur, non tamen vt rerũ pretia, sed ad alios vsus qui ad emptiones ipsas & ad venditiones ordinantur. ¶ Ad secũdum pariter responsum est, hoc genus cambij priuatis etiam personis esse licitum, dum modò in emptionibus & venditionibus fraudibus non aperiatur aditus. Nec verò sit ciuili lege interdictum.

Secunda cõclusio.

Probatio cõclusionis.

Caietanus.

Tertia conclusio.

Ad primum argumentum.

Ad secundum argumentum.

QVAESTIO DECIMA. De cãbio ratione loci & ratione temporis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm cãbium ratione loci sit licitũ.

ASsertum quidẽ iam est cãbiũ ratione loci nihil præ se ferre iniustitiæ: sed tamẽ vt id presiùs examinetur, arguitur de more à parte negatiua. In omni cõmutatione requiritur æquali tas iustitiæ: monetæ autẽ suum habent aut natiuum aut signatum valorem: ergò vbicunque existat debent ad æqualitatem commutari: atque adeò ratione loci non potest pretium recipi. ¶ Secundò arguitur. In eiusmodi cambijs ratio latet mutui: recipit nanque vnus dominium pecuniæ in vno loco vt eandem restituat in alio

Primum argumentum.

Argumentum.

in alio: sicuti recipitur in vno tempore vt restituatur in altero: ratione autem temporis nihil licet recipere: ergo neque ratione loci. ¶ In contrarium autem est quòd hoc cãbium seruit traducẽdis pecunijs ab vno in alterum locũ, quod reipublicæ vsui est.

TItulus quæstionis huius duos sensus auribus exhibet. Vnus est, vtrùm cùm eadem moneta in diuersis locis inæquali valore æstimatur, liceat illam hic numerare vt eadem vbi plus valet restituatur: qui quidem sensus subsequenti disputationi reseruatur: nam in hoc intelligendo tota cãbiorum machina posita est. Alter autem sensus est simplicior, vtrum ratione transportationis transmissionisve monetæ ab vno in alterum locum æquum sit pretium recipere: quod suprà diximus appellari cambium per literas: ad quem vnica affirmatione respondemus. ¶ Licitum inquã est ratione huiusmodi transmissionis pretium recipere. Conclusio est prima: quoniam sicuti merces aliaq; rerũ genera expedit sæpe ad diuersa loca transuehere, sic etiam expedit pecuniam traducere: tum ad alia trãsigenda negotia, tum præcipuè ad coëmendas merces quæ ab vna in alteram prouinciam necessarium est asportari. Cùm ergo munus hoc necessarium sit pecuniaq; æstimabile, cuiq; licet mercedem idem percipere. Secundò arguitur. Si quidpiam iniquitatis res hæc haberet, maximè quia effigiem habet mutuitatis re vera non est mutuũ: qui hic pecuniam confert vt alibi recipiat, nõ simpliciter trãsfert dominium vt alio tempore restituatur: sed vt alio loco. Itaque temporis expectatio accidentaria est huic contractui: nempè quia non possunt innotescere literæ in alio loco vt pecuniæ exhibeãtur nisi in tempore. Tempus inquam quod genus hoc cambij non vitiat, atque adeò accidentarium existimatur, est illud quod necessarium est ad transmittenda chirographa. Nam si lõgius interueniat, illud iam in purum redit cambium: hoc est cum temporis expecta tione cõmistum, ac subinde vsuram redolens. Quapropter ad explanandam huiusmodi cãbij legitimam rationem statui assolet tẽpus solutionis, protinus visis perlectisque literis. Id quod in subsequentibus fusiùs elucebit. ¶ Et probatur tertiò eadem cõclusio. Posset agasò & nauta vt trãsportaret pecuniam perinde pretium recipere, atque ob aliarum rerum vectu ram: qui autem hic dat vt alibi recipiat, idem efficit: transfert enim pecuniam aliùde huc. Sicuti qui hic recipit vt alibi reddat, trãsfert eam hinc illuc: ergo id potest pretio æstimari. Accedit q̃ pecunirum traductio maximè ab vno regno in alterum multis subijcitur periculis, tam bellorum quàm latronum: atq; etiam submersionis si mari & ventis committatur. Imò ob id quoq; quod sæpissimè inhibitũ est numeratam pecuniam à regno extrahi: quibus vtique de causis expedientissimum est vt campsores existant qui in diuersis prouincijs pecuniam habeant, aut fide polleant, &, quod aiũt, credito: vt scilicet absque auri & æris transportatione pecuniam per literas trãsmittãt. Quod si id necessarium est, iustè subinde huic negotio stipendium constituitur, siue campsor hîc tibi pecuniam numeret quam tu illi redditurus es Romæ vel Brugis: siue tu illi id numeres vt tibi aut Brugis reddat aut Romæ. Nam priori modo tranfert tibi pecuniam tuã aliunde huc: posteriori verò hinc aliò. Vnde fit notum id quod suprà diximus, non esse de intrinseca natura cambij in diuersis fieri monetis. Nam hoc in eisdem fieri potest. ¶ At licet conclusio certissimæ veritatis appareat, dubitas fortè vtrùm si ei qui Metinę, quod exẽpli gratia dicamus, pecuniam alteri numerat, vt Romæ aut Brugis recipiat, expedit illuc suas asportare pecunias. Itaq; pretium ipsi transmissori penderet, liceat pro eodem cambio pretium recipere. Apparet enim neutiquam licère: quia non modo nullũ suscipit laborem neq; periculum, verum & rei suæ sibiq; consulit. Respondetur nihilo minus id esse licitum: quia numerando alteri pecunias Metinæ, numerandas sibi Brugis, transfert illi suas à Brugis Metinam. Itaq; licèt & Petro expediret suam pecuniam à Metina transmittere Brugas, Paulo verò suas inde afferre Metinã, vterq; illorum, nempè qui ab altero præuenitur, potest ab ipso præueniẽte pretiũ recipere. Probatur responsio hæc. Nam in his omnibus quæ de cambijs dicenda sunt, oculus semper habendus est ad obiectum ipsum contractus: nempè si res est, primùm quæ malitiam non inuoluat, mox quæ sit pretio æstimabilis: tunc enim vniuersim potest pro pretio fieri. ¶ Ex quo fit, labores & reliqua omnia esse accidentia, quę rei naturam quantum ad vsuræ labem non variant. Accidentarium inquam est quod cum labore aut sine labore, aut cum meo commodo aut incommodo vicibus meis fungar sive pecuniam alibi numeratam habeam, sive tantum fidem apud aliquẽ qui pro me respondeat: dum tamẽ id pro te faciam quod est æstimabile pecunia. Nam in his industria plurimũ valet. Sequitur deinde non solùm illis si qui essent per rempublicam ad hoc munus conscripti, verùm & quibuscunq; priuatis cambium hoc iure naturę permitti, nisi fortè ciuili lege esset

Dubitatio.

Responsio.

Probatio.

Primum corollarium.

Secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

set interdictum. Hocinde patet quòd res ipsa genere suo est licita & pretio æstimabilis. Quin verò nulli sunt per rempublicã ad hoc deputati, sed quibuscunq; mercatoribus in vsu est hoc modo cambire. ¶ Hoc autem ad rem maximè in præsentiarum pertinẽs, admonito opus est, quod vbi pecuniæ transmissio re vera non fit, sed singitur, vafra est neq; palliata, sed certè de pudẽda vsura. Est verbi gratia, illustriũ quispiã nummis in Hispania egens: comenit mercatorem qui sibi mutuato auro succurrat, renuit ille: offert tamen hic vt sibi in Flandria repẽdat. Arbitrãtur ergo mercatores & campsores quibus non est tanta suæ salutis cura. Nam qũ timoratæ sunt conscientiæ, nõ se huiusmodi imposituris cõtaminant. Arbitrantur inquam huiusmodi contractus non esse illicitos. Aiunt enim, Ego qui hic pecuniam cõfero recepturus in Flandria, illam cogito inde huc isti traducere: cuius idcirco pretium recipio. Cùm tamen re vera nobilis ille neq; vllã habeat in Flandria pecuniã, neq; huc eam somniet afferre, sed suæ hic prouidere necessitati. Aiunt tamẽ campsores nihil sua referre, neq; illis studium incumbere an alij pecuniam habeant nẽne. Attamen nullo prorsus fuco inerustare possunt cambia ista, quin sint manifestè vsuraria. Quoniã fundamentum iustitiæ huius contractus de quo in præsentia tractamus, non est aliud quàm quod re vera fiat pecuniæ transmissio: alias apertum est mutuum, atque adeò quicquid vltra sortem percipitur, extorquetur ratione tẽporis. Alius autẽ clypeus quo se protegũt, eo est iniquior, quo putant illo figmento omniscientẽ Deum fallere. Petunt enim ab illis qui pecuniam recipiunt literas in Flãdriã: qui quidem eas exhibent dirigunt; ad eos ipsos ministros eorundem cãplorum, ac si illi pecuniam ipsorum nobilium haberent: qui quidem ministri tãquàm eorum factores, posteà remittunt Metinam sub nouo fœnore. Cùm tamẽn re vera eiusmodi cõfictæ missiones ac remissiones nõ nisi expectãdo tẽpori inseruiant, ac perinde exaugendo fœnori, ad exugendã debitorũ substantiã. Et re vera si hæc nõ esset vsura, liceret etiã qui buscunq; priuatis qui nullã exercent negotiationem, neque alibi pecuniam habent, eodem quoq; modo contrahere. Nolo tibi mutuare, sed tamen numerabo tibi hic vt tu mihi renumeres in Flandria tali pretio. Satis ergo homines ducant hominum illusores esse, ne sint etiã Dei. Adde quod pecuniæ trãsmissio esse debet non ad quemcunque proximum locum: vt si à Metina ad alteram Metinam vel Toletum fingatur transmitti. Nam traductio quæ fit intra

Documentũ

regnum, non est pretio digna, sed expectati temporis palliatio. De quo inferiùs latiùs.

Ad primum argumẽta.

¶ Ad primum igitur argumentũ respondetur, quòd in hoc genus cãbio nullatenus iustitiæ æquitas violatur: redditur nanq; pecunia eadẽ vel æqualis receptæ, sed pretium insuper traductionis. ¶ Ad secundum verò iam respõsum est, non esse prorsus mutuum: imò maiorem habet depositionis formã. Collocãt enim isti pecuniam suam hic apud istum, vt eam vsq; ad alium locum deferat.

Ad secundũ argumẽtum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ratione temporis licitũ sit cambij pretium.

NEgatiua responsio huius quæstionis satis est superiori libro demonstrata. Attamen non modò quia in præsentia dicendorum fundamentum est: verùm quia multi aliter sentire videntur, operæpretium fuit hic rursum in disputationẽ repetere. Arguitur ergo à parte affirmatiua. Dictum est superiori libro licère pro mutuati obligatione mercedẽ recipere: nam illa obligatio est æstimabilis pecuniæ: cambium autem ratione temporis nihil aliud est q̃ quoddam genus mutui quod apparet emolumentũ afferre mercatoribus ipsis: atq; adeò recipere pro illo pubblico munere, licitũ est, pretiũ. ¶ Accedit q̃ multi labores campsores insumũt, expensasq; faciunt: & supra hæc omnia lucrũ etiam eis cessat, quod illa pecunia mercaturam exercendo possent conquirere: horum ergo causa posse videntur, habita ratione temporis, quo sua carent pecunia, aliquid percipere. ¶ In contrariũ autem est definitio naturalis iuris quam superiori libro monstrauimus: nempe aliquid pro vsu pecuniæ vltra eius substantiam recipere, vsuram esse.

Primum argumẽtum.

Agmen.

REsponsio vt modò dicebam nõ potest nõ esse omnibus receptissima ad partẽ negatiuam. Quare vnica hic sufficiat conclusio. Cambium ratione tẽporis neutiquam potest esse licitum: quippe quod mani festam habet rationem mutui: cuius ideò pretium apertam habet vsuræ iniquitatem. Quapropter determinandum est doctores alias non infimi nominis huiusmodi cambia non reprobare, propter rationes quas inter arguendum hic attulimus: videlicet propter labores, & sumptus, & lucrũ cessans. Enimuerò vt labores & sumptus aliquam

Conclusio resolutiua.

quam functionem impensi mercede digni æstimentur, perspiciendum priùs est an functio ipsa & negotium genere suo & obiecto iustitiæ munus sit: nã alias neq; labores neq; sumptus vlla digni sunt retributione: imò supplicio. Alioquì vniuersos vsurarios haberemus excusatos. Æquis enim illorum est qui in sua exercenda arte labores non collocet & sumptus? Quin verò latrones ipsi publici nónne improbas latrocinijs exercẽdis operas nauant? igitur campsores, cùm mutuum indispensabili iure naturæ & diuino reprobetur, si ratione temporis ex mutuo aliquid percipiũt, nullos labores aut sumptus sibi prætexere possunt, quorũ de causa mercedem recipiãt. ¶ Sed aiunt artẽ esse reipublicæ necessariam, ob idq; esse licitã. Ecce aliam fallaciam: priùs enim ex natura rei perpẽdendum est an negotiatio licita sit, q̃ assertur esse necessaria: nam quod natura sua non licet, ad nullum iustum finẽ esse potest necessariũ: peruersa ergo illatio est dum per hoc q̃ res ab aliquibus iudicetur necessaria, inferatur esse licitã. ¶ Sed obtendiculo quod de lucro cessante adhibent, multò minùs eorũ valet vsuras fucare. Nam in primis si quod in superiori libro non absq; magna probabilitate disputauimus veritatẽ habet, qui sua sponte, hoc est absq; vi & fraude suã à sua industria alienat pecuniã, nõ potest ante morã solutionis de lucro cessante pacisci. At verò vt in sententiã contrariæ opinionis subscribamus, tamẽ in cãpsoribus nulla fingi potest causa lucri cessantis. Vniuersis enim in cõfesso est nemini licère lucrũ cessans exigere, nisi qui expositã habet negotiatione pecuniã, à qua negotiatione alterius rogatu illã euellit. Cãpsores autẽ nulli alij negotiationi habẽt pecuniã expositã, sed illi potius cãbiendi numeri inãcipatã: à nulla ergo licita negotiatione impediuntur. Nam etsi dicant se posse alia negotiandi forma lucrũ conficere, omnes doctores lucri cessantis patroni cõsentienter reclamabunt. Aiunt quippe illam potentiã non satis esse ad petendũ lucrũ cessans, sed requiri, q̃ sit iam pecunia negotiationi destinata. Sed ais, nõ solum cãpsores qui arti dũtaxat nũmulariæ suã dedicarunt pecuniã, verùm alij mercatores licitis mercaturis vacãtes, cambia faciunt: illi ergo possunt ratione habere lucri cessantis. Respondetur neq; illis prorsus licère. Eiusmodi nanq; mercatores suã pecuniã minimè cãbiunt alibi percipiendã, nisi illam quæ posteà suas emerũt merces sibi superest. Quin verò sunt qui destinatã habent pecuniã mercaturis, atq; aliã ineũdis cambijs. Adde q̃ idem etiam mercator qui alteri Metinę pecuniã numerat, recipiendã in Flandria, ab altero etiam recipit ibidem soluendã: prout sibi videtur ex re sua esse. Cùm igitur cambia hęc, negotiatio per se sint, secundũ nullam opinionẽ vlla potest haberi ratio lucri cessantis. Atqui hoc est quod lectorẽ obsecro attentè hic prę foribus perspectum habeat, vt legitimè cambiorũ disputationem ingrediamur. ¶ Per hæc ergo, argumẽta suprà facta diluta restant.

Secundũ argumẽtum.

Cõfirmatio.

QVÆSTIO VNDECIma, De pretio soluendi numerata pecunia.

ARTI. VNICVS.

Vtrùm campsori liceat, vt pecuniam in suo cambio consignatã in numerato soluat, mercedẽ aliquam recipere.

POST hæc sequitur vt receptissimam consuetudinem examinemus, qua cãpsori permittitur, quòd pecuniã numeret, pretiũ aliquod recipere. Est enim à parte negatiua argumẽtum, q̃ numerare pecuniã officiũ est propriũ debitoris. Nihil enim aliud apparet pecuniam numerare q̃ illam soluere: ergo sicut nulli licet ob id quod debitum soluit aliquid recipere, id liceat vt debitã pecuniã numeret. Idq; adeò in ede cõfirmatur, q̃ certè præter cãpsores nemini aliorum ciuium id liceret tanq̃ pretiũ recipere: qui enim ciuis alteri æs aliquod deberet, quantũuis ingẽtis suummę, nihil exigere posset pro numerãda pecunia. Cùm enim numerat, rei suæ consulit. Nam si non vult numerare, id credito ri confidat. ¶ In contrariũ est quòd lege principum id permittitur.

Primum argumẽtum.

LOstq̃ fundamẽta superioribus quæstionibus præstituimus, quibus machina disputationis huius subnititur, campũ barathrumque cãbiorum ingredientibus perneccssariũ est radices eorũ & venas aperirẽ. Nam præter negotiatores rari sumus, etiã inter scholasticos, qui facta ipsa intelligamus. Quamobrẽ non possumus circa ius ipsum nõ hallucinari. Igitur animaduertendũ initio est, primam radicem artis nũmulariæ excogitandæ eam fuisse, q̃ proceres mercatores qui amplo ære negotiantur, nõ possunt pecuniam aut in bursa ad nũdinas deferre,

Prima radix vnde ars nũmularia duxit ortum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre, aut in area habere præsentem. Esset enim onus & impedimentum maximum eam ad tã diuersa, distãtiaq; loca euehere. Sed omnia chirographis transigunt. Ob idq; introducti sunt campsores qui eiusmodi chirographis responderent: nempe in quorum cambio mercatores pecuniam consignent. Secundò notãdum quòd huiusmodi chirographorum solutiones minimè, nisi in nundinis, fieri consueuerunt: atq; adeo in illis quæ ratione eiusmodi solutionũ sunt illustres: in quibus scilicet stata sunt solutionibus tempora, vt infrà patebit. Quãm obrem mercator qui ante nundinas merces emit illis tunc temporibus soluendas, præsente pecunia soluere censetur. Exempli gratia: Dum negotiator merces emit quarum pretium chirographo suo apud campsorem consignat proximis nundinis soluendum, non existimatur credito emere, sed præsenti pecunia. At rursus sciendum quod dum creditores qui super fidem campsoris bona sua vendi iussa erunt, chirographũ ei repræsentant, bisariam illud recipiunt debitum. Vno modo absente pecunia. Recognoscit inquam campsor chirographum, manetq; obligatus soluere æs illud, cuicũq; idem creditor suo rursus chirographo consignauerit. Atq; isto modo omnia sunt chirographa: & quæ vocant credita. Si autem eius modi creditorib⁹ opus est numerata pecunia, soluere tenentur campsori quinq; in singula milliaria. Hoc ergo quærimus an liceat. Sunt enim qui rationem huius iustitiæ eam esse cogitant quòd pecuniam numerant. Sed re vera argumentum suprà obiectum, sententiam hãc vehementer impugnat. Nam cùm debitoris interfit debita numerare, nihil pro illo labore ei licet percipere. Et ita Caietañ. opusculo citato indubiè asserit. ¶ Sed & præter hoc argumentum existunt etiam alia manifesta, quòd pretium illud non recipiant pro negotio & labore numerandi, sed propterea quòd pecunia soluitur in numerato quæ pluris æstimatur. Primùm q; profectò creditor mallet ipse numerare quàm illa quinq; soluere. Secũdò quòd qui vice versa campsori soluit nil recipit vt numeret. Et tertiò præcipuè q; quando in nũdinis inopia laboratur numeratæ pecuniæ, pretium ipsum numerandi augetur vt soluatur in numerato. Adeò vt aliquando exhibeãtur decem & forte triginta in singula milliaria. Non ergo pretiũ penditur pro numeratione: sed re vera quia pluris æstimatur pecunia præsens. Neq; satisfacere videtur ratio: quòd id recipiatur tanquàm stipendium custodiæ: eò quòd est pecuniarum custos. Nam si pecunia illa, sua est propria, sibi incũbit custodire. ¶ His nihilo minùs non obstantibus, affirmatiua respondetur conclusione. Eiusmodi scilicet pretium iure posse recipi. Non quidẽ, vt reor, ob rationes illas iam modò refutatas: sed ob hoc q; cùm campsores sint veluti mercatorum depositarij ac fideiussores, ob necessitatem iam modò explicatã, huiùs muneris & obsequij gratia constitutum illis censetur hoc genus stipendij: vt quoties pecuniã numerauerint, illa quinq; in singula milliaria suscipiant. ¶ Ex hoc ergo fit, nihil eos posse vltrà recipere quàm quod lege illis permissum est. Nam eatenùs censetur plebiscum stipendiũ, quatenùs lege publica vel prorum cõsuetudine permittitur. At si propter inopiam numeratæ pecuniæ, aut ob aliam causam plus recipiant, profectò vsura est: quippe cùm pro solutione illius quod vèrè debetur pretium extorqueãt. Nam posteaquàm mercatorũ fideiussores instituuntur, tenentur illa lege soluere, vel à munere illo & officio recedant. ¶ Et per hoc argumẽtum in cõtrarium responsum censeto. Pretiũ enim illud non recipiunt quasi numeratores pecuniæ quam simpliciter debẽt, sed quasi numeratores illius quam ceu fideiussores debent, atq; adeò tanquàm publicum stipendium illius necessarij muneris. Quo fit vt personis priuatis id non liceat. ¶ Habet autem præterea istorum vsus, vt fertur, q; si mercatorum quispiam in cambio numeratam pecuniã deponat, campsor pro maiori illius gratia respondeat. Numeraui campsori decem millia: fidem habebo apud ipsum, & creditũ pro duodecim, & forsan pro quindecim: quia campsori habere numeratam pecuniam bonum est lucrum. Neq; verò quicquàm vitij in hoc fœdere apparet. Nam fideiubere pro alio, æstimabile est pecunia, atq; adeò cãpsor idẽ potest facere pro beneficio q̃d ex tali suscipit deposito.

Conclusio responsiua.

Dedutio.

Ad primum argumentum.

Caietanus.

QVÆSTIO DVODECIMA, De nũmorũ cãbio ratione diuersæ eorũ æstimationis in diuersis locis aut temporibus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm liceat pecuniam vnius regionis pro pecunia alterius vbi plus valet commutare.

Quo ad

QVO ad vsitata cambiorum genera nos insinuemus, quæritur an licita sit cambitio pecuniarum diuersarum regionũ, quę sub eodem põdere & numero diuersi sunt valoris. Et arguitur à parte affirmatiua. Qui tribuit ducatum vnum pro alio eiusdem auri eiusdem quę ponderis, legitimum facit mutuum. Nam nihil sibi petit restitui nisi id quod confert: ergo illud est licitum perinde ac si frumentũ mutues eãdem tibi mensura reddendum, etiam si tempore solutionis pluris væneat. ¶ Secundò: Si ego tibi decem mutuo ducatos quos mihi elapso anno restituas, quanuis tempore solutionis pretium ducati fuerit lege auctum, possum ex te eundem ducatorum numerum recipere: ergo pari modo si pluris in alio loco æstimetur aurum, possum percipere idem põdus. ¶ In contrarium est quod iustitia non fert vt plus recipias quàm tradidisti, nisi sit pretium pro re aliqua licita: si ergo ducatum hic contenderis valentem vndecim regalia argentea, debitor non tenetur restituere valẽtem duodecim.

Primum argumentum.

Secundum argumentum.

IN ingressu statim materiæ cambiorum quę super commutatione monetarum fundantur ratione diuersi valoris, in quibus tota versa tur cambiorum ambiguitas, adnotandum in primis est non esse commiscendas diuersas cãbiendi rationes. Modo enim non disputamus vtrum pro trãslatione pecuniæ ad alium locũ fas sit pretium exigere. id enim iam constitutum est. Sed tantùm quærimus vtrùm illa ratione secluſa liceat cambire monetam hic minus valentẽ cum eãdem pluris alibi æstimatã. Secundò notandum est quatuor modis contingere posse vnam monetã plus in vno loco aut in vno tempore (vt de ambobus vnà dicamus) q̃ in alio valere. Primò ratione gradus aurivel argenti: hempe quòd in Anglia, verbi gratia, purius est altiorisque gradus, aut in Lusitania quàm in Gallijs. Sicuti re vera Anglicum argentum pretiosissimum est. Secũdo modo, quia rarius est aurum in vna regione quàm in alia: aut vice versa argentum vel aliud metallũ quo nũmi cuduntur, abundantius. Tertio modo, quia princeps dum reipublicæ expedit pretium auget eiusdem monetæ: quare vno tempore plus æstimatur q̃ in alio. Et quarto modo quia pecuniæ in toto genere maior est copia in vno loco quàm in alio, atque adeò illic minoris penditur: vbi autem maior est inopia, maioris æstimatur. De tribus prioribus modis præsenti articulo dicere adornamus: dicturi de quarto in subsequenti, vbi cambiorum natura potissimùm est explicanda. Ad quæstionem ergo præsentem tribus conclusionibus respondetur. Prima: cambire monetam minoris valoris, hoc est inferioris gradus auri vel argenti, p alia superioris nisi compensatione intercedente, est manifesta iniquitas. Hoc patet primùm si in eãdem fiat ciuitate: vt si coronas, quod deterius est aurum, pro auro ducatorum aut Castellanorum eiusdem ponderis quod longè purius est cõmutares. Nam perinde est ac si triticum, aut vinum, aut æs, aut cuprum pro alio cãbires quod esset ex natura sua melius. Idem ergo est si Parisijs mille scuta Gallica aliquis numeraret, vt sibi in Hispania tot puri ducati rependerentur. Res est plana si excessus est alicuius momenti. Nam cambire ducatum Hispanum pro Hungaro, quòd licet si pretiosior eodem apud nos argento æstimatur, nihil habet iniustitiæ. ¶ Secunda conclusio. Cambire monetam minoris valoris vt idem prorsus põdus recipias, etiam cùm eius valor lege auctus fuerit, iniquitatem præ se fert vsuariam. Hanc cõclusionem præcedenti libro quæstione prima constituimus, sed vt cunctas rationes diuersitatum monetarum simul componeremus, repetendam duximus. Et intelligitur conclusio cõtra opinionem Syluestri in verbo, vsura. 1. §. 14. siue auctio illa præuisa fuerit, siue inopinata. Etenim dum decẽ tibi ducatos mutuo quorum singuli vndecim regalibus argenteis æstimatursi posteà lege publica constituantur valere duodecim, non plura mihi debes argentea regalia quàm centum ad decem. Atque adeò idem est si in alia prouincia, vbi mihi soluturus es, cumulatior est æstimatio monetæ. Neque est simile, vt ibi dicebamus, de moneta ac de alijs rebus. Nam dũ frumenti valor augetur, ea dẽ prorsus res manet, quę secũdum naturã suã non habet nisi vnicũ vsum: & ideo quot modios tibi mutuaui, totidem mihi debes: etiam si plus valeant: monetę verò valor cùm augetur, licet non mutet naturam metalli, mutat tamen naturam monetæ: quatenùs rerũ mensura est. Ac si faneca nostra quæ duodecim modiolis expletur, augeretur vt tredecim caperet: tunc enim si mutuaui tibi illam dum duodecim tantùm capiebat, non debes mihi nisi aliam eiusdẽ quantitatis. Illic satis, vt arbitror, conclusionem confirmauimus. ¶ Tertia conclusio. Cambire monetam in vna prouincia, vt eadem in alia rependatur vbi propter raritatem metalli pluris æstimatur quàm vbi fuit numerata, iure nõ licet, sed est vsura. Exempli gratia, Ducatus aureus apud nos valet regalia vndecim argentea, & apud

Prima cõclusio.

Sylueſter.

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& apud Italos Carlinos tredecim qui sunt regalia nostra: vel faciamus disputationis gratiam sic esse in more, neutiquàm licèt hic centum numerare ducatos, siue mutuo siue cambio, soluendos Romæ, æstimatione tredecim Carlinorum: nisi forsan cremētum illud in pretium cederet traducēdi pecuniam: de illo quippe nil modo loquimur. Res est liquida: quoniam perinde est ac si pro mille hic ac centum regalibus quæ huic confers, velles Romæ recipere mille ducenta. Dixerim si Carlinus eiusdem sit prorsus valoris apud illos cuius est apud nos regale: nam forsan nō est eiusdem valoris. Et ideo idem est fortè recipere duodecim Carlinos, quod vndecim regalia. Qua fortè ratione liceret cambire ducatum valentem in Hispania tercentum septuaginta quinque dupōdia, vt redderentur in Gallia quadringenta quadraginta Turonuli. Nam Turonus Galliæ nō est tanti valoris quàm dupondium Hispaniæ. ¶ Contra hanc nihilo minus conclusionē exi stunt duo argumenta, quibus via ad subsequē tia minimè obscurè panditur. Prius est. Posset quis in Sicilia, verbi gratia, centum modios tritici mutuare, restituendos sub eādem mensura in Hispania, vbi pluris æstimatur frumentum: ergo eādem lege potest centum mutuare ducatos soluendos vbi plus valent. Secundò arguitur. Potest quis deferre suam auream monetā à regione vbi minùs æstimatur, ad illam vbi pluris habetur, atque illic eodem modo cambire quo pretio illic currit, sicuti potest merces minoris emere in vna regione & pluris vendere in alia: ergo eādem ratione possum centum ducatos alicui in Hispania mutuare, restituendos vbi auctioris sunt valoris. ¶ Ad prius argumentum istorum distinguitur antecedens: potest nanque contractus ille frumenti & rationem habere mutui & rationem cambij: quorum differentia est quòd mutuum fit ratione temporis quo expectatur solutio. Eo quòd qui ab altero mutuatur, re caret in præsenti: cābium verò non nisi ratione loci. Petrus re vera habet frumentum in Sicilia, Paulus in Hispania: fit inter eos cambium vnius pro alio, igitur vbi mutuum est. Si non scitur quanti valiturum in Hispania sit tempore solutionis, licitus est contractus. Si autem fieret mutuatio ea lege vt quando cariùs in Hispania væniret tūc restitueretur, iniquum esset atque vsurarium, vt superiori lib. dictum est. Cambium ergo duarum rerum in diuersis existentium locis, siue grana sint siue quæcunque aliæ res, neutiquàm fieri licet si pluris in vno loco quàm in altero æstimentur. Claret enim tunc iniquitas iniustitiæ. Et pari modo censendum de pecuniarum cambio. ¶ Ad posterius denique argumentum conceditur, cuique liberum esse ex natura rei, nisi ciuili lege sit interdictum, pecuniam suam ad locum alium transportare vbi maioris æstimatur, & illam illic currente loci æstimatione distrahere. Et pariter quisque alteri potest aurū suum concredere, quod quicquid sibi alibi reddat. Nam hoc non habet rationē cambij. Quandoquidem in mutuo & quodammodo, vt dictum est, in cambio transfertur dominium, & ideo non potest recipi nisi res eiusdem valoris. ¶ Ex his fit consequens quòd cùm in nundinis inter mercatores, vt infrà naturi fusiùs sumus, scutum cremento sæpe valoris ac decremento varietur, cauendæ sunt vsuræ quæ in mutuis hac ratione delitescunt. Si quis, verbi gratia, vt aliarum nationum sermone loquamur, centum alteri ducatos mutuet, pretio ciuili foro in vrbe currēte, vbi, verbi gratia, ducatus viginti octo grossis æstimatur, restituantur pretio in nundinis Lugdunensibus, mercatoribus taxato, vbi pene certum est ducatum valiturum grossos triginta, vsura est manifesta: siue mutuatio in auro fiat, siue in argento. Nam in singula scuta recepturus est tunc mutuator duos grossos vltra sortem. Et vice versa si in nūdinis quis mutuet mille ducenta argentea regalia: numeret ea tamen in aureis ducatis æstimatione duodecim argenteorum regaliū: quo pretio inter mercatores currunt: itaque non annumerat nisi ducentos ducatos. Eo tamen pacto, vt mille ducenta regalia recipiat vbi vsu forensi ducatus non æstimatur nisi vndecim argenteis, vsuram committit. Nam cùm non dederit nisi centū ducatos, vult suprà recipere centum regalia. ¶ Et est notandum in hoc latēre fallaciam, quòd dum inter mercatores ducati aut scuti valor crescit aut decrescit, non est propter raritatem auri, de quo tertia nostra cōclusio loquebatur: imò eius nūmus in foro semper habet suam argenti & æris æstimationem: atq; adeo inter mercatores qui dederit vnum aureum, non recipiet nisi, verbi gratia, vndecim argentea regalia: sed fingunt illa scutorum ac ducatorum nomina quæ maiori minori ve pretio æstimant. Et ideo qui mutuat aureum scutum æstimatum nundinarum pretio, maiori illud argento æstimat dum mutuat, quàm dum illud recipit. Mercatores nanque nullam habent auri rationem aut argenti vt statim clarius patebit. ¶ Atque hinc colligitur responsio primi argumenti in frōte quæstionis obiectū. Dum enim decem ducatos mutuas siue in auro siue in argento, nihil amplius

Primum argumentum

Secundū.

Ad primum argumentū.

Ad secundi argumētū.

Corellus

Ad primum argumentum

plus tibi debetur quàm pecunia eiusdem valoris. ¶ Ac perinde secundi argumenti antecedens, conclusione secunda, ab initio est falsum. Non enim possum eroganti valore aureo monetam illam recipere quo dum mutuau vel cambium æstimabatur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum licitum sit monetarum cambium, quæ in diuersis locis propter copiam & inopiam talium aut talis monetæ inæqualis sunt valoris.

POST ea hæc de quarto nostro vnius monetarū valoris diuersarum. Facit et hoc ratio. Ita in Flandria modo propter bella quæ illic geruntur, aut Romæ, aut Lugduni, aut Londini, vsu venit. Sunt ergo apud nostrates quatuor nundinæ statæ quibus sub eodem numero aliæ respondent in Flandria. Primæ celebrantur Campenses Metinæ sub mensem Maium, vbi campsorū mense ad solutionū stadia nuntur, vel, sue idiomatæ, cambia aperiuntur, quintadecima Iulij, durantque solutiones vsque ad decimū Augusti. His respondent aliæ in Flandria sub mensem Septembrē, vbi cambia solutionibus faciendis panduntur decima Nouembris, durantq; solutiones toto illo mense. Secundæ nundinæ sunt Metinæ Rini Sicci: vbi cambia incipiunt decima quinta Septembris, finiūtur aūt decima Octobris. His respondent aliæ in Flandria, quæ celebrantur sub Natalem Domini: in quibus cambia incipiunt decima Februarij, durantq; per totum mensem. Tertiæ sunt apud nos eadem Metinæ Campenses sub mensem Octobrem, cuius cambia durant à mense Decembri vsque ad initium Ianuarij. Quæ respondent in Flandria nundinæ Resurrectionis: in quibus cambia incipiunt decima Maij, durantq; toto illo mense. Quartæ nundinæ sunt apud nos in Villalon, quarum cambia fiunt Quindecima dimidiata vsq; ad diem solutionibus respondentem in Flandria nundinæ Iamij, quarum cambia durant fere toto mense Augusti. Igitur cambiorum praxis est hæc, vt tot sibi debeat pecuniam Metinæ restituantur in Flandria. Nam caplor qui in nundinis Maij Metinæ initio Augusti pecuniam numerat, recepturus est in Flandria nundinis Septembris, vbi solutiones, vt diximus, fiunt toto mense Nouembri: Et qui Metinæ Rini Sicci pecuniā annumerat in initio Octobris, eandē recipit in Flandria in nundinis Natalitatis, puta mense Februarij. Et simili modo de alijs cambiorum punctis. Quando in Flandria vel propter bella vel alia quæcunque de causa minorū penuria laborantur, ille qui hinc illuc sua vult inter mercatores transmittere, pretium pēdit: qui autem vice versa pecuniā in Flandria numerat, Metinæ sibi restituendam, non modò nihil pendit, verum & plus lucratur, quàm ille pendit qui in Hispania numerat vt in Flandria recipiat. Exempli gratia. Nunc temporis quo propter continua bella Cæsar plurimus indiget apud Flandriam talentis, raritas est pecuniæ illic maxima. Itaque minor pecunia tanti habetur quanti apud nos maior. Sicuti via ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritas esset tritici, vnus modius tanti væniret, quanti alibi duo. Quæstione enim sequēti arti. 1. narraturi sumus causas augendi cambiorū pretia. Hac ergo de causa mercator qui Metinæ alteri quadringentos ac decem denariolos nostros, quos dupondia appellamus, Itali quatrinos, Galli turonos non plures in Flandria recipit quàm trecentos sexaginta. Itaq; pro trāsmissione perdit quinquaginta: quāuis, vt suprà diximus, nō iactura, sed lucrū est. Qui autem è conuerso in Flandria numerat trecentos, recipit in Hispania trecentos septuagintaquinq;. Itaq; plus lucratur in remittenda huc pecunia quàm ipenderat, dum hinc illam illuc transmiserat. Simile fermè nunc contingit inter Hispaniam & Romam: vbi angustior est solito pecuniæ inopia. ¶ Per hæc ergo, vt obiter admonemus, patet eiusmodi cambia non esse à Doctoribus intellecta: ac proinde in diuersas sententias disident. Caietanus nanque in suo illo opusculo. cap. 7. fundamentum huius cambij illud excogitat, quòd pecunia loco absens minoris habetur quàm si esset loco præsens: & eidem applaudit Sylvest. verb. vsura. 4. Nā quæ loco, inquiunt, distat, pluribus est subiecta periculis: quocircà potest minor quæ tutior est instè pro maiori cambiri quæ minùs est tuta. Et quidem si re vera hæc existerēt pericula, inficias non irem. Fatsi enim suprà fumus, æs alienum quod ille debet, à quo vel propter pauperiem vel propter fidei tenuitatem non est recuperatu facile, minoris vendi posse, quàm sit eius quantitas: neque merces insanis vndis commissæ tanti emerentur quàm si essent in portu. Attamen inter mercatores nulla sunt, aut vix vlla huiusmodi pericula. Nam illi qui Metinæ recipit apud Flandriam solutu ro, tanta habetur fides quàm si pecuniā haberet in Hispania. Quare hanc illis licentiam facere est plus illis indulgere quàm ipsi petunt. Ad de quòd si hæc esset horum cambiorum basis, tunc ille qui modò Metinæ pecuniam numerat, recepturus in Flandria, minoris deberet illam Flandrensem emere: hoc est auctior illi deberet in Flandria restitui: cùm tamē multò minus illic recipiat. ¶ Alij ergo arbitrantur rationem qua huius cambij iustitia fundatur, eā esse quòd aurum pluris penditur in Flandria. Et ideo aiunt hoc non licēre nisi commutatio fiat diuersarum pecuniarum, scilicet argenteæ pro aurea, vel æneā. At verò hoc iam suprà diximus, mere gratis esse dictū. Nam cambia ratione loci nō est fieri necessariū in diuersis nouetis. De quo cambio superiori articulo tertia nostra cōclusio loquebatur. Imò, vt proximè dicebamus, nulla inter mercatores auri vel argēti vel æris habetur ratio. Sed fac nullum esse aurū vel argentū præter æneos eosdemq; minutissimos denariolos. Ex his nanque qui modò Metinæ confert quadringentos decem, in Flandria recipit non nisi tercentū supra sexaginta. Et vice versa, qui illic confert tercentum, hic recipit septuaginta quinque supra trecentos. Vnde cùm ampliùs sit lucrū dum prius pecunia numeratur in Flandria reddenda in Hispania, quàm dispendiū si Metinæ numeretur redhibenda Brugis, vnū ex frugiferis negotijs est thesaurizare pecuniā apud Flandriam, hoc est illā à nobis illuc transmittere, in hunc potissimum vsum vt inde huc rursus remittatur. Fit enim lucri accessio. 25. dupondiorū in singulos ducatos. Quanuis illud etiā ꝙ dispendium facere videtur qui plus Metinæ videtur prius conferre quàm post recipit in Flandria, re vera non est iactura, verùm etiam sæpe lucrum. ¶ Sed & hoc demū nosse oportet, quòd quanto exuberantior est Metinæ pecunia, tanto vi liùs cābitur: hoc est, qui pecuniā numerat soluendam sibi in Flandria, auctius pendit pretiū: quia rariores inueniuntur qui Metinæ egeant. Et quanto angustior, tanto minus pendit: quia plures sunt recipientes Metinæ vt cōsignent in Flandria. ¶ Quæstio ergo præsens est, vtrùm cambia hæc sint licita. Et præter argumentū in capite quæstionis factū, arguitur hoc modo. Si hoc cambiū, reale esset ac licitū, id maximè, vel quia esset diminutū cambium, vel ratione loci: nempe quia pecunia ab vno in alterū traducitur: minuti autem nullū habet specimen. Haud enim illic pretiosior moneta cùm viliori cambitur: sed denarij pro denarijs. Neq; verò totum eius fundamentū est ratione loci: nam tunc sicut pro translatione ab Hispania vbi copiosior est pecunia ad Flandriā pretium soluitur: ita & econuerso pro translatione solueretur quę fit à Flandria in Hispaniam: quod tamen, vt in practica ostensum est, non fit: sed accedit lucrū. Adde quòd qui in Flādria pecuniā cōfert quę sibi in Hispania referatur, porrò id non facit quia indiget huc suam transmittere pecuniam, quia forsan illā hinc trāstulerat: sed propter lucrū. ¶ Secundò arguitur. Genus hoc cābij manifestā oculis exhibet speciem vsuræ. Nam qui Metinæ, verbi gratia, pecuniā numerat, restituendam sibi in Flādria, dominiū eius in illum transfert absolutū, quā perinde alter ibidē dispendit ac si simpliciter esset mutuū. Et (quod rem probabiliorem facit) ille qui recipit, nō ob id videtur facere vt quam habet in Flandria, Metinā trāsferat: quia fortè nullam illic habet: sed quia Metinæ indiget: & quo expectetur solutio, fucatur illo colore quòd soluatur in Flādria. Accedit quòd si quis alteri in Hispania re vera mutuaret pecuniam quā mutuatarius in Flandria esset repensurus: quia ambo illuc fortè proficiscuntur, propterea quòd in diuerso loco esset soluēda, nihil de natura mutui amitteret. ¶ Et confirmatur hæc ratio. Vt cambiū ratione loci sit licitū, nulla debet temporis mora de necessitate interuenire. Sed ego, verbi gratia, habeo hic pecuniam præsentem, & tu Romæ etiam præsentē, admetior tibi hic vt tu mihi Romę remetiaris. Itaq; si possibile esset me hodie existere Romæ, hodie mihi illic rependeres: sed requiritur tempus, quia non potest nuntius illuc aduolare. Attamen in istis cambijs habetur ratio temporis. Si enim qui hodie recipit Metinæ, cras deberet soluere in Flandria, vel intra hebdomadā: si statis succussarijs equis nūtius euolaret, iste qui recipit, re vera vel non reciperet, vel non nisi viliori pretio. Cùm ergo hoc verum habeat, signū est expectationem trium mensium esse in causam lucri huiusmodi cambiorū. ¶ Præterea ex notabili superiùs posito elicitur etiamnum recens argumentū. Nam si secundùm copiā aut inopiam pecuniæ quæ est in nundinis cambiorum pretia variantur, indiciū est eadem cambia rationem habere mutui. Etenim si mercatoribus, reliquis negotijs peractis amplior pecunia superest, facilius eam conferunt, plusq; perdunt: si verò maior est penuria, efficilius conferunt & cū maiori lucro. ¶ Quòd si negemus esse mutuū, illuc relabi videbimur vt concedamus (quod quidā arbitrantur) venditionē esse emptionēq; pecuniæ: ita vt pecunia in Hispania vbi est maior copia minori æstimetur pretio similis autem in Flandria maiori. Quemadmodùm oliuæ quæ apud nos nascuntur, non autem illic. Et hac ratione pecunia quæ est Metinæ venditur illius pretio quæ est in Flandria. Et è diuerso. Pecunia autem cùm sit rerū pretium, non potest pretio alio direndi. ¶ Hæc profectò dubiam rem faciunt. Imò apud illos qui eius tantùm superficiem aspiciunt, meritò demonstrabunt iniquam. Nihilo minùs quantū pro captu meo conijcere possum, res aliter habet. Quare ad quæstionē hac conclusione respondetur, licitū est pecuniā ab vno in alterum locum cābire, habito respectu copiæ quæ est in vno, atq; inopię quæ in altero: vt scilicet pro maiori numerata vbi est copia, minor recipiatur vbi est inopia: dum modo nulla præterea tēporis habeatur ratio quàm illius quod necessariū est ad traducēda chirographia (ꝑ quo, vt infrà patebit, nec pretiū augeri potest) omneq; fraudis doliq; genus absit. Enimuerò nisi mea me coniectura fallit, hæc quantū conijcere possum, est cambiorū fundamentū, quę hac nostra tēpestate vsu celebrātur. Probatio apud me conclusionis est hæc. Iustitiæ lex est vt data & accepti æqua sit æstimatio: quadringenti aūt, verbi gratia, denarioli vbi affluētior est pecunia non pluris habētur quàm trecentū quinquaginta vbi pecuniæ penuria laboratur: ergo numerare illic quadringētos vt tercentū quinquaginta hic recipias, non est iustitiæ violatio. Nec vice versa dare hic tercentū quinquaginta, vt illic tibi quadringenti reddantur. Exemplū profertur in oleo, vt modò dicebamus, cuius copia est apud nos: aut in vino, quod à nobis illuc defertur. Non enim pluris apud nos habentur, imò minoris centū cadi quàm sexaginta aut septuaginta in Flādria: ergo sicut potest quis maiorē hic mensurā huiusmodi liquorum pro minori apud Flandriā soluenda cambire: ita fieri potest in pecunia. Et vice versa, sicut potest quis pauciores Metinæ vlnas lini cābire pro pluribus soluendis in Flandria: quia lini apud nos maior est caritas: sic potest modò mercator apud Flandriā, minorē cambire pecuniā pro maiori in Hispania redhibenda.

¶ Et cōfirmatur præterea inde cōclusio, quòd si quis vellet cābire simpliciter ratione loci: nē pe transmittere pecuniā suam ex Hispania Romā, sed tamē vel propter bella vel propter alia præsentissima pericula, nulla alia pateret via, misi cābiendo hanc pro illa: & Roma nūmorum angustia grauiter premeretur, liceret minorē illic reddere: eò ꝙ tanti habetur quanti hic aliquantulo maior. Nihil ergo in hoc cābio iniquitas apparet. Quòd si hoc licitū est, nihil refert an obiter quis illud faciat & præter consuetudinem, an verò ex officio. Nam quòd natura sua iustū est, quisque potest consultò exercere. ¶ Contra hanc nihilo minùs conclusionē hoc se statim offert argumentū, à loco ad tēpus. Sequeretur inquā eadem ratione ꝙ licet cuiq; modo in Flandria suo ciui numerare, verbi gratia, decē Scuta, quorū singula æstimātur tercentū denariolis siue in auro siue in denarijs: quia nihil refert, hac lege vt quādo esset affluentia pecuniæ quāta est in Hispania vel maior, reciperet pro singulis scutis tercētū septuagintaquinque denarios, quos modo recipit in Hispania. Nam si hoc licet propter copiā quę est in Hispania, cur non erit licitum quando tanta fuerit abundātia in Flandria? Respondetur, hanc quę apparet, nō esse similitudinem: quoniam

Caietanus.

Sylvest.

Refutatur proxima sententia.

Probatio cō clusionis.

Cōfirmatio.

Argumentū contra conclusionem.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niã trãsferre nũc dominiũ pecunię vt designa to pòst tempore restituatur, non potest non esse mutuũ: & ratione mutui nihil potest pre tij extorqueri: sed quando habetur ratio diuer sitatis, non temporis sed loci, nõ est mutuum, verùm cãbitio duarum rerũ prę sentiũ, quarũ valor modò æqualis est. ¶ Ex his ergo facilè moderamina colliguntur ac temperamẽta cõ clusionis, quibus est eius veritas circũferibẽda. Primũ enim diximus, cauẽdũ esse nè ratio huc tẽporis obrẽpat, quæ indiciũ sit palliati mutui. Ad cuius vtiq; rei notitiã, hãc censeo statuẽdã regulã. Non potest virtute huiusmodi cãbij aliud quidpiã recipi, quàm si duæ res in prę senti exist ẽtes cãbirentur. Hoc est, nõ potest qui pecuniã in Flãdria numerat quantũ est ex ge nere suo plus in Hispania recipere, quàm si eodẽ puncto quo pecuniã illic cõfert, fieri posset vt eandem reciperet in Hispania. Exemplum esto. Si ille admetiens pecuniã in Flandria cer tus esset eadem die ministrum suũ eandem re cipere Metinæ: nempe quia per literas anteà & nuntios inter eos sic conuentum fuerat, & ratione assertæ conclusionis amplius recipit q̃ confert, tantundẽ prorsus valoris neq; aliunde præterea obolum recipere potest, siue solutio faciẽda sit post mẽsem, siue post tres, siue post decem. Hanc inquã regulam constabiliendã hic quàm maximè necessarium arbitror. Nam si tam vera est quàm re vera consco, infallibilis est iustitiæ index huiusmodi cambiorũ. Modificati autem sumus cõclusionẽ, dicentes quantum est de genere suo: quoniã non perinde in pecuniarũ cambio censeri potest tempus illud præsens quo æstimandus est valor pecuniæ in alio absente loco, atque in alijs mercibus: vt articu. proximo declarabimus. ¶ Porrò autẽ eius veritas ex dictis fit compertissima. Fundamentum enim iustitiæ horum cambiorũ atq; adeò testimoniũ rationem mutui hic nõ abdi, est q̃ cambitur maior pecunia pro minori: aut vice versa: quoniã in vno loco tanti æstimatur minor quãti in altero maior: ergo ratio valoris huiusmodi pecuniarũ ad eundem temporis articulum referri debet, & perinde ac si res præsentes sint earum cambiũ existimari: atq; adeò nulla tẽporis ratio interuenire valet, q̃ pretium vel vnius augeat vel alterius minuat. Et quoniam conclusionẽ similitudine aliarum rerum sulciuimus, earum exemplo in eius explicatione vtamur. Licet quidem mihi existenti in Hispania vbi frumentũ pluris vænundatur duos modios cambire pro tribus in Sicilia, quos scio eodẽ æstimari pretio quo duos in Hispania. Hæc autem cambitio non est licita, nisi pro eo dem tẽpore: Nempe quia tu habes frumentũ in Sicilia, & ego in Hispania. Quare ex illo pũcto quo ego tibi in Hispania meũ confero, id quod tu in Sicilia habebas factũ est meũ. Nam si tu illic nullum habes modò frumentũ, sed expectas habere, & quò te expectem reddis mihi pro duobus tres, manifestum est vsurariũ mutuum. Ad propositum ergo, si ille qui recipit in Flãdria reddit tibi post trimestre plus quàm redderet si eàdem die qua tu confers in Flandria redderet tibi in Hispania, manifestum est hoc non esse syncerum cambium rei pro re sed auctarium illud ob id adhiberi, quod illo tempore illum expectas dum pecuniam quam paratam non habet conficiat: atque adeo ratione mutui quod illic contegitur. ¶ Et per hoc patebit vitium illius rationis quam sibi mercatores obtendunt. Fatentur nanq; vnã causam cur expectetur toto timestrieſſe, t ille qui in vno loco recipit, parare possit, & fortè conficere pecuniam ad soluendum. Hoc inquam indicium est manifestũ mutui. Nam vt simplex sit cambium, requiritur (vt crebrò repetimus) vtriusque rei existẽtia: atque adeò vt ille qui recipit, in promptu habeat pecuniam. Quare si in præsenti non habet, palàm fit pro expectatione dum conquirat augere cambij pretium. ¶ Sed ait mercator, chirographum non est volucris, quæ possit subitò euolare: atque adeò tempus requiritur. Fatemur quidẽ, vt suprà falsi sumus. Attamen cùm tempus illud non nisi illi necessitati inseruiat vt cambiũ innotescat, ratione illius nihil pretij extorqueri potest. Et hoc est punctum quod considerantissimè meditandũ est. Si enim cambium est rei pro re, ad idem est reducendum punctum: pro tẽpore ergo notificãdi nihil recipi potest. Quare vbi diximus admittẽdum esse tempus necessarium ad transmittẽda chirographa, nõ eo pacto intelligendum est vt haberi eius ratio possit ad recipiendum pretium: quia tunc pro fectò pro eiusdem temporis expectatione reciperetur: sed intelleximus illud necessarium tẽpus non esse, vt quidam arbitrantur, vsuræ indicium. ¶ Sed ait rursus qui partes mercatorum defensat: Si iste qui pecuniam aliò transmittit, cursori eandem concrederet transferendam, inducias illi temporis concederet, tunc pro tempore pretium solueret. Respondetur non vnam solùm fallaciam in argumento latere. Primum enim qui sic arguit, immiscet diuersas simul cambiorũ species, quod in præsentis quæstionis fronte cauendũ admonuimus: nũc enim non disputamus de cambio ratione loci, hoc est quòd fit sola ratione transmittendi pecuniam

Moderamina positæ cõclusionis.

Regula.

Altera ratio pro cõclusione.

Explodentur mercatorum cauillatio.

Obiectio.

Solutio.

cuniam qua alibi indiges: sed de commutatione pecuniæ vnius loci pro pecunia alterius, propter copiæ inopięq́ue varietatem. Nam qui pecuniam dat in Flandria recipiendam in Hispania, nihil dispendit, vt diximus: sed lucratur. Itẽ qui pecuniam concredit cursori non transfert in ipsum dominium, vt fit in cambijs. Atque adeo nulla illic abdi potest ratio mutui. Et q̃d ad rem pertinet, pretium non illi constituitur pro tempore, sed pro labore: cambire ergo pecuniam quæ est Metinæ pro illa quæ censetur esse in Flandria, non debet illa norma iudicari quæ est mera translatio per cursorem. Eò vel maximè quòd pretia non conueniunt. Transportaret enim cursor ab Hispania in Flandriã quatuor millia ducatorum, pretio cẽtum: & tamen qui priùs recipit in Flandria repẽsurus in Hispania, soluit quintam partẽ, & eo amplius, capitalis. ¶ Sed arguat sic forsan contrà camplorum quispiam: dum bella vel obstacula alia impedimento sunt nè pecunia transferri possit, multò auctius esse debet translationis pretium: ergo id ego possum supra illam rationẽ suscipere qua vna moneta cambitur pro alia. Nam cùm duarum cambiorum specierum per se vtraque licita est, nulla est iniquitas, si altera alteri adhibeatur. Ad hoc respõdetur, & est iudicio meo apprimè notanda responsio, quòd si cambium de quo in præsentiarum loquimur licitum est, nempe vt pecunia vnius loci pro pecunia alterius cambiatur, hæc, nihil bellis obstantibus, strata est paratissimaque via traducendi monetam: & ideo iniquissimum est ad lucrum huiusmodi cambij pretium aliud insuper adhibere, ratione translationis de loco ad locum. Sed alterum eligendum est: vel si quidpiam pretij ratione secundi adhibeatur, id debet esse tenuissimum. ¶ Ex quo fit quòd cùm inter mercatores non habeatur ratio nisi prioris cambij, scilicet commutationis monetæ si cambium fiat cum alio ciue qui non est mercator neque negotiator, & præter hanc habeatur etiam noua ratio pretij propter trãslationem, iniquum esset. Crediderim ergo certissimam esse nostram conclusionem: videlicet ex cambio de quo in præsentiarum agimus nihil amplius posse recipi quàm si eâdem die in vno loco paretur, & in alio reciperetur, vel per exile insuper quidpiam. ¶ Ex quo sit tandem, vt in calce totius quæstionis hoc adnotemus, nondum patere differentiæ huius æquitatem. Nẽpe quod cùm ille qui pecuniam Metinæ prius capit, reddit autẽ post in Flandria, nõ lucretur nisi quinquaginta: ille qui ecõuerso eodẽ tempore inuariataq; pecuniæ æstimatione prius confert in Flandria, recepturus in Hispania, lucretur septuaginta quinq;. Enimuero q̃ prius cambiũ licitum sit, in causa existit q̃ tercentũ sexaginta quæ iste qui Metinæ recipit reddit in Flandria, tanti æstimãtur quãti quadrigenta decẽ quæ receperat: & ediuerso. Igitur qui vice versa tercentum sexaginta priùs confert in Flãdria, nõ est cur posteà recipiat Metinę nisi quadringenta decem. Nam idem est valor. Quare nihil referre deberet q̃ priùs quis recipiat Metinæ, vt soluat in Flandria: &, q̃ priùs annumeret in Flandria, vt posteà recipiat Metinæ.

Ad Primum argumentũ.

Ad aliud.

Ad secundũ

REstat igitur argumentis responsa subijcere, quatenùs contra hanc nostram assertionem militare videntur. Ad primũ ergo in verę quæstionis oppositũ respondetur: diuersam esse rationem quãdo pretium auri augetur vel minuitur æstimatione argẽti aut æris, propter solius auri raritatẽ: & quando tota pecunia pluris minorisve æstimatur propter eius in genere copiã vel inopiam. Nã priori modo qui ducatum, verbi gratia, confert in Hispania, non cõfert amplius q̃ vndecim argentea regalia. Si quidẽ idẽ est, in auro tribuat an in argẽto. Qui autem illud recipit Romæ æstimatione Romana recipit illic regalia tredecim: non ob id q̃ tredecim regalia nõ pluris illic habeantur quàm vndecim apud nos, sed q̃ aurum cariùs ęstimatur. Sicut si frumentum valens vndecim, cambiret quis pro alio valente tredecim. Attamen quando maior est copia pecuniæ totius in genere in vna prouincia quàm in alia, non pluris æstimantur vbi maior est copia pecunię tredecim regalia, q̃ vndecim in altera vbi est penuria. Et ideo potest, verbi gratia, dare quisque in Flãdria vndecim in quacunq; moneta, siue aureos ducatos, siue argenteos, siue æneos nummos, receptur⁹ tredecim in Hispania. ¶ Ad primum autem eorum quæ proximè ante cõclusionẽ adiecimus, iam satis respõsum est, iustitiã huiusmodi cãbij monetę pro moneta nõ in eo fundari q̃ sit cambium minutum vel merũ ratione loci, id est, vt nummi transferantur: sed propter differentiam valoris in diuersis locis. Quare non inde variatur contractus quòd fiat non ob necessitatem transferẽdi pecuniam, ad alia negotia quàm ratione lucri, sicuti in alijs mercibus accidit. ¶ Ad secũdum verò negatur hoc esse mutuum, vt declaratum est: quia non fit sic hoc cambium, vel fieri nõ debet, vt ratione temporis aliquid petatur: sed est cambitio duarum præsentiũ pecuniarũ. Quocirca ingenuè cõcedimus cũ qui cambit, trãsferre in alterum dũium suæ pecunię, vt quo libuerit vsu illam

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam dispendat. Vnde tamen non fit consequēs vt quidam neoterici censent, esse mutuum: nā in cambio etiam trāsfertur dominium, vt dum merces quaslibet tuas cum alijs commutas. Neque refert, vt idem author cogitat, pecuniā reddi tum iri in moneta diuersi metalli aut eiusdē.

Ad tertium. ¶ Ad aliud verò quod illic adhibebam, nempe accidere nonnunquàm quòd qui Metinæ recipit, nullas habet pecunias in Flādria, iam etiā dictum est in tali casu, si iste nō est soluturus in Flādria, omninò esse palliatum mutuum: quia non cambitur res pro re, sed soluitur pretium

Ad quartū. pro inducijs ad restituendum indultis. ¶ Ad aliud autem etiam respondetur, quòd recipere hīc & soluere in Flandria, non tollit rationem mutui si fiat ratione temporis. Si autem fiat ratione diuersitatis valoris, non est mutuum, sed cambium. ¶ Sed & ad confirmationem satis responsum est vbi eius conclusionem concessimus: nempe nō licēre plus recipere ratione hu

Ad quintū. ius cambij, quàm si eodem die quo in vno loco confertur in altero. ¶ Ad aliud verò de aug

Ad postremum. mento & decremento cambiorum statim dicturi sumus articulo proximo. ¶ Ad vltimum denique negatur sub hoc cambiorum tegmine pecuniam emi aut vendi: quia neutra habet rationem pretij alterius, sed est mera rerum permutatio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm cambiorum pretia inter campsores variari possint.

SVbsequitur vt de varietate cambiorū pretij quæramus, an sit licita. Arguitur nanque quòd inter mercatores nequeant eiusmodi pretia variari. Nam cùm pecunia non sit vendibilis, non potest eius pretium ceu reliquarum mercium aliquo modo mutari, nisi sola principis lege augentis minuentisve eius valorem. ¶ In contrarium autem est celeberrimus cambiorum vsus qui reprobari hactenùs non consueuit.

QVæstio hæc ad superioris claritudinem apprimè est explicatu necessaria. Cùm enim definitum sit monetas diuersorum locorū propter diuersam æstimationem iustè cambiri, operæpretium est nosse vtrùm in nundinis variari iuste possint inter mercatores pretia. Ad quam idcircò quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior. Accidere possunt causæ quarum meritò secluſis fraudibus ac dolis possint cambiorum pretia variari. Cōclusio hæc ex superiori articulo nō obscurè fit consequens. Enimuerò si raritas nō auri vel argenti, sed pecuniæ in genere in causa est vt aliquātulo minor tanti æstimetur, ac maior vbi pecunia abundat: consequens est vt si in nundinis, verbi gratia, Metinen. vel quia rex pecuniam corrasit, aut propter aliam calamitatem cursi æris penuria laboratur, & nihilo minùs ad mercaturam aliasque negotiationes rei publicæ necessarias, operæpretium est ab Hispania in Flandriā, & vice versa, pecuniam per cambia traducere, potest qui illam Metinæ annumerat, meliori conditione recipere in Flandria: & vice versa, si Metinæ abūdantior est pecunia potest etiam qui ibi recipit, meliori conditione recipere. Atq; hic modus vsitatissimus est augmenti & decrementi cambiorum: nempe vt nulla habetur ratio auri vel argenti. ¶ Caieta autem in suo Cambiorum opusculo aliud enarrat crementi decrementiq; genus: nescio verūmne sit an fictum. Nempe dum negotiator Mediolani recipit cum pacto reddēdi Marcham auri Lugduni viliori pretio quàm est valitura: vt si, verbi gratia, dicamus quòd quis accipiat mille argentea regalia repensurus cētum ducatos, qui re vera valent mille centum regalia. Neque verò cōdemnat hoc cambium, imò arbitratur vēditionem esse auri minori pretio propter necessitatem: quia mauult ille iacturā centum argenteorum regalium facere quàm ab alia negotiatione cessare, qua plus lucrabitur. Ego verò neq; credo hoc genus cambij in vsu haberi: neq; si haberetur, illud auderem approbare: quoniam (vt sæpe diximus) inter mercatores nullum est discrimen auri & argenti, neque augent valorē scuti vel ducati ratione auri vt facit rex cùm auri pretiū lege exauget: sed vtuntur nominibus illis, scuti vel ducati, vt suprà diximus. Et hoc fortè dicere voluit Sylue-

Sylueſter. ster verbo, vsura. 4. §. 6. vbi ait non vti mercatores moneta vt vulgus. Præterea quando in vsu versaretur, profectò pro vsura ducēdum esset. Nam illa non est vēditio auri, sed restitutio mutui cum vsura. Eius enim qui pecuniā prius dedit, nihil interest solutionem in auro recipere vel in alia moneta, dum modò auctiorem extorqueat dilationis gratia. ¶ Dixerim autem hoc esse licitū, fraudibus exclusis ac dolis, quæ profectò creberrimè inter augēdas monetas inserpūt. Nā qui huiusmodi cābiorū lucris omnē posthabent religionē, perinde atq; in alijs mercibus monopolia exercēt. Cōfœderantur nam-

que

que duo aut tres qui omnem abradunt pecuniam. Recipiunt scilicet ab omnibus initio nūdinarum pecuniam, soluendam partim in Flādria, partim Lugduni, aut Londini, aut Genuę, &c. Atque adeo qui posteà in eisdem in nundinis cambijs indigent, nempe præsenti Metinæ pecunia cùm alia non pateat Bursa nisi monopōli, coguntur eo pretio recipere quo illis liberit. Est nocentissima pestis, neque esset vllo modo ferenda. ¶ Verum tamen præcipua dubitandi ratio de hac conclusione est circa causas, quibus legitimè pretium cambiorum variari potest. Et quidem quod raritas atque abundantia pecuniæ legitimè censeri possit in causa compertissimum est, essęq; debet cōstitutissimum. Penuria verò hæc atque affluentia, bina esse potest. Nempe absoluta & respectiua. Absoluta, inquam, vt suprà dictum est, si propter bella aut quosuis alios ingētes sumptus rex vndique pecuniam colligeret, aut propter aliam calamitatem re vera angustior esset. Et è cōuerso si ob aliquam prosperitatem afflueret. Et de hac dubitari nō potest quin sit causa legitima. Alia verò est de qua meritissimò inter prudentes multùm est hæsitandum. Videlicet vtrùm frequētia paucitasque indigentium, atq; adeò petentium pecuniam in forma cambij, augeat & minuat cambiorū pretia. Et quidem Caietanus in illo suo Opusculo. c. 7. id nihil formidat asserere: cui & Metinensis quoque subscribit: de quo hoc obiter adnotauerim quòd secum gratis pugnare videtur. Concedit enim secundum accipientium numerum variari cambiorum pretia, & nihilo minùs negat copiam aut inopiam pecuniarum legitimam posse æstimari causam vt eadem cambiorum pretia varientur: cùm tamen ob id numerus accipientiū pretia augeat aut minuat: quòd cùm sint plures, pecunia reputatur angustior, respectu eorum: cùm verò pauciores, reputatur amplior, sicuti in alijs mercibus. ¶ Porrò ergo dubia est hæc causa variandi pretium. Primùm quòd pecuniam cum aliis mercibus hac ratione conferre, non est adeò legitimum. Nam pecunia nō est vendibilis, atque adeò neq; videtur pretio more aliarum mercium æstimanda. Secundò (quod attenta consideratione speculandum est) si hāc campsoribus licentiā indulgeas, fraudibus aditum aperis. Nam solent bursas in nundinarum initio claudere, exspectātes quo pretio cambia currant. Et dum prosperum vident forum, illā in cambia producunt: alioqui seruant. Et quanuis primo aspectu nulla se illic prodat iniquitas, eò quòd quisque potest rem propriam suo arbitratu aut seruare aut distrahere, prout ex re sua fuerit: tamen si res occultius inspiciatur, illa eadem causa est eadem angēdi cambiorum pretia. Nam propterea plures sunt qui cambia quærunt, quòd rarior est pecunia: est autem rarior, quia abscondita est: imò illa ratione absconditа vt augeantur pretia. Et re vera si ad normā aliarum mercium, vt mercatores volunt, variāda est cambiorū æstimatio, debent eidem subdi legi quæ solet à republica in alijs mercibus obseruari. Dum enim multi sunt qui horreā obserant vnde annonæ caritas nascitur, compelluntur eadem aperire, & legitimo diuendere pretio: imò quanuis non compellerentur, pectatum esset: eo quòd cùm res sint reipublicæ necessariæ, non possunt eorum domini per communem iniuriam illo modo populum affligere. Si ergo mercatores ita fatentur cambia esse necessaria, profecto suo se mucrone iugulare videntur, dum pecuniam abscondent. Eo potissimùm quòd vix fieri potest sine aliqua specie monopolij. Nam si inter illos non conueniret vt bursas obserarent, vnus & fortè alter aperiret cambium. ¶ Profectò res est mihi non satis comperta: nihilo minùs in hanc partem mihi ipsi propendēre videor, quæ sit posterior conclusio. Vberior accipientium copia gere suo si calliditas omnis & versutia caueatur, causa esse potest augendi cambiorum pretia, sicuti & raritas causa minuendi. Conclusio inde suadetur. Primùm quòd cambire monetam vnius loci pro moneta alterius, non solùm licitum monstratum est, verum & necessarium. Mox quòd nummorum penuria vnius regionis causa est vt minor tanti æstimatur quàm alibi maior: cùm ergo auctior numerus recipiētium cambia, causa sit vt minor habeatur pecuniæ copia quàm dum rariores sunt qui capiūt, colligitur vt hac etiam ratione augeri possit pretium. At verò adeò sunt multæ technæ ac doli qui hac se statim ratione ad augenda pretia insinuabunt, vt non absque formidine & metu sit conclusio in vsum admittenda. Est enim res quæ non tam in scientia posita est quàm in scientia & prudentia: & ideò optimorum cuique iudicio deferendus est huiusmodi vsus. ¶ Ad argumentum ergo quod in vertice quæstionis proposuimus respondetur, quod etsi pecunia non sit vendibilis, atque adeò neque proprio pretio æstimabilis: ob id autem quòd est campsibilis & commutabilis, potest pluris minorisque æstimari, vt cum alia alterius loci commutetur. ¶ Ad aliud autem quod insuper de fraudibus adiecimus, nihil aliud respondere possumus quàm quod, vt dicebamus, cuique timoratæ conscientiæ

iudicio

Caietanus

Ratio cōclusionis.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Postrema conclusio.

Probatio.

Ad Primum argumentū.

Ad secundū

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicio relinquatur. Nam etsi condemnandũ simpliciter non sit vt quis pecuniã suam veluti reliqua bona in tempus seruet, quò cõmodius ac magis è re distrahere possit: vix tamen, vt dictum est, absq; fraude fieri potest.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm cambium ad incertam solutionis quantitatem sit licitum.

IXatticulo proximo hic inquiritur, vtrum scilicet cambirj possit pecunia præsens incerta pro futura, cuius valor incertus sit. Vt si quis alteri centum ducatos numeret eo pacto vt solutio fiat secundùm æstimationem cambiorum proximarum nundinarum: aut Metinensium, aut, Lugdunensium, aut Lanidinensium: patrum enim refert. Et apparet inde non esse licitum, quòd iustitiæ bilances periculo exponuntur: erant quòd minus referatur q̃ collatum est: aut (quod multò frequentius vsu venit) plus. Nam alterutrum contingat, violabitur iustitia. ¶ In contrarium autem est, q̃ cùm liceat pecuniam ambiguo euẽtui committere: vt in ludo patet, & in sortibus: nõ est cur id nõ liceat in forma cambij.

Argumentũ

Prima conclusio.

AD quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior. Si omnis fraus atq; dolus procul absit, nullam per se habet rationem vsuræ q̃ aliquis Mediolani, vel Parisijs, vel alibi, pecuniam alteri conferat: nempe cẽtum aut mille ducatos, siue in auro siue in argẽto (iam enim sæpe dictum est nihil referre) pretio cambiorum primarum nundinarum tedhibendõs.

Caietanus,

Confessio est etiam Caietani in suo cambiorũ opusculo: vbi procul absit fraus. Nempe primum q̃ sit æquilibre dubium pluris minorisve ducatum æstimandum. Secundò q̃ ille qui confert, non sit ille qui augendæ pecuniæ operam daturus est. Et ratio est plana: imò id licitum esse potest sub forma mutui. Est enim si cut depositio, quã vadiationem appellant: hoc est expositio pecuniæ periculo futuri euentus: vt etiam diximus de assecuratione. Accipe hac lege centum: & si cambiorum pretia aucta fuerint, solues mihi plus: sin verò minus, vel æquale. Nam vtraq; pars eidem subest alea.

Caietanus,

¶ Quin vero Caietanus in suo opusculo cap. 6. aliud quid addit, quod nescio an tutò affirmari possit, satisque doceri. Nempe bifariam hoc posse contingere: Vno modo incertum reditus ex

nem relinquendo, vt hac nostra conclusione assertum est: Altero verò pacto, vt quod in dubio est, certa quantitate taxetur. Exempli gratia: credò tibi ducatos nũc centum valentes argentea, verbi gratia, regalia mille: de quibus tamen dubitatur vtrum in nundinis valituri sint mille, an fortè mille ducentos. Potest inquit inter nos cõuenire vt mihi referas mille centum, quod est medium illius excessus supra capitale. ¶ Huius autem contractus æquitatem profectò videre mihi nõ videor: imò sine dubium id minimè licere crediderim. Primum enim assertæ nostræ conclusio verum non habet, nisi eius modo æquitate temperata: nempe quod sit æquale dubium, magnè tam plus quàm modo valituram an minus iuxta monitum capituli, In ciuitate de vsuris. Vt si nunc centum ducati valent mille argentea: æquale sit dubium, valorem æstimandum in nundinis mille centum an nongentis; tunc enim æqualis est alea. Si autẽ certum est quòd illud vel quanti modo valent, vel pluris pendendi, non autem minoris: vt casus habet Caietani: nequaquam profectò licet. Nam illud cambium diximus habere rationẽ, de posito tenis, huic, quam vocãt, vadiationis aut ludium, quibus debet euentus æqualiter in vtrãque pendere partem. Item casus hic secundus manifestum implicuit mutuum cum lucro. Nã si cambium sit, non potest nisi res pro æquali cambiri: sicut si modò tibi frumẽtum mutuarem. Quare nõ est simile de alijs mercibus iuxta tenorem capitu. Nauiganti. quòd qui seruaturus est merces potest illas pluris vendere, si tempore quo à possessore erant vendendæ plus erant valituræ: quoniam pecunia nequaquam vendi potest, sed cambiri. Quocirca si taxatur lucrum, mutuum est, quod vsurę formam induit. Meluti si modò tibi frumẽtũ mutuarem, & quia creditur plus valiturum, eo te vinculo obligarem, vt pro decem modijs vnde cim mihi redderes. ¶ Ex his hoc colligamus documentum, quòd neque secundum tenorẽ nostræ secundæ conclusionis, licèt genere suo vera sit, tutum est huiusmodi cambia ad incertam solutionem facere. Nam semper illic abditur angulus: eò quod perquam rarissimè, imò possumus dicere, nunquam, dum fiunt cambia fiunt, timetur minus pretium: sed semper certum est in lucrum. Neque fiunt nisi ad personandas vsuras. Adit enim qui indiget mercatorem aut cum pecunia, à quo pecuniam mutuetur: ille autem renuit nisi rependatur pretio currenti possèà in nundinis, quia certus est lucri. ¶ Argumenti igitur in capite quæstionis obiecti conclusio concedatur. Nempe secundum id quod plurimùm contingit non esse cãbium licitũ: quia iustitia periculo exponitur: argumentum autem in contrarium id tantùm probat, quod si contingere posset æquale dubiũ futuri pretij in minus quàm valet dum fit cambium, vt in maius, licitum esset.

Secundum.

Tertium.

Documentum.

Ad argumentum.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm cambium huiusmodi, quod intercalatis ac prætermissis primis nũdinis in alias subsequentes fit, sit licitum.

IN hoc tandem postremo articulo, cõcludere negotium restat totius cãpsorum practicæ: quod vt lucidius referatur luculentiusque examinetur: Arguitur, quòd liceat huiusmodi cambia celebrare vt propterea q̃ in tertias aut quartas nundinas fiant, pretium augeri possit. Etenim si hęc conditio cambium vitiaret, id præsertim quod ratione dilatæ solutionis aliquid percipitur: hoc autẽ minimè accidit: ergo est licitum. Probatur posterior præmissa: quoniam id pretij, vt campsores sibi obtendunt, non recipitur ratione tẽporis, sed ob id quòd cambia quæ in longius fiunt tẽpus minus sunt cambienti fructuosa. Nam si quam tibi Metinæ numerauj pecuniã, non mihi in Flãdria in tempore renumeras, cohibeor id cum lucro huc opportune remittere, atq; adeo pro illa quam facio iacturam, possum ex te amplius recipere lucri. ¶ Secunda ratio auctioris exigẽdi pretij dum solutio prorogatur, est, vt aiunt, quod dum cambia laxiora sunt, hoc est plus tẽporis ad soluendum indulgetur, plures sunt qui illa recipiant: vbi autem sunt stricciora, multo sunt rariores: quo autem qui recipiant plures sunt, eo cambiorum pretia merito augẽtur: sicuti in reliquis mercibus. ¶ Tertia: quia quo plus temporis collator cambij concedit debitori ad soluẽdum, minus ei negotium exhibet ad parandam alibi pecuniam: quandoquidem maiori tempore facilius poterit parare. Ob idque non est iniqua accessio quę hac ratione ad pretium fit. ¶ In cõtrarium autem est quòd in huiusmodi cambijs manifestè augetur pretium ratione temporis: quod indicium est vsurariæ mutuationis.

IN campsorum praxi inter probos, atq; eos qui sunt circunspectæ virtutis, nunquã non malè audiuit cãbium, quo, vt eorum sermone loquamur, nundinæ transiliuntur: hoc est proximis intercalatis ac prætermissis, solutio vsq; ad tertias vel quartas prorogatur. Nihilominus verò inter eos de quibusdã ambigitur, quas intercalare & transilire necessarium ducunt: atque adeò existimant ratione illius dilati temporis augeri posse cambiorum pretia.

Fũdamentũ

¶ Rememoranda ergo sunt nundinarum tempora quas secũdo retulimus articulo. Diximus nanque à nundinis Maij Metinẽsibus, hoc est à fine Iulij in vsu esse cambiri ad Flandrenses Septembris: id est ad mensem Nouembrem, intercalatis nundinis Iunij: quarum solutiones fiunt toto mense Augusti, ob id quod cùm solutiones Metinæ decima die eiusdem mensis absoluantur, nequeũt commodè chirographa eodem mense transmitti. Item in nundinis proximis Riui Sicci, quarum solutiones absoluuntur mense Octobris, non cambitur ad Flãdras Septembris, quarum solutiones durant toto Nouembri: quia non satis existimatur tempus illud ad transmittenda chirographa: sed cambitur ad nundinas Natiuitatis, quarum solutiones fiunt in Februario. Ac denique à nundinis Octobris, quarum solutiones fiunt in Decembri, plurimum cambitur ad nundinas Resurrectionis quæ Bergis celebrantur: quarumq; solutiones fiunt in Maio. Et de hoc est maior dubitatio. Nam dimidiata quadragesima fiunt etiam in Flandria cambiorum quædam solutiones: licèt non sint nundinæ: in quod igitur tempus apparet commodè mense Decembri cambiri potuisse. Prætexunt sibi tamen mercatores hanc excusationem, quòd tempus non est satis longum: tum præcipuè, quia non fiunt tunc nundinæ in quibus debitores æs possint ad soluendũ conficere: & idcirco protelatur solutio vsq; ad mẽsem Maiũ. Aiunt ergo q̃ cùm trimestre tẽpus necessarium sit ad mittẽda chirographa, nihil aliud q̃ æquitas est ratione illius tẽporis pretiũ aliquod recipere, quod alteri indulgetur vt commodiùs soluat. Et adhibent rationes quas proximè nos denarrauimus. ¶ Atq; huic potissimũ opinioni ansam porrexit decretum quorundã Parisiẽsium, anno Dñi. 1517. quo ad tria mercatorũ quęsita respondẽtes, eã in tertia responsione illis indulserunt licẽtiam, vt ratione temporis pretium possent recipere propter lucrũ cessans, ac labores, & industrias. Atq; adeò adiecerunt quod si intercalatis nundinis solutio in alias differatur, tunc quo longius fuerit tempus, plus recipi potest. Fuerunt Coryphæ illius negotij duo fratres Coronelli, ciues nostri: ahãs profectò nõ pœnitẽdæ eruditionis & famæ: sed tamen in hoc, ipsorũ etiam merca-

Parisiẽsium decretum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mercatorum confessione ab scopo, vt saluâ eorum autoritate id dixerim, tam de facto quàm subinde de iure, neq; absq; vlcere conscientiarum mercatorum, aberrârunt. ¶ Ad quæstionem ergo hac respondetur conclusione: quæ profectò nulli qui rem attetè perspexerit, posse videtur in dubium venire. Non modò nullatenus licet ob nundinarũ intercalationem & prætermissionem pretium recipere: imò si ex ipsâ temporis conditione res perpendatur, neque propter illud tempus quod inter cãbiũ interstat & proximas nundinas. Conclusio ex superioribus elicitur: quin verò articulo secundo est expresse demõstrata: sed maioris tum elucidationis, tum confirmationis gratia hic resumitur. Nempe vt ostẽdamus argumẽtis suis cãpsores cõtra seipsos pugnare. Aiunt nãq; nõ recipi pretium prò illo trimestri tẽpore quod intercurrit inter Hispanas nundinas atq; Flandras: sed quia non possunt chirographa citiùs mitti. Haud enim necessum est habere statos equos quibus euolent: imò bellorum tempore fieri non potest. Nos autem fatemur equidem tempus ad id muneris necessarium. Attamen tempus illud non debet in hoc seruire, vt diximus, vt qui pecuniam recipit soluere possit cõmode. Nam si de præsenti nõ habet, fit vt propter expectationem pretium soluat: si verò habet, potiùs ei tempus seruit qui pecuniam contulit. Nam sua interest pecuniã recuperare, ac proinde chirographa mittere: quare nihil ratione illius temporis potest recipere. Itaque dicere ob id quòd temporis intercapedo est mittendis contractus instrumentis necessaria, licere cambium carius fieri, repugnãtiam inuoluit. Imò quomodocunq; propter tempus illud quidpiam pendatur, significatur mutuum, atq; adeo vsura. Accipe ãlarum rerum exemplum. Si ego frumẽtum meum, aut vinum, aut quiduis aliud cum tuis similibus rebus commutarem, quas alibi habes eiusdem omninò existimationis cuius meę sunt: adijcerem tamen, propterea quòd tempus requiritur quo cõtractus ministris tuis innotescat qui meis restituant, quidpiam mihi pretij solueres: profectò iniqua esset vsura: nisi perexiguum illum sumptum reciperem, quẽ in mittẽdis literis facerem. ¶ Sed persistunt etiam tunc in sua defensione, dicentes: Fatemur illum qui in Flandria cãbium recipit, non habere in promptu pecuniã Metinæ, sed expectare in nundinis, vendendo suas merces quas illuc mittit collecturum. Porrò autem confessio hæc pus aperit rationemque mutui: quandoquidem ob indigẽtiam temporis alter recipit, non loci. Sicuti nobilis ciuis ideo ab vsurario mutuatur: quòd suos expectat prouẽtus quibus soluat. Et suprà sub titulo de societate, diximus, vsuram esse si quis opifici lanam vel aliam materiam mutuet aut vendat, vt cum fœnore soluat quando ex suo artificio pecuniam collegerit. Eadem ergo vsura est, indigenti mutuare vt sua negotiatione pecuniam cõgreget vnde soluat. ¶ Ad practicam ergo vt delenda mus: Cãbium quod Metinæ fit, mense Decẽbri, nihil prorsus, vt reor, refert quando sit soluendum. Porrò inquam siue cambiatur ad nũdinas Natiuitatis quarum solutiones fiunt in Flandria in Februario, siue ad dimidiatam Quadragesimam, siue ad nundinas Maij, nõ potest neque obolus recipi plus minúsve propter tẽporis prorogationem: nisi id forte quod in mittendis literis recuperandaq; pecunia dispenditur: quod ferè nullum est. Et idem pro cõperto habet Caieta. cap. 6. sui tractatus: nẽpe ex hoc Caietanus
ip pecunia diutius occupata sit, non posse prẽtium exigi: quia nõ inde fit res ipsa pretiosior. Qua vtique ratione S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ne- S. Thomas
gauit licere rem carius vendi credito q̃ numerata pecunia: nisi forte debitor in mora sit: hoc est stato die non soluat. ¶ Quòd si qui campsorum partes agit, respondeat solutiones fieri cõmode non posse nisi nundinis, atq; adeo faciẽdæ solutioni necessariũ esse tempus illud præcedens: hoc idem ipsum nos lubentes confitemur. Sed hæc eadẽ sua nostraq; confessio à nobis pugnat, cãbiumq; vsurę cõuincit, si pretiũ ratione illius tẽporis petatur. Si enim eius qui Metinæ pecuniã contulit nihil refert vt illa primo mense aut secundo sibi rependatur vsq; ad primas nundinas, non est q̃ debeat quidpiam pretij auctius recipere q̃ si eãdem sibi die soluerẽtur. Nam vt ipsi fatentur, nummi qui in proximis nundinis soluuntur, pro præsentibus habẽtur. ¶ Si autem demũ vel lucrum cessans, vel alios labores, vel industriam sibi prætexant ad incrustandũ hoc pretium ratione tẽporis, iam suprà. q. 3. longè me arbitror hæc omnia exufflasse. Lucrum enim cessans nulla possunt ratione petere: etiã si millies rogati cãbiant: tum præcipue q̃ à nulla alia cohibentur licita negotiatione: cum, vt illic declarauimus, solis cãbijs expositam habeant pecuniam. Atque adeo si genere obiecti vitiosum est cambium, nulla industria, nullique labores digni mercede sunt. Quòd quidem si doctores illi celeberrimi Parisienses suprà nominati fuissent considerathis meditati, nunq; tam patulam vsurarum occasionem mercatorib⁹ obtulissent. ¶ Sed ecce vrgẽte præcipitiũ fit in huiusmodi cambiorum barathrum. Nam etsi dociles cãpsores, qui rẽ perspicienter

habuerint exploratam, hæc fortasse omnia nobiscum fateantur, tamen multa communicantur & causantur quibus se protegãt. Primum (in quo rei nodus consistit) dicere forte pertendent quòd etsi non liceat hoc genere cãbij pecuniam nisi præsentem pro præsenti permutare, tamen hæc ratio præsentis nõ potest hic perimere atq; in reliquis mercibus perpẽdi. Primũ quòd fortè dum Metinę cãbitur ignoratur cambiorum forum quod in Flandria currit vel Romæ. Secundò, quod est vrgentius, quamuis modò id notũ esset, nescitur tamen an quando facienda est apud Flandriam solutio aliquo inopinato euẽtu, malignior futurus sit pecuniæ prouẽtus, an verò benignior. Qua varietate crescere valor pecuniæ solet aut decrescere? Tertio, quod horum est cõfirmatio, eiusmodi æstimatio pecuniæ non fit in illa intercapedine quæ est inter nundinas, sed in nundinis. Et ideo dum cãbitur, verbi gratia, Metinæ pro Octobris, necessarium est vt referatur solutio ad aliquas Flandrenses nundinas aut Lugdunen. Nihil enim refert. Quare perinde est cambire à nundinis in nundinas ac si præsentẽ pecuniam cambires pro præsenti: ob idq; nulla hic latet iniquitas. ¶ Quòd si quis in contrarium hoc argumento exurgat: Si quando in Hispania fit cambium, tunc de valore non cõstat Flandrensis, aut Genuensis, pecuniæ, fiat cãbium in incertum: vt art. proximo dicemus: & tamen non sic fiunt: sed certo pretio. Do tibi tantum in Hispania, dabis tantum in Flandria. Numero tibi tantum in Flandria, reddes mihi tantum cum fœnore Metinæ. Ex quo cõsequens fieri videtur, quòd nõ possint campsores illo incertitudinis clypeo satis se tutò protegere. ¶ Ad hæc autem respõdebunt, quod illa ratione patentior fieret vsurarum campus. Nã tunc qui pecunias Metinę numerassent, ea vterentur calliditate, vt pecunia posteà apud Flandriam in oris penderetur, quo locupletius eis lucrum obueniret. Et præterea si cambia non nisi in incertam quantitatis solutionem fieri possent, porrò vel nulla essent vel quàm rarissima. Nam quot inuenias qui velint suam pecuniam sic fortuitæ aleæ cõmittere? ¶ Imò verò & horum maximum adhibetur ex superiori articulo argumẽtum, quòd cambia huiusmodi in incertum non sunt licita, nisi quando sunt in vtranque partem ambigua: videlicet q̃ plus lis recepturus quàm confers, vel minus. Et tamen cambia quæ sunt in vsu, non fiunt nisi cum certissimo lucro illius qui prius pecuniam numerat. Nam & qui in Hispania prius confert denariolos quadringẽtos, recepturus in Flandria non nisi trecentos quinquaginta, licẽt perdere videatur, lucratur tamen: vt suprà dictum est. ¶ Haud igitur absq; causa diximus, hinc fieri præcipitium in cambiorum spinetum, vnde neq; dicẽdo extricare se homo potest: quanto minus ab eorũ se periculo eripere qui in re ipsa versantur? Præfecto prudenter ac salubriter Alexander tertius, capitu. In cuius- Alexand.
tate. de vsuris. ad interrogatum Genuensis Archiepiscopi respondit. Nempe quòd etsi videre res maiori pretio credito quàm numerato, quando dubium est an sint plus minúsve valituræ, non habeat figuram vsuræ: tamen cõsulendos fore ciues ne illis se fluctibus propter præsentanea pericula immergãt. Nam vt ibidem possunt non latère fraudes quæ Deum non celantur. Et ideo meritissimo quotquot sunt sancti & prudentes viri, ab illa nummularia quæstuariaque arte deterrent homines: & qui illi se dedunt, malè audiũt apud populum. ¶ At verò, nè nihil dicamus, neu totum cambiorum vsum stirpitùs videamur conuellere, dicam quæ in re tam lubrica pro meo captu admonere possum. Primum huiusmodi cambia fieri nõ possunt in incertam solutionis quãtitatem: propter argumentum modò factum: nempe quia semper est certum non minus sed plus valituram restituendam pecuniam quàm sit illa quæ priùs confertur: & nisi certi essent campsores aliquam sibi factum iri lucri accessionem, nunquàm cambirent. Secundò hoc sit etiam constitutissimum, quod temporis illius expectatæ solutionis nulla est ratio ducenda ad augendum pretium, siue in proximas, siue in tertias, siue in decimas nundinas cambitio fiat. Neque de hoc, ego saltem pro meo ingenio dubitare possem. Tertiò & hoc etiã in præsentiarum admonuerim, quod dum aliqua fit nundinarum intermissio vt cambium in illas proferatur in quibus speratur cambiorum pretium auctum iri, vsura metuenda est. Verbi gratia, campsorum praxis est in nundinis Octobris, quarum solutiones Metinæ fiunt mense Nouembri, ad nundinas Resurrectionis quę fiunt Bergis mense Maij cambire: eò quod cùm illæ sint ditiores, pluresque adeo sint qui cambia suscipiant, pluris illic æstimatur pecunia. Atque hac ratione cambia quæ Metinæ in illas nũdinas prolatantur, pretiosiora fiunt. Nam iam tunc non cambitur pecunia præsens pro præsenti, sed pro illa quæ in futurum auctior speratur. Præterquàm quod semper ratione maioris dilationis plus insuper recipitur. Hæc ergo omnia vsuraria sunt cambia. Et confirmatur hæc ratio: quoniam si illa futu-

Conclusio responsiua.

Probatio. 1.

Secunda.

Caietanus

Aquinatis dictum.

Prima assertio.

Secunda.

Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

la futuri valoris ratio haberi posit in cambijs, eadem ratio duci posset in cambijs proximorum locorum eiusdē regni, imò & eiusdem loci. Posset inquā quis numerare pecunias in nūdinis Maij Metinēn. restituēdas ibidem in nundinis Octobris, eadēmq; cum lucro: propterea quòd speratur tūc auctum iri pretium: quæ tamen patentissima esset vsura: vt quæstione etiā proxima repetentes monst rabimus. Quo circa intercalatio solutionum dimidiatæ quadragesimæ, profectò non potest nō esse suspecta. ¶ Igitur nullam aliam videre mihi videor legitimam cambiādi rationem quàm si ex præcedentibus nundinis illius loci ad quem cambitur, & ex præsentibus coniecturis æstimetur absq; fraude & dolo pecuniæ valor qui est in præsenti aut in proximis nundinis: & secundū illud solutio cābij constituatur. Hoc enim esse censeo cambire præsentem pecuniam pro præsenti. Et præcipuè dum cambitur ad Romam & ad quencunq; locum, vbi non expectantur nundinæ. Ex quo fit quòd prēteritio nundinarum nunquàm fieri præsumitur nisi cum vsurarum fraude. Quòd si dicas, forsan tēpore faciendæ solutionis res fore variatas: Respondetur quòd eiusmodi pericula oportet te subire. Nam hæc est negotiatorum conditio & sors. Etenim vis pecuniam tuam adeò in tuto collocare, iam nō est negotiatio, sed verè mutuatio: cuius gratia pretium iure percipere nequis.

Legitima cā biorū ratio.

Descendamus ergo ad superiorum argumentationum respōsa, quibus se ipsi mercatores iugulant. Quāuis illi qui rationem suarum habent conscientiarum bene vident nullius esse momenti: sed illi hæc cogitant qui suam volunt vsuram fucare & incrustare. Ad primum igitur respondetur, quòd etsi cambia ad longius tempus non sint adeò frugifera, neque tam commoda conferenti prius pecuniā, non tamen ideo fit consequens vt possit illius dilationis gratia pretium recipi. Aliàs omnes vsurarū nequitias excusare à culpa valeremus. Nam vsurarius propterea ex longiori tempore amplius petit pretium, quòd diutiùs habet suam pecuniam impeditam. Igitur qui noluerit hoc expectandi beneficium gratis cōferre, non faciat eiusmodi cābia: quia neq; si improbissimè ab alio rogetur, excusabitur à peccato. Exponat ergo pecuniam suam aliæ negotiationi. Imò qui illam causam allēgat, recipiendi pretium, ore proprio, suam fatetur nequitiā, ac si lucrū cessans recipere posset, quod vt superiùs ac rursus nuperrimè dicebamus, iustè nequit. ¶ Secūda verò ratio, nempe quòd quo laxiora sunt cambia plures sunt qui recipiant,

Ad primum argumentū.

Ad secundū

& ideo pretium augeri licet: nō est præsuafoeditate audienda. Primùm quia non sunt cambia aliarum merciū trutina perpendenda. Præterea quādo accipientiū multitudo inde emergit quòd plus tēporis expectatur solutio: iam suprà explicuimus quemadmodum non sit iusta causa augendi pretia: eò quòd radix manifestissimum in fronte inscriptum habet vsuræ titulum. Quare ridiculum est quòd in tertia ratione adhibetur: videlicet illud auctius non recipi propter longius tempus, sed quia indulgētur recipienti maiores induciæ, vt possit in loco solutionis parare pecuniam. Nam profectò idem est prorsus recipere ratione expectati tēporis, atq; ob id recipere vt alter possit soluendam pecuniam parare quam in promptu non habet. Hac enim prorsus de causa qui ad vsuras recipit, maiores soluit quanto longius illi tēpus conceditur.

Ad tertium

QVÆSTIO DECIMA tertia, De reliquis cambiorum generibus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm cambia ad proxima loca eiusdē regni sint licita.

Densioribus ergo cābiorum spinetis emersi, reliqua quæ deciſu faciliora sunt, in hac postrema quæstione proponamus. Et primò arguitur, licitum esse pro cambio inter duo loca eiusdem regni pretiū recipere. Nam loci distantia huic negotio accidentaria est, atque adeò licet iustitia pretij violari possit, si nō pro ratione distātiæ taxetur, vsura tamen nō potest committi: quādoquidem & transferre pecuniam ab vno in alium locum, pretio quoque æstimari potest. ¶ Secundò: quia cùm dictum sit posse cambiri pecuniā vnius loci pro maiori alterius quando pluris illic æstimatur, eādem ratione id fieri potest in nundinis eiusdem regni. Vt si cambium fiat Metinæ ad nūdinas de Villalon, vbi speratur auctum iri pretium, potest illud in pactum duci Metinæ. ¶ In contrarium est quòd eiusmodi cambia meritò apud viros probos vsuræ charactere inuruntur.

Primum argumentum.

Secundum

AD

AD quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima est. Si res syncerè & candidè, vt simpliciter sonat, consideretur, potest quidem pro cambijs inter quæcunq; loca quātumuis propinqua pretium recipi. Hanc enim cōclusionem prior earum rationum quas proximè facie bamus demonstrat. Si enim magnū pecuniæ pondus transmittendum tibi esset à Metina Hispalim vel à Floretia Romam, posset qui illā Hispali haberet vel in numerato vel in debitis, eādem à te Metinæ accipere: & quia consignat eam tibi Hispali, pretium recipere. At verò non amplius quàm exiguū illud quo per nuntium posset mitti: nisi forte nō fictum sed verum latronum vel alius generis periculū iniret aliquis imineret. Nam tunc aliquantulo cumulatius esset iustum. ¶ Hæc autē pretia adeò sunt ex iis momentis vt nihil apud campsores fiant. Quo circà adhibetur secunda conclusio. Pro cambijs intra regnum soluendis nulla potest æquitate pretium recipi. De illis enim loquor pretijs tantæ æstimationis, quanta campsoribus in vsu esse solet. Probatur: quoniam illa non fiunt causa trāsferendæ pecuniæ. Quod nam ad id necq; labores necessarij sunt neque propter itinerum pericula industria aut diligētia, quæ sint aliquo pretio digna. Et ideo manifestum est eiusmodi fœnus pro ratione tēporis exigi quo differtur solutio. Neque de hoc vllus eorum qui bene morati sunt ambigit. ¶ Tertia conclusio. Cambia quæ re vera eodē loco aūt parum distanti in eādem prouincia rechibenda sunt, licet fieri fingantur ad nundinas aliorum regnorum, neutiquàm ab vsuræ labe chi possunt: sed inter ea quæ proprie dicuntur sicca, premium habēt locum. Quare illa quæ Mediolani, verbi gratia, sunt, per Genuā, aut Venetias, aut per Brugas: & Metinæ per Lugdunum, aut per Flandriam: si re vera qui Mediolani aut Metinæ recipit non habet in illis locis pecuniam, neque sperat habere vt illic soluat: sed vbi recipit indiget, & illic est soluturus: quicquid campsores fingant, impudentia cambia sunt: vt suprà sub titulo de cambio ratione loci adnotauimus. Hæc enim sunt figmenta & palliamenta quibus campsores nobilium bona deglubunt. Sciunt enim dūciues qui mercaturam nō exercent cambia ab ipsis exposcunt, nullos habere apud Flādriam nummos, & nihilo minus cogūt eos vt ad suos ipsorum campsorum ministros literas dirigāt qui cambia remittant. Nec solum ergo hominibus, vt illic eroganus, imò & Deo ipsi imponeretitiū pergunt. At verò munt, nihil mea refert solaturus ne sit mihi abbi an non. Porrò autem

Ad primum argumentū. Ad secundū

Sylvester.

his Sylvest. respondet, verbo, vsura. 4. 5. 9. quòd quando campsor id scit vel præsumit, in vsuræ vitium mergitur quia bene scit nullum recipere pretium nisi pro tempore. sicuti ille facit qui fictitios boues a rustico emit quos non habet, eosdemq; illi locat qui saltuos sustentet, & operarum mercedem soluat. Et quòd vsuræ huius venenum apertius pateſcat, fac ciuium quemlibet qui non est campsor illa calliditate tribuere alteri suam pecuniam ulteriorem sibi restituendam, nunquid non vt manifestarius vsurarius haberetur? Cur ergo non etiam campsor? Multo autem imprudentius eadem fiunt cambia à Metina in Villalon, aut in alteram Metinam: quanuis in virtute eōdem recidāt, etsi nō mittantur per Flandriam aut per Lugdunum. Nam vt dicebamus, si in in nūdinis Hispanis facienda est solutio, eōdē recidit. Quapropter illa cābia quę in Italia intra eādem prouinciā fiūt, nempe Mediolani per Florentiam aut per Genuam, nescio quo possint modo personari nè appareant vsuraria: cum plane pretium nō ratione loci, sed ratione temporis, angeatur.

Ad primum igitur argumentum iam respōsum est. Ad posterius autem, respōdetur, vt superiùs dicebamus, quòd intra eādem prouinciam fieri non potest cambium præsentis pro præsenti pecunia diuerso valore æstimata. Sicut inter diuersas prouincias & regna. Nam diuersis prouincijs varietas inde prouenit, quòd in vno loco pecuniæ copia laboratur: in alia verò vbertate fruitur. In eodem autem regno discrimen hoc haberi non potest, si habeatur ratione diuersorum temporum: vt si modò maior sit copia & titubeator in futuris nundinis inopia: & sub hac specie cambiri, vsura esset ratione temporis, vt superiori quæstione explicatum est.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm cambia quæ licēt ad primas nūdinas fiant tempore & loco distantes, tamen quo longiùs distant pretio siùs fiunt, sint licita.

Postremus denique cambiorum scrupulus est, vtrùm quo proximæ nūdinę alterius loci distantiùs absūnt, pretiosiùs fieri possit cambium. Et arguitur à parte affirmatiua. Cābire in primas nundinas quantocunq; tempore distantes, nul la est vsura: vt suprà declaratum est. Quòd si

Primum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiant extra regnum, potest maior pecunia prb minori, & econuerso cambiri, vt est etiam desinitum: quo autem distantiores sunt tempore nundinæ, plures sunt qui cambiorum pecuniã petant: ergo nihil obstat quo minus cambium pretiosius fieri possit. Quandoquidem vberiorem recipientium numerum pretium cambiorum auget, si ex corrupta radice non pullulet. ¶ In contrarium est quòd augmẽtum hoc prouenire videtur ex hoc quòd diutius expectatur solutio: quod vsuræ testimonium est.

HVnc articulũ ob ea potissimum cambia adiecimus, quæ apud nostrates in more sunt. Nempe propter cambia quę inter Castellanos ac Lusitanos celebrantur. Enimuerò si cambium ad nundinas eiusdem prouinciæ fiat, iam satis dictum est non esse licitum plus recipere, propterea quòd nundinæ plus distent. Nam illic sola temporis ratio habetur. Quando verò cambium extra prouinciam fit, tunc est dubium, eò quòd vel valor pecuniæ diuersus in altero loco, vel translatio videtur cambium iustificare: dũ nundinæ distantiores sunt tempore. Praxis ergo cambiẽdi à nobis ad Lusitaniam est, quòd cum illic non sint nundinæ, sicut de Roma dictum est, non cambitur nisi ad certum tempus. Diuersimodè tamen à nobis ad ipsos quàm econuerso. Campsoria enim pecunia quæ Metinæ suscipitur, soluenda est Vlyssipponæ post integrum mensem: & cùm illic, vt de Flandria hoc tempore dictum est, nõ sit tanta pecunię copia, pluris apud illos quàm apud nos æstimatur: ob idque ille qui Metinæ mille numerauit, licet aliquantulo minus reciperet Vlyssipponæ, tamen sicuti de illo diximus qui Metinæ modò numerat & recipiat in Flandria, tantum recipit. Et si tantũdem in forma recipiat, plus tamẽ recipit in valore. Et ideo cambium lingua nostra vocatur ad par: hoc est quòd illẽ prorsus recipitur quod cõfertur cùm tamen illud par Lusitaniæ valore sit maius. Sed dicere possunt mercatores, ratione trãslationis pecuniæ illud lucrum esse licitum. Attamen in remissione quæ illinc ad nos fit, venenosior latet anguis. Remittitur enim ad primas nostratum nundinas. Sed quo plus distãt, plus mercedis exigitur, & solẽt plurimum quatuor mensium induciæ concedi. ¶ Obtendunt autẽ campsores non illud plus recipere propter tẽpus, sed quia plures tunc sunt qui cambia recipiant. Et quidem Caietanus in illo suo celebri opusculo cap. 7. huic campsorum causæ apertè fauet: admonet siquidem diligenter notandum, non esse sufficiens signum inisti contractus minus dare pro cambio, dum tempus mul-

Explanatio quæstio proposita.

Caietanus.

tum interiacet ante nundinas, plusque quãdo proximæ sunt nundinæ: hoc est campsorem qui priùs numerat minus dare quando distantiores sunt nundinæ: plus autem quando sunt propinquiores: vt eandem recipiat pecuniam: id est plus lucrari propter longius dilatum tẽpus. Sic enim est obscura eius littera explicanda. Nam forsan, inquit, hæc consuetudo introduci potuit, propterea quòd ad longius tempus pauciores sunt campsores qui locum habent venditorum, pluresque cambia recipientes. At verò profectò nisi ego grauiter decipior, non possum non mirari quod hanc indulgentiam vir tantę eruditionis campsoribus obtulerit. ¶ Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur, ad cambia quæ ad Lusitaniam fiunt peculiariter accõmodatis. Prior. In pretium missionis pecuniæ hinc illuc, recipit quicquam nequit, nisi quanti æstimaretur simplex translatio pecuniæ, iuxta formam explicatam quæstione secunda. Itaq; si centum ducati qui Metinæ mille centum argenteis regalibus æstimantur, valent Vlyssipponæ mille forsan tercentum, campsor non potest recipere Vlyssipponæ nisi mille centum: & tantillum fortè insuper quantum valeret illa translatio: quæ profectò dum per literas fit, non magno æstimanda est. Quocircà cùm, vt vsus habet, lõge plus recipiatur, eiusmodi cambia culpa non carent. ¶ Posterior cõclusio. Neq; remissio pecuniæ illinc ad nos maiori prorsus digna est q̃ eiusdem pecuniæ transportatio valeret. Has simul conclusiones vnica ratio ex superioribus collecta satis probat. Pecunia enim vnius loci non potest in alium cambiri nisi altero duorũ modorum, vel ratione translationis pecuniæ, vel qui in vno loco propter eius raritatem pluris æstimatur quàm in altero, in quorum neutro nulla haberi potest temporis ratio, sed laboris in transportando, & presentis æstimationis amborum locorum. Sed refulget hic lucidius ratio occluditurque magis via pallandi vsuras, propterea quòd nullum hic patet suffugium ad nundinas: quę quidem in Lusitania non fiunt, vt expectetur quantum illic sit valitura pecunia. Præterea quòd in remissione inde ad nos manifesta comitatur vsura, palam in de sit, quòd quanto maius est temporis interstitium vsq; ad nundinas, maioris æstimantur cambia. Et quo ad argumentum à nobis præfatum, ac perinde ad opinionem Caietani, respõdeamus: Manifestũ est quòd numerosior multitudo recipientium cambia non aliunde nasciturque, quàm quòd laxiores indulgentur ad solue-

Prima conclusio.

Posterior conclusio.

Probatio vtriusq; conclusionis.

dum inducię. Quare illa de causa augere pre-

tia manifesta est iniquitas. Secùs si, vti quęstione præcedenti diximus, idem receptorum numerus aliunde augeretur. ¶ Præterea & inde detegitur vsuræ facies, quòd campsores Metinenses propterea ad id cogunt cambiorum receptores ad soluendum primo mense, vt inde posteà longior sit temporis distantia vsque ad proximas nũdinas vt locupletiùs remittantur. ¶ Sed rogant fortè campsores quomodò cambient? quia nõ potest primo mense sibi Vlyssipponæ pecunia solui in numerato, propter eius qui illic est raritatem, sed in remissiuis chirographis: & ideo coguntur illo tempore cambire quo proximæ nundinæ longè distant. Respõdetur autem ita iustè cambire posse si nullam prorsus temporis rationem habeant, hoc est eodem prorsus pretio cambiant dum nundinæ per quatuor menses absunt ac si intra mensem essent. ¶ Haud equidem nescio quàm plurimos ab alijs multiplicari cambiorum modos, quos nos consultò missos fecimus: tum quia adeò sint obscuri, vt nullatenùs possint lectorem informare: tùm etiam quòd omnia summatim fundamenta me arbitror tradidisse, per quæ de singulis potest quisque ocularissimus iudicare. Nam fateor nisi qui mediocris fuerint ingenij, & attenta consideratione rem fuerint speculati, præterea ab ipsis campsoribus instructi, non possunt ad tanta quanta hac arte accidunt ambigua respondere. Bellorum enim calamitas, quam ciuium peccata in rempublicam inuehere solent, in causa potissimùm esse consueuit, vt reges pecuniam vndique & maximè ex famosis nundinis cambiorum via corradãt. Atq; hac de causa cambiorum turba & fæpe præter legem permittitur. Sed fieret multo cõsultius, si in tali calamitate Rex secum tantum eadem sineret cambia fieri: cæteris verò interdiceret: nam cùm non sit par in cæteris ac in ipso necessitas, non debet fieri consequens, vt si cum rege fiant, fieri debeant cũ cæteris. Quãuis quæ personatæ vsuræ sunt, neque cum rege licitæ fiunt.

Solutio.

De cãbiorũ ministris.

DE ministris autem cambiorũ, per ea quæ superiori libro de vsurariorum famulis dicta sunt, iudicari potest: quanuis in cambijs celebrandis noua quæpiam de illis adnotanda supersint. Est enim dubium an qui cambium nomine aliorum recipit, tutò id faciat. Exempli gratia. Sunt locupletissimi mercatores qui regi potissimùm pecunia sucurrunt, neque absq; ingenti fœnore: sed aiunt tanquàm eius ministros se ex multis locis campsoriam colligere pecuniam, quam ei contribuant: & ideo mundos esse ab omni vsuræ labe, si quas vsuras soluunt ab ipso recipiãt. ¶ Hæc autem multa sunt considerãda. Accipere enim nomine regis dupliciter contingit: imò verò vno tantùm cõtingit re vera modo, sed ipsi alterum fingunt. Ille inquam propriè cambium accipit nomine regis, aut alius magnatis, aut mercatoris, qui tanquàm eius famulus id exequitur, puta quia eius œconomus est, vel à secretis, &c. itaque ipse non fit debitor cambij quod recipit, neque posteà tanquàm suum tribuit regi: sed rex est qui per illum recipit. Et talis minister nullam vsuram committit, sed accipit vice domini ad vsuras: quod vrgente necessitate licitè fit. Sed alius est qui licet fingitur minister regis, non est tamen nempe mercator aut campsor qui aliunde ad vsuras accipit vt regi subeisdem vel maioribus tribuat. Exempli gratia: Petrus accipit à Paulo & Ioanne &c. & dat regiitaque rex non cambit cum Paulo vel Ioanne, sed cũ Petro: qui fit domũs pecuniæ. Hic ergo personatus fit regis minister: cùm officiũ campsoris exerceat: & ideo accipere ad vsuras, peccatum illi est: non solùm quia id facit absq; propria necessitate, verùm quia ad vsum illicitũ accipit: ac perinde ea sub vsuris regi tribuere, aliud est ei nouum peccatũ vsuræ. Id quod ex aliorum vsu fit etiam apertius. Aiunt enim quòd qua ratione possunt aliunde sub fœnore pecunias disquirere quas regi tribuãt, possunt & suas tribuere proprias. Hoc ergo non faciũt nomine alterius, sed proprio. Quare de istis citra dubium vllum si cambia faciãt vsuraria, verè vsurarij sunt. ¶ De cambiorum autem proxenetis, hoc est de intercurrentibus constituẽtibusque inter partes cambiorum pretia, non dubito quin adeò sint vsurarum ministri, vt eodem conuoluantur vitio: quanuis peius illi qui factores campsorum sunt, & ipsorum nomine cambia faciunt. ¶ De his ergo factoribus qui aliorum nomine cambia faciunt, magna est dubitandi ratio, quando & quomodò ad restitutionem teneantur. Ad quod ideo in calce huius disputationis respondere pro captu nostro est operæpretium. Et quidem si scientes ac prudentes vsuraria cambia faciant, ad restitutionẽ indubiè tenentur: idque ratione acceptionis, quæ illis peccatum est: etiam dum nihil sibi lucri acquisierint. Si autem ignoranter & bona fide arbitrantes cambia esse licita, vsque adeo, vt (si accidere potest) ab omni sint culpa inculpabiles, liquidum est nõ teneri ratione acceptionis: teneri tamen videntur ratione rei acceptę, cum posteà cambiorum iniquitatem resciuerint. Saltem dubio procul tenentur quando alicui quid lucri apud ipsos remãsit. Si verò nihil illis

De cãbiorũ proxenetis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prorsus ex lucro prouenerit, dare in primis tenentur solertissimè operam vt illi quorum nomine cambia fecerunt, restituant. ¶ Si autem id perficere nequeant, tunc meritissimò dubitatur, an ijdem ipsi restituere teneantur. Neque dubium facilis solutionis est. Enimuerò q̃ nullatenùs teneãtur, ex illis radicibus argumẽtum extruitur quas lib. 4. sub titulo de rest. iecimus. Haud enim aliunde quàm ex altero duorum capitum vinculum restitutionis nascitur; scilicet aut ratione acceptionis, aut ratione rei acceptæ. Qui autem accipiendo nullam prorsus commisit culpam, non tenetur ratione acceptionis, nisi in mutuo & similibus, vbi promisit reddere. Hoc patet vtroque iure: nã tota lex Aquilia, quæ de iniur. & dam. dato, scripta est, nemini actionem dat nisi contra eum qui in culpa fuerit. Et extrà, de iniu. & dam. dato, can. si culpa. non dicitur si causa tua, sed si culpa tua datum est damnum. Vnde neq; in practica in foro exterioris iudicij, vllus damni aut iniuriæ condemnatur nisi qui in culpa fuerit, saltẽ leuissima. Accedit & quod suprà diximus, quòd si quis à latrone partem furti dono susceperit quod consumpserit, neque factus fuerit inde ditior, nullatenùs teneri: illi ergò factores ratione acceptionis non tenentur, neque apparet teneri ratione rei acceptæ postquàm nihil prorsus lucri eos tetigit. Hæc argumenta hanc profectò negatiuam partem concluderent, nisi quòd ignorantia iuris nunquàm, aut vix vnquam, prorsus excusat, nisi homo sit agrestis, & ius valde reconditum. Cambiorum autem vsus adeò publicùs malè audit, vt nemo sibi texere queat excusationis clypeũ, nisi peritos bona fide consulat, quin vero peritissimos atq; homines præcipui nominis: adeò omnes clamant periculosissimam artem esse. Quocirca ego non auderem istos prorsus saltẽ à toto excusare. Sed si soluendo sunt, tenentur creditores cõuenire, & cũ ipsis de re componere vt aliquid soluant: aliquid verò eis condonetur.

Dubitatio.

Primum argumentum à parte negatiua.

Argumẽtum.

Solutio.

FINIS LIBRI SEXTI
DE IVSTITIA ET IVRE.

LIBER SEPTIMVS
De Iustitia & Iure.

QVÆSTIO PRIMA,
De substantia voti.

Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 88.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm votum sit alicuius rei possibile, ad quam vi præcepti non tenebamur.

HACTENVS de iustitia & iniustitia, earumq; partibus subiectiuis, hoc est speciebus huic virtutis generi subiectis, dictum est. Amodò de partibus eius potentialibus, id est illi annexis, subsequitur vt dicamus. Dicitur enim pars potẽtialis virtus illa quæ cùm non sit eius directè subiecta species, eo quòd non omnimodà ratione cum illa conueniat, nihilo minùs propter aliquid, quod vtrique commune est, ad illam ceu ad capitalẽ reducitur. Exempli gratia. Absoluta iustitiæ ratio tria comprehẽdit. Primum quòd est vnius ad alterum: secundum quòd versatur circa debitum: ac tertium quòd æqualitatem soluti ad debitum constituit. Liberalitas autem licèt nõ versetur circa debitum, est nihilo minùs ad alterum cui per ipsam beneficium cõfertur. Ob idq; licèt non sit iustitiæ species, reducitur tamen ad illam ceu pars eius potentialis. At religionis virtus quæ inter nos & Deum consistit circa debitam quidem reuerentiam & famulatum quem ei debemus versatur. Sed tamẽ quia Deo, vt author est. 5. Ethic. Aristot. æquale reddere non possumus: hac ratione, à vera ratione iustitiæ deest: quapropter reducitur ad iustitiã: tametsi ratione obiecti longè sit quàm illa præstantior. De liberalitate autem ac misericordia deq; id genus cæteris, quæ longiùs à iustitia distant, nihil præsenti Opere tractare decreuimus: sed de religione. Neq; verò de cũctis eius partibus: abiret enim Opus in immensum: Sed de his tantum quæ cum iustitia coniunctiorẽ habent affinitatem: nempè de voto: quippe quod reddere ad fidem pertinet, quæ est iustitiæ fundamentum: ac de decimis, & simoniæ: quæ, nisi q̃ materia differt, similissima est vsuræ: sacrilegaque iniustitiæ species. & postremò de his quæ ipsi vicissim, præsertim episcopi, tum populo, tum ecclesijs debent, tam in eleemosynis quàm in residentia. ¶ Præsens ergo Septimus liber in voti sermone versabitur. Neq; nobis vitio dandum est quòd ordinem quodammodo D. Thom. non insectamur. Nã tum quòd decimarum tractatus Simoniæ disputationi affinis est, quæ voti sermonem subsequitur, tum etiam quia spontaneæ promissionis consideratione illam antecedit, qua obligatio considerat reddendi id quod debetur. In hoc septimo agere constituimus de voto quo Deo aliquid vtrò promittitur, & in subsequenti de oblationibus, ac decimis quæ eidem debitæ sunt. ¶ At que ea propter hunc statim in fronte articulũ proponimus: vtrùm votum sit rei alicuius possibile, quam anteà vi præcepti nõ debebamus. Nam si nihil est quod Deo non sit vigore præcepti debitum, manifestum est vouendi religiõ. Et arguitur à parte negatiua. Nihil operis præstare Deo possumus quòd ei non sit à nobis tenore præcepti dilectionis super omnia debitum: ergò vanum est quidpiam vouere. Probatur antecedens: teneamur eum diligere ex toto corde, ex tota mẽte, & ex totis viribus: ergò nihil est quod virtute huius maximi mandati non illi debeamus. ¶ Secundò. Ille nos de nihilo creauit, suaq; misericordia pascit, & sustentat: ergò quicquid sumus, atque adeò quicquid operari possumus, illi debemus. Imò verò, vt etiã Ethnicus ipse Arist. 5. Physi. agnouit, nihil ei possumus pro susceptis beneficijs par rependere: nihil ergo ei aliàs undebitum spondere possumus. ¶ In contrarium autem reclamat tota scriptura sacra, vt Deute. 23. Cùm votum voueris Dño Deo tuo, non tardabis reddere. & Psalm. 75. Vouete & reddite Domino Deo vestro.

HAnc quæstiunculam, licet scholasticis insolitam, quam superficietenus in exilè secundi libri tetigimus, toti huic nostræ disputationi præfortibus affiximus, vt Lutheranis obviam occurreremus qui hanc vouendi religionem futilem & commentitiam cõtendunt. De qua re illos lib. 3. de natu. & gra. cap. 21. in indi-

Primum argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lutherus.

cium detulimus. Lutherus inquam in suo iam nato Opere De votis monasticis, demoliri nititur morem hũc ecclesiasticum: quoniam res est, inquit, sine authoritate & exemplo scripturæ, merumque ac pernicioſum hominum inuẽtum. Audi monachum quanto impetu suum cuomat institutum: idque posteà Lutherani in suis dogmatibus confirmare studuerunt. Fuit enim Lutherus omnium hæresum Wicleff fidus atq; impudens renouator. Ille quippe molimen hoc fuit anteà molitus. Contra quem celeberrimus Thom. Wald. tomo. 5. de sacramẽtalibus, titu. 9. cap. 83. & 84. doctissime ditissimeque de hac re disseruit. Sed vt alios omittamus, rationem originemque erroris huius, vt nos loco citato explicuimus, ex duobus fontibus Lutherus deduxit. Primus fuit, quòd putauit præcepto dilectionis Dei super omnia opera officiaque illi offerenda, quæ facere possumus: vt in primo argumento dicebamus. Vnde continuò intulit, non solum nullũ esse opus quod non sit natura sua præceptũ, verùm nullatenus mortales in hac vita posse illud præceptum satis implere. Quapropter ait quemcunque quantumcunque iustum in omnibus operibus delinquere, vt art. 31. & 32. ad Leonem adstruit. Quoniam arbitrabatur hunc dilectionis modum quocunque præcepto concludi: quem quidem modum cùm pro ratione præcepti adhibere non possimus, quocunque opere delinquimus. Sed tamen misericordia, inquit, Dei est quòd non nobis eandem omissionem imputet. Ex quo sibi ipsis inferũt nullum esse supererogationis opus, quod esse queat peculiaris materia voti. Alteri istorum putidus fons extitit, quòd opera iusti debent liberrimè fieri: votum autem necessitatem infert ac subinde libertati obstat. At secundi huius capitis error quæsti. subsequenti monstrabitur. Primum tamen expugnauimus loco citato. Nimirum ostendentes quemadmodum in illa blasphemia persistant, q; Deus nos ad impossibile obliget. Hæc autẽ expugnatio nihil ad præsens. Sed idcirco de hoc errore meminimus, vt radicem panderemus ex qua illas in nos blasphemias depromũt: porrò quòd distinguamus à præceptis consilia: cùm tamen omnia sint præceptis comprehensa. Item q; putemus aliqua esse opera supererogationis, per quæ homines & nos præcipuè monachi satisfacere gloriamur: non solum pro nostris, verum pro alienis debitis: de quibus subinde supererogationis operibus vota emittimus. Fuit tamen hæresis hæc aduersus Pelagianos condemnata; vt refert August. in epistola ad Paulli. Vbi ex decem eorum erroribus illum quintum facit quòd diuites baptizati tenerentur renuntiare omnibus diuitijs. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem catholica conclusione. Præter opera præceptorum supersunt alia non debita, quorum votum emittere iustum est, ac celebre religionis officium. Conclusio tam frequentibus vtriusque instrumenti testimonijs stabilitur, tum etiam locupletissimis sanctorũ exemplis, ac subinde ineluctabili ratione. Oracula enim veteris legis iam cœpimus ex Deut. 23. citare: & ex Psal. 75. Extat & Num. 6. lex: Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest abstinebũt. Et Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Et Prouerb. 20. Ruina est homini denotare sanctos, & post vota retractare. Neque verò se satis ab his iaculis ab clypeo illo, protegunt, quòd vetus lex iam pridem cum suis præceptis est antiquata: nam hæc non ex cæremonialibus habentur, aut iudicialibus quæ abolita sunt: sed planè inter moralia quæ naturæ iure perdurant. Imò verò quo istorum cæcitas apertius deprehẽdatur, Ethnicorum mos locupletissimo testimonio est ipsissimo naturæ iure hanc vouendi religionem fundari. Sanè quibus semper vbique terrarũ solenne fuit tam rebus afflictis, quàm pro lætis victorijs vota suis delũbris nuncupare. Vnde Liuius lib. 1. Tullus, inquit, in re trepida duodecim vouit Salios, fanáq; Pallori & Pauori. Et Psaltes legẽ prospiciebat Euangelicam vbi aiebat, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Sacrificium enim laudis sacrosanctum cõuiuium nostrum est, cui composuit reddere vota. ¶ Mox & patrum exempla perpetuò durant vt illa imitemur. De Iacob autem legitur Genes. 28. votum vouisse Deo. Et de Anna Samuẽlis matre. 1. Reg. 1. Et vt reliquos sileamus, ex illo Lucæ. 1. Quoniam virum non cognosco. clarè colligitur sacratissimæ Virginis votum, vti August. asserit in lib. de nuptijs & concupiscentia: & refertur. 27. q. 2. can. sufficiat. Et in noua lege de Paulo legit, Actu. 18. totondisse sibi caput in Cenchris, quòd haberet votũ. Et in Euangelio Matth. 19. constat votorum institutа Christo esse probatissima. Ait enim primùm esse eunuchos qui se castrauerũt: hoc est sua sponte absq; legis vinculo, propter regnum cœlorum. Et ne contrà cum Lutheranis existimaretur præceptum, subdit: Qui potest capere capiat. Cuius instar ait. 1. ad Corinth. 7. Paul. De virginibus præceptum non habeo: cõsilium autem do. Deinceps subsequitur adolescentis

Vuicleff.

Thomas Vualdensis.

Gemitus Eós vnde Lutherus præteritũ erroꝛem hausit.

Autor libro de Natura & gratia.

Augustinus

Conclusio catholica.

Probatio conclusionis.

Augustinus

scentis historiã: qui Christum interrogatione pulsans quid faceret vt vitam haberet æternã, responsum accepit, vt seruaret mandata. Cui rursus dicenti cuncta à iuuentute custodisse, respondit Christus: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & sequere me: vbi aperte perfectionis statum à præceptorum materia discreuit. Ait enim primum: Si vis ad vitam ingredi, tanquàm de re necessaria. Quare vt legit, Mar. 10. postquàm adolescens respondit omnia seruasse, intuitus eum Christus dilexit eũ. Vnde fit consequens non fuisse mentitum, licet Hieroñ. & Orig. ad contrarium annuere videantur. Obidque Dominus cupiens eum ad vberiorem frugem promouere, culmen ei perfectionis mõstrauit, quo post præceptorum fundamentum in consilijs prominet. Quocircà illico Petrus publico Apostolorum nomine subdit: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis? Super quo loco August. lib. 17. de Ciuitate Dei. cap. 4. ait: Hoc votum potentissimi vouerant, iuxta illud. 1. Reg. 2. Dans votum vouẽti. Constat ergò Apostolos voto se obsequio Christi consecrasse. Hæc autẽ non est loci præsentis locupletius dissereti quæ rursus. q. 5. sub titulo de voto religionis in mentem redibunt. Sed expediebat statum in libri vestibulo rationem patefacere cur extra præcepta materia pateat multa vouendi, quæ non sunt lege debita. ¶ Ratio ergo conclusionis de contrario principio, quàm quo Lutherani nituntur, ducitur hæc. Plurima extant opera ad quæ nullũ nos cogit præceptum, multaq; alia à quibus neque legis prohibitio nos arcet: ergo voto polluimus & ad illa nos obligare, & ab his nos cohibere. Probatur antecedens. Prouidentissimus Deus in ædendis legibus quibus nos cogeret, non tãtum ad id alpexit, quod nos illi procreationis beneficio deberemus, quodeque à nobis posset absoluta autoritate exigere: sed cùm omnia suauiter prò cuiusq; cõditione disponat, ad id prorsus quod vniuersi mortales secundum imbecillem naturã nostram præstare sufficiebamus: nam lex omnes æquè obligare debet: atq; ad id maximè quòd tum ad eius cultum ad nostrum mutuam charitatem necessãrium erat. Hoc autem non est quicquid vnusquisque totis suis viribus efficere potest, sed ea prorsus quæ in Decalogo continentur, & quæ illa tanquàm ibidem implicita appendentur. ergo reliqua omnia in nra sint posita libertate, facere ea velimus an secus. ¶ Idq; apertius cõfirmatur. Deus naturæ autor præter sacramentorum decreta nihil nobis aliud edixit quàm quod ipsa præcepisset: natura autem non obligat vniuersos vt vnusquisq; quãtum potest faciat: ergo neque Deus. Aliàs non omnes ex æquo suis legibus obligaret: cum non omnes æqua valeant. Est ergo nihil minus quàm vesania sic de Deo ferire vt isti prædicant. Colligamus igitur multa nobis esse extra præceptorum lineam arbitraria & libera, quæ sunt nobis votorum materia. Adde quòd votorum materia, vt paulò inferius patebit, non modò sunt consiliorum opera, verùm & præceptorũ. Sed hactenus locuti sumus de illa peculiari quæ nõ nisi voti obligatione fit debita.

Probatio conclusionis.

Ad primum argumenti.

AD primum igitur argumentum in contrarium, negamus maximo illo dilectionis mandato omnia complicari opera quæ quisq; exhibere potest: sed satis est sic tota mente, & anima, & viribus Deum diligere, vt nihil eidem dilectioni aduersum admittamus: quod quidem in hac vita per Dei fauorem & subsidium implere possumus. Dupliciter quippe vt. 2. 2. q. 44. ar. 6. author est S. Tho. præceptum hoc impleri potest. Vno modo perfecte: scilicet dum ad finem peruenitur quem Deus intendit: qui finis est, vt homo se illi omnimodo arctiore coniungat, vt neque venialiter delinquere, nec illi admittere aniorem queat. Atq; hoc fiet in patria, quando secundum verbum Apostoli. 1. ad Corinth. 15. Deus erit omnia in omnibus. Vnde August. lib. de perf. iust. Illa, inquit, plenitudine charitatis patriæ præceptum illud implebitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Sed alio modo impletur imperfecte: quãdo scilicet etsi nõ perueniatur ad finẽ, tñ à regula nõ recedit, quæ illuc ducit. Et isto modo impletur in via. Quare imperfectio hæc non eo dicitur imperfecta, q; nõ sufficiat ad euitãdã culpã, sed q; per ipsam nõ assequimur finẽ. Vt de idẽ Aug. lib. de spiritu & lit. c. 20. inter militantem vitã & triumphantẽ sic discernit, q; ad iustitiam huius vitæ quæ illo dilectionis mãdato præscribit, satis est nõ peccare. Neq; id, inquit, deputandũ est culpæ, q; nondũ potest hic esse tanta Dei dilectio, quanta illius erit, dum à nobis comprehenditur. ¶ Ad secundum autem respõdetur q; licet quicquid sinimus, fortitudinem Dei sinimus: non tamen quicquid operamur, ex virtute præcepti debemus: vtpote qui suas leges naturæ nostræ tenuitate admetitus est.

Augustinus

Ad secundũ argumentũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm votum in solo voluntatis proposito perficiatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVppositio, votum esse possibile propter liberam materiã quæ extra præceptorũ obligationem supersit, quæritur de eius substantia quę per definitionem innotescit. Atqui ordine peripatetico prima inuestigatio est de genere, ac subinde de forma definitionis: secunda de materia. Primũ exploratur in hoc articulo, atque alterum in sequenti. Compertissimũ ergo cùm sit, votum esse actionem humanam quæritur cuiusnam sit potentiæ actus, vtrum scilicet sit voluntatis propositum, an verò intellectus promissio. Et arguitur quòd sit propositum. Est enim multis recepta definitio voti, quòd sit conceptio boni propositi cum animi deliberatione firmata, qua quis ad aliquid, vel faciendum vel non faciendum se Deo obligat: propositum autem huiusmodi firmum solo voluntatis motu perficitur: ergo votum in tali proposito consistit. ¶ Secundo & vox rem ipsam ostendit. Dicitur enim votum à voluntate: nam id quisque proprio voto facere dicitur quod voluntate facit: cùm ergo promissio nõ nisi rationis opus sit, fit consequens vt in volũtate votum consistat. ¶ Tertio. Illic votum perficitur, vnde obligatio nascitur: nam hęc est voti genuina virtus: obligatio autem ex solo proposito absq; vlla promissione exoritur: ergo illic votum consummatur. Probatur minor. Per hoc quod quis mittit manum suam ad arãtrũ, obligatur ad opus, secundùm illud Lucæ. 9. Nemo mittens manum suam ad arãtrum & respiciens retro, est aptus regno Dei: nempè quod obligationem frangit; per hoc autẽ quòd quis opus proponit, mittit manum ad arãtrum: ergo illic fit obligatio, atque adeò votum. ¶ In contrarium est illud Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Vbi quod prius nominatur votum, illico nuncupatur promissio: in qua ideo eius est substantia posita.

Primum argumentum.

Argum. 2.

Argum. 3.

Cicero.

AD quæstionis elucidationem hoc primũ de nomine notandum est, quod est latinis celebre: idq; duplicis significatus. Est enim verbi illius nomen, quod est, vouere: hoc est promittere: non cuiq;, sed Deo, vel diuis. Promittere siquidem, pollicerique, & spondere, communia verba sunt pollicitationum quæ vel Deo fiunt, vel hominibus: vouere autem eam præcise significat quæ fit Deo. Est namq; votum, vt in subsequẽtibus patebit, religionis promissio, ac virtus qua soli Deo eiusq; sanctis seruimus. Vnde Cicero ad Atticũ: Ego me maiore religione quàm quisq; fuit vllius voti, obstrictum puto. Quocirca vota nũcupare est diuis voce polliceri, & destinare pro fœlici rerum euentu. At verò quia id quod à Deo votis, hoc est oblatis promissionib⁹ deposcimus valde desideramus, inde vsu venit vt desiderium ipsum votũ dicatur. Vnde voti compotes dicimur, & pro voto succedere gaudemus, dum nostra assequimur desideria. Et vota facere idem est quod optare, auẽre, & precari. Hic autem non vsurpatur nomen in hoc posteriori, sed in priori significatu: vt vouere sit vota emittere, & quod latinè dicitur, vota suscipere: hoc est aliquid Deo sanctè polliceri. ¶ His præhabitis ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Ad votum tria ex necessitate requiruntur. Primò quidẽ rationis deliberatio. Secundò verò propositũ voluntatis. Sed tertiò promissio in qua ratio perficitur voti. Probatur: votũ obligationem secũ affert ad aliquid faciendũ vel cauendum: obligatio autẽ quæ ex propria volũtate nascitur (nam secùs de illa quæ oritur ex lege) per modũ promissionis fit: ergo ante promissionem nullum est votum. Probatur minor. Obligat se homo alteri non aliter quàm ordinando se illi, offerẽdoq; ad id quod obligatur: ordo autem est opus rationis. Quare sicut imperando (qui est actus prudentiæ) ordinat homo ac disponit quid fieri à suo famulo debeat, & deprecãdo quid sibi per superiorem fiat, sic promittendo ordinat quid ipse pro alijs facere disponat: atque adeò in hoc rationis actu consistit obligatio, ac subinde votũ. Promissio autem ex faciẽdi proposito proficiscitur: proposito verò, cùm sit actus deliberatæ voluntatis, deliberatio rationis antecedit: ergo tres illi actus sunt ad votum ordine necessarij. Adde q̃ cùm ex promissione obligatio emergat, debet ei innotescere cui fit. Est autẽ hoc inter homines ac Deum interstitium, q̃ cùm nobis nõ nisi vocibus aut exteris nutibus aliena mẽs innotescat, non potest homo homini, nisi voce aut signis quicquã promittere. Vnde Prouerb. 6. Illaqueatus es verbis oris tui. Deo autẽ, cui intima cordium patent: secũdùm illud. 1. Reg. 16. Homines vident ea quæ patẽt, sed Deus intuetur cor: per solã mẽtis loquelã fieri potest promissio. Quo fit, vt si voti essentiam ac necessitatẽ spectes, in intellectu absq; vlla voce consummatur. ¶ Posterior concluho. Solent nonnunquàm duo alia superaddi voto, quæ sunt illi accidentia. Sed nihilo minùs ad eius attinent expressiorẽ firmitatẽ. Vt puta externa oris pronuntiatio: secũdum illud Psal. Reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Quæ quidem verba nõ sunt respectu Dei necessaria, sed respectu nostri: sicuti vocalis oratio, ad expergefaciendos nostros animos, excitandosque mentis oculos in Deum. Secundò etiam acciri solet aliorum testimoniũ, vt non solùm Dei metus, verùm & humanus pudor firmiores nos reddat, nè voti fidem defringamus. Quò forsan alluserit sentẽtiarũ Magister in. 4. dist. 38. vbi ait quòd votum est testificatio quędã promissionis spontaneæ, quæ Deo & de his quæ sunt Dei, fieri debet. Tametsi & de testificatione interna fortè loquatur, qua se homo Deo debitorem contestatur. ¶ At verò quantus hæc lucida sint, nihilo minùs plusculæ lucis indigent. In primis citra tres actus prioris conclusionis recolendum est ex Philos. 6. Ethicor. cap. 9. & 10. tres esse prudentiæ actus, scilicet consulere, & iudicare seu sententiam ferre, ac tertiò imperare. Supposita enim finis intentione quæ ex virtute morali proficiscitur, verbi gratia, temperatè viuendum est, voluntas intellectu vtitur ad consultandũ de medijs, conferendumq; difficultates quæ sunt in religione cum illis quę sunt in cõiugio, illaq; mediorũ collatio est consiliũ. Inuentis autẽ medijs per syllogismum fertur sententia: quæ est melioris cum modioris q; medij approbatio. Significato ergo deliberationis, ambo cõprehenduntur, tam consiliũ quàm sententia. Atque hoc est proprium voti fundamentũ. ¶ Restat tamen de huiusmodi deliberationis maturitate, quanta esse debeat indagare. Vtrùm antequàm votũ obliget cuncta sint consilio deliberanda, quorũ ignoratio cohibere hominẽ possit à vouendo. Hæc enim apparet esse quorundã Iurisconsultorũ opinio: in quorũ cœtu esse videtur Richardus lib. 4. dist. 38. arti. 1. Vbi ait quòd vbi non est plena deliberatio, & si sit semiplena, in nullum oritur voti liganẽ. Et arguitur pro hac opinione. Votum, cùm à voluntate dicatur, debet esse spontaneũ & voluntarium: ignorantia autem voluntarium tollit: ergo vbi nõ omnia plenè librantur, non est plena libertas, atque adeò nec votum. Secundò. Vota hæc qua facilitate fiunt, subinde franguntur: ergo periculosa sunt, neque succedere valent prosperè: atq; adeò tutius est illa irrita reputare. Quapropter non desunt qui dicant, referente Syluestro in verbo, votũ. 2. §. 13. quòd iratus aut bene potatus vouẽs aut iurans ingressum religionis, nõ tenetur: quia quod calore iracundiæ fit, pro non facto haberi debet. ¶ His tamẽ nihil obstantibus sentiendũ arbitror cum Paludano. 4. dist. 38. q. 2. & cũ Caieta. præsenti articulo, quòd ad votũ requiritur plena deliberatio. Plenitudo tamẽ deliberationis bifariàm intelligi potest. Vno modo vt opponitur subreptionis: motui scilicet subitaneo, seu merè naturalis sit, quẽ vocant primo primum, vbi nulla est ratio vel culpæ vel meriti: seu secundo primus in quo sola esse potest venialis culpa, & talis deliberationis plenitudo necessaria est ad votum. Alio modo plena deliberatio est qua nihil quod deliberari poterat omittitur, quæ quidẽ nõ est necessaria. Probatur prior pars. Votum debet esse non modo spontaneũ, verùm sic deliberatum vt sub mortali reatu obliget: motus aũt primo primus nullatenus est voluntarius: & secundo primus, qui est absq; plena aduertentia, esse non potest mortalis: ergo talis voluntatis actus ad voti obligationẽ non sufficit: quandoquidẽ votũ sub mortali culpa hominem deuincit. Hæc autem plena deliberatio in hoc consistit quòd homo iudicio cognoscat quid faciat. Et confirmatur. Per motũ vbi sola esse potest venialis culpa, votum non frangitur: ergo neque per talem motum firmatur. Posterior verò pars probatur ratione cõtraria. Ad voti nexum satis est quòd sit opus spontaneũ: sed prior deliberatio ad hoc sufficit, puta iudicare quid facias: ergo posterior non requiritur. Secundò id confirmatur. Talis promissio homini facta obligaret, vt si eo iudicio pecuniam pollicereris, aut vxorem tibi sponderes: ergo obligat etiam respectu Dei. Non enim remissior Deus in exigendis promissis est, quàm homo. Tertiò illa prior deliberatio sufficiens est ad meritum & ad mortalem culpã: ergo ad voti obligationẽ. Enimuerò si quis in repentino periculo mortis constitutus votum susciperet rei bonæ, meretur, & non nisi per virtutem religionis: ergo talis voti susceptio est verè votum. Item si esset rei illicitę, esset lethale crimen: ergo dum materia est debita, obligatio voti emergit sub reatu mortali. Quartò si religiosus iudicio illo ac deliberatione quæ opponitur subreptitio motui contra votum faceret, illud violaret & frangeret: ergo eadem deliberatio sufficiens est ad votum cõfirmandũ. ¶ Colligamus ergo quod si quis ira percitus, aut calore, aut mortis metu, quę rationis iudicium tollerent, votũ emitteret, non obligaretur: vbi tamẽ illa rationis lux perstat, quæ facere potest aut meritũ aut mortale delictũ, votum obligat. Eam ob rem fallax est apud Angelum Regulà in verbo, votum. ad perpendendum an subitum votum fuerit validũ. Nempè quòd si transacta angustia periculi eũ qui vouit, pœnitet: vel, vt ipse ait, est male contentus, signũ est votũ non tenere. Fallit inquã grauiter regula. Nam etiã si diu delibe-

Prima voti acceptio.

Secunda acceptio.

Prima conclusio.

Probatio 2 clausulæ.

Posterior conclusio.

Probatur prima pars.

Probatur secunda.

Tertia.

Quarta.

Fallax regula Summæ Angelicæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

res, potest te post facti tædere. ¶ Fulcitur præterea conclusio authoritate canonica: vt cap. sic nobis. de regula. vbi clericus qui nimia ægritudine laborans religionem vouit, ad habitus susceptionē compellitur. Et. 17. quæst. 4. can. sunt qui opesilli etiam qui tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuas opes ecclesiæ contulerunt, & de voti leuitate taxantur: & nihilo minus tanquàm sacrilegi habentur si eas reuocant. ¶ Addiderim tamen huic sentētiæ hoc temperamentum, quod talia vota, repentina deliberatione suscepta iustam secum afferunt dispensationis causam. Id quod doctè Panormitan. admonuit super cap. veniens. de voto & vot. red. Quin verò cap. ipsum id clarè docet. Tametsi neque monitum hoc præterierim, quòd vbi votum Deo nuncupas qui te siue in mari, siue in lecto, siue alibi à præsentaneo periculo eripiat, posteà saluus profectò iniquè & infidè dispensationem procuras. Nā licet repentina deliberatio id sinat, tamen causa vouendi, beneficiumq; receptum ingratitudinis te redarguūt. ¶ Ad primum igitur argumentorum in contrarium respondetur, quòd cùm quis rationis iudicio cognoscit quid facit, satis ignorantiam abstergit, quæ voluntarium tollit: licet non cuncta consideret quæ considerari possint. Et confirmatur inde solutio, quòd labores & difficultates quæ sunt in religione, nunquam satis citra experientiam percipiuntur. Quare si cuncta essent perpendenda, nullum simplex religionis votum citra rei experientiam obligaret. ¶ Scisciaris autem quid si te aliquis deciperet, affirmans in tali religione non seruari ciborum delectum, nec ieiunia, aut quidpiam aliud difficile, quòd si prænosses nunquam voueres, vtrùm cùm ita seducētus voues iugo subiaceas? Respondetur quòd si deceptio est circa illa quæ tu ferre non posses, votum non obligat: quia est grauis iniuria. Cuius signum est probationis annus, in quo ius vult vt rei grauitatem perpendas. Sed tamē si deceptio est circa alia minutiora, nihilo minus obligaris. Pari modo si quis rusticum falleret, dicens Hierosolymas citra nauigationem adiri posse, aut Romā non longè distare, cùm longissimè distet, quam ob causam peregrinationem voueret, votum non teneret. Secus si assereret maiorem esse itinerum amœnitatem quàm re vera est. Hic videri cuipiam posset de metu protinus & vi quæ voluntariū tollunt dicendū: veruntamen cum tantum hic de deliberatione fiat sermo, qua ignorantia cauetur, cōmodius de metu tractabitur quæstione sequēti sub titulo de obligatione voti. ¶ Sequitur ergo de secundo actu qui est propositum voluntatis. Nam quòd id sit voto necessarium, ambigere nemo potest. Quandoquidem citra vòluntatis actū nulla esse potest promissio voluntaria, atque adeò neque obligatorium votum. Igitur post deliberationē, quæ est in intellectu, necessarium est in voluntate propositum: hoc est electio & consensus, quo voluntas iuxta deliberationis sententiam proponit operari. ¶ Arguitur autem quòd hoc propositum non sit necessarium, sed sufficiat promissio. Nam dum quis vel Deo vel homini quidpiam pollicetur aut iurat, etiam si non proponat seruare promissum, obligatur: quandoquidem ex ipsa promissionis natura, fides promittentis astricta manet. Respondetur tribus modis contingere promissionem fieri. Vno modo dum quis proponit tum promittere, tum etiā seruare promissum. Et de hac neutiquam ambigitur quin sit obligatoria. Tunc enim tam deliberatio quàm propositum, quàm promissio est de opere ipso: cùm scilicet opus deliberasti, proposuisti, promisisti. De qua igitur ait sanctus Thomas: Promissio procedit ex proposito faciendi. Alia est promissio per cōtrarium extremum, scilicet dum quis neque intendit facere quod promittit, neque verò promittere quòd dicit, sed nugari aut seducere. Quam ob rem neque de hoc casu vlla est dubitatio, sed certum est talem promissionē apud Deum non obligare, eò quòd promissio signū est propositi & intentionis, qua dum caret, vana est. Sed tamen foro exteriori tam Ecclesiastico quàm Ciuili, siue Deo promissio fiat siue homini, compellitur sic vouens aut promittens seruare fidem: quia Ecclesia de interioribus non iudicat. Aliàs si vnusquisque libet allegans non habuisse propositum obligandi se audiendus esset, protinus respublica perditum iret. Vnusquisque enim contenderet non esse monachum, neque matrimonium cōtraxisse. Requiritur ergo quòd quicunque hoc causari cogitauerit ante iudicis tribunal, legitimè id probet. ¶ An verò qui tale votū verbo tenus emisit, aut matrimonii cōtraxit, teneatur parere sententiæ. Respōdet hic Caietan. quod ratione Ecclesiæ & scādali tenetur. Hæc aut sententia grano salis cōdienda est. Nam si id quod iubetur, fieri nequit licitè, porrò quia intrinsecè malum est, potius mortem perpeti ille debet quàm obedire. Vt si quis post clandestinas nuptias secundo publicè contraxit, & si foro exterior compellatur debitum reddere, obedire nequit. Esset nanque fornicator. Sitamen id licitè fieri potest: vt fictum monachū habitare in conuentu, habitumque gerere, tūc obtemperare tenetur: vbi citra scandalum suffugere non valet. Nam si subripere se posset, in aliamq; se conferre prouinciam, vbi quia non esset notus citra scandalum quiret exemptus viuere, non teneretur se sententiæ submittere quæ in falsa præsumptione fundabatur. ¶ Tertio, eodemque medio modo potest quis votū emittere, intendens quidem verè promittere, non tamen seruare promissum, aut intendendo iurare, nō tamen iuramentū seruare. Quod re vera accidere potest in militaribus religionibus, atque in alijs vbi obtentu citius bonorum temporalium quàm religionis solent talia vota celebrari. Et de hoc voto posset quodāmodo dubitari an sit obligatorium. Facere enim in contrariū videtur quod non præcesit propositum faciendi: & tamen sanctus Thomas dicit q̄ ex proposito faciendi procedit obligatoria promissio. Respōdetur nihilo minus quod illic est vera voti obligatio. Nam promissio ex natura sua parit obligationem. Quare si est humana, id est volita, ligat. Vnde fit vt sic promittens grauiter peccet: quia id ad quod ligatur, facere non proponit. Et simile est de illo qui intēdit iurare. Manet enim obligatus. Nec sanctus Thomas hoc inficiatur. Quoniam nō loquitur nisi de regulari vouēdi via. Sed quid, si quis proponat intendatque promittere, aut iurare, sed tamen nō intendat se obligare? Apparet enim tunc nullam oriri obligationē: postquàm obligatio non est volita. At nihilo secius respondetur obligationem oriri pro eo quod est naturalis effectus promissionis. Et ideo satis est causam esse volitam. Nequis enim laqueum tibi injecere, quin illaqueeris. ¶ Sequitur de promissione in qua dictum est votum perfici. De qua quæritur an sit post propositum ad voti obligationē necessaria. Sunt enim nonnulli ex iure consultis qui super cap. consulti. de regularibus. affirmant sufficere propositum absque promissione, saltem quando res iam incepta est. Vt dum quis cum proposito permanendi in religione, induit habitum: nam ille est casus illius cap. in quo, quisquis ille erat, nitebatur esse religiosus. Et arguitur pro hac opinione, vt quid sit propositum aperiamus. Propositum quippiam faciendi, est animum habere applicatum ad opus: applicatio aūt animi ideò esse apparet quod obligatio. Secundò. Propositū faciendi est affirmatio de futuro, faciam: ergo qui post propositum non facit mē titur: siquidem reddit propositionem falsam: mendacium autem in re graui est peccatum mortale: ergo qui religionem, vel quid simile proponit, si nō faciat mortaliter peccat, ac per inde obligatur facere: quæ quidem obligatio sufficit ad votum. ¶ His tamen non obstantibus respondetur, propositum ad votum non sufficere, sed necessariam esse promissionem. Et primò patet ex receptissima voti definitione. Nam vt Ecclesiastæ. 5. citatum est, votū est promissio. Et Magister Sententiarum ait, votum esse testificationem spontaneę promissionis. Vnde vota nuncupare, est aliquid Deo polliceri. Sed ratione id etiam confirmatur. Votum non est nisi quod alteri fit: ordo autē vnius personæ ad alteram, vt ait Diuus Thomas, non est nisi per rationem qua se homo alteri vel sua subijcit & mancipat: ergo tantum modo fit per rationem: sicuti præcipere & precari. Tertiò, quo punctum res tangitur, votum est illud vbi ligatur fides, quæ, vt ait. 1. Offic. Ciceronis, est fundamentum iustitiæ: fides autē, vt ipse & Augustinus aiunt, est quia fit quod dicitur: ergo votum non habet vim nisi id dicitur quod faciendum est: dicere autem est opus intellectus: ergo in promissione consistit obligatio: & non anteà. Et confirmatur sententia hæc ex cap. literaturam. de voto & voti redemptione. Vbi quidam qui in infirmitate cōstitutus dixerat, Non morabor, proponens in animo religionis habitum, absoluitur à voto: quia non promisit. Et sunt verba expressa in cap. si bona. 17. quæst. 1. aliud esse propositū concipere in corde & etiam ore nuntiare, aliud subsequenti obligatione se reum facere voti. Quare illic Gregorius illum qui propositum absque promissione habuerat, absolut à voto. Et iure ciuili ex pollicitatione nascitur obligatio: vt. ff. de pollicita. ferū. l. pactum. ¶ Vnde pro solutione contrariæ rationis notandū est discrimē inter propositum & promissionem. Propositum nanque cùm sit in voluntate, neque affirmatio est neque locutio, sed est cōsensus seu voluntas quæ exprimitur per simplicē intellectus affirmationem futuri, scilicet faciā. Hæc autem simplex assertio non facit illum sensum: Promitto facere: sed est simplex affirmatio illius quod quis tunc in animo gerit. Et ideo non est mendacium: quia mentiri est contra mentem ire. Ad formam igitur argumenti negatur quòd si posteà sic proponēs non faciat, mentiatur: licet faciat propositionem fuisse falsam: quia potuit mutare propositum. Itaque licet falsum dixerit, neque mentitus est quando protulit: quia tunc dixit quòd putabat facere, nec quando posteà fecit contrà: quia non tenebatur non mutare propositum. Superueniens autem promissio

Téperamentū præfatæ sententiæ. Panormita.

Primum argumentum.

Scrupulus.

Solutio.

Argumen.

Solet.

Quæstio

Solutio 2. tetii.

Ad primum argumentū.

Propositum non satis est ad votum.

Probatio. 1a

Secunda.

Tertia.

Cicero.

Cōfirmatio

Gregorius.

Differimen. inter propositum & promissionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

missio sic firmat propositū, ligatque animum alteri, vt absque fractione fidei & iustitiæ non valeat illud mutare: promissio ergo est necessaria. Neque contrariū colligitur ex dicto cap. consulti. Iane vbi solum sancitur quòd qui proposuit per ingressum religionis Deo fannulari, persequeretur, vel in susceptū habitū, vel in alio luxioni. Loquitur nanque illic Innocentius, consueto more de proposito promissione firmato. ¶ Restat tum demum postremū argumentum. Promissio pertinet ad illam partē prudentiæ vbi est imperium & deprecatio, vt verbis sancti Thomæ suprà dictum est: imperiū autem & iussio prudentiæ antecedit electionē, vt sanctus Thomas sentire videtur. 2. 2. quæstio. 47. articulo. 8. electio autē idem esse videtur, quod propositum voluntatis: ergo promissio nō sequitur, sed præcedit propositū. Caietanus hīc distinguens respōdet: videlicet quod imperiū quo quis sibimet præcipit, antecedit electionē. Nam post deliberationem intellectus per prudentiam imperat voluntati vt eligat. Imperiū autem quo quis præcipit alijs, electionē subsequitur, & pariter deprecatio ac promissio.

¶ At verò è contrario, vt reor, stat sententia tū Aristot. quàm sancti Thomæ, ac subinde veritas. Nempè quòd imperiū, siue respectu alterius siue respectu ipsius imperantis semper electionem subsequantur. Etenim post deliberationem statim sequitur electio. Sed post electionem non sequitur opus, nisi prudentia imperans, voluntatem ad operandū applicet. Imperium enim non est, Elige: sed, fac. Et ita illic dicit sanctus Thomas quod consistit in applicatione consiliatorū & iudicatorum ad operādū. Similiterque ideo promissio sequitur propositum. ¶ Ex his si definitionē voti, quæ vniuersa comprehenderet, tam vana quàm solida, tam iniqua quàm legitima, elicere cuperes, satis tibi esset dicere quòd votū est promissio facta Deo. Attamen illa quæ legitimo tantùm voto congruat definitio, articulo proximo cōmodiùs constituetur. ¶ Circa verba autē sancti Thomæ inter probandum priorem conclusionem dubitabit forte lector an simplex promissio obliget, & an solo actu intellectus oriatur inter homines obligatio. Sed hæc quæstione sequenti inter agendum de obligatione voti commodiùs disputabuntur: porro vbi ex professo id tangit S. Thomas.

Ad primum argumentū. AD primum igitur argumentū iam negatū est, conceptionem propositi sufficere sine promissione. Quare qui dicunt, votū esse conceptionē propositi cum animi deliberatione firmata, voce, firmata, intelligūt per promissionem. ¶ Ad secundum respondetur quòd votum non dicitur à voluntate, eo quòd sit actus eius, sed quia nascitur ex eius proposito. ¶ Et pariter ad tertium negatur quòd per solū propositum quis dicatur manum mittere ad aratrum. Nam manum mittere, est animum operi admouere: quod non nisi per promissionē fit. De promittente ergo ait Christus, quòd si respiciat retrò, non est aptus regno cœlorum.

Ad secundū argumentū.

Ad tertium argumentū.

ARTICVLVS. III.

Vtrum votum semper fieri debeat de meliori bono.

PRÆCEDENTI ARticulo determinatum est genus & forma voti: subsequitur ergo eius materiā explorare. Vtrum scilicet debeat semper fieri de meliori bono, quod vocant supererogationis: nempè cuius obligatio non cadit sub præcepto. Et arguitur à parte negatiua. Baptismus, vt habet glossa super illud Psalm. Vouete & reddite, est votum: & tamen est opus præcepti. Et Iacob legitur Genes. 28. vouisse Domino quòd futurus ei esset in Deū: quod nihilominus est de necessitate salutis: ergo non semper sit de opere supererogationis.

Ad primum argumentū à paritate.

¶ Secundo: Iephte, vt legitur Iudicum. 11. voto astrictus occidit filiā: quē nihil ominus Paulus ad Roman. 11. inter alios sanctos connumerat: & tamen illud non modò non fuit melius, verum neque bonum.

Argumentū Pauli.

¶ Tertiò nonnunq; emittuntur vota quæ in detrimentum personæ redundāt: vt cum quis se voto implicat, vt ieiuniorum ac vigiliarum quæ immodice vitā hauriunt obseruatione, affligat sēse. Et nonnunquàm de rebus indifferentibus ac inutilibus: vt dum quis pollicetur non lauari aut comi, aut iter arripere certis diebus: hæc autem nō sunt meliora bona: ergo illud non est ad voti obligationem necessarium.

Argumentū.

¶ In contrarium est illud Deuteronomij. 23. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Vbi materia voti deligitur esse illa quæ non est in præcepto.

AD quæstionem hanc, vt seriem Diui Thomæ etiam teneamus, quinque conclusionibus respondetur. Nam cùm votum multis qualitatibus vestiatur, secundùm illas expendenda est eius materia. Ea propter ex illis quæ cogitari possunt vouendi virtuti substerni, quædam manifestam habent rationem, cur non possint voto offerri Deo: quędā per contrarium manifestam quoque, cur hæc ta sint

ta sint eius materia: sed alia sunt de quibus est dubium. Cuncta autem in genere sunt numero quinque. In quorum primo gradu ea collocantur quæ sunt Deo vel aduersa & contraria, vel saltim inconsona & inuisa. Nempè delicta, seu mortalia seu venialia. ¶ De his ergo statuitur prima conclusio. De re nulla illicita fieri licitè potest votum: puta neque de homicidio, neque de leuissimo mendacio. Probatur suppositā natura voti, quæ est promissio Deo facta. Promissio est rei quam quis in alterius gratiam facere dispōit: hoc enim à cōminatione, quæ sibi cōtraria est, differt, quòd cōminatio est rei alteri iniuriosæ aut perniciosæ. Promittere enim alteri quòd sis eum occisurus, aut quomodocūq; læsurus, cōminatio potiùs est: promissio ergo nō est nisi beneficij: delicta aūt in iniuriam Dei cedunt: ergo qui occidere voueret aut furari, potiùs id Deo comminaretur, quàm polliceretur. Quare tale votum non esset obligatorium. Imò illud emittere, peccatū quidem esset, idemque pōst implere cumulatiue crimen.

Quarta conclusio.

¶ Huic proxima est conclusio secunda de re indifferenti: nempè quæ nihil secum emolumenti affert neq; diuini honoris, nullum religioſe potest emitti votum. Vt si quis vouеat vngues die Sabbathi non rescindere, aut iter die Martis non arripere. Probatur conclusio. Quia cùm votum in gratiā honoremq; Dei fieri debeat, non solùm de re illi inuisa emitti non decet, quod esset iniquum, verum neq; de re quæ illi nō est accepta: quippe quod, cùm Deo in gloriam non cedat, vanū est: quin verò tunc etiam superstitiosum, dum numen aliquod in rebus illis inesse creditur.

Explicatur conclusio.

¶ Ex his autem quæ Deo neq; contraria sunt neq; dissona, alia sunt vel impossibilia vel necessaria: alia verò contingentia, in nostraq; posita facultate. De illis prioris generis statuitur tertia cōclusio. De re seu necessaria seu impossibili, fieri non potest votum. Stupidus enim esset qui se vel moriturum voueret, vel nū quam moriturum. Primum siquidem necessarium est, atque alterum impossibile. Sicuti qui voueret, aut nunquam volaturū, aut volaturum aliquando. Ratio conclusionis est, quòd votum debet esse non solùm vltrò factū, verū & à prudentia profectum: impossibilia autem & necessaria nostræ voluntati non subsunt: non ergo sub voti obligationem incidere possunt.

Quinta conclusio.

¶ Eorum verò quæ in nostra sunt potestate neque Deo aduersa, alia sunt ad salutē necessaria: nempè vniuersa præceptorum opera: alia verò minimè. Cùm audis necessaria: nomen ad illa etiam extende, quorum contrarijs à via salutis remoramur: vt non solùm præcepta quæ simpliciter talia sunt, nempe sub reatu mortali obligantia, verùm & illa includas, quæ obligant sub veniali. ¶ De istis ergo subijcitur quarta conclusio. Opus præcepti quatenùs est necessitatis, non est materia voti, bene tamen quatenus est in nostra voluntate. Materia enim voti est illa quæ eius ratione fit debita: ergo quatenùs opus est, legis obligatione debitum, nō cadit sub voto: quia non pōtest ex nostra voluntate vt sit debitum, sed ex legis necessitate. At verò quia præcepti necessitas non est simpliciter necessitas, sicuti illa tertiæ conclusionis, quæ est mori aut nō volare: sed voluntarie illud implemus, aut transgredimur, hac ratione cadere potest sub voto. Non quidem vt ad id obligemur ad quod non tenebamur, sed vt ad id ad quod tenebamur, gemina simus obligatione constricti. Tenebaris in quam præcepto temperantiæ, non fornicari: cuius transgressio vitium erat tantum luxuriæ: emisisti etiāde rei votū: obligaris ergo virtute insuper religionis.

Quinta conclusio.

¶ De illis demū quæ neq; necessaria sunt ad finē, neq; indifferentia, sed tamen conducentia & expedientia, vt cōsilia, adhibetur quinta conclusio. Opera cōsilij sunt propria peculiarisque materia voti. Concurrunt enim in talia opera conditiones omnes & qualitates legitimi voti. Prima quippe voti qualitas est, quòd non sit de re Deo aduersa: propter quam exclusimus peccata: neque de re vana: propter quam abegimus indifferētia. Et tertiò quòd prudenter fiat: quamobrē explosimus impossibilia & necessaria. Quare primum votorum genus est iniquū: secundum vanum: ac tertiū stultum. Opera autem præceptorum licet quodammodo sint materia voti: non tamen omnimodè, quia simpliciter eorum obligatio non pendet à nobis, sed ex legis necessitate. In operibus autem consiliorū cuncta cōueniunt. Sūt quippe in primis Deo gratissima, atque in nostra potestate constituta: eorūq; obligatio non ex legis necessitate, sed ex mera voluntate nostra pendens. ¶ Hęc ergo hunc in modū constituta operæpretium est pressiùs expendere, emunctiusq; collimare. Et quidem circa primam conclusionē hoc primùm meditandum superest, quòd qui peccatum Deo vouet, eius id maiestati comminatur: quæ ingentissima blasphemia est. Enimverò cum quicquid peccatum sit, contra eius legem & voluntatem fiat, perinde est vouere hominem occidere, aut furari, ac si Deo ipsi comminareris idem malum. Vide ergo quanta hīc sit peruersio. Nempè quod cùm votum

Quinta conclusio.

actus

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus sit religionis quo gratissima ei obsequia dedicanda sunt, eousque religionem contamines, vt obsequium in comminationis audaciã conuertas. Ex hoc fit quòd cùm votum Deo fiat, atque ad primum Decalogi mandatũ spectet, plus absurditatis habet Deo rem illicitam vouere, q̃ hominis sub iuramento iniuriã cõminari. Nam iuramenti violatio contra secũdum præceptum est. Atq; ex eisdẽ rursus cõsequitur, vt vouere Deo materiã peccati mortalis, in vniuersum sit peccatũ mortale. Etiam si nõ fieret cum proposito implendi votum, dũ modò adsit intentio vouendi: quia obiectum de se est mortale. ¶ Percontaris autem vtrum votum emittere venialis culpæ, puta ioco mentiẽdi, aut otiosè loquendi, sit semper mortale. Et arguitur à parte affirmatiua. Qui aliquid Deo promittit quod tenetur non facere, grauẽ inferre ei videtur iniuriam. Atq; id vrgentius roboratur. Votũ, vt modò dicebamus, maioris est vinculi cùm Deo sit, q̃ iuramentũ quod fit homini: iuramentũ autẽ promissorium venialis cõmittendæ culpæ, videtur mortale: quoniam qui iurat: tenetur illud facere falsum: ergo & votũ. Nihilo minus respondetur, votum de re veniali nõ esse nisi veniale: quoniã ipsum implere non est nisi veniale. Quare homo nõ se exponit periculo mortalis. Vnde ad priorem rationẽ negatur quòd promittere Deo id quod sub culpa veniali teneris non facere, sit tibi mortale. At verò de iuramento quod posterior ratio tangit, in libello nostro de iuramẽto cap. 9. asseruimus non esse nisi veniale, quãdo fit de re veniali, propter eandem rationem: quia scilicet implere illud non est nisi veniale. Attamen non est mirum si quis opinetur esse mortale. Et ratio potest sic extrui. Omne iuramentũ falsum est peccatũ mortale, quantumcunq; in re leuissima: ergo iuramentũ facere, quod post quàm emiseris teneris facere vt sit falsum, etiam si nõ tenearis nisi sub veniali, videtur ex obiecto esse mortale: quãdoquidẽ obligationis obiectum est falsitas iuramenti. Vnde qui hanc voluerit tenere opinionem, negabit consequentiam quæ fit ex iuramẽto ad votum. Nam licet votum sit maius vinculũ, potest nihilo minùs esse eius transgressio ratione materiæ veniale delictũ. Fallitas autem iuramẽti in quolibet indiuiduo est mortale: fallitas verò nascitur ex eo q̃ quis id iurat facere quod tenetur nõ facere. Nihilo minùs semper est sustentatu facilius vt nec iuramentũ huiusmodi sit nisi veniale: quoniã facere cõtra tale iuramẽtum nullum peccatũ est, atque adeò neq; vllũ mendaciũ. Facere enim contra iuramentum quod non est obligatorium, nullatenùs est illicitum. Vt si iuras non audire missam in die paschatis, quam posteà audis. Sed tota culpa emomittitur dum iuras, eò quòd iuras quod teneris facere falsum. Et ideo idcirco tota culpa debet perpendi ex obiecto, non quidẽ obligationis, sed iuramenti. Obiectũ autem iuramẽti est veniale, quare neq; iuramentũ ipsum non implere est nisi veniale. ¶ Circa secundã conclusionẽ de re indifferẽti dubiũ inde emergit, quòd multa sunt indifferentia de quibus emitti votum potest. Est enim indifferens trãsire per vicum, aut ædium limina penetrare, & tamẽ sunt nõnunquam salutaria vota, quibus se homo â similibus operibus arcet. Ad hoc facilimè respondetur quòd indifferentia quatenus indifferentia sunt, id est, sub sua indifferentia perseuerantia, dicari Deo aut diuis voto non debent. Et hoc pacto intelligitur conclusio. Si verò pensata ratione aliqua, aut fine, pertinentia ad bonũ fiant, tunc votũ eorum nihil aliud quàm religio est. Dixerim ratione aliqua vel fine. Ne quis putet propterea tantùm quòd res quælibet vouetur, illico ratione voti de impertinentibus ad pertinentia cõmigrare. Exempli gratia: Vouere rescindere vngues, vel non rescindere illicitũ est: quia etiam post votũ res est indifferens, nempè ad nihilũ fructosa. Et eâdem ratione si absq; alio fine voueres non transire per vicũ, aut nõ ingredi domum. Sed si illa opera occasionẽ tibi offerunt peccãdi, puta inspectandi fœminã vel alium inimicum: tunc fiunt ad rem referẽtia, ac subinde voti materia. Eâdem ratione muliercula vouens die Sabbathi in honorẽ Virginis non coquere panem, sed tamen non abstinet ab alijs operibus, vanum emittit votum: quia alios te insumẽte labores, nil Diuæ Virgini refert hos aut illos insumas. Si autem voueas omni opere seruili abstinere, legitimum votũ est. Sunt tamen aliqua quæ prorsus neque probantur neque reprobantur. Vt si quis voueret die Sabbathi indui albo in memoriã virginitatis Deiparæ, non omnino esset vanũ. Itaque existimandus est finis vel causa quæ opus facit ad rem pertinere. ¶ Ex his fit consequens quòd dum votũ de similibus rebus emittitur, non obligat nisi quandiu finis ille conducit, & causa durat, quæ votum fecit legitimum. Illa enim cessante, cùm opus ad suam redeat indifferentiã, desinit esse materia voti, atque adeò cessat obligatio. Vouisti vicini limina non calcare propter periculũ qđ intus latebat: illo cessante non te diutius votũ tenet. Hoc probatur: quia votũ non plus obligat q̃ si lex esset: Lex aut cessante in vniuer-

Dubitatio.

Ratio dubitandi

Solutio.

Ad argumẽtum.

Respõsio

Dubium ab

Solutio.

uniuersum eius causa & fine, cessat: ergo pariter votum. ¶ His demum instructus documẽtis, censere de votis quisque potest quæ de huiusmodi indifferentibus rebus passim emittuntur. Loquebaris forte cum homine, & in collo quo aliquid tibi ingratũ accidit propter quod vouisti nunquam amplius cum illo inire sermonem. Et forsan ludebas, & ideo vouisti nunquam deinceps cum illo ludere, vel non ludere chartis, vel non ludere in tali domo. Si illa nullius tibi occasio sunt mali, neque aliqua exiistit causa vt ad bonum inseruiant, tunc talia vota nullatenùs tenent. Sed vouere fuit vanitatis peccatũ. Si autem loqui cum tali persona occasio tibi est mali, votũ tenet. Sicut si vouceas nõ ludere propter dispendiũ quod facis rei tuæ, aut propter alia pericula. Neque horũ vlla esse potest dubitatio quæ hominis conscientiã vllo pacto sauciat. Sed absq; vlla dispensatione, qui vota huiusmodi retũ indifferentiũ fecit, potest contra illa facere: satisq; illi est voti pœnitere. ¶ At verò de iuramento propter eius reuerentiã, quia omne periurium peccatum est mortale, posset quispiã animi hærere. Enimuerò si illud quod metu mortis extorquetur implẽdũ est, vt quod quis in re more latronibus metu mortis perculsus fecit, vt doctores sentiunt, ratio videtur strictiùs persuadere vt iramentũ de re etiã indifferẽti sit seruandũ: aliàs fieret falsum. Nihilo minùs respondetur, iramentũ promissorium huiusmodi rerum nulla prorsus causa aut fine ad rem aliquam cõferẽs, non magis obligare, quàm votũ. Quoniam tale iuramentũ nihil aliud est quàm promissionis ac voti confirmatio. Et ideo si votum nõ obligat, sit vt neque iuramentũ. Iurasti nũquã te amplius cum tali homine collocuturũ: aut nunquam amplius transire per limen ad quod pedem fortè offenderas: aliàve similia quę nullius sunt emolumenti: peccasti quidẽ cùm iuramẽto contra secundũ præceptum: veruntamen, iuramentum nullatenùs sit obligatorium: quare absque dispensatione facere contra ipsum nullum est peccatũ: atque adeò neq; mendacium: quoniam, vt suprà dictum est, tota istorũ iramentorum malitia patratur dum fiunt. Iurasti non audire missam die festo: facere contrà, quia non est malum, non fit tunc mendacium: licet efficias fuisse falsum. Et quod non sit obligatorium, patet: quia veluti si homini id promitteres, nihili tuam faceret promissionem: ita neque Deus. Quare Eccles. 5. vtraque promissio dicitur Deo displicere, scilicet infidelis, & stulta. Vbi verò dubium esset an res esset aliquo modo vtilis, tunc timorati animi esset dispensationẽ procurare. Neq; simile est de iramento extorto quãdo cadit super materiã, quę est alicuius etiohumẽti: latroni aũt promissam pecuniã exoluere, rõi est cõmodatq; adeò ex natura sua iramenti materia. Quapropter si ẽt sit extortũ, propter reuerẽtiã tamen nominis est implendum: materia verò vana non est iramenti subiectũ, ac proinde neque obligationis capax. ¶ Circa tertiam conclusionẽ nulla est dubitãdi ratio, sed de quarta sequitur explorandũ quidnam contineat veritas. Est enim argumentũ, q̃òd materia præceptorum nõ sit materia voti. Nam cùm votũ sit opus cõsilij, & materia debeat respondere formæ, ẽri videtur cõsequens vt eius materia debeat similiter esse arbitraria & consiliorũ: & ideo vbi lex obligatos non habet, vanũ fit votũ. Imò verò quodãmodo Deo ingratũ. Nam quis vouet facere quæ Deus aliàs iubet, majorẽ vim suæ videtur attribuere voluntati quàm Deo iubenti. Item adhibere præcepto votũ, ex animi lãguore procedere iudicaturnẽpe quod homo viribus sit destitutus, vt quod Deus iubet, expiere nequeat. Insuper & damonẽ lacessit vt pugnatiũs eum tentamẽtis inuadat. ¶ Respondetur nihilo minùs præceptorũ materiã esse quoq; posse votorũ. Et ratio sancti Thomę est, quod non est simpliciter necessaria, sed à nostra pendet voluntate. Quare possumus nos ad talia opera arctiori vinculo astringere. Nulla enim inter ambas obligationes exiistit repugnãtia. Secundò id solenni Ecclesiæ vsu probatur. Vouentes enim religionẽ, nouo nexu deuinciũtur ab adulterio & fornicatione abstinere, à quibus diuina lege erant prohibiti. Idq; à clericis dũ sacris maioribus initiantur exigitur. Tertiò licitũ est & sanctũ ad id ad quod lege teneberis iureiurando te insuper innodare: vt cùm mutuũ recipis, aut depositum, aut aliũ iuris contractũ: ergo simili modo potes voto eandẽ confirmare fidem. Quarto quamuis lege teneamur non occidere, nõ furari, &c. nihilo minùs malefactoribus supplicia decernũtur, vt quòs virtutis honestas non sufficit, metus pœnæ cohibeat: ergo nulla est repugnantia legis obligationi alterãi voti adhibere. Sunt qui quasi de nomine disceptantes dicant, hoc genus promittendi non esse propriè votum, ob id quòd materia non est propriè apta: nihilo minùs qui sic promittit, duplici modo peccaret si promissum non soluere: videlicet contra legem & contra promissionem. At verò profectò non est cur negetur esse propriè votũ, postquàm est vera promissio Deo facta. Et cõfirmatur sic esse fatendum. Nam qui tale votũ transgredi-

Pulchra dubitatio.

Solutio.

Prima ratio S. Thomæ.

Secunda ratio.

Tertia.

Quarta ratio.

Scrupulus.

tur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, vt suprà dicebamus, verè contra religionẽ peccat: non autẽ sic pecaret nisi vere faceret contra votum. Nam si in hac obseruantia substantia religionis, quæ est genus, continetur, fit vt substantiã voti contineatur, quæ eius existit species. Potest quisquis vle materia: singulorum præceptorum votum emittere. ¶ Vnde ad primum in contrarium argumẽtum respõdetur, quod etsi vouere sit opus consilij, non tamen requiritur vt materia sit propria consilij: nam potest esse consiliũ vt arctius nos adid perstringamus ad quod lege tenebamur. Quod si huc forte verba sancti Thome ex. 4. distinct. 38. quæst. 2. contra nos afferas, dicentis, hujusmodi vota large ita dici, non propriè. Respõdetur, large, non accipere pro eo quod est abusiue, sed pro eo quod est cõmuniter: quem admodum illic Magister loquitur. Haud enim negat quin propriam habeant rationem voti: sed tamen quia materia communis est & votis & præceptis, ad quam subinde omnes homines in communi tenẽtur, ait huiusmodi materiam non esse propriam, id est, peculiarem voti. ¶ Quæ hic exactius loquitur. Et elicitur hęc materiæ distinctio ex verbis Augustini 17. quæstio. 1. vbi ait: Sunt quædam quæ etiam non vouentes debemus, quædam etiam quæ nisi vouerimus non debemus. Neque in hoc plus tribuimus nostræ voluntati, quam Dei, sed religamus eandem diuinę religioni, vt firmiùs id quod nobis præcipit, perfoluamus. Et quamuis in hoc profiteamur nostram imbecillitatem, illam tamen consolidamus. Atqui vt dæmones inde ferociores in nos insultant, ita & diuina subsidia lucupletoria nobis mittuntur. ¶ Tametsi, vt verum fatear, vota hæc operum præceptorum nunquam aut vix vnquam alicui suspicienda aut consulenda sunt: quia neque crebrò solent bene succedere. Quare vel non fiant, vel cassanda sunt, vel facile dispensanda: nisi quando persona prudens & cõstans est, ad rem tamen aliquam proclivus, quę occasio illi est mali grauissimi aut scandali. Et cura nihilò minus vigilantiùs adhibita, cauere illud potest malum. ¶ Vtrum verò votum nũquam venialiter peccandi sinæ sit mentis. Ad hoc respondetur, eiusmodi votum insanum esse, neque vllo pacto obligare: quoniam est de re hominibus impossibili. Si enim dixerimus (vt ait Ioannes) quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Vouere autem nunquam peccare mortaliter, non est genere suo malum: quoniam id per Dei gratiam possibile ex. Attamen neque hoc prorsus consulerẽ: quia res est perdifficilis: tum facta, tum præsertim & cognitu: potissimùm de peccatis cordium. Crebrò enim scrupulus pungit conscientiæ in mortalem culpam: votum autem debet esse de re comperta & de opere cuius transgressio in propatulo habeatur. A singulis autem cauere, hoc vouere permittitur: vt nõ forniciari, non ioco mentiri, & similia. Quæritur autem vtrum si quis emitteret votum nunquam peruocandi, teneretur ratione voti euitare illa saltem peccata quę potuerit, vt iocosa mendacia. Offert se nanque ad id ratio. Nam qui promisit dare decem, si cuncta non potest, tenetur tamen ea conferre quæ potest. Et qui promisit ieiunare aduentum, si nequit totum, tenetur nihilominus inquantum potest. Respondetur tamẽ tale votum ad nihil obligare: quia stultum est. ¶ Hoc tamen post remanet superest decidere. Vtrum transgressio cuiuscunque talium votorũ sit mortalis. Vt si quis vouet nõ mentiri iocosè. Patrocinatur nanque affirmatiuæ parti ratio hæc, quòd tunc mentiri esset religionis violatio quæ à genere suo est mortalis. Solutio autem huius pẽdet ex articulo sequenti, vbi disputabitur vtrum transgressio voti ex leuitate materiæ fieri possit venialis. Illic ergo & hoc examinabitur. ¶ Ex quinta autem conclusione, tametsi certissima sit, dubia emergunt multo grauiora. Et primum an licitum illa sit malo fine vouere. Vt si quis quem admodum nuper dicebamus, religionem Cruciatorum militiæ profiteretur ópulentiæ causa præbendarum: aut si quis quod creberrimè mouenit, fieret sacerdos, non propter status sanctitatem, sed propter sacerdotia animarum ditari magis cupiens, quam sacrificare. Apparet enim votum non esse licitum, atque adeò nec obligatorium. Nam malus finis obiectum vitiat: de malo autem obiecto (vt conclusione prima dictum est) iniquum est votum. ¶ Dubiũ hoc etsi docte hoc loco disseratur Cajeta. accuratioris tamen eget examinis. Multi moda enim distinctione vti in præsentiarum oportet. In huiusmodi inquam votis melioris boni triplex fieri contingit relatio in malum finem. Potest quippe vel obiectũ ipsum voti in malum referri vel applicatio animi ad vouendũ, vel votũ ipsum. Exempli gratia. Si quis hãc faceret animo oblationẽ: Vouco dare eleemosynã propter vanã gloriã: tũc vocula, propter, moderari, & quod aiunt, determinare potest aut verbũ, dare, aut verbũ, vouco. Et quidẽ primo modo obiectum ipsum voti quod est, dare, refertur in malũ finẽ, à quo ideo datio ipsa contaminatur ac depranatur. Et de hoc sensu est prima assertio, eiusmodi votum nullum esse sed

Primum argumentum.

Ad secundũ.

Quæstio.

Primum dubium.

Ratio dubitandi.

Solutio.

Secundum dubium.

Primus sensus.

sed est inter illa quæ prima cõclusione condẽnantur. Nam dare propter vanam gloriã est malum obiectum, & multò erit iniquius vouere aliquid facere propter malum mortale, vt si vouеas ad ecclesiam ire ad solicitandam puellam. Nam ire ipsum tunc malum est; qd est voti obiectum. Exemplum secundi. Vt si quis intendens pingue sacerdotium cuius nõ est dignus, fieret sacerdos, vbi est implicitum votum castitatis vel præceptum, de quo modò non disputamus. Aut cum nobilis tali animo induit militaris religionis habitũ. Hic enim obiectum voti non refertur ad malum. Si enim hic dicat, voueo esse sacerdos ꝓpter beneficium expiscandum: præpositio, propter, non modificat rem quæ est esse sacerdotem, sed hoc quod est, voueo. Haud eñ post sacerdos aut miles effectus opera facit suæ religionis, puta nec orat, nec obedit ꝓpter malum finem, sicut qui dat eleemosynã propter vanam gloriam: sed tantùm professus est ꝓpter malum finem. Et de hoc intellectu sit assertio secunda. Votum sic factum tenet. Et ratio est, quia obiectum eius res licita est & bona, scilicet esse militẽ, aut sacerdotem: nempe militare, orare, sacrificare: quæ quidẽ non referuntur in finistrum finẽ. Pari modo si quis profiteretur religionem, peruerso fine adductus: porrò vt posset posteà res cõuentus suffurari. Ille enim obiectum voti, puta vigilias, orationes, & obedientias non refert in malũ, sed finis vouendi fuit malus. Quare votum, quia de bono est obiecto, solidum est & firmum. Ad rei autem perspicaciorẽ intellectũ arguitur. Sicut dare eleemosynam propter vanam gloriã peccatum est: & corrupto fine ire ad ecclesiam: sic & malo fine votũ facere: ergo sicut votum primi generis est malũ, qa de malo obiecto, sic & votum secundi generis, quia malum habet finem. Quòd si vtrũq; malum est, fit vt neutrum teneat. Pro solutiõ ne argumenti hoc apprimè in præsenti materia notandũ est, quod lectorem minùs attentum fallere valde posset. Nempe non esse in vniuersum verum ꝙ omne votum illicitũ & malum sit irritum: neq; hoc à nobis assertum est, sed hoc tantùm ꝙ omne votum de obiecto malo est ritum & cassum. Concedimus ergo ꝙ vouens sacerdotium aut religionem malo fine, peccat quidem vouendo: tamen quia votum, bonũ habet obiectũ: (nam etsi votum referatur in malum finem, tamen obiectum nõ refertur in eundẽ) votum tenet. Negatur igitur postrema consequentia, votum factum malo fine malum est: ergo non obligat: sicuti si haberet malum obiectum: quoniam res Deo deuota bona est: licèt malo fine dicata. ¶ In tertio autẽ modo plusculũ latet ambiguitatis. Exẽpli gratia: Rex sciens & prudens iustum indicens bellum, vouet Deo auri talentum, si victoriã obtineat. Hic obiectum voti, puta dare pondus auri, bonũ per se est: finis tamen voti, puta obtinere iniquã victoriã, est malus: de hisce igitur votis distinguendum hoc pacto est. Si tale votum fiat vt Deus eiusmodi victoriam concedat, nõ est religionis actus: imò omninò religioni contrarius: eò ꝙ qui sic vouet, Deum facit auctorẽ mali: pro qua turpitudine, quã Deo impingit munus illi spondet: ob idq; nullum est votũ, sed graue impietatis blasphemiæq; peccatũ. Atq; adeò longè scelestius, q̃ si esset votũ de re illicita. Multò enim enormius est Deum facere authorẽ mali, q̃ rẽ illi diuersam vouere. Pari modo si quis voueret Deo munera vt compotẽ eum faceret optati adulterij aut homicidij. Quocirca nihil refert votum antè facias quàm rem inceptes, an post quã fueris optatis potitus. Nam etiã si post partã victoriam aut patratum adulteriũ Deo quidpiam ob id vouеas, quo te tui compotẽ desiderij fecit, aut victorem iniquũ, votũ non tenet: quia eadẽ impietatis lue sordescit. Neq; si id voueres in gratiarũ actionem: quia neque prò illo gratum Deo est gratias audire. Neq; verò interest tale votum emittas, nõ exprimendo vt deus tibi in iniquitate patrocinetur, sed merò conditionaliter, hoc tenore: Si victoriã hanc obtinuero, aut si compos desiderij mei fuero, hanc faciam eleemosynã. Quoniã nullus sic sub mera cõditione vouet nisi vt deum sui sceleris patronum ac fautorem cõpellans. Et aliud excogitare, esset casum insolentem effingere. Quare vota hæc absurda omnia sunt & nullius vigoris. ¶ Quòd si contra insurgas: Si miles stipulationes hominibus factæ iure naturæ tenent: nam quod quis scorto pollicẽri, soluere astringitur: ergo & solidæ erũt respectu dei. Negatur cõsequentia: quoniã potest homo ab homine turpe obtinere obsequiũ, pro quo mercedem debeat: à Deo autem nemo id recipit quod absurdum est, neq; pro illo debet illi quidpiam rependere. Quare nẽq; tenebit votum, etiam si quis ignorans putet talia vota esse licita: quoniã ex natura rei sunt impia & blasphema. ¶ At verò quoniã in re mala aliquid boni ineſſe potest cuius citra impietatem potest Deus autor inuocari, secundo modo fieri hæc vota sanctè possunt. Nempe si rex bellum adortus nefariũ pro sui exercitus

Tertia.

Obiectio.

Dilutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citus incolumitate aliquid voueat, votum tenet. Sicuti si in duellum descendens quid pia spoponderit si saluus euaserit: quia effectus hos Deo ascribere nō est nisi virtus. Quapropter talis finis votum non vitiat. Secus si pro eo voueat, vt hostem inique occidat. Nam licet Omnipotens causa sit omnium entitatum: vt pote delectationis quæ est in flagitio & similium: neutiquàm tamen peccati. Pari modo si quis voueat si prolem ex adulterio susceperit. Nam licèt adulterij causa Deus nō sit, conceptio tamen partus q; fœtus naturalis est, Deoque ascriptus. Neque idem est de victoria: quippe cum idipsum qđ est iniquè vincere piaculum sit. Simili iure si vsurarius aut lusor pro parte lucro votum voueat, illud quidem tenet: iuxta verbum Christi: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Cum eo tamen id moderamine intelligitur, vt votum ex ære alieno quod aliter restituere nequit, non expleat. Contingeret enim tunc de rapina eleemosynam erogare. ¶ Validiori de nique ratione votum tenebit vbi illud emiseris ad puniendum malum, vel quo ab illo cautius cohibearis. Vt si huiusmodi emiseris votum. Si tale flagitium admisero, talem faciam eleemosynam, aut peregrinationem, aut seculo religiosus valedicam. Huiusmodi enim vota vel sunt quasi opera pœnitentiæ patratæ iniquitatis vindicatoria, aut patrandæ prohibitoria, atque adeò cōditione posita tenent. De quibus inferiùs emunctiùs. ¶ Secundum dubium circa eandem conclusionem existit de operibus quæ sunt consiliorum, aut directè contraria, aut impedimenta. Dissecantur hæc autem in tres ordines. Quæ dā enim sunt prorsus cōtraria: de quibus respondetur, nullatenus licere votum emittere. Haud enim licet vouere nō ingredi religionem. Nam licèt nemo ingredi teneatur, liberum debet esse cuicunq; & semper integrum. Quapropter votum contrarium non ligat, atque adeò iniustum est, nō solum tanquàm vanum, verùm & tanquàm de re Deo edibili: quando quidē consilia sua impendio sibi placeant. ¶ Sed at quis. Non omnia opera quæ in seipsis consilia sunt, cunctis hominibus consilium est facere: & ideò qui certus est nō esse ad religionē aptus, vel ad peregrinationem, vouere potest non facere. Respondetur, tale votum nō posse à culpa excusari. Nam qui impotens est faciendi, incassum vouet non facere: & qui quo quo pacto sperat posse, iniquus est dum se voto colligat. ¶ Ob eandem causam nemini licet vouere aut iurare se nunquā aut ieiunaturum, aut peregrinaturum, mutuaturū aut fideiussurū, aut quæuis alia misericordiæ officia nunquàm indignis impensurum: quandoquidem ea facere, sæpe sit cōsilium. Nē tamen complures condemnemus qui hoc consueuerunt, hoc intelligimus quando ea facere cōsilium fuerit. Nam omnibus mutuo dare & pro omnibus fideiubere, non est consilium. Quare qui sic voueret: Nō omnibus indiscriminatim mutuabo, nihil mali voueret: sed qui diceret, Nulli neque vllo casu. ¶ Ex his fit cōsequens, neque licitum esse votum non vouendi: quoniam vouere in genere cōsilium est. At quoniam non cuicunq; est semper consilium, licet votum facere non vouendi, nisi coram tali persona aut cum talibus circunstantijs. Nihilominùs si eo non obstante voueas, quamuis pecces, tenet tamen votum iure diuino & naturali, cui tu non poteras derogare. Colligamus ergo nemini licere huiusmodi, seu vota seu iuramenta facere: quoniā neque facta tenent. Deus nanq; ascensiones, teste Dauid, disponit in cordibus nostris, nō descensiones. Quocircà vouendi religio suopte ingenio & natura instituta est ad promouendos homines in sublime, non ad retrahendum. ¶ Secundus gradus operum est, quæ licet non secum cōpatiantur maiora bona ipsa tamen per se, officia sunt, neq; ipsorum vota votorūve impletiones impediunt, quin accensus fieri possit ad sublimiora. Quocircà talium vota solida sunt. Vt si quis voto se pauperum seruitio in hospitali maneipet, etiam si dicat perpetuò manebo. Hoc inquam, votum est obligans. Neq; proinde obstat quominùs ille si habuerit citra vllam dispensationem religiosus fieri queat. ¶ In tertio verò ordine ea collocantur quæ quamuis nō sint formaliter religioni contraria, sunt tamē suapte natura eius obstacula: vt coniugale fœdus. Qui enim matrimoniū semel consummauit, cōmigrare ad religionē viuente coniuge nequit. In dubium ergo vertitur, vtrum fas sit votum emittere incundi cōiugium. Et arguitur hoc esse licitum, postquàm obiectum est bonum, ac virtuti legitimum: & cuicunq; ante emissionē voti religionis integrum sit eligere quod maluerit viuendi institutum. Item fas cuiq; est celebrandas à se nuptias iurare: quo quidem iureiurando deinde tenetur: ergo & quisq; potest earundem votum emittere. ¶ Nihilo minùs respondet eiusmodi vota genere suo & obiecto non esse licita: vtpote per quæ Deo offertur id quod illi non est acceptum. Non aio ob id solum, q̄ impediunt maius

Vota pœnalia.

Secunda dubitatio.

Responsio.

Obiectio.

Solutio.

maius bonum inam & matrimonium contrahere & consummare impedit religionem: sed quia per votum offers quod Deo nō placet, quatenus offers impedimentum sui consilij. Itaque potes contrahēdo matrimonium obstaculum religiōni opponere: non tamen illud voto Deo dicare. Nam etsi vouere nemo iure cogatur, cōpellitur tamē vnusquisq; viā Spiritus sancto per impossibilitatē nō occludere, quousq; statū mutes & firmes, si ei forsan aliquādo affulare dignetur. ¶ Sed ais, saltē licere votum emittere cōnubialis consortij contra copulæ cōsummationem: quoniā illud nulli est religioni impedimento. Respōdetur quod quis simpliciter votum emittit matrimonij, ex natura rei obligāt se consummare: aliàs cassum deceptoriumque matrimonium esset: ob nāq; dum absolutè emittitur, semper est illicitum. Si autem cōtingere posset vt qs matrimonium voueret quale fuit inter virginem & Ioseph, alteri videlicet voto ppetuæ virginitatis vtriusq; adiuncto, nihil aliud esset quàm religionis officium. ¶ Contra hanc autem decisionem arguitur. De matrimonio bifariàm meditari possumus. Vno modo vt est in generationis officium, & tanquàm status quidam ac viuendi institutum. Atq; hoc modo indubie fatemur nemini licere voto se illi astringere: eō quoniam est status inferior excelsiorem impediens, atq; adeò abusus est voti, quod esse debet semper fœlicioris frugis, aut saltem minimè illi obstans. Sed altero modo consideratur in remedium ad compescendam illegitimam libidinem. Et hoc pacto arguitur q̄ fit eius votum licitum. Nam carnis illecebris obuiare iustum & sanctum est, & coniugale cōmercium ad hoc est etiam munus permissum: nihil ergo in tali voto absurditatis inest. Propter hoc argumentum Caietan. ait: præsenti intrepidus asseuerat licere in tali casu ac tali causa votum emittere matrimonij. Et ascisci contra se argumentum ex S. Thomā. 4. distin. 3 10 cui multi adhærent, adstruētes quòd non liceat solùm ad vitandam fornicationem coniuge vti. Esset em tori coniugalis abusus: quin officium tantū concessus est. At nihilo minùs respōdet se nihil absurdi in tali vsu agnoscere, quin obiectum esse possit voti. Veruntamen quicquid sit de vsu, dato inquam esset sola causa cauendæ fornicationis licitus, non tamen sit inde cōsequens fas esse tale votum emittere. Non enim ratio quare nō liceat ea sola est, q̄ obiectum per se nō sit bonū, sed q̄ est impeditiuū maioris boni. Et miror Caietanū hoc nō aspexisse. Liberum enim cuicunq; est ac licitū matrimonium inire, imò aliquādo cōsilium: quia melius est, vt ait Paulus, & cōsultius nubere quàm vri: & tamen ratio quare nō licet votum emittere est, q̄ quādiu quis matrimoniū nō contrahit, liber esse debet, vt si Spūs sanctus magis ei prospere afflauerit, mutare mētem possit. Et q̄ ratio Caietani fallax sit, patet: nam aliàs sequeretur q̄ liceret vouere matrimonium quatenus est in officium: si quidē bonum est. Si ergo nō licet quia est impedimentum religionis, eandem ob causam nō licebit vt est in remedium alterius mali. Et confirmatur nō obstante tali voto. Posset voues mutato proposito ad religionem transgredi, ergo vanum est atq; adeò illicitū. Et ideo nō possum de hac re Caietano non refragari.

Prima ratio in Caieta.

Confirmatio

¶ Vnde ad primum argumentū superius factum iam responsum est, quòd etsi cōnubiale fœdus obiectum sit bonum & legitimum, tamen hoc tantum cōcluditur q̄ potest quisque illud inire, nō tamē q̄ possit votum eius emittere: quādoquidem eo nō obstante posset ille religionem profiteri. ¶ Et pariter ad secundum respondetur q̄ etsi liceat futuras nuptias iurare, nihilo minus nō obstante iramento, licet iuranti monachalem habitum induere: neq; aliter illud tenetur implere quàm si religiosus esse non maluerit, aut sacerdos, qui melior etiam status est. Quoniam istę cōditiones à iure semper intelliguntur ,psilire.

Ad. 1. argu

Ad secundū

¶ Superest autem postremum dubium: quantum scilicet grauitatis in huiusmodi votis insit quæ fiunt contra consilia. Videtur enim nunquàm pertingere ad peccatum mortale: ob id quòd nullum obligat, atq; adeò neque vllum sunt excelsioris frugis impedimētum: sicuti de illo diximus qui se hospitali voto addixit. Respondetur autem tria in ipsis pensari. Primum est obiectum ipsum & intentum. Cùm enim dare eleemosynam & similia confilia, nōnunquā ad timen̄ præcepti pertingāt: tenemur enim quādoq; eleemosynam facere: si quis ita voueret vt proponeret nunquā eam largiri, manifestè peccaret mortaliter: quia proponeret facere contra præceptum. Secundò etiam consideratur in talibus votis repugnantia diuinæ voluntatis: qua ratione quis vouet Deo tanquàm gratum id quod ingratum est. Et qui hoc sciens ac prudens faceret, non dubiū quin peccaret mortaliter. Esset enim manifestarius abusus voti. Posset tamen ignorans excusari. Attamen si cōsideretur solū tanq̄ impeditiua maioris boni, nō habent aliam malitiā q̄ vanitatis:

Dubium alterum.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis: quia re vera nō tenent. Quare nō videtur genere suo mortalia nisi in odium fierent religionis. Nam impia essent. ¶ Quòd si arguas nullum prorsus habere, magis quàm si voueres seruire hospitali: Negatur simile. Quando enim obiectum voti etiàm dum est executioni mandatum maiori bono non obstat, votū nihil habet culpæ. At verò licet votum coniugij ante eius consummationē nō impediat, tamen quia consummatio impedit, votum vitiatur. Quòd si arguas, licet iurare futuras nuptias quia semper intelligitur exceptio, nisi iurans vouerit esse religiosus: ergo simili modo licet vouere matrimonium. Si respōdetur q̄ quando promissio fit homini, etiam sub iuramento, iure intelligitur exceptio diuini consilij: sed quia votum sit Deo, illicitum est rem illi contrariam eiusdem consilijs polliceri: nisi palàm expromeres exceptionē, scilicet voueo Deo matrimoniū, nisi de me ipse salubrius quidpiam disposuerit. ¶ An verò votum licitum sit, dum pro fine bonorum temporalium emittitur, ambigere nemo potest. Vt si quis quid voueat, si Deus illi prosperum iter dederit, veluti Iacob, Genes. 28. Aut si dederit maritum, aut proles, aut victoriam. Tametsi nōnulli nos hæreticorum irrideant, dicētes hoc esse coēmere & mercari à Deo: cùm tamē nō sit nisi profiteri cuncta nobis ab ipso prouenire: & ideo ecclesia orat pro huiusmodi bonis: quia vtilia nobis sunt ad vitam æternam. Quare si votum fiat sub conditione: puta si hoc mihi illúdve acciderit, tunc ante impletam conditionem obligationem non parit. Secus si absolutè fiat. Nam tunc etiam si intentio tua sit temporale illud adipisci, quanuis non adipiscaris, teneris. ¶ Ex his demum in calce quæstionis quam de voti substantia instituimus, venari quisque potest definitionem quam multisariàm Doctores. 4. dist. 38. constituunt. Debet enim definitio & genus & differentias compendio continere, quę subinde tam formam explicet quàm materiam. Est ergo votum promissio deliberatę voluntatis, Deo de his quæ Dei sunt facta. Genus enim est promissio ex deliberatione & proposito proficiscens. Per hoc autem quòd dicitur, Deo facta, vbi intelligitur, vel diuis, separatur à promissione quæ fit hominibus, constituturq; in religionis genere. Adiectū autem est de his quæ Dei sunt, ad explicādum consiliorū materiā quæ propria est ac peculiaris voti: licèt extendatur ad præceptum.

Obiectio.

Replica.

Licitū est vouere pro fine bonorū temporaliū.

Voti definitio.

Ad primum argumentū S. Thomæ.

AD primum igitur argumentum in contrarium respondere videtur S. Thom. q̄ in baptismo sit votum: quanuis illud non sit opus superogationis, sed necessitatis. Dicitur autem, nunquet, votum quia voluntariè fit: sicuti cùm quis rem præcepti vouet. Quod quidem baptismi votum Magister Senten. 4. dist. 38. appellat votum cōmune. ¶ Attamen vt bene hic disserit Caieta. non est propriè votum, quasi præcepto adiectum: ideq; multis rationibus comprobatur. Primùm quòd Christianus transgrediens christianissimi præcepta, non duplici, sed simplici peccato delinquit: quod manifestum signum est illic nos nō obligari nisi lege simpliciter, nullo superadditō voto. Mox ex verbis illic prolatis constat. Interrogatur enim catechumenus an abrenuntiet Sathanæ, & an velit baptizari, & an credat? & respondet, Abrenuntio, volo, & credo. Illa autem verba tantūmodò sunt professionis legis, & religionis christianæ, & assumptionis noui status: quæ quidem non sunt signa noui voti. Et postremò id confirmatur quia baptizari est necessariæ obligatiōis præceptum: vouere autem est liberū arbitrariuq; opus consilij. At nō pluribus opus est. Nemo enim vnquàm cogitauit sic baptismū esse votum, vt sit obligatio noua obligationi præcepti adhibita. Sicuti dum sacerdos vel monachus sua statuta profitentur nodo seruandæ castitatis, quæ est in præcepto, nouum pervotum adiungunt: sed dicitur votum commune, pro eo quòd christianismus est quædam religio ad quam omnes homines tenentur: atque ideo in baptismo eandem cuncti profitētur religionem, sua nimirum nomina in talē militiam conscribentes. ¶ De Iacob autem cū Deo vouit quòd futurus ei esset in Deum, dicendum est, vel quòd se voto ad id ad quod lege tenebatur religiosiùs astrinxit: vel certè vouit nouum consilij cultum. Vnde subdit, Cunctorum quæ dederis mihi decimas soluam tibi. ¶ Ad secundum de Iepte cū Hieronymo respondetur, fuisse in vouendo stultum: quia discretionem non habuit: atque in reddendo impium. Sunt enim, vt ait D. Tho. nonnulla quæ non modò genere suo bona sunt, verùm in omnem euentum: qualia sunt virtutis opera. Alia verò non solùm mala in genere, verùm & omni casu: veluti illa quæ sunt genere suo mala. Quorū ideo priora tutò quisque absolutè vouere potest: posteriora verò, nullo pacto. Sed alia præterea existūt quæ etsi genere suo sint bona, & secūdū hoc legitima voti materia, possunt tamen in euentum exire sinistrum: & tale fuit illud quod Iepte vouit. Vbi nota opus illud non fuisse indifferens: nam indifferentia iam suprà abacta sunt à materia voti, imò fuit genere suo bonū vtpote immolare Deo. Veruntamen quoniā immolationis materia non fuit ab ipso præfinita, sed dixit, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, cum holocaustū offeram domino, votum prudenti caruit discretione. Et similia sunt indiscreta vota cum sub nota vniuersitatis proferuntur. Videlicet voueo quicquid à me pauper petierit illi porrigere. Nam forsan à te gladium petet ad parandum homicidium, vel aliud quod largiri non decet. Eapropter huiusmodi vota in illis euentibus quæ iure naturæ licita nō sunt, neutiquàm obligant. Atque hāc de causa impius fuit Iepte votum implēs. Quoniam illud suapte natura de pecude intelligebatur, vel armento, deque alijs animalibus sacrificio offerri consuetis. Neque videtur vlla posse ignorantia excusari: eò quòd non modò hominē contra ius naturæ, verùm & gnatam truculētæ adegit morti. Eapropter quod in eius historia præmittitur, videlicet, Spiritus sanctus factus est super Iepte: neque ad voti emissionem, neq; ad eius solutionem est referēdum: sed ad id quod diuino zelo animatus Ammonitas Dei hostes adortus est. Et quanuis eum inter iustos antiquæ legis Paulus commemoret, non inde fit consequens nullum admisisse delictum. Recenset enim & Samsonem & Dauidem: quos constat nonnunquàm fuisse collapsos, tum, quod aliàs iusti fuere, tum, propter egregias eorum victorias. ¶ Ad tertium respondetur neque votum macerationis corporis, neque aliud quodcunque tenere: nisi quatenus est virtutis opus. Quare dum prudentiæ lineam exorbitant, obligare cessant. Quocirca Paulus ad Roma. 12. suos alūnos cōmonefacit, vt exhibeant corpora sua hostiam sanctam, viuentem, Deo placentem. Actum demum addit: Rationabile sit obsequiū vestrum. At verò quia homines, inquit sanctus Tho. in his quæ ad seipsos attinent plus sibi nimio iudicantes indulgent, cōfultius est, vbi de re dubium ingruerit, præfecti iudicio subdi. ¶ Percontaris autem quódnam erit iudicium transgressæ lineę in huiusmodi votis? Respondetur non esse aliud q̄ dum ius naturæ reclamat. Non dico q̄ vbi ius naturæ nō præcipit talia ieunia & operum asperitatem non sint talia vota licita: aliàs neque quadragesima esset licita: sed quando id quod facis, legi naturæ aduersatur: nempe quando afflictatio in homicidium vergit, tum voti obligatio abolebitur. ¶ De alio verò argumenti mē-

In baptismo nō continetur votum.

Prima ratio.

Secunda.

Ad secundum.

Postrema.

bro, nempe de rerum indifferentium votis, iam responsum est nihil valere. Quare aliquādo deridicula sunt & mulierculārū ludicra. Quin verò aliquando execranda: vtpote quādo sunt ceu sortilegia, & superstitionum vel deliramenta vel sacrilegia.

QVÆSTIO SECVNDA, De voti vigore ac virtute.

Sanctus Thom. 2.2. q. 88. art. 3.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm omne votum obliget ad sui obseruationem.

COnstituta voti substantia, subsequitur de eius vigore & virtute indagare. Ac primùm quæritur de eius vi obligandi. An videlicet omne votum sit obligatorium. Et arguitur à parte negatiua. Votum vt dicebamus, est promissio Deo facta: promissio autem simplex quæ fit hominibus non obligat: Nam iure ciuili non omne promittens soluere cogitur: Deus autem cùm bonorum nostrorum non egeat, non censetur vrgentior promissorum exactor quàm sit homo: ergo neque semper votum obligat. ¶ Secundo arguitur. Si votum esset obligatorium, sequeretur quòd nullus vouentium metus à voti præuaricatione valeret eos excusare: quia sicuti nullam Dei legem metus causa violare licet, ita neque vllum suscipere votum quod non optima fide soluas: consequens tamen est falsum: eò quòd votum, spontaneum esse debet: voluntati autem, autore Aristotele, metus obstat. ¶ Tertiò. Nemo ad impossibile obligatur: vsu autem nonnunquàm venit vt qui aliquid vouit explere votū nequeat: nempe aut quòd ex alio dependet: vt si religionem vouit ad quam monachi eum admittere renuunt: aut si mulier quam virginitatē vouerat lapsu deinde amisit: vel dum quispiam vouerat, ad mendicitatem redactus est: ergo non semper votum obligat. ¶ Præterea quartò: Si votum omne soluendi nexu colligaret vouentem, sequeretur quòd omne votum illicò esset implendum: nam quod debes, statim reddere cogeris: non tamen

Primum argumentum.

Secundum.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omne votum statim reddere necessariũ est, vt puta quando sub conditione fuerit emissũ: ergo non omne votum obligat. ¶ Quintò arguitur. Si votum omne obligaret, consequẽs fieret tum quòd quis posset subditum obligare, vt pater filium: tum etiam quòd qui per se non posset implere, teneretur id per alium facere: quod videtur absurdum. ¶ In contrarium autem est illud Eccles. 5. Quodcunque voueris redde. Multoq; melius est non vouere, quàm post votum promissum non reddere. Nam vnum est consilium non capere: aliterum vero iustitiam præuaricari.

Quintum.

Cõclusio responsiua. Probatio.

QVæstionis solutio facilis est & clara, quæ in vnica conclusione consistit. Votũ genere suo & obiecto sub reatu lethalis criminis sacrilegij obligat. Probatur. Naturalis ratio cõuincit vt promissi fides seruetur: vnde vt Cicero. 1. de Offic. ex quo id Augustinus in epistola. 19. ad Hieronymum delumpsit, Fides, inquit, duabus suis syllabis significat, vt fiat quod dicitur. Quod si homines hac lege inter se tenentur, longissimè constrictiùs tenentur Deo: tum ratione dominij, quod creationis iure in nos habet: tum etiam ratione beneficiorum, quibus nos in dies accumulat. Ex his nanq; arctissimum fidelitatis vinculum nascitur, quo homines tenentur sua Deo promissa persoluere. Vnde Sapiens, displicere, inquit, maximè Deo infidelem promissionem. Hinc ergo fit votum obligare sub reatu culpæ mortalis. Nam etsi vouere opus cõsilij sit, nihilominus reddere est actus iustitiæ, quę citra charitatis iniuriam violari non potest: quæ sit inter homines maximè necessaria. Quicquid autem charitati aduersatur per quam anima viuit, est peccatum mortale. ¶ Et secundò reatus augetur ratione vulneratæ religionis. Promissio quippe facta hominibus obligat iustitiæ vinculo: illa autem quæ fit Deo, insuper ratione religionis. Et igitur vouere Deo, religio: atque adeò id reddere, iustitię actus, religione insignitus. Ex vtroq; ergo capite votũ genere suo obligat sub reatu mortali. ¶ Nihil in conclusione reliquum fit ambiguitatis: sed hoc vnum quod omnibus præceptis vniuersale est, explorare id possumus de voto. Vtrum ratione leuitatis materiæ fieri possit, vt voti transgressio nõ sit nisi venialis culpa. Videtur enim à parte negatiua id facere quod votum strictioris est vinculi quàm iuramentum, maiorq; adeò sanctitatem præ se ferat: iuramentum autem falsum nunquàm ratione materiæ fit veniale, sed in omni individuo est mortale. Ex altera verò parte, cum commune sit omni præcepto posse fieri veniale, apparet & idem huic competere. Atque ita indubiè consitendum arbitror. Et nè quis forsan propter religionis sanctitatem id credere reformidet, egomet mihi sic probo. Votum est quædam lex quæ ex hominis voluntate dimanat, quam scilicet quisque sibi ponit: ergo non aliter obligare debet quàm si lex esset ab ecclesia vel à Deo ipso posita. Imò vrgentior videtur legis necessitas quàm voti: Lex autem etiam si genere suo obliget sub reatu mortali, ratione tamen leuitatis materiæ rigorem remittit: vt eius trãsgressio non sit nisi venialis. Furari enim genere suo est mortale: sed nihilominus furari vnum obolum, non est nisi veniale. Æqua ergo ratione si ego voueo non furari, tunc vnũ obolum surripere non erit nisi veniale. Quòd si dicas religionis celsitudinem hoc non permittere: profectò id non video, quandoquidẽ præceptis fidei & charitatis id minimè repugnet. ¶ Secundò: transgressio voti quãdo nõ est plena deliberatio, potest inde fieri venialis: ergo & ratione materiæ. ¶ Tertiò. Si quis vouit quotidie recitare Rosarium, propterea quòd omittat vnum Aue, aut duo, non peccaret mortaliter: quia neque lex ecclesiastica, imò diuina cum tanto rigore nos obligat ista tos psalmos persoluere. ¶ Conclusio ergo nõ est dubia, vbi prætermittitur tenuis particula illius quod voueras. At dubium superest quando totum id quod vouisti est res leuis. Vt si spopondisti erogare pauperi vnum obolum, aut dicere vnum tantum Pater noster, vtrum horum omissio sit mortalis. Et facit pro parte affirmatiua quod tunc cùm totum omittas, fidem frangis. Nihilominus arbitror huiusmodi omissionem non esse nisi venialem. Nam dum materia leuis est, nihil refert, totũmne sit obiectum voti, an pars. Quocircà si votum emisisti quotidie dicendi vnũ Credo, etsi id quotidie omittas, nunquã mortaliter delinquis. Secus si fortasse voto sponderis quotidie obolum erogare pauperibus. Tunc enim licèt nec vnius solutionis nec duorum omissio sit mortalis, tamen quòd hodie non tribuis, cras teneris. Quare vbi debiti summa excreuerit, mortalis fit culpa. ¶ Per hæc ad id quod suprà tetigimus respondemus. Nimirum quòd si quis voueat vnum veniale cauere peccamen, tunc illud committere, gemina erit venialis culpa: quoniam in hisce lege vetitis non se homo cogitat obligare nisi legis instar. Vnde si lex non obligat nisi

Secũda rõ.

Dubitatio.

Solutio.

Suadetur 2ª

Dubium ad

Solutio.

nisi sub reatu veniali, videtur vouens non aliter se obligare. Enimuerò (quod hic considerationis meditari debes) non est in vouentis arbitrio situm sub reatu se mortali aut veniali obligare, sed culpæ qualitas ex quantitate & necessitate obiecti perpendenda est. ¶ Cõtra hoc autem est argumentum. Stat quod lude re, verbi gratia, decem aut viginti ducatos ante emissum votum non sit nisi veniale: quoniam prodigalitas genere suo non est nisi venialis: & tamen posit emissum votum, sit mortale sacrilegium. Respondetur nos non ire inficias, quin id quod anteà erat veniale, efficiatur quãdoq; mortale per votum. Nam quod non erat malum, puta non dare eleemosynã, en. isto voto esset mortale. Imò fortè ludere illam pecuniam esset virtus ante votũ, & post votum mortale. Sed dico quòd est respiciendum ad quantitatem. Vnde postquàm iam non ludere, virtutem constituisti in genere religionis, ac iustitię in quo anteà non erat, perpendenda est obiecti quãtitas: & dum illa est grauis, erit mortalis.

Probatio.

Difficultas ergo quæstionis non in ipsa, sed in argumẽtorum solutione tota cõsistit. In primo quippe insinuatur dubium superius attactum, an videlicet simplex promissio homini facta sit obligatoria. Et cùm simplicem audis promissionem, illam intellige, quæ nec ratione alicuius debiti præcedẽtis sit, nec iuramento firmatur: sed cùm quis sua sponte simplici verbo quippiam amico pollicetur. Et quidem q̃ in huiusmodi promissione quædam semper sit obligatio, nemo est qui ambigat: quoniam ad minus est assertio, quam si re nõ compleas, mentitus es: mendacium autem vniuersum delictum est, saltem venialè: sed dubitatio est an genere suo obliget sub mortali reatu. Et quidem Caietanus. 2. 2. cum quæst. 88. tum euidentius. q. 113. non aliam vim obligandi agnoscit in simplici promissione quàm hęc modò insinuata. Putat inquam promissionis obligationem non ad aliam pertinere virtutem quàm ad illam quæ est veritas: scilicet verum dicere: ob idq; nõ admplere genere suo nihil aliud est, inquit, quã mendacium. Quapropter ex obiecto non est mortale: nisi aliũde fiat perniciosum: vt si vonisti rem quæ multùm alteri referebat, puta suppetias amico ferre aduersus hostem, aut filiam eius ducere, quod non re compleueris. ¶ At verò in contrarium stare videtur veritas. Nempe quod promissio simplex genere suo obliget sub reatu mortali, nisi ex leuitate materiæ efficiatur venialis. Et ratio habet cõtrariam eidem Caietano radicem. Enimuerò promittere non pertinet simpliciter ad virtutem veritatis, sed reducitur ad commutatiuã iustitiam. Non enim est vtcunque verum asserere, sed obstringendo alteri fidem. Quare vt ait Cicero in. 1. de Offic. fides hæc nõ solùm ad iustitiam attinet, verum est ipsissimũ iustitiæ fundamentum, cui omnia hominum pacta conuentaq; nituntur. Ex hoc ergo arguitur. Peccatum quod genere suo charitati aduersatur, est mortale: eiusmodi autem est promissum non soluere: quandoquidem est iustitiæ subuersio, quæ ligamen est ciuilitatis humanæ. Est ergo genere suo peccatum mortale, vtpote per quod ingens detrimẽtum proximo infertur, qui suam fidem promittenti adhibuit. Insuper promissio Deo facta obligat sub reatu mortali, non solùm quatenùs cultus est religionis, verùm etiam quatenùs officium est iustitiæ: ergo illa quæ sit hominiquia quantum ad hoc, eiusdem sunt generis. Ad hæc vniuersarum gentium exitiosa tuo est fidei violatorem, veluti scelestum hominem execrari: vox autem publica, est vox naturæ: ergo obligat sub reatu mortali. Vnde quod ait Salomon, Deo displicere infidelem promissionem, vbi notatur mortale delictum, ad omnem extenditur, etiam quæ fit homini. ¶ Quod si verbũ sancti Thomæ obijcias, dicentis hic promissionem obligare tãtùm secundum honestatem: vbi videtur excludere obligationem iustitiæ: nam sic solet vsurpari honestas pro eo quod non est ad iustitiam necessarium. Respondetur quod non accipit honestatem, vt excludat iustitiam, sed vt excludat ciuile forum. Non inquam negat quin sit obligatio iustitiæ, sed insinuat quod quantum ad ciuile tribunal, non sufficit simplex promissio: nisi sit vel iuramento vel scripto vel testibus firmata. Imò & quantum ad honestatem iustitiæ in foro Dei, accidere cõditiones possunt quę vim obligationis tollãt. Vt si quod tibi promisi tibi posteà fit inutile, aut nocuum: vt si gladium tibi promisi quo posteà video te velle abuti. Aut si promittẽti factum est impossibile aut perniciosum: vt si promisi pecuniam quam posteà ob infortunium reddere non possum. Aut si mihi ingratitudinis signa exhibuisti. ¶ Contra hanc autem promissionis obligationem stare videtur testamentorum ritus. Quandiu enim testator viuit, legata omnia mutare liberè potest, neq; obligatus censetur illa soluere: & tamen legatum, quoddam videtur promissi genus. Respondetur autem legata non esse propriè promissiones

Probatio.

Cicero.

Ratio altera

Postrema.

Obiectio.

Solutio.

Argumentũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

siones, quæ vllam habeant firmitatem vsque ad testatoris mortem qua, vt ait Paulus, testamentum confirmatur. Quare omnia ad illũ sunt articulum referenda. ¶ Præter hæc ex superioribus recolendum est, simplicem assertionem futuri non esse semper promissionẽ. Si enim dicas faciam, id tantum exprimens quod in proposito habes, non subinde obligaris nisi illo id sensu proferas quod est, Promitto facere: vt puta dum quis ex te quidpiã petit, & respondes, faciam. Aliàs iam suprà diximus posse te mutare propositũ. ¶ Aliquãtulo autem difficilius dubium est an promissio quam apud te sola mente hominis facis, sit obligatoria. Visus est enim sanctus Thom. articu. 1. id negare: dicens promissionem quæ ab homine fit homini, non posse fieri nisi per verba. Cui & ratio suffragatur. Nam obligatio est inter duos: homo autem non loquitur homini nisi verbis aut exteris signis: ergo nõ aliter valet alteri deuincire. Hoc forte problema est, si ẽdo in iure nitero naturæ & in cõscientia. Nam si foro exteriori manifestũ est mentalem obligationem, ipso nequc omne quæ fit absenti, ligare. Sed in conscientia de vtraque forte parte opinari quisque potest. Et quamuis rarissime id vsu veniat, nihilominus si contingat, necesse est scire an promissis conscientia ligata maneat. Et quod sit obligatoria, profectò sunt argumenta non pœnitenda. Primum: Voces sunt signa conceptuũ: si ergo vox obligat, non est nisi ex vi conceptus. Et cum mentalis promissio, sit cuptio vere sit, non potest si non impleatur carere inendacio, quod intrinsecã ratione delictũ est. Mox quando solum mente de re deliberasti, illam quc facere propositisti, nondum obligatus es: ergo si his mete loquendo adhibeas. Promitto tali indigenti amico talem pecuniam: aliquid obligationis ad præcedentia adiecisti. ¶ Tertio. Si talem promissionem in mente iuramento firmasses, vinctus remaneres ad soluendum: & tamen iuramentum promissorium non obligat nisi virtute præcedentis promissionis: ergo promissio obligabat. Quarto, si postea nullam aliam concepisses mente promissionem, sed illam amico posteà notificares, dicens: Nihil tibi nunc promitto, sed tamen fieri: ita apud me hoc pollicitus sũ: vide an promissum acceptam habeas: tunc obligatus vide eris: ergo virtute prioris promissionis. Quinto. Si surdo nihil audienti aliquid verbo promittas, similiter si in præsentia vnius dicas, ego tali absenti amico hoc promitto: promissio in conscientia videtur tenere, quicquid sit de foro ciuili: ergo etiã si fiat in mente quæ est promissio in absentia.

Difficultas altera.

Ratio dubitandi.

Suadetur quæstionis pars altera proximę Primum argumentum. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum.

¶ Quod si contrà arguas: Promissio pendet ex acceptatione alterius: ergo antequam ipse nouerit non tenet. Fateor equidem: sed tamen quod cõtendimus non est aliud quàm quòd ille qui alteri mente promisit, tenetur id ei significare: & si voluerit acceptare, tenetur el reddere. At verò quando promissio est mutua: puta, do vt des: facio vt facias, vt est consygalis consensus: tunc non sufficit mentalis nisi vtrique parti exterius constet. Et pari iure nullus alius contractus teneret: puta emptionis aut venditionis, nisi externe significarentur consensus. De simplici autem promissione videntur argumenta nonnulla suadere probabilitate: at probabilius forte est eam si sola mente fit non obligare: nam ante quàm alias sciuerit, potest rescindi & mutari, vt li. 4. quæst. de translatione dominiorum inc dixisse memini: ob id quod cùm natura ille sit hominibus, verbis aut signis suos significare conceptus, ante significatam promissionem nulla videtur obligatio resultare. ¶ In secundo argumento tangitur de metu. Hoc enim constitutissimum est quod votum debet esse voluntarium. Voluntati autem ignorantia, vis, & metus obstant, vt. 3. Ethicõ. author est Aristote. Et quidem de ignorantia articu. 1. dictum satis est. De metu ergo restat in præsentiarum hoc pacto respondere. Primum in confesso est metum obstare ne votum obligeat ratione iam dicta: quia tollit voluntariũ. At verò cum metus multiplex sit, dubium restat vtrùm omnis eandem vim habeat impediendi: nam solenne est in mortis periculo vota facere: quæ quidem nefas esset re nõ cõplere. Distinguitur ergo duplex metus: alter forinsecus incussus: alter verò ab intrinseco ortus. Et quidem forinsecus imminens impedit ne votum obliget nisi post liberè ratum habeatur & firmum: ille autem cui est ab intrinseco, obligationem non tollit. Distinctio est receptissima, non modò Theologis, verùm & Iureconsultis: vt patet apud Panormit. ca. ficut. 2. de regula. Quin verò ambæ istæ conclusiones, sanctiones sunt iuris canonici. Prima siquidem habetur in ca. Relatum. de his quæ vi metúsve caus. fiunt. vbi mulier quæ coniugis metu votum emiserat religionis, absoluitur. Secunda verò habetur eodem cap. ficut. de regula. vbi clericus qui nimia ægritudine monachatum vouerat, cogitur esse monachus. ¶ Sed est perspecte expendendum quisnam in præsentiarum censeatur metus ab

Obiectio. Solutio. Duplex metus. Panormita.

tus ab extrinseco qui excuset. Haud enim satis est vt à re extrinseca incutiatur: nam votum emissum in naufragio metu turbati instat, tenet. Neque requiritur incuti ab homine: nam qui in vincula coniectus aut in suspendium raptus votum emittit, licet metus sit ab homine, ligatus manet. Sed requiritur quòd incutiatur per iniuriam. Neque verò id satis est: nam si Turca te habet captiuum & Deo votum faciavaut diuæ Virgini quæ te inde eripiat, re vera tenet. Et similiter si inuasus ab hoste in conflictu votum facias vt illæsus euadas. Requiritur ergo quòd incutiatur ab homine per iniuriam intendente extorquere tale votum: Puta si dicat: Occidam te nisi votum facias. Quocirca inde ratio huius discriminis elicitur, quòd metus ab intrinseco exortus, à Deo infertur, qui nemini facit iniuriam: ille autem qui ab homine infertur, ex iniuria natus est. Sed licet forsan eodem recidat, genuina ratio est quòd votum per metum ab extrinseco non est voluntarium sicut alterum. Nam qui enim vouet extrinseco metu perculsus nulla id ratione gratum habet quod vouet: & ideo non sua sponte illud acceptat: sed quòd se ab hoste defendat: quandò verò metus est ab intrinseco, quia nulla existit pugna cum hoste, gratum habet illud vouere vt patrocinium mereatur diuinum, quo liberetur à periculo. Et ideo est alia ratione voluntarium quàm prius. Et exemplo insuper ab hominibus ostenditur id tenere. Dum enim grauiter iacens metu mortis amplam medico si euaseris polliceris mercedem, ideo votum tenet q illud medium eligis vt seruetis: multò ergo melius tenebit votum emissum Deo. ¶ Huic nihilo minus veritati nonnulla obiiciuntur argumenta. Primum est. Iuramentum extortum per metum etiam cadentem in constantem virum prorsus obligat: votum autem genere suo, quia sit Deo, maiori rigore ligat quàm iuramentum: ergo simile votum obligat. Negatur consequentia. Nam etsi votum propterea quòd sit Deo coactius vinciat quàm iuramentum quod sit homini: tamen iuramentum aliam habet obligandi naturam quàm votum. Nam voti obligatio ex nuda pendet puraque iubentis voluntate: & ideo metus eidem voluntati obiectus tollendo voluntarium tollit obligationem: vinculum autem iuramenti non ex voluntate iurantis, sed ex natura iuramenti resultat ac pendet. Est enim reuerentia hæc debita diuino nomini vt quoi iuras, nunquàm falsum esse sinas, quomodocunque id iures: dummodò sis mentis compos.

Obiectio. Solutio Panormita. Sylues. Refutatur solutio Panor.

Secundũ argumentum est: Consensus per metum forinsecus expressus, vere consensus est. Ait enim Aristo. 3. Ethico. quòd qui in naufragio fluctibus suas merces committit, simpliciter vult, licet conditionaliter nollet: ergo votum simpliciter est voluntariũ, atque adeò tenet. Non desunt Iureconsultis qui hinc argumẽto manus dent: nimirũ fatentes quòd si vouens habuit consensum quocunq; fuerit metu coactus, tenet in conscientia apud Deũ. Secus aut in foro ecclesiastico. Opinio est Panor. in cap. cum locũ. de spõsa. cui astipulatur Sylvest. in verbo, metus. §. 8. vnde ad illud cap. relatum. de his quæ vi, metúsve cau. fi. respõdeo quod Papa mulierẽ illam quæ metu vouerat absolut, præsumens non habuisse consensum: simili ratione absolui ecclesia eos qui legitime timorem probant: quos vtique si constaret habuisse consensum, non absolueret. At verò salua Doctorum omnium existimatione, male coniicitur: nam quamuis reus fateatur se habuisse consensum, si tamen metum legitimus comprobet testibus, in more est vt absoluatur. Et huius vero rei extat exemplo in matrimonio, cui quoties metu cadente in constantem virum celebratur, irritum habetur in foro ecclesiæ: vt patet cap. cum locũ. & cap. veniens. de sponsal. & 33. quæst. 5. canon. notificasti. Et ratio est, quòd cùm voti obligatio non nisi ex arbitrio vouentis ortum habeat, naturale est vt dum voluntas illa ne cessitate compellitur, votum non sit legitimum, eo præsertim quod votum est opus consilij, cui metus visque repugnat. ¶ Exquo fit vt idem metus qui impedit dum votum emittitur ne obliget, culpam etiam eiusdem transgressionis excusatione abluit. Exempli gratia: Si vouisti die Sabbathi ieiunare, aut non ludere, aut eleemosynam largiri, & posteà tibi metus mortis incutitur vt contrà facias: tunc contrà faciendo excusaris, nisi in contemptum religionis tyrannus tibi eam minaretur. Nam causa quæ promissionis obstaculo est ne obliget, excusationem secum eadem affert transgressionis. Et præterea id probatur ratione suprà formata: nempe quòd votum non obligat nisi ad modum legis: lex autem ecclesiastica ad ieiunium non eo rigore compellit vt nos cotendat pro sui obseruatione in mortem adigere, nisi infidelis tyrannus eam nobis in legis contemptum comminaretur. ¶ Grauius autem in-

Secundũ argumentum. Aristot. Corollariũ. Graue dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tricatinsq; dubium in presentiarum est, vtrū hoc quod dictum est, nempe metum extrinsecus per iniuriam oblatum voti obligationē impedire, in vniuersum de omni metu sit intelligendum, siue grauis sit siue leuis. Et in primis consensus est omnium vniuersalis, metū omnem cadentem in constantem virum, illā tollere voluntarij rationem quæ ad obligandum est necessaria: sed nondum satis est apud omnes compertum quisnam cēsendus sit metus cadens in constantem virum. Vulgaris enim quorundam Iurisconsultorum, imò & Theologorum opinio est, quæ prima fronte imaginem veri præ se fert: nempe metum cadentem in constantem virum eum esse, cui vir constans nō succumbit vt faciat quod nō debet. Hæc autem definitio tum falsa est, tum & principium petere apparet. Fieret enim in de consequens nullum metum quantumuis atrocissimæ mortis ob quem homo naturalem legem ac diuinam transgrederetur, censendum esse cadere in constātem virum: quoniam qui vllo impulsus metu talem transgreditur legem, non est vir constans. Obligat enim nos virtutis ratio vt potius mortem feramus quàm furari, aut mentiri, aut quid simile, quod intrinseca ratione malum est. Et tamen profectò metus mortis genere suo cadit in constantem virum, vt res ipsa per se patet: cum terribilium omnium terribilissimum sit. Et quòd definitio eadem principium petat inde liquet, quòd cum quæstio esset an metus aliquis matrimonij aut voti obligationē tolleret ob id quod cadens esset in constantem virum, facile pateret subterfugium dicenti talem metum in constantem virum non cecidisse, propterea quòd ob talem metum id fecit quod non debuit. Igitur descriptionem legitimam eiusmodi metus, vox nos ipsa docet. Metus enim ille est cadens in constantem virum, quem viri constantia secum patitur: scilicet quem stat virum constantem fine suæ fortitudinis vituperatione habere: ita vt non repugnet esse virum constantem, & sic metuere: nam vna pars fortitudinis est, timere vbi oportet. Sed est apprimè animaduertendum, quòd nullus metus quantumuis in virum constantissimum incidere solitus, à culpa transgressionis excusat diuinæ legis & naturalis. Vnde etsi mortis metus puellæ oblatus vt stuprum patiatur, verè sit cadens in constantem virum: quia fortissima id fœmina metuere posset: nihilominùs si ob talem metum consenturet stupro, non esset constans. At verò si eiusdem causa metus ieiunium frangeret ecclesiasticum, vel Missam die festo cessaret audire, non esset inconstans: quia huiusmodi leges ecclesiasticæ cum tanto rigore non obligant, vt illarum semper gratia mortem oppetamus. Non ergo ob id quòd quis metui succumbat, desinit esse cadens in constantem virum: quoniam tunc metus excusat vt succumbens non ideo faciat contra id quod debet. Tale ergo metuum genus est quod voti obligationem tollit. ¶ Haud tamen hic pacabitur lectoris solertia: sed quæret forte vlterius, vnde perpēdēdus est metus vt cadere cognoscatur in constantem virum, Vtrùm scilicet in indiuisibili is metus consistat, idemque sit vniuersis? Ad hoc ergo respondetur, Trinum esse caput vnde tale iudicium sumendum est. Primum scilicet ex parte obiecti, Timor enim mortis, quæ omnium est temporalium truculentissimum malum, cadere existimatur in constantem virum. At qui nomine mortis exilium quoque & perpetui carceres cōprehenduntur. Quin verò & insignis infamia quam homines formidare nihilo minùs quàm mortem assolent. Secundò id pensatur ex parte modi quo metus incutitur. Si enim fœmina tibi, vel puer, vel inermis homo mortem comminetur, metus ille non caderet in constantem virum. Sed tertiò (quod attente hic considerandum est) id etiam perpenditur ex parte subiecti. Etenim virorum iusta constantia non consistit in indiuisibili, sed suam habet latitudinem. Haud enim aut Thesei aut Herculis strenuitate pollēre omnes, aut debēt, aut possunt. Est nihilo minùs linea extra quam non esset constantia. Metus ergo qui secum illam compatitur constantiam, quæ intra illam includitur latitudinem, est cadens in constantem virum. Quòcirca metus qui fœminam excusaret, aut senem calore sanguinis iam destitutum, non excusaret virum alium. Vnde nomine viri intelligitur animi robur pro cuiusq; conditione. Ex quo fit, quòd si puella religionē ingreditur parentum metu, pro eius conditione atrocitate quia illam & vestibis & re nimium tractant asperè nisi in monasterium se permittat obtrudi, certè votum tali consensu emissum non teneret. Sibi ergo suisque liberis parentes consulant, vt eiusmodi rigorem cogendi remittant. Quo ergo tandem rem concludamus, metus leuis, puta remissior quàm qui cadit in constantem virū, nec voti obligationem impedit, nec eius trāsgressionem excusat. Quòd si arguas neque eiusmodi vota esse prorsus spontanea, cùm ratione metus fiant: Respondetur metum leuem in rebus spiritualibus, puta in voto & matrimonio non existimari metus nomine. De iure autem & foro ciuili nihil hic disputamus: sed ad leges & iudicia lectorem remittimus, quisnam metus cōtractum vitiet, quis verò minime.

Opinio Iuriscōsultorū.

Prima rō in proximā opinionem.

Secunda.

Quid metus cadens in virum constātem.

Solutio dubitationis & positæ.

Scrupulus.

Solutio.

Obiectio.

TErtium argumentum quod apud Diuū Thom. secundum habet locum, complures aperit dicendi materias. Prima est de illis quibus possibile non est votum implere: seu quòd citra suam culpam in tali sunt impossibilitate constituti: seu quòd sibi viam præcludunt seruandi promissum. Et primum membrum ad illum spectat qui religionem vouit, quam sibi refragantibus monachis profiteri non est possibile. De quo censet San. Thom. distinguendum esse. Aut enim eiusmodi hominis intentio fuit vouere religionem in genere & principaliter: licet ex peculiari deuotione hanc postmodū elegerit aut princeps eius propositum fuit se obligare ad hanc religionem vel ad hunc locum. Atqui priori casu tenetur ingressum illius monasterij bona fide & diligentia procurare. Quòd si illic nō admittatur, tenetur adire aliud: ac demum si ad illam religionem non pateat sibi aditus, tenetur aliam ac subinde aliam tentare, vt per se non stet, quo minùs habitum induat. Sinverò vouendi intentio non fuit nisi ad talem domum, vel ad talem religionem, inde vel repulsus vel exclusus non tenetur aliam adire: sed liber est à voto. ¶ In his ergo primùm pendendum est obiectum voti. Vouisti religionem in genere. Itaq; in obiecto voti non posuisti hanc vel illam: tunc licet magis in vnam sis quàm in aliam propensus, non tamē ad illam magis es obligatus quàm ad aliam. Si tamen in obiecto non solùm genus religionis, sed hanc expresè statuisti, illam debes prius aggredi, & inde repulsus alias adire. Igitur si votum tuum fuit, hanc singularem domum ingredi, forte in quo studium viget: & repulsam à monachis pateris, nullatenus aliā explorare teneris: etiam eiusdem ordinis, quā uis obseruatione præstantiorem: neque vllū in contrarium scrupulum tibi vllus injiciat: quia votum tuum non fuit emissum alio religionis intuitu quàm huius conuentus. Quare licet eadem vigeat in alio religio, nihil ad te. Pari iure si vouisti talem religionem, nēpe nostram, aut Diui Francisci, aut singulariter aliam: teneris quidem conuentus aliquot circumire, & si non admittaris, non teneris ad aliam. Si autē in genere vouisti religionē, tunc teneris alias tētare. ¶ Sed est dubiū vtrùm tenearis circumire omnes cōuentus & religiones. Apparet enim sic esse: nā postquàm votū emisisti quod ex omnibus pēdet, explorare oēs debes: à quibus votū tuum pendet. In contrariū facit, quòd tunc deberes orbem totum peragrare: quod quàm molestissimum onus esset. Item si in conuentibus bene institutis non esses receptus, deberes eum ingredi vbi religio iacet: quod tuæ saluti non esset tutum. Respondetur ergo primum quòd vnusquisliber suam cum primis debet intētionem consulere, qualisnam fuerit: nam si tantum fuit illis religionibus se addicere quæ sibi erāt circumstantes & notæ, non tenetur nisi easdem discurrere. Quin imò licet quis sic suam intentionem nō restrinxerit, sed absolutè vouerit religionem, nō tenetur regiones omnes peragrare: quoniam neque Galli vnquàm hac de causa ad nos permeārunt, neq; ex nostris vllus ad illos. Alias deberes etiam vtique ad Græciā & Insulas eandem ob causam oberrare. Enimuerò ius naturæ ipsum naturæ eiusdem spectē docet, vt eiusmodi vota intra regnum nostrum & linguam sint adimplenda. Equis enim voueret si ob id teneretur ignotas gentes inuisere? Quòd si instantius scisciteris, vtrùm omnes saltem cōuentus in regione propria circumire cogaris. Apparet enim id saltem ratio postulare: quandoquidem votum ex omnibus illis dependet. Respondetur, neque tam latè protendi obligationem: dum enim religioni te certæ deuouetis, tantum teneris illam bona fide adire. Haud tamen metaphysico, aut dialectico significatu sic tota est adeunda, vt vniuersi conuentus visitentur: sed morali modo. Ille enim sic dicitur totam religionem explorasse, qui bonā partem circumiit: nēpe si quinque aut paulò plures conuentus arbitrat. Nam licet ex paucis iudicium cæterorum venari. ¶ Ex his quæ dicta sunt palàm sequitur illum qui aliquod habet impedimentū religionis quod vel quādo vouit non considerauit, vel post votum siue extra culpam siue sua culpa incurrit, liberū fieri ab eiusmodi voti obligatione: quoniā ad impossibile nemo iure cogitur. Vt si fortè eā religionem peculiariter vouisti vbi neophyti non admittantur: cùm id primùm resciueris, neque illam neque aliam ingredi teneris. Idem si morbo laboras perpetuo, aut alij perpetuo impedimento subiectus es, quorum causa te iura repellunt, tutus es in conscientia: neq; vlla eges dispensatione. Secùs si impedi-

Responsi

Scrupulus

Solutio.

Deductio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimenta non sint nisi temporalia: vt si laboras quartana febre, illa abeunte teneris. Vbi axioma illud Theologũ, cuius sanctus Thomas. 4. distinct. 38. articu. 3. meminit, memoriæ mandandum est: nempe, quicquid faciendum votum impediret si præsens esset, etiam emisso voto obligationem auferre. Verunta men nè quempiam decipiat, ad obligationẽ voti referendum est, non ad impedimentum voluntatis vouentis. Exẽpli gratia. Ille morbus, qui si dum vouebas, adesset, obligationem impediret, aduenies post votum, eiusdem obligationẽ tollit. Attamen licèt emisso voto aliquid difficultatis experiaris, quam si prænosses non vouisses, non ideo voti obligatio cessat. Aliàs omnia dirimerentur matrimonia, omniaque expoliarentur religiosorũm clauſtra. ¶ Quid autem si repelleris quia nescis grammaticam: aut nescis officiũ aliud vt recipiaris inter professos laicos, an te nearis grammaticam discere, aut aliud officium? Ad hoc non est simpliciter respondendum, sed cum discretione. Enimuerò dum quis votum edidit religionis proponens illius esse ordinis qui sacris initiantur, bona tamen fide arbitrabatur non requiri Latinè scire: si id posteà ab illo requiratur, re vera non apparet obligatus Grammaticam discere: neque tenetur ad ordinem laicorum intrare: quonsam sua ignorantia videtur hominem excusare. Ac perinde si religionem vouit laicorum, non tenetur aliquod discere opificiũ scitu difficile: quia putabat non esse necessarium. Quando verò quis communi lege religionem vouit, tunc arbitror teneri Grammaticam discere: si modò facultas suppetit: quia sciebat id esse necessarium: vel tenetur intrare vt laicorum ordini deputetur. ¶ Dubium autem egregium supereſt, Vtrum repulsam passus aut à religione exclusus tenea tur religionis regulam inquantum possit seruare, ac munera religionis implere. Dixerim repulsus aut exclusus. Nam repulsus est qui non admittitur: exclusus autem qui ob incorrigibilitatem habitum exutus pellitur. Neque idem est vtriulque iudicium. De priori ergo prius disputemus. Et loquimur de illo qui bona fide procurauit religionem profiteri: minimè verò potuit. De quo pro parte affirmatiua, scilicet quòd nihilo minus ad id quod potest obstrictus maneat, arguitur. Puella quæ votum emisit virginitatis, si posteà illum florem sua amiserit culpa, debet nihilo minùs perpetuam seruare continẽtiam: vti hic sanctus Thomas & consentienter Doctores asserunt: in voto autem religionis perinde ac in voto virginitatis includitur castitas: ergo qui religionem vouit, licèt repellatur, tenetur perpetuam seruare continẽtiam: atque adeò petere saltem debitum non potest. ¶ Secundò. Si quis voueat pauperibus decem erogare, aut Aduentus ieiunia sustinere: non autem totum persoluere queat, tenetur quantum potest: ergo idem est ius de ijs qui religionem vouerunt. ¶ Tertiò. Dũ quis votum solenniter confirmat, tenetur ad omnia officia & munera quæ in eãdem sunt religione constituta: votum autem simplex habet pro obiecto votum solenne: nam qui simpliciter vouet, tenetur iuridico tempore votum solennitate stabilire: ergo pariter tenetur eadem religionis officia inquãtum valuerit exhibere ac soluere. ¶ Quartò. Accedunt & textus de conuers. coniugatorum, canon. Quidam. & cano. Placet, in quibus eadem sententia definitur. Casus enim prioris capituli est quòd quidam inuita vxore religionem ingressus, ac subinde ea ipsum repetente in sæculum reuocatus, post eiusdem vxoris mortem cogitabat ad secundas se trãsferre nuptias. Alexander autem tertius de eãdem re consultus, licèt eum non rursus in clauſtra religionis coẽgerit, inhibuit tamen ne secundam vxorem duceret. Idem decidi tur in secundo cap. de muliere quæ putans maritum obijsse vitam monasterium ingressa est: atque inde posteà à coniuge extracta, orbata posteà viro, tentauit secundò nubere, & tamen prohibita est. ¶ His nihilo seciùs non obstantibus sub distinctione respondetur, quòd si qui religionem vouit continentiam in suo proposito expresit, tenetur in sæculo permanens idem seruare: si verò nihil aliud quàm religionem vouit ad quam non recipitur eousque liber est, vt nihil in sæculo teneatur religionis præstare. Probatur. Si huiusmodi persona, vel ad castitatem teneretur, vel ad aliud religionis munus, aut hoc esset virtute eiusdem voti, aut quia repulsam passus impossibilis ei fit ingressus: neutrum istorum: ergo. Probatur minor. Si enim teneretur ratione voti, illa obligatio statim à tempore eiusdem emissi inciperet: hoc autem vsus ipse falsissimum ostendit. Ecquis enim astruat vt qui votum simplex Carthusiensium suscepit, illicò perstringatur & Psalmos recitare, & à carnibus abstinere. Quòd autem ratione repulsæ teneatur, multo est improbabilius. Nam illa repulsa non fuit in eius potestate. Quare neque ipsum nouo

Dubiũ egregium.

Primum argumentum, partis affirmatiuæ.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Solutio ad primum.

Probatio.

nodo vinculo irretiuit: nullo ergò pacto tenetur in sæculo vllũ religionis munus soluere. ¶ Secundò id arguitur, vt legitima causa patefiat. Nemo virtute voti obligatur nisi ad id quod est propriũ eius obiectũ: illius autẽ qui religionem simpliciter vouit proposita fuit tantùm religio: ergo ad id tantùm tenetur: quod si soluere nõ potest, immunis à voto sit. At verò contrarius forcè insurgis: Qui obligatur ad aliquid, sumi & ad id obligatur quod inde subsequitur: cùm ergo ex religione subsequãtur religionis instituta, is qui religionẽ simpliciter vouit, cuncta alia in virtute vouit. Hoc aũt argumentũ non solùm nõ est contrarium, verum & fauet sententiæ nostræ. Etenim qui statum aliquem pollicetur assumere, non se obligat ad leges illius status quousque statum illum re vera assumat: quia non exprimit in suo voto obligationem ad peculares leges illius status. Cùm ergo religio, status quidam sit, licèt illum fueris assumere pollicitus, quousque illum assumas, non teneris ad eius leges: quippe quæ non obligant nisi eiusdem status professores: vtpote qui ad illas se expresè obligârunt. Exẽplum est in Christianismo. Vniuersi enim mortales Christianismum suscipere tenentur: & tamen quousque per baptismum illum profiteantur, non tenentur ad leges nostrorum sacramentorum, neque ad alias nobis peculiares quæ non sunt de iure naturæ. Eôdem itidem pertinet illius exemplum qui emisit votũ suscipiendi sacros ordines: haud enim tenetur ecclesiasticos psalmos recitare antequàm sacris initietur, atque adeò neque castitatem seruare nisi quatenùs diuina lege prohibetur. Idem ergo est de illo qui religionis simplex votum fecit. Potest enim mutuum ius non solùm coniugi reddere, verum & sibi vicissim petere. ¶ Et per hoc solui tur argumentum superiùs obiectum. Haud enim valet consequentia. Votum solenne obligat ad singularia religionis statuta: & illud est obiectum voti simplicis: ergo & simplex ad eadem obligat. Nam votũ solenne est completiuũ, quod aiunt: nempe statutas professio quo quisq; expresè dicit vouere obedientiã, castitatem, & paupertatẽ & leges obligant professos: simplex autẽ nõ obligat nisi vt statũ suscipias. Ac perinde respondetur ad illos canones suprà citatos de conuersione coniugatorũ. Illi nanq; vota solenniter ediderant promittendo explicitè castitatẽ: & ideo inquantum se inuito coniuge potuerũt obligare, astricti erant. Potuerunt aũt se obligare vouendo coniugale vsum petere: & idcircò prohibiti sunt ad secundas transire nuptias. Sed quia quantũ ad alia votũ nõ tenebat, nõ sunt, defunctis coniugibus, in religionẽ reuocati. ¶ De alio autẽ argumento, nempe de illo qui multũ vouit, qui perinde si totũ non valet, debet soluere partẽ, nullũ ad rem affertur exemplũ: quòniã qui vouit totum, formaliter vouit partem. At verò de illa quæ suam virginitatẽ Deo dedicauit, distinguendum est. Bifariàm enim vouere quis potest virginitatẽ: vno modo ad ipsam propriè respiciens: ita vt sua non fuerit intentio nisi à prima Venere abstinere: nam vsu hoc venire solet. Et tunc illa perdita non tenetur amplius ad castitatem: quia suũ penitus propositum non fuit nisi vt carnis integritatem custodiret. Si autem simpliciter & absque vllo moderamine votum emisit virginitatis, tum illa etiam corrupta nihilo minus tenetur ad castitatem: quia votũ eiusmodi est simpliciter negatiuũ: puta virũ non cognoscere. Quare quoties illũ experitur, votũ violat. Ob idque nullũ inde exemplũ ad illum deducitur qui religionem vouit. ¶ Quòd si hîc obiteriscis, vtrùm illa quæ vouit non nubere, teneatur subinde ad votũ castitatis: vt quoties fornicetur dupliciter peccet: apparet enim inde sic esse, quo ideo mulier non nubet vt castè viuat. Respõdetur nihilo minùs ejusmodi votũ ex sua naturâ, nisi aliud exprimatur, nõ obligare ad castitatẽ. Est enim castitatis materia duplex. Altera quæ opponitur luxuriæ. Et hæc est cõmunis materia præcepti & voti: ad quã idcircò se obligat qui religionẽ profitetur. Altera verò est supererogationis quę est propriè materia voti: vt pote à toro coniugali abstinere. Et quę tantùm vouet nõ nubere, ad hanc solã se obligat: scilicet nõ opponere religioni obstaculũ. Quapropter si fornicetur, simplici flagitio delinquit. ¶ Quid aũt si eo proposito nõ nubere vouet, vt licentiùs scortaretur? Respõdetur votũ hoc nullatenùs esse obligatoriũ: eò quòd est de re mala: obiectum enim tunc quod est nõ nubere, refertur in malũ finem: atq; adeò vitiatur. Eapropter neque nubendo neq; fornicando transgreditur illa votũ. ¶ Hactenùs de illo dissertum est qui citra suam culpam impossibilitatem incurrit implendi votum. Sequitur ergo vt de illo dicamus qui sua spõte illud fecit impossibile. Vtrum videlicet qui post emissum simplex religionis votum vxorem duxit, teneatur: inquantum potest castitatẽ seruare: puta debitum non exigere.

Ad secundum argumentũ.

Ad primũ.

Solutio ad secundum.

Scrupulus.

Solutio.

Quæstio.

Quæstio altera.

Vide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio partis affirmatiuæ.

Videtur enim hæc ratio id persuadere, Nemini sua culpa suffragari debet, neq; suus patrocinari dolus: huiusmodi autem homo sua culpa viam occlusit implēdo votū, ac perinde in eius fraudem vxorem sibi associauit: manet ergo inquantū potest ligatus. Atque hanc opinionem propter hanc rationem amplexātur

Syluester.

Iurisconsulti. Vnde Sylu. in verbo, votū. 2. §. 1. cum cæteris. Summista ait eiusmodi personam impedire à complemento voti, quia ad debitum reddendum tenetur, quasi compertū habens, nō posse petere. Nihilominus contraria sententia, nempè quod possit etiam petere, amplectenda est: quam hoc loco Caietanus

Solutio quæstionis.

merito statuit: quandoquidē ratio proxime facta eisdem viribus de vtroque militet, scilicet tua culpam sequex culpa impossibile feceris votum religionis implere, Tenebatur enim ille duntaxat vt præmissimus statum illum suscipere: qui penitus fuit sui voti obiectū. Nā cùm statuta religionis solos professos præstringant, ad illa non tenetur quòad illa fuerit ex professo professus. Idque iam insuper sic confirmatur. Religio tribus votis constat: scilicet obedientiæ, paupertatis, & castitatis: qui autem simpliciter vouet, illa non explicat: sicuti qui vouet solēniter. Quare ad illa nōdum tenetur. Quis enim teaudiat si asseueraueris q̄ qui religionem diui Francisci vouit postquàm rei vxoriæ mancipatus est, teneatur bonorū dominiū & possessionem abdicare? teneaturq; ad ieiunia & alia obediētiæ munera quæ in seculo præstare potest? Si ergo ad alia duo non tenetur, fit vt neque ad votum castitatis. ¶ Ex hac autem definitione alia emergit dubitatio, vtrūm scilicet qui nō modo religionis ingressum vouit, verum & perseuerantiam vsque ad mortem, citra solennitatem tamen: & nihilominùs suapte sponte matrimonij se nodo implicuit, ad aliquid præ illo teneatur qui nō nisi ingressum vouit. Et

Dubitatio altera.

Ratio dubitandi.

ratio dubitandi est quòd iste formaliter vouit suum votum solennitate firmare: & ideo apparet ad castitatem sibi possibilem teneri: scilicet vt vxorium debitum ei petere non liceat. Caietanus de hac re multa insimit verba, iudicio meo superuacanea. Fateor enim me non percipere quidnam nouę obligationis votum perseuerantiæ voto religionis accumulet. Triplici enim forma fieri votū simplex potest religionis. Vno modo vt quis vouerit tantum ingredi: non quidem animo perseuerandi aut solenniter profitendi, sed statim exeundi. Sit hoc arbitror esse vanum, vti ait Paludanus. 4. distin. 38. q. 4. Nam etsi obtendatur id fieri gratia tantùm verecundiæ, nihil ad religionem hoc refert. Secundo modo vt in obiecto voti ponatur perseuerantia & solennis professio. Et tertio vt simpliciter vouetur religio. Et censeo secundum votum nihil tertio adhibere vinculi. Nam qui religionem absolutè vouit, votum illud secundū iura emittit, tam diuina quàm humana: cùm ea mens nostri sit diuinum est vt vouerat ea intentione vt vere efficiatur religiosus: atque adeò vt petere uerit vsque ad mortē: iura autem ecclesiastica tempus indulgent probationis, vt si experimento bona fide didicerit non sibi religionem congruere, non suscipiat quòd fere nequeunt. Quapropter tū terque quaterq; vouendo addas perseuerare, semper intelligitur, nisi tempore probationis experientia te aliud admonuerit. Atque adeò post tale emissum votum, seu ad professionem sine tua culpa non admittaris, seu tua sponte matrimonium contraxeris, non arctius in seculo restas obligatus quàm si simplex emisisses religionis votum. Et ad argumentum in contrarium respōdetur, quòd quāuis voueris perseuerare seu religionem profiteri, non te obligas nisi ad profitendum secundùm iura. Et ideo quotiesque fueris professus, neque ad castitatem teneris, neq; ad alia statuta. ¶ Superest hic demū de illo dicere qui post solenne votum, ceu incorrigibilis à monasterio pellitur, vtrūm tutus maneat in conscientia, postquàm vi expulsus est, & abiectus. Respondetur quòd quandiu per ipsum steterit quo minùs recipiatur, non est tutus, sed tenetur emendare sese, & viam rede re: quoniam cùm ex culpa fuerit excluſus, quandiu in illa perseuerauerit versabitur in periculo. Si autem correcta vita ad claustra rediens non admittatur, tutus manet in seculo. Quòd si scisciteris an teneatur in seculo religiosus vota seruare: Respondetur. A voto quidem obedientiæ absolutus manet: postquā prælatus eam reiecit: ac subinde à voto paupertatis: quandoquidem conuentus eum non alit. Ac perinde à persoluēdo officio diuino, nisi fuerit in sacris, atq; à ieiunijs & alijs annexis religioni: siquidem illorum non fecit votum expressum, neque ad illa tenebatur nisi ratione religionis à qua expellitur. Sed tamen à voto castitatis non eximitur: eò quòd expresse illud emisit, nec prælatus potuit ab eo illum liberare. ¶ Quid autem si ante indutum habitum vouerat religionem in genere, vtrum sic excluſus ab hac religione teneatur ad aliam correctus transmigrare? Re vera ratio id videtur conuincere. Nam sicut ille qui nō huc admittitur, tenetur aliam religionem explorare: ita ille teneri videtur, qui post professionem expellitur. Et ita libentiùs censerem. Quanuis forsan dici posset quod per votum solenne huius religionis cessauit illud simplex generale: & ideo si huc posteà non recipitur, liber ille est prorsus. Sed tamen prior sententia mihi probabilior est.

Dubitatio excludit à monasterio propter incorrigibilitatem.

Solutio.

IN solutione ad quartum summouetur dubium de tempore adimplendi voti. Ad quod tanctus Thomas solùm respondet q̄p qui se obligare proposuit vt omni procul mora illud implerer, tenetur statim: qui verò ad certum tempus vel sub certa conditione id proposuit, tenetur tunc. Veruntamen si exactius responsum desideras, sic accipito. Trifariàm quis potest votum ædere: scilicet aut tempus constituendo, aut conditionem supponendo, aut simpliciter absque vllo addimento. Et quidem primū membrum sub distinguendum est. Nam si vouisti certo tēpore quicquam facere, idque temporis illius intuitus, ex deuotione scilicet illius: vt cùm vouisti ieiunare in vigilia Corporis Christi, vel Adnētum, teneris tunc temporis sub pœna mortalis culpæ: quòd si tunc non exolueris, non teneris alio tempore ieiunium supplere: eò quòd animus tuus ad illud fuit tempus propensus. Perinde enim tunc censendū de voto est, atque de lege, quæ singulariter quadragesimale ieiunium iubet. Si verò adiectio illius temporis non fuerit propter eius affectionem, sed vt principali voto limen poneres, tunc teneris quidem illo tempore: sed nihilo minùs illo transacto obligatio non aboletur, quin alio tenearis. Vt si vouisti religionem intra annum ingredi, debēto tibi dabitur nisi illo anno promissum reddas Domino Deo tuo: & nihilo minùs illo præterito eandem teneris suscipere religionem. Res est clara. ¶ Conditionale autem votum nō vno sed duobus fit modis. Est enim alterum sincerè conditionale: alterum verò pœnale. Conditionale est quotiescunque homo ad rem aliquam affectus est: sed quia impedimētum sibi obstat vel facultas non suppetit, vouet sub conditione. Vt si voueas post mortem matris quæ tibi erat impedimento religionem intrare: aut post mortem patris suppetentibus tibi numis peregrinari: aut si tibi tale Deus beneficium contulerit, orphanam dotare. Pœnale autem est quando non eras tali rei affectus, neque tibi erat cordi: imò quia exosa est & inuisa tibi, adigis te voto in illam crucem si in re tibi fortè aliqua peccare contigerit. Vt cùm voues si luseris, aut si adulterium feceris religionem ingredi. Hoc enim licet formam habeat conditionalis voti, est tamen pœnale: quoniam directè votum nō est religionis: sed non ludendi aut non adulterandi: pœnam enim adiecisti vt vel caueres, vel post factum, teipsum castiga res. Ea propter inter hæc vota vna est compertissima differentia: & vna item aperta cōuenientia: sed vna restat controuersia. Differentia inquam est quod ante positam conditionem quādo votum est religionis aliúdve ex tribus Pontifici Maximo reseruatis, super purè conditionali non potest nisi per ipsum Pontificem vel per Concilium dispensari. In pœnali autem potest per episcopum. Ratio est, quòd in priori illud quò directè fertur votum, est religio: votum autem pœnale non rectè fertur, vt premisimus, nisi in illud proximum obiectum: quod est non ludere, aut non adulterari. Quare qui in illa dispensari potest, valet etiam in pœnam ex transuerso appositam, quantunuis sit religionis. Conuenientia verò est quòd vtrunque posita conditione obligat: neque de hoc vllo pacto controuertitur. Quod ergo sub iudice restat est, vtrum posita conditione pœnale votum nequeat nisi à summo Pontifice dispensationē susc ipere: perinde atque aliud conditionale. De quo quæstione. 4. sub titulo dispensationis, arti. 3. dicturi sumus. Videtur enim eodem modo esse indispensabile: quando quidem virtute voti obligatio iam tunc religionis exorta est. ¶ Ad quintum facilè respondetur. In primis neminem posse alium suo voto obligare: neu filium, neu seruum, neu aliter subditum: quoniam votum est religionis actus qua quis suam propriā offert Deo voluntatē. Quare si vouisti filiū alicui templo offerre, teneris illum ducere: ille aūt solùm tibi filiali obedictia tenetur parēre: nullatenùs tamen ex vi religionis. Rursus, qui per se votū implere non potest, si personale est, nullatenùs id tenetur præstare per aliū: tum quod in voto semper intelligitur possibilitatis conditio: tum quòd personale votum fit propter propriam macerationem aut afflictionē corporis, aut ad excitandam deuotionem, vt patet in voto ieiunij, aut peregrinationis. Hæc autem nemo per alium assequitur. Secùs si non est votum mere personale: vt si in subsidiū belli Hierosolymitani personam vnā vouisti, et tu nōpotes, debes aliā mittere. Rursus si vouisti monasterū ædificare aut virginem dotare,

Differentia inter votum cōditionale & pœnale quātū ad dispēsabilitatē.

Ad quintum principale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotare, quod viuens non perfolnisti, tenetur hæres tuus si bona illi relinquis, vti ait Paludanus. 4. distinct. 38. quæstio. 3. Pro quo facit. l. 2. ff. de pollicita.

Paludanus

ARTICVLVS. II.

Vtrùm vtile sit expediensq; vouere.

Primũ argumentũ à parte negatiua.

POST virtutem voti obligãdi sequitur de alia quæ est eius vtilitas. Vtrum scilicet aliquid nobis emolumenti afferat. Et arguitur à parte negatiua. Nemini expedit priuare se optimo bono, quale est libertas. Hæc enim homines cæteris animantibus præstamus: quare nullo est auro æstimabilis: hac autem homo per voti necessitatem nudatur: ergo vouere non est expediens. ¶ Secundò. Nemini consilium est periculis sese obijcere: qui autem vouit, periculo exponitur extra quod erat. Vnde Aug. in epistola ad Armentar. & Paul. Quia iã, inquit, vouisti, iam te obstrinxisti. Aliud facere tibi non licet. Nõ talis eris si non feceris quod vouisti, qualis manssisses si nihil tale vouisses. Minor tunc esses, nõ peior. Modò autem tanto (quod absit) miserior si fidem Deo fregeris, quanto beatior si persoluueris. ¶ Tertiò arguitur. Consiliũ est Pauli. 1. ad Corinth. 4. vt imitatores eius simus, sicut ipse est Christi: Christus autẽ nullibi legitur aliquid vouisse, neq; Apostolorũ vllus: ergo nihil in vouendo emolumenti inest. ¶ In contrarium autem est Psalm. ille, Vouete & reddite domino Deo vestro.

Argumen. 1

Augustinus

Argumen. 2 Paulus.

Conclusio responsiua.

AD quæstionẽ hanc vnica eademq; compertissima conclusione respondetur. Vouere vtile quidem est: nõ tamen Deo, sed nobis. Probatur. Alia ratione homini quidpiam promittitur quàm Deo: homini enim aliquid promittimus, quòd nõ solùm beneficium conferre, vtile illi est, verùm & ipsum ei polliceri. Nam sicuti re ipsa collata iuuatur, sic & promissione fit certior futuri beneficij, vnde spem generat quam pro alio beneficio ducit. Quapropter non solùm conferenti, verùm promittenti gratiæ exhibentur. Deo autem vt nihil inde cõmodi accrescit, quòd aliquid ei cõferimus, eò quòd nostrorum bonorum nõ indiget: ita neq; vtile est, vt ei aliquid polliceamur. Scit enim oculatius q̃ nos quidnã ei simus exhibituri. At verò vtrunque nobis vtile est: nam per hoc q̃ ei aliquid exhibem⁹, nobis ipsis augemus præmia, ei verò tantùm extensior fit gloria. Vnde Augustin. in eadem epistola, Benignus exactor est, & nõ egenus: & qui non crescat ex redditis, sed qui in se faciat crescere redditores: nã quod ei redditur, reddenti additur. Inde autem quòd illi quidpiam pollicemur, hoc nobis accrescit lucri, q̃ voluntatem nostram in bonũ figimus & firmamus, vt mutare iure nequeamus animũ. Est ergo ex re, non quidem sua, sed nostra, vouere. ¶ Corollarium conclusionis huius est, salutare esse alijs consulere vt voueant. Attamen tam conclusio quàm corollarium intelligitur in genere & ex obiecto: nã speciatim non singulis est semper cõmodũ. Quod quidem non ex nãtura & qualitate voti descendit, sed ex imbecillitate & defectu personarũ: nempè quia sibi non sunt constantes vt voti arduitatem euincere valeant.

Augustinus

Corollariũ

Motiuum Lutheri

Lutherus

Solutio Fit Ingoldstadij ex dicti Thomæ

Fit Ingoldstadij ex dicti Thomæ

IGitur inter catholicos adeò res hæc euidens est, vt nisi cum hæreticis nulla nobis pugna reliqua fiat. Est ergo primum suprà dictum argumentum, quo hæretici, vt nouissimè Lutherus in impio suo libro De votis monastic. contendunt, pernicioſum esse vouere: tantum abest vt sit vtile. Verba sunt Lutheri in eodem libro. Et paulò post: Votũ, inquit, castitatis & totius monasticæ, si pium est, debet necessariò secum inuoluere libertatẽ rursus omittẽdi. Et potest hęc hæresis fucari ex verbis Christi: qui potest capere capiat. Si vis perfectus esse. Et ex illo Pauli, Præceptũ Domini non habeo: consilium autem do. Et ratio, inquit, est: qa priuamus nos libertate qua iusti debent seruire Deo, & non sicut mancipia. Et inde scripsit alium nefarium librũ de Captiuitate Babylo. sic enim appellat Ecclesiasticas traditiones. Respondet ergo S. Tho. quòd sicut non posse peccare non diminuit libertatem, ita neque necessitas firmatæ volũtatis in bonũ: qualis est necessitas voti. ¶ Ad huius autem liquidiorem intelligentiam notandum est, duplicem esse necessitatem agendi: alteram quidem naturalem: qualis est in brutis animantibus & in rebus inanimis. Et hæc prorsus tollit rationem laudis & meriti. Altera est necessitas obligationis. Et hæc non tollit meritum, sed auget. Aliàs inconsultè atque in nostram perniciem nos Deus legibus obligasset. Quòd si altissimam rei huius rationem desideras, ex fine libertatis tibi liceat pendere. Enimuerò etsi libertas nostra, naturalis nobis sit, tamen autor ipse naturę Deus in hoc nos atq; angelos liberos creauit vt opera nostra digna essent laude, & præmijs meritis

rita apud ipsum. Opera enim nattumsia, vt modò dicebamus, merita esse nequeũt. Ad hoc igitur nostram condidit libertatem, vt cùm maiora facere possimus, facientes bonum mereamur vitam æternam: quàm si nobis absque vllis prorsus meritis neq; nostris neq; Christi cõtulisset, flore illo accidentario gloriæ catuisset, quod est mereri quod habes. Nam prestantius est mereri quod non habes, q̃d habere quod non mereris. Vbi ergo libertas nostra in bonũ figitur, vt non peccet nihil libertatis perdit: quia figitur in id ad quod creata est. Quapropter neq; Apostolorum voluntas in bonum confirmata vllam perdidit libertatem: ac multò minùs beati: longeq; minimè Christus: qui licèt ad vtrumlibet habuerit libertatem, non tamen ad id quod málum est in sensu composito. Vnde Augustin. in eâdem ipsa epistola: Fœlix, inquit, necessitas quæ in meliora compellit. Vnde illę autoritates suprà citatæ, quibus Christus ostẽditur liberam reliquisse familiam suam ad consiliorum opera, perperàm ab hæreticis intelliguntur: quasi nos prohibuerit nè voto nos ad illa cõsecraremus. Legitim⁹ enim sensus est, quod noluit nos illorum præceptionibus deuincire. Qui tamẽ voto se voluerit ad illa præstringere, hoc ipsum consilium est salutiferrimũ. Alioqui nullus esset monachorum status, si cuilibet pro libito fas esset abire: sed hoc ipsum est quod ipsi moliuntur. ¶ Aliquem tamẽ tibi fortè scrupulum verba sancti Thomæ injicient, quibus comparat necessitatem voti illi quæ est non posse peccare: cùm tamẽ votũ de opere supererogationis sit cuius contrarium non est peccatum. Respõdetur tamen nõ eo illa quidem verba retulisse vt affirmaret votum esse firmitatẽ non peccandi: sed vsus est similitudine, quòd sicut stabilitas non peccãdi in Apostolis & beatis nõ minuit libertatem, ita neque firmitas faciendi opus cõsilij quod est multus de maiori bono. ¶ Ad secundum respondetur per distinctionem. Duplex enim est periculum: alterum quod ex ipso facto nascitur: cui quidem te obijcere nõ est consilium. Vt cùm quis se ponti cõmittit ruinam minanti, aut inter cornua se proijcit trucis tauri. Sed alterum est periculum non quidem ex facto ortum, sed ex hominis fragilitate & languore. Et huic se hominẽ gratia melioris boni offerre, non solùm nõ est semper temerarium, verùm & nonnunquam expediens: vt equum ascendere vt expeditiùs iter absoluas: licet ob segnitiem tuam possis inde cadere. Item neq; est temerarium periculis te cõmittere quæ ex euentu solent euenire. Ait enim Sapiens Eccles. 11. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet: periculum autem voti nõ est prioris generis sed posterioris, puta q̃ vir constans & strenuus superare potest. Vnde in eâdẽ epistola Augustin. Nõ te, inquit, vouisse pœniteat: imò gaude iam tibi non licére quod cum tuo detrimento licuisset. ¶ Ad tertium respondetur quod Christo nulla ratione vouere cõgruebat: tum quòd Deus erat: tum quòd inquantum homo constantissimam habebat voluntatem in bono, ceu compręhẽsor existens. Vnde illud Psal. Vota mea reddam in conspectu timentium eum: non de sua ipsius persona, sed de corpore, quod est Ecclesia, intelligitur. Apostoli verò vota paupertatis & reliqua susceperunt, vt Matth. 19. colligitur: vbi ait Petrus, Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? De quo latiùs quæst. 3. &. 6.

Augustinus

Ad tertium argumentũ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm votum sit actus latriæ siue religionis.

Primum argumentum.

CVM in quæstione hac de voti virtute sermo versetur, quæritur cuiusnam sit virtutis officium. Et arguitur primò q̃ nullius sit specialis opus. Omne opus cuiusq; virtutis, vt suprà dictum est, potest esse votiuum materia: eiusdem autem virtutis esse videtur promittere, & facere: ergo cuiuscunque virtutis est suũ vouere opus, atq; adeò nõ est specialis virtus.

Argumen. 2 Cicero.

¶ Secundo. Illa est solùm religionis virtus, vt in de Offic. autor est Tullius, qua cultum Deo ceremoniarumq; offerimus: qui autem vouit nõdum aliquid Deo vouet, sed tãtùm promittit: ergo non est religionis actus. ¶ Tertiò. Religionis cultus soli deo exhibẽdus est, cui latria debetur: votum autem non solùm Deo, verùm & sanctis fit, imò & prælatis quibus religionẽ professuri obediẽtiam promittunt: ergo votũ non est religionis actus. ¶ In contarium est illud Isai. 19. Colẽt eum in hostijs & muneribus, & vota vouebunt Domino & soluent. Vbi colere, quod est religionis, per id explicat quod est vouere.

Argumen. 3

AD intellectũ quæstionis huius notãdum est, actum quemlibet studiosum bifariam esse posse alicuius virtutis. Videlicet & elicitus, & imperatus: ille enim actus elicitur à virtute

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui èst obiectum formalis eiusdem virtutis. Sic enim credere est actus elicit⁹ fidei, & restituere alienũ actus elicitus iustitiæ. Instar actuum potẽtiarũ. Visio enim elicitur à visu: quia est sensatio coloris. Ille autẽ actus imperat à virtute, qui elicitur per imperium illius mouentis aliã virtutem propter suum finem: vt ieiunium quod elicitur à temperantia, tunc imperatur à charitate, quando mouetur homo ad ieiunandum, non solùm quia actus est tẽperantiæ, sed propter amorem Dei. Sicuti & in vitijs: Dum quis furatur propter mœchiam, furtum quod elicitur ab iniustitia, imperatur à luxuria. Dum ergo quæritur de aliquo officio cuiusnam virtutis sit, nõ inuestigatur cuius imperio fiat. Nam à multis potest imperari: sed cuiusnam sit actus elicitus. Et hoc est quod de voto in præsentiarum percontamur. Ad quod vnica conclusione respondetur. Vouere est actus elicitus religionis, tanq; dei cultus. Probatur. Votũ est ordinatio quædam & oblatio eorũ quæ homo vouet in obsequium cultumq; diuinum. Hoc enim sonat ipsum quod est Deo promittere: ordinare autem & offerre quodcunq; opus in Dei cultum, est actus religionis: ergo eiusdem virtutis est vouere. Monstratur minor. Opus cuiuscũq; virtutis Deo potest ceu sacrificium offerri: vt ieiunij, eleemosynæ erogatio, & qui cunq; actus, seu fortitudinis seu tẽperãtiæ, &c. Huiusmodi autem ordinatio & obligatio non tribuuntur ipsis virtutibus imperatis, à quibus illi actus eliciuntur, sed virtuti imperãti: qualis est religio: ergo vouere est actus elicitus religionis. ¶ Vna autem tibi forsan dubitatiũcula exoritur. Quòd cùm ordinare & referre aliquid in Deum non soli religionis virtuti, verùm & charitati, eidemq; præcipuè competat, non magis inde colligatur, vouere esse actum religionis, quàm charitatis. Respõdetur autem hoc non inferri ex eo q̃ vouere sit ordinare & referre aliquid in Deum: sed ex hoc prorsus q̃ sit aliquid offerre Deo ad ei⁹ reuerentiã & cultum. Itaq; prima differentia est, quòd charitas refert opera in Deum tanquàm in finem. Ieiunamus enim, oramus, &c. propter Deũ, quæ quidẽ præpositio, finem designat. Sed tamen vouemus eadem opera Deo, vbi Deũ non exprimimus sub forma finis, sed sub forma illius cui aliquid offerimus. Itaq; Deus ponitur in obiecto religionis, sicuti in obiecto fidei. Secũdum discrimen est, q̃ charitas habet Deũ pro obiecto tãquàm rem amatã: id est cui bonum in cõmun, volumus, & nolumus malũ: religio autem tanquàm id cui reuerenur & obsequimur, nos nostraq; illi cultu offerentes: votum ergo non solùm ordinatum in Deum, sed in reuerentiam eius & in cultum.

Conclusio responsiua.

Ratio cõclusionis.

Dubitatiuncula.

Solutio.

PRiumu igitur argumentũ veritatẽ conclusionis apertiorem facit. Respondetur enim q̃ etsi id quod cadit sub voto tãquam eius materiã, vt ieiunare, & seruare continentiã, sint actus eliciti aliarum virtutũ: tamẽ illorum votũ non elicitur nisi à religione. Contingit tamen nonnunquã vt non solùm votum, verum & actus ipsi deuoti eliciãtur à religione: vt cùm voues orare, & sacrificare. Nam orare est actus religionis. Itaq; quãdoq; votum est actus religionis solùm ratione formæ, quia ipsa promissio elicitur à religione: quandoq; verò ratione formæ & materiæ, scilicet quando actus ipsi promissi abeãdẽ eliciũtur virtute. ¶ Ex hinc autem dubitandi ratio, vtrùm vlla sit voti trãsgressio quæ duas includat culpas: alteram scilicet contra specialẽ virtutem à qua elicitur, atq; alteram contra religionem, per quã Deo offertur. Exẽpli gratia. Vouisti ieiunare, vtrùm non ieiunans & cõtra continentiã delinquas, & cõtra religionẽ? Item vouisti Deo vt obedires prælato, vtrùm & virtutẽ obediẽtiæ violes quæ est iustitiæ, & rursus voti religionem? Est enim argumentum, esse peccatum duplum: eò q̃, vt antè prædiximus, votum est quædam particularis lex quam sibi vouens præscribit: lex autem quicquid præcipit constituit in aliquo virtutis genere: vt dum præcipit quadragesimã ieiunare, constituit illum actum in genere abstinentiæ. Sicuti & lex diuina præcipiens coniugibus non se inuicem defraudare, constituit illũ vsum in genere continentiæ: ergo & ieiunium vouẽs cõstituit illud in eodem virtutis genere. Et præterea in genere religionis: quare eius trãsgressio geminum erit delictum. ¶ In cõtrarium autem est q̃ communi iudicio non censetur nisi vnicum peccatum cõtra votum. ¶ Ad hoc respondetur, q̃ trãsgressio voti ex natura sua vnicum est peccatum. Vbi adnotandum est, q̃ actus ille qui voto, vt materia substernitur, potest esse constitutus in genere virtutis, aut per legem aliam seu diuinam, seu naturalẽ, seu humanam: aut per solũ votum. Si priori modo, congeminatur peccatũ: si verò posteriori, non est nisi simplum. Vouisti honorare parentes, aut confiteri, aut ieiunare Quadrageſimã: quia iam secluso voto opera erant singularium virtutum, si trangrederis: bifariàm peccas. Vouisti autem ieiunium in vigilia corporis Christi. Fateor quidem te constituisse illud opus in genere abstinentiæ, sed tamen quia non aliter q̃ per votum, ruptio ieiunij non est nisi simplex peccatum. Pari modo si puellæ dotẽ pollicea-

Ad primum argumenta.

Dubitatio.

Solutio.

Argumenta.

tis, cùm iam humana sis astrictus fide, si eandẽ pollicitationẽ religionis voto confirmes: tunc fracta fides duplum erit peccatum: scilicet tam contra humanam iustitiam, quàm contra religionem. Dum autem soli Deo vouisti eleemosynam facere, si non facis, solùm contra votum peccas. Hinc ergo fit simplum esse religioso crimen, non obtemperare præfecto: quia licet illud obsequiũ constituerit in genere obediẽtiæ, non tamen nisi per solum votum. Haud enim obedientiã prælato vones: sed Deo quòd eris prælato obediens. ¶ Ad secundum respondetur quòd licet ille qui vouet nondum det, tamen dare ad promissum referatur, quia nõdum dat quod promisit, dat tamen illud in causa: quia obligat se: quæ quidem obligatio virtute contenet tem promissam. Tametsi etiam re vera det suam mentem, suamque voluntatẽ quam Deo mancipat. ¶ Tertium argumentum quæritvtrum votum quod sit sanctis vel prælatis, ad religionem pertineat: quãdo quidem religio solũ Deum habet pro obiecto. Sit quidẽ de re nemo hæsitat, sed modus latet. Atqui sanct. Tho. nihil discriminat inter votum quod sit prælatis, & illud quod sit diuis. Nam vtrunq; censet promissionem factam hominibus, quæ nõ pertinet nisi ad humanam fidem. Sed vtraq;, inquit, esse potest materia voti, quatenus idipsum quod homini vel Sancto promittimus, offerimus Deo. Itaq; votum quod facimus Beatæ Virgini, vt in sanctorum culmine exemplum statuamus, non est votum nisi quia quod ipsi promittimus, offerimus Deo, nimirum ei pollicentes q̃ hoc vel illud facimus in honorem Virginis. Sicuti si Deo me vouerem puellæ largiturũ dotem, aut alium habiturũ honorem. ¶ At verò non mirũ si hanc Diui Thomæ doctrinam alicui, nõ quidẽ falsa, sed tamen curta censeatur: nam vsus vouẽdi sanctis aliam præterea rationẽ præse fert. Haud enim cùm quis vouet Virgini, aut Diuo Iacõbo peregrinationẽ, vouet formaliter Deo, talẽ honorẽ Diuo exhibendũ. Non inquã hoc illo pacto vouet, quo religiosus dũ ait Præposito, Voueo Deo quero tibi obediẽs: sed voueo Virgini, & voueo Petro. Quin etiã religiosi vnà cum Deo cõponunt sanctos: dicentes, Promitto obedientiam Deo & Beatæ Virgini, & beato Dominico, aut Francisco. Dicamus ergo, sanctos duobus modis existimari. Vno ceu homines aut angelos, qui puræ sunt creaturæ. Et isto modo vera est sententia sancti Thomæ, q̃ promissio illis facta non est votũ nisi offeratur Deo. Secundo verò modo cõsiderantur vt Deus est in illis: nõ quo modocunq; per gratiam, vt in viatoribus, sed per gloriam, quasi in his qui ratione status suã ipsius præsentẽ diuinitatem participant. Sit sic vouere sanctis, est vouere Deo, qui est in ipsis. At verò sanct. Tho. hunc modum forsan non inconsultè præterijt, sed eò q̃ sicut orare sanctos non est orare Deum, sed diuersa est ratio: ita alia est ratio vouendi sanctis, q̃ Deo. Sed tamen vbi de catholico sensu conuenit, vana est de nomine disceptatio.

Argumen. 1

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm magis sit laudabile & meritorium facere aliquid ex voto quàm absq; illo.

Primum argumentum.

QVi articulo secundo definitum fuerit, vouere esse vtile, & in tertio, esse actum religionis, aptissima subsequitur quæstio, vtrùm opus voti cumulationis sit laudis ac meriti quàm si fieret absq; voto. Nam ex illis apparet hoc subsequi. Arguitur nihilo minus à parte negatiua authoritate Prosperi, lib. 2. de vita contempla. vbi ait: Sic abstinere & ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunãdi subdamus: nè iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus: votum autem necessitati nos subdit: ergò præstatius est absq; voto operari. ¶ Secundò arguitur ex illo Apostoli. 2. Corinth. 9. Vnusquisq; prout destinauit in cor de suo, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Votum autẽ, vt crebrò vsu venit, tristitiam generat: idq; ob necessitatẽ. Nam vt. 5. Meta. tex. 6. & 1. Rhet. cap. 11. author est Aristo. necessitas eò q̃ volũtatem premit, tristitiam infert: ergo excellentius est opus absq; voto. ¶ Tertio: votum ad hoc est necessariũ vt voluntas in eo firmetur quod spõdet: firmari autẽ immobilius nequit, quàm dum rem facit: ergo melius est sine voto facere. Nam tũc firmior est res, quàm dum promittitur. ¶ In contrarium autem est monitum illud Dauidicũ, Vouete, & reddite. Cuius solennis interpretatio est, vouere esse consilij: consilium autem, vt præmisimus, de meliori est bono: ergo melius est ex voto operari: q̃ extra votum.

Argumen. 2

Aristo.

Argumen. 3

TItulus vtrunq; de opere voti meditato quærit, scilicet vtrum sit magis laudabile, vt quãdo extra gratiam est moraliter bonũ: & an sit magis meritorium, vt puta quando fit in charitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Thom. tate. Et S. Thom. vnica respondet affirmatiua

Conclusio. conclusione: quam tribus rationibus corrobo rat. Conclusio est. Maiori laudi ac merito tri-

Prima ratio pro quæstio ne. buitur opus ex voto, quàm absq; ipso exhibi- tum. Primò probatur ex virtutis obiecto. O- pus nanq; nobilioris virtutis, excelsioris est tā laudis quàm meriti: quare actus inferioris virtutis, dum à superiori imperatur, præstantior fit: vt si ob charitatem temperatè agas: virtus autem latriæ, in qua hoc quod est vouere col- locauimus, est virtutum præcipua, vt puta in cultu Dei posita: ergo actus ab illa per votum

Augustinus. imperatus præstātior est, quàm qui fit sine vo to. Vnde August. lib. de virg. Neque ipsa, in- quit, virginitas, quia virginitas est, sed quia Deo dedicata est honoratur: quam fouet & conser-

Secudda ra tio. uat continentia pietatis. Secundò id rursus cō firmatur ex ea re quæ exhibetur. Nam qui o- pus citra votum facit, solum actum Deo impē dit: qui verò ex voto, nō actum modò, verum & potestatem: addicit enim ei mancipatque suam voluntatem ac libertatem, vt deinceps in re nequeat secus facere. Sicuti qui fructiferam arborem alteri conferret, vt in lib. 1. de Similit.

Anselmus. author est Ansel. plus elargiretur quàm qui so los donaret fructus. Qua vtique rati one pro- mittentibus gratiæ singulares debentur, præ-

Tertia. ter illas quæ illis aguntur, dum conferunt. Ter tiò & id cōfirmatur ex modo agendi. Enimue- rò per votum figitur assèrituq; voluntas in bo num: facere autem aliquid ex maiori animi sta-

Aristot. bilitate & constātia: laudabilius est. Vnde Phi- losophus. 2. Ethi. nullum officium, virtutis no- mine censet, antequàm ex firmato habitu pro ficiscatur. ¶ Restat autē ante descensum ad ar- gumentorū solutiones cōclusionē explanare.

Argumentū Catholicorū nanq; nemini dubia est, sed tamē solet male intellecta in abusum venire. Argui- tur igitur cōtrà. Sequeretur si vera esset, quòd deberēt semper monachi in quocunq; obeun- do obediētiæ munere exigere expectareq; su- perioris scriptum præceptum. Nempè vt ex maioris voti energia opus factū maioris esset merit: sicuti transgressio peioris esse culpę. Sic enim faciunt religiosorum multi, quibus nos hic eo consultū pergimus, quòd à parte cōtra- ria stet ratio. Nā quo libentius maiorię; animi promptitudine obtēperas, illustriorē præstas obedientiam: promptius autē facit qui vrgens

Solutio. præceptum nō expectat, sed simplici iussioni audiens est. Respondetur ergo sub distinctio- ne. Quando res ardua est eademq; dubia, vt ad Indos adnauigare, aut regiminis onus suscipe- re, aut quid simile, cōsiliū est vt monachus non iniussus suo proprio iudicio tales subeat pro- uincias, sed præfecti mandatum præstoletur. Quando verò res non est ambigua, tunc aut vanum est aut certè delictum, exigentem præ- ceptionem expectare. Etenim si paratus es face- re, sed compulsorium præceptum ob id so- lum requiris, vt officij tibi meritum augeatur, vanum est. Nam virtute voti obedientiæ, prō- ptitudo est magis meritoria. Præceptum enim nō ponitur nisi aut rebellibus aut in dubio hę- rentibus. Si autē re vera facere renuis nisi præ- cepto cogaris, tunc meritum non solum non crescit, verum adeò diminuitur, vt nonnunquā vertatur in culpā. Cōclusio ergo non sic est in- telligenda, sed q̄ omnia opera quæ sine nouo præcepto, ex voto tamen facis, maioris sunt meriti & laudis quàm si faceres sine voti necef sitate: maiorisque adeò quàm si præcepti co- actionem attenderes.

Ad primum argumentū. AD primum igitur argumentum ex Pro- speri sententia sumptum respondetur, q̄ necessitas coactionis: vt pote quādo quis inui- tus operatur, quia voluntarium tollit, laudem minuit & meritum. Imò nonnunquam prors- sus aufert. Et de illa loquebatur Prosper vbi aie bat: Ne iam non deuoti, sed inuiti rem volunta riam faciamus: necessitas autem voti, quo vo- lūtatem penitius in bonum asserit, eo deuotio

Obiectio. nem auget. ¶ Sed arguis fortè vrgentius, vt hę retici putant. Qui absq; voto operatur in sin- gulis actionibus habet libertatem, vt citra iuris violationem cessare possit: qui autem voto illa queatus est, etsi libere vouerit, tamen in singu- lis pòst actionibus illa caret libertate: libertas ergo facit qui non est voto alligatus: libertas autem laudem auget & meritū: ergo cōclusio falsa. Qui rem superficie tenus cerneret, respō- deret fortè concesso maiorē inesse libertatem in eo qui facit sine voto, quia semper illi est in- tegrum non facere. Sed tamen diceret ex al- tera parte, nimirum ob rationes ad conclu- sionem allatas, auctius crescere meritum in eo qui fecit votum. Legitima tamen solutio non Solutio. est hęc, sed q̄ maior est libertas in eo qui vouit. Enimuero qui vouere reformidat, eò nō vouet quod tam liberum suiipsius dominium nō ha- bet, quàm ille qui vouit. Vnde sicut illustrior esset in illo libertas (vt in Anselmi exēplo per sistamus) qui non solum arboris fructus quo- tannis daret, verum totam semel arborem, q̄ ille qui solos fructus donaret: sic prę clarior est magnificentiorq; libertas, Deo non modò o- pera tua, sed ipsam voluntatem semel dedica- re. Quare libertas illius primi actus tāquam ex radice diffunditur ad singula opera, vt pretio- sioris sint libertatis, quàm si fierent sine voto.

¶ Ad

¶ Ad secundum argumentū ex illo Pauli asci- tum: Non ex tristitia, & ex necessitate: tria sub distinctione respondet S. Tho. Primum quod necessitas coactionis est, quæ cùm sit voluntā- ti contraria, tristitiam parit: de qua proinde lo- quitur Aristo. Et hanc iam concessum est non esse bonam. Eandemq; perinde cōdēnat Paul. Secundum est quod necessitas voti in his qui iam bene dispositi, ob contrariam causam, vi- delicet quia volūtatem habent bono affixam, tristitiam non generat, sed planè gaudium. Vn de August. in eadem citata epistola ad Armēt. Non te, inquit, vouisse pœniteat: imò gaude iā tibi id non licēre quod cum tuo detrimento li- cuisset. Et quidem circa hæc duo asserta nullus superest scrupulus. Ait verò tertio, q̄ etsi quā- doq; opus voti secundùm se consideratum tri ste & inuoluntarium reddatur pòst votum, dū tamen inconcussa maneat implendi voluntas, non solùm non est malū, verum est magis me ritorium, quàm si fieret sine voto: pro eo quòd procedit ex religione quæ potior est virtus q̄ abstinentia: à qua exempli gratia damus illud opus elici, puta iciunare. ¶ Hoc tamē documē tum non caret ambiguitate. Et idcircò explo- randū est, vtrùm pœnitētia voti sit quandoq; delictū: & quale genere suo, venialène an mor tale. Nā ex vna parte videtur perinde esse pœ- nitere voti, ac si ante votum nolles vouere: quę quidem nolitio cùm non sit rei ad salutem ne cessariæ, non est mala. Idem enim est obiectū vtriusq; actus. Nolo vouere, & nollem vouisse. Sed ex alia parte est argumentum, quòd pœni tentia rei bonæ mala est: quoniam pœniten tia esse non debet nisi de malo: vouisse autem est bonum: ergo illius pœnitentia est mala. Et ita consueuit vitio tribui. Caietan. respon. sio- ni suæ triformem præiacit distinctionem. Ait enim quēquam pœnitere posse, aut voti, id est, promissi: aut vouisse, puta animum applicuisse ad vouendum: aut tertiò, bonorum operū quę ex voto fecit. Pœnitere, inquit, voti, est dolere de promissione: qui enim, inquit, sic dolet, pro missionem nō seruat: pœnitere autem vouisse, est pœnitere quod se subiecerit voto, q̄ quidē non ideo animum mutat. At verò licet inter mutare & non mutare propositum clarum sit discrimen, non tamen inter verba ipsa, pœnite re voti, & pœnitere vouisse. Nam profectò lati nè idem est. Etenim si pœnitere voti intelligas abstractè, idest, non illius à te facti, impossibilis est hæc pœnitētia. Quādoquidē neminē nisi facti sui pœnitere potest. Si autē id cōtractè ve- surpes, tūc pœnitere voti idē est prorsus quod pœnitere te vouisse. Sicut pœnitere peccati, & pœnitere te peccasse. Haud ergo distinctio ex parte voti & vouisse, sumenda est, sed à verbo ipso, pœnitere, quod ambigui est significatus. Pœnitere enim voti, aut vouisse, vno modo acci pitur, pro eo quod est, retractare propositum. Dicitur enim ille pœnitere facti, q̄ mentē mu- tat. Et de hac significatione nō habetur in præ sentia sermo. Est enim citra cōtrouersiā, genere suo esse lethale peccatum, vt dictū est, tum con tra iustitiā, tum etiam cōtra religionem. Secun do autem modo, idq; vsitatiùs, accipitur pœni tere, pro eo quod est nolle fecisse. Et de hoc est præsens dubitatio. Ad quam respondetur, eius- modi pœnitentiam, licèt absolutè considerata sonet in malum, tamen dūmodo propositum faciēdi sit firmū, posse ex circunstantibus qua litatibus ob omni culpæ macula esse mūda. So nat inquam in malum, sicut occidere, quia vo- uisse est bonum: tamen sicuti iudex, vimq; re- pellens nō peccat, sic non semper qui vouisse pœnitet. Idq; præsertim vbi materia voti res est ardua, ac perpetua, & qui votū suscepit ex- perimēto difficultatem sentit: quam si prænos- set, votum non fecisset. Quare sicut initio nol le vouere, ita & emisso voto nolle vouisse, nul- lum est vitium. Quoniam hoc non tam ex animi lāguore quàm ex ipsius natura obiecti contingit. Vnde ad argumentum suprà factū respondetur, quòd pœnitentia rei bonæ, quan do nō est absolutè necessaria, nō est per se ma- la. Et de hoc ait S. Tho. esse præstantius ex vo to id facere cū tali mœstitia, quàm citra votū. Atqui huius veritas inde patet, quòd hanc ob causam vouere est vtile & salubre, vt animus obligatione firmet, nè postea rei difficultas & mœstitia non nos ab opere absterreat, sed om nibus impedimētis superatis in proposito per sistamus. Addiderim tamen quod licet eiusmo di pœnitentia per se non sit reproba, potest ta men ratione periculi ad vitium inclinare. Qui eū crebros eiusmodi mœrores voti admittit, labefactari incipit, vt à ppposito desistat. Qua re dum quis experitur propositū suum lāgue- scere, non potest citra venialem culpam eius- modi pœnitentiā non recutere. Mortalē au- tem citra cōsensum frangendi fidem voti, non est quòd metuas. ¶ At verò quando vota non sunt perpetua, neq; de rebus arduis, sed de mi nutionibus, tunc pœnitere vouisse, durante ta- men implendi proposito, non solum non est culpa, verùm raro est periculum: quia potest qui vouit propositum in melius mutare. Vt si vouisti peregrinationē, aut prolixos recitare Psalmos, quod obex tibi fit, vel ad studium rei publicę commodum, vel ad alia misericordiæ

Solutio ambiguitatis ģximæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnitentia voti in monachis quàle crimẽ sit.

opera: nullũ est periculum pœnitere voti. Tametsi absque dispẽsatione propositum demutare, nefas sit. ¶ Tertium membrum est, dũ quis postquàm opera ex voto fecit, puta in religione degit vitam, sed pœnitet sub tali instituto vixisse. Et de hoc distinguendum est. Aut enim eum illius transactæ vitæ pœnitet, presupposito voto: hoc est pœnitet eũ persoluisse opera quæ ratione voti debeat. Et hoc manifestarũ est mortale crimen: nã cùm si non persoluisset lethaliter peccasset, fit vt huiusmodi pœnitentia sit de re ad salutẽ necessaria, atq; adeò mortaliter iniqua. Si autẽ pœnitentia hinc fertur quod est te vouisse, nihil curans ab illis caruisses fructibus, incidit in secũdum membrũ proximè tractatum: vt nõ sit genere suo mortale, quanuis pluisculũ habeat grauitatis. Nam post quàm fructus feceris, non potes citra culpam illorum pœnitere. Nisi vota essent de re leui & temporali. Quoniã tunc nihil habet absurditatis, pœnitere q illud tempus in cõmodioribus

Ad tertium argumẽtũ.

alijs negotijs non collocaueris. ¶ Ad tertiũ denique argumentũ respõdetur q etsi dum quis re ipsa officiũ aliquod præstat, firmatam tunc habeat voluntatem in illo præsenti opere, non tamen in futurum, sicut ille qui vouit. Et præsertim si vouit iugiter eadẽ opera frequentare.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm votum per susceptionem sacri ordinis, per q̃ professionem religionis, fiat solenne.

INTER virtutes voti summa est in voto solenni: vt pote quod matrimonium non modò impedit sed dirimit. Quapropter potissimũ votorum crimẽ dignoscitur inter simplex & solenne. Quæritur ergo vtrum votum per susceptionem sacri ordinis, & professionem religionis, fiat solenne. Et arguitur à parte negatiua.

Primum argumentum à parte negatiua.

Votum, vt præfati sumus, fit Deo qui nouit intima cordium: solennitas autem in extera cęremonia consistit, quæ sit in conspectu hominum: ergo huiusmodi solennitas non est voto necessaria, sed accidẽtaria, vt iure diuino nouũ

Argumen. 2

afferat vinculum. ¶ Secundò: si eiusmodi solẽnis ista solẽnitas esset de substantia voti omnibus cõpeteret votis in q̃ cunq; materia quãdoquidem substantia generis in cunctis participatur speciebus: sunt autem multa extra ordinum susceptionem professionẽq; religionis: vt peregrinatio: ieunia, &c. quę nõ consueuerũt solennitate firmari: ergo huiusmodi solennitas ad substantiã voti non pertinet. ¶ Tertiò. Solenne idem esse videtur quod publicum: sed possunt fieri multa vota in publico coram testibus, quæ non subinde sunt solennia: & vice versa, potest fieri votum religionis & sacri ordinis in secreto: ergo solennitas nõ est necessitas in voto. ¶ Quartò denique peculiariter cõtra clericorũ votũ arguitur. Si sacris ordinibus solenne votum esset annexũ, vsu eõtingere posset vt quis ante legitimũ pubertatis annũ, quin verò ante iustam rationis vsurã posset funiculo perpetuę castitatis illigari. Quod re vera nulla videtur admittere ratio. Consequentia verò inde constat, quòd cùm ordinis sacramentum characterem imprimat, quocunq; tẽpore conferatur, suscipitur. Quod quidẽ absurdum à voto religionis cautum est, cùm ante quartũdecimum annũ fieri nequeat solenniter. ¶ In contrarium est q̃ huiusmodi dunta xat vota, matrimoniũ & contrahendum impediunt, & contractum dirimunt: quod solius est voti solẽnis.

Argumẽ. 3

Probatio.

AD quæstionem sanct. Thom. duabus respondet conclusionibus. Prior est: Solennitas voti attẽditur secundùm aliquid spirituale: puta secundùm benedictionem aut cõsecrationẽ, quæ ex institutione Apostolorũ adhibetur. Probatio. Solennitas rei debet eius naturæ & conditioni admetiri & accommodari: vt patet in rebus corporalibus: solennitas enim nuptiarum consistit in conuiuarum apparatu: solennitas verò nouæ militiæ, in apparatu equorum, militũq; concursu: vt potissimùm in Germania videre est, dum quis creatur Elector: & in alijs regnis, dũ creatur auratus eques. Votũ autem cum Deo fiat, est res spiritualis: solennitas ergo eius debet subinde spiritualis esse: puta benedictio aliqua: qualis in religionibus fieri cõsueuit, & in consecratione: vt dum quis sacris initiatur. Quæ quidẽ religio à tempore Apostolorũ ortum habuit: vt apud Dionysium constat. Nam de ritu sacrorum ordinũ meminit, 2. cap. Eccles. Hierarch. Et de monachis, cap. 6. ¶ Posterior conclusio. Votum sit solenne tum in professione certæ regulæ, tum q̃ in maiorum ordinum susceptione. Probatur. Solennitas fieri non consueuit nisi dum quis per susceptionem noui status rei alicui mancipatur. Haud enim solennitas nuptialis celebrater adhibetur se nisi dum vterq; cõiugũ alteri mutuo tradit, statumq; matrimonialem profitetur, qui publicitus innotescere debet. Per susceptionem autem sacri ordinis, puta subdiaconatus, diuino se homo addicit ministerio, firmum statum suscipiens clericalem. Similiter in professione certæ regulæ: quãdo per abrenuntiationem sæculi propriq; voluntatis, statum quis perfectionis assumit: igitur tunc fit votum solenne. ¶ Hic primum omniũ doctores tam Iurisconsulti quàm Theologi innumeras voti diuisiões aggerãt: vt peculiariter apud Palud. in. 4. dist. 38. quæst. 2. est videre. Vbi vsque ad duodecim illas multiplicat. Nã & Magister Sentent. aliquas ponit. Alterũ enim est votum personale, vt cõtinentiæ: alterum reale, vt eleemosynę: atque alterum mixtum, vt peregrinationis, vbi sumptus sunt necessarij. Item alterum est temporale, hoc est in tempus certum: alterumq̃ perpetuum. Item alterum est commune, vt quando materia commnnis est præcepto & voto. Cuius exẽplum Magister ponit in baptismo: atq; alterum proprium: vt de opere supererogationis, quod est propria materia voti. Hæc autem atque id genus aliæ sectiones parùm ad rem conferunt. Sed illa satis nobis est, qua dividitur in simplex & solenne. Horũ enim vincula & obligationes multũ differunt. ¶ Rursus adnotandum est discrimẽ inter simplex votũ & solenne si ex effectu perpendatur hoc esse, quòd simplex matrimoniũ impedit contrahendum, haud tamen dirimit contractũ. Impedit inquam, quia peccatũ est mortale post emissum votum simplex religionis, connubialia fœdera celebrare. Tenet tamẽ matrimonium. Solenne autem non modò matrimonio contrahendo obstat, verùm & cõtractum dirimit. Non quòd sit propria direptio, quia matrimoniũ nullum est, sed dicitur eò dirimere, quòd personas inhabiles ad contrahendum reddit. Discrimen hoc extat apud Bonif. 8. de voto & vo. redempt. cap. vnico lib. 6. Tertiò insuper supponendum est, votum solenne in duabus tantum materijs habere locum: scilicet in professione religionis, & in susceptione sacri ordinis: vt potè diaconatus, vt idem Pontifex ibidem definit. Non quòd definitio hæc illic fuerit primùm sancita. Nam sanctus Thomas viginti annis Bonifaciũ octauum antecessit, qui tamen, ceu rem priscam illam cõmemorat. ¶ His suppositis in lite versatur in quònã consistat votum esse solenne, hoc est matrimonium dirimens: vtrum videlicet de iure sit meræ positiuo, an verò de iure diuino. Neque parum refert vtra pars vera sit. Nam si est de iure diuino nequit à Papa super voto solenni dispẽsari: secus autẽ si sit de iure positiuo. Caietan. ergo hic tres de hac re opiniones recensẽt. Prima est quòd voti solennitas consistat seu in benedictione, qualis fit in religione, seu in consecratione, cuius vsus est in susceptione ordinũ.

Hæc autem opinio multis rationibus confutatur. Primò quia professio tacita, scilicet cùm annus probationis, annuente neophyto elabitur, est in virtute solenne votum, & tamẽ absq; omni benedictione. Secũdò: quia in aliquibus religionibus, vt in nostra, non benedicitur ille qui profitetur, sed scapulare: idq; fit postq̃ in manibus prælati professus est: ergo illa benedictio neque est de essentia, neque requisita. Tertiò neque illa, neque consecratio sufficit. Græcorum nanque sacerdotes consecrantur, & tamen non astringuntur solenni voto castitatis: idque perinde Ecclesia de nostris decernere posset. Quapropter sublato Eccleſiæ statuto posset quisq; dum sacris initiaretur, & (vt aliqui putant) religionem profiteri, faciendo simplex votum castitatis aut nullũ. ¶ Anteà verò quàm vlteriùs transeamus, admonitum volo lectorem hanc opinionem nusquam fuisse sancti Thomæ, imò neminem reor sic intellectam illam fuisse complexum: nam D. Thom in priori conclusione (quod meditatè considerandum est) non astruit substantiam voti solõ nis in benedictione aut consecratione consistere: sed præcisè ait quòd solennitas voti attẽditur secundùm benedictionem, & consecrationem. Itaq; tantùm vult dicere quòd illa benedictionis solennitas adhibetur in signum voti: sicuti solennitas nuptiarum non est de essentia matrimonij, sed est eius testimonium. Quare non vult quòd illa cęremonia sit simpliciter de essentia, sed tantùm explicat ritum qui re vera nunc in ecclesia viget. Quanuis de susceptione ordinum alia sit ratio. Nam eo ipso quòd subdiaconus ordines suscipit, vnà suscipit & votũ.

Prima ratio in primam opinionem.

Secunda.

Tertia.

Mens sancti Thomæ.

¶ Secunda opinio est quòd voti solennitas cõsistat in exhibitione personæ. Itaq; substantia solennis voti à simplici hoc differat, quòd simplex est tantùm promissio rei tradendæ: solenne autem sit traditio personæ: siue promissa fuerit, siue secùs. Et quãuis opinio hæc à Caietãn. reprobetur, arbitror tamen esse verisimã. Et est expresè opinio sancti Thomæ in. 4. dist. 38. quæst. 1. art. 3. & expressiùs hoc loco. Et vt comparatione ad aliam fulgẽtius elucescat, tertia opinio quam Caietan. amplectitur est, votum esse solenne in hoc cõsistere, quod Ecclesiæ authoritate statutum est per tale votum hominem fieri inhabilẽ ad matrimoniũ. Neq; est peculiaris Caietãn. sed est Scoti in. 4. dist. 38. Probationes autem Caietani hæ sunt. Prima quòd Ecclesia posset statuere vt quicunque coram tribus testibus continentiam vouerit, faceret votum solenne, sicuti ille qui ordines sacros suscipit aut religionem profitetur:

Secũda opinio.

Tertia opinio Caietã.

Scotus.

Prima ratio p opinione Caietani & Scoti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda ratio.

quod vtiq; signum est totum pendêre ex arbi trio ecclesiæ. Secũda, q vice versâ licet quispiã quacunq; solennitate profiteretur tria vota in religione non approbata per sedem Apostoli cam, non resultaret votũ solenne ex solo defe ctu ecclesiasticæ authoritatis. Quinimò verba sunt põtificis loco citato de vot. lib.6. videlicet q voti solennitas ex sola cõstitutione ecclesiæ est inuenta. ¶Hanc verũtamen opinionem re

Argumẽtũ D. Thom. in præteritã opinionem.

probat S. Tho. in.4. loco citato hoc argumẽto: Si solenne votum religionis solo statuto ecclesiæ faceret religiosum matrimonio inhabilẽ, & hoc non esset de iure diuino, sequeretur q ecclesia posset contrarium statuere: videlicet q posset dispẽsare in illo solenni voto castitatis: quod tamẽ falsum est, vt posteà disputabimus.

Solutio metaphysica Caietani.

Respondet hic autem Caietan. nescio qua metaphysica: videlicet q etsi neq; votũ seorsum sine statuto Ecclesiæ sufficiat ad irritandũ matrimoniũ, neq; per se præceptũ, tamen ambo si mul sufficiunt. ¶Solutio autem hæc dupliciter claudicat. Primo si neq; per votũ ea ratione q quis se tradit, neq; per præceptũ efficit inhabi lis, intelligi neutiquam potest quomodò ratio ne vtriusq; efficiatur: hoc enim declarãdum re

Argumentũ in Caietan.

stabat. Et arguitur sic. Clarũ est q quãuis Papa sæculari præcipiat, etiam sub pœna excõmunu nicationis latę sententiæ vt vxorẽ nõ ducat, vi delicet qa alia in eius tribunali eũ petit, nihilo minùs si ille non est alteri cõiugio mancipatus & contrà iussionẽ põtificis cõtrahat, licet pec cet, matrimoniũ tenet: quoniam iubere nẽ con trahat, non est inhabilẽ facere. Igitur si votum eo q est personæ traditio, non facit eam cõmu bio inhabilẽ, neq; superueniẽs præceptũ id per

Argumẽ. 2.

ficiet. Præterea neq; respondet Sãcto Thomę. Si enim solũ statutũ ecclesiæ in causa est vt vo tũ religionis inhabilẽ faciat religiosum ad matrimoniũ, potest eadẽ ecclesia facere, primùm q sit vera religio sine illa inhabilitate: quando quidẽ ablato statuto votum per se manet simplex: item poterit in tali voto solenni postquã emissum est dispensare. Profectò ad hoc nõ re spondet, sed fit ei consequens conclusio. Et ita tandẽ, vt posteà videbimus, cõcedit q Papa po test dispẽsare in voto solenni. Illa enim opinio natiuum germen est huius radicis. ¶ Igitur si opinio sancti Thomę de indispensabilitate vo ti solennis sustinenda est, vt arbitror ceu anti quissimã doctorũ confessionẽ sustinẽdam, sic censendum est de voto solenni, vti dicere reci

Substãtia voti solennis.

pimus q substantia eius consistit in hoc q sit traditio: cum votũ simplex sola sit promissio. Quam quidem opinionem tam in.4.q̃ hic ex- pressè tenet: dum per similitudinem nuptiarũ ait quòd sicut in illis eò fit solennitas q vterq; coniugum totaliter mancipatur rei vxoriæ, ita per susceptionẽ sacrorum ordinũ mancipatur homo diuino ministerio, & per abrenuntiatio nem sæculi & propriæ volũtatis statum perfe ctionis assumit. Ex hoc enim discrimine nasci tur aliud: videlicet q simplex potest fieri soli Deo sine aliquo eius ministro, solenne autem nõ nisi per eius ministrũ. Et ratio est q promis sio cũ non sit datio, non habet pro correlatiuo solennẽ receptionẽ, sed solũ quia Deo promit tis, tua restat ligata fides. Traditio autem non fit nisi vbi ille qui traditur solenniter recipitur.

Obiectio. Solutio.

¶Sed ais, Deus etiã te recipiet si tu te illi dedas. Ecce in quo stat punctũ. Cùm tradere se noua nẽ mutando statũ, renũtiandoq; suæ propriæ voluntati, sit res maximi momenti, fieri nõ de bet sine iudicio & examine: quod quidẽ iudi cium non est illi cõmittendum qui vouet, sed ecclesiæ quæ exploret, an qui tradere se ador nat, idoneus aptusq; ad illũ statum sit. Obidq; ecclesia neminẽ ante tẽpus probationis ad re ligionem recipit. Neq; verò ad sacros ordines absq; examine: vt patet in titu. de ętat. & qual. ord. præfici. Itaq; in hoc quòd est hominem Deo se per illum tradere à quo nomine Dei re cipitur, consistit substãtia solẽnis voti: quia tũc abdicat à se ius trãscundi ad aliũ statũ: ille autẽ Ecclesiasticus suscipiendi modus quæ solenni tas est voti: est de iure positiuo. Veluti si quis secundũ iura antiqua alteri se vẽderet, eo ipso iure gentiũ esset eius mãcipiũ: sed tamẽ posset rex ciuili iure sancire, vt nemini liceret se vende re, nisi tali solẽnitate: aliàs traditio non teneret. Et hoc est quod ait Bonif. in dicto cap. scilicet q voti solẽnitas ex sola cõstitutione Ecclesiæ est inuẽta. Non enim dicit q substãtia solẽnis voti puta q qui se tradit nõ possit matrimonii contrahere, sit inuentũ Ecclesiæ, sed q modus

Ad motiuã Caietani.

ille tradendi, sit decretalis Ecclesiæ constitutio. In summma, vt ad præfatã obiectionẽ respon deamus, nemini cõstare potest à Deo recipi per votum solenne, nisi per iudicium Ecclesiæ. Et hoc est quod ait S. Thom. in dicta distin. 4. ar. 2. quæstiuncul. 3. Scilicet q votũ nunquam est solenne quantũcunq; quis profiteatur nisi seruato ordine positiui iuris. Atq; eapropter, nẽpè quia in alijs votis scilicet peregrinationis & ieiuniorũ nulla sit traditio, neq; status mu tatio, non possunt fieri solennia. Item neque in religione quę nõ fuerit ad hunc effectũ per Ecclesiã approbata. ¶Sed interrogas, ex quo loco scripturæ infertur votum solenne in iure diuino dirimere matrimonium? Respondetur, hoc syllogismo id concludi: Quicunque se ab-

Dubitatur. Respon.

iure

teri tradit, suam illi voluntatem mancipando, iure naturæ & diuino fit inhabilis ad alium sta tum: qui vouet solenniter tradit se: abdicando ab se ius ducendi vxorem possidendique pro pria, &c. ergo fit ad coniugium inhabilis. Ma ior est de iure naturæ ac diuino: quod patet nam si dominium rei tuæ alteri tradidisti, nul latenùs illam rursus citra furtum potes surripe re: secus si promisisti: quoniam tunc cum non dum dominium à te alienaueris, causæ, vt su prà dictum est, superuenire possunt cur non reddas. Pari ergo modo si teipsum tradidisti, ius naturæ diuinũq; vetat nè tui ipsius furtum facias. Minorẽ autem esse de iure diuino in re ligione patet: quoniã religio debet esse status sequendi Christum secundùm illud, Si vis per fectus esse, vade & vẽde, &c. & sequere me. Nã nisi hoc institutum per modum status accepe ris, non est firmum: status autem non firmatur per promissionem, qualis est votum simplex, sed per traditionem. Vtraq; ergo præmissa est de iure diuino atq; adeò conclutio. ¶ Discerni to ergò inter solennitatẽ & votum solenne: So lennitas enim, hoc est illa cęremonia nõ est de iure diuino, sed Ecclesiastico: sed tamen votum solenne dirimere matrimonium est de iure di uino, eo quòd est traditio.

Videtur obiici. ¶Et licet pergere videar molestus esse, id con tra Scotum & Caietan. confirmatur. Sequere tur enim ex eorum opinione quòd Papa pos set dispensare in matrimonio rato non cõsum mato. Probatur sic. Votũ solenne dirimit ma trimonium eiusmodi: & tota vis voti solennis (vt autumant) est institutum Papæ, quod est ius positiuum: ergo pari authoritate poterit il lud matrimonium absque tali voto per solam dispensationẽ dirimere. Ecce argumentũ Caiẽ tani quod re vera secundùm suam opinionem concludit: atq; adeò eodem deuictus concesit cõclusionẽ. Sed profectò, vt bona venia grauis simi authoris dixerim, adeò est absurda con clusio & nullo vnquã sæculo admittẽda, vt an tequàm illam concederet, dimouere animũ de beret ab illa ratione solennis voti, quam hic re fellimus. Negamus ergo minorem: scilicet q votum solenne virtute Ecclesiastici statuti diri mat matrimonium ratum, sed dirimit iure diui no: quia est mutatio status inferioris in supe riorem. Ob idenim etsi consensiis in matrimo nium statum constituat, licitum est tamen in de, quandu non est cõsummatum, ad meliorẽ frugem cõscendere: consummata verò copu la, quia ex natura sua est procreatiua prolis, censum propter iniuriam quæ educandæ proli irrogaretur, prohibet. Ecce ergo in quo

Primum argumentum.

votum solenne consistat. ¶ Contra hanc autẽ conclusionem arguitur primum omniũ argu mento Scoti, qui loco citato hanc opinionem ait minus omnibus valere. Homo, inquit, per propriã voluntatem dominiũ sui habet: ergo per eandem solã potest illud transferre: per vo tum autem simplex quod soli Deo facit, suam obligat voluntatem: ergo per ipsum Deo do minium sui confert, ac per votum solenne. In hoc ergo nõ potest esse discrimen. Respondetur autẽ hoc esse negare manifestissimam natu ram promissionis & dationis. Enimuerò qui pecuniã aut equum amico dare pollicetur, non ideo ab se dominiũ abdicat: nam si posteà alte ri daret: teneret datio tanq̃ à vero domino pro fecta: aliâs deberes dicere q quicunq; alteri ali quid debet, iam non esset dominus: quæ quidẽ assertio esset contra omnem legem & forẽsem vsum. Concedimus ergo q homo per volunta tem potest trãsferre dominium: nõ tamen per solam promissionẽ, sed per dationem. ¶ Secun

Solutio.

Argumentũ Caietani.

dò arguit Caiet. Si Ecclesia constituret, vt si quis corã tribus testibus votũ faceret, illud es set solenne sine receptione. Respõdemus duo:

Solutio.

primum q illa esset tunc receptio Papæ: nam quomodocũq; ipse statueret esse solẽne, cense retur recipere votũ. Secũdò adijcimus q Spiri tus sanctus nunquã Ecclesiã permittet traditio nem hominis per votũ suscipere, nisi iudicio ad hibito & examine: aliâs vergeret in religionũ & sacerdotij exitium. At verò transacto proba tionis anno per suũ decretum tacitã professio nem recipit. Et ecõuerso quãdo religionem nõ approbat, tunc quantũuis vota tria exprimun tur, nõ est solenne votũ: quia Ecclesia illud nõ recipit. ¶ Tertiò arguitur. Prope Apostolorũ

Argumen. 3 Dionysius.

ætatẽ, vt est videre apud Dionysium. 6. c. eccle. Hierar. vigebãt monachorũ ordines, votorum solennitate (vt creditur) firmati: & tamen non erãt sicuti modò sunt. Nam post Antonius & Benedictus hanc religionum formã Ecclesiæ authoritate instituerunt. Respondetur q si vo

Responsio.

ta ædebant solẽnia, authoritate Ecclesiæ & for san in manibus episcoporũ illa ædebant. A sa cratissima verò Virgine nullũ accersiri potest cõtra nos argumentum: nam si votum emisit so lenne, id fuit ex peculiari Dei reuelatione. An verò adeò sit religioni intrinsecum votũ casti tatis vt neq; per Ecclesiã fieri possit vt absq; il lo sit vera religio. q. 5. disputandũ est. Illic enim &c. q. 6. reuertendum nobis ad votũ solenne ex plicandũ restat, tam religionis q̃ sacerdotij.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur capitalium argumen tum respondetur, q voti solennitas licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat in oculis hominū, pertinet nihilo minùs ad Deum inquantū per eius ministros hominis voluntas recipitur, trāsferentis ius suum in Deum, abdicantisq; à se facultatem & arbitriū mutandi statum. Quapropter eatenùs conceditur votum simplex perinde obligare apud deum atq; solenne, ꝙ vtriusq; transgressio est mortalis. Sed tamē vtriusq; in suo ordine. Simplex enim obligat sicut promissio: cuius ideo transgressio est non reddere quod promisisti. Sed tamen solenne obligat sicut traditio: ob id quę q illud trāsgreditur peccat auferēdo quod tradidit, vel abutēdo voluntate Deo mancipata. Vnde fit vt sit grauior transgressio voti solēnis, q̄ simplicis. ¶ Quòd si arguas votum solenne perinde esse promissionem atque simplex: nam pari modo ait qui profitetur, Promitto obedientiā Deo ꝙ ero tibi obediens. Respōdetur differentiā esse, ꝙ qui solenniter vouet, licèt promittat obedientiam quantum ad officia religionis exequenda, nihilo minùs promittit illam seipsum suamq; voluntatem & totum ius tradēdo addicendoq; & mācipando Deo. Votum autem simplex non est traditio voluntatis, sed promissio qua obligatur eā tradere statūq; mutare. ¶ Et per hæc decidetur quæstio quam hic tractat Caietan. vtrùm distinctio voti simplicis & solēnis sit specifica, & pariter trāsgressio sit alius speciei. Respondetur enim sub distinctione. Nempè quòd si distinctio attendatur ex parte subiecti, differunt specie: eò ꝙ qui simpliciter vouit non est inhabilis ad contrahendum matrimonium, sicuti ille qui vouit solenniter: quemadmodùm primo de Anima affirmat Auerr. oculum hominis differre specie ab oculo leonis, propterea quòd animæ sic differunt. Si autem, inquit, differentia attendatur ex parte obiecti, tunc non differunt specie: sicuti neq; hac ratione differunt oculus hominis & oculus leonis: quoniam eiusdem sunt formalis obiecti, perq; eadem media sentiunt. Nam eadem, inquit, vis est obligandi in vtroq;: licèt in solenni maior in eādem specie. Et certè si tota differentia consisteret in sta tuto ecclesiæ, ita dicere debuit. Attamen tenendo quòd vnum est promissio & alterum traditio, proculdubio specie differūt ex ratione formali obiecti. Atq; ita forensi vsu censetur. Alia quippe actio est promissio, atque alia transactio dominij. Et ita S. Tho. in. 4. ait differre sicut vegetatiuum & sensitiuum, quòd differunt ex obiecto. Tametsi ad mores parum hęc discrimina referāt: dūmodò certus sis grauius cōmitti peccatum contra votum solenne quàm contra simplex. ¶ Ad secundum iam vtique

Obiectio.

Solutio.

Quæstio vē tilata à Caietano.

Refellitur definitio Caietani.

D. Thomas.

Ad secundū argumentū.

responsum est, quòd cùm per vota aliorum operū non fiat mutatio status, non est cur fiat solēniter. Et ad tertiū demum respōdetur aliā esse distinctionē publici & secreti: aliā verò solennis & simplicis seu priuati. Non enim ob id ꝙ votum in publico fiat est illicò solenne, sed quia fit secundū statutū Ecclesiæ recipiētis vouentem. Quo quidē statuto seruato, etiā in angulo potest fieri solēne. ¶ Ad quartū tandem, vbi maior est difficultas, respōdere restat. Est in primis ambigi nō potest, quin etiā si ante vsum rationis ordo suscipiatur characterē imprimat, atq; adeò verè suscipiatur: vt S. Tho. in. 4. dist. 25. q. 2. & illic Richard. & Theologi fatentur: quia ad susceptionē sacramēti imprimētis characterē, vt est Baptismus, Cōfirmatio, & Ordo, nō requiritur actus in susceptiēte, atq; adeò neq; certa ætas de necessitate sacramenti: secùs de necessitate præcepti nequeunt subdiaconi ante decimum octauū annū creari, neq; sacerdotes vngi ante vigesimūquintum, subreatu peccati mortalis & pœna suspensionis. Quapropter quidam qui arbitrantur sacramentū ordinis non suscipi in quacunq; ætate, repelluntur, vt ait illic S. Tho. quia eorum assertū neq; ratione vlla neq; autoritate firmatur. ¶ Hoc ergo supposito consequens planè esse videtur id quod quarto argumēto infertur: nēpè ante legitimum rationis vsum posse quenq; voto castitatis cōplicari. Neq; hoc absurdius est quàm de obligatione matrimonij. Puella nanq; cuius malitia supplet ętatē, etiam si ante duodecimū nubat, vinculo matrimonij tenet: vt patet cap. de illis. De despons. impub. Quapropter etiā si quis consensu extorto per metū cadētem in constantē virum sacris initietur, voto etiam eodem castitatis tenetur, secūdùm dexteriorem opinionem, vt bene ait Sylvest. verbo, ordo. 4. nisi forsan vxori esset matrimonio cōiunctus, qui inuita vxore abstinere non potest. Atq; id probatur argumento sumpto ex cap. de Iudæis. dist. 45. vbi illi inuiti à Sigibuto credebātur Baptizati, nihilo minùs ad fidem cogūtur: propterea quòd charactére essent insigniti: & tamē illis qui renuūt, grauius est ad totā Christianam religionē obligari, q̄ ad solum castitatis votum. ¶ At verò distinguendū est, vt reor, de huiusmodi clerico ante ætatem ordinato. Si enim vsum habebat rationis, puta quia decimū vel duodecimū annū attigerat, & fortè in octauo: qa liberè initiatur, cogēdus est votū seruare. Si verò nullum prorsus habebat rationis vsum. sed nesciēs qd de illo fieret ordinatus est: profectò rationi est maximè consentaneū vt detur ei optio: nempè vt si voluerit in ordinis

Richardus.

Sylvester.

functio

functione permanerè, abstineat: sin minùs, omni prorsus officio suspensus vxorem ducat.

QVÆSTIO TERTIA, De his qui vouendi facultatem habent.

Sanct. Thom. 2. 2. q. 88. arti. 8.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm illi qui sunt alterius potestati subiecti, vouere possint.

POST voti substantiam & virtutem, subsequitur circa eius subiectū indagare quinā sunt quibus facultas suppetat & arbitrium vouendi. Et primò de his qui sub aliena sunt potestate arguitur quòd vouere possint. Minus enim vinculum à maiori superatur: obligatio autē qua quis homini subditur minus est quàm qua obligatur Deo: ergo & obligatio prior nequit posteriori impedimēto esse. ¶ Secundo. Filij qui sub cura degunt paterna, neq; ab illa sunt mancipati, arbitrium habent absq; parentum voluntate religionem profitendæ: ergo illos qui alienæ potestati subsunt, nihil à vouendi virtute cohibet. ¶ Tertiò. Maior deliberatur ad faciendū quàm ad promittēdum facultas: religiosi autē possunt absq; maiorum facultate aliqua religionis opera exhibere: vt Psalmos recitare, meditaq; se atque alios afflicta tionibus macerare: ergo subiectio minimè admittit vouendi facultatem. ¶ Quarto. Quicunq; id tēpat quod iure facere prohibetur, delinquit: subditi autem vouendo non peccant: quando quidem nullibi prohibitum reperiatur: ergo vidēntur iure vouere posse. ¶ In cōtrarium facit illud Numer. 30. Si mulier in domo patris sui &adhuc in puellari ætate aliud vouerit, non tenetur rea voti, nisi pater eius consenserit: & idem subditur de muliere habēte virum: quod 33. quæstione. 5. can. manifestū. & can. noluit. refertur. Ex quibus perinde pari ratione colligitur neque alios quicū q; alienæ potestati subdantur, voto se posse absque superioris arbitrio deuincire.

DVæ sunt hominum conditiones quibus non plenaria suppetit ad vouendum facultas: nempè subditi, qui alijs habent mācipatam voluntatem: & pueri quibus per ætatem non licet rationis luce satis illustrari. De priori bus dicendum in hoc articulo: ac de posterio tibus in subsequenti. Ad quæstionem ergo vnica conclusione, eademq; negatiua respōdetur. Nemo qui sub alterius sit potestate, valet de ijs rebus in quibus ei subijcitur votum vllum suscipere, quod citra eius assensionem solidum sit ac firmum. Conclusio est clara. Votum quippe, vt in superioribus patet, est promissio quæ Deo fit: Deus autem qui author est naturaliū legum non vult aliena surripi vt sibi tribuātur. Quare neq; eleemosynas quæ de rapina fiunt; gratas habet: qui autem sub aliena est potestate, non est sui iuris: ergo nihil Deo vouere potest, quod domino suo aut maiori debet: sed est omninò ab eius potestate pendens: fit ergo vt eiusmodi votum absq; eius consensu nō sit validum: sed irritari à superiori possit. ¶ Primùm omnium, quia quæstio hęc, ille inquam & sub sequens articulus de votorum irritatione instituitur, supponamus irritationis nomini id significatum supponi quod est nullum, ac perinde de cassum haberi ac si nil ibi esset factum. Quomodo enim differat à dispēsatione, & commutatione, & redemptione, quæstione proxima quę de dispensatione subsequitur, commodius explicabitur. ¶ Prima ergo hic causa dubitandi est de fundamento authoritatis prelatorum irritandi subditorum vota, vtrùm scilicet tantùm iure humano, an etiam diuino & naturali ea sibi competat authoritas. Et ratio dubitationis est, ꝙ locus citatus Numero. 30. solùm loquitur de muliere quæ est sub cura parētis; aut sub viri potestate: quēadmodùm Augustinus exponit. Et refertur. 33. quæst. 5. can. noluit. Si ferre autem inde generalē regulam subditorū; nō apparet qua ratione firmetur. Nā subiectio vxoris & filiorum est naturalis: subiectio verò religiosorum, licèt sit diuina, tamen non videtur extendi nisi ad obseruantiam trium votorum & suarum constitutionum. Eò potissimùm ꝙ cùm religiosi statū profiteantur qui via est ad perfectionē, nō videtur diuino iure arceri quo minùs sui sit arbitrij recentibus se votis vrgentiùs ad meliorem frugem promouere. Adde ꝙ mandatum illud apparet in numero esse legaliū, quæ per præsentiā Euāgelij extincta sunt. ¶ Haud ergo desunt qui censeant solum humano iure ademptam esse monacho vouēdi facultatem, citra maiorū assensum: nempè cap. illo, monacho. 20. q. 4. At verò cùm illud non habeat

Conclusio responsiua.

Ratio cōclusionis.

Dubitatio.

Ratio dubitandi.

Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat authoritatem aliam quàm Basilij, ecu authoris, & Gratiani decreta colligentis, non potest habere vim legis, quippe quam Cõcilium tantùm vel Papa ædere potest. Quocirca nisi iuri diuino aut naturali authoritas illa conniteretur, non inde satis esset collecta. Respondetur ergo interdictum hoc monachorum à iure diuino & naturali promanare. Nã eo ipso quo quis religionem profitetur, addicitur per obedientiam arbitrio prælati, atque adeò iure naturæ nõ potest inde absq; eius iniuria suam dimouere voluntatem. Quapropter nõ modò tanquàm spiritualis prælatus ex vi iurisdictionis dispẽsare super votum subditorum potest, verùm & tanquàm dominus voluntatem eorum perinde ac sæcularis pater eadem irritare. ¶ Scisciteris autem vtrùm in omnibus prælatis similis sit irritandi facultas, quibus adest dispensandi autoritas? Videtur nanque affirmatiua pars vera: quandoquidem dispensatio, vtpote quæ spiritualis sit functionis munus, maiorem exigat potestatem quàm irritatio. Respondetur nihilo minùs non ità rem esse. Episcopi enim dispensare possunt: irritare verò minimè: quia non sunt absoluti domini libertatis subditorum, sed tantùm iudices. Imò verò neq; Pont. Max. potest sæcularium vota irritare: secùs religiosorum: quorum non solùm iudex est, verum & peculiaris prælatus. Est em sicut generalis minister, aut magister cuiuscunque ordinis, & sicut Prouincialis, & sicut Prior. Quare & in hoc etiã fallit regula, q̃ si episcop⁹ id quod plus est valeat, perinde possit & q̃d est minus: qa non sunt eiusdẽ generis. Illi ergo qui facultatẽ habent irritandi vota præter religiosorũ prælatos, sunt iure naturæ parẽtes ac tutores vtriusq; sexus, & domini seruorũ qui sunt mancipia. Nam paterfamiliãs nõ eãdem authoritate fungitur in suos famulos: vtpote quorũ voluntatum non habet dominium. ¶ De vsu autem huiusmodi potestatis, an videlicet absq; vlla prorsus de causa dum maiori libuerit possit quæcunq; vota irritare, ambigitur. Archid. nanq; quem Syluest. verbo, votum. 3. & citat & imitatur, & Palud. in. 4. d. 38. q. 4. vsq; adeò absolutiorem censent potestatem irritandi quàm dispensandi, vt credant sine vlla prorsus causa fieri posse irritationem, licèt non dispẽsationem. Et ratio, inquiunt, est quòd dispensatio non fit, quia votum nõ erat validũ: & ideo requirit causam: irritatio verò fit quia nõ erat validum absq; superioris assẽsu, & ideo putãt in mero esse arbitrio superioris absq; alia causa irritare: sicuti qui vouet absque vlla causa poterat non vouere. At verò hæc sententia moderatione temperanda est: nam etsi discrimen sit q̃ irritatio nulla intercedente causa, sit valida: quòd in dispensatione non sic vtiq; facilè conceditur: nihilo minùs prælatus absque vlla omnino ratione votum irritans profectò non esset à culpa saltẽ veniali liber: nã cum irritatio actus quodammodò sit iurisdictionis, debet iudicio & perspicientia vti antequã irritet: vt perpendat vtrùm sit vtilius ac decentius facultatem negare, an concedere. Quare non est tam absoluta libertas in superiori ad irritandũ postquàm subditus proposuit aueq; vouere, q̃ in subdito antequàm à superiori facultatem expoſcat. ¶ His de potestate irritandi prælabitis secũdũ continuo subsequitur dubium circa illud conclusionis temperamentum, videlicet. In quibus alteri subijcitur. Nempè vt illa perscrutemur in quibus monachus superiori subditur. Nam apparet nulla opùs fuisse exceptione. Quoniam, vt modò dictum est, simpliciter totam prælato tanquam Dei vicario cõcrauit voluntatem. Ad huius intelligẽtiam notandum est quadrifica esse monachorum opera. Primũ enim genus est eorum quæ solenni voto cõprehenduntur, vt sunt tria vota essentialia & peculiaria statuta. Et in his dubio procul subijcitur prælato monachus. Apparet nihilo minùs posse de his votum voto ita firmiter adijcere, vt illud prælatus irritare nequeat: vt si vouerat in ordine nostro nunq̃ carnes gustare, & nunq̃ locis & horis vetitis silentiũ rumpere: quoniam postquã licuit votũ solẽne de illis emittere, videtur posse, & arctiùs se astringere ad ea seruanda. Respõdetur nihilo minùs & hæc etiam posse prælatũ irritare vota: quin verò debere: quia hęc vinculorum congemination super eãdem materia vix vnquam prudenter fiunt. Potestas autem inde patet, quòd cùm super omnibus constitutionibus & regulæ statutis præter tria essentialia vota valeat præfectus ex causa dispensare, cohibere potest subditorum arbitrium nè de hisce statutis recentia ædant vota. Nam & illa super quibus dispensare potest dum dispensando facit ea de illicitis licita, potest pro causa nonnunquam iubere, scilicet vt subditus silentium rumpat, aut religionis ieiunium: ac perinde valet horum vota cassare. ¶ In secundo ordine sunt opera liberalia, id est quæ neque lege sunt præcepta neque sub voto concluduntur: vt orare, atque noua superaddere ieiunia. Atq; ad hæc quidem præfectus pro suo libito cogere nequit subditum: secundum illud verbũ Bernardi: Votum meũ nõ augeat Prælatus sine mea volũtate. Tamet si nõnunquam in casu necessitatis iubere possit orationes & fortè ieiuniũ: quod ad rem mò dò nõ pertinet. Potest ea tamẽ impedire quando libuerit, atque adeò hæc peculiariter propẽque sunt opera quorũ vota Præfectus irritare potest. ¶ Tertius operũ ordo est quæ prorsus Prælati autoritatem exuperant: vt transitus ad arctiorem religionem. Hoc enim cùm ad exitum spectet subditi ex eiusdem obedientia Prælati non comprehenditur sub illa: quo fit, vt bene ait Caietan. votũ quod monachus eiusmodi transitus emiserit, non posse à Prælato irritari. Atque adeò hoc operum genus excepti̇ũ putes illo conclusionis verbo in his in quibus alteri subijcitur. Haud tamẽ crediderim huiusmodi votum transeundi ad altiorem religionem omninò exire autoritatem Prælati vt idem autor insinuare videtur: sed tantùm quo ad irritationem: imò arbitror posse eundem Prælatum superiorem dispensare. Quorum discrimen quæstione sequẽti articulo tertio subiciemus. ¶ Quartum operũ genus est eorum quæ ad salutem sunt necessaria: vt legis præcepta seruare: neque verò illa modò, sed & quæ ad charitatis seruorem attinent, quorum contraria sunt venialia. Atqui horum votum censet idem Caiet. irritari à præfecto nõ posse: vt si monachus votum Deo vouerit non furãdi, aut non mentiendi. Ratio eius est quoniã hęc materia non est prælato subdita: quandoquidem super his ipse, veluti super regularibus statutis, dispensare non valeat. Ait nihilo minùs posse prælatum eiusmodi votum nomine Dei commutare. Quare & hoc quoque exceptum arbitratur in conclusione. At verò non facile illi de hac re subscriberem. Nam etsi quantum ad necessitatem implendi dispensatio istorum sub potestate prælati minimè comprehendatur, nihilo minus illa noua obligatio qua subditus sua sponte religare se cogitat, nõ video cur non possit à prælato irritari. Nam quantum ad spontanea, dominus est subditarum sibi vota tantum. ¶ Tertium subinde dubiũ circa eandem conclusionem est de illo verbo: videlicet quod eiusmodi votum rei in qua subditus superiori subijcitur nõ est sine eius consensu firmũ. Est inquam dubium vtrùm anteà q̃ accedat superioris consensus votum subditi teneat, an vero contra ipso facto sit nullum. Et dubitationis articulus est, vtrũ cùm in voto subditi semper includatur superioris conditio, subintelligatur affirmatiue si ille consenserit, an verò tãtum negatiuè: scilicet nisi dissenserit. Nã priori modo votum ante eius consensum nullũ est: posteriori verò valet quousque per ipsum irritum fiat. Et quidem Richard. 4. sen. d. 38. art. 4. quem multi Summistarum sequuntur, distinguunt inter religiosorum vota, atq; alia aliorũ subditorũ: puta filij familiãs, & vxoris, &c. Et de religiosis generalem absolutamq; asserãt conclusionem: nempè sic esse per votum solẽne inhibitos noua ædere vota, vt quodcunque eiuscunq; generis absq; expresso consensu superioris faciant, ipso facto irritũ sit & cassum. Quare non solùm eius transgressio, nullum est peccatũ, verùm & emissio nonnulla est noxia. Nam incassum vouere, culpa est. Quin verò arbitratur Richard. eiusq; comites hanc esse sententiam D. Thomæ propter verba postrema solutionis tertij quartiq; argumẽti: vbi ait votum religiosi nõ esse firmum nisi superiori placuerit, aut nõ renuerit. Afferq; in eandẽ sententiam can. Monacho. 20. q. 4. Et supra hæc adhibet rationes duas. Prior est, quòd cùm religionis onus sit valde graue, neq; decet, neq; verò licet professionis votum nouis sarcinis onerare, nè religiosus oneri succũbat. Posterior, q̃ cũ idem religionis votũ tãtæ sit altitudinis vt omnia præcedẽtia in ipsum cõmutata extinguat, fit vt etiam subsequentia eiusdem virtute irritẽtur. Quare de filio familiãs & vxore nõ negat quin possint facere aliqua vota de his quæ sibi nõ sunt prohibita. ¶ Huic autẽ opinioni, vt bene Syluest. verbo, votũ. 3. §. 3. ait, neq; S. Tho. suffragatur, neq; arridet veritas. Quare Petrus à Palud. & Innocen. illic ab eodẽ Syluest. citati, ingenuè fatentur religiosos qui quidpiã vouerint, quo prælati obedientia nõ impeditur, reos esse voti, nisi dum per prælatũ irritum non habetur illud impleant: Et ratio profectò est in promptu. Nam si alij subditi citra suorũ maiorũ iniuriã possunt ipsis incõsultis votũ suscipere cõditionale, quousq; superiores ipsi renuerint, vt Richar. ipse fatetur, nõ est cur religiosis eadẽ facultas interdicatur. ¶ Secũdò arguitur cõtra eius rationẽ. Non obstãte religionis onere potest religiosus habita prælati facultate alia superaddere vota: ergò nihil obstat quo minùs ipso incõsulto de materia quæ sibi nõ est prohibita possit idẽ suscipere: dũmodo paratus sit causa voti nunq̃ abesse officijs obedientiæ: & quoties superiori votũ displicuerit: ab ipso cessare. Capitulũ autem, monacho. nullatenùs aduersarijs, imò nobis patrocinatur. Haud quippe ait illic Basilius q̃ votũ monachi sine cõsensu Abbatis sit nullum, sed q̃ sit frangendũ: vbi insinuat ante fractionẽ solidum fuisse. Quãuis neq; illa admonitio illo est rigore audienda vt quicquid religiosus vouerit illicò sit frangendũ, sed illud prorsus quod vel ei vel prælato sit graue & molestum. ¶ Ad sensum igitur sancti Thomæ

Moderata præterquã in tenuia.

Dubium.

Quadrifida monachorũ opera.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

Responsio.

Scrupulus.

Solutio.

Archidiaconus Syluester. Palud.

Ratio præfatæ opinionis.

Prima ratio Richardi.

Secunda ratio.

Cõtraria opinio Syluest. Pet. à Palud. Innocentius

Ratio opinionis.

Secunda ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thomæ descendamus, qui videtur sentire votum ante consensum prælati emissum nullatenus esse obligatorium. Nam & in conclusione & in solutione tertij & quarti dicit, tunc nondum esse firmum: quod sonare videtur nõ esse obligatorium. Huius autem verbi sensum Caietanus. iecta, docta distinctione enucleat. Materia enim voti respectu religiosi duplex esse potest: altera scilicet prohibita: vel in genere, sicut constitutionum interdicto nè quis monasterij septa egrediatur, prohibetur votũ peregrinationis. Aut in particulari, sicuti si prælatus bona causa inhiberet nè quis suorũ de tali aut tali re votum emitteret. Altera verò est materia non interdicta: vt orare quibus horis vacat: & studere, ieiunare, &c. Secundum quam distinctionẽ ad dubium respondetur, quòd cùm votum de materia prioris generis emittitur, subintelligeri da est affirmatiua conditio: videlicet si prælatus ratũ habuerit. Si verò materia sit posteriorıs speciei, tunc conditio subintelligenda est negatiue, scilicet nisi prælatus irritum fecerit. Hæc ratio discriminis est, quòd votũ debet fieri de re licita: quando verò materia est prohibita, non est licitũ nisi fiat super illa dispensitio: quapropter qui tale fecit votum, non obligatur quousque assensus prælati accesserit. Attamẽ quãdo materia nõ est prohibita, apta est ad votũ. Et ideo religiosus votum faciens orandi, vel ieiunandi, vel nõ mentiẽdi, ipso facto astrictus est quousq; præfectus votum irritet. Qua fortè de causa sub distinctione ait in solutione. 4. S. Tho. quòd in votis religiosorũ intelligitur debita conditio, scilicet si suis superioribus placuerit renitãtur vel non: vt prius membrum referatur ad materiam prohibitam: posterius verò ad liberam. Quare cùm dicit votum absque assensu prælati nõ esse firmum, si sit votũ prioris generis, intelligit non esse validum: si verò posterioris, plane intelligit quod etsi valeat, nõ tamen sic solidè, quin semper eius irritatio ex voluntate pendeat præfecti. ¶ De vtroq; autẽ mẽbro superest dubietatis nonnihil: ad quod aperiendum operæpretium est respõdere. De priori inquã est dubium, quòd votum de re illicitã ipso facto esse nullum: imò peccatum: votum ergo religiosi de re prohibita, neque sub cõditione valet, imò est peccatũ. Respõdetur per distinctionem antecedentis. Quando enim res est prohibita, quia per se mala, tunc votum illius iniquũ est: quãdo verò tantum est mala quia prohibita, potest sub dispensationis conditione materia esse voti. Sed quæris vtrum sic vouẽs teneatur id denuntiare prælato? videtur enim postquàm non est voto ligatus, non teneri. Respõdetur idcò teneri nè vanũ sit votũ quod absq; eius licentia implere nequit. Sed de hoc statim hoc apertius. ¶ De posteriori etiam membro dubitatur, vtrum religiosus qui liberam materiam vouit (puta orare, aut ieiunare) teneatur rem Prælatum celare, nè votum irritet: an verò contrà licitum ei sit eidem id patefacere, vt infectum reddat. Videtur enim hoc posterius in fraudem voti cedere. Respondetur licere rem detegere. Nam in hoc vtitur iure suo. Quin verò si grauè est votum, potest misericordiam suam & grauamen ei aperire, vt irricet. Neque fit voto iniuria: quãdo quidem minus majorum est subditorũ temeritates corrigere. Tametsi quãdo votum non est acerbum, salubrius est liberter illud persoluere. ¶ At verò rursus circa primum membrum dubitatur, vtrum religiosus qui votum rei prohibitæ emisit, satisfaciat petendo à suo præfecto facultatem operis obeundi non exprimendo votum. Apparet enim hoc satis esse. Nam postq; consensus superioris ad hoc requiritur vt tanquàm materiæ dominus illã permittat: qua ratione dicebamus q; cùm votum materiæ non inhibitæ emittitur, statim tenet, sit vt si ipse opus inhibeat, videlicet ne peregrineris, satis illud est ad nullitatem voti. Multam hîc nõ necessariam metaphysicam accumulat Caietan. res enim perspicacior est quàm vt tot verbis indigeat. In primis hoc est certissimum, quòd si prælatus, voti nescius, tantum prohiberet opus, non ideo votum fieret irritum. Nam subtrahere materiam ad tempus, non est votũ irritare. Etenim cùm irritatio actio sit iuridica quæ rei notitiam exposcit, debet idem prælatus votum nosse vt ipsum casset. Atque hinc palàm fit consequens, teneri subditum antequàm fit in mora illud eidem patefacere. Quare Numer. 30. requiritur in patre notitia voti filiæ, vt cõsentiat vel dissentiat. ¶ Quòd si contra arguas: Marita mulier quæ votum simplex cõtinentiæ fecit, non tenetur coniugi illud detegere: sed potest licitè, dummodò debitum reddat, non petere, ergo pariter potest tacere subditus. Respondetur, nulla similitudine argumentum pugnare: quoniã eo ipso quòd mulier est viro coniugata, adempta illi est potestas vouẽdi non reddere, etiam sub conditione: & ideo votum suum non intelligitur nisi de non petẽdo: quod potest facere inscio viro: sicut religiosus clàm prælato implere votum orandi. Vbi autem materia prohibita vouetur sub conditione, tenetur vouens id dispensatori notum facere: aliàs incassum voueret, cùm in dei iudicium vergeret. ¶ Maiori autem ambigendi occasione interrogatur, vtrum postquàm religiosus cum facultate prælati votum de re aliqua suscepit, maneat, nihilo minùs penes eundem superiorem irritandi facultas? Apparet enim nullã fieri reliquam. Quod Richardus loco citato opinatus est: imò dubitat an dispẽsare tunc possit: sed ait euolandum ad Papam. Nam cùm ad voti firmitatẽ in subdito nihil amplius requiratur quàm prælati consensus, sit vt post quàm illo firmatum est, nulla super ipso illi supersit irritandi potestas. Nihilo minus respondetur tunc etiam in præfecti arbitrio permanere, illud irritare. Et ratio est: quia etiam emisso voto religiosus nihilo minùs simpliciter manet subditus: atq; adeò neq; prælatus suã orbatur autoritate. Quin verò addẽ quòd nonnunquã, etsi bona causa facultatẽ concesserit, poterit nihilo minùs ritè & rectè mutatis rebus id quod semel ratũ habuit reuocare. Patrocinatur huic documento August. super Num. qui refertur. 33. q. 5. ca. noluit. vbi docet, votũ quod puella paterna facultate firmiter susceperat, posse poteà à viro irritum reddi. Adde q; quanuis absque vlla causa votum idem cassetur, etsi peccet, nihilo minùs votum est cassatum. Atque huic assertioni suffragatur idem ibidem August. eãdem cau. & q. can. manifestũ. vbi ait expresse, quòd si vxor autoritate viri votum emiserit, quod ipse, neq; citra suam culpam postmodũ cassauerit, nihilo minus vxor parêre tenetur. Quin verò textus ipse facer id ipsum continet. Quòd autem vir & pariter prælatus sine causa reuocando peccet, non solum illic August. verum & textus ipse Num. 30. cõtestatur: vbi ait quòd etiam dum conniuêre visus fuisset maritus, sed posteâ contradixerit, tunc vxor non tenebitur voti rea, sed vir ipse portabit iniquitatem eius. Et ratio est, quòd etsi superior facultatem habeat irritandi inferioris votum, non tamẽ vsq; adeò absolutã, vt supra diximus, quin ratione & iudicio id debeat facere. Et ideo post quàm facultatem concesit, non debet absque causa reuocare. ¶ Confirmatur hæc manifestè de religiosis sententia, ex simili à muliere maritata desumpto. Enimuerò si vxor præmissa etiam viri facultate munus aliquod vouerit sacro alicuius Diui, semper dum non soluit in arbitrio est viri dictũ retractare: quòd si retracta uerit, quãuis ipse in culpa sit, nihilo minus ipsa non poterit non obedire. Expressa est sententia Ambrosij in lib. de Paradiso: q refertur canonice illud. 33. q. 5. vt illic Gratian. infert. Et ratio est, quod illa facultatis concesio non est absoluta translatio dominij illius rei in vxorem, sed solũ ius offerendi sacro: quapropter quousq; res ipsa traditur, semper est à superiore dependens, si reuocare libeat. Neque tuà consequentia vlla est si arguas. Superior peccat retractando se: ergo subditus minimè eitenetẽ obsequi. Illatio inquam nulla est. Quoniã non est subditi examinare iussa maiorum in his quæ non sunt per se mala, sed ex ipsorum arbitrio dependent: secus vbi rem per se illicitam iuberent: vti furari, vel mentiri. ¶ At verò sicuti de religiosis monachis suprà quæsitum est, sic & de vxore respectu viri quærendum superest, vtrùm in vniuersum possit vir cuncta vxoris vota irritare. Et quidem Caieta. pari modo exciperet votum non peccandi, puta non mentiendi: quia in illa materia non videtur subdita vxor. At verò crediderim & illud irritare posse. Nã licẽt quantũ ad necessitatẽ legis nõ sit subdita, est tñ subdita quantũ ad vltroneã obligationẽ. Quare nullo excepto vir potest vniuersa vxoris vota irritare: & si aliquod esset qđ irritare nequiret, dispensare notissimum est neutiquàm posse: quia vt quæstione proxima videbimus, illud proprium est spiritualis prælati. ¶ Attamen vice versa, vtrum etiam vxor irritare possit votum mariti, in dubium euocatur. Apparet enim ab vna parte nullam habere huiusmodi facultatem. Nam vt scriptum est, ipsa sub viri potestate erit: non econuerso. Respondetur quòd cùm in fide coniugalis tori pares sint, vt. 1. ad Corint. 7. ait Paulus: quia vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor: sicuti neque vxor sui, sed vir, neuter absque alterius permissu votum facere potest simpliciter castitatis: imò illo non obstante tenetur vterque debitũ alteri reddere: vt bene colligit. Gratian. cano. manifestum. 33. q. 5. ¶ An verò possit alteruter votum facere nõ petendi, maior est dubitandi ratio. Nam in hoc nullam, quãtum ad fidem tori, irrogat alteri iniuriam. Nihilo minùs quòd vir possit eiusmodi votum vxoris irritare, non debet esse in ambiguo: non vtique propterea quòd est contra fidem thalami matrimonialis: sed quia ipsa verè est subdita. Et ita expresse ait August. in eodem cap. manifestum. Quod autẽ vice versa simile votum mariti possit vxor irritare, latentius dubiũ est. Nam propterea quòd sit contra fidem, non potest: postq; paratus est debitũ reddere. Neq; verò ratione subiectionis: quia vir nõ est vxoris subditus. Respondetur, in primis tale votum prægraue esse vxori, & penè maritali fidei aduersum. Nã cùm mulieres præ pudore petere vix audeant debitum, si vir petere esset prohibitus, in fraudem matrimonij resultaret. Et ideo non longè ab scopo aberraret qui diceret tale votũ absque consensu vxoris non tenere. Saltem hoc

Caietanus. Primo allegat. Dubitatio. Solutio. Scrupulus. Solutio. Dubium de terum. Hæremita. Caietanus. Prima alia. Obiectio. Solutio. Quæstio.

Quæstio alterа. Caietanus. Solutio. Scrupulus. Responsio. Paulus. Obiectio. Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc certum est, quòd debet per Antistitē omninò ad tollendos scrupulos dispensatione aboleri. ¶ An verò extra hanc materiam vir habeat absolutam potestatem vouendi inconsulta vxore, fortè quæris. Apparet enim veritas sic habere, postquàm non est vxori subditus. Sed tamen ab altera parte argumentum nihilo minus exiſtit, quod in his quæ ad communem vtriusque familiam attinent, non possit. Vt si longā peregrinationē voueret per quam officium coniugale suo defraudaretur fructu: aut si amplam voueret pecuniam, quæ ipsi vxori & filijs alendis necessaria est. Profectò nō prorsus probabilitate caret, id non posse: quādoquidem in vxoris perniciem vergit. Ad hoc nihilo minus respondetur irritandi facultatem simpliciter non esse vxori permittendam, respectu virimaximè in bonorum dispensatione. Nam etsi illa reclamante ipse voluerit bona prodigere, quamuis malefaciat, factum nihilo minus tenet postquàm absolutus est eorū administrator: atque adeò eiusmodi votum non subest vxoris potestati. Nihilo minus si votū in vitiū prodigalitatis aut iniustitiæ impingeret, ipso facto nō haberet vim obligandi: & sic nulla egeret irritatione. Simile dicendum est de absentia. Potest enim vir extra fraudem matrimonij peregrè proficisci, atque adeo si causa exigeret votū emittere: neque in hoc subditur vxori. Si tamen non esset causa legitima, pariter non teneret: sed peccatum esset vouere.

Dubitatio.

Soluitur.

Dubium graue.

¶ Potissimū hic autem dubium est, quin verò solutu nō facile, vtrùm postq; vterq; cōiugum cōmuni consensu votum castitatis emisit, possit maritus, quam fecit vxori, facultatem revocare, atq; adeo eius irritare votum: ac pari iure vxor quàm factū forsan pœnitet, suā etiam quā viro dedit retractare, debitumq; ex illo petere. Fiet enim sententia Gratiani in eodem can. manifestum. negatiua. Nam postq; vterq; suo remūtiauit iuri, vterq; fit ab altero liber. ¶ Argumentum autem quod rem dubiā facit est huiusmodi. Postq; vir facultatem fecit vxori continentiam vouendi, videlicet non petere debitum, potest illam revocare, vt authoritate non solum diui August. verum & diuinę scripturę, & ratione modo cōfirmatum est, q autem plenorem concesserit, nempe vt neque peteret, neq; redderet, nō tollit quin vtranq; pari ratione possit retractare, ergo vir saltē annullare potest eiusmodi votum vxoris: Sit cum hoc iure par sit marito coniux, ipsa etiam posse videtur retractare cōcessam facultatem. Accedit, quod vsu venire potest, vt vterq; in periculo versetur carnis illecebrę, atq; adeo cōsultius sit iuxta

Sētētia Gratiani.

Argumentū ad alterā partem.

monitū Pauli. 1. ad Corin. 7. ad vsum coniugij redire. Quòd si dixeris, eò q ambo cōmuni cōsensu votum emiserint priuatum esse vtrunq; potestate reuocādi, profectò ratio huius non est adeo patēs. Si enim maritus reuocare facultatem valet quam dedit vxori quādo vxor nō eandem ei vicissim contulit, non apparet cur eò q vxor eandem contulerit, priuatus sit vir facultate sua. Profectò argumentū videtur rem dubiam facere. Nihilo minus respōdere possūmus, q cùm in illo officio pares sint cōiuges quādo vicario mutuoq; cōsensu vterq; vouet: est genus quoddam mutui contractus: facio vt facias, id est renūtio iuri meo vt tu renūties tuo. Quocirca ob id quòd vxor viro suo remittat debitum exigere, priuetur maritus non solum iure petendi, sed & falcultate revocandi factū: quapropter vtriusq; votum censetur absolutū castitatis. ¶ Aliud post hæc dubium sequitur, Vtrùm votum semel à superiori irritatum, si postmodum ab eius cura & seruitute exeat, reuiuiscat. Ad hoc sunt qui distinguāt, votū impuberis irritatum non reuiuiscere. Si tamen pubes iam erat quando illud fecit, nempe si quartumdecimum excesserat annum, quamuis irritetur: nam si reale est, vt suprà diximus, etiam tunc vsque ad vigesimum quintum irritari potest: tunc aiunt cùm taliter vouens fuerit emancipatus, teneri. In hanc sententiam solet citari Innocen. in cap. scripturæ. de vot. & vot. redempt. Attamen ipse nihil amplius dicit quàm quòd impuberes vouentes, vel qui sunt sub cura parentum, tenentur cùm fuerint emancipati implere. cùm ergo non explicet, etiam si fuerint cassata, nō est credendus id sentire. Sed Ludan. tametsi ambiguus, annuere ad hoc videtur in. 4. distinct. 38. quæst. 4. Attamen saltem autoris existimatione, contraria sententia pro culdubio amplectenda est: quam Sylvester tenet verbo, votum. 3. §. 2. Nempe quòd in vniuersum, votum quodcunque, siue vxoris, siue filij, siue serui, siue religiosi semel irritatum, nullam deinceps virtutem retinet qua vllo tempore obligari possit nisi iterato fiat. Extat enim regula iuris, quòd obligatio semel extincta in sta. ſ aurari non potest: Codice, de remissione pignoris. l. cùm ex causa. Atque huic sententiæ libentius arridet Panormitanus super eodem capitulo, scripturæ. citato. Imò & textus capituli, quidam. & cap. placet. de conuersio. coniuga. id cōfirmant: quippe vbi habetur quòd coniunx religionem intrans quatenus alterius coniugis reclamatione cassatum est, post obitum eiusdem coniugis non amplius ligat.

Paulus.

Solutio.

Innocētius.

Ludan.

Panormita.

¶ Molestior autem dubitandi ratio exurgit dū

vxor,

vxor, verbi gratia, votum emitteret executioni tunc mandandum, si maritum vita superauerit: & idem de filio si dum sub cura parentis ageret votum emitteret, post suam emancipationem explendum: & pariter seruus sub conditione si fuerit libertate donatus, verum & eiusmodi vota possint etiam ijdem superiores irritare. Videtur nanq; pars negatiua inde confirmari, q eiusmodi vota fiunt pro tempore quo vouentis libertas sub aliena potestate nō constringitur. Præterea quia votū vxoris tūc nullatenus marito nocet. Ad hoc posset trifariàm responderi. Primò sub distinctione. Eiusmodi nanque vota alia sunt quæ sunt superiori grauia & incōmoda: alia verò quæ non nisi in vouentis grauamen vergūt. Illa quæ sunt prioris generis non possunt ab illo irritari si pro tempore facta sunt quo fuerit ipse vita defunctus: vt si vxor religionem vouerit, aut castitatem: quia illa nullam haberit incōmoditatem, præterquàm quòd cōiugali officio superstite viro quadantenus vidēntur obstare. Si autem incōmoda sunt vouenti, itaq; irritatio in bonum eius cedit: tūc videtur posse maritus & pater illa irritare: vt si vouerent longam peregrinationem, aut lōgos sumptus. Alij verò scrupulosiùs respondent, neutrius generis vota illo pacto edita irritari posse: ac subinde consulunt ad dispensationem recurrere. Sylvest. verò verbo, religio. 2. §. 15. cōtrariam per aliud extremum sequitur opinionem: nempe quodcunq; votum qđ quisque dum sub alterius est potestate emiserit, posse durāte illo tēpore irritari: vt si puer decimotertio anno intrare decimoquintovoverit religionem: & pariter si ante vigesimūquintum quidpiam vouerit, post illam ætatē exequendum: potest illico ea pater irritare: videlicet illud personale ante quartumdecimū: & alterum, reale ante vigesimūquintum, vt articulo proximo videndum est. Et re vera non est eiusmodi sententia metuenda. Apparet enim inde tuta, quòd cùm voluntas subditi illo tempore simpliciter sit superiori arbitrio alligata, quacunq; conditione id vouerit, irritari tunc potest. Adde quòd ratio huius potestatis quæ superiori inest, illuc fundatur vt subdito consultum curet: propterea quòd nō præsumitur eius voluntas idonea rationis luce illustrari, vt vouere possit. Quapropter et si conditionem apponat implendi post quàm fuerit liber, eadem poscit ratio vt superior iudicio suo tunc dum sui iuris est, perpendat, an id illi congruat: atque adeò in sua est potestate tunc quando votum editur, irritare. Eò vel maximè quòd nullum est votū quod in grauamen aptius vouentis nō cedat. Quare distinctio in prima responsione facta, superuacanea videtur. ¶ Vtrùm verò si durante ætate quo filius est sub potestate parentis nunquàm fuerit irritatum, post quàm eandē ætatem transilerit posset ab eodem patre irritari, multo maiori perplexitate ambigitur: sed tamen articulo proximo aptius dissoluetur.

Ad primum argumentū.

SVpereſt ergo tandem ad argumenta initio quæstionis obiecta respondere. Primi autem responsio iam suprà explicata est. Nam etsi obligatio quæ fit deo maior sit quàm illa quæ fit hominibus, nihil sibi tamē offerri optat nisi quòd sub dominio sit offerentis. Nam obedientia quæ parentibus debetur, obligatio etiam est diuina, & quam subditi debent prælatis, quare non habet gratum vt contra eiusmodi maiorum voluntate subditi quicquam vouerant. ¶ Ad secundum respondetur, quòd post quàm filij ad annos pubertatis peruenerint: puta quartumdecimum annum masculus excesserit, & fœmina duodecimum, nisi seruitia sint & mancipia, sui sūt iuris, quantum ad ea quæ suam attinent personam: nempe vt vel religionem profitentur, vel matrimonia contrahant: manent tamen sub cura parentum quantum ad bonorum dispositionem. Quare reale votū quod ante vigesimumquintum emittunt, irritari à superiori potest: vt articulo proximo videbitur. Seruus autem quia in potestate domini est, neque ad religionem se vnquàm obligare valet, neque ad peregrinationem, neque ad aliud per quod domini obsequio subducatur: vt Doctores super capi. scripturæ, extrà, de vot. & vot. redem. annotant. ¶ Ad tertium verò respondet sanctus Thom. quòd etsi plus sit facere quàm promittere, atque adeò religiosi multa inconsultis prælatis facere queāt, nihilominus non possunt firmiter absque eorum consensu vouere. Et ratio, inquit, est: quia nullum est tempus exceptum in quo prælatus non possit eum circa aliquod officiū occupare. Veruntamen hanc rationem Conradus loco citato non approbat. Arguit enim hoc nō euincere quin possit subditus aliqua vouere, quorum contraria non potest iubere prælatus: vt non mentiri, non male loqui &c. At verò sanctus Thomas non intendit illam pro ratione adæquata inducere. In contextu nanque quæstionis causam reddiderat cur subditus inconsulto prælato vouere non possit: nempe quia habet voluntatem illius arbitrio

Ad secundū

Ad tertium.

Obiectio Cōradi.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitrio alligatam: & eandem explicat in initio responsionis: dicet quia religiosus subditus est prælato quantum ad suas operationes, secundum professionem regulæ. Alia autē subiuncta causa solum est particularis, respectu illorum operum quorum contraria prælatus potest præcipere. Nam cùm potestatem habeat quocunq; tempore præcipiendi, libera esse debet subditi voluntas ad obtemperandum: & ideo vouere contrà non potest. At verò neque de huiusmodi operibus tam euidenter hæc ratio rem cōuincit, quā illa prius enarrata. Nam cauillare quis posset, dicens q quamuis prælatus potestatem habeat quoad quæ temporis articulo occupare subditum, non inde euincitur quòd possit eius vota irritare: sed hoc tantùm quod non obstante voto debet ei contrarium iubenti obedire. Sed nihilominùs votum perstat firmum, obligans subditum secūdùm ipsum facere quādiu prælatus opus contrarium non præceperit. Itaq; autoritas prælati extendatur ad impediendū aliquando executionem voti: non tamen ad irritandum votum. Attamen nihilominùs est congruēs ratio, quòd si potest quoties libuerit executionem impedire, possit & votū tollere: quòd quadantenus liberę obedientię obniare videtur. ¶ Ad quartum denique respondetur, quòd etsi votum subditi sine consensu prælati emissum non sit omninò firmum: nihilominùs quia eius permissu mandari potest executioni, non peccat subditus vouēdo: siue religiosus sit, siue vxor, siue filius. Ex quo verbo colligitur votum statim esse obligatorium, si de materia sit non prohibita: licèt à prælato pendulum. Secùs si sit prohibita. Sed neq; tunc est peccatum vouere postquàm fit sub conditione, si prælato placuerit: sicuti alterum cum conditione, nisi renuerit.

Ad quartū.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm pueri religionis voto se possint obligare.

SEcunda hominum conditio de quibus dubitatur, an se possint voti iugo subdere, est puerorū. De quibus igitur arguitur, quòd nulla se possint vouendi religione vincire.

Primum argumentum.

Ad firmitatem requiritur deliberatio: quę cū absque rationis luce fieri nequeat, amentibus & furiosis non accidit, ac perinde à religione vouendi excluduntur: pueris autem aut nullus affulget rationis radius, aut maligniorque exilior quàm vt deliberare queant: ergo quicquid vouerint, cassum est. ¶ Secundò arguitur. Id quod fieri rectè potest, nequit ab alio haberi irritum: votum autem religionis quod vel puer vel puella ante pubertatis annos fuscepit, potest à parentibus retractari, ac perinde à tutore: vt. 20. q. 2. cano. puella. p spectum est: ergo videntur eiusmodi pueri antelegitimos eosdem annos non posse ritè vouere. ¶ Tertiò. Propterea religionem ingressis annus permittitur probationis, vt maturo consilio perpendant quid ferre valeant humeri: hęc autem matura perpensio non competit pueris: ergo non possunt legitime vouere. ¶ In contrarium est idem ipse citatus canon, puella, vbi admonetur votum puellæ, nisi si intra annum à parentibus reuocetur, validum esse: quod testimonium est antè fuisse rite factum. Nam quod non ritè fit, etiam si nō reuocetur, nunquàm fit illa ratione solidum.

Secundum.

Tertium.

AD quæstionem quatuor cōclusionibus respondetur. Prima est: Si puer & puella ante pubertatis annos non ea vtantur rationis luce, vt deliberare queāt, nullo se voto potest constringere. Ante probationē autem conclusionis recolere ex superioribus opus est, alterum esse votum simplex, alterū verò solenne: quorum differentia est quòd solenne sola ecclesiæ autoritate firmatur: eo q; in benedictione aut consecratione, ad modum superiùs expositum, secundùm ecclesiastica decreta solidatur: votum autē simplex efficaciam nō habet aliam quàm quæ à deliberatione vouentis exurgit, qua se obligare intendit. Hæc autē deliberatio dupliciter cassa, vt dictum est, infirmatur, nè robur habeat: Vno quidem modo ex defectu rationis: vt de furiosis & amentibus dictum est, dum suo paroxismo tenentur: alteroverò modo ex eo q; voluntatem habet alterius arbitrio colligatam. Ex priori ergo membro fit consequens nostra conclusio: quòd si puer nondum vsu rationis fungitur, nequaquam se potest voto perstringere. ¶ Secunda cōclusio. Si puer ante pubertatis annos munere rationis fruatur, potest quidem quantum in ipso est voto se obligare: sed nihilominùs ex parentū arbitrio pendet, aut eius qui pueri curam gerit, vt possit ab ipsis irritari. Probatur cōclusio. Nā pueri ante legitimam ætatem vtroq; maturatorum modo impediti sunt: nempe & obratione defectum, & obligamen, quo eorum voluntas sub iugo est parentum. At verò quia

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Probatio secundæ conclusionis.

quia, etsi non crebrò, tamen quandoque vsu venit, vt lux festina rationis ante consuetam ætatem aliquibus affulgeat, siantq; subinde doli capaces, idonei tunc fiunt, vt ritè possint quantum in se est vota ædere: manet nihilominus impedimentum alterum: puta dependentia ab aliena voluntate, cuius arbitrio irritari possunt. ¶ Tertia conclusio. Votum solēne nemo, quantumcunq; sit doli capax, ante pubertatis annus potest suscipere. Conclusio non alia indiget probatione quàm ecclesiæ autoritatem: nō sola est causa huius asserti: quę quidem in masculis quartumdecimum annum præscripsit, fœmellis verò duodecimū. ¶ Quarta demum conclusio. Post annos pubertatis quisque se potest religionis voto nihilominùs solenni quàm simplici, quantumuis parentum reclamationibus, liberrimè obligare. ¶ Hic omnium omnium tres sunt discernendi ętatis limites: videlicet infantia, quæ durat primo septenniū: quo tempore infantes censentur nullo fungi rationis ductu, atq; adeo eorum vota nihil penduntur. Atque ad hoc tēpus alludit prima conclusio. Mox sequitur pueritia, quæ vsque ad quartumdecimum annum maribus protenditur: vbi pubertas aduenit. Et illa ætate possunt pueri esse doli capaces: sed tamen durante tunc potestate parentum ad irritandum puerorum vota, etiam si sint peritialia, puta religionis: vt habetur cap. nō solùm. de regu. lib. 6. Fœmellis autem præscribitur annus duodecimus, vnde pubertas illi incipitur: vt habetur citato cano. puella. 20. q. 2. sed quantum ad vota realia, quibus scilicet res vouentur aut sumptus: deinde subsequitur tertia ætas, puta adolescentia, quæ dicitur pubertas: quo tempore adolescentes sunt sub cura parentum, vt de suis bonis sine eorū autoritate dispensare nequeant: vt habetur. ff. toto titul. de minor. 25. annis. ¶ Hinc autē forsan non obiter interrogans interpellet, cur puellis minus sit tempus ante pubertatē præscriptum quàm maribus. Nam cùm fœminæ leuioris sint iudicij & prudentiæ, contrarium videbatur ratio flagitare. Nempe vt longius ea ponderetur ad consultandum tempus. Respondetur forsan in causa fuisse, quòd in fœminis acceleratiùs festinat rationis vsus: fructus enim quo excellioris sunt naturæ, seriùs maturescunt. Sed tamē legitima causa fuit, q in viro qui præesse debet vxori, præstantior requiritur prudentia, quàm in fœminis, quibus gubernatio familiæ non adeo incumbit. Præstantior enim sapientia requiritur ad gubernandum q̄ ad obediendum. ¶ Hic verò admonito opus est, quòd puer qui ante pubertatem non habet rationis vsuram vouere nequeat, non est tantum intelligendum ante septennium. Nam etiam vndecimo anno, & puer tertiodecimo, qui illo caret, eadem ratione prohibetur. Et vice versa iuxta tenorē secundæ conclusionis si ante septennium eundem haberet vsum, quod quidem prudentum disceruiculo perpendendum est, obligare se posset voto, nisi parentes remorent. Illi ergo annorum limites designantur secundum præsumptionem iuris: atq; adeo quando res est dubia, ex illis sumendum est iudicium. ¶ Sed est hic præterea notandum, q quando ante legitimum tempus pubertatis quis emisit votum, etiam si sit religionis, quod postmodum neque irritatum fuit, neq; legitima ætate ratificato cōfirmatum: tunc vt ille secundum conscientiam reus voti iudicetur, nō sufficit quæcunque opinio, tunc habuisse vsum rationis quando vouit: sed requiritur rē esse adeo certam & compertam, vt nulla aut tenuissima dubitatio apud viros prudentes reliqua fiat dubitatio contrariæ opinionis. Monitum hoc pro captu meo hic ob id appendi, quod vulgo existimatur dum res est dubia, potius esse in fauorem voti iudicium ferendum: nempe obligare. Crediderim nanq; prorsus contrarium: nam cùm iure eiusmodi puer præsumatur nō habuisse vsum rationis, non est in cōtrarium adigendus, nisi luculenter id ratio cōuincerit. Melior siquidem est possidentis conditio: & hominem manere liberum, censetur manere in sua possessione. Imo hoc semper arbitratus sum in fauorem voti facere, ac potissimum religionis: quippe q̄ cum res sit grauis momenti, nemo debet in illam nisi ratione cogēte obtrudi. Et confirmatur: quia nemo ante illud legitimum tempus tenetur ecclesiasticis legibus, puta sacramentorum aut ieiuniorum: nō ergo est cur teneatur voto quod ex sua mera voluntate pendet, nisi plane constet esse doli capacem. ¶ Ex his sic dispositis ætatum limitibus, colligitur tam cōuenientia quàm discrimen inter votum personale & reale. Personale enim est quod ad personam attinet: vt est religionis, orationis, aut ieiunij: reale verò qđ pertinet ad res: puta vbi sumptus requiruntur. Ambo ergo in hoc conueniunt, quod ante rationis vsum neutrum potest emitti: illo tamen præsente, vtrunq; simplex. Nam solēne religionis, non nisi post quartūdecimum. Rursus cōueniunt, quod ante pubertatis annos, nempe ante quartumdecimum in puero, & duodecimum in puella, vtrunque potest à

Discrimē & cōuenientia inter votum personale & reale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parentibus vel tutoribus irritari, etiam si sit religionis: quo irritato, nulla eius obligatio in perpetuũ resurgit. Differunt tamen, quòd votum personale post quartũdecimum irritari non potest. Et ratio est: quia iam puer habet rationis vsum vt suam obliget personam: votum autem reale vsq; ad vigesimum quintum irritari potest. ¶ Circa prius autẽ horũ memborum forsan quis dubitet, an de omni personali voto sit intelligendum. Nempe si puer anno decimoquinto voueat ieiunium, aut quotidianã orationẽ, vtrùm perinde ac si esset religionis nullatenus irritari possit. Est enim à parte affirmatiua argumentũ: quoniã canones irritationẽ non prohibent, nisi voti religionis: quòd in eius fauorem videtur factũ. Neq; S. Thom. in. 4. de alio voto loquitur. Itẽ si vxor similia æderet personalia vota, possent à viro irritari, & pariter prælatus omne votũ subditi: sed tantã habet potestatẽ pater in filium, quantũ vir in vxorem: ergo & hæc valet cassare pater in filio qui nondũ vigesimumquintum annum attigit. In contrariũ est quòd ratio quæ conuincit religionis votum tunc ætatis irritari non posse, est, quòd iam tunc est plenus rationis vsus: quæ quidem ratio idẽ cõuincit de quocunq; alio personali. Quare non facilè credam illam exceptionem esse factã in fauorem religionis: imò est declaratio naturalis iuris. Et ideo cũ illud quod obseruatu difficilius est, maiorem q; exigens deliberationem irritari vetatur, cõsequens apparet, minora minus irritari posse. Igitur libentius negatiuè ad quæstionem respondere: videlicet nullum personale votum filij pubertatẽ ingressi posse à patre irritari. Nam Doctores idem iudiciũ de omni personali proferunt. Neq; simile est de vxore: quoniam illa non prohibetur vouere propter rationis defectũ, sed propter subiectionẽ ad virum, qui omne eius votũ irritare potest: sicuti prælatus omne votũ subditi: filius autem post pubertatem quo ad libertatis vsum non vsq; adeò subditur patri: sed dũtaxat in dispẽsatione bonorũ. Et ideo in tali casu non aliud quàm dispensationis remedium suppetit. Quòd si quis contrariũ censuerit: probationi rationem excogitet. ¶ Contra tertiam deinde conclusionem qua negatum est votum solenne ante quatuordecim annos validum esse, argũtur. Matrimonium eorum qui sunt doli capaces tenet: vt docemur. cap. de illis. de desponsatio. impuber. ergo & votum valere deberet: siquidem maioribus priuilegijs foueri debeat quàm matrimonia. Adde q; etiam ordo sacer: quod quæst. præcedenti dicebamus: si quis ante legitimũ tempus illi initietur, tenet. Cui quidem ordini annexum est castitatis votum: ergo non est cur nõ valeat solẽne votum. Neq; satis est respondere sic ecclesiæ placuisse: nam cũ Spiritu sancto regatur, nihil temerè constituit. Quærimus ergo eiusmodi rationẽ Decreti. ¶ Respondetur q; sacramenta nõ subsunt ecclesiæ iudicio vt secundũ essentiam mutentur: & ideo vbi cõpetens substat materia, nõ potest illa sacramenta irritare. Vnde cum vir & fœmina libere cõsentientes possint iure naturæ se matrimonio coniungere, fit vt si malitia ætatẽ suppleat, nempè si nõ modò rationis lux vtrique præfulgeat, verùm & fœmina idonea sit viro, atque ipse possit matrimonium consummare, non potuit ecclesia tale irritare matrimonium postquàm illic sacramẽtum perficitur. Et similis parq; est de ordinis sacramento ratio. Attamen quoniam religio non est sacramentum, potest eadem ecclesia solenne religionis votum irritare: idq́ue adeò consultissimè ante quartumdecimum annum cassatum duxit. ¶ Quòd si rursus interroges, an saltem tale votum religionis existimandum esset simplici, apparet nanq; sic esse: quoniam cum ecclesia solam solẽnitatem deneget, videtur ille inquantum potuit obligatus remanere, puta voto simplici. Simile enim habetur ca. quidam. & ca. placet. de conuers. coniuga. Cõiux enim qui altero reclamante abstractus est à religione, quãuis à voto solenni absolutus cẽseatur, ligatus tamen manet nẽ altero defuncto ad secundas transeat nuptias: quia obligatus est carnis debitum nõ petere. ¶ Nihilominùs nõnulla est, crediderim in præsentiarum rem secùs habere: nempe si ante quartũdecimum quis fecit solẽne votum, qui nunquàm simplex aliud neq; antè nec post egerit, nullo ligari neq; simplicis voti sunt: quandoquidẽ votum illud irritum per ecclesiã habetur: vt habetur ca. non solùm. de vot. lib. 6. Neque simile est de coniuge: nam in voto solenni coniugis includuntur tanq̃ duæ partes, & nõ reddere debitum, & non petere: & ideò licèt altero coniuge sub cuius est potestate impediatur eius voluntas respectu prioris, superstes nihilominùs fit ei potestas obligandi se respectu posterioris. Ille autem qui ante ætatem solẽniter vouet, non impeditur: quia alligatam habet alteri voluntatem: sed propter ætatis defectum: & ideo vbi simpliciter irritatum est solenne votũ religionis, nõ est cur virtutem

Dubitatio.

Ratio dubitandi.

S. Thomas.

Solutio.

Argumentũ cõtra tertiã conclusionẽ

Sanctus.

Solutio.

virtutem simplicis retineat. ¶ Postremum denique dubium est quod superiori articulo tetigimus: nempe vtrùm si pater votum filij dũ sub sua est potestate nõ irritat, integrum sibi sit, postquàm emancipatus est, idem eius votum irritare, quod dum sub sua erat cura emiserat. Exempli gratia: Puer tertiodecimo anno votum fecit simplex religionis, quod neque pater ante quartumdecimum irritauit neq; filius ipse posteà amplius confirmauit: in decimo autem quinto anno, voti eundem filium pœnitet: vtrùm facultas tunc perduret in patre illud cassandi: quandoquidem si tũc vouisset, certum est non posse. Pariter votũ reale ante vigesimumquintum annum emissum à filio, vtrum postquàm eodẽ elapso tẽpore emancipatus est filius, possit à patre irritari. Profectò res est dubia: gratius tamen in partem negatiuam inclinarẽ: nam etsi tempore emissi voti pater irritare illud poterat, eadem ei potestas non perstat nisi vsque ad præfinitum lege tempus. Quare si illa intra idem tempus non fungitur, posteà non valet illam exequi. Idq; à simili confirmatur. Nam si seruus dum erat sub alterius dominio votũ emisit quod nunquàm dominus irritauit, posteà libertus non potest ad dominũ recurrere qui illud irritet. Neq; irritatio teneret.

AD primum igitur argumentum respondetur, solùm concludere pueros quibus nõdum rationis vsus illuxit, nequãquã vouere posse: vt prima asserunt conclusio. ¶ Ad secundum negatur prior præmissa. Enimuerò quamuis in potestate sit patri liberorum vota infecta reddere, nihil tamen obstat quo minùs vouere possint: nam intelligitur negatiua conditio: nisi à parente vel tutore irritetur. Quare quàndiu non irritatur, tenetur filius, vti de religioso diximus, illud exequi. ¶ Tertium denique de voto solenni curritur: quod iam dictum est ante annos puberta tis suscipi non posse.

Solutio.

QVAESTIO QVARTA, De dispensatione & cõmutatione voti.

Sanct. Thom. 2. 2. q. 83. articu. 10.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm in voto possit fieri dispensatio.

POST irritationem voti eorum qui firmiter vouere nequeũt, sequitur quæstio de eorũ dispensatione, quæ firma sunt vota. Arguitur ergo de more, quòd nulla in eiusmodi vota cadere possit dispensatio. Minus est votum commutare quàm super illud dispensari: votum autem commutari non potest, vt verbis illis Leuit. 27. insinuatur: Animal quod immolari potest Domino, si quis vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit: neque melius malo: neque peius bono: ergo multò minùs potest super votum dispensari. ¶ Secundò, in his quæ de lege naturæ sunt aut diuina, non potest per hominẽ dispensari, ac multò minùs in præceptis primæ tabulæ quæ ad dilectionem Dei spectant: quæ autore Paulo omnium est præceptorum finis: votũ autem semel emissum, re ipsa explere, est ius diuinum ad religionem attinens: ergo nulla in illud incidere valet dispensatio. ¶ Accedit tertiò quòd redditio voti pertinet ad fidem quę Deo firma debetur, postq̃ illi est impignorata: super hoc autem dispensare absurdum apparet: ergo non est licitum. ¶ In cõtrarium exsistit argumentũ: quod maioris roboris est, id quod ex communi voluntate procedit habentis publicam autoritatem, quàm quod ex voluntate singularis personæ dimanat: sed in lege quæ ex communi consensu reipublicæ stabilimentũ habet, dispensari potest, vt libr. 3. ostensum est: ergo super voto quod solo vouentis arbitrio firmatur.

Primum argumentũ.

Secundum.

AD intellectum quæstionis præsentis recolenda est illa distinctio quam lib. 1. q. vltima præmisimus, inter dispensare, irritare, abrogare, & interpretari: addè etiam in voto, commutare, & redimere. Irritare nanque, sine in lege fine in voto id mediteris, est illud cassum habere per subtractionem materiæ. De lege illic exemplũ posuimus: & de voto q. proximè præcedenti multa produximus. Commutare autem, vt nomen sonat, est vnũ in aliud quidpiam mutare: vt si peregrinationis votum in ieiunium commutetur. Atque idem est redimere: nisi q̃ redemptio commutationem sonat in pecuniam, vel in aliud pecunia æstimabile: vt dum votum peregrinationis quod ad sacrum Iacobi edidisti, in aurum mutatur quod eidem templo offeras. Abrogatio verò non habet locum nisi in lege, quando cessante causa legis ipsa subinde cessat. Sed interpretatio atque epieikeia, per

Irritatio voti.

Cõmutatio.

Redemptio.

Abrogatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde atque in lege habe: locum in voto, quæ est quando declaratur legem aut votū in tali casu nō tenere: vt paulò pòst videbimus. Dispensatio verò in lege, est exceptio, vt illic diximus, personæ ab vniuersali obligatione: vt cùm aliquis priuilegio excipitur nè Quadragesimam ieiunet. Voti autem dispensatio, vt quod singularē tātùm personam obligat, nō hic cōmodè definiri potest: sed est sublatio voti: ob id quod causa qua factum est, minimè iam tunc decere videtur. ¶ Vt autem hęc clariùs eluceſcant, ad responsionem quæstionis descendamus quæ hæc continetur conclusio ne. Votum quodcunq; simplex potestati sub est ecclesiæ; tam vt super eo dispenset q̄ vt ipsum in rem aliam cōmutet. Probatur conclusio. Voti dispensatio instar dispensationis legis perpendi debet. Dispensare autem, secundum vocis sonum, idem est quod communia ad singulares personas pro cuiusq; gradu & ordine applicare: quod œconomus in familia exequitur. Et per hoc clarescit dispensatio legis. Etenim cùm lex, vt lib. 1. latè mōstratum est, non ponatur nisi habita consideratione boni cōmunis & eorum quæ plurimùm contingunt, accidat autem id in aliquo casu & persona deficere, oportet per eum qui publicam gerit potestatem discernere in tali casu non esse seruandam. Pari ergo modo de voto censendum. Nam qui vouet, quādam sibi cōstituit legem: ob id quod bonum sibi censebat, ac Deō cum primis gratum: vsu autē venire potest vt rebus mutatis id quod sibi bonum erat, vel malum simpliciter fieri, vel incōmodum, vel fœlicioris frugis impedimētum: quod est contra rationem voti. Qua ratione expediens est vt penes illum qui spiritualem habet iurisdictionem potestas sit iudicandi, satius esse aut votum non esse seruandū aut in rem aliam mitiorem cōmutandum. Atqui actio prior dicitur dispensatio: quæ maioris est potestatis: posterior verò, cōmutatio: quę facilius fieri potest. Vnde ratio cur huiusmodi autoritas in ecclesia fuerit necessaria, explicat Innocē. ad Ianuarium. 1. q. 7. ca. dispensationes. vbi prudenter ait, dispensationes non nunquàm cogere ex rigore debito aliquid remittere, instar nautarum, qui tempestate vrgente quædam exonerant vt cætera salua permaneant. ¶ In præsentiarum tres tantùm causas iustæ dispensationis refert D. Thom. Scilicet si voti materia mala sit, aut inutilis, aut maioris impeditiua boni. Tertio autem articu. locupletiùs omnes sunt explicandæ dispensandi rationes. Nam in præsentia sat erat exemplum proferre. ¶ Circa hanc conclusionem nihil aliud notandum superest q̄ quo pacto inter illa quinque vel sex quæ dicta sunt. Et primò inter dispensationem & cōmutationem liquida est differentia. Nam per dispensationē vinculum prorsus voti eniodatur ac tollitur: in cōmutatione verò minimè. Ipso enim eodem vinculo quo ad peregrinationē, verbi gratia, coactus eras, obligaris subinde ad orationem in quam votū cōmutatum est. Itaq; ad orationē illam non teneris virtute præcepti illius qui cōmutauit: quia ille nihil iubet, sed mutat. Neq; verò nouum suscipis votum: sed virtus prioris manet in secunda materia. Ac perinde eadem est religio seruare illud in secunda materia, atq; in priori. ¶ Mox neque inter dispensationem & irritationem obscura differentia est. Nam irritatio est sublatio materiæ, atque adeò obligationis voti quod nondum firmum erat, sed pendulum ab irritantis voluntate. Quæ ideo non solùm ad spiritualem pertinet potestatē, sed pater & maritus idem possunt. Dispensatio verò est religatio & ablatio vinculi quod firmum erat: quæ ideo functio ad spiritualē potestatem attinet. Neq; sine causa & iudicio fieri potest, quo iudicetur causam vouendi inutilem iam esse. Quod ad irritationem non est necessārium. ¶ Attamen inter dispensationem & epieikeiam seu interpretationem nō tam clarum est interuallum. Nam qui dispensat, nihil aliud videtur facere quàm interpretari & declarare votum iam tunc in illo casu non obligare. Ad hoc autem loco citato libro. 1. cùm de legis dispensatione diceremus, respondimus. Interpretatio enim voti, sicuti legis, exigit vt eius impletio sit rationi naturali cōtraria: ad dispensationem verò satis est quòd legis & voti ratio in tali persona deficiat. Ex quo fit interpretationem pro illo articulo nullam exigere prelati autoritatem, vt illic declarabamus, si recursus ad ipsum nō pateat. Accipe exemplum. Vouisti carnes non edere: tamen in eum locum incidisti, vbi nisi eas comedas, peribis: tunc quoniā res accidit natura li iuri contraria, tuipse autoritate priuata potes non obstante voto illas comedere. Haud tamen ideo à voti vinculo absolueris: sanè ob eadem necessitate præterita seruare teneris. At verò fortè tibi aliquo modo iunium nocet, vel impedimento tibi est nè tam attentè possis studio literarum incumbere: non ideo potes per epieikeiam contra votum facere: sed tantum potest esse causa quare prælatus tecum dispenset, votiq; obligationē

Cōclusio responsiua.

Probatio.

Differentia inter dispensationē & relationē.

Quæst. hæc fit loco dispensationi & irritationis.

gationem vel ad tempus vel in perpetuū tollat. Quocirca dispensatio nō est interpretatio, votum tunc nō tenere: sed etiam si votum teneat, illud tollere. Quò fit vt aliquā habeat similitudinem cum abrogatione legis, quæ fit principis authoritate, cessante causa. Quā vis plus requiratur ad dispēsationē: nempe q̄ materia voti sit, vt diximus, vel inutilis, vel mala, vel impeditiua melioris boni. Est præter hæc omnia & voti cessatio quę nulla indiget dispensatione: de qua quęstio. 1. meminimus: nempe si vouisti certam domum nunquàm intrare, & causa fuit propter periculū quod illic tibi imminebat, cessante prorsus illa causa cessat & votum. Nam non intrare domum, res est vana, atq; adeò indigna materia voti. ¶ Igitur vt ad conclusionem redeamus, quòd condecens fuerit ecclesiæ prælatos tali fungi autoritate in votum quali in legem, cō pertissimum est: nam cùm neq; vouentis prudentia tanta semper sit, vt votum matura cō sultatione suscipiat: & res præterea humanæ quotidie subinde mutentur, sæpe sæpius rationi consonat id quod quis vouerit retractādum fore. Et quoniam per votum fides Deo obligatur, & priuatus homo esse non potest idoneus iudex in causa propria, ratio ipsa à natura profecta docebat, vt qui vices Dei gerit, tali fungeretur arbitrio & iudicio. Quapropter Christus hanc ecclesiæ suæ autoritatem reliquit. Tota autem rei huius difficultas in causis consistit quibus dispensatio iustificatur: de quibus artic. 3.

AD primum igitur argumentum respondetur, idem discrimen lege veteri inter animalia constitutum quæ templo offerebantur, perinde apparere inter votum solenne & simplex. Animal enim oblatum q̄d immolationi idoneum erat, iam inde existimabatur vt quasi diuino cultui mancipatū: quamobrem de causa redimi pretio nequibat. Ac pariter, vt statim dicturi sumus, in votum solēne, quo se homo diuino tradidit cultui, dispensatio non cadit: animal verò quod sanctificari per immolationem non poterat, redimi iubebatur: & pariter nunc super voto simplici dispēsari ab ecclesia potest. ¶ Ad secundum respōdetur, quòd quāuis super his quæ iuris naturæ sunt ac diuini, dispensari per hominē non possit: tamē nō minùs tenetur homo legi maiorum mandatoq; parere, quàm explere votum. Nam & hoc quoq; naturale ius est ac diuinum. Quapropter etsi implere votum sit de lege naturæ ac diuina, tamen dum superior dispensat, nihil cōtra votum ipsum fit, sed tollitur: eò quòd iudicatur non debere in tali casu ligare. Quēadmodum quando princeps in lege humana dispēsat, nō id fit vt subditus legi non obtemperet, quod esset contra ius diuinum, sed hoc prorsus vt quod erat lex, in hoc casu cesset. Quare prælatus dispensans in voto, non dispensat super ius diuinū aut naturale: hoc enim faceret si manente voto licitum censeret opus contrarium. Quod si tibi hoc videatur petitio principij, atque adeò sic arguas: Lex diuina & naturalis non potest p hominem tolli: reddere votum est lex diuina: ergo nō potest illa tolli, atque adeò neq; eius obligatio. Respondetur quòd dispensans nō tollit legem diuinam, quæ est vt dum votum firmum manet seruetur, sed tollit obligationem quæ ex mera voluntate vouentis ortum duxit. Quòd enim homo reus sit voti, ex duabus præmissis colligitur. Nempe quia vouit, & quia lex est vt votum reddatur: dispensans autem non tollit hoc secundum, sed prius: puta obligationem quatenus ex voluntate illius emersit: quæ, vt supra diximus, quodāmodò est lex humana. ¶ Ac pari modo respōdetur ad tertium, quòd qui non persoluit votū q̄d præfectus censet incōmodum, nullam frāgit Deo fidem: imò eius vicario obsequitur.

Tertium.

Obiectio.

Solutio.

Ad tertium

ARTICVLVS. II.

Vtrùm super voto solenni cōtinentiæ religionis fieri possit dispensatio.

QVanuis ecclesia potestatem habeat, vt dictum est, dispēsandi in voto perinde atque in suis legibus: tamen propter singulare priuilegium voti solennis, explorare restat vtrū vsque ad hoc etiam eadem potestas extendatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Vnā earū ratio quæ suprà relatæ sunt dispensandi in voto est, si pretiosiori bono obstaculum sit: sed hæc in voto etiam solenni cōtinentiæ reperiri potest. Nam bonum cōmune, teste Arist. diuinius est quàm peculiare cuiuspiam: potest autem in voto continentiæ alicuius personæ periclitari cōmune bonum: vt si per matrimonium illius qui continentiam solenniter vouit, perpetua regni successio seruaretur incolumis, ac subinde afflicta republica paci consuleretur publicæ: ergo tunc religio esset super tali voto dispensare. ¶ Secūdo. Latria nobilior virtus est quàm castitas: potest autem super voto latriæ, puta offerendi sacrificium

Primum argumentū à parte affirmatiua.

Aristot.

Secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertium.

Quartum.

Altisiodor. Glossa.

Tria in voto cõtinẽtiæ cõsiderãda.

Ratio proxima non admodũ vrgẽs Paulus.

Ratio Alberti Magni.

ali quod iusta de causa dispensari: ergo super voto solẽni castitatis. ¶ Tertio: Sicut votum abstinentiæ periculum vitæ offerre põt voventi, sic & solẽne votum cõtinentiæ: sed causa seruandæ vitæ licita est dispẽsatio prioris: ergo & posterioris. ¶ Quartò: sub voto solẽni religionis nõ solum castitas, verum & paupertas & obedientia cõtinet: horũ aũt duorũ dispensatio legitima esse potest & iusta: ergo & castitatis. Minor patet, dũ quis ex monachatu ad functionẽ episcopalẽ assumitur: tũc em̃ ille & à pfessionis obedientia eximit̃, & in diuitijs permittit̃ viuere. ¶ In contrariũ autẽ est illud Eccles. 26. Ois ponderatio nõ est digna animæ cõtinentis: id est nihil est quo cõtinentiæ status cõpensari possit. Cui applaudit & c. cũ ad monasteriũ, de stat. mona. Cuius postrema verba sunt, Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeò annexa est regulæ monachali, vt contra eã neq; summus Pontifex possit indulgere.

A D quæstionẽ tribus refutatis opinionibus respõdet D. Tho. per suũ, quã quinque cõclusionibus explicat. Ad materiẽ autẽ intelligentiã prænosse oportet tria esse in voto cõtinentiæ cõsideranda: nẽpe materiã, perpetuitatẽ, ac solẽnitatẽ. Tres ergo opiniones, videlicet duæ priores & quarta, in conclusione capitali eadẽq; negatiua cõsentiunt: nẽpe super votũ solẽne cõtinentiæ neutiq̃ per ecclesiam dispensari pposse: sed de causa diuidẽt. Prima enim quæ est antiqui Altisiod. & glos. ca. cũ ad monasteriũ. de stat. monac. & super ca. 1. de vot. & vot. redem. causam ad materiã reducit. Aiunt in quã eius autores hmõi solẽne votũ idcirco nõ esse dispensabile, quòd excellentia cõtinentiæ virtutis æquã non recipit cõpensationẽ, vt autoritas Ecclesiasticæ citata insinuat. Rõnem autẽ eam assignãt q̃ homo per continentiã tum de domestico triũphat inimico, nimirũ de carne, quæ diabolo & mũdo molestior est: tũ & angelorũ repræsentat natura, Christoq; secundũ animæ puritatẽ & corporis assimilat. Hæc autẽ ratio nõ admodũ vrget: nã mimę bonũ, vt cõtẽplatio & oratio, præstantius est, viciniusq; nos Deo reddit cõformes q̃ bona corporis. Id qđ & Apostolo. 1. ad Cor. 7. cõtestat: vbi continentiã mediũ existimat fouedæ contẽplationis quæ eius est finis. Ait em̃ q̃ innupta mulier cogitat q̃ dei sunt: & ideo cõiugibus ob id cõsulit à cõmuni toro in tẽpus seruũ, vt possint orationi vacare: & tamẽ sup voto contẽplationis & orationis dispẽsari põt. ¶ Ob id ergo alij, quorũ fuit Alber. Mag. in 4. d. 38. ar. 7. rõnẽ eiusdem cõclusionis à perpetuitate voti dẽducunt. Aiunt. Iidcirco hoc votũ dispensationi nõ subdi, q̃ prætermitti nequit, nisi per id qđ omnino est contrariũ. id autẽ quod voto contrarium est, eius perpetuitati repugnat. Attamen ratio hæc nullã habet energiam: nã etiã votum abstinẽdi perpetuò ab eiu carnũ prætermittere nemo põt nisi edendo carnes: & tamen põt in illo dispẽsari. ¶ Igitur tertia opinio cõclusionis sentẽtia differt: asseuerat em̃ votũ solẽne continentiæ esse dispẽsabile propter cõem reipublicæ vtilitatẽ: vt supra argutum est. Attũ his nõ obstantibus, D. Tho. respõdet quattuor præambulis, ppositionibus: ex quibus quilibẽ colligit capitalẽ conclusionem. Prima, ppositio est. Nullus ecclesię prælatus, vt summũ atq; minimũ cõprehẽdam⁹, efficere põt, vt qui votũ solẽne emisit, ab eo desistat, ad quod cõsecratus aut benedict⁹ est: nẽpe vt sacerdos nõ sit sacerdos: aut religiosus nõ sit religiosus. Probatur ex illo Leui. vlti. Illud quod semel sanctificatũ est dño, non potest in alios vsus cõmutari: q̃m iam dicatũ est Deo: ecclesia autẽ nõ potest sanctificationem illius quod semel sanctũ est tollere, neq; in rebus ipsis inanimatis: nequit enim efficere vt cõsecratus calix, aut tẽplum, aut ara, nõ sint cõsecrata: atq; adeò multò minùs, vt homo semel deo cõsecratus aut dicatus, desinat esse cõsecratus: atq; adeò neq; potest ab illo vsu abdcere ad quẽ consecratus est aut benedictus, atq; alijs applicari. Solennitas autẽ voti, vt. q. 2. dictũ est, consistit in cõsecratiõe & benedictione vouẽtis: fit ergo cõsequẽs assertio nostra: nẽpe fieri nõ posse vt q̃ semel sacerdos aut religiosus est, desinat esse talis. Tãetsi sacerdos functione & executione ordinũ suspẽdi possit. At qui a hoc de sacerdote propter characterẽ certius est, nõnulli Iuristæ id de religioso negarunt: dicentes posse fieri nõ religiosum. Sed tamẽ hoc, inquit S. Tho. frãter dixerũt. ¶ Hac ergo prima ppositione præfixa, vt ad votũ cõtinentię descendamus, speculari restat, vtrũ cõtinentiæ votum illi sit muneri essentialiter annexũ, ad quod per votum solẽne cõsecratio fit aut benedictio: nam si ita sit, qua ratione qui consecratus est, esse nequit nõ cõsecratus aut benedictus, sit vt neque vlla queat super tale continẽtiæ votũ fieri dispẽsatio. Sinautẽ tali muneri continentia nõ sit individuè annexa, dispensari potest vt huiusmodi consecratus aut benedictus continentiæ voto soluatur. Res est apertissima.

Refutatur rõ Albert.

Prima propositio Thomæ.

Probatur.

¶ Subnectitur ergo secunda propositio. Ordini sacro debitum continentiæ non est essen-

Secunda propositio.

tialiter

tialiter annexum, sed statuto ecclesiæ: vt superiùs iam nobis cõstitit. Hoc patet: quia nõ est de essentia sacerdotis castitatẽ seruare: q̃n quidem Græci etiã ab ecclesia Latina permittuntur in coniugij fœdere permanere. ¶ Ex hac ergo protinus sequitur tertia. Videtur ecclesia dispensare posse in voto cõtinẽtiæ, qđ per susceptionẽ sacri ordinis solẽniter suscipitur. Patet posteã nõ secũ in rodẽ pugnat, sacerdotem esse & nõ cõtinere. ¶ Quarta propositio: Debitũ cõtinentiæ statui religionis essentiale est. Probatur: homo per religionis statũ seculo prorsus abrenuntiat, totum se Dei seruitio mancipãdo: ergo illo voto ab se rescindit quicquid eiusmodi obsequio obstaculo est. se potest: hoc aũt maximè est cõiugalis sarcina: vt per quã homini necessitas incumbit familiæ curandæ: secundũ illud Apostoli. 1. ad Cor. 7. Qui cũ vxore est, solicit⁹ est quæ sunt mũdi, quomodò placeat vxori: & diuisus est: ergo religionis voto essentiale est castitatis debitũ. Idq; nomine ipso cõfirmatur. Nã monachus ab vnitate sic nuncupatur: nempe qa solus viuit, atq; vnico Dei negotio incumbit, neq; ad vxorem vel ad alia secularia diuisus est. ¶ Ex his tãdem elicitur quinto loco capitalis cõclusio, qua ad quæstionẽ respõdetur. In voto continentiæ quod religionis professione fit solẽne, nequit ecclesia dispensare. Cuius rationẽ Decretalis citata subdit: nempe q̃ custodia castitatis annexa est regulæ monachali. ¶ De tertia propositione S. Tho. quæ ad votũ sacerdotale spectat, nemo dubitat, quin sit ab illo separabilis cõtinentia. Sed de hoc forsan tyrũculus hæreret, vtrũ votum castitatis quod sacerdotes modo statuto ecclesiæ suscipiunt, sit de castitate intelligẽdum quæ rei vxoriæ opponit: an verò de illa quæ simpliciter omni copulæ aduersatur, siue cõiugali, siue fornicariç: multũ enim refert: nam si tantũ de priori intelligit̃, tunc fornicatio sacerdotis nõ esset nisi simplex peccatũ: si autẽ de posteriori, erit etiã fractio voti. Apparet autẽ non intelligi nisi de priori, scilicet q̃ tantum voueant nõ ducere vxores: nam hoc est quod suo statui satis esse videtur. Respõdetur nihilominus, simpliciter esse intelligendũ de castitate, sicut est votũ religionis: nam ad functionem suam qui consecrando venerabili sacramẽto mancipãtur, omnis mundities cõdecet: qua ratione ecclesia ordinibus sacris illud adnexuit votũ. Quare fornicãtes, duplici culpa maculãtur. ¶ At sciscitet fortè q̃spiã, quomodo possit Papa super huiusmodi voto dispensare: videlicet vtrũ anteq̃ fiat: nẽpe abrogãdo nunc legẽ positã: vt qui amodò initiari voluerint sacris, nõ fiant voti castitatis obnoxij: an verò etiã cũ illis qui iã votũ solẽne fecerũt. Apparet enim modus hic secũdus non licere: nẽpe vt qui votũ solẽne fecerũt, vxores ducãt. Respõdetur, vtroq; id modo posse fieri: quãdoquidẽ huiusmodi votũ vim aliam nõ habet q̃ ex ecclesiæ statuto: cũ ex natura rei, votũ cõtinentiæ nõ sit ordini sacro annexũ. Et simile. q. 6. de militaribus religionibus dicturi sumus. ¶ De capitali aũt conclusione multi sunt qui à sentẽtia S. Tho. deflectũt: tenẽtes ecclesiã perinde in voto solẽni continẽtiæ religiosorũ dispensare posse atq; in voto sacerdotũ: vt est Henr. Gandẽ. quodlibe. 5. q. 25. & 26. & Richar. in. 4. d. 38. arti. 9. & Durandus eâd. d. q. 2. Et ex nostris Palud. q. 4. Quin etiã & ipse D. Tho. aliquãdo contrariã sententiã nõ respuit: vt patet in. 4. d. 38. q. 1. arti. 4. Imo verò, quod non possum nõ mirari, Caiet. in præsentia ũ nõ solum contrariã sentẽtiã asseuerat, verum & asserit opinionẽ hic sancti Thomæ de hùiusmodi indispensabilitate nõ esse eius absolutè, sed opinatiue: quia illum, inquit, sensum ex Decretali hausit: quẽ tamen ipse nõ censet esse legitimũ. Idemque contendit & in opusculis. q. 12. primi quotlibeti. ¶ Igitur pro examine præsentis quæstionis attẽtè notandũ est, quẽadmodum sanctus Thomas ex prima propositione & quarta colligit, dispẽsari nõ posse in voto solenni continẽtiæ religionis: quæ est capitalis cõclusio. Sic scilicet fieri per ecclesiã nequit, vt qui semel in religionẽ benedictus est, desinat esse religiosus. Sicuti fieri nõ potest, vt qui in sacerdotem consecratur, desinat esse sacerdos. Continentia verò perpetua est de intrinseca ratione & essentia religionis: ergo super illa fieri non potest dispensatio. Qui autem sententiam hanc impugnant, vtranque præmissam demoliri conantur. Imò nõ solum extranei, verũ & hic Caietan. priorẽ nõ approbat: quia nõ idem de religioso quod de clerico in sacris censet: eò quod per sacros ordines imprimitur indelebilis character, vnde fit impossibile eum qui semel est sacerdos, desinere esse talis, etiã si degradetur. In religione aũt nullus character imprimitur, sed sola adhibetur bẽdictio. Quare etsi fieri nequeat religiosum nõ fuisse benedictum, nihil tamen vetat quõminùs, p̃ legitima causa eiusmodi religiosus distrahatur ad alios casus pũta: dispensetur cum illo vt à cœlibatu ad nuptias demigret. Veluti & consecratus calix potest per dispensationem in alios assumi vsus nõ sacros pro

Solutio.

Henrici opinio. Richardus. Durandus. Paludanus. Caietanus.

Caietanus studet demoliri rationẽ S. Thomæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

positionis panes sacerdos legis veteris Dauid porrexit quò suorum famem leuaret. Hæc omnia à Paludè mutuatus est. ¶ Ex quò subinde infert D. Thomã Decretalem, cũ ad monasterium, non citasse legi timo sensu. Illic enim solum habetur quòd non posset religioni sine voto castitatis religiosũ permanere: haud tamen inde, inquit, colligitur q̃ nõ possit à religione extrahi. Imò ait si autor vidisset summos Pontifices eãdem Decretalem sic fuisse interpretatos, proculdubiò non suscepisset onus huius opinionis ad defendendã illã Decretalẽ: sanè cũ pluries à Romano Põtifice dispensatum sit in voto solẽni, vt cũ rege Aragoniæ refert Petrus de Palud. in. 4. d. 38. & Papa Cœlestinus dispensauit cũ sanctimoniali Cõstantia filia Rogerij regis, vt monasteriũ post professionẽ exiens, Henrico Sexto Régi nuberet: vt historiæ tradunt. ¶ Alij autem Thomistæ vt D. Thomã defendãt, fingunt nescio quã qualitatẽ religioso per benedictionem imprimi indelebilẽ: qđ deridiculũ figmẽtum est. ¶ Igitur quod Caieta. de S. Tho. censet, videlicet q̃ si sensus Decretalis intellexisset nõ perstitisset in hac sententia, idipsum ego de eo censuerim: nempe q̃ si mentem Di. Tho. penetrare voluisset, non tam facilè ab illo recessisset. Vis enim rationis D. Thom. ad probandũ religiosum fieri nõ posse nõ religiosum, nõ persistit in eius benedictione tanq̃ in prima radice: sed in legitima traditione: quia scilicet dũ solẽniter profitetur, dedit traditq̃; se in alterius possessionẽ. hoc est in alienã potestatem: nẽpe quia religioni se dedicat perinde ac si quis in mancipiũ sese traderet dño: vt quæs. 2. art. vlt. declarauimus. Sed quia illa traditio sub forma benedictionis celebratur, ea vtitur quasi traditionis signo. Nam in ordine nostro anteà fit professio q̃ benedictio. Vnde in. 4. d. 38. q. 1. art. 2. expresse ait tum votum solẽne fieri, quãdo quis præsentialiter sese deo tradit, diuinis se præceptis mãcipando: vel in sacro ordine, vel in religionis professione. Et art. 3. inter soluendũ tertiũ argumẽtũ postremæ quæstiunculæ, propterea ait per votũ solenne ditimi matrimonũ, qđ nõ fit per simplex, quia votum solẽne habet actualẽ exhibitionem ꝓprij corporis. ¶ Hæc autẽ ratio profectò nõ est tã debilis q̃ Caieta. & alij arbitrantur: nã si quod est in bois dño & possessione per humanã potestatẽ auelli ab illo iustè non potest, nec verò cõiux ab altero cõiuge, multo fit probabilius, vt qui iam se Deo in hoc obsequiũ mãcipauit, amoueri inde nõ valeat. Quæ quidẽ ratio tãti tẽpore. D. Tho. habebatur, vt præter ingenitã sibi consuetisti mamq̃; vrbanitatẽ & modestiam, non fuerit dicere veritus, eos qui sentirẽt religiosum posse fieri nõ religiosum, ignoranter id dixisse. Hoc enim prorsus argumẽto. D. Matth. vsus est aduersus regẽ illũ, qui sanctimonialẽ Ephigeniã ducere volebat: q̃ cum cœlestis regis spõsa esset: nefas permittere existimauit, quãuis dimidiũ regni illi offerret. Ad quam autoritatẽ Caie. respondere nequiuit nisi negando historiã. ¶ Et rationis fundamentum est quod. q. 2. arti. de solẽni voto, declarauimus: nẽpe q̃ etsi cęremonia solennitatis voti cõstitutio sit humana, eius tamen obligatio ius est diuinũ ac naturale: videlicet vt qui re vera iã se alteri perpetuò mãcipauit, nequeat inde extra iniuriã diuelli. Quòd aũt religio sit perpetua traditio, patet ex illo euangelico: Vade & vẽde omnia quæ habes, & sequere me: perpetuã scilicet animi firmitate. Igitur qui contrariæ opinioni patrocinantur, in eo, nisi nos fallimur, decipiuntur, q̃ cũ cęremonia professionis sit de iure ecclesiastico, inde inferũt vinculũ non esse de iure diuino. Quòd si verum esset, profectò tam facilè posset super voto solẽni dispensari q̃ super simplici: quod tamen absurdũ est. Quocircà Altisiodorẽsis & Albertus Mag. in. 4. d. 34. arti. 17. & Alexã. Hal. in. 3. par. & Bonauẽ. etiã. in. 4. in fin. d. 38. atq; alij huius classis pro constitutissimo semper hoc habuerũt. Obidq; D. Tho. opinionem cui in. 4. visus est cõniuere, posteà in Sũma recognitiùs pspecta, demutauit: cõtrariãq; quid Caiet. dixerit, affirmatissimè cõplexus est. ¶ Et est mihi profectò in cõfirmationem eius sententiæ argumentũ minimè debile: nã si religiosus per dispensationẽ fieri valeret nõ religiosus, non esset firma ratio, vt per professionẽ religionis matrimoniũ ratum non consummatũ dirimeretur. Fac enim maritũ ante copulã religionẽ profiteri, atque vxorẽ alteri se cõiugio copulare, tũc si iste fieri posset nõ religiosus, transire posset ad alias nuptias: quandoquidẽ priores dissolutæ fuerant. Vnde de vsu veniret vt post ratũ matrimonium de præsenti, viro liceret habere aliam vxorẽ, & vxori alium virũ. Hæc in corroborationẽ attulerim prioris præmissæ: nẽpe religiosum fieri nõ posse sæcularẽ. ¶ Ex his fit. S. Tho. Decretalẽ, cũ ad monasteriũ. non ad id citasse ad qđ Caie. putat. s. ad cõfirmandũ q̃ religiosus nõ potest fieri nõ religiosus: nam bene videbat, hoc illic nõ definiri. Sed hoc aliũdè cõstituto citauit illã ad asserendã alterã præmissã: videlicet perpetuam cõtinentiam sic esse religioni annexam, vt neq; per ecclesiã fieri possit vt sit vera religio sine cõtinentiæ voto. Et certè est inirandũ q̃ Caieta. apud diuũ Tho. hoc non perspexerit. ¶ At verò & secundam præmissam nõ desunt qui inficientur: nimirũ arbitrantes cõtinentiam nõ sic penitus natiuam esse religioni quin absq; illa possit vera esse religio. Imo verò Caieta. licet hic aliud affirmare & defensare videatur, tamen illis suis verbis quæs. 88. arti. 7. quòd solo ecclesiæ statuto religiosus inhabilis fit ad matrimoniũ, quæ pariter Scotus ait, videtur idem sentire. De hac autẽ re in subsequẽti quæstione singularis nos manet artic. 3. vbi de militaribus religionibus disputabimus, an veræ sint religiones: cum eiusmodi milites matrimonia cõtrahant. Interim tamen satis sit nobis expressum decretum Innocentij iam citatum: vbi ait nec per summum Pontificẽ indulgeri posse vt absq; castitatis voto ver⁹ sit monachatus. ¶ Per hæc ergo argumẽta contrariæ opiniones diluuntur. Simile nãq; quod à sacerdotio ad religionẽ afferunt, nullum est, videlicet q̃ si potest Papa super cõtinentia sacerdotis dispensare, possit cũ monacho: nam castitas nõ est illi muneri indiuidua, veluti huic. Sed arguunt sic prętereà. Id quod voto ne fieret obstaret, causa est legitima vt factum tollatur: si autẽ grande reipublicæ periculum immineret nisi vnus quispiã dum liber est matrimonium cõtraheret, id potius eligere deberet q̃ religionem: ergo si eadem necessitas postquã est religiosus, incũbit, tunc étiã extrahendus est. Negatur autem prior assumpta. Respondeant enim mihi qui hoc vtuntur Achille. Si solus omninò reipublicæ inde esset dependẽs q̃ qui vxorem habet legitimã alterã duceret, vtrũ dimittere quã habet deberet vt aliã sibi copularet? omninò negabunt. Et tamen si res esset integra, hoc est si ille liber esset, deberet illã sibi adiungere quæ ad publicũ salutẽ cõferret. Simile ergo nos de religioso respondemus: quippe qui fortiori est vinculo colligatus. ¶ Rursus, Palude arguit q̃ in omni voto excepta subintelligitur autoritas Papæ, si dispensare voluerit. Atque alij eidẽ rationi aliã adiungunt: videlicet q̃ hostio à iure naturæ nulla tenus se valet eximere: quapropter nullo obstante voto si naturalis lex casum obtulerit necessariũ, parendũ est: atque adeò oinò cũ religioso dispẽsandũ. Negat verò illud documentũ. Imò sicut põt homo sic se per matrimoniũ alteri addicere vt neq; per Pontificẽ possit ab illo dissociari, ita se potest & per votũ religioni mãcipari. Quocircà falsum est q̃ in voto solenni illa subintelligitur exceptio. ¶ Reliqua istorum argumenta nullius sunt prorsus momẽti præter illud, quòd licet meritò pluris habeatur, non tamẽ perinde cogit atq; ipsi putant. Et est illud qđ hic Caiet. ineluctabile existimat: nẽpe q̃ Pontifices suprà memorati cũ religiosis dispensasse legũtur, vt religionẽ cũ matrimonio cõmutarent. Ad hoc aũt in primis respõderi potest, historias illas, saltẽ illã Regis Aragonũ nõ esse vsq; adeò certã: haud enim in Chronicis illius regni extat: nec verò in sacro canone: sed à Palude citatur. Secũdò, vt Sylue. in verbo, votũ. 4. refert, sunt qui asseuerẽt religiosum illũ Aragonẽ nõ fuisse professum. Idemq; astruũt de sanctimoniali Cõstantia. Vel fortè allegârũt nõ vsq; adeò spõtaneos solẽniter vouisse: qđ creberrimẽ vsu venit. Prætereà idẽ Sylue. magister Palatij sacri nõ veretur dicere alia multa Põtifices facitare neq; secundũ ius, neque sine scãdalo. At verò nõ opus est hucusq; cõfugere. Sed cũ de re hac diuersè fuerit iam pridẽ opinatũ, Papa dispensans sequutus est opinionẽ illam quã probabilẽ cẽlebat: Haud tamen subinde fit cõsequens vt illã tanq̃ de fide decreuerit. Nã facta Pontificũ minimè articulos fidei constituũt. Quod miror tũ alios, tum præcipuè Caietanũ nõ animaduertisse. Quapropter si Cœlestinus dispẽsauit cũ Cõstantia, non dubiũ quin hoc D. Tho. notissimũ fuerit: successit enim ei paulò pòst. Et nihilo minus non fuit cur vereretur cõtrariam ꝓbare sententiã. Neq; in hoc cõdemnabat Papam: vtpote qui arbitratus fuerat suã opinionẽ fuisse probabilẽ. Quare si D. Tho. fuisset Papa, nunq̃ dispensasset, nec citra culpã potuisset, nisi sententiã mutasset. ¶ Quin age id expẽdamus quod Caietanus arbitratus est. Ait quippe quòd cùm Innocẽcius Tertius, illius Decretalis auctor, cùm ad monasteriũm Cœlestino Tertio proximè successerit, qui cũ Cõstantia dispensauerat, nõ est vero simile antecessoris sui factũ condẽnasse. Ego verò cõijcio diuũ Thomã aliter sensisse: qui paulò pòst scripsit: videlicet Innocentiũ ob id illum canonẽ edidisse, q̃ diuersæ esset sententiæ q̃ fuerat Cœlestinus. Quod quidẽ citra eius iniuriã ratione iam dictã facere poterat. Nã Cœlestinus nõ fecerat canonẽ quasi de fide. Et ideo S. Tho. Innocentij potius canonẽ amplexus est, quàm Cœlestini factũ sequutus.

Explanatio rõnis Sancti Thom.

Aliisiodo. Albertus Magnus. Alexãder Hal. Bonauentura

Firmitas rationis pro opinione diui Thom.

Caieta. affirmatio.

Solutio.

Ad aliud argumentũ eorundẽ autorum.

Ad primum argumẽtũ.

AD primum igitur argumentum respondetur, causam illam dispensandi quando votum impedimentũ est maioris boni, de simplici tantum intelligendam esse: nã solen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

solenne perinde ac matrimonium sit indissolubile. Quare nullam permittit dispensandi causam. Vnde optimè ait sanctus Thom. periculis humanarum rerum per easdem res humanas obuiandum esse, non autem per hoc quod res diuinæ in vsus profanentur humanos. Quocircà cùm religiosi omninò sint mũdo defuncti, nulla de causa aut euentu sunt illinc reuocandi. Vide quàm affirmanter hanc diuus Thomas opinionem habuerit imbibitam, contra quam Caietanus censuerit. ¶ Ad secundum respondetur id tantùm conuincere, q̃ sicut potest in voto orationis aut sacrificij dispensari, quæ excellentiora sunt obiecta, potest & in voto simplici continentiæ, siue temporalis siue perpetuæ. Attamen dum solenniter fit, non censetur indispensabile, propter dignitatem obiecti castitatis, sed, vt idem tidem repetimus, propter traditionem & mãcipationem voluntatis: cuius gratia opus castitatis sit excellioris virtutis, puta religionis & latriæ. ¶ Ad tertium respondetur latum esse inter abstinentiam & continentiam discrimen. Cibus namque per se medium est ad cõseruationem vitæ indiuidui: coitus autem nõ nisi ad conseruationem speciei: ob idque continentia, vbi in periculum vergit manifestum ac præsentissimum vitæ, etiam citra dispensationem, vt suprà diximus, non obligat. Sed per epieikeiam potest qui votum susceperat, illud frangere. Ac perinde vbi res est dubia, locus dispensationi patet. Nam in huiusmodi casibus cõtinentia desinit esse materia voti.

Vbi autem coitus saluti indiuidui medicinalis censetur, quia non per se ad talem vitam ordinatus est, nõ ideo esse desinit materia voti: atque adeò dum solenne est, tolli per dispẽsationem non potest: sed tali periculo p alias medicinas vel abstinentiam est succurrendũ. ¶ Ad quartum deniq; sanctus Thomas respõdet, quòd monachus, dum episcopali infula insignitur, non magis à paupertatis voto absoluitur, quàm continentiæ: quia nihil habere tanquam proprium debet: sed sicut dispensator cõmunium bonorum ecclesiæ. Similiter neq; a voto obedientiæ liberatur: nam q̃ prælatis religionis non obediat, inde accidit q̃ superiorem non habet præter Papam: sicuti generalis magister, licet nemini in religione obediat, non censetur exemptus. ¶ Ad illud autem verbum sit ecclesia, contra quæstionem citatum, quatenus primæ superius repulsæ opinioni stipulari videtur, respondendũ restat. Videtur enim continentia illic propter eius pretiositatem indispensabilis censeri, q̃ si verum esset, nec votum eius simplex dispẽsari posset. Respondetur ergo id tantùm illic doceri q̃ nec carnis fœcunditas nec bonũ aliquod corporale cõparandum est continẽtiæ, quæ bonum est animi. Sed nihilominus si votum est simplex, dispensari potest. ¶ Id autẽ quod hoc loco diuus Thom. de episcopo monacho affirmat, profectò difficultate non caret. Primum enim ambiguum reliquit an nihil voluerit discriminis inter episcopum monachum, atque alios ex seculo assumptos in paupertate cõstituere: an verò soli monacho censuerit nõ licere habere proprium: reliquis verò id licere. Nam si peculiariter id de monachis asseruerit, id porrò mori & vsui videtur contradicere. Quoniam monachus in episcopum creatus perinde fit dominus decimarum ac prouentuum qui suæ functioni destinati sunt, ac si ex seculo assumptus esset. Si autem voluerit nullum episcoporũ vllum habere dominium tuorum reditnum, sed tantũ dispensationem, res esset creditu longe durior: quod li. 9. tractaturi sumus: &. 10. pro captu nostro prefsiùs disserturi. Crediderim nãque cùm episcopales fructus stipendia sint episcoporum, dñium illorum habere: licèt iure misericordiæ largiores teneantur eleemosynas fundere q̃ seculares, tanquàm pauperum patres. Alioquin si dominũ nõ haberent, quic quid superflui expenderent, cõtra iustitiã vsurparent, & ad restitutionem tenerẽtur: quę quidem sententia acerbissima esset. Sed quia hic articulus illic habiturus est propriũ locũ, supersedẽdũ interim. Fortasse verò hic Dinus Thom. inter episcopũ ex seculo assumptum, & illum qui assumitur ex religione, noluit discriminari quantum ad reditus episcopales, sed quantum ad alias proprias possessiones. Concedit enim. 2. 2. q. 85. artic. 6. secularem episcopum posse habere proprium, quod de negat religioso. At verò forsan nõ est tam indispensabile votũ paupertatis in religioso q̃ castitatis. Nam post quam creati sunt episcopi, nõnunquã hac parte cum illis dispensatur. Et illos qui ad primam apostolicam sedem assumuntur, notum est propria possidere: licet a voto castitatis, religioni annexo, non sint absoluti.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad quartũ.

Ad aliud argumentum.

Ar. hyrtius in litera Sci Thom.

Solutio.

ARTICVLVS. III.

Vtrũ ad cõmutationẽ vel dispẽsationẽ voti requiratur prælati auctoritas.

Post-

POstquàm visum est autoritatem cõmutandi dispensandiq; vota in ecclesia existere, videre restat an penes solos prælatos sita sit. Et arguitur a parte negatiua. Potest vnusquisq; liber homo absq; prælati licentia religionem ingredi: per votum autem solẽne religionis a quibuscunq; votis in seculo editis absoluitur: vt habetur ea. scripturæ extrà, de voto. ergo citra prælati autoritatẽ fit votorum absolutio. ¶ Secundò: dispensatio voti in hoc consistere videtur, q̃ præpositi iudicio decernatur votum non esse obseruandum: at si prælatus id perperã decernat, nõ subinde videtur subditus à voto absolutus: quia nemo contra diuinum præceptum soluendi promissum dispensare valet: ergo prælati autoritas nõ suffi cit. Imò verò nec requiri videtur. Si enim qui voto irretitus est, rectè censeat in tali euentu nõ esse seruandum, cõtinuò fit liber: siquidẽ votum eo casu nõ obligat quo malum est ipsum seruari: nõ ergo ad hoc munus auctoritas prælati necessaria est. ¶ Tertiò. Si dispensare in voto, præfectorum esset potestas, tunc omnibus competeret: nõ tamen omneti facultatem dispensandi habent in quocunq; voto: ergo hæc non est prælatorum potestas quatenus prælati sunt. ¶ In contrarium existit quod votum perinde ac lex obligat: ad dispẽsationem autem legis necessaria est superioris autoritas: ergo & ad dispensationem voti.

IN præsenti articulo tametsi de sola dispẽsandi cõmutandiq; autoritate interrogetur, de causa pariter legitimè dispensandi respondendum est. Quare duabus est operæ pretium conclusionibus respõdere. Prior est Ad votum dispensandum necessaria est superioris autoritas. Nam vt hoc obiter verbũ in tyronum gratiam non præterierim, non hîc loquimur de absolutione à transgressione voti: quanuis enim post quàm castitatem voue ris lapsus carne fueris, tuus te parœcius valet absoluere. Sed de dispensatione probatur cõclusio. Votum, vt in superioribus cõmonstrauimus, est promissio quæ de re aliqua Deo fit quæ illi accepta est & grata: quòd autem Deo acceptabile sit & gratum, ex eius pẽdet arbitratu: atq; adeò & iudicio præpositi qui in ecclesia vices eius fungitur: ad illum ergo spectat super votis dispensare: secũdum illud 2. ad Corinth. 2. Nam & ergo si quid donaui, propter vos, in persona Christi. ¶ Posterior conclusio. Ad voti dispensationem ac perinde ad cõmutationem quæ in minus fit bonum, requiritur causa. Probatur primò autoritate modò citata. Nam vbi ait Paulus, in persona Christi, autoritatẽ designat: vbi verò subdit, propter vos, causam subsignat legitimè dispensandi: quæ quidem in bonũ ecclesiæ referri debet: alioquin in honore Christi nũ cedit. Hoc enim iam suprà in fine secundi libri de legis dispensatione demonstrauimus: nam cùm lex nõ nisi propter bonum publicũ statuatur, fit vt nisi eiusdẽ gratia licitè dispensari queat. De voto autẽ nũ longè dissimilis est ratio. nam post quàm quis fidem suã Deo obstrinxit, nõ debet eius vicarius promissum remittere, nisi in bonũ ecclesiæ cui ipsum Christus præfecit. Aliàs nõ esset fidelis dispensator, sed dissipator iniquus. ¶ Circa priorem cõclusionem discrimen in primis accendũ est, quod suprà inter eos constituimus qui irritare vota possunt, atque eos quibus solum incumbit dispensare. Functio enim prior potestatem ecclesiasticam nõ exigit: quare parentibus, maritis, & dominis conuenit. Posterior verò solis incumbit prælatis: qui tamẽ irritare non perinde valent nisi religiosorũ præpositi: quoniam his vtraque competit facultas. ¶ At de cõmutatione rimandum est, vtrũ citra superioris authoritatem priuatim fieri queat. Syluester namque verbo, votum. 4. §. 7. in partem negatiuam inclinat animum affirmans quòd nec cõmutatio in melius absque prælati autoritate fieri possit. Haud tamẽ opinio hæc veritate polletiquoniam nec eius testimonia firma sunt. Distinguẽdum igitur. Aut enim simplex votum in illud mutatur quod manifestum est esse melius: aut in illud de quo id quoquo pacto ambigitur. Si enim liquet cõmutationem in melius fieri, tunc superioris autoritas non exigitur: vt Caietanus hîc probè censet. Huic namque veritati & rationes suffragantur & testes. Est enim assertio, tum capituli, peruenit. 2. extrà, de iureiurando, propositum aut promissum nõ infringere qui in melius illud cõmutat. Et in capitulo citato, scripturæ. de voto, ob id vota in seculo facta extingui censentur per solẽne religionis, quòd omnia mutantur in melius: quę quidem commutatio priuata sit authoritate eius qui se religioni addicit. Sed & ratio nihilo est minus efficax. Cùm enim voti obligatio ea sit prorsus vt quod vouisti reddas, quando id persoluis quod constat, tum melius, tum perinde creditori acceptius & gratius, cumulatior fit à te solutio. Cùm ergo Deum, qui ineffabili infallibiliq; iudicio perpensor est rerum, constet quo res melio-

Probatio.

Dubitatio.

Opi. Syluest.

Refellitur Syluester.

Vera solutio

Caietanus.

Rõ præteritę assertiõis.

res

Universidad de Deusto
Biblioteca

res sunt, gratiores acceptioresq; habere, non est dubium quin qui votum in melius cõmutat, cumulatius ei soluat, atque adeò nulla indigeat prælati authoritate. Accipe ad rem confirmandam exemplum. Si quis cereum, verbi gratia, Deo vouit, aut ouem, aut bouẽ, & loco illorum argenteum calicem ecclesiæ largiatur, quis ambigat votu satisfeciſſe, & dixerim q; & tutorem ecclesiæ imprudenter atque infideliter agere, si solutione repellerent. Nec verò iura ciuilia huic obstant veritati: nã l. mutuum. ff. si certum petatur. solùm habetur quòd aliud pro alio inuito creditore solui non potest: nam inter homines nõ quicquid melius est, acceptius sit creditori vel quia nõ est ei tam vtile: vel quia nõ est tam gratũ: vel alia de causa: quod respectu Dei contingere non potest. Imò dum nobis constat rem esse meliorem, constat eum magis acceptam habere: atq; adeò semper in talem solutionẽ cõsentire: iuxta illum Institutio. titu. quibus modis tollitur obligatio. Consentiente creditore, aliud pro alio solui potest. Adde quòd forte si certum esse posset rem esse æqualis apud Deum valoris, inconsulto prælato posset fieri cõmutatio. Sed tamen non esset adeò tuta: quia dum agitur de qualitate, alienum requiritur iudicium. Nam cõmutatio si solo debitoris arbitrio fiat, auctiorem solutionem videtur expoſcere. Nec verò simplex modò votum cõmutari in melius potest authoritate priuata, verùm & solenne religionis in actione aliam, ac perinde altiorem: vt promittitur. c. licet. de regularibus. Haud tamen commutari in aliud votorum genus. Sicut nec dispensari. ¶ At verò quando in dubio est vtrũ mutatio in melius an in minus bonum fiat: nempè vbi compertissimum non sit opus esse excellentius, semper est autoritas prælati necessaria. Quocirca votum simplex castitatis mutari priuatim non potest: quia nihil in votis melius æstimatur. Nec votum Hierosolymitanæ peregrinationis: nam postquã hæc soli Papæ reseruantur, nullus alius ea commutare potest. Quin verò nec votum abstinentiæ, nec alia personalia tutò citra præpositi decretum mutantur. Eò potissimũ quòd quoties votum in leuius mutatur, nonnihil habet dispensationis admixtum: quandoquidem remissius fit vinculum. ¶ Qui sunt autem prælatorum ordines quibus facultas adsit dispensandi, ex iure canonico explorandum est. Primùm omnium Antistites omnes nisi per Pontificem Maximum prohibiti essent, suo ordinario munere super omni voto in sua quisq; Diœcesi, veluti Papa in toto Christianismo, dispensare possent. Attamen quo nũ maiores fidei causas, vt extrà, de baptismo & eius effectu, admonetur: ad summum ecclesiæ caput Christi vicarium deferri decet, quinque votorum species ipsi sunt iure reseruatæ. Nempè votum religionis, & votum castitatis perpetuæ, votumq; peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæq;, ac Cõpostellanæ. Tametsi Romanum Compostellanumque votum solùm est vsu reseruatum Romanæ curiæ: nam iure solùm excipitur votum Hierosolymitanum: vt patet. c. quod super his, & ca. ex multa. extrà. de voto. Imò verò sunt reseruationis ratio ea illic supponatur quòd eiusmodi votum in subsidiũ terræ sanctæ suscipitur, adnotauit ibi Panor. illud tantùm esse Papæ reseruatum, quod illa ratione suscipitur. Quare si fiat, inquit, ex deuotione & non pro subsidio, episcopus posset dispensare. Attamen consuetudo aliter habet, cui ideo standum est. Quare dispensatio episcopi non teneret. ¶ Præter hæc ergo vnusquisque episcoporũ potest super omni voto simplici suorum parœcianorum dispensare. Hæc autem in archiepiscopo facultas, ad diœceses sibi suffraganeas non extenditur: quoniam cura ei non incumbit animarum ordinaria nisi in sua diœcesi: etsi in causis forensibus ad ipsum fiat pronoratio. ¶ Abbates item & religionum præfecti non solum generales ac prouinciales, verùm & conuentuales eadem vigent dispensandi autoritate: nam hac parte veluti antistites ordinarij suorũ sunt subditorum. Haud tamen ad vota sæcularium qui sibi sunt subditi, eadem facultas nisi de speciali priuilegio protenditur. Et est generalis regula quod dispensandi facultas eadem vbiq; est commutandi: quãdoquidem Diuus Thomas ait, maior est dispensandi quàm commutandi. Discrimen autem Panormitani super capitulum, Proposuit. de concessione præbendæ. videlicet Papæ dispensationem, absolutam esse relaxationem totius obligationis: episcopum autem non prorsus vota commutare, sed relaxare, nullum habet aut iuris aut rationis fundamentũ. In illo nanq; capitulo sic Papæ conceditur dispensandi facultas, vt episcopis non interdicatur. Parœcij verò curati, quia iurisdictionẽ non habent, eadem dispensandi authoritate carent. Nec vero archidiaconi eâdẽ funguntur. At de his iura sunt cõsulenda. ¶ Ex his fit consequens, episcopũ super voto castitatis nõ perpetuæ sed tempo-

Panormita

Regula generalis.

Primum corollarium.

potestate omnia ob causam posset tollere vota, cohibitiones & exceptiones restringendæ sunt vt sonant: & ideò quia non eis excipitur nisi votum perpetuæ castitatis, fit, vt temporalia illis relinquantur. ¶ Sequitur subinde etiam religionum præpositos posse in votis subditorum dispensare transeundi ad altiorẽ religionem: quamuis illud, vt in quæstione superiore diximus, irritare nequeant. Est enim latum interstitium: quòd irritare est voluntatem alterius coërcere: dispensare verò nõ nisi spontaneæ petitioni subditi annuere. Prælatus autem prohibere nequit subditum transire volentem ad fœliciorem frugem. Si autem ille vult sub eius obedientia permanere, potest tum super eiusmodi voto ab eodem prælato dispensari: quandoquidem illud non est simpliciter votum religionis, quod Papæ reseruatum est, sed votum tranſitus ab vna ad alteram: & huiusmodi exceptiones, vt modò dicebamus, restringendæ sunt. ¶ Vnum verò dubium quæstione. 2. in hunc locum reposuimus de voto pœnali religionis & peregrinationis Hierosolymitanæ, vtrum perinde referuentur Papæ, ac si absoluta essent. Vouisti, verbi gratia, à tali peccato vel à re quallibet alia quæ tibi erat incõmoda cauere: adhibita cautione si contra faceres, monachale in statutum suscipere, aut Hierosolymam ire. Quod quidem votorum genus, vt frequentiſsimè inter inconstantes adolescentes in vsu est, ita maxime in Dei despectum & vilipendium fit. Quis nemo est q illud impleat. Quare huiusmodi vouentes acerbissimo pœnæ rigore essent à confessarijs vulnerandi. Dubiũ ergo est, vtrum postquàm (vt semper accidit) malum illud admiseris, dispensatio sit Papæ reseruata. Etenim negatiuè argumenta hæc pugnant, quòd tale votum non est propriè conditionale, veluti illud: si pater obierit, monachus fiam. Nam illi qui hoc secundo modo vouet, cordi est religio, ad quam ideo ei dirigitur intentio. Quare posita conditione votum sit firmum: qui autem in pœnam sibi ingressum religionis comminatur, non est ad religionem affectus, neque voti intentio illuc fertur, sed in cautionem illius malè puta vt à ludo vel mœchia sese cohibeat. Quapropter citra dubium est, ante illud admissum malum posse ab episcopo dispensari, & à quocũque prælato qui authoritatem habet super illud votum directum. Hæc ergo ratio probabilem hanc partem facit, quòd etiam post cõmissum illud malum sit ab eodem prælato citra Papam dispensabile: quãdoquidem nõ est directũ votum religionis. At nunquã mihi hactenus hoc potuit satis persuaderi: nam etsi non sit votum directũ religionis, nihilominùs posita cõditione fit obligatio ad religionem quæ ex vi voti nata est cõfirmata. Et ideo omninò timeo aliud asserere quàm quòd sit Pontifici Max. reseruatum. Tametsi fatear non tantam causam ad eius dispensationem requiri, ac si votum esset absolutum. ¶ De causis subinde dispensandi & cõmutandi vota, discrimen perpendendum est. Per dispensationem nanq; & vinculũ prorsus voti dissoluitur: & eius materia tollitur. Quapropter bonũ quod est dispensandi causa, vtrãque rationem cõpensare debet: scilicet vt maius sit quàm erat materia voti, & quàm erat vinculũ quod ad religionis latitiæq; virtutem pertinebat. Cõmutatio autẽ voti vinculũ nõ dissoluit, & ideo non alio opus est quàm vt materia sit melior: si mera est cõmutatio. Ecce regulas in præsentiarũ cõsilii tui solutas? Sũt autem tum obscuræ tũ & fallaces & ad vsum parũ cõducentes, nisi accuratius explicentur. Et ideo ad huius explicationem cõmemorãdæ sunt causæ dispensandi in voto. Superius enim arti. 1. tres ex mente S. Thom. retulimus, scilicet si votum sit malum, aut inutile, aut impediciũ maioris boni. Hic autẽ ait debere huiusmodi causam cedere in bonum ecclesiæ, ac subinde in honorẽ Christi. quæ quidem non sunt nouæ causæ, sed aliarũ finis & explicatio. ¶ Est ergo dubiũ quod hic mouet Caietanus, vtrùm ad dispensationẽ tanã. voti semper requiratur causa quæ eius executionẽ obstet: videtur enim id sanctus Thomas in solutione secundi affirmare: vbi ait quòd si prælatus in voto simplici religionis dispẽsat, nulla apparẽti causa obstante, dispensatio nõ tenet. In contrariũ aũt facere videtur quod cõmutatio sine vlla obstãte causa sit licita: & tamen idẽ apparet vtriusq; iudiciũ. Itẽ quia nonnunquã votum dispensatur, etiã si impleri posit, propter aliquod publicũ emolumẽtum. ¶ Ad istorũ ergo dilucidationem per hæc respondetur documenta. Primum ad voti dispẽsationem necessaria est causa obstãs. Vbi notãdum tripliciter posse causam obstare: videlicet, vel ex natura materiæ voti, vel ex parte vouentis, vel ratione communis boni. Ex parte materiæ: Primùm si illicita sit. Et tunc malignitas eius obstat. Si verò sit inutilis, inutilitas etiam ipsa quodammodo impedit. Nam opus vanũ nõ est Deo gratũ. Et in his casibus non opus est quòd causa illa dispensandi præstantius sit bonum quàm

Solutio.

De causis dispensandi & cõmutandi vota.

Dubiũ Caietani.

Primum documentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

voti vinculum absolutè consideratum: sed q̃ vinculum talis voti, scilicet mali, vel inutilis: quod proinde minimi est pretij: & ideo in rẽ parui momenti mutari potest aut prorsus tolli. Potest secundò impedimentum intercedere ex parte vouentis: puta eius infirmitas aut debilitas ob quam cõmodè non potest illud implere. Et tunc etiam in cõmutatione pensanda est illa infirmitas, vt cõmutatio remissior fiat & clementior. Imò tanta esse potest vt sit obligatio simpliciter dissoluenda. Sed potest tertiò obstaculum ex parte cõmunis boni existere. Vt si vouisti ieiunium quod tibi impedimentum est studendi aut prædicandi: omnia enim talia bona cedunt in bonum commune. Et tunc verũ habet regula, quòd bonum illud voto obstans, propter quod fit dispensatio, debet æstimari pretiosius quàm erat materia, & ipsum voti vinculum. Pariter si Hierosolymitanam peregrinationem voueris: & expedit ecclesiæ vt aliter ei inseruias. Vel si voto simpliciter ad religionem obstrinxisti: sed ad cõmunem pacem reipublicę confert vt vxorem ducas. Tunc enim licitè fit dispensatio: quia commune bonum tui obstat voti executioni. Si autem in tuum tantùm bonum particulare cederet, minimè eadem dispensatio liceret. ¶ Ex istis consequitur, ad cõmutationem, quæ mera est commutatio, hoc est quæ in melius fit, nullam exigi prorsus obstantem causam, sed satis est vt ad finem magis conducat. Exemplum extat in. c. Quod super his. de voto. vbi mulierum vota visitandi terram sanctam permutari sinũtur in eleemosynas: nõ quòd executioni voti qdpiam obstaret: sed quòd in sublidium terræ sanctæ, plus mulierum pecunia quàm præsentia confert. Quando verò cõmutatio fit in minus bonum, semper requiritur causa obstans. Quoniam tali cõmutationi admixta est dispensatio: nempè nonnulla voti relaxatio.

¶ Hinc ergo fidelis dispensator & prudens colligat vt dum voti impedimẽto satis per cõmutationem succurritur, illo vtatur citra dispensationem remedio: aliàs infidelis esset: nã omnimoda dispensatio, citra necessitatẽ, culpa non caret: neq; dispensantis reatus petentem excusat quin eodem complicetur. Tamet si maior sit in dispensante. ¶ Hic autem forsitan sedulus lector inquirat, vtrum sit maiori cũ difficultate dispensandũ, lex ne an votũ? Vtrinq; enim extant argumenta. Lex nanq; quia in cõmune bonum ponitur & vniuersos ciues ligat, apparet sanctiùs esse custodienda quàm votum. Econtrario verò quia votum fit Deo, atq; adeò ad virtutem attinet religionis, videtur maiorem causam dispensandi requirere. Vix ergo respondere ad hoc certare gula possumus. Igitur aliqua esse potest lex, quam dispensatione violare pernitiosius sit quàm particulare votũ tollere. Aliquod verò econuerso potest esse votũ, cuius dispensatio maius sit religionis offendiculum. Causæ autem legitimæ dispensandi latè. 1. q. 7. cõmendantur: can. requiritis. & ibi glo. & can. necessaria. & subsequenti. Sunt enim pensanda tẽpus, vtilitas, persona, & rei qualitas. ¶ Vtrùm verò illa dispẽsandi causa, ceu legitima & idonea admittenda sit, quòd illi qui voto tenetur, graue molestumq; sit illud explere, iã loco citato in fine libri primi respõdimꝰ: quòd quãdo molestia ac difficultas ex re ipsa nascitur, nempè quia res est ardua & viribus impar, tũc causam offert ad dispensandũ legitimãtamen quando ex corrupta affectione & morbo vouẽtis procedit, profectò nõ est legitima causa: nã cum in hunc finẽ voueris vt morbo tuo prauoque habitui medearis, idipsum in causam proferre, vt ab eodem religẽris voto, nõ est fidei synceritatẽ seruare. ¶ Post hæc de priuilegijs quæ in diplomatibus Cruciatę ad votorũ dispensationem indulgẽtur, hoc notandũ est, quòd non sunt perinde intelligenda atq; facultas absoluendi à peccatis reseruatis. Facultas enim in peccata ad illa etiã extẽditur quæ quisq; postq̃ Bullã susceperit cõmisit. Priuilegiũ verò dispensandi in voto illúdve cõmutandi, non nisi de illo voto intelligitur quod ante edideras quàm diplóma susceperis. Nam dispensatio voti nihil ad forũ pœnitẽtiæ attinet: sed est alia distincta facultas, quam Pontifex suscipienti Cruciatę bullam tunc super votum quod commiserat indulget: ac si tunc dispensationem ipse postulasset. Etenim cùm vota ad religionem pertineant, tantiq; subinde æstimata semper fuerint in Ecclesia, incõgruens esset vt alicui antequàm votum emiserit, facultas fiat vt quoties emiserit, possit ab illo per dispensationẽ liberari. ¶ Rursus circa eadẽ diplomata animaduertendum est, quo tenore eadem indulgeatur facultas: nam si exprimitur vt super nullo voto dispensatio fiat, nisi eleemosyna in subsidium belli erogata: tunc non tam facultas dispensandi, quàm commutãdi aut redimendi votũ: atque adeò talis eleemosyna pro ratione voti per prudentiã dispensantis taxanda est. Si autem facultas simpliciter fiat dispensandi, tunc admoniti sint dispẽsatores, non illis fieri absolutam dispensandi licentiã, sed

Dubitatio.

Soluitio.

Virtute diplomatis quæ dispensari nulli in voto ciuis fidelis priuilegiati.

sed si legitima intercesserit causa: nam verbum absolutè prolatum, secũdùm tenorem iuris intelligendum est. ¶ Neq; id demum tacitus prę teribo, quòd crediderim nullo diplomate in fauorem alicuius monasterij, aut hospitalis, aut subsidij indulto, facultatem fuisse vnquam cõcessam dispensandi in voto religionis, aut perpetuæ castitatis. Hoc propter Bullam admodum duxerim, quæ in fauorem D. Antonij circumfertur: vbi si verba cortice tenus audias, eadem illic facultas comprehendi videtur: quandoquidem generale cõceditur priuilegium dispensadi in voto, exceptis illis Hierosolymitanæ Romanæq; peregrinationis. Attamen eodem verborum contextu accuratiùs perspecto constat minoris voti exceptionem liquidũ esse testimonium exceptionis maioris. Sed hic latet fallacia, qp votũ religionis & perpetuæ castitatis ab ipso vetustissimo iure excepta sunt. Et ideo nisi exprimatur facultas super eisdem dispensandi, non comprehenduntur sub generali clausula, sed semper intelliguntur à iure excepta. Votum autem Hierosolymitanũ, quia recentiori iure excipitur, necesse habet expressè excipi, quando non conceditur.

AD primum igitur argumentum quæstionis cõceditur omnia vota quæ in sæculo fiunt, cessare per solẽne religionis, vt capitulo citato habetur. Haud tamen prorsus illa cessatio fit priuata authoritate vouentis. Imò fit per legem ecclesiæ, quæ optimè censuit, vt qui vitam sæcularem in monachatum mutauerit, ab illis particularibus votis liberetur: quæ ad directiones eiusdem sæcularis vitę ediderat. nam particularia in illo vniuersali clauduntur, quo tota vita perpetuò mancipatur religionis obsequio. Præterquàm quòd religionis onus alias secum sarcinas nõ fert. Qua ratione suprà dictum est, illa etiam quæ post professionem monachus emittit, irritari posse à prælato. ¶ Inter respondendum autem ad secundum confutat primò Diuus Thomas quorundam opinionem, qui aiebãt prælatos omnes pro suo libito perinde posse super vota subditorũ etiam sæcularium dispensare, vt dictum est posse parentes illa irritare quæ filij illegitimę ætatis emiserint: nulla scilicet interueniẽte causa. Quorum ratio erat, quòd in omni voto intelligitur exceptio authoritatis prælati. Imò vero Pal. in. 4. d. 38. q. 3. hac eãdem ratione vtitur ad probãdum Papam dispensare posse super voto solẽni. Huic ergo opinioni assequenter D. Thomas contradicit, vbi fundamentũ istorum subuertit: nam prælatus, nec verò maximus, dominus est absolutus aut legum aut voluntatũ subditorum, sed merus dispensator: idẽq; non in destructionem, sed in ædificationem corporis Christi: vt. 2. ad Corint. 10. ait Paul. Et ideo sicuti præcipere non valet quæ Deo displicent, nẽpe peccata, ita nec illis, nè fiant obstare, quæ Deo sunt accepta. Quare vnusquisq; subditorum absolutam habet potestatem vouendi, à prælato independentem: ac perinde in voto, nulla subintelligitur superioris voluntatis exceptio: nisi parentis, (vt diximus) ac prælatorum religionum. At verò spectat posteà ad episcopum prudenti maturoq; iudicio perpendere, an causa aliqua interueniat dispensandi. ¶ Ex his infert D. Thomas tripertitã regulam. Nempè quòd in manifestis, videlicet vbi manifestius est error prælati, tunc dispensatio non excusaret à culpa. Vt si prælatus, sine apparenti saltem obstante causa, super votum religionis dispensaret. Si autem, inquit, esset causa apparẽs per quam res in dubium verteretur, stari tunc posset iudicio prælati dispensantis vel commutantis. Nõ tamen in iudicio vouentis proprio, quia ipse Dei vicem non gerit. Nisi forte casu quo voti materia manifestè illicita esset, neque ad superiorem opportunus pateret recursus. Quoniam tunc, vt dictum est, epieikeiæ locus pateret. ¶ Circa autem sancti Thomæ assertã nõnullæ occurrunt dubitandi rationes. Prima circa illationem illius enthymematis: Prælatus prohibere non potest virtutum officia: ergo neque pro libito dispensare. Etenim aut nomine virtutis intelligit materiã voti, aut idipsum quod est vouere. Prior enim sensus esset huiusmodi: Prælatus non potest cohibere subditos ne ieiunent, aut orent, aut peregrinentur, &c. ergo nec potest pro libito tollere vinculũ huiusmodi operum. Quę quidem argumentatio, dupliciter peccaret. ¶ Primò, quia nulla est illationis vis: nam etsi monasticus præfectus nequiret impedire quin liberè quis oraret, aut ieiunaret, posset nihilo minùs impedire votum: sicut mariꝰ, licet inique ageret, impediẽdo nè vxor oraret, nihilo minus posset irritare votum. Pariter ergo episcopus, licèt nõ obstaret subditò quin liberè exerceret virtutũ opera, nihilo minus tollere pro libito posset vinculum, vt scilicet non se nouo funiculo perstringeret. Secundò & antecedens eiusdem illationis est falsum. Potest enim prælatus in religione aliquando opus vnius virtutis propter aliam prohibere: videlicet nè oratioñi monachus vacet, sed infirmis seruiat nè ieiunet, sed studeat. Si autem nomine virtutis, intelligit ipsum vouere, nec tunc solida erit argumentatio, quę est hæc: Nõ potest præcipere peccata, ergo neque prohibe

Prima dubitatio circa assertã D. Th.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re nè vota fiant, aut facta pro libito tollere. Infirmitas enim consequentię patet in religionis prælato, & parente respectu filij: quinō potest ei præcipere peccata, & tamē potest eius vota cassare. ¶ Ad horum ergo intellectum notandum alteram esse rationē superioris qui habet dominium voluntatis subditi, quales sunt, maritus, pater, dominus, & prælatus religionis: alteram verò prælatorum populi qui eiusmodi non habent dominium, sed tantùm spiritualē iurisdictionem. Et Diuus Thomas non loquitur hic de priore superiorum ordine, quorum est vota irritare: nam de illo rem iam articu. 8. &. 9. expediuerat: sed loquitur de prælatis tantùm quatenus prælati sunt, spiritualesq; iudices: quibus idcircò non irritandi, sed dispensandi suppetit facultas. Et de istis constituere pergit, quòd cùm non sint domini voluntatū subditorum, non sunt eorundem vota ex ipsorum voluntate pendentia: atque adeò neque in eiusmodi votis excepta subintelligitur Antistitis authoritas, vt sint cōditionalia, si episcopo aut Papæ placuerit, sicut votum filij aut, vxoris, aut monachi. Quod quidem documentum per se est manifestum: & ideo Palud. atque alij qui contrarium sentiunt in hoc sunt cæcutienter hallucinati. Pontifices nanq; non sunt domini subditorum, nec eorum voluntatum. Quare sicut matrimonia alijq; ciuium contractus, ita & eorum vota ijsdem episcopis inconsultis firma & solida sunt. Hac ergo voti firmitate suppositā, optimè procedit ratio sancti Thomæ in vtroq; sensu eorum quos nuper impugnabamus. In priori scilicet quòd sicut nō potest episcopus prohibere virtutum opera, puta ieiunare, orare, religionem ingredi, &c. ita neq; potest eos prohibere quin eādem opera absolutè vouēāt: quandoquidem non est dominus suæ voluntatis. Quare nullum est argumentū quod de parētē & vxore faciebamus. Itē & in posteriori sensu, vt nomine virtutis votū ipsum inteligat, procedit etiam argumentatio: videlicet quod sicut non potest episcopus aut Papa subditis peccata præcipere, ita neque potest opera virtutum, puta vota, quippe quæ absque ipsius superioris consensu firma & solida sunt, pro libito impedire, atq; adeò neq; horum nodos & vincula rumpere. Atque hanc secundā arbitror legitimam esse mētem Diui Thomæ.

Solutio.

Dubium. 2. ¶ Sed dubium de sensu cōclusionis restat quaut, dùm prælatus sine vlla fultem apparēti causa dispensat, eiusmodi dispensationem non excusare à culpa. Triplicem enim intelligentiam verbum hoc parturit: nempe quòd prælatus dispensans non excusetur à culpa: & de hac non dubitatur quin vera sit: nam peccat vel contra prudentiam, vel contra fidem dispensandi. Secundò quòd nec subditus dispensationem procurās culpa careat: quod etiam certum est. Nā qui rem iniustā procurat, reus est noxiæ. Sed tertius sensus esse potest, quòd etiam post dispensationem non excusetur à culpa ille vtatur, quasi dispensatio non teneat. Et de hoc sensu suboriri alicui potest dubitatio: nā postquàm dispensatum est, videtur subditus absolutus. At verò D. Thomas omnes tres sensus astruxisse videtur: nàm ait, quòd sicut non potest prælatus peccata præcipere, ita neque pro libito dispensare. Præceptum autem illud nullius esset vigoris: ergo neque dispensatio. Et in hanc partem in calce lib. 1. sentētias secuti maiorum subscripsimus: nempè quòd si Papa vel Episcopus in legibus suis dispensat, quamuis aliquando inique id faciat, nihilo minus dispensatio tenet. In his autem quæ de iure diuino pendent, quale est votum, & promissorium iuramentum, vbi manifestè constat nullam intercessisse causam, euanida est dispensatio: quoniā cùm iam res debita Deo sit, non potest Papa illud gratis sine causa quæ Deo saltem appareat accepta, condonare. ¶ Ad tertium denique respondetur, nullam esse consequentiam, quòd si ad prælatos functio dispensandi spectet, omnibus æquo iure competat. Maximus enim Pontifex qui vicem Christi gerit, plenariā habet in ecclesia potestatem in omnia vota, quæ sint dispensabilia: quod Diuus Thomas ad excipiēdum solenne votum religionis apposuit. In ea verò quæ inferiora sunt, potestas se inferiorum prælatorum prolatat: vtpote ad quos necesse est idētidem recurrere. Quare excepto voto religionis & perpetuæ castitatis excepta rumq; peregrinationum dispensare valentiā pe in votis orationum ac ieiuniorum, reliquarumque peregrinationum. Sed sanctus Thomas non excipit nisi Hierosolymitanam: quia forsan sua ætate nulla alia erat excepta. ¶ At forsan hic quispiam eundem sanct. doctorem contradictionis redarguat. Dixit enim in. 4. distinct. 38. quæst. 1. articulo. 4. omnia vota peretua reseruari Papæ: hic autem ait super votum ieiunij posse ab alijs prælatis dispensari, & pariter orationis: quæ nihilo minùs possunt in perpetuum fieri. Respondetur autem vota illa appellare perpetua quæ per se dum absolutè æduntur, perpetuitatem habent annexam: vt est votum religionis & castitatis: quicunque absolutè castitatem vouit, perpetuam intelligit. Votum autem ieiunij & orationis nisi perpetuitatis conditio exprimatur, non astruit ia-

Ad tertium argumentum.

Solutio.

Scrupulus.

Solutio.

iam ex sua natura. Et ideo quānis in perpetuū fiant, possunt ab inferioribus prælatis dispensari.

QVÆSTIO QVINTA, De religionis voto in particulari.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm religionis votum ad statum perfectionis attineat.

QVONIAM bifariàm quæstione. 2. dicebamus votum fieri solenne, videlicet vel per religionis susceptionem, vel per clericorum consecrationē: neque de eiusmodi solennitate, alijs se ad dicēdum insinuantibus, satis illic nobis dicere licuit, operępretium duximus, ne truncum tractatum hunc relinqueremus, singulas quæstiones de huiusmodi votis hic tādem adhibere. Alteram scilicet de voto religionis 2. sorum, ac de voto clericorum alteram. Arguitur ergo statim quibus nos hæretici argumentis oppugnāt, religionis votū nihil ad statum perfectionis attinere. Religionis tum vox, tum etiā res ipsa, vniuersæ Christianæ familiæ sant communes: est nanque religio cultus latriæ: secundùm illud Cicero. 1. de Officijs, Religio est quæ naturæ diuinæ cultum & religionem affert: quod quidem non solùm Christianis omnibus, sed etiam cunctis mortalibus competit. Quòd si aliquibus per Antonomasiam tribuē dum hoc nomē esset, soli sunt sacerdotes, sacrorumq; administri, qui Hierarchicas religionis 2. actiones exequuntur: falsō ergo nomen hoc si bi monachi arrogant. ¶ Secundò arguitur. Perfectus in hac vita nemo esse potest: nam vt. 3. physicorum author est philosophus, perfectū est cui nihil deest. In hac autē vita, vt habetur Iacōbi. 3. in multis offendimus omnes: vnde Paulus. 1. ad Corinth. 13. Cùm venerit, inquit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: temerarium ergo est atque impium nomen perfectionis in hoc lubrico sæculo nobis vsurpare. Quòd si aliquid in terris perfectionis exisset, illa in charitatis culmine & fastigio posita est. Secundùm illud ad Colossi. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum

perfectionis. Non ergo in monasticis consilijs perfectio eminet. ¶ Tertiò denique ad rē proximē arguitur. Si religiosorū status ad perfectionem pertinet, eò præsertim quòd in consiliorū exercitio quæ monāchi profitētur, perfectio collocaretur: hoc autem falsum est: imò Christus sic non Matth. 22. instituit, vt in illis duobus magnis mandatis, dilectionis Dei & proximi, pendēre intelligeremus vniuersam legē & prophetas. ¶ In cōtrariū est q. vetustissimus Dionysius. 6. capite cœlestis Hierarchiæ post Antistites religiosis quoque perfectionem tribuit: quos monachos, & suo idiomate triapædas, id est Triadi perfectē famulātes nuncupat. De quibus subinde ait eos qui nominātur Dei famuli ex Dei puro seruitio & famulatu vniri ad monachalem perfectionem.

Argumen. 3

Dionysius.

A Rgumentum quæstionis huius locupletè D. Tho. vt pleraq; omnia & luculeter edisserit. 2. 2. q. 84. & infrà summatim: hic verò & ad rem presentem accommodè octo cōclusionibus respondebimus: quibus ab ijs qui monachos dilacerāt, eorum instituta protegamus. ¶ Est ergo prima conclusio. Perfectio Christianæ vitę, ad cuius fidē suscipiendā aliorumdē & colēdā vniuersus obligatus est orbis, in sola charitatis culmine secundùm suam essentiā & substantiā posita est. Conclusio aliquida est. In hoc nanq; vniuscuiusq; rei perfectio consistit, quòd suo supremo fini vniatur: per vnam autē charitatem & angeli & homo Deo vniuntur, qui vtriusq; creaturæ finis est: ergo in charitatis fastigio nostra consistit perfectio: Secundū illud citatum Apostoli, Super omnia charitatem habete, quę est vinculū perfectionis. Cùm verò audis, vnire, nō intelligas, adipisci, assequi, & comprehendere: hoc enim per visionē Dei fit, in qua proposita nobis est nostra fœlicitas. Nam quandiu in hoc corpore positi sumus, vt ait Paul. peregrinamur à Domino: atque adeò ipsum non attingimus: sed voluntatem habemus præsentes fieri ad ipsum: quòd cùm faciem eius conspexerimus, obtinget nobis. Per charitatem autem sic cum ipso conglutinamur, vt cum anima corpus, secundùm illud Ioann. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Nam si Physicam consulas, tam in anima corpus est, quàm in corpore anima: sed diuersimodè. Est enim corpus in anima tanquam contentū in continente: hoc est in eo à quo esse & quicquid est recipit. Et eo modo nos sumus per charitatem in viuificante nos Deo. Sicuti secundùm naturam in eo viuimus, mouemur, & sumus. Sed est vicissim anima in corpore tanquā

D. Thomas.

Prima conclusio.

Probatio.

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma in subiecto, atq; per quandam similitudinem: sic Deus in nobis per charitatē est: quæ forma existit qua nostra perficitur anima: secūdum illud Ioan. 14. Qui diligit me dilegetur à patre meo, & ad eum veniemus, & mansionē apud eum faciemus. In hoc ergo vicariæ charitatis glutino, qua & nos prior Deus diligit, ac subinde à nobis vicissim diligitur, fastigium nostræ perfectionis consistit. Vnde. 1. Ioan. 3. Nos scimus q̄ translati sumus de morte ad vitam, quoniā diligimus fratres. Et subditur, Qui non diligit manet in morte. Consulto tamen diximus secundum essentiam & substantiam: quoniam quodammodo in aliarum quoq; virtutum famulatu eadem perfectio pendet: nempe quorū adminiculo nutritur ac protegitur secundum illud ad Ephesi. 6. Accipite armaturam Dei vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Armaturam autē Dei appellat cōtinentiam, qua lumbos succincti, in veritate persistimus: loricā iustitiæ, & scutum fidei, &c. ¶ Secunda conclusio. Eadem perfectio in præceptis duobus magnis charitatis cōsistit: scilicet, Diliges Dominum Deum tuum: & proximum sicut te ipsum. Neque verò quē quam conturbare debet quòd & in charitate perfectionem consistere profitemur: & rursus in eius præceptis. Prioris enim sensus est, eandem ipsam charitatem nostram esse perfectionem: posterioris verò per præceptorum obseruantiam cōseruari, foueriq;, & augeri. Conclusio hæc tū testimonio Christi suprà citato stabilitur, In his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetæ: tum etiam ad superiorē protinus consequitur. Etenim si charitas ipsa perfectio est nostra, consequens est, vt eius obseruatione præceptorum eadem perfectio salusq; nostra dependeat: secundum verbum Christi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Tametsi non eodem gradu. Flexibilis nanq; perfectionis nostræ in charitate Dei sita est: secundum tamen hanc in charitate proximi. Quin verò ob id secundus charitatis gradus ad eandē attinet perfectionē, quòd dilectio proximi nihil aliud quàm quidā Dei amor est iuxta illud. 1. Ioan. 4. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Etenim cum Deus omnium sit parens noster, quos intime charos habet, nemo eum ex corde diligit nisi & filios eius diligat, quos ipse diligit. ¶ Tertia cōclusio. Præcepta hæc charitatis nullum nobis præfigunt diligendi modū. Probatur: quoniam præcepta admitti debent ipsorum fini: iubemur ergo eiusmodi præceptis sic Deum diligere & proximum, vt vter ꝙ diligibilis est: modus autem diligendi Deum, vti ait Bernardus, est sine modo diligere: ergo eius præceptum nullum præfigit modum, scilicet vt hoc aut illo gradū à nobis ametur, aliue sic, alij vero aliter, sed absoluta est diligentiæ præceptio. Nec verò exemplū huius deest quod nobis natura profert. Etenim vt. 1. Politicorum acutè Aristoteli perspectum est, sic inter sinē & media differt, quòd finis, cum sit per se bonus, absque modo & termino diligitur: nemo enim sibi præfinit quātum sibi salutis velit: sed quia quo maior, eo melior, sine limite ea optatur: medicamina vero quia totam bonitatē à fine sortiuntur, non quo maiora sunt, eo meliora: ob idq; non infinitum, sed sub ponderē & mēsura, tum ab ægroto optantur, tunc & applicantur à medico: Deus ergo quia supremus est finis, sine modo iubetur amari: atq; hoc illa verba sonant, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Proximus autem, tametsi nō vsque adeò absque modo sit diligendus, sed modus ille præscribitur, Et proximum tuum sicut te ipsum, tamen & modus ille quandam præ se fert infinitatis imaginem: nam homines etiam quadātenus absq; modo seipsos diligūt: imò verò dum vere se diligunt, illam sibi debet æternam fœlicitatem absque vllo modo exoptare, eandemq; reliquis. Consistit igitur essentialiter nostra perfectio in illis mādatis quibus absque modo iubemur Deum proximumq; diligere. Vnde Augustinus lib de perfectione iustitiæ: Cur ergo, inquit, non præciperetur nobis illa perfectio, quam in hac vita non habeat, sicut licet in gradu perfectissimo quæ nec venialem offensionem admittit. ¶ Existit autem cōtra conclusionem hanc argumentum. Si perfectio Christianę vitæ in eiusmodi charitatis præceptis consistit, quibus sine modo diligere Deum & proximū iubemur, cùm eisdem præceptis cuncti teneantur mortales, vniuersi cogerentur in culmine perfectionis viuere atq; adeò nemo esse valeret à culpa liber: quod impium est cōcedere, diuinæque benignitati aduersum. Ad hoc autē respōdetur non sic esse intelligendū, absq; modo & termino positū esse charitatis mandatū, vt quemcunq; obligent fastigiū charitatis tenere: sed vnusquisq; intelligat quò debeat diligēdo conari. Quare vt tranigressionis delictū quis euitet, satis est vt nihil contrarium charitati eiusq; præceptis cōmittat: vt in solutione ad secundū luculētius patebit. ¶ Quarta cōclusio. Reliqua omnia præcepta, tā illa quæ in

Bernardus.

Aristo.

Augustinus

Argumentū

Solutio.

Quarta conclusio.

in Decalogo expressa sunt, quàm vniuersa quę ad ipsorum rationes reducuntur, atq; adeo cūcta consilia ad perfectionem ipsam charitatis assequendā referuntur: ac perinde in ipsis tanq; in instrumentis perfectio nostra consistit: diuerso tamen modo in præceptis quàm in consilijs. Nam præcepta sic charitati inseruiunt, vt impedimenta tollant, quę vel ei contraria sunt: vt, Non furtum facies, Non mœchaberis, & reliqua quæ sub reatu mortali obligant: vel eandem tepefaciunt, vt venialia peccamina. Consilia verò, vt suprà dictū est, illa rescindunt, quæ etsi licita sint, nec charitati prorsus inimica, tamen nōnulla sunt ad culmen progredientibus obstacula: qualia sunt rerū possessiones & matrimonia, quæ mortalibus innumera facessunt negotia. ¶ Valeant ergo qui monachorum institutis petulanter obstrepunt: haud enim, vti nobis imponunt, sic in operibus cōsiliorum exercendis perfectionē collocamus, vt eius substantia & essentia in illis suspicemur subsistere: neque verò eadem cōsilia præceptis anteferimus: vtpote quę nō perinde atq; illa necessaria existimamus: sed sic prorsus monachatum ad perfectionem spectare profitemur, sicuti acclivis compendiariaq; via ad perfectionem obtinendam expeditior est. Acclivis inquam incipientibusnā prouectioribus planissima est. Atqui hic forte nō finister est sensus illius verbi Christi, Matth. 5. Qui fecerit mandata hęc minima, & docuerit sic homines, magnus vocabitur in regno cœlorum. Qui quidē sensus Chrysostomum non latuit: & ideo à nobis illic perāplius locupletatus est. Apparet enim illic Christus consilia quibus Apostolicū ordinem instituebat, minima appellare mandata: & nihilo minus asserunt eorum cultores magnos appellari in regnum cœlorum. Vnde nōnulla repugnātia prodire videtur: nam si minima sunt, quomodo eorum cultores magnos reddunt? aut si magnos reddunt, quomodo minima? Respōsio ergo est, consilia idcirco censeri minima, q̄ non sunt ad salutem necessaria veluti præcepta: quę proinde maxima cēsentur: quippe ex quibus nostra pendet salus: sed tamen qui hæc faciunt, eō magni vocabuntur, quod non solùm præcepta seruant necessaria, verū illa quæ etsi licita sint, obstare nihilo minùs ei possunt, nè tanto cōpendio gradibus charitatis ad eius perfectionem conari valeant. Vide quemadmodum nō in consilijs perfectio constituitur, imò tam ipsorum quàm etiam præceptorum perfectio in charitate posita est. Quare de ambobus ordinibus ait simul in Enchiridio Augustinus quę cunque mandat Deus, ex quibus vnū est, Nō mœchaberis: & quæcunque non iubentur, sed speciali consilio monentur: ex quibus vnū est, Bonum est homini mulierem nō tangere: tūc rectè fiunt quum referūtur ad diligendū Deū, & in hoc sæculo & in futuro. Et Abbas quidam Moyses, vt in Collationibus Patrum legitur, Ieiunia, inquit, vigilię, meditatio scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatū nō perfectio, sed perfectionis instrumēta sunt: quia non in ipsis consistit disciplinæ finis, sed per illam peruenitur ad finem. ¶ Quinta conclusio. Consiliorum obseruatio non solum rationibus alijs, verum & hac etiā adminiculum est ad altiorem obtinēdum charitatis gradum, quòd cautionem præstant, vt præstantius ac tutius custodiatur præcepta. Non dixerim cōsilia eum habere finem. Votum quippe castitatis non in hunc scopum refertur, vt cuitetur adulterium, vel fornicatio. Neq; votum paupertatis refertur ad cauendum furtum. Imo plurimi qui hęc vouent, ab illis sceleribus liberi sunt. Quanuis aliquē eādem ratione cōtingat eiusmodi vota suscipere. Sed tamen hoc certum est quòd consiliorum exercitium, clypeus præceptorū existit. Qui enim paupertatem ex animo delegit, elongatior est à perpetrādo furto: & qui voto se castitatis obstrinxit, abstractior etiam ab adulteriis. Et qui pōpis sæculi vale dixit, à cædibus est alijsq; inferendis iniurijs tutior. ¶ Quare nulla arbitror violentia vaticiniū illud Isaiæ. 26. in hunc sensum adduci. Vbi propheta de vrbe fortitudinis loquens, cui est Saluator comparatus, ait: Ponetur in ea murus & antemurale. Muri enim appellatione quid nisi legis præceptiones intelligamus, quibus salus nostra circūsepta protegitur? Antemurale ergo, &, vt sic dicamus, legis pomœriū, haud inepte consiliorum exercitium est, quibus Seruator noster legem Euāgelicam circumuallauit. Ecce quomodo monachi non in suis institutis perfectionem collocant. Sed vt Augustini verbis in de moribus ecclesiæ, vbi de ipsorum vita loquitur, vtamur, charitas inter eos ꝛ legitimi sunt, præcipue custodiatur, Charitati virtus, charitati sermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur. ¶ Sexta conclusio. Votis religionis in nauseam pertate consistit, castitate, & obedientia. Ratio huius est q̄ religio in hoc, vt dictum est, collocatur, quod sæculū deseras, vt Christū sequens gradibus charitatis proficias. Huc enim attinet Paulinum illud verbum ad Galat. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Voluit enim eos qui apostolicum institutum amplexuri essent, sic mundum post

Ratio conclusionis.

Tertia conclusio.

Quinta conclusio.

Sexta cōclusio.

Ratio cōclusionis.

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terga relinquere, vt non solùm eum prorsus obliuioni traderent, verùm & operam sedulò darent vt mundus ipsorum vicissim obliuisceretur. Atq; adeò vterq; alteri sic esset alienus, ac si duo essent cadauera: hæc autem abdicatio mundi non aliter, fit quàm si illa relinquamus, quibus nos mundus retinet. Hæc vero, vt. 1. Aristo. Ethicorum autor est Aristoteles, tria sunt genere bona: nempè externa, & corporis, atq; animæ: de quibus in sua. 1. cano. Ioannes, Omne quod est in mundo concupiscētia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Hæc ergo bona nè sua exorbitantia, vel charitatem propellant, vel eius feruorem tepefaciant, præceptorum lineis, ac normis limitantur. Quare qui præcepta seruat, illis potest bonis licitè vti: nam iustitiæ limina non egreditur. Attamē quia etiam tūc non possunt nō multa alendæ charitati creare pericula, salutifica Christus adiecit consilia: vt illis prorsus impedimentis electis expeditiores suam sequerentur crucem. Quòd enim ijs etiam qui præceptis obtēperant possessio sæcularium bonorum periculosa sit, enarrauit diuinè Christus Lucæ. 18. in illa parabola triplicis malignæ terræ. Quòd enim seminantis verbum in terra iactum sit, legis præcepta designat, humanis mentibus suscepta. Sed vel superbia vitæ eorū qui secus viam ambulant, hoc est cunctis mūdi honoribus inhiant, vel cordium ariditas eorum qui carnis delitijs madentes in spiritualibus arescunt, vel eorum solicitudo qui pūgētibus diuitijs implicantur, semen idē salutiferum, aut dęmonibus exponunt, aut roris inopia exiccāt, aut deniq; rerū aurītia suffocāt. Hac igitur de causa Christus legifer noster dū in montem ascendens, vt Matth. 5. refertur, vnde cum mundus audiret, non hominum, aut angelorum, sed os suum aperiens leges orbi ponere adornaret, statim vt optimus architector, ab ipso legum fine, nempè à beatitudine exorsus, Beati, inquit, pauperes spirita: beati mites: beati qui lugent. Vbi tria monachorū vota delineauit. In triplici nanq; vt. 1. Euseb. author est Arist. sapiētes huius mūdi versabātur errore de suprema fœlicitate. Alij quippe in diuitijs eam collocabant, alij verò in honoribus, atq; alij in voluptatibus. Eorum ergo tenuilentam vesaniam trina sententia Redemptor retudit. Cùm enim totus mortaliū orbis fœlicitatem quam nullus non auet, vbi sita esset scire percuperet, cōmuni omnium desiderio primo verbo obuiam eximit. Optatis, inquit, beatitudinem cognoscere quō lex omnis ducit: Beati ergo pauperes spiritu hoc est spontanei. Ac si dicat, Tantum abest inunodicam rerum exuberātiam homines habere, vt iustitia in earum potius moderato vsu cōsistat: beatitudo verò in eorum prorsus neglectu & abiectu. Mox, beati mites: nempè qui non satis habent iusto honorum moderamine vti, verùm altiori se obedientia religantes, ab eorum tumultu perfugiunt. Beati qui lugent: hoc est non qui voluptatibus submerguntur, fœlices sunt: sed qui legis præscripto eis fruuntur, illi iusti. Qui verò vsq; ad lutū illas repudiauerint, illi beati. Et quò id quod paulò ante diximus clarescat, Nempè cōsiliorum exercitia ad egregiam mādatorum custodiā magnopere cōducere, subdit: Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiā: & beati misericordes. Etenim qui cōsiliorū votis sese perstringunt, nō satis ducunt præcepta iustitiæ ac misericordiæ vtcunque seruare, verùm sitientissimè. Et quoniam tam consilia q̄ præcepta ad fastigium, vt dictum est, & perfectionem charitatis perducunt, qua corda mūdantur: cordium verò mūdities ad Deum videndum mentis aciem purificat & exacuit, in qua visione beatitudo consistit, subdit: Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et quoniā in omnimoda illa desideriorū satietate & tranquillitate positum est, vt iuxta Ioan. verbum filij Dei nominemur & simus: tandem cōcludit, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabūtur. ¶ Quòd si trinū hoc consiliorū votū quod vno hoc loco stabilitur dispersum per Euangelium desideras, diuersis illud locis inuenies. Est enim paupertas horum ordine & vsu prima: quod Ambros. super Lucam admonuit. Nam vt rerum facultates instrumentā sunt omnium vitiorū, sic earum ablegatio generatrix est nutrixq; omnium virtutum. De qua insigne plenissimumq; extat Christi documentū Matth. 19. vbi adolescētem, qui vitam æternam sitiebat, gradatim instituit. Primū enim quod necessarium erat, admonuit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mox cùm se illa à iuuentute seruari respōdisset, adiecit: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Haud enim vēdere quæ habes, si nudo id cōsideres, cōfilium est, sed pauperibus erogare. At quia neq; in consiliorum vllo perfectio consistit: verùm in eo quod assecla sis Christi, ac perinde charitatis cultor, subdit: Et sequere me. ¶ Sunt fateor Hieronymus & Origē. illuc annuentes, q̄ adolescens ille præcepta non seruaret, cuius nonnullū inde sumitur argumentum quod subditur: Impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum: vnde Lutherani colligūt nullam illic perfectionem designari, præter illam quæ in præceptorum

Votorū enumeratio dicitur ex Græcis litera.

Hieronym. Origenes.

rum cultura sita est. Re tamen penitiùs cōsiderata, præferenda est aliorum patrū sententia. Videlicet verè respondisse, dum ea dixit ab ineunte ętate seruasse, tametsi nō adeo id feruidè fecisset. Refert ēn Marcus tā eā Christū initiū dilexisse: quod nisi verè loquutū intellexisset, non fecisset. Adde quod si Christus nosset mentitum fuisse, vel id ipsi significasset, vel nō tanō altiorē gradum suprà mandatorū culturā adiecisset: Si vis perfectus esse. In summa, cū tā eo verborū discrimine prius dixisset, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. ac subinde, Si vis perfectus esse, vade omnia quæ habes: quod re vera ad ingressum vitæ nō est necessariū, citra dubiū mandatorum necessitati adiecit spontanea consilia: quæ vtique ad perfectionē tutior tōpēdiosiorq; via est. Quod quidē Petrus plānè intelligēs protinus nomine omnū interrogauit: Ecce nos reliquimus oīa & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Ex quibus verbis, vt quæstione sequenti visuri sumus, edocti sumus Apostolum votum suscepisse, quod modò religiosi eorū exēplo ædūt. Quòd autē iuuene cōsilijs renuente Christus adiecit, nēpè diuitibus difficilem esse ingressum regni cœlorū: exaggeratio fuit periculorū quæ à diuitiarū possessione possessoribus imminent. Nam si ille qui cum præcepta vtcūq; seruasset, tanta audita te Christū, quem magistrū confitebatur, concepisset, qui se viā regni doceret, ante à eius consilijs q̄ diuitiarū possessiones repudiasset: qd de alijs sperandū? ¶ Ecce quēadmodū paupertatis votū nō est perfectio, sed perfectionis medium, quę in Chri obsequio charitatisque ardore collocatur. Idē ergo & de voto castitatis cēsendū. Hoc enim & alterum verbum eiusdē Redemptoris in eodem capitulo denotat: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Idē quę docet Paul. 1. ad Corinth. 7. Qui sine vxore est, solicitus est quæ dñi sunt: quomodo placeat Deo. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ dñi sunt, vt sit sctā & corpore & spū. Quibus locis nō in castitate, sed in charitate perfectio ponit. Atq; idē devotò obedientiæ facile est elicere ex verbo Christi, Luc. 9. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā quotidie, & sequatur me. Etenim cum hominis natura quæ cæteris animātibus præstat, de libertate penitus dignoscatur, secūdum quā factus est ad imaginē Dei, idem est se hominē ipsum abnegare, quòd propriā libertatem alterius arbitrio voti nexu subdere. Sed hęc in hoc perfectio figitur nisi Christū sequaris, vbi sita est charitas. ¶ Consultò autem septimā hic addiderim conclusionē. Abrenuntiatio sæculi eo pacto quod explicatum est, nō modò in iure diuino existit per Christum legiferum nostrū constituto, verum ex visceribus naturalis iuris depromitur. Atq; adeò Christi prædicatio, legis naturalis declaratio fuit. Probat. Christus qui autor fuit naturæ, vt crebrò in superioribus diximus, illā neq; destruxit, neq; mutauit, sed sua lege tū declarauit, tū etiam, vbi ipsa deficiebat, perfecit: consuluit autem nobis eādem sæculi renuntiationem: ergo idipsum in iure naturę latebat licēt nō omnibus esset notū. Probatio cōclusionis.

¶ Secundò ad idem arguitur. Deum, dū homo factus in hunc venit mundū, maximè decebat, vt illud vitæ institutum nobiscum victurus institueret, quod secundùm naturam quam ipse cōdiderat, optimum esset: elegit autem eam vitam quę in consiliorum exercitio posita est, nēpe paupertatem, & in accessum castitatis culmē: nam obedientiam quæ castitatis voto annexa est, cùm caput esset ecclesiæ, nemini præter patrem suum præstare potuit: ergo hæc est à natura sua optima vita. ¶ Sed forsan quis respōdeat, Non quod secundum naturā optima est eam elegit vitę conditionem, sed quòd cùm nobis esset ad vitam æternā expeditior, decuit vt non solum verbis, sed exēplo nos suo sic institueret. Fuit enim cōdecens, vt facere inciperet, quod verbo docturus erat. Hic autem cauillus nerutum argumenti non rūpit. Imò illud cōfirmat. Si enim nobis hæc vita expediebat, fignū est, ex natura rei esse expedientem: alioqui aliter non instituisset. Quoniā nē rerum naturam mutaret, docuit nos eius veritatem. ¶ Atque id demū legitima ratione & causa cōmonstratur. Ille est secundùm naturam optimus vitæ status, qui ad sempiternam fœlicitatem assequendā aptior est & expeditior. q̄ autem eiusmodi status in renūtiatione sæculi cōsistat ex natura rerū, plane colligitur, quādoquidē iam monstratū est, tēporalia bona vxorūq; ac familię apparatū humanos animos inescare atq; irretire, nē ad spiritualia suo feruentur impetu. ¶ Quòd si nos quis fortè redarguat, hæc bona tēporalia Deo authore in gratia humani generis esse creata, nobisq; in vsum indulta: quare, legitimū eorū vsum propinquus ad perfectionem accedere q̄ omnimoda eorum abiectione: Respōdetur, argumentū cōcludere q̄ si in eo statū hominū genius perstitisset in quo Deus illud cōdidit, nihil periculi ab eiusmodi bonis nobis immineret: sed potius ad inflamandum diuinū amorem nobis esset obsequio: atq; adeo tunc neq; castitas virtutis munus esset, neque verò paupertas. Attamen post lapsum eiusdem nostri generis, illa quæ nobis salubria erant, facta

Argumē. 2.

Solutio.

Replica.

Obiectio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt nocua. Non quòd res ipsæ naturas suas mutauerint, sed q̃ nos nostrã deprauauimus. Sicuti vinũ quod sanis vsui est, ægrotis est nocuum: inedia verò quæ firmis validisq; hominib⁹ nocet, febrẽ patiẽtibus medela est. ¶ Octaua conclusio. Octaua deniq; postremaq; conclusio sit. Ad perfectionis statum, qualiter in consilijs cõsistere explicatum est, nec sufficit nec verò requiritur vt re ipsa legitime custodiãtur: sed in hoc eiusmodi status consistit, quòd perpetua voti solennis obligatione stabiliatur. Conclusionem hanc contra eandem Lutheranorum hæresim, sic eodem citato lib. De votis monasticis, religionis vota permittit, vt tamen non sint perpetua: & quo hominẽ de suis verbis agnoscas, sic inquit: Monachis vouendum esset: Voueo obedientiam, castitatem, & paupertatem, secundum regulam Diui Augustini vsq; ad mortem liberè. Hoc est, vt quando mihi visum fuerit, mutare possim. Vide temulentam verborum pugnantiam, vsq; ad mortẽ, vt mutare possim. Si enim vsq; ad mortem, quomodò mutari potest? nã vinculum quod ante mortem abrũpitur, non est vsq; ad mortem firmũ. ¶ Lutheri error. Igitur conclusio hæc duobus pendet. Prius est, vtrum legitimè ac decenter tale votum facere quis possit perpetuũ. Posterius, an ad statum perfectionis sit necessarium. Et quidem priorem partẽ nemo nisi mente cæcus negare valet. Enimuerò cum se homo ciuilibus contractibus in perpetuum obligare queat, cur se non poterit Deo æternũ mancipare? vt quod antea integrum erat, atq; adeo sibi liberum facere, deinceps, per datam fidẽ in vinculum præcepti transeat? Potest inquam quisq; res suas in perpetuum vẽdere, potest & libertatem suam connubiali fœdere cõiugi obligare, vt nexus inde nectat insolubilis: imo vero & secũdum ciuiles leges potest quis sese in perpetuum seruum alteri vendere: atque adeo alijs iniustis modis suam alteri sic in perpetuum impignorare fidem, vt citra culpam nullus ei pacto ad libertatẽ regressus. Quid ergo obstat quo minus se Deo, cui seruire, regnare est, se quisq; possit seruum offerre: idq; insolubili vinculo sanctissimè cõfirmare. Accedit huc, quod sacerdotes decẽter etiam se irreuocabili fœdere sacrorũ ministerio alligãt. ¶ Prima ratio in Lutherũ. Secunda ratio. Adde quod qua ratione isti negant posse se quenquam legitime & congrue in perpetuum obligare, negare coguntur id fieri posse in tẽpus aliquod certum ac præfinitum, quantumcunque sit paruũ. Nam si potest se homo in annum deuincire, poterit & in duos, & in decem, & perpetuo. Quod si non potest in annum, fit vt neque in mensem, neq; in diem, neq; in horam. Quod est totã voti naturam denegare. In summa, isti nullã obligationem in voto cognoscũt. Haud ergo ad sũã frenesim respõdẽũ est, nè eis cõtra sapientis documentũ, similes videamur. ¶ An verò consiliorũ exercitiũ citra perpetuũ votũ non mereatur status nomen, non strandum nobis reliquum sit. Id quod sic elucidatur, status, idẽ sua voce esse indicatur, quod conditio libertatis, aut seruitutis. Dicitur enim status matrimonialis propter vinculũ fidei inter coniuges: quæ quædã est seruitus, & status mulieris solutæ propter libertatẽ: status autem spiritualis, siue seruitutis sit siue libertatis, nõ solum internã obligationẽ, quæ Deo patens est, requirit: verũ & externã solẽnitatem in cõspectu ecclesiæ. Non enim hic de statu gratiæ aut peccati nobis sermo est, q̃ in foro tm̃ Dei decernitur, sed de illis statibus atq; ordinibus quib⁹ ecclesiæ pulchritudo cõpaginatur: quæ ceu regina sponso à dextris assidet, circũamicta varietate. Exemplũ in ciuilib⁹ patet. Haud enim ob id q̃ quis alteri seruiat, in statu seruorũ est: nã potest quisq; liberè alteri inseruire: sed quia sponte se in seruum tradit. Nec verò in statu libertatis asseritur, propterea q̃ qualitercũq; à seruitute se etripiat: nam potest fugere: sed quia publico instrumẽto libertate donatur. Pari vtique modo & si quisq; absq; solenni voto possit consiliorũ exercitio proficere, atq; adeò illũ charitatis gradum ac meriti apud Deũ attingere, quem religiosorũ multi nõdum fuerint assequuti, status tñ perfectionis nemo absq; perpetuo vinculo habet. Et vice versa, quãuis religiosus non pro ratione & dignitate sui instituti fuerit charitate progressus, nihilo minus ratione solẽnis voti in statu est perfectionis. Ob idq; vbi cætera paritatẽ habeant, idẽ opus religiosi, vt q. 2. dictum est, cumulationis est apud Deũ meriti. ¶ Cõfirmatur autẽ eadem nostra conclusio aduersus istos hæreticos. Nã nisi perpetuo voto religio cõstaret, multa essent Euangelica testimonia quæ nullũ haberẽt legitimũ sensum. Illud etiam Luc. 9. Nemo mittens manum suam ad arãtrum & respiciẽs retrò, aptus est regno Dei: etsi de Christiana religione in vniuersum veritatẽ habeat, peculiariter tamen vitæ monasticæ sancti applicant: sicuti & illud Luc. 7. Memores estote vxoris Lot. Et tamẽ si citra culpam liceret à cœnobio in sæculum retrogredi, nihil iuris regni Dei illã ratione deperiret. Et illud suprà citatum Leuit. 27. Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit siue animal, nõ veniet nec redimi poterit, sed sanctũ sanctorũ erit: haud inepte, vt suprà vidimus, sacerdotibus ac monachis assimilatur. Atq; cum Cõfirmatio in Lutherũ.

istis disputandum sit, nisi religionum instituta solenni voto fierent, quidnam esset aliud religiosorum claustra, q̃ hominum ludibria: nẽ pẽ hodie plena, cras vacua. Et qui hodie cucullatum gestaret, cras esset opifex cõiugatus. ¶ Restat autem contra ea quæ dicta sunt postremũ argumentum soluere. Inter cœnobitas nihilo secius distinguẽdi sint tres hominum ordines, quam inter cæculares: videlicet incipientiũ, proficientium, & perfectorum: non ergo omnes sunt in statu perfectionis. Ad hoc verò per ea quæ circa postremam cõclusionẽ modò dicebamus respondetur. Nam etsi antecedens verũ sit, consequentia tamen est nulla. Dicuntur enim esse in statu perfectionis, nõ propter progressum ad culmen, sed propter votum. Quam uis pudore deberẽt monachi omnes suffundi, qui non ad eum conniuntur scopum, quem habitu & cæremonijs profitentur. ¶ Igitur qui monachorum statũ, sic explicatum, perfectionis esse denegat, in ius omne, naturale, scilicet, diuinum, & humanum iniurius est. Haud enim vnquam vlla fuit mundi ætas, in qua nõ essent aliqui à reliquo populo vitæ instituto remoti: qui specimen aliquod religionis præ se ferrẽt. Initio nanq; statim nascentis orbis, inter cæteros mortales legitur Genes. 5. Enoch peculiariter ambulasse cum Deo. Quare non refertur morte sublatus, sed non apparuisse. Et inter Philosophos Pythagoreorũ schola ac Diogenis assectæ vitam agebant à communi cœtu secretã: ab ijs videlicet abstinentibus sæcularibus functionibus, quæ votis monasticis abijciuntur. Et Romæ erãt sanctimoniales, quæ Vestæ virginitatem voto consecrabant. Et Hiere. 35. cõmemorantur Rechabitæ, quorum religionis professio erat, vinum non bibere, neq; domos extruere, neq; fermentem serere, neq; plantare vineas. Et de Elia atque alijs Prophetis refert Paul. ad Hebræ. 11. quòd circumibant in melotis, in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ. Et, vt capite. 3. super Matthæum è Iosepho lib. 18. antiquitatum refert Philo, ante aduentum Christi degebat in deserto Iudeæ Essenorũ collegium à reliquo populo in cellulis segregatum: videlicet à matrimonijs abstinens, parcissimoq; cibo vtens, eodem definiẽs instituto, quo Christianorũ Anachoretæ mirifica sanctitate viuentes. Inter quos fertur Ioannes Baptista nutritus. ¶ At quãdo in hũc diuum incidimus; quisnam eum respiciens in religionem audeat obganire? Hic nãq; Domini Præcursor anteà sanctꝰ q̃ natus, nõ aliter ap- Ad primum argumentũ. propinquãs regnũ cœlorũ prædicare tentauit, quàm ab humano cõuictu remotus habituq; & victus horrore significãtius quàm verbo, illius pœnitentium vitæ nos admonens, quam pro sua virili monachorũ institutores imitari fategerunt. De Apostolis autẽ angustia loci dicere non finit quem ad modũ à magistro suo prima susceperint femina, primaq; iecerint fundamenta cœnobiticæ vitæ. Alij enim fuerunt, inter quos Thomas Vvaldensis. 2. &. 5. tomo de sacramentalibus aduersus Vvicleff, argumentum hoc dicissime iocupleta uerunt. Mihi autem is tantùm animus fuit, vt scholastico stylo rem vtcunq; summatim dilucidarem. Thomas Vualdensis.

Ad primum igitur argumentum respondetur, religionis nomen cõmuni vulgariq; significato vniuersos cõprehendere mortales, ac præcipuè Christianos, quatenus Deum vitæ cultũ officijs secundũ legis præcepta colunt. At verò per antonomasiã illis tribuitur, qui super præceptorum cultum & consiliorum statũ capessunt, siue religio à religando dicatur, vt Augustinus. Augustinus. Siue, vt Ciceroni lib. 2. de natura Deorũ visum est, religiosi à relegendo dicti sint, quippe qui omnia quæ ad cultum Dei pertinent, retractent & tãquàm relegant. Sacerdotes autem hoc pariter nomine, videlicet sacerdotũ: quod sequẽti lib. iterũ dicturi sumus, per similẽ antonomasiam appellatur, eò q̃ inter Christianos qui suo modo se suaq; Deo sacrificat, ppriè sacrificia præstiterunt. Quare antiqui Patres monachorũ religionem, non verebãtur perfectam appellare, vt est apud Vvaldensem tomo. 5. cap. 83. videre. ¶ Cicero. Ad secundũ argumentũ. Secundum argumentum egregiè Augustinus respõdit in lib. de perfectione iustitiæ, perfectionem charitatis in hac vita absolute vniuersaliterque nobis præcipi: adeò vt sub illo generali præcepto, Diliges Dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, dilectio etiam patriæ cõprehẽdatur. Eniuerò, sicuti in inferno nunquam à Dei odio desistitur, quod illic etiam peccatum est, licet non sit maioris pœnæ demeritorũ: ita & in patria vbi nunquam à Dei amore cessatur, mandatũ dilectionis obeditur: tametsi meritum gloriæ non augeatur. ¶ Ex hoc autem Augustini asserto Lutherus suũ illud delirũ dogma elicuit, Quod nemo in hac vita dilectionis mãdatum implere valet. Ex quo rursus intulit, q̃ cum singula opera ad normã eiusdem mãdati exhibere teneamur, quocũq; opere cuiuslibet virtutis peccamus. Hoc em̃ erat illius hominis ingenuũ, vt passim pugnantia diceret. Haud siquidem Lutheri pestiferum dogma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæcus videre potuit, quemadmodum diceret, Deum nos ad impossibile obligare: quod ex Hieronymus sententia Hieronymi assertu impium est, vt lib. 3. de Natura & gratia, cap. 4. latissimè demonstrauimus. Augustinus ergo illic se planè explicat: vbi duplicem charitatis perfectionem dignoscit: nempe viæ & patriæ: per charitatem enim viæ, tendimus in illam quæ est patriæ. Quare perfectio huius nostræ est, recta ad brauium currere, vt dicit Paul. perfectio autem patriæ est in Deo ipso quiescere. Atque adeò in hac vitâ implenius præceptum tanq; victores, vt ex toto corde, idè sit quod nihil charitati aduersum nostris assensu concipere. In patria verò, tanq; comprehensores, vt ex toto corde idem sit quod cõtinetèr sic amare, vt nihil de amoris seruore neque per minimam negligentiam vnq; remittamus. Quin verò non solum impletio mandati charitatis in hac vita esse potest quæ incipientibus cum aliquo colluctatur timore, verum & perfecta charitas quæ secundum Ioannem foras mittit timorẽ: quia vt ipse ait. 1. Cano. cap. 2. Qui seruat verbum eius, verè in hoc charitas eius perfecta est. Et Christus nos admonet vt simus perfecti, sicut eius pater. Et Paulus. Paulus. 1. ad Cõrinth. 13. De cætero fratres gaudete, estote perfecti. In summa, vt Lutheranis satisfaciamus, non Augustmodò, verùm & Paul, ad Philippenses. 3. vtrumque perfectionis gradum, nempe viæ & patriæ planè distinxit: ait enim primùm: Non quod iam acceperim, vt iam perfectus sim, scilicet triumphantium perfectione. Sequor autem si quomodo comprehendã. Perfectio ergo viæ sequi est: de qua protinus subdit. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Igitur. 1. ad Corinth. 13. de perfectione patriæ loquebatur, per quam illa quæ cum fide viatrix est euacuabitur. Iacobus autem intelligit etiam perfectos in via, in multis venialibus offendere: quæ charitati non aduersatur.

Ad tertium argumentũ. ¶ Ad aliud autem ad Colossenses. 3. iam cõcessum est, perfectionem quidem in charitate cõsistere. In consilijs autem tanquam instrumentis. Ad tertium argumentum per secundam cõclusionem satisfactum est, nempe in illis duobus mãdatis, tanquàm in conseruantibus, eandem sit am etle perfectionem.

ARTICVLVS. II.

Vtrum paupertas ad mendicitatẽ vsq; ad perfectionem vitæ monasticæ pertineat.

POstquàm in genere de perfectione cœnobitici instituti dictum est, congruit, vt de singulis trium votorũ nonnihil disputationis adhibeamus. Et primò de paupertate quæritur, vtrùm vsq; ad mẽdicitatem sit congruat. videtur enim Apostolus. 2. ad Corinth. 8. modum Christicolis eleemosynarum præstituere. Si voluntas, inquit, prõpta est, non secundùm id quod non habet: non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. Vbi sic Christi alumnos, ad eleemosynas animat, vt simul admoneat nè se tribulatione paupertatis premãt. Et glossa super illud ad Timotheum. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur: aiti non esse hæc temporalia abijcienda. ¶ Secundò, qui se periculo obijcit impatientiæ, in culpa est, qui autem se in mẽdicitatẽ adigit, tale subit periculum: ergo id non est virtus. Secunda verò præmissa, multis testimonijs comprobatur. Ait enim Sapiens Prouerbiorũ. 30. Mendicitatem & diuitias nè dederis mihi: sed tribue tantùm victui meo necessaria: nè egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Et Ecclesiast. 27. Propter inopiam multi deliquerunt. Et Philosoph. 4. Ethic. Videtur quit, diuitiarum corruptio perditio quædam ipsius hominis: quippe cùm homo diuitijs viuat. Tertiò, virtus, vt. 2. est Ethicorum, in medio consistit, mendicitas autem extremum est. Eò potissimum quòd diuitiæ scelicitatis instrumẽta sunt, vt. 1. Ethicorum author est Philosophus: cui & Ecclesiasticus capite. 31. astipulatur. Ergo mẽdicitas aduersatrix potius est perfectionis, q̃ nutrix. ¶ Quartò: esto consilium sit cuncta prorsus propria abijcere: non tamen inde sit protinus cõsequens, vt mendicare liceat, sed teneantur tunc monachi manibus laborare, sicuti Paulus. 1. ad Corinthios. 4. se fecisse testatur: & Actuum. 20. Ad ea enim, inquit, quæ mihi opus erant, ministrauerũt manus istæ. Et. 2. ad Thessaloni. 3. Si quis non vult operari, nec mãducet. ¶ Quintò, quãdo hæc ois cessaret, cõducetius ad monachorũ quietẽ esset, aliquid fundi tem in cõmuni possidere, q̃ vt victum quærentes inter sæculares oberrarẽt. ¶ Accedit postremò quòd episcopi altiori sunt gradu generis quàm cœnobitæ: quorũ tñ perfectioni nimis dicitas non cõgruit. ¶ In contrariũ autem est verbum Christi. Matth. 5. Beati pauperes spiritu: vbi textus Græcus habet, Beati mendici.

QVamuis in superioribus assertũ fuerit paupertatem perfectioni charitatis inseruire, scire nihilo minùs superest quo nã gradu

gradu sit capessenda. Duplex nanq; paupertatis genus inter religionum cultores inuenias: alij nanq; sunt quadripartiti, quorum primæ institutio fuit mendicitas, hoc est, vt neq; priuatim ab vllo monachorum, neq; in communi à toto cœnobio quicquam possideretur: sed quotidianis eleemosynis victitarent, siue oblatis, siue quæsitis, & postulatis. Vtra autem istarum paupertatum ratio sit alteri præferenda, non desunt qui disputent. Imò nec defuerunt hæretici qui vtranq; refutarent. ¶ Respondetur ergò tribus conclusionibus. Prima. Omnimoda mẽdicitas nempe vt neq; priuatim neq; in communi aliquid possideatur, si genere suo existimetur, plus habet dignitatis, & meriti apud Deum, quàm in communi possessio. Prima conclusionis ratio, ex rerum natura, vt suprà dictum est, proficiscitur: est enim religionis monasticæ institutio, illam amplecti disciplinã per quam ad perfectionẽ charitatis expeditius aspirẽdatur: primum autẽ quod hominũ animos fascinatus ad sui amorem inescat, est rerũ possessio. Nam cum pecuniæ obediãt omnia, qui illam amat, per eam cuncta concupiscit: & qui illã abijcit, omniũ quodammodò mundanorũ affectus ab se facile amputat. Vnde Augustin. lib. trigintatrium quæst. Nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis: perfectio, nulla cupiditas. Esset ergo tutius nunq; amorem in hãc rerum lubricitatem infixisse. Attamẽ secũdùm hunc alter est gradus ab eisdem cum possidẽtur animũ euellere: quod longè est difficilius. Quocirca idem Augustin. ad Paulinum & Theraiam: Terrena, inquit, diliguntur arctius adepta, q̃ concupita. Nam inde iuuenis ille Euangelicus tristis discessit, q̃ magnas habebat diuitias. Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa nãque velut extranea repudiãtur: ista verò velut membra præscindũtur. Non igitur inconsultò legislator noster inde legiferam suam concionem orsus est, Beati pauperes spiritu. Quapropter quanq; nihil aliud laudis in sancta paupertate coperiretur, hæc esset præclarissima, q̃ primum verbum quo Deus, lege orbi posituras, os suum aperuit, fuit felicitatem in ipsa colludere. ¶ Quòd autem hæc paupertas vsque ad mendicitatem & nuditatẽ sit Christi alumnis commendabilis, magnificè Paulus exaggerat in posteriori epistola ad Corin. cap. 8. Scitis enim, inquit, gratiã domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset dives: vt eius inopia vos diuites essetis. Si ergo, vt suprà diximus, nullum officium præstitit, quod ex rei natura non esset honestũ, cõ

Primum argumentum

Glossa.

Argum.

Aristo.

Argum. 2.

Argum. 3.

filiũ est diuitibus, in pauperes sua bona distribuentes egenos fieri, vt cœlestibus diuitijs perfruantur. ¶ Accedit & eiusdem Seruatoris exẽplum, q̃ nihil possedisse legitur, nisi quod illi in die suæ q̃; familiæ porrigebatur. Vnde Matth. 18. Filius, inquit, hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Accedit insuper & eius institutio; Matth. 19. Omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel vxorẽ, vel filios, vel agros, propter nomen meum, centuplũ accipiet, & vitam æternã possidebit. Vide q̃ cunctis rebus eum denudet qui optauerit esse perfectus. Quare Apostolis quos lucem mũdi, & sal terræ esse volunt: Nolite, inquit, possidere aurum, neq; argentũ, neq; pecuniam in zonis vestris. ¶ At verò propter cauillum quarti argumenti subtexitur secunda conclusio. Religiosi qui proprijs renuntiarunt, nõ tenentur manuum labore victum quærere: sed iustissimè mendicare possunt. Cõclusio est de qua D. Augustinus iustum volumen de opere monachorũ inscripsit: quã subinde. D. Thomas opusculo. 19. c. 5. locupletissimè simul ac disertissimè cõtra religionũ hostes dilucidauit. Graphicè nãq; glossa super caput Exodi quintum, hæreticos, qui monachos in manuales labores adigunt cũ Pharaõne cõponit: qui Moysen & Aarõ obiurgabat dicẽs: Quare solicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra. Probatur ergo cõclusio, iure naturæ & gentiũ, & cum primis diuino. Finis spiritualium bonis tẽporalibus præstantior est: sed in republica milites & equites, atque adeò iudices qui ad bella gerenda, aut ad tuendã iustitiam, aut deniq; ad remplublicã administrandã deputati sunt, cõmunibus stipẽdijs populi sustentãtur: quod & Paulus ad Rom. 13. iure etiã diuino iussũ existimat. Ideo enim, inquit, tributa præstatis: Ministri enim Dei sunt. Religiosi antè monasticè viuentes, spirituali functione Reipublicæ inseruiunt: quod multò est magis ipsi necessariũ, q̃ temporalium administratio. Ergo nihil aliud quàm naturæ ius, & gẽtium, ac diuinum est, vt populi eleemosynis sustẽtentur. Illi nanq; qui verbi ministerio incũbunt, digni sunt mercede sua: nam studij gratia, necesse habent à manualibus operibus eximi. De quibus ideo Paulus. 1. ad Corinth. 9. Per exempla cõ plurãa naturalibus desumpta, colligit eos qui spiritualia seminant, ius habere metendi tẽporalia. Sic enim, inquit, Dñs ordinauit his qui Euãgelium annuntiãt de Euãgelio viuere. Vbi glossa: ne Deo rationabiliter dispositi de prædicatoribus, vt expeditiores sint ad prædicandum. Imo verò & Christus Matth. 10. idipsum explicauit. Ob id enim

Secunda cõclusio.

Augustinus D. Thomas.

Glossa.

Probatio cõclusionis.

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id enim discipulos sine pera prædicatum dimi
sit, quòd dignus est operarius cibo suo. Et quã
do hanc prouidentiam non susceperint, quę ta
men mendicantium ordinibus solennis est, va-
cant etiam sacramentalibus confessionibus au
diendis. Imò verò his etiam cessantibus ob id
quod statos Psalmos solèniter persoluunt, pre
cesq; alsiduas pro populo fundũt, & supra hęc
omnia sacrorum studijs diuinæque contẽpla-
tioni vacãt, ius habent diuinum & naturale vt
populi stipendijs viuant. Vnde August. opere
Augustinus. illo citato: Si Euangelistę, inquit, sint, potestatem habent de sumptibus fidelium viuendi: sin
ministri altaris eandem non arrogant, sed pla-
nè sibi vendicant potestatẽ. Quin etiam Apo-
stolus ipse loco citato rem ad certum officium
non perstringit, sed in genere ait, Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de
sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiunt,
cum altario participant? Quo fit vt qui monas-
tticos religiosos operum solicitudinibus impli
care contendunt, Marthæ opinionem sequan
tur, quæ sororem suam ad pedes Christi contẽ
platione fruentem diuellere inde conabatur, vt
se iuuaret. Quam quidem Christus opinionẽ
ipsi retudit, dicens: Porrò vnum est necessariũ.
Glossa. Ob idq; bene glossa illud Matthæi. 6. Respicite volatilia cœli, non laborant, &c. & tamen
Deus pascit ea, sanctis cõtemplationi vacan-
tibus attribuit: quia ita à mundo sursum euecti
sunt, vt nihil in terris agentes aut laborantes, so
la contemplatione in cœlo degant. Meritò er-
Hieronymus go Hieronymus in prologo super Iob, eos ob
iurgat qui malunt monachos fiscellã iunco te-
xere, aut palmarum folia complicare vt in su-
dore vultus panem edant, quàm vt iuxta sen-
tentiam Seruatoris diuinoru cibum operentur
qui non perit. Accedit supremè quòd mendici
tas ad humilitatem non parùm confert, qua ra
tione Alexio atque alijs sanctis laudi datur q
splendidas facultates ab se abdicauerint, vt mẽ
dicata stipe viuerent. Impietas ergo est sanctã
mendicitatem impugnare, atque adeo peregre
gium charitatis officium monasticos mendi-
Tertia con- cantes alere. ¶ Tertia conclusio. Quanuis ge-
clusio. nere suo mẽdicitas omnimoda præferenda sit,
potest nihilo minus ratione finis aliarumque
circunstantiarum pro tempore & loco condu
centius esse ea in communi possidere, quę mo-
nachorum victui sunt necessaria. Cõclusio est
D. Thomas. quæ ex. D. Tho. colligitur. 2. 2. q. 188. ar. 7. At
qui in primis q eiusmodi possessio nihil de reli
gionis pfectione deterat tũ canõ, expedit. 12. q.
1. ait, tum ex superioribꝰ palàm fit. Haud eũ
in paupertate perfectionem sitã esse monstra

Prima ratio conclusionis

uimus, sed in charitate. Cùm ergo in pauperta
te ea tantũ ratione consistat quod rerũ amorẽ
solicitudinemq; præscindat, ea paupertatis spe
cies in vnaquãq; religione præstantior est, quę
ad eius finẽ aptius confert. Etenim vt instru-
mentum ac medicamen nõ eo melius quo ma
ius, sed quo ad finem accommodatius: sic & de
paupertate censendum. Vnde si ordo institu-
tus est ad contemplationis opera & prædica-
tionẽ, quod quidẽ munus altam mentis quietẽ
requirit, & tempora extant, vbi à populo nõ
facilè religiosorum egestati succurratur, non so
lùm pfectioni non repugnat aliquid habere in
cõmuni, verũ confert. Quoniam illa monacho
rum diuagatio quæ ad victũ quærendũ necessaria est, otium nõ secũ permittit, quod ad eius
modi spiritualia munia exercenda est operæ-
pretiũ. ¶ Secundò & ex eâdem temporũ in-
mẽtia alia oriri potest commoditas ciusmodi
possessionis in cõmuni. Nempè q postquàm
charitas refrixit, mendicantes molesti sunt po
pulo & onerosi. Qua ratione religio vilescere
in eius oculis incipit. Præterea nimia egestas
cogere mẽdicos assolet aliqua negotia cum sæ
cularibus tractare, & aliquibus quandoq; im-
probitatibus victũ extorquere, quæ eorũ insti
tuta obscurant. ¶ Adde quòd quando religio-
nes in illa syncera mendicitate institutæ fuere,
multa eidem instituendæ suffragabantur quæ
ab aliquibus iam temporibus languêre vide-
mus. Primùm enim summa victus parcitate ve
stitusq; vilitate cõtenti erant. Adeo vt eleemo
synæ quę nunc vix viginti religiosis sufficiunt,
pluribus tũc quàm centum satis erant: nam &
corporis natura facta est imbecillior, & spiritua
les vires remissiores. Legimus nanque in histo-
ria diui patris nostri Dominici, quandoque
œconomum obiurgasse, quòd sæpius quàm
par esset pitanciã conuentui porrigeret. Quod
argumentum est perrarum quidem fratribus
fuisse ouorum aut piscium vsum, sed legumini
bus victitasse. Mox & charitas tunc populi lo
cupletior erat ac syncerior. Et quod citra pu-
dorem fateri monachi non possumus, nostra
tunc vita alium quàm modo splendorem ha-
bebat, vt populares animos alliceret. ¶ Sed ais, Obiectio.
Rerum possessiones non possunt non possidẽ
tium animos solicitare, tum ad culturam, tum
etiam vt augeantur. Fatemur equidem: sed ta- Solutio.
men hoc perpendendũ est, vtrãnam solicitudo
animos acerbius angat ac diuexet, quàm tutarene
quotidie necessaria, an curare quę in cõi possi-
dẽtur: nã solicitudo possessionũ præter vnum
aut alterum qui illas procurat, cæteros vel non
tangit, vel quàm tenuissimè: solicitudo autem
quoti-

quotidiana plurimos occupat. Quòd si Chri-
sto instituore nostro exemplum sumere lu-
bet, quanuis, vt dictum est, indigentis vitam de
legerit, nihilo minus eleemosynas sibi oblatas
in eiem reseruabat. Habebat enim loculos Iu-
dæ commissos. Nam Ioannis. 4. dicitur quod
abierũt discipuli in ciuitatem vt cibos emerẽt.
Et Ioan. 13. Iussus est Iudas ea emere quæ ad
diem festum opùs erant. Quanuis non nisi exi
guos horariosque nũmos seruari sinebat. Qua
re ad emendos panes satiandæ turbæ pecunia
discipulis defuit. Et nè illa quæ in victum tan-
tum & in pauperum subsidia seruabantur in
prophanos vsus verterentur, noluit inde tribu-
tum solui, sed Petrum ad piscem misit qui ei di
drachma ore porrigeret. Et nonnunquàm pre
inopia eosdem discipulos spicas collectum mi
sit. ¶ Absit ergo vt aduersus omnimodam mẽ
dicitatem oblatrare velim: vtpote quam suis
nominibus superiùs illustrauerim. Fuerunt
enim olim nonnulli quos diuus Tho. opuscu-
lo. 18. c. 14. confutare persistit, qui paupertatẽ
reprobabant, nisi necessaria in communi possi
derẽtur: quibus subscribere, errorem existimo.
Imò qui syncerè & candidè supremam seruãt
mendicitatem, suscipiendi sunt & exoseulandi.
Sed tamen hæc dicta sunt, tum vt causa possi-
dentium in communi defendatur: tum etiam
vt mendicantes omnes admonitos habeã quã
ta esse debent parcitate contenti. Propterea e-
nim asserẽte Christo Deus pascit volatilia cœ
li, quibus vtique religiosi comparantur, vestit-
que lilia agri: quòd cibo illa simplicissimo, hæc
vestitu contenta sunt. Porrò ergo diuus Bene-
dictus altissimè cõtemplantium quieti studẽs,
consultè possessiones recepit sibi oblatas, atq;
alij deinceps religionũ institutores. Sed tamen
humanũ ingenium, medium tenere nescium,
eousq; eorum opes auxit, vt celeberrimum or
dinẽ non parùm de suo fastigio deiecerit. Qua
re in ordine nostro hactenus nisi causa studij
non est dispensatum possessiones habere: sed
sunt frequentia monasteria quibus in antiqua
mendicitate viuitur. Vtinam nos Deus, quan-
tum est hoc maximè sæculo Christianæ fami-
liæ necessarium, sustineat.

Obiectio. AD primum igitur argumentum respondetur, illic Paulum neutiquàm condemnare, si quis cuncta quæ habet in pauperes vo-
luerit erogare, sed humanæ imbecillitati indul
get. Rarissimi enim sunt qui arduum hoc con-
silium capessant. Et ideo ait neminem cogere
vt sic alienis miserijs cõsulat, vt seipsum neces-
sarijs destituat. Et eòdem pertinet citata glossa
ad Timoth. nempe non esse prorsus abijcien-

Ad secundũ. da temporalia. ¶ Ad secundum respondetur, eum qui vltrò temporalia bona propter Chri-
stum deserit, nulli se periculo nec temporali
nec spirituali obijcere. Spirituali inquam: quia
quòd homo bona causa sponte sua faciat, pe-
riculum non affert pœnitentiæ ac tristitiæ:
sed quando quis inuitus suis expoliatur. Imò
verò à diuitiarum possessione præsentius pe-
riculum immineti iuxta illud. 1. ad Timoth. vl-
tim. Qui volunt diuites fieri, incidunt in la-
queum diaboli. Nec verò periculo corporali
subduntur. Nam vt ait Psalles, Diuites egerũt
& esurierũt: inquirentes autem Dominũ non
minuẽtur omni bono. Qui enim nos solicitos
esse prohibet in crastinum, curam gerit nostri.
Salomon autem suum præsentiens ingenium,
non se audebat extremæ paupertati commit-
tere: ob idque mediocritatem vitæ postulabat.
Nam etsi, vt suprà diximus, opum affluentia
noxia sit homini corruptæ naturæ, tamen rari
sunt qui inopiam ferre queant. Sicuti infirmi li
cet videant vinũ sibi nocere, nihilo minùs non
semper se continere possunt, quin tãtillum gu
stent. Qua de causa propter inopiam multi de
liquerũt. Accedit quod Salomon erat rex, qua
re non poterat absq; diuitijs viuere. ¶ Ad tertiũ Ad tertium.
respondetur, virtutis medium, secundùm Phi-
losophum. 2. Ethic. non secundùm quantitatẽ,
sed secundum rationẽ esse sumendum. Et ideo
quicquid ex rationis præscriptio fit, ab eodem
medio non deflectit. Relinquere autẽ tempora
lia bona, vt expeditiùs Christũ sequaris, ratio
docet. Nam & lumine naturali doctus Socra-
tes, vt ad Paulinũ ait Hieronymus, auri põdus Hieronymus
abiecit, vt contẽplationi liberiùs vacaret. ¶ Ad Ad quartũ.
quartum autem argumẽtum respondet diuus S. Thomas.
Thom. 2. 2. q. 187. artic. 3. q manualis labor
(qua voce humana omnia officia comprehen Labor ma-
duntur, siue manibus, siue pedibus, siue lingua nualis ad
fiãt: eò quod manus organorũ illustrissimum quatuor vti-
est) ad quatuor est vtilis. Primò quidẽ ad victũ lis.
quærendum. Vnde primò homini mandatum
est, vt in sudore vultus sui pane vesceretur suo:
& in Psalmo. Labores manuũ tuarũ quia man
ducabis. Secundò commodus est ad vitandũ
otium, quod multorũ est causa malorum. Vn-
de Ecclesiast. 33. Mitte seruum tuum in opera-
tionem, nè vacet: multam enim malitiam do-
cuit otiositas. Tertiò refertur ad concupiscẽ-
tiam refrænandã: quatenùs labore corpus ma
ceratur. Vnde. 2. Ad Corin. 6. In laboribus, in
ieiunijs, in castitate. Quarto & labor frugifer
est ad eleemosynas erogãdas. Vnde ad Ephe.
4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autẽ
laboret operãdo manibus suis quod bonũ est,
vt ha

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Per hæc ergo quatuor membra, ad omnia Pauli loca respondetur, quibus manualem laborem videtur, seu præcipere, seu commendare. Illud nanq; citatum. 2. ad Thessal. 3. Si quis non vult operari, nec manducet, non est nisi naturalis admonitio, vt scilicet qui aliunde nō habet vnde viuat, manibus victum quærat, vt furta & illicita negotia caute fugiat. Quo vtiq; sensu dudum epistolā ad Ephes. citauimus. Huic tamē veritati non obstat quo minus religiosi diuinis vacātes, ius habeant eleemosynis viuendi. Hoc enim ipsum epdē loco docet Apostolus. Nam postquàm dixit, non gratis panem māducasse ab aliquo, sed in labore & fatigatione operans ne quem illorum grauaret, subdit: Non quasi non habuerimus potestatē, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Quare illud. 1. ad Thessal. 4. Operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, non est generale præceptum, vt impugnatores religionū aiunt, quod monachos etiam cōuoluat: sed eos tantum complicans, qui aliter sine scandalo viuere non valent: quod patet ex subiunctis verbis: vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt. Religiosi autem sine scandalo possunt stipem suscipere & postulare. ¶ Secunda etiam vtilitas corporalis laboris ac subinde tertia. Nempe otij euitatio & afflictio corporis, nō est in præcepto nisi quando aliter eisdem incommodis obuiari non potest. Monachi autem per alia salutaria exercitia otium cauent, & corpus edomant. Quartum deniq; : Nempe eleemosynas erogare, non est in religiosis virtus: quippe qui semel cūcta largiti sunt. Nisi casu extremæ necessitatis pauperū, quo quidē euētu perinde atq; sæculares, tenerentur manibus laborare.

Ad tertium. Hęc ferme diuus Tho. loco citato. ¶ Ad quintū denique argumentum tertia conclusione responsum est.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm votū castitatis sit de intrinseca ratione religionis.

SEcundum membrum voti monastici est, castitas. Sed vt eius ratio patentior fiat, arguitur illam non esse de intrinseca ratione religionis.

Primum argumentum. Sola ecclesiæ institutione, vt prædicebamus, inuenta est solēnitas voti: ergo si ecclesia tale statutum abrogaret, profiteri quis posset religionem absque voto solenni castitatis.

¶ Secūdò. Sacerdotium ac religio hac ratione adæquātur, q vtrobiq; fit votū solenne castitatis. Sacerdotalis aūt ordo verus & legitimꝰ esti stere potest absq; huiusmodi voto, vt in Græcorū sacerdotibus videre est: quod pariter posset ecclesia de nostris etiam decernere: ergo & religio sine tali voto esse potest. ¶ Tertiò. Mali tare crucifero rū institutū est vera, vt aiunt, religio: emittūt nanq; explicitè tria vota: & tamē dispensatū iam est cum illis vt in religione perseuerantes, vxorium fœdus inire valeant: ergo huiusmodi votum non est de intrinseca ratione religionis. ¶ Quartò deniq; arguitur. Omnis perfectio vitæ Christianæ apostolis secundùm Christū in more esse cœpit: Apostoli verò non videtur continentiam seruasse: nam de Petro Christi vicario legitur Matthæi. 8. socrū habuisse: ergo castitas non est de intrinseca ratione religionis. ¶ In contrarium faciūt verba capituli suprà citati, Cum ad monasterium. de stat. monachor. in cuius calce habetur, Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo annexa est regulæ monachali, vt contra eam neq; summus Pontifex possit indulgere.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Duplex quæstionis status.

QVæstio hęc duos habet sensus. Prior est vtrùm re vera nunc votum castitatis annexū sit religioni, idque decentissimè: cuius affirmatiua cōclusio definitio est ecclesiæ contra hæreticos, vt habetur capit. Quod votū. de voto. lib. 6. Fuit enim Iouinianus qui matrimoniū cœlibatui adæquabat: qui decadem hæresi perinde cōdemnatus est, atq; de alia Vigilantius, q diuitias exequabat pauperta ti. Posterior verò sensus est, vtrùm cùm solēnitas voti, hoc est vouendi ceremonia sit de iure ecclesiastico, vt illic refert, sic & annexio ipsa castitatis ad religionē sit de iure ecclesiastico, ita vt per ecclesiā fieri possit, vt religio absq; castitate vera maneat religio: an verò sit de iure diuino, vt per ecclesiam institui vera non possit absq; castitate religionis subsistātia. ¶ At quoniam solus nobis est animus de secundo sensu cū catholicis disputare: quoniā primus orthodoxus est, ac perinde nemini nisi hæreticis dubius: vnica cōclusione sub probabilitate, quæ mihi quàm maxima est, respōdetur. Sic est castitas religioni annexa, vt nulla humana dispēsatione fieri possit, vt religio absq; castitate rem habeat suo nomini cōgruam. Haud ergo hìc disputamus, vtrùm valeat Papa super voto solēni religionis dispensare: hoc est vtrum eximere quæstionem præcedenti satis dissertū est. Sed hoc tantummodo in præsentia sub doctiorum censura negamus, q religiosus vere perfistens euange-

Cōclusio & sponsio.

euangelicus monachus, in cōiugio posit eiusque vsu permanere. Et quidē conclusio est sancti Tho. vt. q. 4. vidimus. Apparet tn eam negare Scotus. 4. dist. 38. vbi non alia de causa sentit solenne votum religionis matrimonium dirimere, quàm quod ecclesia in cuius se manu vouens tradidit, eum illegitimū fecit ad matrimonium: quorum similibus verbis vtitur Caietanus. q. 3. vidimus. 2. 2. q. 88. artic. 7. Vnde elici videtur in potestate ecclesię situm esse vt religio si simul possint cum coniugio religionem retinere, perinde atq; sacerdos suos ordines. Conclusio tamen nostra contraria planè ab Innocentio capitulo citato, Cum ad monasterium. asserta videtur. Nempe vbi innuat castitatē iure diuino annexam esse religioni. Et quòd ita sit probatur ratione. Religio nomine ipso nihil aliud significat q quod Christus euāgelicum adolescentulū docuit: Si vis perfectus esse, vade & vēde &c. & sequere me. Et quod subin de Petrus subiunxit: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, &c. qui autem cōnubialiter modò se semel innexuit, nomine quidem potest, sed tamen re ipsa non reliquit omnia, imo neque sæculum: ergo non est vere euangelicus religiosus. Media propositio probatur ratione sancti Thom. 2. 2. q. 186. arti. 4. Res enim vxoria vtroque cornu e diametro pugnat cum religione. Primum contranititur cōtemplationi, diuinorū q; meditationi: quibus secūdum nomen suum debet seduló religiosus vacare: retinetur inquam propter voluptatis vehementiā quæ ex Venere nascitur: cuius vtique frequentatione concupiscentia augetur: vt. 3. Ethic. cōmonitor est Aristo. vnde Augu. in primo Soliloquiorum: Nihil, inquit, sentio quod magis exarte deijciat animum virilem quàm blādimenta fœminæ, corporumque illecebras sine quo vxor haberi non potest. ¶ Nec verò naturalis ratio valde est recōdita. Etenim cùm cōtemplatio subtilissimis purissimisq; spiritib⁹ fouea tur, carnalisq; ac brutalis ille vsus spirituū mul titudine insumat, sanguinemq; à corde vehementer distrahat, cuius collectio ad mētis actē tionem necessaria est, fit vt idem vsus hebetudinem mētis efficiat. Qua vtique de causa Paulus. 1. ad Corinth. 7. coniugibus cōsulebat vt oationis tempore toro sepărentur. ¶ Altero autem cōmodo status coniugalis religioni colūctatur, quod est administratio sollicitudoque rei familiaris. Vnde eodem loco Paulus: Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, solicitus est quę sunt mūdi, quomodo placeat vxori & diuisus est. Vbi si meditatiūs attendas, ad vinum expresse religionis faciem, eamq; è regione oppositi coniugio: quasi maritari nequeant. Quocirca monachi, hoc est solitudine potissimè nomen trahunt, quod à coniugali consortio semoti viuunt. ¶ Secūdo id apertius explicatur. Duo alia vota, scilicet paupertatis & obedientiæ, adeò sunt à voto castitatis pendētia, vt hoc sublato, reliqua cōtinuò sustuleris. Matrimonialis quippe sarcinà votū legitimæ paupertatis procul respuit. Qui enim fieri potest vt vxorem quis & liberos alij; similiam illis appendicem alere in paupertate valeat? Eò præsertim q nō solum debet liberis in tēpus prouidere sed in perpetuum prospicere, ac perinde possessiōes & primogenituras ambire quas illis relinquat. Adde q neq; legitimę obedientiæ, de qua Christꝰ ait, Sequere me, vxorius vir vacare poterit. Quare Paulus Christi assectas peculiariter optabat manere sicut ipse erat, absque vxore. Eo ergo ipso quòd ecclesia votum castitatis à religionibus seiungeret, synceritatem ipsam religionis in euangelicam funditus conuelleret. Quare id certe, vt sub eius cē sura loquar, non est factibile. ¶ Hinc discerniculum colligitur quo iudicādum est sitne quæuis religio verè absolutoque nomine religio, hoc esse vnicum, vtrùm intrinsecè annexum habeat, matrimonium contractum seu potiùs attentatum dirimere: quod quidem nulla habet religio nisi authoritate ecclesiæ instituentis solennitatem voti: vt habetur in dicto cap. vnico, de voto. libr. 6. ¶ Quapropter religiosi tertij ordinis diui Francisci, & nostræ, solenne votum non emittunt. Quamuis expressiùs inculcatiusq; dicant se facere tria vota. Hoc dixerim de iure antiquò: nam iam Sixtus Quartus per suam Bullam declarauit eiusmodi fratres facere solenne votum. Et postmodum alij summi Pontifices idem etiam decreuerunt de quibusdam sanctimonialibus nostris eiusdem ordinis, quas Beatas appellamus: quæ inclusæ viuunt. Illæ autem quæ clausuram non seruant, eidem Bullæ non subduntur. Multò autem minus isti Eremitæ qui hac nostra tempestate in montibus dispersim degunt. Nam etsi episcopo promittant obedientiam, nō intelligunt nisi pro tempore quo voluerint illic cōmorari. Imò neque de ratione illius instituti est vt votum suscipiant simplex castitatis. Tametsi citra illud non essent admittendi.

Secunda ratio.

Solutio.

AD primum igitur capitalium argumentum, concedimus voti solennitatem, vt habetur in dicto cap. vnico, de voto. lib. 6. ab ecclesia constitui, hāc aut illam instituēto appro bantēque religionem, ex qua matrimonij impedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

impedimentum sequitur. Sed iam quæstione proxima negata est cõsequentia, qua inferi cõnexionem castitatis cum voto religionis non esse de iure diuino. Est enim in potestate ecclesiæ, vt hæc aut illa habeatur pro religione: attamen postq; constituitur religio: de iure diuino est vt habeat castitatẽ annexã: secũdum illud: Vade & vende omnia quæ habes, & sequere me. Nemo enim statum habere potest via consiliorũ sequendi Christũ, nisi sit ab vxore liber: atq; hoc ex intima rei natura. ¶ Ad secundum respõdetur, sacerdotalem ordinem nullatenus esse religionem: alias citatus canon & Doctores non sub duorum forma explicuissent solenne votum: dicentes consistere & in susceptione sacri ordinis, & in professione religionis. Ex quo fit hoc inter sacerdotium & religionẽ differre, vt diuus Thomas loco citato art. 11. docet, quòd votum castitatis non est de intrinseca ratione sacerdotij perinde atq; aliud religionis. Imò sacerdotale ministerium seruari absq; eodem voto potest. Hanc ob rem qui sacris initiatur, non perinde atque religiosus expresse ait, voueo. Quare non est votum explicitum, sed implicitum: porrò in ipsa ordinum susceptione abditum. Votum inquam tantùm castitatis. Cætera nanq; religionis nec implicitè facit. Haud enim paupertatẽ vouet aut obedientiam, sed fit sui episcopi subditus: etiam si absens sit non autem ordinantis. ¶ Quo fit vt Græci eiusdem sint nobiscum generis sacerdotes. Sequitur subinde secundò Romanam ecclesiam posse idem tollere votum salua re ipsa sacerdotum. Negatur ergo consequentia quæ inde extruitur ad probandum religionem absq; tali voto posse consistere. ¶ Sed infers contrà: Ergo incongruè sacerdotale votum dicitur solenne. Negatur consequentia: sed tamen id ingenuè fatemur quòd nõ est votum solenne de iure diuino tãquàm religioni essentiale, sed est solenne de iure positiuo: hoc est tantùm statuto ecclesiæ sacerdotes illegitimos reddẽs & inidoneos contrahendo matrimonio. ¶ Contra hoc autẽ remergere videtur argumentũ suprà à nobis informatũ. Visi enim hic sumus concedere tantùm esse præceptũ ecclesiæ nè mariti fiant. Quòd si ita est, licèt malè facerent absq; licentia cõtrahendo, teneret tamẽ matrimoniũ: vt paulò antè argumẽtabamur. Respondemus autẽ non solùm esse præceptũ, sed statutũ inhabiles eos reddens ad matrimoniũ, perinde atq; consanguineos. Habet sese ergo medio modo inter mera præceptũ & solenne religionis votũ. Eapropter ecclesia perinde atq; prohibitis. quẽ in quarto gradu, posset hoc tollere votum à

Primum corollarium.
Secundum.
Obiectio.
Solutio.
Argumentũ
Solutio.

sacerdotibus. An verò liceret, quæstione proximè sequenti disputabitur. ¶ Ex his sequitur, matrimonium ratum non consummatum nõ dirimi per susceptionem sacrorum ordinum, sicuti per religionis professionem. Quod & Caietanus. q. 12. quodli. 1. fatetur. Et causa est, q̃ sacerdos nõ fit simpliciter inhabilis ad aliud cõtrahendum matrimonium, sicuti religiosus: eò quòd cum illo dispensari potest. ¶ Quod cùm verum sit, nescio quid Paludanus sibi voluerit in. 4. dist. 38. q. 3. vbi ait, quòd si post matrimonium ratum non consummatum vir sacris initietur, & vxor in sæculo permanens votum faciat simplex, inhabilis ipsa redditur ad secũdas nuptias, etiam post mortem viri. Nam in primis susceptio illa ordinum non est licita: cum matrimonium non dirimat. Secundò nulla est rationis apparẽtia quòd votum simplex vxoris in tali casu fieret solenne, vt ipse putat. Quare si mortuo coniuge alteri nubat, licèt peccet contra votum simplex, nihilo minùs matrimonium tenet: quod ipse negat. ¶ Tertium autem argumẽtũ de militaribus ordinibus est, quod præcipuum hic habet ambigendi momẽtum. Equites enim isti cruciferi vulgò habentur religiosi: nam faciunt tria vota: & nihilo minus vxoribus fœdere matrimoniali copulantur: coire ergo possunt ambo status: religionis sicet & matrimonij. Idq̃ potest ratione ex superioribus deducta corroborari. Nã ratio quæ suprà monstrauimus coniugium cum religione pugnare, erat impedimentum cõtemplationis & orationis: religio autẽ militum non hũc habet scopum, sed militare, vbi nulla est necessaria contemplatio. Nihilo minùs propter rationes suprà allatas persuasum habere nunquã potui, eiusmodi religiones, simpliciter esse religiones. Et ratio est, quia non solum castitatem illi non seruant, nam rei vxoriæ perinde ac cæteri sæculares inseruiunt: eosdem scilicet ambitiones honores, easdemque facultates fugiebant procurantes: quod toto cœlo à religionis instituto distat: verùm neq; paupertatem, neq; obedientiam, nisi solo nomine profitentur. Nõ quidem de sacerdotibus cruciatis loquor, qui intra septa monasteriorum vitam degunt. De istorum namque legitima religione nihil ambigendum est, sed de commendatarijs equitibus. Nam quæ nam paupertas quæso est relationẽ tãtùm magistro facere suarum facultatum: ex quibus si vel obolum eis adimeret, perinde reclamarent, ac cæteri regni nobiles. Obedientia autem est per totam fermè vitam nullum fugere oris mandatum audire, nisi dum eorum nequitia fiunt. ¶ Sed aiũt, hæc est nostra religio: nec

Caietanus.
Referuntur Paludanus.
Graues dubitare de militaribus ordinibus.
Solutio quæstionis.

ad aliud

ad aliud tenemur. Ad hoc dupliciter respondemus. Primùm id negantes si primæuam eorum institutionem respicianus. Nam tũc nõnullum clausuræ genus incolebant: multoq; crebriora obedientiæ persoluebant munera: longeq; aliam habebant paupertatis rationẽ. Sed posteà lapsu temporis eousque labefactatæ sunt eorum religiones, vt iam syncerã religionis naturam exuerint. Obidq; secundo dicimus quòd si non strictior quàm hæc, est sua religio, non est illa euangelica quæ in consiliorum exercitio posita est. Porro enim si nostra aut Diui Francisci (quod Deus auertat) in eum locum collaberetur, vbi nõ plus paupertatis, castitatis, aut obedientiæ vigeret, religio esse desineret. Non dico quòd vbiuis statuta non seruantur statim esse desinat religio: nam possunt forsan ex incuria & culpa præsidentium ea quæ mala reputãtur non puniri. At si in illum locum aliqua deijce retur religio, vbi non maior exigeretur obedientia, aut paupertas, aut castitas, quàm inter huiusmodi equites, non esset euangelica consiliorum religio. Et nè primus ego videar hanc asseruisse sententiam, eandem apud D. Thom. inuenies loco citato, 2. 2. quæst. 186. articu. 4. Arguit enim tertio loco quod continẽtia ad perfectionem religionis nõ requiratur: eo quod aliqui sunt religiosi qui vxoribus vtuntur. Et respondet, illos vtendi modos, vbi est matrimonialis vsus, non esse simpliciter & absolutè loquendo religiones: sed secundũ quid: inquantum scilicet aliqua participant quæ ad statum religionis pertinent. Hæc Diuus Thom. ¶ Ex his ergo militum ordinibus merito exceperim equites Diui Ioannis: sanè qui pro suo instituto conuentum habet & obedientiæ specimen: neque matrimonia contrahunt. Quare non est cur nõ vt religiosi habeantur. ¶ Quòd si contra superiorem assertionem arguas, Si isti equites connubiale fœdus absque pontificio priuilegio inire tentarent, matrimonium non teneret: quod non alunde emanare videtur quàm à ratione religionis. Respondetur non inde prouenire q̃ sit vera religio, sed ex Pontificis statuto: vt modo de sacerdotibus dicebamus. Quapropter multo minus matrimonium ratum non consummatũ per ingressum huiusmodi ordinis dissoluitur, quàm per ordinis susceptionẽ. ¶ Ac per hæc alia diluitur quæstio de qua ante quindecim hinc annos decertanter in Hispania fuit disputatum. Quæ quidem bimembris erat. Primum vtrùm expediens esset dispensatio vt huiusmodi equites vxores sibi

Solutio quæstionis.

possent copulare. Secũdò vtrùm etiam cum illis qui vota solenniter ediderant dispensare liceret: quæ quidem fuit multo molestior. De priori ergo pro meo captu semper eiusmodi dispensationem expedientẽ arbitratus sum. Quod si eiusmodi religiones, p̃ legitimis ducerem, impossibile reputarem. Commoditas autem dispensationis hæc est, q̃ castitas in eiusmodi vitæ instituto si humano loquamur more, non est seruatu possibilis. Viuũt enim laute & splendidè, domi seruitrices habentes, foris q; cum auleis mulieribus ingehabentes commercium: torneamenta aliaq; militaria exercitia meditantes. Qua ergo ratione isti voto castitatis astringendi essent? Eãdem fermè de causa quæstio secunda affirmatiuè soluta est. Nam cùm votum illorum non sit legitimè religionis, sed statuto Pontificis matrimonium impediens, non est impossibilis dispensatio si legitima causa fiat: vt de sacerdotum voto proximè dictum est.

Solutio prioris mẽbri.
Solutio posterioris quæstionis.

¶ Ad quartum argumentum quod de Apostolis petebat, an votũ castitatis susceperint, quæstionẽ proximam cõmodius respõdebitur.

Ad quartũ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm obedientiæ votum sit de essentia religionis.

TERTIVM denique membrum monasticæ professionis est, obedientia: quã vt suis numeris commendemus, arguitur de more non esse necessariã. Illa enim obsequia Deo maximè placent quæ ex libertate, non ex necessitate fiunt: secundum illud. 2. ad Corinth. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate: illa autem quæ fiunt ex obediẽtiæ voto, simul cum necessitate tristitiã afferunt: ergo nõ est consilium obedientiã vouere. ¶ Secundo: cũ homine Deus liberum creauerit, non est prudentia vt à se suam abdicet libertatem, præsertim quàm vbi Deus eum iusserit obedire: in euãgelio autem nullũ extat eiusmodi obediẽtiæ vouendæ mandatũ. Quod enim Paulus ad Hebræ. 13. iubet dicens: Obedite præpositis vestris & subijcite eis, ad omnes attinet Christianos. ¶ Accedit tertiò q̃ Christus, vt ad Rom. 8. ait idem Apostolus, liberauit nos à lege peccati & mortis, ac subinde adoptionem filiorum nobis cõmeritus perfecta nos libertate donauit. Ex quo fieri consequens ap

Primum argumentum.
Secundum.
Paulus.
Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paret vt christiana perfectio in summa libertate consistat: atq; adeò obedientiæ votũ, nõ sit consilium. ¶ In contrarium est quòd perfectio, vt suprà dictum est, ea reagitur vt Christum sequamur & imitemur. Id autem quod in ipso præcipuè commendatur, vt patet ad Phili. p. 2. est obedientia. Factus est enim obediens vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum &c.

EX tribus votis quibus monastica religio constat, potissimum est obedientia. Nam possessionum renuntiatio & castitatis votũ in hoc præcipuè ordinantur, vt liberrimè indissolubiliq; obsequio obedire possimus. Quo fit, paupertatẽ, vt suprà diximus, primũ quidẽ esse exequutionẽ obedientiã verò primam in intentione. At verò vt obedientia omnium est officiorum præstantissima, ita, qd hæreticorum ingenium est, Luthero fuit execratissima. Vnde in lib. suo de votis monasticis, & in altero de libertate Christiana, nullis nõ conuitijs monachalem obedientiam proscindit. Ait enim libertati euangelicæ è diametro obsistere: vtpote quòd eadem euangelica libertate sublata sunt vniuersa hominum mandata, & quicquid in externis ceremonijs seruari potest. ¶ Nihilominus ipso renuente Luthero, suoq; magistro Vuicleff, sua veritate solida est conclusio, nulloq; hæreticorum vento nutabunda. Religiosorum status, qui euangelicum consilium est, obediẽtiam cum primis requirit, quę peculiari præfecto nomine Dei voto est offerenda. Et ratio est manifesta. Nam si perfectio in eo consistit vt omnibus relictis sequamur Christum, necesse est vt 2. 2. quæst. 186. artic. 5. ait Diuus Thom. aliquem eligere præpositũ qui nomine Christi vouentem diriget, etiam imperio (si opùs est) vt quod Christo pollicitus est, bona fide soluat. ¶ Sed ecce radices duę Lutherani erroris. Prior, quòd non admittit, votũ spontaneè susceptum in necessitatem transire præcepti. Nam hoc dato necesse est eum qui solẽniter vouet obedientiam alicui præstari, à quo legitimè cogatur si opùs fuerit. Altera verò eius ignorantia est, quid satis esse putat Christo obedire, homini quocunque neglecto. At verò non videt quemadmodum homines non possumus à Christo, qui in cælis est, nisi per homines gubernati. Egemus enim præsente ductore qui humano more vices dei erga nos fungatur. ¶ Sed ait forsan quispiã, Satis sunt episcopi, atque alij ordinarij prælati. Negatur tamen. Imo per hoc lucidius claritas huius veritatis patescit. Prælati nanq; ordinarij non sunt nisi legum custodes, quare neminem nisi secundùm diuinas leges & humanas cogere possunt. Vnde cùm vota, de operibus superetogatis suscipiãtur, necesse est vt qui vouet, vel ipsi episcopo singulariter (vt in primitiua ecclesia fortasse consuetum fuit) vel singulari præposito (quod conducentius iã nũc existimatur) obedientiam præstet, vt suprà ea quæ legibus præcipiuntur, ad id etiã quod ex voto tenetur, ducatur & compellatur. Id quod Christus verbo illo suprà citato, Qui vult venire post me abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me, demonstrauit. Abnegare enim semetipsum, est propriã voluntatem per quã homo est homo, abnegare: quod re vera nisi obligatorio voto alteri eam sic tradas, vt in tua non supersit facultate eandem rursus tibi vsurpare, fieri non potest. ¶ Quid autem cum Luthero depugnamus? illa enim sua libertate, quam euangelicã vocat, non solum cœnobiorum præpositos, verùm & sæculares omnes principes & ecclesiasticos de medio sublatos pertendit. Sic enim posteà docere perrexit, nos esse à Christo liberatos, vt ab omni nos humana potestate exemerit, vt sibi soli seruiremus. Quæ quidem libertas Sathanica potius, & (quod idem est) Lutherana appellanda est. Nam si hierarchicos ordines, obedientiasque omnes quæ iubente Deo hominibus præstamus de republica summoueas, omnesq; adeò malesã ctorum vltiones ad postremum diem iudicij reseruaueris, humanos mores, quin humana vniuersa statim necesse est perditum iri. Nã quanto quæso plures sunt qui metu pœnæ quàm honesti amore virtutes colant? Et præter rationem hanc quæ abundè rem demonstrat, tota euangelica scriptura apertis testimonijs Lutheri impudentiæ reclamat. Alibi enim audias: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Alibi: Subditi estote præpositis, etiam dyscolis. Et Christus: Qui vos audit, me audit. Imò vsque adeò idem Redemptor voluit nos esse maiorum dictis audientes, vt nos sedulò admonuerit, quòd quanuis illi qui super cathedram Moysi sedent, hoc est cuncti nostri præpositi, illa faciant quæ imitanda à nobis non sint: nihilominus quæ nobis iubent incũctanter explemus. Superuacaneũ tamen est in hoc perualgato argumento diutiùs remorari.

Lutherus.

Cõclusio responsiua.

Ratio cõclusionis.

Duę radices Lutherani erroris.

Ratio libertatis Lutheranæ.

AD primum igitur argumentum respondetur, necessitatem coactionis quæ inuoluntarium facit, illam quidem & tristitiã parare, & rationem laudis ac meriti excludere. Illa autem necessitas quæ ex voto sponte propter Deum emisso nascitur, primùm tristitiam non affert: mox etiam si nõnũquàm illam parturiat, nihilominus meritũ non imminuit: nam prima vouendi libertas, in omnibus actionibus virtute perdurat. ¶ Ad secũdum respondetur, quòd libertas in qua homo suapte natura creatus est, in hoc nobis seruire debet, vt nostro creatori seruiamus. Qua re eam in eius obsequium dedicare, nõ contra naturam est, sed maximè secũdum naturam. ¶ Ad tertiũ deniq; respondetur, ex eo quòd Christus nos à lege peccati liberauit, nõ fieri cõsequens, perfectionem christianam in exẽptione ab omni obedientia consistere: sed in hoc omninò quòd simus à peccatorum retinaculis liberi. Vnde cum vsq; adeò simus periculosè animi nostri obsequentes, proprięq; voluntatis amantes, ad eandem libertatem asserendam præcipuè confert nostram voluntatem alterius gubernaculo submittere. Nam si seruire Deo regnare est, quo pluribus eius nomine obsequimur, perfectiùs regnam⁹. Tu ius rianq; carnis illecebris atq; insultibus dominamur, atque adeò cælestem Hierusalem referimus: vbi vt fœlices illi necesitate quadã confirmatissimi sunt nè delinquere valeant: ita summa libertate perfruuntur.

Ad primum argumentum.

QVÆSTIO SEXTA, De voto et cõtinentia Sacerdotum.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm ecclesiæ decoro & stabilitati, sacerdotale votum continentiæ congruens fuerit ac necessarium.

IN calce demum libri huius, in quo de voto pro nostra virili disputauim⁹, postremam quęstionem de continentia sacerdotum duximus adhibẽdã: hoc est de voto, qd dum sacris initiantur, secundùm Occidẽtalis ecclesiæ institutum implicite suscipiunt. Enimuerò inter alia Lutheranorum molimina, quib⁹ ecclesiam Dei funditùs demoliri nitũtur, hoc vnum est, quòd totis viribus cœlibatum à clero abigere contendunt. Quo tirᵗ à cùm me apud Cæsarem in Germania agẽte de compo-

nenda cum ipsis pace tractaremus, hoc mordicùs retinere pertendebant, vt sacerdotes nõ modò vxorio consortio non interdicerẽtur, imò cogerentur vxores ducere: adeò impossibile ducunt, hominẽm absque Veneris vsu viuere posse. Quod re vera si illis semel esset cõcessum, fieri non posset minus, quin protinùs eadem concessio in totum serpens Christianismum, sanctam ecclesiam radicitus subuerteret. Hac ergo de causa mutilum reliquissem tractatum hunc de voto, nisi & hanc ei quæstionem adhibuissem. De hac autem re, vt de vnaquaq; alia, secundùm Philosophum in Posterioribus Analyticis tria esse possẽt quę sita: scilicet an sit, & quid sit, & propter quid sit. Quid autem sit, nempe in quo sacerdotale votum consistat, quæstione proxima cõmostrauimus: constituentes esse votum, non quidem explicitum sed implicitũ: neq; de intrin seca ratione ordinibus annexum vt votum religionis, sed ecclesiæ statutum matrimonium irritans. Duo ergo hic restant articuli. Prior scilicet de conuenientia huius ecclesiastici instituti. Nam in moralibus idẽ est quærere, an sit, & propter quid. Quod enim esse non conuenit, super fluit. Posterior, quàm sit antiquũ: an videlicet à primordijs statim nascentis ecclesiæ fuerit in vsu. ¶ Arguit ergo prior quæstio negatiuè. Et primò quidem noua & vetera ad colorandum errorem adducendo. Primum enim exemplum Christi legiferi nostri à parte negatiua pugnat: quippe qui apostolos non cœlibes, sed certe maritos elegit: vt Petrum, cuius socrus mentio fit in euangelio: Andream & cæteros, quos opinabile est vxoribus fuisse copulatos. Quin imò vnum Ioannem quem virginem elegit, de medio nuptiarum thalamo fertur euocasse. ¶ Mox & magistri exemplo discipulorum consentiunt documenta. Ait quippe Paul. 1. ad Timot. 3. Oportet episcopũ esse vnius vxoris virũ, filios habentem subditos in omni castitate. Et ad Titum. 1. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, &c. hunc scilicet constituas presbyterum: sicut disposui tibi. ¶ Tertio est loco exẽplum sacerdotum veteris legis: qui figuram nostri præferebant. Aaron enim ac deinceps Leuitarum sobolem constat suam constituisse tribum, atq; adeò cõiugali fœdere vixisse: vt etiam Lucæ. 1. de Zacharia, pgenitore Ioãnis Baptistæ legitur. Quorum quidem instar fuos habent Græci sacerdotes institutos: nẽpe qui per vices & rei sacræ administrent, & nihilominus rei vxoriæ dent operam. Adde si figuris agere volumus, quòd Arca Noë, vti

Primum argumentum.

Secundum.

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in priori sua Canonica ait Petrus, figura fuit ecclesiæ, seruantis nos à peccatorum illuuie: cui quidem ecclesiæ sacerdotes præsunt: illam autē nulli cœlibes, sed octo animæ matrimonio coniunctæ ingressæ sunt: nō ergo est cur vxorium institutum sacerdotib⁹ inhibeatur.

Quartum. ¶Quartò arguitur ratione. Cōnubia in ipso statim mundi primordio instituta sunt in officium humano generi impendiō quàm maximè necessarium: cùm ergo sacerdotib⁹ qui primum obtinent in Christi familia locum, tāta religione interdicatur, videtur ecclesia, vt saluo eius honore, contra diuinum naturalēque permissum nuptijs cum Martione & Manichæo detrahere: quos Apostolus. 1. ad Corinth. 4. erroris subnotauit, quòd nubere esset prohibituri.

Quintum. ¶Quinto ad rem proximè arguitur: Votum castitatis res est perquam difficilis obseruatu. Adeò enim prouida natura propagandæ speciei consuluit prospexit, vt vehementissimum vixque adeò eluctabilem eiusdē muneris appetentiam cunctis animantibus indiderit: quæ quidem appetitus rabies, post naturam corruptam intēt omnium species lōgè ardentiùs humanam exurit. Sacerdotale autem officium adeò est ecclesiæ necessariū, vt absq; illo consistere Christiana familia minimè valeat. Imò eidem obeundo muneri tātus est numerus necessarius, vt pars populi paulo minor decima vel duodecima, eidē sit mancipata: tantum ergo populum in tam difficilem religionem adigere, nihil mirū si plus iusto rigidum coactumq; videatur. Enimuerò monachatus, vt sanctum institutum est, nō tamen administrandis sacramentis ac sacrificijs simpliciter est necessarius: atque adeò nec est tam numerosus: quare nihil rigoris est si qui liberē voluerint permittantur monasticis votis addicti: tam ingentem verò sacerdotum multitudinem eodē rigore cogere, videri equidem potest nō vsque adeò cōsultum.

Sextum. ¶Sexto: castitatis votū adeò, vt dicebamus, est difficile, vt non nisi inclusis & eis qui sint claustris circumsepti permittēdum videatur: qua ratione se monachi in monasteria abdunt? sacerdotes autem proprios habent lares, neque viuere satis possunt cōmode sine ancillis nec absque seculari tumultu: tanto ergo periculo votum castitatis permittere, non apparet esse prudentiæ: non ergo id eis decens est.

Septimum. ¶Septimō, & id euentus ipse docent. Sunt enim frequentissimi concubinarij alienique tori infamites. Quam ob rem & populo inuisi sunt, & sacramentis quę tractant minus: videtur ergo melius fore rei vtriq; consultum, si suam quisque haberet vxorem: vt nullo se cō macularent flagitio. Nam quo longius à carnis vsu arcentur, spurciùs deseruantur.

¶In contrarium est solennis & laudabilis mos Occidentalis Ecclesiæ secundum Pōtificum sanctiones, vt antiquissimi Calixti. 27. distinc. cano. Presbyteris. ac Syricij. 82. distin. cano. plurimos. & aliorum complurium.

PEstiferæ huius hæresis, continentiæ sacerdotum oblatrantis, duo sunt membra: prius quod eis concedit licentiam matrimonia contrahendi: posterius verò quòd etiam cogit, vt id faciant. Et fuit inter neoteticos qui eius primum faciant parentem Lutherum: nam Iouinianus, inquiunt, etsi nuptias virginitati æquauerit, non tamen sacerdotes vxoribus carentes reprehendebat. Quin verò ipse, vt Augustinus lib. de hæres. ca. 82. refert, cōnubio abstinuit: non propter meritum, sed vt vxorias molestias sibi caueret. At verò horum opinione non obstante, dubitari in primis non potest quin cōcessionis, hoc est, vt sacerdotibus maritos esse liceret, Iouinianus fuerit primus autor: quandoquidem in cœlibatu nihil egregij merti nouerit. Quin verò omni pudicitię generi adeò apertum bellum indixit, vt virginitatem, ad Deiparam Virginem, veluti ad sacram arcem confugientem, inde conatus sue rit impudentissime deturbare. Sed neque altetius impudentioris membri Lutherus fuit primus autor: scilicet vt sacerdotes non modò permitterentur, verum & cogerentur coniuges sibi adiungere. Successit namque Iouiniano eius discipulus Vigilantius: qui in hæc euasit impudentem insaniam, vt neminem sineret sacris initiari antequam vxorem duceret. Vnde Hieron. epistola 2. aduersus ipsum ad Riparium: Proh, inquit, nefas, episcopos fui sceleris dicit habere consortes: si tamē episcopi nominandi sunt, qui non ordinent diaconos, nisi priùs vxores duxerint: nulli cœlibi credentes pudicitiam. Fuerunt, vt arbitror, & Nicolaitæ eiusdem hæresis autores: quorū impudicitiæ meminit Augu. li. de Catalo. hęreticorum. ca. 5. A quibus Niceta quidā Græcus institutum Græcorum deduxit, vt articsequenti videbimus: nam etiam illi sacerdotes non ordinant nisi priùs vxoribus copulentur. Quam quidem iamdiu sopitam sepultāque hæresin, reuocare in lucem curauit hæreticharcha ille Vuicleff, vt Thom. Vualde. 2. tomo. de sacramentis. cap. 128. fidenter refert: quam subinde hæresin in proximis capitulis prostigatam curauit. Ab his ergo suis patriarchis contagionem hanc traxit Lutherus, vt sacer-

Angelum.

Iouinianus omnium primus docuit Sacerdotes vxores ducere.

Vuiclef. Thomas Vualdensis.

Lutherus

sacerdotum continentiam nō modò nō probaret, verùm immani petulantia, quæ sibi natiua erat, condemnaret. Vnde in libro suo illo identidem condemnato, De abroganda Missa priuata, de illo præcepto, Non mœchaberis, edisserens, hæc euomuit diabolica verba: Nusquàm sic insanit Sathanas per Papā atq; in castitate & libidine tractanda. Primum, etsi non prohibet verbo castitatem, & sortari docet: cogit tamen sortari decreto suo intolerabili, & perditissimo de cœlibatu totius sui sacerdotij tam latè patentis: cùm tam rara & angusta sit castitatis gratia. Et subdit: q cū continere neque possint neque debeant, rabies est Sathanica, & plus quàm sacrilega eos ab vxoribus arcere. Videte quousque ingenium bestię erat ad conuitia effrænę. Hoc itaque dogma adeò suorum cordibus altè impressit, vt nulla sit potestas quæ ab ipsis illud queat eradicare. Neque verò hæreticorū tantum animos error hic occupauit, sed vsq; ad catholicos irrepsit. Fuit enim Panormitanus inter Iuris canonici interpretes illustrissimus: qui tamen super ca. cùm olim. de clericis coniugatis. consultum iri ecclesiæ arbitratus est, si sacerdotibus abstinere nolentibus facultas fieret vxores sibi associandi: quia cùm quotidie, inquit, illicito coitu maculentur, facere ecclesia deberet vt bonus medicus: qui dum videt medicinam potiùs officere quàm prodesse eam tollit. ¶Cōtra hunc ergo errorem statuitur catholica conclusio. Vsque adeò sacerdotum cōtinentia, non modò congruens, verùm necessaria est ecclesiæ Christi, vt absque illa neque decorem seruare possit, neque legitimam Christi effigiem retinere. Et quoniam subsequens nos monet articulus, in quo antiquitas sanctionis huius, tum ecclesiasticis testimonijs, tum sacris oraculis corroboranda est, in præsenti, quod titulus eius postulat, dūtaxat nobis est vtendum tutionibus, quibus ostendatur quàm fuerit congruens ac necessaria. Octo namque aut nouem possumus medijari capita ex quib⁹ rationes huiusmodi deducuntur.

¶Primum, vt sicut obiectiones, sic & probationes Christi exemplo exordiamur, sacerdotes in sua Christi spirituali connubio ecclesię copulantur: Christus autem virgo de virgine natus vnicam sibi, candidam, immaculatamq; columbam ecclesiam copulauit: cuius sacramentum author Paulo, coniugium primorum parentum fuisse: quapropter adiectum illic est, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ. Hæc est ergo vnica vxor, propter quam sacerdotes, non solùm patrem & matrem, verum & carnales vxores sunt meritò relicturi. Si enim ecclesia virgo casta, vt cum Paulo. 2. ad Corinth. 11. loquamur, desponsata est Christo, & sacerdotes eius sponsos castos esse condecet. Alioquin spirituale connubium suum non teneret synceritatem.

Secunda. ¶Secundum, quod huic sancto instituto suffragatur, est mundities quæ sacerdotum functioni sit sacrosancto potissimum altaris sacramento perficiendo necessaria est. Enimuerò, vt semper ecclesia decentissimum duxit vt ministri illius sacramenti vbi innocentissimus agnus immolatur, nullo effuso sanguine contaminarentur, sed etiam illi qui secularem iustitiam administrarent, irregulares fierent ad ordines iusce ipiendos: sic multoque iustius decuit, nè carnis vsu fœmineoque cōmercio polluerentur. Etenim postquàm coniugalis amplexus traduxisse cœpit originalis culpæ, qua genus nostrum inficitur, illam subinde contaxit fœditatem, vt nō possit homines nō pudefacere. Vnde pudenda membra nomen hæreditarunt. Quocirca cum carnalia spiritualibus è regione sint opposita, nullus carnis vsus spiritualium nitori sic aduersatur ac sordidus iste. Vsque adeò quòd locum etiam sacrum, vt sanguinis, sic etiam seminis effusio polluat. Neque huius defuit antiquitus religionis figura. Legitur nanque. 1. Reg. 21. cùm Dauid à facie Saul fugiens, venisset ad Abimelech sacerdotem Leuiticum, postulasseque ab eo sibi suisq; refectionis panes, respondisse: Non habeo laicos panes ad manum: sed tantum panem sanctum: scilicet qui mensæ sanctuarij in vsum sacerdotū superpositus erat. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent. Neque verò mā ducare permissi sunt, antequam Dauid certior rem eundem faceret, dicens: Cōtinuimus nos à mulieribus ab heri & nudiustertius: & fuerunt vasa puerorum munda. Si ergo panem illum in quo nil aliud diuinitatis latebat quā q̄ sacramentum, hoc est, figura erat sacrosancti panis qui de cælo descendit, edi nefas erat nisi ab his qui essent ab vxoribus mundi: quāto ergo iustius idem nitor illos decet qui ipsam sacramenti veritatem tractant: hoc est quotidie sub specie panis Dei corpus manducant? ¶Accedit & alia figura q̄ legalē agnū nisi succinctis renibus cœnare non licebat. Quod Grego. homil. 22. super euangelia exponens ait, in renibus delectationem carnis sedere: ob idque illic significatum esse, vt qui pascha comedūt, voluptates edomare debeāt

Planissima præteritæ cōclusionis figura.

Secunda figura. Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& carnem à luxuria restinguere. Igitur cùm sacerdotes euangelici quotidie agnum immolent immaculatum, par est suoq; muneri decentissimũ, vt abstinentia carnis perpetua fulgeant. ¶ Adde & rei huius tertiam eandêque peculiarem vmbrã in sacerdotibus antiquę legis. Legitur enim Exod. 28. Porrò filijs Aarõ tunicas lineas parabis. & infrà: Facies & femoralia linea vt operiant carnem turpitudinis suæ à renibus vsque ad femora. Quod quidem venerabilis Beda. libr. 3. de tabernaculo, interpretatus ait, fœminalia illa castimoniam quæ appetitum copulę coniugalis prohibet, propriè designasse: sine qua nemo, inquit, vel sacerdotiũ suscipere, vel ad altaris potest ministerium sãctificandi. i. si nõ aut virgo permanserit, aut cõtracta à vxore cõiunctionis fœdera soluerit. At verò sicuti res ecclesiasticæ aureæ sunt catenæ cõnexæ, sic vno defracto nodo, omnes dissoluũtur. Propterea ecclesia hanc à suis sacerdotibus sanctimoniã requirit, quòd inconcussè credit corpus Christi verum ab ipsis tractari: postquàm ergo Lutheranei iusdem corporis sacramentalem veritatem diffitentur, nil mirum si eundem candorem à suis sacerdotibus non desiderent. ¶ Tertium decẽtiæ huius caput sumitur ex altissimo meditationis, orationisq; culmine, cui sacerdotes dedicantur. Debent nãque sacræ scripturæ legẽdæ ac relegendæ se totos dedere: vt sicut nubes in sublimi volantes salutiferam pluuiã populo suppeditent. Vius autem vxoris nõ modo corpus conspurcat, verùm & mentem deprimit & obnubilat: atque adeo supernorum contemplationi ineptissimam reddit. Vnde Apostolus. 1. ad Corinth. 7. vbi coniuges admonet nè se inuicem cõiugali officio defraudent, exceptionem nihilominus faciens ait: Nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacent orationi: mirũm docens quanto sit impedimento officium illud eleuandæ in Deũ mẽti. Cum ergo sacerdotes iugi sint meditationi & orationi pro se & populo consecrati, debent ab illo officio, atque adeo ab illo cedere esse perpetim alieni. Vnde si ab ethnicis etiã liceret testimonium petere, peripateticus Theophrastus in lib. de nup. sapienter scriplit, per coniugium impediri studia, philosophiæ negue posse quemquam libris & vxori pariter inseruire. Et, quo ad sacerdotes reuertamur, Origenes homil. 23. super lib. Numer., eundẽ Psalmum locum edisserens, sic colligit: Vnde mihi videtur, quod alterius solius est offerre sacrificium indesinens (de sacerdotibus porro loquens) qui indesinenti & perpetuę se deuouerit castitati. Et Ambrosius in tertium c. 1. ad Timoth. Si enim, inquit, plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere iubetur, quãto magis Leuitis aut sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare? Et Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum eadem fermè repetens verba (quæ ambo ex Epiphanio, tomo. 1. lib. 2. in hæresi Catharorum desumpsisse videntur) subdit: Si sacerdotibus semper orandum, semper ergo illis cauendũ est matrimoniũ. Neque verò huius exemplum in sacerdotibus defuit antiquę legis. Hæc enim de causa, vt. 1. Paralipo. 24. à Dauide institutum est, & Lucę, 1. memoratũ, per vices ministrabant templo: illoq; tempore vxorum consortio intra templum clausi abstinebant: nempe quòd cùm eorum orationes sicut incensum quod ad altare cremabãt, in conspectu Dei ascendere profiterentur, vnà confitebantur non posse illas nitidè fundere, nisi essent ab coniugibus sequestrati. Vnde Beda super eundem locum exemplum colligit quòd sacerdotes nostri, quibus non per vices, sed semper altari seruire iubetur, perpetuæ esse debeant castitati addicti. ¶ Quartus deinde fons eiusdẽ institutionis est, quòd sacerdotes euangelici, qui, vt Paulus ad Colossen. 1. admonet, ea implent quæ desunt passionum Christi, delicta iugiter debent lugere populi, perpetesque adeo facere pœnitentiæ fructus. Hanc enim ob rem, vt Oseæ. 4. dicitur, peccata, hoc est, oblationes pro peccatis comedunt: luctui autem nihil magis è diametro reluctatur quàm venerea voluptas: vtpote quæ spiritus omnes exhalans, animam in carnem transformat. Propter quod de homine ante diluuium dictum est: Non permanebit spiritus meus in homine: quia caro est. Vnde si pœnitentibus, vti Ionæ. 3. legitur, leiuniorum mœrores congruunt, & illis qui antiquitus cultui templi offerebantur, vinum, & sicera, & omne quod inebriare poterat interdicebatur, multò congruentius euangelicis sacerdotibus Venus prohibetur, quę vinolentius inebriat. ¶ Adde rationẽ quintã: q nisi impudentissimus hæreticus, negare nemo potest, cœlibatum, præstantem esse virtutem: quam potissimùm sacerdotes populo prædicare & cõmendare debent, vidusq; & reliquos continentes ad castitatem animare. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, virginitatis, aut castitatis, qui ipse coniugij legẽ viuit? ¶ Ex textu insuper radice ortũ habuit sancta hæc institutio: nempe ex cura quam sacerdotes gerere tenentur populi. Tenentur enim & pauperum, & viduarum, & orphanorũ patrocinium sustinere, & inter egenos sua bona distribuere: huic autem perfoluendo muneri nihil pugnantius obstat quàm cura rei familiaris, vbi vxor est, & liberorum germina. Vnde Paulus. 1. ad Corint. 7. Volo, inquit, vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cũ vxore est, sollicitus est quomodò placeat vxori, & diuisus est. Quo loco Ambrosius: Amputata, inquit, sollicitudine rei vxoriæ, quæ sola in mundo cæteris grauior est, ad Deum promerendum animus eruditur. Hæc ille. Inter omnes ergo mundanas solicitudines res vxoria molestissima est, & negotiorum anxietatibus occupatissima. Nam huic cætera cuncta seruiunt, nõ solum vt in præsenti illa onera sustententur, verùm vt perpetuæ successioni prospiciatur. Qua vtique ratione Iouinianus ipse pudicitiæ osor, vt diuus Augustinus lib. de hære. ca. 82. refert, licèt non ob meritum, vt eiusmodi molestiarum sarcinam sibi caueret, noluit se matrimonio addicere: ei ergo qui vxori alligatus est, nulla fit reliqua libertas, quæ tamẽ sacerdotum functioni maximè est necessaria. ¶ Septimus locus huius persuadendæ ecclesiasticæ sanctionis desumitur ex authoritate qua sacerdotes in ecclesia Christi ad sacramẽtorum ministerium pollere debent, atque ex honore illis debito: secundùm illud Eccles. 7. Honora Deũ, & honorifica sacerdotes. Quod de nostris potissimùm intelligẽdum est: quippe qui non tantùm diuina, verùm & Deum ipsum sacramento tangunt. Hæc enim authoritas inde illis maximè adnascitur quòd sint egregio loco, hoc est extra plebis gregem. Si autem mariti essent, in media versarentur plebe: quare neque honor illis haberetur egregio neque reuerentia. Imò pudor esset mysteria diuini corporis & sanguinis in manibus mariti hominis adorare: & metus, peccatorũ cõfessionẽ illis concredere cui vxor semper assisteret: nam inter virum & vxorem, nihil secretò seruatur. At verò Lutherani, vt suprà dicebam, quia hæc omnia sacramenta denegant, nihil mirum si neq; suis sacerdotibus vllam venerationem impendant. ¶ Octauum vtiq; caput, idq; non in inferioribus habendum hus instituti est, tum sacerdotalis almoniæ prouidentia, tum & pax atq; tranquillitas, quæ ex vxorum concessione turbarentur. Enimuerò si vxorum proliumq; turba obsepirentur, tunc sacerdotia illis ac præbendæ non sufficerent. Essent enim honestè alendi.

Tertia eiusdẽ veritatis vmbra.

Tertia ratio

Theophrastus.

Origenes.

Ambrosius

Hieronym.

Epiphanius

Quarta ratio

Quinta ratio

Etenim Leuiticis, quæ duodecima pars erat populi, ecclesiæ sufficientes erant, quòd integræ illis obueniebant. Et præterea quòd non tot erant tunc vnius templi ministerio necessarij, quot nunc tantæ ecclesiarum multitudini. Ex qua re consequens fieret vt deberent esse opifices & coloni, quales erant fortè Leuitæ, qualẽq; Lutherani suos optant habentq; sacerdotes. Vnde inquantũ vilipendium eorum ordo apud nos veniret, vnusquisque libet secum repetet. Insuper si sacerdotibus coniuges adhærerent, tunc totam suam solicitudinem & vigilantiã illuc congererẽt, vt sua sacerdotia quasi hereditario iure in filios trãsfunderent. Hoc enim nobis sacerdotum ambitio documento est qui filios habent. Si enim quibus nefas est & pudor filios suos præbendis ditare, nihilominus id tãtoperè satagunt, quanto illi id facerent libentius & audaciùs, quibus non pudor, sed honori esset longa liberorum serie abundare? ¶ Ad hæc demũ accedit q; si sacerdotes cõiugati essent, tũc ad episcopatus non nisi magnates, puta Duces & Comites, ac cæteri seculares principes assumerentur, & ad pinguia beneficia alij seculares nobiles. Quare omnia litibus essent discordijsque ac bellis plena, cunctæque adeo res ecclesiasticæ susq; deque confusæ. Hæc sunt quæ de hac re meditari soleo.

Postrema ro

A D primum igitur argumentum in contrarium respondetur, quòd eò Christus apostolos de matrimonio sumpsit, quòd tunc cœlibatus religio non perinde ato; nũc in consilio, in vsu; erat. Attamen vt decceret q; trãsacta lege (vt apostolica verba quę sunt ad Hebr. 7. permutemus) sacerdotũ ratio erat simul mutanda, illos ad cœlibatum euocauit, Ioannemq; adeò de medijs nuptijs ad virginitatem. Quanuis, vt Hierony. lib. 1. cõtra Iouinia. autor est, de solo Petro certum sit habuisse vxorem, de alijs autẽ non ita constet. Illo tamen ex superfluo admisso ambigi non debet vti ait ibidem Hirony. quin annuentibus vxoribus vota fecerint castitatis. Id quod ex illis verbis Petri Matth. 19. colligitur: Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Allusit enim ad id quod ab ore Christi adolescenti dictũ audierat: Si vis perfectus esse, vade & vende &c. & sequere me. vbi religionum institutа fundantur. Ad secũdum verò argumẽtum, quod ex Paulinis verbis accerlebatur, artic. proximo cõmodiùs respondebitur. ¶ Ad tertiũ de antiquis sacerdotibus, quod ad rem præsentem attinet, respõdetur, corũ rationẽ latissimè à nostra distitis-

Ad primum argumentũ.

Hieronym.

Ad secũdũ

Ad tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se. Primũ q illi nõ sacramẽtorum veritatem, quibus nunc Christus offertur, ac Spiritus sancti cõfertur gratia, sed horũ pẽnitus vmbras tractabant: quare nõ tanta ab illis desiderabatur mundities. Tactis lotionibus quę illis erãt frequentes, candorem qui in nostris debet sacerdotibus splendere, præsignabant. Præterea, vt Leuit. 21. legitur, sumebus sacerdos virginem ducturus erat, non autem viduam, aut repudiatam, aut sordidam: & cum templo seruiebant; vt dictũ est, ab vxoribus abstinebãt: quod nõnullum erat candoris indicium. Vnde. 1. ad Timoth. 3. Ambrosius veteribus, inquit, idcirco cõcessum est sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum tempus otio vacabant à ministerio. Multitudo enim erat sacerdotum vt per vices seruire possent: nunc autem iugiter esse debent in ministerio. Ad hæc, tunc nõdum prodierat ecclesiastes cõsilium. Adde quòd Leuiticus ordo suam per se duodecimam tribum constituebat, apostolici muneri prognosticam: vb idipsum necesse habebat suam sobolem vxorio munere procreare, nostris autem sacerdotibus sola cõmissa est spiritualis genitura: videlicet animas in Christo renatas, suo verbo, mysterioq; & studio lactare, foouereq; ac nutrire. Id quod egregiè Arator in suo illo carmine, quo apostolorum Acta cõtexuit, hisce versibus declarauit:

Ecclesię nunc alma fides sine fine pudicos
Põtifices iubet esse suos: & quærit in omni
Cauta tribũ, quos rite probet: neque sanguinis ille,
Sed meriti successus erit.

Quocirca Græci Leuitarum institutum imitantes, multò fecissent consultius, si Latinis christianorum sanctionibus auscultarent. Sed de ipsis inferius repetendum nobis est. ¶ Ad quartum late cõtra Iouinianum Hieronymus respondet, quòd ecclesia cœlibatum anteferens, matrimonium minimè damnat: sed docet, vt illud ad propagandum humanũ genus necessarium est, ita & sacramẽtorũ ministros cœlibatum decere. Sicuti nõ condemnat iustitiæ ministros, licet suos sacerdotes à cruento illo munere arceat. Hoc autem cõmune argumentum est, & satis à patribus locupletatum. ¶ Quintum autem argumentum est, q̃d cum subsequẽtibus punctim rem tangit. Fatemur namque castitatis votum nõ esse obseruatu facile, sacerdotumq; ordinem, ecclesiæ necessarium, perquàm numerosum esse. Et (quod in sexto argumento obtendebatur) agnoscimus insuper in priuatis ædibus non vsque adeò tute seruari posse eiusmodi votũ, quàm in monachorum claustris. Neque verò iniscias imus, vt septimum argumentum admonebat, crebros esse in clero concubinarios & adulteros. Sed tamen adhæc multimodum responsum damus. Primò: Reipublicæ & maximè ecclesiæ statuta ex fine iudicanda sunt, licèt non omnibus incõmodis obuiari possit. Cum ergo ad sacrosanctum altaris ministerium candorem illum & animi & corporis in sacerdotibus florere deceat, congruum fuit si illos instituere: nõ obstantibus carnis insultibus, quos humanam fragilitatem necesse est quocunq; statu perpeti. Alioqui & lex diuina quę omnem libidinem inhibet, iniqua esset. Innumeri sunt qui carnis lapsu polluuntur, quàm plurimique adulteri. Deleantur ergo leges hæc prohibentes. ¶ Secundò: Nemo ad sacerdotium compelliturimò si sacros canones consulas, neque vllus nisi maturo iudicio admittitur: nempe qui ætate sit legitima, vt sibi videre deliberate possit, quid valeant humeri: mox vt morum probitate rerumq; cognitione ac scientiæ lumine fulgeat, vt præter alias complures sanctiões videre est apud Alexand. tertium toto titulo de ætat. & qualitat. & ordine præficiendorum. Ob id enim ait ad Timoth. Paulus, oportere episcopum, atque adeò sacerdotem, testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, nè in opprobriũ incidat & in laqueum diaboli. Et eundem discipulum admonitum curauit, nè cui citò manus imponeret: & Titum docuit quantis splẽdere deberet virtutibus qui ad sacerdotiũ assumendus esset. ¶ Tertiò respondemus, humanam naturam non esse vsqueadeò imbecillem & lubricam, quin vigilanti cura cautelaque adhibita, valeat se à carnis incursionibus per Dei gratiam tueri. Hanc enim ob rem sancta Nicena Synodus, vt. 3. eius canone videre est, omnem extraneam mulierem à tectis sacerdotum abegit, abactasque subinde voluit Syricij decretum: quod est. 81. distinctione. canon. fœminas. videlicet vt nõ nisi mater, aut soror, aut auia cum ipsis commorentur. Attamen hæretici, vt Hieronymus super tertium Hieremiæ caput sapienter adnotauit, cùm habitent in Aquilone, vnde omne malum panditur, perdito calore fidei audire illud Apostoli non possunt: Spiritu feruentes. Vnde voluptatibus sese tradentes, castitatis inimicis, non possunt non esse pudicitiæ hostes, naturæque infamatores, afferentes non posse homines nisi vt fœminarum mancipia viuere. Quantis difficeri non possimus, numerũ iam nunc

Ambrosius.

Ad quartum

Ad quintũ.

Ad sextum

Ad septimũ.

Prima solutio.

Secũda.

Paulus.

Tertiò

Nicena Synodus.

Siricius Papa.

sacerdotum iusto ampliorem in ecclesia permixtiõ admittique citra delectum in hunc ordinem plebeios ac infimæ classis homines: idque eiusmodi ordinem in infimum, quo nũc iacet, locum proiecisse. ¶ Quarto loco respondemus nostræ adijcimus, quod coniugale officium, etsi iuxta Paulinum monitum, patrũq; aleo confessionem nonnullum sit bene natis hominibus remediũ effrænis carnis sedandæ, tamen lasciuis & obscenis adeo non est remedium, vt sit etiam pernicioſum periculum. Audiatur Paulum. 1. ad Corinth. 7. Si acceperis, inquit, vxorem, nõ peccasti. Et si nupserit virgo, nõ peccauit: tribulationes tamẽ carnis habebunt huiusmodi. Quæ quidem tribulationes nõ tantùm ad familiæ molestias referendæ sunt, verùm & ad easdem carnis illecebras quibus occurrere licentia illa maritali putabant. Hostem enim fugientes, in hostiles pugnas incidunt: ignem extinguere volunt, & ignem suscitant. Vnde Augustinus in libr. de singul. cleric. Mariti, inquit, & vxores coniugia quotidie gerentes, nõ sibi sufficiunt. Hæc ille. Nemo ergo credat carnali voluptati obsequendo, eidem obuiare: sed fugiendà est prorsus. Addè q̃ coniugalis vsus tum natura sua satietatem facit, tùm irritante dæmone, nauseam, & alieni thalami desiderium. Quocircà dum isti hæretici sacerdotes volunt continentes maritos efficere, adulteros procreant. Nõ debuisset ergo, vt ad Panor. respiciamus, sacrorum canonum expositor illam censere salubrem medicinam vt carni aduersus spiritũ depugnanti fœdè indulgeretur. Non enim sic nos voluit instructos Paulus, vbi alebat: Volo autem omnes vos esse sicut me ipsum. Sanctius certè sanctus Thomas, quæst. præsenti articu. 11. admonitos voluit ecclesię prælatos: nempe quod periculis humanarum rerum per res humanas obuiandum sit: nõ autem per hoc quod res diuinæ cõuertantur in vsum humanum. Eò potissimùm quòd alia remedia præsentiora sunt morbo titillantis carnis medendo, quàm ei obsequendo eius excitare prurigine. Si modò eadem remedia vigilantius ecclesia in sacerdotum ordine instauraret, & ad sacros canones exigeret. Nempe vt sacrorum doctrina pollerent; frugali victu rentur mensa, secularibus abstinerent, tum delicijs tum cõmercijs, orationi denique incumberent. His enim institutis multò efficacius clericorum corruptioni prospectum foret, quàm eos in matrimonialia impedimẽta submergendo.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sacerdotalis continentia ab ipsis statim ecclesiæ incunabulis cœperit.

SECVNDO loco de antiquitate huius instituti dicendum superest. Et more nostro q̃ nõ ab ipsis ecclesię primordijs fuerit exortũ, arguitur eodem loco suprà citato, vt limatius exponatur. Apostolus enim episcopos commonuit vt vnius essent vxoris viri: haud ergo ab illo sæculo originem mos iste traxit.

Primum argumentũ.

¶ Secundò extat canon sextæ Synodi Constantinopolitanæ, quæ habita fuit sub Agathone Põtifice, tempore Cõstantini Quarti, Anno Salutis. 673. & refertur. 31. distinct. cano. quoniam. Canon est: Quicunq; diligens inuentus subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hi nullo modò prohibentur ad talem ascendere gradũ pro vxoris suæ cohabitatione. Neque etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogantur quòd abstinere debeant à legalis vxoris familiaritate.

Secundum.

¶ Tertiò arguitur autoritate quæ tribuitur Augustino in. 15. de Ciuit. citaturque à Gratiano can. cùm igitur. 35. quæst. 1. Cuius verba sunt: Ecclesia post apostolica instituta quædam consilia perfectionis addidit: vtpote de continentia ministrorum ecclesiæ: hoc ergo non erat necessitatis præceptum, sed honestatis consilium.

Tertium.

¶ Contrarium verò nos edocet decretum Calixti Primi, quod habetur. 27. distin. can. presbyteris. vbi ait, Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & monachis concubinas habere seu matrimoniũ contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi: iuxta sacrorum canonum definitionem iudicamus. Sedit autem Calixtus circa annum redemptionis. 218. cùm ergo ipse antiquiores canones citet, documentum est rẽ esse antiquissimam.

Calixtus.

¶ Vastio præsens quinq; cõclusionibus eget, vt eius veritas clarescat. Prima.

Prima conclusio.

Apostolorum sæculo permissum fuit vt qui coniugali commercio impediti erant, nihilo minus sacris initiarentur. Id quod nullo alio opus habet testimonio quàm illo bis iã citato Pauli. 1. ad Timot. 3. & ad Titũ. 1 vbi ait oportere episcopum esse vnius vxoris virũ. Haud enim eludere loca illa possumus, dicentes intelligi de his qui cùm fuissent ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimonio manicipati, iam essent vxoribus vidui. Paulinus enim contextus plane commõstrat illos esse intelligendos qui in matrimonio durabãt: tum quòd vnius vxoris vir, hoc ipsum sonat quod vxorẽ habens: tum etiam quòd inter alias eius virtutes hanc etiam ponat, vt sit suæ domui bene præpositus. Sed in hoc confirmando, non est cur immoremur. Nam si ille non esset sensus Pauli, nunquam postmodum ecclesiastica iura cõiugatis permitterent fieri sacerdotes: quod tamen permittunt: vt can. quoniã. suprà citatus, distin. 31. & can. si quis. distinct. 32. & mos ipse Græcorum, contestantur. Quare quod in eius loci expositione ait Hieronym. videlicet, Non dicit qui vnam ducat, sed qui vnam habuerit non sic est intelligendũ quasi tunc non haberet, sed quòd aliam ante nè duxerit. Hoc enim docuit propter sacramentum Christi, qui vnicam sibi ecclesiam desponsuit. Ratio autem asserti in hac conclusione est, quòd cùm Oriens tunc ecclesia copia ministrorũ egeret, neq; cœlibatus fuisset tunc tanta religione auditus, consyringebatur ex ordine cõiugali philosophos asciscere, & senes atq; alios qui prudentia valerent, quibus sua ministeria & functiones interim cõmitteret: quousque adulta aliud posset sibi sanctius cõstituere. ¶ Secunda conclusio. Receptissimum est nusquàm sacerdotibus licuisse postquàm essent sacro ministerio addicti, vxorio se negotio implicare. Conclusio est quam inter alios celeberrimus Vualdensis vigilãtissimus antiquitatis scrutator affirmat tomo. 2. qui est de sacramentis, cap. 129. & to. 5. de sacramentalib⁹ cap. 66. Et Iodocus Clithoueus, nõ pœnitendus autor, lib. de cõtin. sacerdo. cap. 4. ait eandem fuisse sententiam probatissimorum autorum, in qua omnes sancti patres vno cõsensu conueniunt. Citamus istos autores eò quòd cùm conclusio hæc negatiua sit, eademque historialis, inde potissimum fidem commeretur q̃ si contrarium in vsu quandoq; & more fuisset, non defuisset eius historia: quæ tamen nulla extat. Tametsi eadem cõclusio ex canonibus proximè citatis non obscurè colligatur: qui ambo sunt sextæ Synodi Cõstantinopolitanæ. Nam in cano. quoniam. quo sacerdotes in coniugio permanere sinũtur, duntaxat fit mentio de contracto ante sacros susceptos ordines. Et canon, si quis. distinct. 32. sic habet: Si quis eorum qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Vnde à contrario sensu infertur, postea non licere. Et in Concil. Neocæsarie quod refertur distinc. 28. Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine deponi debet. Attamen vt integra fide cũcta referamus, sunt verba Stephani Papæ in cano. aliter. eadem dist. 31. quæ rem videntur facere dubiam. Aitẽ quòd Græcorum sacerdotes diaconi & subdiaconi in matrimonio copulantur. Ob quæ verba Caieta. 12. quæst. primi. quolibet. audenter ait, quod etiam post susceptos ordines quondam sacerdotibus licuit matrimonio copulari. Nimirum glossam eiusdem capituli ineptam reputans: quæ vbi textus ait copulantur, exponit, copulato vtuntur. Porrò autem propter illum textum non debuisset vniuersalem confessionem Doctorum deferre, quæ in citatis modò iuribus egregiè fundatur, optimaque corroboratur ratione: & Græcorum more, vt fertur, comprobatur. Nam Latinè verbum passiuum non solum actionem præ entem, cæterùm & præteritã significat. Nulla ergo est violentia dicere, copulantur, id est copulati permanent: vt non sit sensus quòd liceret illis nouo connubio copulari, sed copulatos viuere: vt habetur capcùm olim. de cleri. coniuga. Hoc tamen fateor negari non posse, quin olim diacones & subdiacones permitterentur etiam post ordinem sacrum ad nuptias peruolare: dum tamen id in ordinum susceptione protestaretur, vt est text. Synodi Anchyritanæ. 28. distinct. cano. Diaconi. Ad sacerdotium tamẽ non admittebantur nisi conuersionis proposito confessi essent castitatẽ: quæ verba sunt Concilij Arelatẽ. 4. Quod eadem distinct. refertur, cano. Præterea. ¶ Rationem conclusionis huius illam Doctores afferunt, vt Clithoueus refert, quòd cùm opus sacerdotale præstantius sit coniugali, neque diuino iuri neque naturali consentaneum patres vnquam duxerunt, vt à sacerdotio ad coniugium retrò cederetur: fieret enim iniuria, tum sacrosanctæ functioni, tum etiam ecclesiæ, cũ qua sacerdos nuptias celebrat. Hanc inquam ob causam qui vxorib⁹ soluti sacros ordines expetebant, cogebantur si sacerdotes creari luberet, votum ædere castitatis, vt modò fit. Quãuis propter personarum tunc inopiam, vt prædiximus, cõiuges etiam sine tali voto admitterẽtur. vt habet citatus tex. qm. di. 31. ¶ Istæ ergo cõclusiones citra cõtrouersiã in cõfesso cunctis sunt catholicis. Neque vllus secundã nisi Iouinianistæ, & Vuicleuistę, ac demũ Lutherani adnuũt. At verò qd orthodoxorũ nõnulli, quorũ est Clithoueus in palleg. Chronol. lib. ca.

Ratio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Vualdensis.

Iodocus Clithoueus.

Cœlibũ Neocæsariensis.

Stephanus Papa.

Caietanus.

Concilij Arelatẽsis.

Ratio pro conclusione

Sentratus

lib. cap. 13. affirmant, scilicet votum sacerdotalis continentiæ esse indispensabile, neque Summi Pontificis autoritate relaxari posse vt qui semel sacerdos est vxorem ducat, q̃ger time fieri potest probabile. Nam si id intelligant ante idem votũ emissum, ita vt nequeat ecclesia statutum abrogare, falsum plane est. Nam Græci qui iuxta sanctiones sextæ Synodi sacerdotes vnà sunt & mariti, verè ac legitimè sunt sacerdotes. Quare non dubium quin idem ecclesia de occidentalibus sancire posit: vt sanctus Thomas. 2. 2. quæstio. 88. articul. 11. confitetur: eò quòd castitas non est interiùs annexa sacerdotio, sicuti religioni. Quod prædicti authores non animaduerterẽt, argumenta quæ propriè de religione militant, ad sacerdotium applicant. Quare posset pariter statuere vt post susceptos ordines ad matrimonia aduolarent, per silerentq; simul in sacerdotio: quoniam hoc totũ ad ius pertinet ecclesiasticum: quippe quod lex nulla neu naturalis neu diuina vetat. Si verò suã sententiam de voto solenni iam emisso intelligant, ita vt cum sacerdotibus qui nunc in ecclesia sunt occidentali, dispensari nõ possit, aliquantulo probabiliùs loquuntur: sed tamẽ neque prorsus quod demõstrare proponũt, satis comprobant. Nam cum statutum illud ecclesiæ non de intima sit ratione sacerdotij, nulla ratio necessario negare cogit quin possit etiam super hoc Papa dispensare, licèt, vt superiori articulo monstratum est, exitiosissima esset ecclesiasticæ rei clades. ¶ Hoc autẽ est quo præsens hæc nostra disputatio festinat: vtrum illico ab ecclesię ortu mos inoleuerit, vt qui ex coniugio ad sacerdotium recipiebantur non prius reciperentur quàm annuentibus vxoribus perpetuam castitatem vouerent. Haudenim ad conuincendos istos hæreticos nosse hoc parum refert. Et exsilit vtinque pugnax argumentorũ acies, quæ me semper pene tenuere perplexum. Affirmauerim hic autem sub probabilitate quę mihi pquàm maxima est, conclusionem tertiam, nẽpe quod circa Apostolorum tempora cunctis fuerit sacerdotibus vxorius vsus interdictus: licet mos postea fuerit corruptus. Exsilit enim apud me hoc ab ista parte argumentũ: Sacerdotum euangelicum nunquàm nõ fuit præstantius habitum quàm Leuiticum: illi autem sacerdotes quando templo seruiebant, vt patres pro positionis digne ederent, ab vxorum contubernio abstinebant: vti articulo præcedenti monstratum est. Qui ergo credi potest vt diuini Apostoli, eorumque discipuli ferrent panem viuum qui de cœlo descendit eorum manibus contrectari, qui de vxoris latere illa die fuerexissent? Adde quòd si hæc meditatio posteris in animum induxit, nempe occidentali ecclesię vt sacerdotes à cõiugali commercio arcerentur, quæ potuit esse necessitas quæ primitiuos illos patres excusaret, nè id ipsum prouiderent? Sed ais, raritas tunc erat virorum quibus sacerdotalis prouincia demandaretur. Fateor equidem: sed tamen neque ecclesiarum tanta erat frequentia, quin seruente tunc Christi sanguine inueniri possent homines ætate prouecti, literis & probitate præditi, qui illam castimoniam vxorum consensu profiterentur. Et confirmatur. Si Græci, Latinorum de hac re institutum non suscipientes nunquàm ausi sunt quando templo administrant vxores inuisere, nonne testimonium est ab ipsis ecclesiæ incunabulis aliquid sanctius in more fuisse? ¶ Secundum autem & quod me vehementer vrget argumentum est, quod ex superioribus conclusionibus egomet mihi excogito. Constitutissimum enim cunctis est statim ab ecclesiæ incunabulis coniugatos quidem ad sacerdotium admitti: sacerdotes verò à ducendis vxoribus fuisse cohibitos. Hoc autem discrimen nulla quuit alia esse ratione quàm quod neutri illorum vsum matrimonialem indulgere sinebantur. Alioqui si qui in matrimonio erant poterant vxoribus vti, quidnam quæso vetabat me & sacerdotes posse pariter inire connubia? Nam si fatemur coniugatos vxorio vsu fuisse interdictos, palàm fit ratio cur post sacerdotium interdiceretur cõtractio matrimonij: nempe quia vouebant castitatem sicuti cæteri qui erant vxoribus copulati. Adde quòd illa disparitas vt alij vxorio frueretur complexu, alij verò minimè, nequisset non decorum Ecclesiasticũ deturpare. ¶ Profectò quando nulla extaret authoris assertio, rationes me vehemẽter in hãc cogerent sententiã: sed extant nihilo minùs sanctorum patrũ testimonia quæ consideratiùs perusata, rem aperiunt. Est quippe in primis autoritas antiquissimi Epiphanij, encomiis Hieronymi atque Augustini illustrissimi, cuius verba sunt, tom. 1. lib. 2. in hæresi Catharorũ: Re vera non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi aduentum eos qui à nuptiis mortua ipsorum vxore secundis nuptijs coniuncti sunt, propter excellentem sacerdotij honorem ac dignitatem. Et hoc certo sancta Dei Ecclesia cũ synceritate obseruat.

Cœlibatus.

Ad secundũ argumentũ.

Epiphanius.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed & adhuc viuentem & liberos gignentem vnius vxoris virum non suscipit: sed eum qui se abstinentia contineat aut in viduitate vixit, diaconum, & presbyterum, & episcopum, & hypodiaconum: maxime vbi syncera sunt canones Ecclesiastici. Et subdit: At dices mihi omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere presbyteros, & diaconos, & subdiaconos. At hoc non est iuxta canonem, sed iuxta hominum meritum, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem: cum non inueniretur ministerium. Hæc ille atq; alia subsequenter accumulat ad confirmandum nunquam fuisse licitum sacerdotibus vxoribus vti: quanuis etiam maritatis, nisi vbi propter libidinem canonum syncerità non seruaretur. Et tomo. 2. lib. 3. circa finem, vbi ecclesiasticam disciplinam scribit, expresse ait non esse ad sacerdotium admittendos nisi ex his qui aut virgines sunt aut continentiam à proprijs vxoribus seruant, aut ab vnis nuptijs viduitatem custodiũt. Eodem accedit Hieronymi testimonium, vbi ait: Quid facient Orientis Ecclesiæ? quid Ægypti & sedis Apostolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes: aut si vxores habuerint, mariti esse desistunt? Et tempore Epiphanij Salaminæ episcopi in Cypro, & Hieronymi qui in Oriente vitam degerat, quã quam sacerdotes vxores alerent, earum tamẽ vsu abstinebant. Eidem astipulatur Ambros. in expositione 1. ad Timoth. super verbis, Vnius vxoris virum. Vbi ait: Si qui filios bene gubernauerint, & expetebant digni fieri sacerdotij. & infrà: Iam de cætero se ab vsu feminæ cohibentes. Atque ibidem Haymo: ni vxoris: id est, quòd non sit digamus: postea verò penitus abstinere debet. Et suprà citatus venerabilis Beda, lib. 3. de tabern. asserit tunc temporis nemini licuisse in sacerdotem eligi, nisi aut virgo permansisset, aut contracta vxore coniugationis fœdera soluisset. Accedant demum verba Concilij Carthaginensis, quæ referuntur 32. dist. hinc. cano. Placuit. Hęc silicet: Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, secundum priora instituta etiam abstinere ab vxoribus. Et verba subinde bonis Pontificis cano. seriatim proximo: scilicet: Si qui ex coniugatis desiderat ad subdiaconatum vsq; ascendere, non potest, nisi consensu vxoris facto vt fiat de cætero soror spiritualis coniugum nemine cogente eos. Ne quo permittat ei postea vxor iungi eidem matrimonio, nec cuiquam nubere in vita aut post mortem viri. Nempe quia vxor tenebatur etiam facere votum perpetuum castitatis. Et hoc consilium appellat priora constituta, scilicet, vt arbitror, sæculo Apostolorum proxima: Quin verò & canem ipse dixerat Synodi. Quoniam 31. dist. quoties. Gratianus, id q; iure docet: vbi ait quod clericis tempore ordinationis suæ castitatem profiteri non cogantur: illic inquam docentur in primitiua ecclesia ita cogi. Ecce quæ nobis faciũt conclusionem in promptu quàm maximè probabilem: imò certam. & præterea, quòd non q; tantum postmodum ecclesia comixa fuisset castitatis voto sacerdotes obstringere, nisi à sanctis ipsis Apostolis id fuisset edocta.

Nihilo minus neq; abnuendũ est esse aduersus hanc sententiã non exilia argumenta, quibus aliqui putant, vt est Clithoueus, contrariam cõstitui. Et primum est locus Pauli in superiori articulo & in præsenti allegatus: Oportet episcopũ esse vnius vxoris virum: qui aliter quidem ab hæreticis, aliter verò à catholicis nobis obijcitur. Ab illis quidem in hoc sensu quòd sit necessariũ ante quam quis sacris initietur vxorẽ ducere. Sed hic adeò Paulinis verbis reluctatur, vt nõ alio indigeat mucrone. Altero verò mitionij sensu à catholicis opponit. Videlicet vt inde inferant licuisse tunc eorum etiam cum vxoribus cõmunicare. Ambo tamen satis per illorũ sanctorum testimonia exclusi sunt, quos nuperrimè ad confirmandã proximam conclusionem attulimus: quippè qui nõ solùm negãt necessarium fuisse vt qui sacris initiarentur vxorem ducerent, verùm astruunt eis qui matrimonium iam ante fœdere tenebatur, non licere vxoribus amplius vti. Et præterea in loco citato, audiamus rursus me expositore Hieronymũ lib. 1. aduersus Iouinianum, vbi nostrã tertiam conclusionẽ apertissimè confirmat. Ait enim: Non dicit, (scilicet Paulus) eligatur episcopus qui vnã ducat vxorem & filios faciat: sed, qui vnã habuerit vxorem & filios in omni subditos disciplina. Certè cõstiterit nõ posse esse episcopũ qui in episcopatu filios faciat. Alioquin si cõprehensus fuerit, nõ quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarũ, vt idem sint virgines quod mariti: aut si sacerdotibus vxores nõ licet tangere, eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiã virginalem. Hæc Hieron. ¶ Quin age prætermissis expositorib⁹ perspiciamus an Paul. ipse id minimè obscure insinuauerit. Nã vbi dixit, vnius vxoris virum, statim subdit, sobrium, prudentem, ornatũ, pudicũ: quod profectò non de pudicitia matrimoniali, sed de omnimoda intellexisse videtur. Quod & clarius ad Titum censuisse apparet: quippe vbi ait, iustum, sanctum, continentem. Quasi dixisset, perinde cum coniuge atq; cum sorore habitantem. Nam eum qui rei vxoriæ operã nauat, quis continentem appellauerit? Accedit quod beatus Ioãnes, episcopus fuit Ephesi qui tamen virgo electus est à Domino, & virgo in eum permansit. Quin verò crebros alios reperias sanctos patres attestantes tempore Apostolorum obseruatam fuisse sacerdotalem continentiam. ¶ Sed est præterea argumentum contra hanc nostram probatissimam assertionem, quòd iuxta canones Apostolorum ille extat qui refertur dist. 28. Si quis docuerit sub obtentu religionis, ppriam vxorem contemnere, anathema sit. Cui consonat canon quintus Apostolorum: Nec episcopus aut presbyter vxorem suam prætextu religionis ejiciat. & canon si quis docuerit. 28. dist. Ad hoc autem responderi potest, quicquid hæretici dicant, quibus Clithoueus minimè debuisset fauere, solum illis locis prohiberi ne sacerdotes sic vxores contemnerent vt eis, liberisq;, & familiæ non prouiderent, sed domo pellerent. At verò citra contẽptũ communi toro ex amborum consensu abstinebant. ¶ Vehementius tamen argumentum primo aspectu sumitur ex historia Cassiodori in Tripar. lib. 2. cap. 14. quæ citatur à Gratiano. 31. dist. can. Nicena synodus. Verborũ sententia est, nè casta referamus? quòd cùm synodus sanctè adornaret, nè presbyteri eũ coniugibus quas ante consecrationem duxerant nõ dormirent, Paphnutius licet nuptiarũ esset inexpertus, patribus persuasit ne talem ponerent legem: asserens esse grauem fornicationis occasionem. Cui quidem sententiæ statim est actum; adeò non in necessitate, sed vnius cuiusq; voluntate positum. Ad hanc autem historiam à priùm respondeat vtinã esse relatam inter acta Concilij, sed sola Cassiodori auctoritate vrgeor. Huc miror est si hoc verum sit quod in tertio canone eiusdem concilij, vbi sacerdotibus interdictum est mulierem extraneam secum habere, nisi forte mater esset, aut soror, aut amita, aut matertera, non fuerit inter illas exceptus & vxor cõmemorata. Sed tamen vt authoritatem historiæ nõ repudiemus, adhibenda est secunda responsio quæ per id solum communi quod nos in conclusione à diximus: scilicet post Apostolorũ sæculum ex raptis sacerdotum moribus dissimulatum fuisse vt ex Epiphanio licuerit, quin obstante iam sacrorum canonum. Et qa tunc Nicena synodus cogitabat sacerdotiũ ad antiquam formam reuocare, Panutius consuluit potius esse propter corruptum sæculum connitendum, licut nunc facit ecclesia cum Germanis. Et eodem modo respondendum ad canonem Concilij Gangrensis, Si quis discernit. eádem. 28. distin. vbi iubetur quòd sacerdotes nolentes abstinere, non sunt ideò à sacris arcendi. ¶ Denique vt cuncta quæ diximus patentiora fiant, statuitur quarta conclusio. Decretum Ecclesiasticum quod modò in Ecclesia Occidentali viget: vt scilicet neque post sacerdotium coniugia contrahant, neque coniugati sacerdotes fiant, non solùm ante Nicenam synodum factum est, verùm quàm maxime sit probabile, proximè sæculum Apostolicum fuisse in vsu. Probatur ex illo citato canone Calixti, Presbyteris. 27. dist. vbi eadem extat constitutio. Et subditur iuxta sacrorum canonum definitionem: vbi docetur iam anteà fuisse canonicum. Antecessit autem Calixtus Nicenam synodum annis centum. Sedit quippe anno. 214. vsque ad. 20. Synodus autẽ Nicena sub Syluestro celebrata fuit anno. 325. Post Calixtum eandem constitutionem confirmauit Syricius; qui falso ab aliquibus censetur fuisse primus eius institutor. Anno. 388. eius decretum extat. 82. dist. can. Piarmos. Post verò anno. 408. eádem sanctionem sio decretò stabilmit Innocentius primus, in epistola ad Exuperium: quæ refertur eádem dist. can. Proposuisti. His adhibentur & duo eiusdem rei canones, Diui Gregorij videlicet, Nullum dist. 28. Et ante triennium, dist. 32. quibus sanctè prohibet nè quis in subdiaconum ordinetur nisi perpetuam castitatẽ vxori professurus. Extant & quàm plurima huius rei testimonia quæ operosum molestumq; esset hinc congerere. Sit hæc de latinorum sacerdotum instituto.

Primum argumentum Clithoueus præsentis tentum.

Solutio.

Ambrosius.

Haymo.

Beda.

Concilium Carthaginẽse.

Hieronym.

Nicena synodus cogitabat sacerdotiũ ad antiquam formam reuocare, Panutius consuluit potius esse propter corruptum sæculum connitendum, licut nunc facit ecclesia cum Germanis. Et eodem modo respondendum ad canonem Concilij Gangrensis, Si quis discernit. eádem. 28. distin. vbi iubetur quòd sacerdotes nolentes abstinere, non sunt ideò à sacris arcendi. ¶ Denique vt cuncta quæ diximus patentiora fiant, statuitur quarta conclusio. Decretum Ecclesiasticum quod modò in Ecclesia Occidentali viget: vt scilicet neque post sacerdotium coniugia contrahant, neque coniugati sacerdotes fiant, non solùm ante Nicenam synodum factum est, verùm quàm maxime sit probabile, proximè sæculum Apostolicum fuisse in vsu. Probatur ex illo citato canone Calixti, Presbyteris. 27. dist. vbi eadem extat constitutio. Et subditur iuxta sacrorum canonum definitionem: vbi docetur iam anteà fuisse canonicum. Antecessit autem Calixtus Nicenam synodum annis centum. Sedit quippe anno. 214. vsque ad. 20. Synodus autẽ Nicena sub Syluestro celebrata fuit anno. 325. Post Calixtum eandem constitutionem confirmauit Syricius; qui falso ab aliquibus censetur fuisse primus eius institutor. Anno. 388. eius decretum extat. 82. dist. can. Piarmos. Post verò anno. 408. eádem sanctionem sio decretò stabilmit Innocentius primus, in epistola ad Exuperium: quæ refertur eádem dist. can. Proposuisti. His adhibentur & duo eiusdem rei canones, Diui Gregorij videlicet, Nullum dist. 28. Et ante triennium, dist. 32. quibus sanctè prohibet nè quis in subdiaconum ordinetur nisi perpetuam castitatẽ vxori professurus. Extant & quàm plurima huius rei testimonia quæ operosum molestumq; esset hinc congerere. Sit hæc de latinorum sacerdotum instituto.

Quarta cõclusio.

Probatio.

Calixtus.

Syricius.

Innocentius p. primus.

IGitur vt ad Græcorum institutũ gradum hinc faciamus, quinta postrema quæ præsentis articuli conclusio est, Græci non modò Romanum institutum repudiarunt, verũ illud amplexati sunt, quod ex nullo prorsus vel Apostolorum vel Conciliorum permissu elicuerunt: imò omni ecclesiæ antiquitati omninò repugnat. Haud enim tantum est qui rei vxoriæ mancipati sunt sacris initiant, imò nullum ad eundem ordinem admittunt, nisi rogatus respondeat coniugatum esse. Ad literam ergo Vigilanti errore sequũtur de quo Hieronymus ad Ripariũ in fron-

Quinta cõclusio.

te

Universidad de Deusto
Biblioteca

te quæstionis â nobis citatus lamentatur: nempe quòd neminem continentium in sacerdotem crearent. ¶ Quo ergo hæc liquidò pateant, rem auspicemur à canone. Quoniam distin. 31. quem argumento secundo in Græcorum fauorem attulimus: qui habetur inter canones sextæ synodi Constantinopolitanæ. Et quoniam si synodali ecclesiæ authoritate polleret, vt Gratianus & qui ipsum de prima facie iudicant, vehementer contrà nostrâ tertiam conclusionem pugnaret, ac perinde hæreticis permagnum præstaret patrocinium, qui Græcorum institutum Romano anteferunt, contenduntq; adeò expedire vt à Latinis recipiatur, operæ pretium quàm maximè duximus hoc absq; censura non prætereundum: nempe vt Græcanicum morē, quàm sit sacris Apostolorum institutis aduersum, perpendamus. Oportet ergo priùs verba canonis adnotare quæ subsequuntur. Quoniam in Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt diaconi vel presbyteri confiteri quòd non suis iam copulentur vxoribus: antiquum nos sequentes canonem apostolicæ diligentiæ & constitutiones sanctorum virorum, legales nuptias amodò valere volumus: nullo modo cum vxoribus suis cōnubia dissoluentes: aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore opportuno. Et infra: Neq; etiam tempore professionis suę castitatem profiteri cogantur, quod abstinere debeant à legalis vxoris familiaritate. Itē oportet eos qui altario ministrant, in tempore oblationis sacrorum cōtinentes esse in omnibus: vt à Deo possint consequi quæ simpliciter postulant. ¶ Hæc ergo ait Gratianus omnia intelligi de Orientalibus sacerdotibus. Haud tamen absq; aeriori censura tem prætorire debuisset. Quem ergo nō piguit verba canonis cuncta audere, non tædeat singula perpendere quantum habeant roboris: sunt enim ea, quæ si penitiùs perspiciantur, manifestè falsitatis sese redarguunt. Vsq; adeò vt ante nos alij minimè sint affirmare veriti, eundem canonē profanum esse, insolentiæ impudentiæq; plenum: & ab eis aditum qui castitatis Romanorum sacerdotum aperti essent hostes. Fuit quidem in primis Albertus Pighius vir egregiæ solertiæ & eruditionis in

Albertus Pighius.

pugnanda ecclesia Romana, qui authoritatē illius Synodi nō infimis rationibus labefactare conatus est: quippe quæ Honoriū Romanum Pontificē eiusdem hæresis immeritò damnauit, cuius ipse condēnauerat Sergium. Et personam etiam Origenis pronuntiauit hæreticam: qui profectò, licèt in aliquos errores lapsus, non censetur studio cōtra Ecclesiam fuisse pertinax. Ego verò Pighio omninò non suffragor, neque verò refragari modò instituit: quia non est locus. Attamen etiam ipsi qui apologias pro eādem Synodo contra ipsum scripserunt, quorū fuit Franciscus Torrensis, negare nequeunt, quin verò palrè fatētur eundem canonem qui ordine illic est. 13. non solùm apocryphum, verùm & corruptissimum esse: huius enim verba sunt quæ nuperrimè referebamus. Et primùm omniū notum est eiusmodi canones non fuisse æditos in eādem. 6. synodo, sed vel, quemadmodùm Tharasius, act. 4. septimæ synodi refert, quinque post annis illuc reuersis episcopis: vel quòd verisimilius est, vt ex. 3. can. eiusdē sextæ synodi colligitur, vigintiseptem trāsactis. Quare licèt Adrianus posteà eandem sextā Synodum, quatenus Romanis institutis nō repugnaret, susceperit, non tamen censetur eosdem canones autoritate catholica donasse: quippe qui neque in Concilio editi sunt, neque sub legato Romano. Quòd autem dictus canon nō solùm tanta, verum neque vlla sit authoritate dignus, sua ipsius facies præ se fert. In primis enim quærnā erat Concilij maiestas, in præsentia Romani legati, si præses esset, recitato Romano decreto è regione statim subdere contrariā censuram: dicendo, Antiquū nos sequentes canonē Apostolicæ diligentiæ. Ecquis enim est ille canō? aut vbi extat? nā quòd ait glossa illud referri ad Paulinum verbū, nē cōiuges se inuicē defraudēt, minimè textui congruit: siquidem subdit, & constitutiones sanctorum virorum: vbi planè Concilium secundum Carthaginense denotatur, quod refertur. 31. distinctione. Canone, Episcopos. &. 84. canone, cum in præterito: ac subinde Concilium quintum. Quis autem credat sanctam aliquam synodum Concilio prouinciale œcumenico Romano antetulisse? ¶ Sed quod aperte falsitatem eiusdem canonis detegit est, quòd nullum Carthaginense Cōcilium sic decreuit vt eodem canone refertur, sed totum contrariū: Canon enim secundus secundi Concilij expresè iubet, quæ Aurelij senēttia fuit, omnes antistites, sacerdotes, & leuitas cōtinentes esse in omnibus, etiā ab vxoribus: quò possint simpliciter quod à Deo postulant, impetrare: verba sunt expressa. Perperam ergo hic canon citauit illum: adens vt tempore oblationis continentes essent. Hoc enim Paulus cūctis etiā sęcularibus edixerat. Sed vide quomodò isti impostores

Francisc. Torrensis.

Reprobatur Pighius.

Roberti. præterita.

deprauarunt Carthaginense Concilia quinti: cuius cano. 3. ad literam sic habet: Cùm de quorundam clericorum, quāuis erga vxores proprias, incontinentia referretur, placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos, secundum propria instituta etiam ab vxoribus cōtinere. Omissus est subdiaconatus: qui tunc fortè non habebatur ordo sacer. Verbū autē, secundùm propria instituta, quod ad literam intelligitur secundùm legem sacerdotali ordini congruam, quæ scilicet ab Apostolis vsq; ea erat, vt nullus coniux sacris initiaretur nisi votum emitteret castitatis, ipsi prævaricati sunt, dicentes: Cùm instaret tempus sacrificij. Et propterea addiderunt, vt sui sacerdotes tempore ordinationis profiteri castitatem nō cogerentur, neq; ab vxoribus abstinere. Quod nos bene suprà notauimus, tanquàm testimonium, quòd ille esset mos antiquus ecclesiæ. Vide ergo quàm non liceat quicquid inter decreta à Gratiano fuerit relatū, vt moris est Canonistarum, tanquàm oraculum adorare. Imò potiùs vel ipse debuisset vel sui glossato res radicitus historias consulere, vt rerum me dullas erueret. At verò vt gratis donarem eundem canonem legitimum esse, haud tamē in eo continetur vt sacerdotes ad id muneris non admittātur nisi fuerint prius coniugati, vt Græcorum mos habet: sed hoc solùm q nō cogantur castitatem vouere. Cui accinit & alter eiusdem synodi canō. qui refertur. 32. dist. cuius verba sunt: Si quis eorum qui ad clerum accedunt voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Et canon subsequens Carthaginensis Concilij quarti: Lectores cùm ad annos pubertatis veniunt, cogantur aut vxores ducere, aut continētiam profiteri. ¶ Meritò ergo à multis, vt idem ait Torrensis, creditur Græcos à Nicolaitis hæreticis eum morē cōtraxisse. Horum enim parens Nicolaus, vti in catalogo hæreticorū ait citatus iam August. cum pulcherrimam haberet vxorem, quę per inde apud ipsum in suspicionem impudicitiæ venerat, neq; satis procos abigere domo posset, cōmunem vsum vxorum suis persuasit discipulis, qui quidem posteà multa in illū errorem deprauarunt. Inter quæ decimumseptimum canonem mendosè suppositum se xto libro Institutionum Apostolicarū Clementis: quem quidem canonem quidam post eā author Græcus Niceta, Pectothoratus nomine, defendit, Græcisq; persuasit. Canō verò, vt Vmbertus Leonis legatus in libro contra ipsum refert, sic habet: Episcopū, & presbyterum, & diaconem dicimus, qui vnam habet vxorem, ordinari, nec licet eos post nuptias in positione innuptos esse. Ex quo canone suā Græci consuetudinem traxere. Hæc omnia patent apud dictum Vmbertum Cardinalē. Is enim à Leone nono circa annum millesimum quinquagesimū Cōstantinopolim de hac re delegatus cōtra eundem Nicetam scribens, has omnes Græcorum præuaricationes patefecit. ¶ Haud ergo Græcorum mos censendus est alicui orthodoxæ Synodi cōsentaneus, sed tanquàm error inter alios eorum tolerari ab ecclesia præsenti. Nam antiqua nū quam eis permisit, vt nō ordinarentur nisi cōiugati, sed id penitus quod illi etiam secūdo gradu post continentes admitterentur. Et fortasse idem fuit Niceta ad quem idem Leo direxit canonem, seriatim. 32. Atqui eodē modo intelligendus est textus Innocentij tertii, cùm olim. de clericis cōiugatis. nempe quòd propterr Græcorū duritiam permissum eorū sacerdotibus est nè votum castitatis emittāt: haud tamen quòd cogantur esse coniugati. Igitur vt ad nostros Lutheranos, à quibus profecti sumus, reuertamur, nullatenus se posset Græcanico instituto protegere.

Ad Primum

EX his argumenta in capite quæstionis obiecta, soluta restant. Primum enim ex Paulo hęretici accersunt: intelligentes illud verbum, Oportet episcopum esse vnius vxoris virum, quasi præceptum, quo sacerdotes cogantur cōnubia inire. Sed iam suprà monstrauimus quàm diuersè sancti idem interpretentur verbum. Fuit enim tantum prohitio nē digami assumerentur in sacerdotes, & præterea propter sacerdotum inopiam permissio, vt etiam cōiugati initiarentur: sed vt monstrauimus, præmisso, consentiente vxore, castitatis voto. ¶ Simili prauitate & calūnia intelligunt quintum Apostolorum canonem nē presbyteri aut diaconi prætextu religionis vxores ejciant, quasi præceptum sit vt illis vtantur: cōtra quam à nobis superiùs expositum est. ¶ Et pariter verbum epistolę cuiusdam quę dicitur Clementis detruncantes, ad suam libidinem pertrahunt. Verba enim epistolæ sunt. Ministri altaris ad Dominica tales eligantur officia qui ante ordinationes cōiuges suas nouerint. Quod quidē ipsi, perpende absurditatem, aiūt esse præceptum ac prohibitionem ne cui ante consummatum matrimonium liceat sacris initiari. Quod alij, vt cauerent absurdum, negatiue legerunt, non nouerint: cùm tamen non sit nisi affirmatiuè legendum: at verò non truncatè, sed si semper

Correctio alterius Canonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temper continere noluerint. Hoc est si nõ fuerint virgines, aut continentes, sed coniugati, ea lege ad sacerdotium recipiantur, vt vsque ad illud tantùm tẽpus vxores nouerint. Quasi dicat: deinceps autem ab illis abstineant: vt in tertia conclusione monstrauimus. ¶ Secũdum autem argumẽtum, de ca. quoniam. iam satis solutum est. Tertium verò quod illi authoritati nititur quam Augustino tribuitur, nempè vbi apparet dicere cõtinentiam sacerdotum post Apostolica instituta ab Ecclesia fuisse adiectam, nullatenus contra tertiam nostram conclusionem pugnat: tum quòd illud non est verbum August. Sed quia initium illius ca. Cùm agitur. est illius: scioli legunt totum tanquàm Augustini: cùm tamen sit Gratiani. tum quòd Gratianus hoc tantùm ait q̃ continentia sacerdotum est opus consilij: ga consilium est, vt fiant sacerdotes: sed tamen post quàm ordinati sunt, iam fit illis præceptum. Quod autem ait post Apostolorum instituta fuisse adhibitam, si vult tempore Apostolorum nondum fuisse illud in more, authoritates sanctorum ac rationes ad eandem tertiam conclusionem allatæ ei refragãtur: quæ ideo pluris æstimandæ sunt.

Ad secundũ argumentũ.
Ad tertium argumentũ.

FINIS LIBRI SEPTIMI DE IVSTITIA ET IVRE.

LIBER OCTAVVS
De Iustitia & Iure.

QVANDO Primùm libros istos de iustia & iure in lucem dedimus, materiã iureiurandi, & adiurãdi quę se inter illos iure optimo insinuabat, ob id missam fecimus, quòd seorsũ libellum paucis ante diebus de re illa ediderãt. At quoniam in vulgus latinè & Hispanè illũ scripti, ob idque non omnibus scholarum neruis rem amplificaui, multi ex me efflagitarũt: vt hac secunda impressione id de integro elucubrarem: est enim res scitu dignissima, his maximè temporibus, quando iurandi licentia tantã peierandi consuetudinem peperit: vt vix Christianis enormitatem huius criminis persuadere valeas. Id quod Christianissimum teterrime denigrat. Annuí ergo nil veritus, si ex eodem libello quàm plurima huc sim trãscripturus. Ille enim in solum vsum plebis cedere potest. Cogitaui ergo libellum septimum de cãbijs, qui breuissimus erat, in sexto de vsuris ponere, ac post septimũ de voto, octauum istum de iureiurãdo, & adiuratione collocare. Ordinem nimirũ Diui Thomæ, vt hactenus feci, prosequutus.

QVAESTIO PRIMA,
De Iuramento.

Sanctus Thom. 2. 2. quæstio. 89. arti. 1.

ARTICVLVS. I.
Vtrùm iuramenti definitio sit bona.

QVæstionem de iuramẽto in decem articulos distribuit S. Thom. quorũ primo quæritur quid sit, secũdo sit nè licitũ, & cæteris alia quæ suo ordine patebũt. Vbi forsan quis illico ordiri obijciat, primũ fuisse quærendum, vt Philo. 2. post. admouet, vtrùm iuramentũ sit, quàm quid sit. Respondetur autẽ in moralibus idem esse quærere, an res sit, & an licita sit: quæ quidẽ quæstio præsupponit quid sit: ex notitia enim eius scire pendet, an licitũ sit. Merito ergo primùm de definitione quæritur iuramẽti.

Prima conclusio.

AD quã quæstionẽ D. Thom. cõclusionibus respõdet. Prima: iurare est Deum in testẽ assumere. Et dicitur iuramentũ ob id, q̃ sit quasi pro iure introductum. Alij aiunt iurare esse Deum in testem vocare, sub quibus verbis D. Tho. quæstionẽ prõposuit. Et sumitur ex quodã sermone August. de piurio, qui est inter sermones de verbis Apostol. 18. super verbis Iacob. 5. Nolite iurare, &c. Vbi ait quid est iurare per Deum, nisi testis est Deus? Verumtamẽ D. Tho. ad prohibitionẽ diuinã alludens, ne nomen Dei in vanũ assumamus, cordatius pro, inuocare dixit assumere. Probatio autẽ cõclusionis sumitur ex fine & causa iurandi. Iuratio nãque est veritatis confirmatio in rebus moralibus, quæ in particulari cõtinguntsixta illud Apostoli ad Hebræ. 6. Omnis controuersiæ finis ad confirmationẽ, est iuramentũ, huiusmodi aũt confirmatio certa esse nequit nisi Deus in testẽ aduocatur: ergo iurare est Deũ in testẽ assumere. Secũdæ aũt præmissæ ratio est, q̃ in scibilibus, quæ in ratione posita sunt, cõfirmatio veritatis procedit ex ijs, quę sũt naturaliter nota, atq; adeo illic neq; testibus neq; iuramẽto opus est. In moralibus verò quoniã contingẽtia sunt, atq; adeò nimiũ varia: nõ potest res ratione constabiliri. Sed opus est testibus. Testimoniũ autẽ humanũ dupliciter de causa fallax est: nẽpe & ex vitio voluntatis hominis qui cõtra id quod mente sentit, ob malitiã pronuntiare potest: & ex defectu intellectus: quia ob ignorãtiã sæpe de occultis, & de absentibus fallitur. Cũ ergo his de causis omnis homo sit mẽdax, dictorũ veritas solo Dei testimonio satis cõfirmatur. Id quod Apost. loco inodò citato admonet dicẽs, Homines per maiorem se iurãt. Hinc ergo pspicaciorẽ definitionẽ scholastico more hanc eliciamus. Iuramentũ est dictio per diuinã attestationẽ confirmata: vt dictionis nomine affirmationẽ complectamur: Dei verò appellatione res quoq; diuinas nẽpe creaturas in ipsum relatas. Enumero qui per creaturas iurat: nomẽ aliquod illis inesse profitetur, siue falsum, vt idololatræ, siue verum, vt orthodoxi, qui Deum in creaturis existere ,p fitemur. Vnde iusiurandũ ait de officijs Cicero est affirmatio religiosa. Et Aristot. etiã in Rhetorica ad Alexan. iusiurandum est, cum di-

Cõclusionis probatio.

Testimoniũ humanum fallax.

Definitio iurisiurandi.

Cicero.
Aristo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uina veneratione dictio, probationis expers. Dictionis nomine affirmationē cōplexus est & negationē. Adiecit aūt, probationis expers, hoc est, quę alia probatione caret: nimirum, vt naturā penitius iusiurādi p atefaceret: quod vti que citra necessitatē, vbi res aliter probari non Iusiurādi Etymologia. potest, non est licitū. At quantū ad Etymologiā, iusiurandum à iure dicitur: ob id fortè (vt Au. in citato sermone insinuat) quòd qui iurat ius veritatis Deo reddit: iuxta illud Euangelij, Reddes Domino iuramenta tua: putà honoris ius: quippe cui veluti ipsissimę veritati propriè cōpetit dictorum omniū & cōuentorū veritatē suo testimonio cōstabilire. Quāuis fortasse rei gratius applaudit qđ hic D. Thom. docet. Nempe iusiurandū ob id à iure dici, quòd pro iure sit introductū. Id enim quod iuratur pro lege habendū est, ac veluti ius ipsum sanctè seruandum. Id quod verbū Pauli denotat, dicēs, iuramētum esse finē omnis controuersiæ, ac si lege esset sancitū. Quare iura post præstitū iuramentum nullā aliam inquisitionē permittūt: iniuria enim alioqui irrogaretur Deo. ¶ Secū Secunda cōclusio. da conclusio S. Tho. est. Diuinum testimoniū quandoq; per iuramentū ad asserendum præsentia vel præterita inducitur: quandoq; verò ad cōfirmandum id quod in futurum promitti tur. Quorum prius dicitur iuramentū assertorium: posterius verò promissorium. Res est quæ suis ipsis nominibus sit clara. Quòd si arguas, nōnunq; iuramentū assertoriū esse respectu futuri, vt cū quis iurat, eras fore, vt pluat. Respondetur S. Tho. loqui secundum iuramēti naturam. Haud enim futurum cōtingere asserendū est, nisi quatenus in suis causis iam est notū, vt cū quis iurat se facturum quod proposuit face Tertia conclusio. re: iuramentū verò leue, & temerariū etiā de futuro potest esse assertorium. ¶ Tertia conclusio. Ad ea quæ sunt necessaria, perq; rationem inuestiganda nō inducitur iuramentū: & est intelligenda cōclusio in sensu prohibitorio. Qua si dicat illa nō licet iuramēto cōfirmare. Derisibile enim videtur. Imò, vt infrà patebit, vitium est si quis in disputatione scientiæ opinionem suam, vbi ratio nō occurreret, iureiurādo cōfirmaret. Quocirca nō accipit necessaria pro ijs solis quæ euidentia sunt. Nā in speculabilibus altera pars cōtradictionis semper est necessaria, vt affra sunt paria vel nō, licèt neutra sit nobis euidēs: quare vtranuis iures peccas, atque adeò si iures quātitate rem esse à subst antia differentē aliāue quālibet opinionem. Alia cōclusio adhibetur in solutione tertij, & ideò suo ordine videnda sunt argumenta. ¶ In primo exponit particulā definitionis, assumere Deum.

Non enim quicunq; testimoniū Dei adducit, iurat: vt concionatores & prælectores & disputantes cum testimonia sacra citāt nō iurāt, eo quòd testimonia illa Deus sua sponte dedit ad suas asserendas veritates. Quare citātes illa, nihil aliud faciunt quā referre Dei asserta. Iurare aūt est illum in testem assertionum nostrarum implorare: ¶ In solutione secundi exponit illum particulā euangelij. Matth. 5. Reddes altissimo iuramenta tua. Videtur enim iurans nullum ius Deo reddere. Respōdet ergo duplici ter: vno modo, quòd dicatur ius Deo reddere qui iuramentum implet: nam illi suā fidem obstrinxerat, & potest etiā hoc in iuramento assertorio intelligi, quādo quis verū asserit. Secūda verò expositio est ad rem magis accommoda: nempe q; qui iurat, eo ipso q; iurat, ius, hoc est honorem Deo debitū illi reddit: videlicet eum agnoscendo & cōfitendo infallibilem esse veritatem. Quocirca Ier. 5. Deus de filijs Israel cōquerebatur, q; eum deliquissent, iurassentq; in his quæ nō erant dij, id est honorem iuramentorū sibi propriū in deos falsos trāstulissent. ¶ Tertium deniq; argum. est. Aliud est officium iudicis, aliud verò testis. ¶ Sed quandoq; iurādo imploratur iudicium potiùs diuinum, quā testimoniū: vt cū execratoria iuratio qualis est illa Psal. 7. si reddidi retribuētibus mihi mala, decidā meritò ab inimicis meis inanis. Quarta cōclusio. Respōdet aūt quarta cōclusione duplex: est iuramentū, scilicet simplex, vt quando seu Deus seu creatura simpliciter vt testis asciscitur, vt Deus est mihi testis, per Deū. &c. Alterū verò execratoriū qđ etiā dicitur imprecatoriū dum adducitur in testē & pariter in vindicē vt tanquā iudex vindictā falsitatis sumat: vt dispeream, si nō ita sit: quæ quidē etiam formia iurandi anti qua fuit, vt. 2. reg. 3. Hoc faciat mihi dīs, & hęc addat: & q vtrunq; sit iuramētum hinc patet, quoniā cum Deus in testem adducitur, vt revelator veritatis. Hanc verò reuelare potest aut simpliciter interně, aut exterius eum puniēdo, qui mētitur. Quare & hoc quoq; est iuramentum. Et ad hoc reducitur quādo imploratur vt prēmiator veritatis. Vt si dicas, sic me Deus adiuuet, sic vitam meā seruet, &c. Nam hic sub intelligitur pars aduersa. Alioqui Deus me perdat. &c. ¶ Ad horū pleniorē intelligentiā colligendū imprimis nobis est, quibus modis cōtingat iuratio, vbi primū assertū sit. Nulla dictio Quibus modis cōtingat iurare. simplex seu affirmatio sit, seu negatio, quę prę se nō fert testimonij aut execrationis imaginē, est iuramētū. Simplicissima verò omniū est illa Matth. 5. nobis admonita, Est est. Non non. Quod est dicere ad id qđ est, respōdere affirmā do,

do, est, & ad id quod nō est, negādo. Vide quā candidas quāq; syinceras Christus voluit nostras esse assertiones. Duabus enim minimis syllabis admonuit esse explicandas. His enim verbis omnia exprelsit. Interrogās fecerimne, aut dixerim ne spōdendū mihi, feci, aut nō feci, dixi, aut nō dixi. Imo & verba excusare possumus dicendo, sic, aut nō. Simplex etiā assertio censetur si aduerbiū aliquod aut nomen adiungatur, quod nihil assertionis aut negationis mutet: vt si dicas, vere in veritate, certe, profectò, sanè, & id genus reliqua nullū resultat iuramētum. Item si dicas, in fide mea, aut in fide ingenuj viri, aut in bona fide nihil iurasse quia nō assers fidem in testē. Sed sensus est, to secundū fidē inquā quæ in dictis & cōuentis seruanda est. Secus si dicas: per fidē Dei aut Christi. Nam tūc iuras per sanctū: sicut per euangelia quāuis forsan, si diceres: In fide boni Christiani aut religioſi nō esset iuramentū, sed sensus esset: te id prōmūtiare secundū fidē humanā, quā bonus Christianus seruare debet. Sunt aūt verba non bene sonātia maximè in viris religiosis. Quando verò adhibetur, per, vt si dicas per meā fidē, videtur inde species cōstari iuramēti: sicut per meam animā, aut per meā vitam. Idē discrimē apparet si dicas, in mea cōscientia, aut per meā cōscientiā. Idem. n. censetur in mea cōscientia, ac si dicas id aio qđ sentio: sed cū addis, per, videtur accusatiuus formā testis induere, ob idq; viris timorati animi ab his omnibus abstinēdū est. Et præsertim religiosis, ab eo qđ aiūt per habitū D. Francisci, aut D. Dominici: est enim iuramentū tum nobis indecorū, tum & audientibus absonū. Per hæc aūt de cæteris cēsendū. ¶ Secundò ad dignoscendas iurāmentorū differentias notandū triplici ex capite variari. Primū ex parte obiecti diuidit in assertoriū (vt dictū est) sub quo intelligitur negatiuū & promissoriū. Secundò ex parte illius per quem iuratur diuiditur in iuramentū per Deum & iuramentū per creaturas: quod, vt artic. 6. latius patebit, fieri potest vel blasphemè, vt iurare p Herculē, per Iouē aut per solē ea ratione, quā idololatræ qui creaturas pro Deo colūt. Vel catholicè sicuti per sanctos perq; euangelia alias ve creaturas in Deū relatas. Atque hic modus iurandi per creaturas potest fieri aut per simplicem attestationē vt in exēplis modo positis, aut per execrationē subdendo creaturā iudicio & vindictæ Dei, si aliter est. Quemadmodum Genes. 42. legitur patriarchā Ioseph iurasse per salutem Pharaonis. Et homines seu per prosapias, seu per charorum simili schemate iurant. Sed de his artic. 6. Tertiò denique variantur iuramēta per varias formas & exempla iurandi. Primū quippe, idemque vetustissimum iuramentorū exemplar fuit olim lege veteri celebratum, viuit Deus: aut, viuit dns. Id quod Viuit Dominus. Deus ipse docuit illam gentem, tum suo exemplo, tum etiam lege. Iurauit enim ipse Nume. 14. viuo ego, & ita præcepit Moysi renuntiare populo, viuo ego dicit Dīs. Deinde per Hieremiam cap. 4. Iurabit, viuit Deus. Fuit nanq; hoc iusiurandi specimen tunc tēporis ad abominandū abolendumq; Ethnicorum iuramēta appositissimū. Iurabant quippe aut per elementa, aut inanima saxa, aut por Iouem, & id genus homines vita defunctos. Vnde Danielis vlt. Nunquid est Bel Deus viuens? cum tamen ille qui in testem asciscitur, præsens esse debeat: idemq; rei cōscius, quę juratur. Idem ergo est, vivit dns, ac si dicas, illum in teste assero, qui nō modo vitā viuit immortalē, sed vbique adest: neq; tantūm iurantis verba audit, verūm & intima cordis intuetur: qui ideo neq; decipi potest, nec vult quemquā seducere. Ad hanc formā reducuntur dicere, Corā Deo loquor, vt Paul. ad Gal. 1. & Deus scit. Quamuis illæ possunt accipi & denuntiatiuè & inuocatiuè. Et quidem priori modo nō sunt iuramentu sed sensus est, Ego sic aut sic aio, sed tamen verba mea Deiscientiæ subiuncto. Ipse enim quid verum sit nouit. Quare in viris timorati animi vbi dolus abest, nō est iuramentum. Si aūt inuocatiuè dicatur diuinā scientiā in testimōnium inuocādo, vt si dicas Deus scit quod nō mentior, iuramentū est. ¶ Sicuti illud Pauli, Ecce corā Deo quia nō mentior. Quocirca illud Petri, Ioānis. 21. Tu scis domine, quia amo te, formā profectò habet iuramenti perinde ac Deus scit. ¶ Quamuis si tantùm respōdisset tu scis, sensus esset, Tu scis an amē te: quod non esset iuramentum: cum autem asserendo dixit, Scis quia amo te, visus est Christum in testem protulisse. Secunda post hanc forma iurādi est, testor Deū, aut, testis mihi est Deus. Testis est mihi Deus. Qua vsus est ad Rom. Paul. atq; hæc expressius refert natura iuramenti; est siquidem iurare (vt suprà dicebamus) Deum aut diuina testes citare. Atque ad hanc formam reducitur illud ad Rom. 9. Veritatem dicunt Christum Iesum & nō mentior. Tertia forma fit expresso verbo iurandi, vt iuro Deum, & per Deum, Genes. 22. per memetipsum iurau. aut subtacto verbo, proferēdo solum præpositionem, vt si dicas, per Deum, per sanctos, & per Euangelica, sic & sic est. Quin vero absque vlla verborum prolatione, cū quis rogatus ac iussus, manu crucē aut euangeliorum volumen attingit

Universidad de Deusto
Biblioteca

intendens annuẽsq; iurare, re vera iurat. Sunt
præterea figuræ aliæ & phrases, quas vulgus
Blasphemiæ. trutiua iuramentorũ æstimatiõ sint multò pe
iore nomine dignæ. Vt voueo Deo dũ fit per
modũ iurantis, est enim abusus votũ pro iura-
mento vsurpare. Deũ pœniteat, aut Deo indo
leat, non credo, diſcredo, atq; id genus alia, quę
diuersis nationibus diuersa sunt in vsu. Sunt.n.
non iuramenta tantũ sed apertæ blasphemiæ.
De quibus. q. 2. copiosius dicendũ est. Diuidũ
tur autem iuramenta vel ex parte causæ in li-
berum & coactum, illud qđ sponte fit, hoc aũt
per vim. Item in iuramentũ prudens & incau
tũ, illud. s. qđ à prudentia proficiscitur, hoc aũt
ex imprudentia: vt si rem vel absq; iustitia iu-
ras vel absq; iudicio. Item ex parte effectus
vt in syncerũ qđ in bonum fit, & dolosum qđ
fit ad decipiendũ, de quibus omnibus suis locis
videbitur. ¶ Nunc tamen interim circa has di
uisiones dubiũ facile suboritur. Vtrũ iuramen
ta assertoriũ & promissorium sint eiusdem spe
ciei. Apparet.n. pars negatiua vera, propterea
q; asserere & polliceri absq; iuramento diuer-
sæ figuræ sunt & speciei. Idemq; dubiũ ratio
offert de simplici & execratorio. Nam qui exe
Execratio. cratur, malum sibi iudicio Dei imprecatur.
Responsio. ¶ Ad vtrumq; tamen breui responso eodem-
que bimembri sit satis. Respondetur nanq; si
ratio iurandi per se in omnibus cõsideretur e-
iusdem esse omnia speciei: Deũ enim in testẽ
implorare siue in assertionibus siue in promis-
sionibus fiat, siue in execrationibus eadẽ est iu
rãdi species, quia idem est testis & testimoniũ.
Differunt tamen accidentarie hoc est ratione
materiei, quæ per se alio genere differũt: vt pol
licitatio & assertio: si enim animal per album
diuidas & nigrũ, licèt per se duæ sint differẽtię
coloris sunt tamen gener i animalis accidenta
Secundũ di- riæ. Secundũ dictum sit, quod quãuis sin plex
ctum. iuramentũ, & quod fit execratoriũ eiusdẽ sint
speciei, nihilo minus aut virtus aut vitiũ iuran-
di alteri seu virtuti seu vitio imperat, sicuti vbi
quis ob mœchiã furatur. Quare qui iustè exe
cratione iurat imperat virtuti maledictionis su
pra se, & qui perperam iurat imperat eidẽ vi-
tio. Est.n. execrari horrori & abominationi rẽ
haberet significat ergo qui per execrationem
iurat adeò mendaciũ abominari, vt si menti-
atur rem horrendam sibi optet accidere. Et ad
hoc etiam reducitur, vt suprà dicebamus, im-
peratio benedictionis. Sic me Deus adiuuet.
&c. quæ abusiuè dicitur execratio propte-
rea quod videtur illam à contrario sensu in-
cludere.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm iurare sit licitum.

HAbito quid sit iurare, subse-
quitur inquisitio vtrùm sit li
citum. Et respõdet. D. Tho.
duabus cõclusionibus. Prior
est. Iuramentũ secundũ est
licitum & honestũ. Id quod
duplici ratione probat, videlicet ex origine, vn
de fit honestũ: quoniã iusiurandum ortum ex
catholica fide habuit, qua homines credunt &
profitentur Deũ infallibilẽ omniũ habere veri
tatem & prouisionem. Secundò ex fine, inde
fit licitum, quia inductum, vt ait ad Hebræ. 6.
Paul. est vt fine litibus imposito homines in
pace & tranquillitate viuant. ¶ Secunda con-
clusio. Iuramentũ ob malũ vsum id est quia si
ne necessitate & cautela fit in malũ cedit. Pri-
mũ quia irreuerentia fit Deo ex leui causa eũ
in testem adducere. Secundò q̃ ea iurandi cõ
suetudine periculum peierandi creatur, ob id
q̃ homo facilè verbo delinquit. Vnde Iacobi.
3. si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est
vir. Vnde & Eccle. 23. dicitur, iurationi nõ as-
suescat os tuũ. multi.n. casus in illa. ¶ Hic pri-
mum omniũ notandus est sensus primæ con-
clusionis iuramentũ secundũ se est licitum &
honestum. Videtur enim sibi post contradice
re articulo quinto, vbi admonet idcirconõ esse
appetendam iurationẽ, quòd non numeratur
inter ea quæ sunt per se appetẽda. Atq; adeò
docet nõ esse per se virtutẽ sed ratione neces-
sitatis. Respõsio tamen est quòd, secundũ se, alt
ter hic quã illic vsurpat. Hic. n. idẽ est iuramẽ
tum secundũ se quod consideratũ vt abstrahi-
tur ab vsu hoc vel illo. Illic aũt idẽ est qđ cõsi-
deratũ secluſa necessitate. Sunt enĩ aliquæ vir
tutes quæ per se secluſa alia necessitate habent
speciẽ boni, vt charitas, religio, &c. Aliæ verò
quæ secluſa necessitate per se non essent virtu-
tes, Vt pœnitentia, quæ nisi peccatũ ingruisset
in orbẽ, non esset virtus. Et tale est iuramentũ,
vt illic explicabitur. ¶ Secundò, meminisse o-
portet hæresim fuisse, vt lib. 3. distinct. 39. re-
fert Bonauẽtura, Manichæorũ: quanuis Gui-
do Carmelita, nõ nisi Vualdensibus eã impin
gat, nullatenus esse licitũ iurare. Quippe quòd
à Christo Matth. 5. prorsum interdictũ aiebat,
est tamen manifestarius error. Cui quidẽ in pri
mis reclamat testimoniũ Deutero. 6. quo Di-
uus Thom. priorẽ conclu. affirmat, dñm Deũ
tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Nam
etsi

etsi imaginẽ potiùs permissionis præ se terat
quàm præceptionis, est nihilo minus vera per
missio tanquã rei licitæ, ac si dixisset: Non tibi
simpliciter iurare iubeo, sed vbi eã necessitatẽ
ratio attulerit, non per falsos deos sed per me
iurabis. Tametsi Hierony. super Matthæum,
capit. 5. & refertur. 22. quæstio. 1. canon. cõside
ra. cui & Theophilactus astipulatur: pmissio-
nẽ illam nõ intelligat, vt fieret sine culpa, sed vt
vsura permittitur & meretriciũ, tanquã minus
malũ. Ait quippe iurare per Deũ concessum
fuisse illi populo: nõ quòd rectè hoc facerent,
sed q̃ melius putà minus malũ esset per Deũ
quã per idola iurare. Hoc aũt nõ plane intelli-
go. Nam iurare si cõsideretur sine veritate &
iustitia & iudicio, nunquã fieri neq; in illo po-
pulo potuit citra culpã, & ideo in hoc sensu nũ
quam fuit cõcessum: vbiuis aũt illi comites ad
sunt licitũ est iurare: quapropter absq; vllo du
bio intelligitur permissio licita. Sed forsan sen
tit Hierony. vana iuramenta per Deũ permis-
sa fuisse Iudæis, hoc est leuioris illis fuisse pœ-
næ quã nobis, vt auerterẽtur ab idololatrarum
iuramẽtis per creaturas. Et in hoc sensu subdit
quòd Euangelica veritas nõ recipit iuramentũ,
cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.
Non aũt q̃ neget iuramentũ quãdo legitimè
fit, licitũ esse. Ingenue quippe illic ait quòd q̃
iurat, aut veneratur, aut diligit eũ perquẽ iurat.
¶ Est ergo catholica veritas iuramentũ quan-
doque esse licitũ, & contraria falsitas hæretica,
Et probatur secundò præter allegatã autorita
tem exemplis ipsius Dei & sanctorũ. Iurauit
enim Deus per semetipsum Abrahæ (vt habe-
tur in Genesi) quòd ex eius semine missurus
esset super omnes gentes benedictionẽ. Verũ
tamen Deus nõ ea ratione iurat qua homines:
nempe quòd indigeat veritatem suã iuramen-
to cõfirmare. Tam firma quippe est simplex
eius assertio, quàm iuratio: iurat enim p semet
ipsum. Sed vt concilio Toletano habetur, qđ.
22. quæstio. 4. canon. immutabilis refertur, iu-
rare Dei est à se ipso ordinata nullatenus con-
uellere, sicuti pœnitere, eadem ordinata cum
voluerit immutare. Sic enim per Hierem. dicit:
Loquar aduersùm gentem, vt eradicem & de-
struam & dispердã. Si pœnitentiã egerit gens
illa à malo suo, agam & ego pœnitentiã à ma
lo quod cogitaui, vt faceret eis. Itaq; quod Deꝰ
sine iuramento affirmat, nõnunquam ceu com
minatorium immutat: quod verò iuramẽto asse
rit immutabile firmat. Et ideo mysterium filij
sui tanq̃ inuariabile iuramẽto firmauit Abra-
hæ. Vnde in Psal. 109. ex regione iuramẽto Dei
eius opponitur pœnitentia, Iurauit enim, in-
quit, Dñs, & nõ pœnitebit eum: id est quia iu-
rauit non pœnitebit. Tu es sacerdos in æter-
nũ, &c. Et ad Hebræos. 6. Paul. Volens, inquit,
Deus abundantiùs ostendere immobilitatem
cõsilij sui, interposuit iusiurãdũ, vt per duas res
immobiles (scilicet pollicitationẽ & iusiuran-
dum) quibus impossibile est mentiri Deũ, for
tissimum solatiũ habeamus. Quod si quæras
vtrùm Deus possit iurare per aliũ à se. Paul. il-
lic negantem respõdet. Homines enim, inquit,
per maiorẽ se iurant. Deus aũt, quia maiorẽ se
non habet, iurat per semetipsum. Ratio verò cur
per aliũ iurare nequit, est quòd cadẽ fermè ra-
tione qua Deus iurat Angelus, sic quo Apo-
cal. 10. legitur iurasse per viuentẽ in secula sæ-
culorũ. Non quòd cælestis Angelus iuratoria
firmitate indigeat, quoniã mentiri nequit: sed
vt D. Thom. præsenti quæstione, artic. 10. ait,
Si adostendẽdũ id qđ affirmat ex infallibili fi-
xaq; & immutabili Dei dispositione procede
re, Præpositio, per: designat autoritatem in eo
per quod iuratur quæ sit principiũ cõfirmãdi
veritatẽ, veritas aũt quã Deus profert, non po-
test per aliud certius principiũ habiliri, potest
tamẽ iurare in alio tanquã in illo cuius ministe
rio suam enuntiat veritatem. Vnde super illud
Amos. 4. Iurauit dñs in sancto, ait gloss. In se
ipso, vel in filio, vel in aliquo electo angelo, vel
in homine. Et Hieron. addit, vel in omni quod
factũ est. Iurare aũt hominis, vt prefati sumus,
est Deũ in testẽ suæ dictionis asserre. Quod &
sanctis in vsu fuit. Adiurauit enim Abrahamus
mulum suum, dum enim in Mesopotamiã le-
gauit quęsitum vxorem filio suo. Et illo iure
iurãdo, viuit Dñs, vsi sunt crebro Dauid, & Sa
lomon, & reliqui Patriarchę. Nam (vt est apud
Hieremiã) illud iurãdi exẽplum cõcessũ erat
tunc tẽporis. Atqui sub lege Euangelica Paul.
variè quèq; iurasse cõperitur vt ad Rom. Te-
stis est mihi Deus, & ad Gala. Ecce coram Deo,
quia non mentior: quanta tamen religione &
veneratione quęstione sequenti adnotabitur.
¶ Hæsitabit autẽ forsan lector vtrùm iusiu
randũ nõ solum permissio sit, verum etiam nõ
minquã affirmatiuũ præceptum. Ad quod con
tra vllam controuersiã affirmater respõdetur.
Hoc enim in primis patet ex vsu, habet enim
ius quæcunq; publica potestas, tã ciuilis q̃ spi
ritualis iure & more exigẽdi à ciue & à quocũ
q; sibi subdito iuramentũ ad detegẽda coercen
daq; mala quæ siue in reipublicæ pernicie ob
oriuntur, siue in iniuriam proximi. Et qui tunc
non iuraret, contra præceptum ageret non so-

Genes. 14.

Hierem. 4.

Iurare non nũquam est præceptum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lùm obedientiæ,verùm & religionis, cuius generis,vt artic.4.patebit,est iuramentum. Quin verò quandoque nō requisitus tenetur vir bonus iusiurandū offerre: vel ad liberandū innocentem à morte,vel pro alio magno bono publico. Et tunc vsque adeò bonum est iurare, vt non iurare delictum sit: qua vtiq; ratione huiusmodi iuramenta dicuntur simpliciter necessaria,vt pote quę sine culpa prætermitti nō possunt. Atq; illic præcipue verum habet Psalmus ille:Laudabuntur omnes qui iurant in eo, nimirū in Deo. ¶ Quòd si percōtando instituris, quale nam præceptū sit. Respondetur esse naturale & diuinū perinde ac mandata Decalogi. Atq; hoc est quod rationes D. Thomæ, planè demonstrant. Probat enim ratio prior, iuramentū ab honore honestū fieri, qui Deo à iurante defertur:dū illū per fidē Catholicam confitetur esse caput,per ēnemq; fontē omniū veritatū, habereq; omniū ,puisionē. Id quod à Sancto Thom. non sine causa appositū est. Quanquam enim cōstaret Deū esse omnium scientē,nisi profiteremur curam haberenostri, nō esset idoneus,qui in testē à nobis adduceretur.Nam alioqui licèt posset,fortasse nollet nobis asserta attestari nostra. Itaq; vt hanc ratio nē planè perspicias: sicuti naturali lumine veritates omnes per sua cuiusq; principia sapiens demonstrat(liquidē autore Aristo.tunc vnam quanq; rē scire arbitramur, cùm principia prima vsq; ad elementa cognoscimus) ita & eadē nos admonet naturalis ratio:sed præsertim catholica fides & religio, vt dubia omnia rerū in humanis cōmercijs cōtingentiū, quæ aliter definiri nequeūt, per diuinū testimoniū, quasi p primū supremūq; veritatis principiū & fontē omnino cōfirmemus. Atqui ex hoc capitè,nē pe quia iurare ex fide catholica nascitur, sub genere religionis hanc virtutē.arti.4.collocauimus. ¶ Secunda item ratio palàm ostēdit præceptū esse naturale. Est nanq; homo, animal suapte natura politicū & ciuile: haud tamē humana respublica perdurare valeret nisi fides, quæ,vt autor est.1.de offic. Cicero. dictorum est conuentorūq; cōstantia & veritas,firmū inter homines haberet fundamentū,quod profectò absq; diuino testimonio stabiliri nequiret. Etenim si status humanæ innocētiæ perduraſſet, nunquā concessum fuisset hominibus iurare: eo quòd nulla occurrisset tūc iurandi necessitas:sed simplici verbo præstarēt sibi homines mutuò certā fidem. Ad hanc nos ergo synceritatē reuocare satagens Christus, ait, Sit sermo vester est est,nō nō. At verò quoniā inter alias plagas quas nobis versutus ille serpens impegit, qui, vt habetur Ioan. 8. mendax semper fuit & pater mendacij, hæc fuit vna insignis, quòd autoritas hominū vsq; adeò fuit exinde fauciata & labefactata, vt nō facilè homines digni sint,quib⁹ adhibeat fides. Clamāte Psalmista. Ego dixi in excessu meo,omnis homo mēdax. Atqui ab hac læsione alterū subinde accepimus incredulitatis vulnus: nempe quod cum difficultate quæ nos latent credimus. Ob hanc ergo necessitatē indulta nobis diuinitus est iusiurandi facultas. Ex quo colligitur iuramentū non esse illarū virtutū, vt paulò antè docebamus,quæ per se absq; vlla necessitate sunt virtutes,sed carū,quas sola necessitas numero virtutum apponit. Indulsit enim Deus nobis hāc iurādi facultatē, ob suam in nos charitatē. Nēpe vt sine litibus imposito,in pace semper & tranquillitate viuamus. Id quod ad subsequentiū intellectū plurimū cōducit. Et ex hac parte est hoc naturale præceptū: nēpe ob necessitatē cōfirmandæ inter homines fidei, suppositā aūt necessitate, tunc quòd nō nisi per verum Deū iuremus, aut p creaturas in ipsum relatas,non solùm naturale sed ius diuinū positiuū est. Atqui hic est sensus testimonij citati. Deut.6. Quare testimonia diuina adducta, vt illud ad Hebræ.6. Quòd iuramentū est omnis cōtrouersiæ finis ad confirmationē ius explicant naturale. Vnde iurisconsultus in capite tuli de iureiurādo.ff. Maximū inquit remediū expediendarū litiū in vsum venit iusiurandi religio. Et lib.offi. Cicero. Nullū ait vinculū ad stringendā fidē iureiurando maiores nostri arctius esse voluerunt. Ac demū Philoso.1. cap. 3.Res, inquit, honorabilissima est iuramentū, cuius ideo venerationē nunquā antiqui tribuerūt,nisi illis quos pro Deis colebāt. Sed rogas, nunquid tūc solùm licitū est iurare,quādo simpliciter necessariū,putà in præcepto? Respondetur,nō tunc solùm: verūm quādo fuerit vtile,tunc etiā est licitū. Duo nanq; illud faciūt legitimū,scilicet & iusta necessitas,& pia vtilitas.

Præceptū iurandi naturale & diuinum.

Naturalis fides.

Ioan.8.

Psalm.115.

Hebræ.6.

ff. De iureiu ran.

Primum argumentū.

OFfert tamen nobis non infimā ambigendi rationē, locus ille euangelicus Christi, Matth.5. Ego autem dico vobis nō iurare omnino. Vnde D.Thom.primū extruit.Nam cū relata Iudęorū seu licētia, seu facultate adiecerit, Ego autem dico, visus est omnē nobis abscidisse iurandi locū. Quod ideo interpretatus Iacob. Apostolus, Ante omnia,inquit,fratres mei,nolite iurare. Non ergo solùm nō est præceptū, imò nec videtur permissum.D.Hieron. super eundem locū facilè se extricat,dicens,nō prohibuisse illic Christum iurare per Deum, sed tantùm per creaturas blasphemè, ponēdo in illis finem, vti idololatræ faciebant. Atq; in eādem sententiā subscripsit Innocen. extra de iureiurand.canon.Et si Christus.Quam quidē hic D.Thomas.deserit Augustinū.sequutus aliter sentientē. Et re vera Euangelium ipsum præter Augustin. autoritatē planè demonstrat: deterruisse nos Christū ab omni iuramento, siue per creaturas,siue per Deum. Id quod hoc pacto conuincitur.Nō tantùm nos hoc loco iurare cohibuit per creaturas,vt idololatrę iurabāt, sed re vera immodicè per illas iurare,etiā vt ille populus citra idololatriæ labē in more habebat.Nam cùm vetustas illas sanctasq; leges citasset, Non periurabis,& reddes altissimo iuramenta tua, adiecit, Ego autē dico vobis nō iurare omnino, nec per cælum, &c. Palàm cōstat non tantùm vetuisse nos per creaturas idololatrico more iurare, sed illo quoque pacto quò referuntur in Deū, tunc enim redduntur iuramenta Deo.Si autē reprehendit iurare catholicè per creaturas, qđ subinde intelligendū est,quando fit sine necessitate, arctiùs increpare voluit iuramenta per Deū. Nam quibus casibus fas est iurare per Deū, simul & per creaturas orthodoxè iurare licet:& quibus non est licitū iurare per creaturas, maiùs nefas est iurare per Deū. Licebat nanq; illi populo,sicut nobis iurare per creaturas. Qua vtique ratione Christus,Matth.23.Pharisæos insimulabat, p docerent plebē iurare per templū, aut per altare non esse iuramentū, sed iurare per aurū templi, aut per oblationē, propterea quòd periuros imposita pœna auri & oblationis castigabant. ¶ Accedit in cōfirmationē sententiæ huius creaturarū differētia, quibus rem Christus explicuit. Deus quippe voti sacrorū sapientes docent,tribus modis in rebus existit,qua certè ratione per creaturas iurare licet. Existit inquam in illis per essentiam,præsentiā,& potentiam. Vnde quo explicaret modum primum meminit cæli & terræ,Cælū nanq; sedes Throni Dei,idcirco censetur, quòd illic existimatur potissimùm residere,vbi cōspicitur: terra vero eo nuncupatur scabellum pedum eius, quòd hæc omnia inferiora, veluti vestigia sint ipsius. Et quia cælum,vt habetur Esa.23.& terram implet,per Periphrasim depingitur quasi homo, qui cælo sederet, & terram pedibus cōtingeret. Ciuitas autem Hierusalem,loca omnia sacra designat, vbi Deus colitur, illic enim præcipuè existimatur esse per presentiam,vbi orantes cū illo colloquimur, sed nominatione capitis vniuersa complexus est, quæ eius nutui & potentiæ subduntur. Et ideò in causam quòd nefas est iurare per caput, subnexuit, p

Hieronym.

natura capitis mutare nō possumus de albo in nigrum (etsi arte possimus capillos defærare) quoniā tota natura opificiū est Dei. Constat ergo illic à Christo nos quadantenùs esse inratione p creaturas interdictos,quatenùs in ipsis Deus existit: nēpe sine iustitia veritate & iudicio. Ex quo fit planè consequens,vt iam suprà illatum est,& iurationem per Deum vrgentio re nobis ratione interdixisse,vt pote quæ quādo fit absque necessitate & vtilitate peior est. Subticuit illud tamen,quoniā à minori ad maius euidens erat argumentum. Quapropter Iacobus documentū Christi explicatius referēs, ait.ca.5.Ante omnia fratres charissimi, nolite iurare, neq; per cælum, neq; per terram, neq; aliud quodcunque iuramentū: hoc est, neque per Deū,neque per aliam creaturā. ¶ At protinùs hinc argumentum robustius exurgit. Si Christus nos illis modis iurandi per Deum & creaturas interdixit, qui antiquo populo liciti erant,in nullo ergo casu reliquam vllā nobis facit facultatem iurandi. Id quod concessū esset absurdissimum,cùm autor ipse naturæ ius tam necessarium naturale,non sit credendus abrogasse. Respondet ergo in lib.de mēdacio. Augusti.cap.15.quòd cum P.aul. post mādatum Domini non semel iurauerit, ipse nobis mandati sensum aperuit. Vnde quod dictū est, nō iurare omnino,subintelligendū est, absq; vrgēte necessitate. Ne scilicet iurando ad facilitatē iurandi veniatur,& ex facilitate, ad consuetudinem, atque ita ex consuetudine ad periurium decidatur. Et infrà. Intelligendum est, inquit, illud quòd positū est,omnino, vt quantùm in te est,non affectes,nō ames, non quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iusiurandū. Hæc ille. Hoc tamen si verùm fari licet,nō plenè rei satisfacere videtur.Id enim totū quod Augusti.ait nobis esse prohibitum, pariter erat & illi populo interdictum. Quoniam nō modò iurare sine vrgente necessitate,verum & cōsuetudo & appetentia iurādi iure naturæ prohibita est: ius autem naturæ non solùm Hebræos, verùm & vniuersos mortales semper obligauit: Christus verò aliquid nobis singulare inhibere visus est,quandoquidē nos cum illis conferendo dixit: Audistis quia dictum est antiquis, ego autem dico vobis. ¶ Resolutio ergo responsionis (si verum conijcimus) est, quòd etsi legislator noster nihil prorsus nobis vetuerit quod antiquis non erat vetitum: explicuit tamen aliquid, quod illis non erat vsq; adeò apertum: ac deinde docuit, id quod illis erat turpe, nobis ratione status esse turpius. Ad cuius intellectum notādum, vtrunque par

Iacobi.5.

Egregium Argumentū

Argum. contra expositionē Aug.

Resolutio respōsionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem esse præceptum naturale, scilicet & iurare quando ratio id admonet, & neutiquàm iurare quando necessitas neque vtilitas adest. Idē enim est non iurare omnino, ac si dicas, nō occidere, non furari, &c. Sed rogas cur non adiecit, nisi in necessitate aut cū vtilitate? Respondetur. Vt in expositione Decalogi. 2. respondimus id non fuisse opus: quoniam præceptū naturale sub quantūcunque vniuersalibus verbis proponatur nullatenus includit casus quos natura ipsa nō comprehendit. Quòd enim iudex malefactores, aut suū quisq; aggressorem occidat, non est exceptio illius præcepti, non occides: quoniam similes casus nunquam illic fuerunt inclusi. Eodem ergo pacto, nolite iurare omnino, casus necessitatis non includit. Quapropter perinde omnino antiquos, vt nos obligabat. At verò, vt ex verbis Euangelij conijctari licet, populus ille vel Pharisæorum sedūctione, vel ob suam cæcutiam non arbitrabatur iuramenta per aliquas creaturas, vt per tēpla & altare esse iuramenta: quod Christus (vt modò dicebamus) Matthæ. 23. declarauit. Et ideo forsan neque putabant licèt falsum dicerent esse periuros: & ideo ait Christus, nolite iurare omnino. Vbi aduerbium, omnino, non excludit omnes casus: (quandoquidem multi necessitatem iurandi afferunt) sed modos omnes & figuras iurandi, vbi non adest necessitas, scilicet neque per cælum neque per terram, &c. quæ ipsi non pro iuramentis ducebant.

Dubitatio.

Itaque sicuti in præcedentibus monitis: Audistis quia dictum est antiquis non occides: Ego autem dico vobis, quia omnis qui iracscitur fratri reus erit iudicio, non adiecit illud quasi antiquitus esset licitum, sed id quod ignorabant explicuit: sic vbi dixit: Nolite iurare omnino, neque per cælum, &c. nihil vetuit, qđ vetitum non erat, sed explicuit iuramenta per creaturas verè esse iuramenta. Ob idque esse illicita quando sunt vana. Diuus Bonauentū. libro. 3. distin. 39. quæstio. 2. articu. 1. nescio quid hic distinctionis cōminiscitur. Ait enim Christū non dixisse: Omnino nolite iurare. Nam tunc omnes vniuersaliter exclusisset casus: sicuti qui ait omne animal non est homo, omnem hominem à ratione animali excludit, sed dixit: Nolite iurare omnino. Vbi cum, omnino, ponatur post negationem non facit sensum, nisi particularem, vt si dicas non omne animal est homo: quare non fuit sensus vt nullo modo iuremus, sed quòd non omnibus casibus iuremus. At verò non crediderim Christum huius dialectica meminisse, sed vniuersim dixisse ne iuremus. Subintellecta tamen vt dictū est, restrictione iuris naturalis, scilicet, vbi vel necessitas, vel pietas aliud exegerit. ¶ Super hæc autem forsan nos Christus admonitos hoc mandato curauit iuramētorū frequentiā, multò nobis et se turpiorē quàm illis. Christiani enim illa deberēt lucis opera de se vbiq; præstare, vt ad cōciliandam inter se fidē nullo indigerent iuramento. Debet enim, vt ait Christus, iustitia nostra super illam Iudęorum abundare. Vnde super Matth. citatus suprà Hieronym. veritas, inquit, euangelica, iuramentū non recipit: cùm omnis sermo viri fidelis, pro iureiurando sit. hæc Hieronym. In cuius exemplum, etsi Deus antiquitus iurasse legatur, tamen magister noster Christus nunquam iurauit. Sed plurimū aiebat, Amen amen dico vobis. Sub quibus vtique verbis nulla delitescit iuramenti vis. Perinde enim est prorsus ac si dicas: verè verè seu firmiter dico vobis: quemadmodum apud Lucam ipse illud exposuit. ¶ Secundum argumētum Diui Thomæ est. Nihil quod à malo est videtur licitū: nā mala arbor fructus bonos facere nequit, sed iuramentū, ait Christus esse à malo. Sit enim, inquit, sermo vester est est, nō non, quod autem amplius est, à malo est. Hæretici negantes vllo pacto fas esse iurare aiebant simplicem assertionem, aut negationem, scilicet est est, non non, esse à bono Deo, id autem quod amplius est, nēpe iuramentū, esse à deo malo. Duo enim principia Manichæi ponebant boni, & mali: idque aiebant Christum significasse: glossema tamen hoc apertissimum hæreticum est Manichæorum. Legitimus autem sensus est Augustini. in lib. de sermo. Domini in monte, q allegatur. 22. q. 1. can. ita ergo. vbi ait iuramentū nō esse malū: sed à malo nēpe à mala causa, puta ex infirmitate & plaga humani generis, quam de peccato originali accepit. Et per hæc verba exponitur aliud eius dictum super epistolam ad Galat. & citatur ibi can. non est. Vbi ait quod iuramentū est à malo non quidem iurantis, sed incredduli iuramentum petentis. Haud enim docuisse putes, petere iuramentum esse semper malū culpæ, sed ait à malo petentis: scilicet a malo pœnæ, quā per originalē culpā contraximus: est enim iam nobis inde naturale malū incredulitas in reb⁹ gravibus. Esset tamen peccatum de leuissimis iurandū postulare. ¶ Tertium denique argumentum est. Exquirere signum diuinæ prouidentiæ est tētare Deū. Secundum illud Deuteronomio. 6. Non tentabis Dominum Deum tuū qui autem iurat videtur eiusmodi signum exquirere, ergo id perperam facit. Responsionis autem summa contulit in duobus. Primum, quod

Nobis nō pius iurare quàm antiquis.

Hieronym.

Christus nō iurauit.

Argumē. 1. D. Thom.

Argumē. 3. D. Thom. Tētare Deū

Responsio. Aug. 22. q. 1. can. ita ergo.

quòd tentare Deum non est quomodolibet signum eius exposcere, sed id absq; necessitate & vtilitate facere. Quēadmodū ille qui det urre se præcipitem daret (quod Sathanas seruatori nostro suadebat) vt experiatur si manus illi Deus supponeret. Et veluti ille qui in duellum descēdit cū altero in testimonium veritatis. Potest eīn aliter patere: & si est occulta, nō debet illo modo probari. Qui autē iurat, pro necessitate & vtilitate facit. Secus si candens ferrū manu vellet palpare, quod iam inhibitum est. At quoniā statim solutio hæc redargui potest, q̄ saltem iuramentū res apparet frustranea. Quoniam nunq̄, aut perq̄ rarissime Deus veritatem pandit, seu illum qui peierat prodendo, seu eī qui rectè iurat testimoniū publicè ferēdo. Respondet Diuus Tho. Quòd etsi nō id præsenti seculo faciat, nulli se propterea periculo iurans exponit, quandoquidē certum est in die iudicij testimoniū laturū, quādo, vt. 1. ad Corinth. 4. ait Paul. manifestabit abscondita cordiū. Videtur tamen animus huic solutioni ægerrimè acquiescere. Nam testimonia petuntur in iudicio, vt testes illico veritatem proferant. Si ergo Deus rem quā quis iurat non cōtinuo attestatur, & quod in extremo iudicio futurū sit, hominēs latet, videtur religio iurandi superuacanea. Respondetur q̄ fundamentum religionis iurandi non est quod Deus cōfestim, sicuti homines sit testimonium laturus, sed fides & honor quem mortales illi, quem pro Deo colūt deferunt. Vnde illa existimatio orta est q̄ nullus sit credendus, tum Deo illam irreuerētiam exhibere, tum etiam sibi illud periculū finalis iudicij creare, si falsum iurat. Pungit nihilo minus scrupulus q̄ saltem qui falsē aut vanè iurat Deum tētet. Quandoquidem testimoniū Dei absq; necessitate exquirit. Respondetur nec vane iurantes tētare Deū: quoniā nil aliud faciūt q̄ simpliciter inuocare testimoniū diuinū nulli se exponentes periculo, sed suo arbitratui committendo: si voluerit testimonium patefacere. Qui autem se præcipitat, aut duello certat, aut ardens ferrum tangit, propterea Deum tentat, quia exponit se manifestario periculo, si Deus eum eripere nemerit. Adde q̄ etiam scelestissimus homo qui nefandissima crimina multiplicatis iuramentis inique contegere persisteret periculo se quoque exponere, vt Deus miraculo illum proderet.

ARTICVLVS. III.

Vtrum congruè tres comites iuramenti assignentur.

QVONIAM iusiurādum (vt suprà dictum est) & articul. 5. iterum repetetur, non est earum virtutum, quę per se absque necessitate honestatem habent, consequens fit, vt certis comitibus & ornamentis antequā sit licitum, sit vestiendum. De quibus Diuus Thomas duabus cōclusionib? respōdet. Prior est. Tres sunt necessarij comites, quibus iuramentum honestatur: nempe veritas, iustitia, & iudicium. Conclusio hæc non solùm ratione, sanctorumq; testimonio, sed oraculo item Sacræ scripturæ nititur. Ait enim Deus Hierem. 4. Iurabis, viuit Dominus in veritate in iudicio & iustitia, quod exponens Hieron. Animaduertendum inquit est, q̄ iusiurandum hos habet comites, scilicet, veritatem, iudicium, & iustitiam. Probatur ratione. Quoniam per iuramentum Deus qui summa veritas summaq; iustitia est, in testē adducitur, necessariū ad eius reuerentiam est, vt id quod iuratur, primū sit verum, mox iustum & æquum, sed tertio prætereà circunspectio iurandi requirit, vt nō leuiter, sed maturo iudicio, & discretione fiat. Exigitur ergo veritas iustitia & iudiciū. ¶ Posterior conclusio. Iuramentum cui veritas nō subest, dicitur falsum, & mendax: cui verò nō subest iustitia, dicitur iniquum & illicitū: sed quod leuiter sine necessitate, & iudicio fit dicitur temerariū. Tametsi vbi iustitia deest, vel iudiciū communi nomine dicitur incautū. Vide ergo quanta sit iuramenti maiestas, quantaq; sit religione perornandum, antequàm sit audiendum. Addit quippè illic Hierony. q̄ si tria ista defuerint, nequaquàm erit iuramētum, sed periurium. Et intelligit, nō esse periurium, vbi tria simul defuerint, sed etiam vbicunque eorum quodpiā adfuerit. Tametsi diuersa ratione & gradu: vt quæstione subsequēti patebit. Quod vt si hæc illegitima iuramenta ad normam violatæ prohibitionis accommodentur, quæ est ne nomen Dei assumamus in vanum, diuersa in illis comperietur vanitatis ratio. Vanū quippe est, quod fit frustrà: puta quod fine suo caret. Diuersimodè ergo hæc vana sunt. Nā vbi non est veritas, iuramētum sua euacuatur substantia & medulla, perinde atq; auellana sine nucleo. Vbi autē aliquid iuratur iniquum, vt hominem occidere: iuramentū fit secundo gradu vanum: quia è regione aduersatur scopo & fini, nempe iustitiæ, ad cuius custodiam concessa nobis est iurādi facultas: sicut vana est oratio qua irritatur Deus. Iuramentum autem temerarium, & vanum caret causa iurandi, nempè ne-

Prima conclusio.

Posterior cōclusio.

Tres gradus periurij.

Iuramētum vanum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veritas.

pè necessitate: sicut vana fuisset pœnitẽtia, vbi nullum præfuisset peccatum. Requiritur igitur veritas primum omnium in iuramento, in assertorio quidem, vt id quod asseritur, verum omnino sit: atque id quod negatur, sit vtique falsum: in promissorio verò, vt id quod promittitur, si licitum modo fuerit, tempore & loco impleatur. ¶ De secundo autem comite nẽpè de iustitia dubium nonnullum existit, an in solo promissorio locum habeat. Enimuerò si ad rem tantùm quæ iuratur sit iustitia referẽda, illi soli competit, vt scilicet quod promittimus iustum sit. In assertorio verò ait hic Caietan. ineptum esse assignare iustitiam quantum ad rem iuratã. Possum enim ego asserere sub iuramẽto me aut illũ, scelera quæ iniusta sunt opera patrasse. Imò quamuis asseram iurando id quod non est malum, vt me esse prauum, iuro quidem rem veram, sed tamen ineptè dicitur iusta, sicuti si iurem falsum: non ideo iura re videor rem iniustam: si autem iustitia referatur ad causam, vt nemo iuret, nisi iusta de causa: etiam competit assertorio: sed tamen nõ ita apparet proprium propterea quod iustitia, hoc pacto generaliter, & communiter dicta alios includeret comites, scilicet, & verè, & discretè iurare. Quapropter maluit Caietan. hũc comitẽ soli promissorio cõgruere. At verò forsan rectiùs, & assertorio quoque censeatur propriè conuenire. Nam iustitia propriè non solùm ad rem iuratam spectat, verùm & ad iurãdi causam, vt in solutione secundi ait sanctus Thomas iuxta illud Deuteronom. 16. Iustè quod iustum est persequeris. Vnde si ego crimina ciuis omnino occulta sub iuramẽto asserens detego, certè iuramentum est iniustum, sicut si iurarem me facturum rem iniustam. At si iure & more requisitus illa reuelo, iustum sit meum iuramentum. ¶ Tertius demum comes iuramẽti, est iudicium: hoc est discretionis prudentia. Nam etsi cum veritate iustitiam coniungas, tamen absq; iudicio comite, iurare non decet. Primum scilicet vt iusta illa veritas quæ iuramẽto firmanda est nequeat, vt ar. 3. diceba mus, alia via comprobari. Quocirca speculatiua dubia, nequaquàm licet iuramento confirmare: sed sunt, vel coniecturis tractanda. Quãobrem seu Philosophus esset, seu Iurisconsultus, qui locis & argumentis suæ facultatis destitutus, dubia iuraret temeritatis culpam incurreret. Pari modo qui patentissimas veritates iure adstrueret, vt quod pluit, vel frigus riget, aut sol adurit. Mox iuramenti discretio ex põstulat, vt non, nisi grauissima perurgente necessitate, adhibeatur, videlicet ob aliquẽ pium finẽ, tuendæ charitati & paci necessarium. Diuina enim maiestas non debet qualibet de causa in testem ascisci. Tertiò requiritur iurandi prudẽtia, vt circunspectè, & cum debitis fiat circunstantijs: nempe in iudicio, & præuia consultatione, maturoque veritatis examine. Hæc autem quæst. sequent. de periurio fusiùs, ac prælsius sigillatim examinanda pertractandaque nobis sunt per sitos cuiusque gradus & numeros: ob idq; satis hic fuerit, ea perstrictim proposuisse.

Caietan.

Iudicium.

ARgumentum primum D. Tho. prædicta comitum nomina exponit. Cùm enim distinctæ res sint, nulla in aliam includitur, quare veritas hic non accipitur, vt est pars iustitiæ, qua scilicet homo fidem promissorum seruat, alioqui nomine iustitiæ comprehendetur, sed latius, vt est omnis orationis conditio, vt id quod mente tenes, ore proferas. Eademque de causa, neq; iudicium sumitur pro eiusdem iustitiæ executione, sed pro discretione & prudentia. ¶ In secundo argumento declarat quemadmodum deuotio & fides, & cætera quæ ad rectè iurandum concurrunt nomine iudicij comprehenduntur: Reliqua verò duo nempe veritas & iustitia ad rem iuratam pertinent. Tametsi vt proximè à nobis adnotatum est, iustitia ad causam etiam iurandi transferatur: ne scilicet iniquè veritatem asseras. ¶ In tertio denique id maximè annotãdum quòd licet isti comites, cuicunque virtutis officio competant, tamen ob ingens periculum, quod iuranti imminet, tam ob diuinam maiestatem cuius nomen non est temerè inuocandum, quàm ob linguæ humanæ lubricitatem ad iuramenti dignitatem potissimè requiruntur.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm iuramentum sit actus religionis siue latriæ.

POSTQVAM iuramentum constitutũ est esse actũ virtutis, nempe licitũ & honestum si suis comitibus ornetur, subsequitur, vt videamus cuius sit generis virtutis. Respõdetur vnica conclusione affirmatiua. Manifestũ est q̃ iuramentum est actus religionis seu latriæ, quod idẽ est, puta cultus, qui soli Deo debeẽ. Probat ex verbis supra citatis Deuter. 6. Dñm Deum tuũ timebis, & ipsi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Vbi tria verba ponuntur in quibus diuinus cultus consistit: scilicet timor reuerentialis quãtum ad intimum actum qui soli Deo debetur: seruitus religionis, quãtum ad extera opera, quę quidem ad primum præceptum primę tabulæ attinẽt. Atque honor diuini nominis ad secundum attinens præceptũ iurandi. Rationem autẽ colligit Diuus Thomas ex origine iuramenti quã ar. 2. declarauimus. Qui enim iurat, diuinũ testimonium ad sua dicta confirmanda inuocat: nihil autem nisi per id quod certius est, & potius confirmatur. Nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis: iuratio ergo per Deũ, professio fidei est, qua Deus recognoscitur omnium conditor & prouisor: atque adeo est actus religionis, quo Deum reueremur. Atqui hoc est quod ait Paul. ad Hebræ. 6. Homines per maiorem se iurant. Et super Matthæ. Hierony. c. 5. Qui iurat, aut veneratur, aut diligit Deum per quem iurat. Obseruãdum ergo hic est, quod quemadmodum contemplatio quæ consistit in mente, & oratio vocalis, & sacrificium quod fit in opere sunt religionis cultus, sic & iuratio. Nam licut per precationes inuocatur Deus, vt auxiliator: sic per iusiurandum inuocatur, vt testis: atque adeo eadem est vtrobique religio eiusdemque fidei professio: nempe quòd omnia scit & potest. Quocirca distinguendum est de iusiurãdo vbi est legitima virtus, & de periurio, aut leui iuramento. Nam legitima iuratio est religionis cultus: vana verò, est religionis contaminatio. Ex quo fit rursus vtrunq; præceptum: scilicet, nè iures vana per eum, & quòd in necessitate iurandum sit, ad eã dem primam tabulam pertinere; secundumq; ad primum reduci. Sed ais. Cur vtrunque non fuit expressum, sed tantùm negatiuum? Respõsio est, si rem bene conijcio, obseruanda, quod cum iusiurandum non sit per se virtus quemadmodum cultus Dei, & festorum sanctificatio, sed solùm ob necessitatem concessum, natura ipsa rerum exegit, vt duo præcepta, scilicet cultus & sanctificationis festorum essent affirmatiua, quasi res illæ per se essent optãdæ. Tertium verò negatiuum, scilicet ne vana essent iuramenta nostra: hæc enim negatio simpliciter est necessaria: affirmatio verò iurandi nõ itemùm si omnes homines essent innocẽtes, nil aliud oporteret, q̃ dicere, vt nos Christus commonuit, est, non. Et ideo neque opus fuit illam exprimere, sed iuri naturæ relinquere, quæ necessitatis cãsus exponeret. In hoc autem quod ait, nè iures vana per eum, includitur quòd vbi fuerit necessarium iures solidè & legitimè per eum. Quapropter omni iure naturali scilicet, ciuili & diuino insidrandum, vt religionis cultus habetur. Nouit enim id naturaliter Aristoteles, qui primo Metaphysic. capitulo tertio, ait: Rés honorabilissima est iuramentum: cuius ideo venerationem nuniquam antiqui tribuerunt, nisi illis quos pro Deis colebant. Et iure ciuili in titulo Digestorum, de iureiurando: vt suprà citatum est, officium iurandi religio nuncupatur. Et Imperator. C. de iureiurando. Iurandi, inquit, contempta religio satis Deum habet vltorem. Ex quo sequitur, q̃ soli Deo iurandi cultus est exhibendus. Iuxta diuinum vtriusque testamẽti mandatum, Redes altissimo iuramenta tua. Qua vtiq; de causa cõquestum legimus in Hieremia, Deum de filijs Israël quòd eum dereliquissent, iurassentque in his qui non erant Dij.

Omne iusiurandum religio censetur.

Hierem. 5.

PRimum argumentum extruit Diuus Thomas ex diuersitate materiæ: videlicet, quod cùm actus latriæ sit extra sacra, iusiurandum verò, vt ait Paulus, circa humanas controuersias, apparet iusiurandum non esse latriam. Respõsio autem est, quòd etsi materia super quã fertur iuramentum sit humana necessitas, nihilo minus forma quæ est diuinum testimonium est actus religionis. ¶ Secundum informat ex ipsa actus substantia, scilicet, quòd per latriam semper Deo aliquid offertur: per iuramentum verò non videtur quippiam illi offerri. Et respondet quòd refertur illi honor: iuxta illud, Reddes altissimo iuramenta tua. ¶ Tertium denique colligitur ex diuersitate finis: nẽpè quòd finis est Deo reuerentiam exhibere: finis autem iuramenti non est, nisi verum aliquid humanum confirmare: non ergo iuramẽtum est latria. In responsione verò cõcedit quidem finem proximum iuramenti esse hominẽ de aliqua re certiorem reddere. At quoniam omnia quæ facimus iuxta verbum Pauli debeamus in gloriam Dei facere, nil obstat quominus ipsa vtilitas proximi in gloriã Dei per diuinam attestationem cedat.

Argumẽti D. Tho.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm iuramentum sit per se appetendum, & tanquàm res vtilis frequentandum.

CVM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõclusio articuli.

CVm iuramentum inter actus virtutis, nec verò vniuscuiuslibet, sed religionis quæ heroica est fuerit proximè constitutum, ratio inde videtur statim colligere, quod sit per se appetendum: & ideo id meritò in quæstionem profertur. Ad quam vtique Diuus Thomas vnica conclusione eademque negatiua respondet, scilicet, non esse per se appetendum. Id quod primo authoritate illa Ecclesiast. 23. probat. Vir multum iurans replebitur iniquitate. Cui August. lib. contra mendacium subscribens ait, quòd præceptum Domini de prohibitione iuramenti ad hoc positum est, vt quantum in te est non affectes vt quasi pro bono, cum aliqua delectatione appetas iusiurandum. Rationem verò ex his quæ dicta sunt colligit. Id enim quod non per se, sed ob finis cuiuspiam necessitatem bonum est, non inter ea numeratur, quæ per se sunt appetenda. Medicinam enim, nemo appetit, nisi quatenus salutis necessitas cogit: iuramentum autem vt suprà meminimus, non vtiq; per se bonum est, vt charitas, sed quatenus necessitas asserendæ veritatis cogit: non ergo est per se appetendum. Imò qui eo extra terminos necessitatis vtitur, violator est religionis. Vnde Aug. in lib. de sermo. Domini in monte. Qui intelligit, inquit, non in bonis, idest per se appetendis: sed in necessarijs iurationem habendam refrænat se quantum potest, vt non ea vtatur, nisi necessitas cogat. Nihil præsenti loco præter ea quę superius explicata sunt, restat quod insuper annotemus, sed meminisse opus est, quod sicuti bonum diuiditur in vtile, & per se honestum sic & virtus. Per se honestæ virtutes sunt, quæ se habent, vt finis per se appetendi: sicuti salus & vita. Atq; huius generis sunt charitas, fides, iustitia, &c. Alię sunt quæ tãtùm sunt bonæ tanquam media ad finem. Sicuti Reubarbarum & reliquæ medicinæ, quæ per se non habent aliam bonitatem, nisi quatenus salutis necessitas poscit. Et talis est inter virtutes pœnitentia, quæ non esset virtus, nisi propter necessitatem remittendi peccata, eiusdemq; ordinis est suo modo, & iusiurandum. Nam quamuis sit ob id honestum quòd à fide catholica proficiscitur, nunquam tamen fuisset licitũ, nisi ob necessitatem. Vnde vt suprà dicebamus, virtutes prioris generis fuissent in statu innocentię, posteriores verò nequaquàm, vt pœnitentia & iuramentum. Cum enim illic simpliciter sibi homines mutuam præstarent fidem, nullatenus potuisset fieri iuramentum quod non esset vanum, atque adeò peccatum saltem veniale, quod illi vtique statui repugnabat. Sed ob illud incredulitatis vulnus, quod dicebamus genus nostrum de peccato contraxisse iure naturæ corruptæ concessa nobis diuinitus est iurandi facultas.

Duo virtutum genera.

Iuramenti vsus neutiquam in statu innocentiæ fuisset.

¶Hoc ergo iacitur fundamentum primum ab sterrendi hominem à pestifera iurandi consuetudine: in quo ceu in speculo blasphemi illi contemplari se debent mendaciter dicentes, quòd qui bene iurat bene credit. Assertio enim hæc si sanè exponatur, catholica est, vt qui olim contra idolatras vsurpabatur. Nam bene iurare est casu necessitatis, non per fallos, sed per verum Deum iurare. Blasphemiæ autem peruertitur, vt bene iurare pro eo accipiatur, quod est multum iurare: contra quam Ecclesiasticus admonuit, dicens: Qui multum iurat, replebitur iniquitate. Imò verò, si iuramentum solum ob necessitatem sit licitum, consequens fit: vt quemadmodum qui Reubarbarum, aut aliud quodlibet venenosum medicamen vltra necessarios salutis limites frequentaret, facilè se perimeret: ita prorsus qui iuramentis, nisi vt gente necessitate assuescit, animã suam enecat. Cõcessit nobis Deus victum & potum ob necessitatem viuendi: voracitas ergo vltra illum finem, gula est. Concessit & legitimum concubitum prolis gratia: illegitima ergo congressio, luxuria est. Fecit similiter & nobis iurandi facultatem, vbi ratio necessitatem offerret: aliter ergo iurare abusus est clementiæ suæ, & bonitatis, & maiestatis. Sed perinde est ad iramentum accedendum veluti ad rem sacratissimam tractãdam. De hoc autem quæst. 2. prolixius, & copiosius.

Quibus casibus iuratur.

Exemplo

PRimum argumentum est huiusmodi. Quemadmodum votum ita & iuramentum actus est latriæ: sed votum per se appetẽdum est, quoniam quod per votum fit, laudabilius est, quàm quod fit sine voto: pari ergo ratione absque alia necessitate assertis nostris iuramentum apponendũ est, vt fiat actus latriæ, ac subinde pretiosior. Respõdeo verò in discrimine voti à iuramento cõsistit. Nam per votum id quod vouemus in Dei reuerentiam ordinamus, vt si vouco ieiunium, aut peregrinationem, materiam ipsam voti refero, ordinoque in Dei reuerentiam, ob idque vouere per se est appetendum, tanquàm actus qui per se est religionis. Qui autem iurat e contrario reuerentiam diuini nominis assumit ad confirmationem veritatis: quapropter id quod iuratur, videlicet, me non esse furatum, non fit eo ipso actus religionis, sicuti in voto fit mea peregrinatio: quia actus morales sumunt speciem

Argumentũ S. Thomæ

Respõsio.

cies ex fine. Et ideo iuramentum non est per se appetendum, vt votum quia, non est religio, nisi suppposita necessitate manifestandæ veritatis. ¶Eodem pacto respondet ad secundum sumptum ex verbis Hieronymi suprà citatis. Qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat: venerari autẽ & diligere Deũ est appetendum tanquàm per se bonum: ergo & iuramentum. Respondet inquàm eodẽ modo negando consequẽtiam, quoniam licet qui iurat veneretur diligatq; Deum, non tamen in hunc finem ordinat iuramentum, sed in necessitatem manifestandæ veritatis. Quocirca non est, nisi ob talem necessitatem optãdum. ¶Circa has solutiones intricat hic Caiet. nescio quã Methaphysicam, forsan nõ tam necessariam, vtrum iuramẽtum sit finis manifestationis veritatis, an è conuerso manifestatio sit finis iuramenti. Nam profectò res est & secundùm sanctum Thomam & in se ipsa patentissima. Forma enim iuramenti est Deum in testem adducere: & hoc non tam propriè dicitur referri in reuerentiam Dei, quàm esse ipsissimam reuerẽtiæ exhibitionem, nam est testimonium fidei qua Deum confitemur supremum rerum testem: vtilitas autem & effectus eiusdem attestationis est manifestatio veritatis, vt in solutione tertij superioris articuli asseruit Diuꝰ Thomas. Neq; vero est quomodocunq; vtilitas & effectus, sicuti inuentio thesauri ad quã vineæ fossio non referebatur, sed est vtilitas, & effectus per se iuramento intentus. Itaque absque eius necessitate non esse licitum, ac subinde neque actus religionis. Neutiquam ergo formidandũ est asserere manifestationem veritatis humanę esse finem iuramenti: iuramentum autem medium respectu illius, vt in præsentiarum vtraq; solutione ait Sanctus Thomas. Quare vbi ait Apostolus finis omnis controuersiæ est iuramẽtum, finis illic pro effectu vsurpatur ad quẽ iuramentum ordinatur, qui est finire cõtrouersiæ. Quod sicui absurdum appareat id quod præstãtius est in id referri quod inferius est, in telligat nihil absurditatis habere: quando inferius vicissim in superius refertur. Mortuus eñ Deus est ob nostram salutem: eò quòd eadem salus in eius gloriam refertur. Et hoc est quod in solutione tertij superioris articuli explicuit sanctus Thomas: nempè Deum vnà operari: & propter suam gloriam: & propter nostram vtilitatem. Itaque vita nostra est proximus finis cur segetes creat, sed vita eadem in eius gloriam refunditur. Quapropter, non solùm manifestatio veritatis est iusiurãdi finis: ob id quòd iurans in ipsam illud refert, verum quòd Deus illud ad illã proximè ordinauit, licet rursus manifestatio ipsa in eius gloriam redundet. Idem est in oratione deprecatoria: oratio inquã quæ contemplatio dũtaxat est, & laudatio Dei per se est appetenda: sed quando in extrema necessitate Deum deprecamur qui nos inde eripiat, actus ille religionis refertur ad salutem humanam. Sed tamen magis id in iuramento verum habet quo secluſa necessitate humana nõ esset religio, sicuti est oratio. Quòd si aduersum nos responsum resurgas. Forma nõ est propter materiam, sed è conuerso materia propter formã: id autem quod iuratur materia est iuramenti, iuratio verò forma, iuramentum ergo est finis. Respondetur aliud esse id quod iuratur, aliud verò manifestatio veritatis eius. Id enim quod iuratur, vt occidisse vel non occidisse est quodammodo materia in quam iuramentum fertur: quare iuramentum non est propter illud: quoniam effectus iuramenti non est occidisse, vel non occidisse, sed manifestatio veritatis illius, quæ subinde finis eius est. ¶Tertium denique argumentum, est valde notandum, quod est huiusmodi. Qui suam quisque veritatẽ confirmat bonum per se est: hoc autẽ fit per iuramentum: ergo est per se appetendum. Respondeo verò est, quòd quanuis certam firmamq́ue facere veritatem sit per se bonum: non tamen illud per iuramentum absque necessitate facere. Et est pulchrum exemplũ in medicina. Procurare nanque salutem, bonum per se est: illud verò per virtuosissimum ac subinde violentum pharmacum intentare, nisi vbi grauissima est necessitas, periculosum est. Ob idque quanto iuramentum venerabilius est tanto periculosius, nisi vrgente necessitate exhibeat. Id quod testimonio Ecclesiast. 23. confirmat. Vbi de viro multum iurante loquens, tribus mẽbris grationis, ait, Quod si frustrauerit fratrem, &c. Quem locum variè expositum inuenio, sed ne scio an satis explicatum. Conijcio nanque tres comites iuramenti qui sunt apud Hieremiam, illic vitiatos designari. Etenim qui fratrem frustratur, est ille qui falsum deceptoriè iurans fratrem suo fine priuat, nempe expoliando eum, vel sua pecunia, vel honore, vel fama, &c. Et de hoc subditur, quod delictum illius (sic enim legendum, non, ipsius) super ipsum erit. Hoc est delictum illius cui per iniuriam imponitur falsum crimen super ipsum iurantẽ refundetur. Manebit enim & culpa infectus, & obligatione restituendi onustus. Et qui dissimulauerit, hoc est, qui bonum fratris fingens, aut veritatem quã reuelare tenetur iuramento celat, aut illam quã occulere deberet iuramento prodit, delin-

Idem de iuramento, quã de oratione.

Argum. 3.

Pulchrum exemplum.

Expositio loci Ecclesiast. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delinquet dupliciter. Non quod duplo plus q̃ prior delinquat: imò peius est falsum imponere, quàm verum celare, aut occultum detegere. Sed ait quòd illa simulata æquitas, est duplex iniquitas: scilicet, & quia est iniustitia, etiam si verum prodat, & quia est per æquitatem palliata: quod est nouum crimen. At si in vacuum iurauerit, nempè sine necessitate & iudicio, quamuis verum & iustum iuret, non iustificabitur, quia saltem venialiter delinquit.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm liceat per creaturas iurare.

QVoniam iuramentum officium est ad cultum latriæ pertinens, cultus verò latriæ soli Deo debetur, appa ret nefas esse per creaturas iurare, quòd ideirco Diuus Thomas hic percontatur. Ad quod tribus cõclusionibus respondet. Prima. Licitum est per creaturas iurare in Deum relatas: scilicet quatenus in eis diuina veritas re splendet, vt per Euangelia, per sanctos, &c. Probatur conclusio. Iuramẽtum testimonium est fidei qua Deum primum fontem veritatis profitemur, atq; adeo perinde ac fides diuinæ veritati nititur: fides autem licet primum supremeque de Deo sit, tanquam de prima veritate, extenditur nihilo minus ad creaturas, quas credimus esse opera Dei, in quibus per essentiã existit præsentiam & potentiam. Pari ergo modo iusiurandum quanquam ad Deum primò præcipueq; sicut ad primam veritatem referatur, protenditur tamen secundò ad creaturas: quatenus in ipsis tanquam in effectibus Dei diuina etiam veritas existit. Et ideo iuramus per Euangelia, per quæ diuina veritas nobis innotescit, ac per Sanctos qui illam crediderunt, obseruauerunt, & prædicarunt. Atque eam ob rem quanto superior est diuus, grauius fit iuramentum. Vt per Deiparam virginem, quę eandem fidem & sublimius nouit, & perfectius coluit. Vnde Augustinus quod refertur. 22. quæst. 1. Cano. mouet. Sciẽdum, inquit, est quòd sanẽti non tam per creaturas q̃ per creatorem creaturarũ iurabant: neq; in creaturis (per quas, scilicet iurabãt) aliud quàm creatorem ipsarum venerabantur. Etenim vt Innoc. bene ait. cap. Et si Christus. extra. de iureiur. qui iurat per cælũ, iurat per Thronum Dei, atq; adeò per ipsum Deum. ¶ Secunda conclusio, in hac prima à cõtrario sensu includitur, & in solutionibus argumẽtorum exprimitur. Iurare per creaturas exhibendo illis reuerentiam illam & latriam quæ soli Deo debetur, non est licitũ sed blasphemũ & idololatriæ impietas. Hoc patet diuersa ratione: quia hoc est Dei gloriam, vt ait ad Ro. 1. Apostolus, in creaturas transferre. Vnde glo. Matth. 6. Non veneremur eas vltra quàm debemus. Non iuremus per eas vt viles existimemus, vt scilicet cùm per eas iuremus, nihil iurare putemus. ¶ Tertia conclusio. Iurare per creaturas catholicè, vt prima cõclusio asseruit, dupliciter contingit & vtroq; modò licite: nempe aut illas per modum simplicis attestationis afferendo, sicut de Euangelijs & Sanctis modò dicebamus. Nam hoc est in virtute iurare per Deũ. Secundo verò modo id cõtingit per viã execrationis: nempe creaturã Deo oppignorãdo eiusq; iudicio subdendo, si res aliter habeat q̃ iuratur. Et sic homines iurant per vitam propriam, aut filiorum, & quorumlibet necessariorum. Sensus enim est, quòd Deus vitam nobis adimat, nisi quòd iuramus verum existit. His appenditur corollarium, quòd iuramẽtum illud Ioseph. Genes. 42. per salutem Pharaonis, potuit esse & execratorium, putà quòd si iuratio esset falsa, Deus regẽ vita mulctaret. Quemadmodum &. 2. ad Corinth. 1. iurauit Apostolus, dicens, Ego testem Deum inuoco in animam meam, hoc est in vitam meam. Sed potuit nihilo minus per modum simplicis cõtestationis fieri. Nam cùm Deus per principes iustitiam exequatur: iuxta illud, Per me reges regnant, possint ipsi & prælati, personæq; publicæ per iuramentum quasi Dei contestes veritatis citari. ¶ Hæc omnia clara sunt, neque indigent, nisi memoratione primi articuli: vbi declarauimus, quòd adducere creaturam in assertionem veritatis non est iuramentum, nisi vt testis, vel per modum execrationis aduocetur. Quare dicere per fidem meam, aut in veritate mea non est iuramentum. De secunda verò conclusione, quæstione proxima redibit sermo, vbi grauitas impietatis iurandi blasphemè per creaturas exaggerabitur.

Prima conclusio.

Genes. 42.

Secunda cõclusio.

Tertia cõclusio.

NOta solutionem primi argumenti. Quòd enim expositionem Hieronymi super illud Matthæi. 5. Diuus Thomas approbat. Neque per cælum &c. dicentis q̃ Christus illic nõ prohibuit iurare per Deũ, sed per creaturas blasphemẽ more gentilium quos Iudæi imitabantur, non arbitreris in integrum approbasse, at præcise quantũ ad id quod Hieron. asserit inhibitũ illic esse iurare per creaturas blasphemè. Nam quòd præterea sentire videtur: scilicet q̃ non fuerit etiã illic modificatum iuramentum per

Solut. 1. adnotanda.

per creaturas catholicè, nec prohibitum iurare per Deũ sine necessitate, tum ipse Diuus Tho. respuit suprà artic. 2. tũ nos subinde impugnauimus. ¶ In solutione secundi, nota sensum iam 4.1.c. borum Canonum. Clericum & fr quis per cã- & pillum. 22. q. 1. Haud enim facilè est sensum eo- rum deprehendere. Vbi enim Concilium Carthaginense prohibet clericum per creaturas iurare, non est intelligẽdum idololatriã illic prohiberi, ac si clerici creaturas pro dijs adorarent, alias neq; solus clericus id facere prohiberetur, neque sub tam leui pœna, sed solum, vt ait hic S. Tho. prohibebatur iuratio ad blasphemiam infidelitatis pertinens. Tunc enim cum Christiani inter infideles viuerent, illa fortè pollicebantur iurandi forma per Solem, per Mercurium, & per alia id genus, quæ gẽtilitas pro dijs colebat. Id quod clericalem habitum miligniter deturpabat: & ideo statuitur illic clericum sic iurantẽ acerrimè obiurgandum, & persistentem excommunicandum. In altero verò proximo capitulo: Pius Papa declarat blasphemiã esse contra Deum, iurare per capillum, & per caput Dei: sic nimirum de Deo loquendo, acsi caput haberet & capillos. Et ideo clericus sic blasphemans deponi iubetur: laicus verò Anathematizari. Et ad hoc genus blasphemiæ reducitur, vt quæst. sequent. dicturi sumus, impudẽ iurare per membra Christi. ¶ Ac perinde patet solutio tertij, quod est tale. Cultus latriæ nõ debetur alicui creaturæ, quippe quod Pau. ad Rom. 1. acerbè vituperat: ergo non licet per creaturas iurare, propterea quòd iuratio sit latriæ cultus. Responsio tamen est iuxta secundam conclusionem, non licet iurare per creaturas exhibendo illis reuerentiam Dei. Exodi nã que. 23. legitur. Per nomen externorum Deorum non iurabis.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm omne iuramentum vim habeat obligandi.

COnstituta per omnes suos numeros iuramenti natura, subsequitur quæstio de eius effectu: nempe de vi quam habet obligandi. Ad quã quæstionem D. Tho. ne ab eius ordine diuertamur, sex conclusionibus respondet. Prima est. Obligatio nõ videtur iuramentum respicere assertorium, quod est de præsenti, vel de præterito. Neq; vero illud quod nõ est in potestate iurantis implere, vt si quis craſtinã pluuiã iuraret futuram: sed de his dũtaxat quæ per eum qui iurat facienda sunt. Conclusio ex ipso verbi significatu protinus elicitur. Obligatio nanq; ad id refertur, quod est, vel faciendũ, vel dimittendũ. Est enim voluntatis ligatio ad id ad quod quis pollicetur: ligare se: ergo nemo potest, nisi ad id quod in suo est arbitrio, vel facere, vel omittere. Si autẽ quis asserit hoc vel aeci disse, vel in præsenti accidere, nõ est in suo arbitrio positũ, vt verum sit vel falsum. ¶ Secunda conclusio. Hoc nõ obstante discrimine, tam iuramentũ assertorium de præterito, aut præsenti, q̃ promissorium eorũ, quæ per nos agenda sunt, debet habere veritatem. Hæc per naturam iuramenti euidens fit. Nam Deum in testem, nisi veritatis, adducere nefas est. ¶ Huic secundæ cõclusioni appendix subiungitur tertia. Tũ assertorio q̃ promissorio sua innata est obligatio. Diuersimodè tamen: quoniam obligatio assertorij de præsenti vel præterito non fertur in rem iuratam, sed ad actionem iurandi refertur. Hoc est, nemo iurat, id verum efficere quòd asserens iurat, sed tamen obligatur id præcisè iurare, quod verum est. Et ideo in prima conclusione non simpliciter negauit obligationẽ ad iuramentum assertorium respicere, sed dixit videtur: aliàs sibi per hanc tertiã contradiceret: qua asserit quodammodo obligationẽ in ipsum cadere. Attamen in iuramento eorum, quę per iurantẽ exequẽdã sunt, obligatio cadit ecõuerso super rem iuramento firmatã. Tenetur enim quisq; id verum efficere, quòd sub iureiurãdo pollicetur. Itaq; differentia est hæc, q̃ in iuramẽto assertorio obligatio non nascitur ex iuramento, sed ipsum antecedit: tenetur enim quisq; iurare verum. In promissorio verò ecõuerso obligatio est effectus iuramenti: ex eo enim quòd quis iurat, manet obligatus iuramentum implere. Quod nisi fecerit, deerit iuramento primus præcipuusq; comes, vt supra dictũ est, nempe veritas. Ex hac autem conclusione enascuntur subsequentes. ¶ Est ergo quarta, si quis id iurat quod nõ est in sua potestate: vt si pauper sub iureiurando talentum polliceretur, deest iuramento tertius comes, nempe discretionis iudicium. Nisi fortè quod dum iurauit possibile erat, factũ est deinde illi impossibile: vt si diues in paupertem incidat. Tunc enim per impossibilitatem excusatur, dummodo quantum in sua est potestate faciat: similiter vt in voto. ¶ Quinta conclusio. Si verò id quod quis iurat sit eidem factu possibile, neutiquam tamen licitum: aut quia per se iniquum est, vt homicidium aut furtum, aut maioris boni impedimentum. Vt si quis nun-

1. Cõclusio.

Discrimine explicatio.

4. Cõclusio.

5. Cõclusio.

3. Cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nũquam religionem ingressurum iurasset, deest secundus comes iuramenti: nempè iustitia. Ex quo fit cõsequens, vt iuramentum eiusmodi quatenus iniquum est, non sit seruandum. Nam secundum August. vtrunq; eorum vergit in deteriorem exitum, scilicet iurare & seruare. ¶ Ex his demum colligitur sexta conclusio, Conclu. 6. Quicunque iurat aliquid se facturum, obligatur efficere vt veritas impleatur: dum tamen alij duo comites assistant, videlicet iudicium & iustitia. Atque hic est vnus sensus illius euangelici Domini mandati, Reddes Domino iuramẽta tua: Hoc est solues fidem quam iurãdo Deo obligasti. Quãuis alter etiam sit verus, Hoc est iura per Dominum cui soli tanquã vero Deo honor iuramentorum debetur.

Primum dubium. IN isto articulo nonnulla sunt dubia minimè contemnenda. Primũ est, Vtrùm obligatio iuramenti promissorij in vniuersum sub reatu mortalis peccati perstringat vouentem: id quod per ea quæ libro præcedẽti de voto dicta sunt, haud difficilè dissoluitur. Repetimus hic tamen illud propter Caietanum, qui diuersam opinionem, quam illic insinuauimus, probare videtur, & disputatio quæ se primum offert, est de iuramentis minimarum rerũ, quæ præsenti loco vniuersim absq; vlla exceptione obligare censet sub reatu peccati mortalis, id ipsum de voto existimans: vt si quis vouerit dicere Aue Maria, & non dixerit mortaliter (ait) delinquit: & multò grauius si votum iuramento firmauerit. Imò licet Deo nihil voueret sed homini sub iuramẽto. Et quidem de voto hoc pacto sibi id persuadet. Cùm ille qui vouet sua se sponte Deo obstringit constituendo id determinatè quod vouit tãquãm Deo debitum, quantuncũque rem minimam illi polliceatur, id per vjam religionis Deo debet, atque adeò si nõ soluat mortaliter, ait, delinquit. Vnde ad argumentum si quis contra obijceret. Si præceptum esset diuinum de re minima: vt nõ ioco mentiri, non obligaret nisi sub reatu venialis culpæ. Pariter neque obolum furãs peccat ob tenuitatem materiæ nisi venialiter: tametsi furtum genere suo sit mortale: ergo neq; votum rei perexiguæ obligabit sub reatu mortali. Negat consequentiam: quoniam præceptũ debet ex natura rei pensari: votum autem ex voluntate vouẽtis. Quòd si rursus arguas. Si quis voueret recitare Psalmum, & inter recitandum omitteret versiculum, non esset nisi venialiter: ergo neq; qui voueret recitare versiculum mortaliter delinqueret, illum omittens. Negat rursum consequentiam, quoniam prætermittere modicum ceu partem cuiuspiam totius quasi pro nihilo reputatur: id ipsum verò tanquam totum omittere, est voto in integrum aduersari. Attamen his omnibus nihil obstantibus quatenus ad materiam voti res attinet, id quod libro præcedenti asserebam, constitutissimum mihi est, quòd votum de re parui momenti sub reatu duntaxat obligat venialis culpæ. Et ratio est, quam illic meditabamurnẽpe quòd qui vouet, cõstituit se obligare eo modo quo diuina lex si præceptum esset, id exigeret. Nam rustici homines imò neque elegantiores, non apponunt formæ vouendi sub reatu mortali neque venialis: sed simpliciter hoc relinquunt naturæ rei. Ergo quemadmodum furtũ quod genere suo est mortale, ratione exiguitatis materiæ, fit veniale: sic & votum: quippe cp nemo se obligare intendit, nisi quo pacto eum diuina lex obligaret. Imò quanuis diceret voueo sub reatu mortali, dare calamum alicui, votum esset stultum & nõ obligaret ad mortale, quin verò si esset res vana, nullatenus obligaret, vt illic diximus: atq; adeò si esset leuis, esset veniale. Fallacissima ergo illatio est Caieta. ex eo, cp quis sua se sponte per votum obligat, colligere cp se obliget sub reatu mortali. Fateor equidem aliquantulo plus venialis culpæ esse vouenti versiculum recitare, totum omittere, q̃ vouenti dicere psalmum, prætermittere versiculum: sed tamen nõ excedit venialem culpã. Pari enim facilitate alioqui diceres vouẽti vnã proferre dictionẽ, mortale esse illam omittere: nisi forsan illuc suffugeres, quòd iam votũ esset inane: de voto autem satis diximus. De iuramento verò vrgentior perstringere videtur ratio. Nã, vt quæstione proxima asserturi sumus, omne iuramentũ falsum assertoriũ absque vlla prorsum exceptione, est mortale. Enimuerò periurij culpa in hoc sita est. cp Deus in testem adducitur falsi. Tam falsum autem est te, verbi gratia, nõ mouisse palpebras, si mouisti, q̃ non occidisse regẽ, si occidisti. Quare hîc non attenditur tenuitas materiæ, vt fiat veniale. Pari ergo modo, si iurasti dicere Aue Maria, vel dare alicui minimum numum, & non facis, falsa tua est iuratio, atq; adeò esse videtur lethalis culpa. Hoc tamen non obstante argumento negandum arbitror iuramentũ promissorium rei leuis vinculum mortalis reatus injicere: imò promissum eiusmodi non soluere, non erit nisi veniale, siue iuramentum adhibeatur voto (vt recitandi versiculum) siue humanæ promissioni, vt exiguum donandi amico assem. Et vt ratio clarescat, animaduertendum est omni iuramẽto promissorio duas inesse veritatis rationes: nẽpe & assertorij & promissorij. Exẽpli gratia: qui iurando quidpiam pollicetur, tenetur (vt hic in solutione primi authoris est D. Tho. & quæstione sequenti repetemus) certum in præsenti habere propositum id faciendi, quod iurat, aliàs primus deerit comes: nempe veritas: subindeq; iuramentum erit falsum, atq; adeò absq; vlla prorsus exceptione peccatum mortale. Tenetur inquam simpliciter si legitimum est quod iurat, vel si est illicitum, tenetur secũdum quid, supposito quòd iuret. Quamobrẽ sine quis iuret rem iniustissimam, vt ciuitatem se incensurum, aut asserturum hæresim, siue rem leuissimam, siue futilem & vanissimam, vt fricare barbam, non habens in mente certũ id facere, periurus est & mortaliter delinquit. Quocirca qui homicidium perpetrare iurat, vtroq; modo fiet periurus. Si inquã id in proposito non habet, periurus est, quia falsè iurat: si verò tale habet propositum, periurus etiam, quia iniquum iurat. Itaq; ratio hæc prima veritatis assertorij cõsistit in hoc quòd verbo mẽs tunc præsens respondeat, ne contra mentem atq; adeò mendaciũ iures. Altera verò est veritatis ratio quæ sequitur obligationem iuramenti. Ex eo enim quòd iurasti vinculo te obstrinxisti verum id posteà facere in executione. Hæc autem obligatio qualis quantaque sit, non ad mensuram veritatis prioris pensari debet, sed ex natura materiæ. Atq; hac ratione D. Tho. vt conclusione tertia vidimus, diuersimodam obligationem in promissorio iureiurãdo dignouit, quàm in assertorio. Per hãc regulam multæ inuotescunt iuramentorum obligationes, quas superiori lib. quæst. 1. de voto adnotabamus. Iurasti rem indifferentem, nempè quæ per se vana est, & nullius prorsus emolumenti: vt fricare barbam, vngues non resecare in sabbathõ, aut non loqui cum homine, vnde nullum prorsus sequitur inconueniens. Quemadmodum ergo tunc diximus votum illius rei non obligare: pari modo censendum, neque si fuerit iuramento confirmatum obligare, quoniam iuramentũ non est nisi voti firmitas. Ob idq; cùm res illæ non sunt Deo gratæ, nec proximo vtiles, vt non sunt materia voti, ita neq; iuramenti: quoniam talibus iuramentis iudicium deest. Nunc enim de obligatione voti loquimur, quòd ad hanc quæstionem spectat. Quæ iam autem quantaque eiusmodi iurationes non obligatoriæ delicta sint, ad quæstionem sequẽtem de periurio attinet definire. Itaq; non magis hoc iuramentum obligat, quàm si esset rei illicitæ. Nisi quòd illud neutiquam implere licet: hoc autem seruare possumus, sed non tenemur. Hinc ergo ratio ad nostram sententiã ap-

Sententiarum.

De iuramento.

Notandum.

plicatur. Obligatio ex iuramento promissorio resultans, non inde pensari debet, quòd simpliciter illud implere verumque facere tenemur. Quandoquidem qui rem iurauit illicitã, aut nõ possibilẽ, aut vanã & futilẽ nullatenus obligatur: obligatio ergo implendi iuramentum non resultat, nisi secundum qualitatem & quantitatem materiæ. Fit ergo consequens, vt vbi materia est leuis, obligatio sit pariter leuis, & non peior quàm venialis. Et confirmatur hoc rursus. In omnibus alijs criminibus quãtumcunq; grauibus leuitas materiæ in causa est, vt peccatum genere suo mortale fiat veniale, vt furari obolũ. In iuramento autẽ ob id tenuitas materiæ non attenuat peccatũ, quoniam tã falsa est assertio in re leui, q̃ in re graui: hoc autẽ solũ habet verũ in assertione aut negatione: vt scilicet non iures cõtra mentem: ergo obligationẽ inde resultantẽ nihil obstat, quum sequatur conditionem materiæ. Quandoquidem vt de voto proximè dicebamus iurans non se intendit, nisi ad morem legis obligare. ¶ Et tertiò arguitur. Si Deo rem minimam voueas, vt modo dicebamus, non resultat obligatio sub reatu mortali. Nam sicut inter homines sic inter nos & Deum æstimandum est quanti ei referat, id quod ei spondemus: ergo licèt illa promissio firmetur iuramento non mutabit speciem, vt fiat mortalis. Adde quòd si quis voueret ab hoc singulari ótioso verbo, aut, otioso mendacio abstinere, profectò cõtrà faciens nõ peccaret, nisi duplata veniali culpa, & contra legẽ & cõtra votũ: ergo etsi id iuramento confirmasset, nõ peccaret, nisi citra mortale duplicata culpa. ¶ Quarto, id denique confirmatur. Secundũ contrariã opinionẽ consequẽs fieret mulieres, quæ paruo animi calore iurciurando promittũt filios verberare, aut res aliàs eiusdem farinæ, non implendo mortaliter peccare. Nam euasiones Caietani minimè ad plenũ satisfaciunt. Ait enim vel ex eo quòd ira correptæ potius ad vindictam iurant quàm ad correctionem, vel ex eo quòd iuratas correptiones in melius, mutant ne verberati pueri in pejus recrudescant excusari: quæ profectò suffragia vim argumenti non extinguũt. Nam sæpissime id faciunt non tanta ira cumplenim habeãt rationis iudicium, idq; in bonũ correctionis relatum, & tamen durum esset in his leuissimis corrigendi iuramentis obligationem sub reatu mortali asserere. Et pariter si quis forsan polliceatur puero pomũ, quod exemplum est Caietani, vbi huiusmodi obligationem sub reatu mortali inesse putat, quæ sanè censura acerrima esset. Satius est ergo & rationi longè cõ-

Ratio cõclusionis.

firmatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonantius dicere omnia illic iuramenta ob leuitatem materiæ leui quoque venialiq; adeò vinculo irretire iurantem. Atq; eadem propemodum ratione de illis iurationibus sentiendũ, quibus se homines mutuicem præuenientes iurant se non præcessuros in exitu, & dum se mutuò vel ad conuiuium vel ad ludum iurando inuitant: sunt enim peccata, & si non adsit intentio id faciendi quod iurant, mortalia quidem: sed tamen quantũ ad obligationem: tum quia pendẽt ex aliorum consensu, atque adeò non proponuntur tanquàm absolutè facienda, sed quãtum in potestate iurantis fuerit, tum præcipuè quia de re sunt parui emolumenti non obligãt sub reatu mortali. ¶ In quarta & quinta cõclusione quæ sunt tertiæ declaratoriæ, explicantur tres modi quibus iuramentum sit incautũ. Quorum primus est, cùm quis impossibile iurat: vbi adnotandum est non satis esse id quod iuratur esse difficilimũ vt admittenda sit in foro conscientiæ excusatio, sed requiritur esse impossibile: vnde quantuncunq; iuraueris grauissimum æs persoluere, licèt tibi perquàm difficile fiat, teneris iuramẽtum seruare, nisi aliunde res iurata desineret esse actus virtutis: nã si esset manifestum prodigalitatis vitiũ nõ ligaret. Rursus licèt nullũ esset vitiũ, esset tamẽ res grauissima, causam tũc secũ afferret idoneã petẽdi dispẽsationẽ iuramẽti: vt si mulier pedestrẽ eãdẽq; lõgam peregrinationẽ iurasset, aut quisque difficile aliud, vnde periculum timeretur. Tunc autem pẽsanda veniret iuramenti causa, commutaretur potius quàm omnino dispensaretur, vt secundũ verbum S. Thomæ, id fiat quod fieri potest. Secundus modus incauti iuramenti est, cùm quis iurat rem illicitam: & tertius cùm id iurat quòd obstaculum est rei melioris, de quibus statim in solutione secũdi. Reliqua verò quæ hìc dubitari possunt perinde omnino definienda sunt vt superiori libro in materia de voto sunt enucleata, verbi gratia, dicebamus quæstione. 1. artic. 3. quòd si quis ob malum finem rem aliàs licitã vouet, votum tenet: vt si quis ob inanem gloriam eleemosynã voueret facere, sic tamen vt finis ille ob vanam gloriam in opus eleemosynæ non cadat, votũ teneret. Nam si sensus esset quòd opus dandi fieret ob vanam gloriam, tunc quia eiusmodi opus non est licitum, nec eiusdem operis votũ tenebit: sed dum votum fuit ob vanam gloriam, tunc licèt votum sit vitiosum, tamen quia materia est bona teneris illud implere: dum tamen implea s ob vanam gloriam. Idem ergo prorsus sentiendum de iuramento facto ob similem vanum finem vel turpem: tenet enim si

Tribus modis iuramẽtum incautum.

sit de materia licita. Nisi forsan id iurares vt Deus tibi adiutor iniquitatis adesset. Si enim iurares eleemosynam aut peregrinationem facere, quo Deus te vel sanctus cõpotem faceret adulterij perpetrandi, iuramentum non te obligaret: quia vt impium est ab eo iniqua deposcere, ita & munus aliquod ei tali ratione offerre. Reliqua illic latiùs.

IN argumentis D. Thom. tractat quatuor iuramentorum vitia: nempe incertum, incautum, coactum, & dolosum. Primum argumentum est. Iuramentum inducitur, vt dictum est, ad confirmandam veritatem: quando autem quis rem futuram iurat, satis est tunc ad veritatem id habere in proposito, licèt postmodum euentus non respõdeat. Id quod Paulo. 2. ad Corinth. 1. accidit: ergo promissorium iuramentum non habet vim obligandi. Ait enim illic Paul. proposuisse venire ad illos: sed tamen postmodum bona causa propositum mutasse. Respondet Sanc. Thom. discrimen esse inter simplicem assertionem, & iusiurandum. Nam ad veritatem simplicis assertionis satis est hominem habere in animo id facere quod affirmat, licèt nõ sit certus. Affirmat enim quod in suo proposito verum, vt in sua causa, existit. Quare licèt propositum pòst sine causa detractet non est mendax: vt si ego modò aio me à prandio dormiturum, & postea nolo. Sed ad iuramentũ non satis est iuranti id habere in proposito, sed requiritur quòd habeat in animo antequam iuret adeò id certum & firmum vt nisi impossibile fiat factu aut in deteriorem exitum vergat, neutiquam liceat contra iuramentum facere. Quare Paul. non iurauit ad Corinth. ire, sed id dixit quod proposuerat. Quanquam etsi iurasset, forsan causam mutandi propositum habuisset licitam: ne scilicet contractaret eo sua præsentia ob acerbam punitionem incęstuosi. Notandum ergo est hìc quod proximè asserebamus: scilicet iuramentum promissorium duas exigere veritates: nimirum & intentionis faciẽdi dum iuratur, quæ est sicut veritas assertorij, & præterea vt id quod iuratur fiat, si alij simul etiam iuramenti comites concurrerint. Præterea animaduertendum etiam verum iurare, nisi res sit certa, genus esse quoddam periurij, atq; adeo peccatũ, vt quæst. sequent. artic. 3. ostensuri sumus: est enim tunc tertius iuramenti comes, nempe iudicium. ¶ In secundo argumento explicatur quinta conclusio superius posita de iuramento incauto, & est argumentum, virtus vt est in prædicamento, non est virtuti contraria: iuramentum autem actus virtutis est, & nihilo minus

Argumen. 1 de iuramento incerto.

Paul. 2. Corinth. 1.

Argum. 2. de iuramento incauto.

nus vsu venire potest, vt ipsum implere sit cõtra virtutem: vt cùm quis vel inique facere iurat, vel à meliore virtutis fruge desistere: ergo tunc iuramentum non erit obligatorium: & tamen appareat verum esse iuramentum. Respõdet autem per duas distinctiones: quare respõsio quatuor assertionibus concluditur. Ait enim primum quod iuramentum vergens in deteriorem exitum non obligat: vergere autem in deteriorem exitum est, quod peius sit ipsum implere quàm infringere, & est modus loquẽdi Augustini & Bedæ super Matthæum homil. 24. & refertur. de consecratio. distinct. 4. cano. Si aliquid fortè. Primo, & secũdo. Hunc autem peiorem exitũ dupliciter habere iusiurandum potest. Vno modo quia statim à principio secum illum prauum exitum afferebat. Atq; id rursus dupliciter, videlicet aut quia id quod iuratur secundùm se malum est, vt iuramentum perpetrandi adulteriũ, vel quia obex est sublimioris boni, vt cùm quis iurat religionem non ingredi aut dignitatem nullo casu acceptare. Ex quibus quidem duo differentes effectus pullulant. Vnde secundum assertum est, quòd dum quis delictum patrare iurat, tũc & iurando peccat, & pariter iuramentum implendo. Tertium assertum est quòd dum quis iurat à bono supererogationis abstinere, quod aliàs facere non tenetur, peccat quidem iurando, eo quod Spiritui sancto bonorum inspiratori obicem opponit, non tamen peccat iuramentum implendo, sed tamen multo sibi melius consulit non seruando. ¶ Ex his ergo hæc fida regula obseruanda colligitur, quod huiusmodi incauta iuramẽta sine impleantur, siue secus, & periuria sunt dum fiunt, vt quæstio. sequenti. artic. 3. explicabitur, & nullatenus obligant, sed rem iuratam in sua nuda natura relinquũt. Vnde qui iurauit furtum aut homicidium facere, si furetur, aut occidat eodem prorsus modo & gradu peccat, ac si id nũquam iurasset, imò verò qui illud crimẽ ad vitalium iuramenti respiciens perpetraret, scilicet, vt reuerentiam seruaret iuramento, profectò grauius delinqueret. Nam blasphemia est malum ob reuerentiam Dei faciendi: qui autem vouit religionem non ingredi: aut eleemosynam non facere perinde ac si non iurasset contrà istius ei erit, contra iuramẽtum facere, tametsi illud implere non sit peccatum. Nisi fortasse illud opus quod erat supererogationis, oblatus casus necessarium constituerit: vt videlicet si nisi occurrerit qui grauiter pereat gutur inopia. Tunc enim necessarium est contra iuramentum, eleemosynam ei porrigere. Et simile exemplum est canon. florẽtinum. dist. 85. vbi refertur Archidiaconum qui iurauerat nunquam acceptum ire Episcopatum, à Gregorio fuisse coactum accipere: eo quòd iudicatus fuit ecclesiæ necessarius: atq; adeò oportuisse iuramentum infringere. Subdubitabit hìc forsan quantæ sit culpæ iuramentum quod obstaculum est supererogationis. At verò huius respõsio non ad præsentem, sed ad subsequentem quæstionem attinet, in qua vniuersæ peierandi species perpendendæ sunt. Illicq; adeò differendum quanta sit culpa in iuramento peccandi venialiter.

¶ Contra illud autem quod dictum est, iuramentum de re illicita non esse implendũ quis forsan opponat de Iosue. 9. Et refertur de consecr. dist. 4. can. inter cætera. fœdus pacis quod cum Gabaonitis inierat, seruauit. Quod quidem iuramẽtum illicitum fuisse ex eo constat quòd Deus, vt habetur Deu. 7. impensissimè inhibuerat fœdus cum illis gẽtibus, ferire, aut vlli eorum parcere. Respondetur tamen quòd iurando non peccauit. Nam fuit deceptus credens aliarum fuisse remotissimarum gentium legatos. Post verò quando resciuit esse Gabaonitas, quoniam prohibitio parcendi illis non erat de iure naturæ intrinsecè mala, sicuti homicidium, sed de iure positiuo, meritò veritus est ne ingentiorem Deo irrogaret iniuriam iusiurandum, quod per eius nomen bona fide fecerat, violando quàm priori eius mandato obsequendo. Præterea, vt Ambro. libr. de offic. ait meliori eos morte multauit, scilicet obsequio ministerij diuini. Sic enim habet historia. Reseruentur, vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peieraverimus eis: sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cędant, aquasq; comportent, &c. ¶ Secundum membrum distinctionis est, quòd iuramentũ potest habere deteriorem exitum. ¶ Secũdo modo, non quod à principio illum importaret, sed propter id quod de nouo emergit. Quale fuit iuramentum Herodis in gratiã Herodiadis emissum, quod quicquid ab eo peteret illi concederet. Potuit enim à principio esse dictũ moderatione subintellecta si tem petet honestam, postea verò propositæ eius petitioni debuit rescindi. Nam vt Ysidorus in synonymis ait lib. 2. & refertur, de consecr. distin. 4. in malè promissis rescindenda est fides. Et vt ait Ambro. libr. 1. de offic. & refertur eadem distin. canone est etiam, contra efficium nonnũquam est permissum soluere sacramentum. Idemq; Gregor. admonet canon. nerũ distin. 13. & concilium Toletan. canon. duo mala. Et

Iosue. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Augustin. in sermone de decollatione Ioan. & refertur eadem distinct. 4. canon. quòd Dauid. Dauidē laude cōmendat, qui cùm iurasset Nabal Carmeli interficere, effectq; ad opus succinctus, precē Abigail illius vxoris proposituṁ retractauit, illiq; pepercit: nam fuerat iuramentum præ ira incautum. De illis autem qui voluntatem aliorum facere iurant, quæstio. sequenti. art. 2. alius offertur aptior dicendi locus. ¶ Fertur argumentum de iuramento coacto est huiusmodi. Quādoque homo inuitus compellitur iuramēto aliquid promittere, quos tamē, vt refertur cap. verum. extra. de iureiurando. solēt Romani pontifices nexibus iuramentorum absoluere: ergo non omne promissorium iuramentum est obligatorium. Ad hoc autem D. Thomas suppohita distinctione quatuor respondet. In iuramēto enim inquit coacto duplex est obligatio, vna qua iurās obligatur homini cui quippiam promittit. Et talis inquit obligatio per coactionē tollitur. Qui enim vim intulit, indignus redditur cui seruetur fides. Alia autem est obligatio, quæ fit Deo propter iuramenti reuerentiam. Et talis inquit obligatio non tollitur in foro conscientiæ: quia optatius est damnum temporale sustinere, quàm iuramentum violare. Ait verò tertiò, quòd in iudicio datur soluti repetitio. Quare potest qui iurauit, denuntiare prælatb nō obstante quòd iurauit non denuntiare. Quoniam obseruatio talis iuramenti contra publicam iustitiam vergeret. Quartò demum, inquit, quòd solent Romani pontifices homines ab huiusmodi iuramentis absoluere, non quasi decernentes non esse obligatoria, sed eorum obligationes ex iusta causa relaxantes. ¶ Hæc autem singula perpendenda sunt. Et primum falsa videtur distinctionis assertio, scilicet in iuramento coacto vnam obligationem, quæ fit Deo, atque alterā quæ fit homini. Nam si aliqua fieret Deo tūc ille coactor vt latro, cui in memore iuramentū ab oppresso viatore præstatur, nequiret iuramentum illud totum relaxare. Nam obligationem respectu Dei, non posset remittere: imò nec ecclesia id posset, nisi ob superuenientem causam dispensare: quia ecclesia non potest vltum Deo factum & multominus iuramentum relaxare: & tamen relaxat, vt asseritur in dicto capitulo rerum. &. 15. quæst. 4. in multis capitulis. Ad hoc autem facilè respondetur verba Sancti Thomæ non esse accipienda per columniam, vt sonare videntur sed secundum eius mentem: nempè in iuramento promissorio inesse duas obligādi rationes. Vbi cūm non duę fiunt promissiones, vna Deo & altera homini, sed vna tantùm homini, quæ iuramento confirmatur, non est nisi obligatio vna duplici ratione constituta: scilicet & virtute promissionis si est legitima, & virtute iuramenti, & ideò ille cui promissio fit remittere totam potest: & pariter ecclesia vbi metus iniuria irrogatur. ¶ Nascitur hinc tamen aliud dubiū circa secundum assertum, videlicet quòd illa obligatio coacti iuramenti non tollitur in foro contentioso. Et est argumentum. Quanuis cesset obligatio ratione promissionis coactæ, vt in priori membro assertū est: nihilo minus postquam manet ratio obligandi respectu iuramenti, deberet iudex iurātem cōgere iuramentū seruare: postquam constat esse in conscientia obligatorium: alias iustitia non satis in rebus manifestis prouideret. Syluest. in verbo iuramentū. 4. ratione huius hanc reddit, quòd ecclesia eiusmodi iurántes non cogit, propterea quòd præsumit nunquam habuisse intentionem se obligandi. Hæc autem ratio falsa est, imo ecclesia putat eum qui iuramentum coactum non seruat esse periurum, vt patet cap. si verò. & cap. verum. extrà. de iureiurando: quare dispensando in huiusmodi iuramentis nō censet illa esse irrita. Respondetur ergo quòd iustitia publica non attendit nisi ad pacem tranquillumq; statum reipublicæ: & ideo non debet iniurijs fauere per vim illatis, ob idq; nō cogit eiusmodi iurantes, sed si non impleuerint iuramentum eos ad Dei tribunal remittit. Nam vt. C. de iureiuran. admonitum est, iurandi contempta religio satis Deum vltorem habet. ¶ Sed vrgentiora argumēta sunt ad partem oppositam: nempe huiusmodi coacta iuramenta nequaquam coram Deo conscientiam ligare: enimuerò iuramentum, quemadmodum votum, vt proximè dicebamus, vim nō habet obligādi apud Deū, nisi vbi materia est opus virtutis. Si enim sit res illicita, vel auctioris boni obstaculum, vel indifferens & vana, iuramentum nō ligat: sicut neq; votum. Iuramenti autem materia per coactionem extorti, nullius est officiū virtutis (supponamus enim incussum esse metum cadētem in constantem virum, de quo libro superiori explicatissimè dictum est) ergo eiusmodi iuramētum non obligat apud Deum. Probatur minor præmissa. Materia eiusmodi iuramenti est ipsa materia promissionis: illa autem nō est opus virtutis. Nam per se absq; iuramento nō esset iustitia promissum seruare: quia nulla in eo ineſt ratio debiti, quæ est de intrinseca ratione iustitię. Quare nec est actus fidelitatis vt pote quæ inferenti vim nulla debetur. Neque verò est actus liberalitatis, quoniam illa non est dona-

Argumē. 5. de iuramento coacto.

Non est duplex obligatio in coacto iuramēto.

Aliud dubium.

Argumentoria contra.

donatio, quippe cùm solutum repetere liceat. Neq; verò est opus supererogationis. Nam beneficium præstare indigno, qualis est prædo qui vim infert, speciem habet mali. Sed ais forsan illud promissum soluere, esse actum religionis propter annexum iuramentum. Contra hoc autem emergit argumentum. Etenim vt D. Tho. superius artic. 5. docuit, discrimen est inter votum & iuramentū, id enim quod quis vouit quia Deo offertur, ipsa oblatione fit actus religionis: id autem quod iuratur non fit propterea religio, sed è conuerso reuerentia diuini nominis, quæ est religio, adiungitur ad confirmandum id quod per se erat virtus. Quare quod ante non erat actus religionis, per iuramentum non fit religio, imò nec per votum reliqua materia fit actio religionis, vt proximè dicebamus, nisi ipsa etiā sit materia alicuius virtutis. ¶ Secundò ad huius explicationē arguitur. Iuramentum promissorium nihil aliud est quàm promissionis confirmatio. Nam sicut cō firmatio donationis non est noua donatio, sed robur prioris, sic & confirmatio promissionis non est alia promissio: imò iuratio & promissio, vt suprà dicebamus, sunt duæ rationes ad eandem obligationem oppositæ. Promissio ergo est fundamentum obligatoriæ rationis, quę est in iuramento. In iuramento autem coacto nulla est promissionis obligatio, vt Diuus Thomas planè fatetur, quandoquidem illa obligatio per coactionem tollitur: ergo neq; eiusmodi iuramentum ligat. Et confirmatur hęc ratio, iuramētum sequitur vim materiamq;, promissionis: si enim promissio est de re vel illicita vel inutili iuramentum non ligat, ergo vbi promissio est nulla, multò minùs obligabit. ¶ Tertiò denique arguitur. Illa traditio pecuniæ non est illi vtilis cui datur, illi scilicet, qui iuramentum extorsit. Nam ille recipiens & peccat, & periculo se exponit nunquam restituendi: quod autem vtile non est alteri nec sub voto cadit nec sub iuramento. ¶ Hæc omnia bene Caiet. dissoluit: cuius ergo prolixum rescōsum summatim elucidemus. Iuramentum coactum triplici ex capite exiit mandum est: & tam ex parte iuratis quàm ex parte illius cui iuramentū præstatur: & tertiò ratione materiæ. Et quidem ex parte iurantis, si nihil aliud consideres, nullum est obligationis impedimentum, quoniam secundùm Aristo. 3. Ethico. etsi illic adsit nolitio secundùm quid, est tamen simpliciter votum, vt exemplo illius patet qui infaniente pelago merces in vndas proiecit. Vnde Augustin. coacta voluntas, volūtas est. Ex parte autem illius qui per vim iuramentum extorquet, si nihil aliud meditemur, obstaculum obijcitur obligationi. Quare simplex promissio ratione incussi metus non tenere. Igitur vt obligatio ex illo iuramento oriatur, speculandum est, vtrum materia iurata putà, datio pecuniæ, sit actus alicuius virtutis: tum enim (vt sæpe dictum est) iuramentum obligat. Differt namque votum à iuramento, quòd voti materia, si propriam cōsideres, nō est nisi cōsilij & supererogationis, materia verò iuramenti cuiuscunque virtutis opus. Et quidem qui sic iurat, nō tenetur sic dare pecuniam promissam, vt verè eam in dominium alterius transferat. Quippe cùm alter illud nō acquirat. Nam & qui dedit repetere potest, & qui accipit restituere tenetur, sed tenetur ei illā tradere: illa autem traditio (vt argutum esse) si solùm vti solutio promissi existimetur, nō est virtus, est nihilo minus virtutis officium quatenus redēptio vexationis & molestiæ & fortè vitæ, quam verbi gratia, prædo viarū obsessor adimere viatori parat. Est ergo tūc misero virtutis officiū illa iurata pollicitatione, ppriā vitam protegere: tuncq; adeò erit charitatis officium qua se quisque diligere debet, & dum ob vitam alienam seruatam id iuratur, est officium misericordiæ. Hac igitur ratione iuramētum illud obligat: quoniam seruare iuramentū non vergit in deteriorem exitum, sicut si res iuraretur illicita. Omne autem quod talem non habet exitū obligat. Syluester quidem verbo, iuramētum. 4. §. 7. tenet cum multis quos citat iureconsultis, & putat esse opinionem S. Tho. quòd si coactus ille iurans habet propositum se obligandi, manet quidem obligatus: sin verò illud non habet, minimè obligatur: moderatio verò hæc non est vera, vt illico subsequenti argumento monstrabitur. Qui enim habuit intētionem iurandi, licèt illam non habear se obligādi, manet obligatus. Nam obligatio ex ipsa iuramenti natura si sit de re licita, necessariò nascitur: secus si non intenderet iurare. Vtrùm verò coacto liceat fingere se iurare absque animo iurandi super quartum argumentum dicere properamus. Sed forsan inferas. Ergo elapso illo periculo non tenetur qui iurauit promissum reddere, vt si quis dum tenebatur captiuus iurauit in sui redemptionē certum æs numerare, liber postea dum remeauit in patriam non tenebitur: quoniā cùm iam violētia cessauerit, datio illa non habet redēptionis formā. Respondetur satis esse dum iusiurandum fuit exhibitum, spōsionem fuisse factā sub forma redemptionis. Nam virtute eiusdem iuramenti, postea solutio eandem retinet redemptionis formā. ¶ Sed arguis rursus. Cur non etiam sim plex

Dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plex promissio, postquam eandem habet redemptionis effigiem, non obligabit? Nam dicit S. Thom. quòd tollitur per iurationē. Caieta. respondet quòd simplex promissio debet habere rationem commodi & vtilis, respectu illius cui fit: illa autē redditio est illi prædoni inutilis. sanè cùm delictū illi sit recipere. At verò profectò ratio hæc parum ad rem attinet. Nam si ego debeo pecuniam alicui, etiam ex promissione, & petit ad ludendum, vel ad eius dilapidationem, licèt non sit vtile, teneor nihilominus dare. Ratio ergo in proposito est, q ex natura ipsa rei promissio coacta vim promissionis non habet. Et ideò quanuis promissio verbalis habeat redemptionis formam, quę quidē redemptio genere suo virtutis materia redditur, tamen per coactionem cassatur, nisi iuratio illam confirmet, imò verò quāuis promissio non fuerit metu coacta, sed per aliā iniuriam: quemadmodum indigus vsurario vsuras promittit non illas cogitur in cōsciētia reddere: nisi adiurauit. Decretū est Alexandri tertij ca. debitores. extra. de iureiurand. vbi habetur quòd debitores ad soluendas vsuras in quibus se obligauerant cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt domino iuramentum reddere: licēt pòst repetitionem habeant. Quid si instantius quæras quomodo si cassa est iuramentum eam confirmat. Respondetur quòd quāuis materia iuramenti & promissionis sit eadem, cadit tamen sub illis diuersa ratione. Promissio enim fit homini, & iuramentū per Deū, quod quidē etiam de re propria fieri posset: promissio ordinē habet ad hominem cogentem: sub qua vtique ratione non est virtus. Ad obligationem verò iuramenti sufficit q alia ratione sit virtus, nēpe vexationis redemptio. Quòd autem iuramentum etiam coactum obliget in conscientia, habes eodem titu. cap. si verò. & cap. verum. citatum à Diuo Tho. &. 15. quæst. 6. cap. si quādoque. & sequentibus. In dubium autem imeritò profectò reuocatur, vtrùm non seruare iuramentum coactum peccatum sit mortale, an verò tantùm veniale. Immeritò, inquam, quoniam citra controuersiam concedendum esset mortale: quandoquidem est iuramentū cadens in materiam licitam, quę est magni momenti: iuramentū enim rei licitę ex genere suo obligat sub reatu mortali, nisi ex tenuitate materiæ, vt suprà dicebamus, alleuietur. Si ergo quis coactus iuraret dare pecuniam aliquanti pōderis, certū est teneri soluere sub reatu mortali. At verò Pano. suprà citato. cap. Si verò. quia rem à sua facultate alienam tractabat, ait, obligationem non esse nisi sub reatu veniali, & fuit deceptus verbo illo in ca. verū. iam citato. vbi ait Papa, q qui non seruauerint eiusmodi coacta iurataq; promissa nō ob hoc sunt tanquā pro mortali crimine puniēdi. Sunt tamen illic distinctaverba de culpa & pœna. Ait enim primum Papa, q vt auferatur materia deierandi non dicatur illis, qui coactè iurarunt, vt iuramenta non seruent: ergo non seruantes deierāt in materia graui: ac subinde mortaliter peccāt. id quod quæst. 98. de periurio quæ hic subsequitur artic. 3. D. Thom. expresse asserit. Tametsi omnium sit mortalium periuriorum leuissimum. Quòd autem subditur non esse puniēdos quasi pro mortali crimine, solū ad pœnam ecclesiasticam refertur. Haud enim sunt illa pœna digni in foro ecclesiæ, secus verò apud Deum. ¶ Fortasse hic tamen sophista cōtra hæc asserta argumētetur. Eum qui inuitus iurauit non teneri promissum in totum soluere. Fac verbi gratia, promiserit centum, tunc arguitur. Si soluerit quinquaginta non amplius debet: nam iam alter debet illi illa quinquaginta, ac perinde poterit fieri compensatio. Et eadem ratione si promisit quinquaginta soluendo vigintiquinque plenè soluit. Respondetur tamen secundum id quod suprà adnotauimus, q non promisit pecuniam transferre in dominium alterius: sed verè tradere, siue alter ei tandē debeat, siue secus. Quapropter licèt prędo viatori centum aliàs deberet & viator nihilominus iurauit dare centum, tenetur tradere. ¶ Seriosius tamen argumentum fieri posset de voto. Votū enim, vt articulo proximo explicaturi sumus, magis obligat, quàm iuramentum: votum autem metu coactum, vt lib. præceden. quæst. 1. artic. 1. demonstrauimus, nulla vi pollet obligandi: ergo neq; iuramentum per metum extortum. Hoc autem argumentum illic disposuimus. Votum enim quāuis eò q fit Deo arctiùs obliget quàm iuramētum, quod fit homini, nihilominus si iuramento non cōfirmetur non est nisi nuda promissio: promissio autem coacta, etiam si fiat cum intentione promittendi, vt modò dicebamus, natura sua est cassa, non solū illa, quæ fit homini, verùm & illa quæ fit Deo, vt pote cui obsequiū per coactam voluntatem non placet, sed quod fit sponte. Iuramentum autem si feratur in materiam licitam, sua ipsius natura obligat ratione iam expositā, quoniam est attestatio per sacra, quā nefas est fieri rei falsæ: atq; adeò crimen si per iurantē non reddatur vera. Quapropter si votū coactū iuramento firmetur, illa ratione obligabit, licèt sit dispensatione dignum.

Caieta.

Sentētia autoris.

Iuramentū coactū frangere mortale est.

Panormita.

Sophista.

Argumentū de voto.

¶ Sed & tertium idemq; pugnatius adhibetur de matrimonio argumentum. Matrimonium enim metu cadente in constantem virū contractū, neq; in foro exteriori tenet, neq; secundū conscientiā: ergo neq; iuramentum. Patet consequētia, tum q vt ad matrimonium, sic ad iuramentū requiritur consensus, quare si coactio matrimonio officit, pariter obstabit & iuramentum: tum maximè quod matrimonij arctius est vinculū, quàm iuramēti. Nam si postq quis iurauerit vxorem non ducere illam ducat: matrimoniū est validum. Respondetur tamē à matrimonio ad iuramētum consequentiā non valere. Atqui nonnulli hac sunt discriminis ratione contenti quòd si matrimonium coactum teneret non haberet remedium, quo possit factum infectum reddi eo quòd matrimonium vinculum est indissolubile. Cætera verò promissa per vim iurata etiam si soluantur possunt beneficio repetitionis recuperari. At verò ratio non satisfacit. Nā etiā si quæ iuratione promittuntur repeti non possunt iuramentum esset seruandum quia obligat ex natura rei. Bonauent. verò & Durād. & quidam alij in. 3. distin. 39. meliusculam eam rationem asserunt: nempè quòd cùm matrimonium Christianorum significet vnionē Christi & ecclesiæ, quæ est perpetua debet habere perpetuū atq; indissolubile vinculū, ad quod non solùm requiritur consensus, verū & liber consensus. Attamen nō satis firmiter nititur libertas consensus ad matrimoniū Christianorum. Quandoquidem & coniugium etiā subiacere quoq; naturæ liberū requirebat cōsensum. Dicendum ergo, quòd matrimoniū ob id q à natura ad procreationem prolis constitutum est, ex sua ipsius natura perpetuitatem habet annexā: alias non esset satis liberis educandis consultum, perpetuitas autem ex natura rei liberū exigit animi consensum. Nam quæ violenta sunt, secundum Arist. nequeunt esse perpetua. Iuramento autem quanuis coacto irreuerētia fit si non seruetur. Arguat autem quis fortè contrà, sequeretur, q si quis metu mortis iurare cogeretur ducere aliquam in vxorē, teneretur iuramenti nexu. Respondetur, certum in primis esse tale iuramentū omnino relaxandū: sed tamē vtrùm dum non relaxatur extet obligatio. Bonauent. loco citato respōdet per tale iuramentū oriri obligationē: quare ille iurans, inquit, ante relaxationē cum alia contrahere nequit. Et re vera quantum ad naturā iuramenti verum est, si fiat cum intentione iurādi. Nā quanuis sit contra finē iuramenti illum cōtrahere assensū coacto, nihilo minus nō est adeò intrinsecè malū, qn possit fieri materia redemptionis vitæ: atq; adeò iuramentū teneret, secus vbi nullū est iuramentū. De hoc autē in materia matrimonij latius. ¶ In tertio membro respōsionis ait D. Tho. q postquàm quis promissum illata vi iuratum soluit, potest id denūtiare iudici, aut prælato, etiā si per eundem metum iurauerit non denuntiare: quia illa iuratio est cōtra bonum cōmune. Quod quidem verbum non tenuē offert disputādi ansam. Argumentum enim extat primum cōtra rationem. Nam denuntiatio videtur referri ad emēdationem denuntiati: accusatio verò ad publicā iustitiam: nempè vt reus puniatur: in proposito verò etiam si denuntians emendationē alterius neque non proponat: neq; verò speret, potest suam pecuniā repetere. Respōdetur q huiusmodi denuntiatio non est illarum, quæ per fraternam correctionem fiunt, sed iuridica, vt denuntianti ius seruetur, si id modo probauerit: nihilo minus hic proximus finis refertur in cōmune bonū: qui est vt penes publicā potestatem semper sit facultas ciuium iniuriā repēsare. Et ideo qui iurauit non denuntiare, iurauit rem illicitam: atq; adeò non fuit iuramento deuinctus. At verò profectò hęc respōsio scrupulo non caret. Nam in primis ex ea colligitur, q si ille qui vim inferebat cōpelleret alium iurare se nunquàm denuntiaturū, potius deberet gladio succumbere, quàm id iurare. Nam cùm iuramentum rei illicitæ sit peccatū, mors potiùs patienda est quàm id faciendum. Neq; liceret dicere id se iurare, & tamen non habere intētionem iurandi: nam esset mēdacium atque adeò peccatum. Quòd autem illatum hoc absurdū sit, probatur. Ille qui coactus pecuniam soluit, non tenetur sub reatu peccati denuntiare: nam potest suam propriam pecuniam simulatq; in iuriam alteri remittere. Si fortè ille esset tam nefarius latro, vt charitate boni publici omnes teneretur illud denuntiare, aliud esset. Sed tamē supponamus non esse tam pestilem: sed hāc mihi irrogasse iniuriam, profectò non teneor eum denuntiare. Si ergo nō teneor, sequitur q gratia cauendæ mortis, possum iurare nunquā repetere neque denuntiare: imò iurare q gratis dono. Tametsi illa donatio, quicquid ego dixerim, nunquam potent securam reddere illius conscientiam, quo minùs semper ad restitutionem teneatur. Argumētum profectò cogit sub hac distinctione respondere. Dupliciter nanque tale iuramentum potest fieri. Vno modo etiam si iurans requisitus à prelato fuerit vel à iudice, & tale iuramentum nequaquam est faciendum: neque ob redimendam vitam:

Vtrū liceat id quod vi extorquetur repetere.

Argumē egregium.

Responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia est iniquum. Quod ideo non obstante teneor requisitus denuntiare. Alio modo quòd mea sponte non denuntiabo, nec repetam, & hoc licitum est. Atq; hoc pacto D. Tho. intelligendum arbitror. ¶ In quarto mẽbro respõdet ait. D. Tho. Pontifices eiusmodi iuramẽta, non quidem irrita pronuntiare: nam sunt solida: sed relaxare tamen, & quod aiunt in illis dispensare. Vbi primum admonendũ est, q̃ non omne iuramentum per illatam iniuriam expressum, si iura spectes, consueuit ecclesia relaxare, sed duntaxat ea quæ vi & metu extorquentur, vt patet. c. si verò. &. c. verũ. extra de iureiu. & cap. abbas. de his quæ vi met. ve caus. fiunt. &. 15. q. 6. per totum. Nam iuramentũ quod quis facit vsurario soluẽdi vsuras sine relaxatione, videt Alex. iij. iubere seruare can. debitores. extra de iureiur. Quanuis iurans iniuriam passus fuerit, quia plus illic inest voluntarij. Haud tamen absurdum esset illa relaxare: quandoquidem vsurarius non habet ius recipiendi. Causa autem relaxationis coactorum prima est, q̃ plurimum habent inuolũtarij admixtum. Quare. 15. q. 6. can. si quãdoq;. ait illa iuramenta simpliciter nõ fieri ex corde, quod Deus potissimum inspicit. Secũda ne ansa impuris nefandisq; hominibus porrigatur vim bonis inferendi. Est tamen vt hic bene admonet Caieta. in eiusmodi relaxationibus cauendum, ne in blasphemiam cedant, aut in ecclesię contẽptum. Si em̃ captiuus apud infideles sub iuramẽto per verum Deum sese obstringeret creditum sibi pretium redemptionis suæ persoluere, scãdalum esset iuramẽtum postmodũ illi relaxare ne solueret. Non em̃ solum Christiana familia, sed & Deus noster contẽptui apud illos tũ maximè haberetur, imò verò si quis iurasset illuc redire quãuis esset iniustè captiuus, nec redire sine periculo mortis posset, redeundum illi esset, antequàm cum ingenti scandalo periculoq; contemptus religionis nostræ iuramentum illi esset relaxandum. Etenim si gentilitas Romanum illũ regulum tam egregio præconio cõmendauit qui cũ fidem Carthaginensibus per falsos deos iurando impignoratã dimissus esset Romã illuc rursus, vt cũ capitis periculo suã fidẽ apud hostes liberaret reuersus est, quanto maiori fide & religione teneẽ Christianus promissis stare per verum Deũ iuratis? Si autem esset persona reipublicæ valde vtilis tentanda esset procurandaq; repensatio & redemptio. Contra id autem quod diximus iuramenta non esse ipso facto irrita sed post iusta causa relaxanda forte quis nobis obijciat canonem. Abbas. de his quæ vi met. ve caus. fiunt.

Relaxatio coacti iuramenti.

Cauendum scandalum.

Argument.

vbi clerico, qui per vim ecclesiam suam abiurauerat, præcepit Papa ecclesiam restitui: quia quæ metu (inquit) & vi fiunt in irritum debent reuocari. Vbi ab vi ratio illa nõ videtur ibi relaxari, sed irritari. Respondetur tamen, quòd illic non fuit simplex solum iuramentũ coactũ, sed re vera expoliatio præbendæ, quã Abbas illi clerico ademerat, & alteri contulerat. Et illa sunt quæ Papa irrita facit. ¶ Quartum argumẽtũ de doloso iuramẽto est hoc: Nemo ad duo contraria simul obligari potest: sed contingit quandoq; eum qui iurat diuersam habere mẽtem quàm ille habet cui iuramentum præstatur: ergo eiusmodi iuramentum non erit obligatorium. Responsio in conciliandis duabus sententijs Isidori, & Gregorij versatur, quæ sibi prima facie videntur aduersæ. Isido. nanq; lib. sent. 2. & refertur. 22. quæst. 5. cano. quacunque. sic ait. Quacunque arte verborum quis iurat, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Vbi in fauorem illius, cui præstatur iuramentũ videtur admonere iuramentum dolosum obligare, licèt ille qui iurat animum nõ habeat se obligandi. Gregorij verò. 26. libr. Mora. verba sunt. Humanę aures talia verba nostra iudicãt, qualia foris sonant, diuina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Vbi videtur in fauorem iurantis vergere: videlicet, quòd si non habet mentem obligandi se, non sit obligatus. D. verò Tho. hos patres conciliãs ait, quod quando intentio iurantis est dolosa, quia scilicet intendit alium decipere, & supplãtare, tunc habet verum sententia Isidori: videlicet, quòd iuramentum est seruandum secundum tanũ intellectũ eius cui prȩstatur iuramẽtum. Id quod ex verbis subiunctis Isidori colligit dicentis, quòd dupliciter reus ille fit, qui & nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo capit. si verò iurans dolum non adhibeat, tunc locum habet sententia Gregorij, nempè quòd æstimanda sit obligatio iuramenti secũdum intentionẽ iurantis. ¶ At verò profectò conciliatio hæc Diui Thomæ nonnulla indiget explicatione. Ille em̃ qui dolo iurat, tribus modis potest aliam habere intentionem quã alter intelligit, cui iuramentũ præstatur. Vbi primò notandum iuramentum dolosum, vt suprà diximus, ab effectu sic nuncupari nempè quod sit intẽtione fallẽdi. Et ideò qualitas hęc propriè cõuenit iuramẽto promissorio, quod secum affert obligationem aliquid faciendi, vel nõ faciendi ex iuratione pullulans. Tametsi in assertorio nonnunquã insit & dolus, cùm quis falsum animo decipiendi iurat. Falsitas ergo iuramenti

4. Argumẽ. de iuramento doloso.

Isidorus

Gregorius

Explicatio iuramẽti dolosi.

ramẽti consistit in hoc q̃ verba iurantis foris prolata, eius menti non consonant. Est autem iuramento promissorio tria extrinsecus considerare, nempe promissionem & iuramentum, quo illa confirmatur, quæ tunc præsentia sunt cùm fit iuramentum, & præterea executionem seu impletionem promissionis, quæ in futurũ expectatur. Quibus vtique tribus totidem intus in mente iurantis respondent, nempe intentio promittendi seu obligandi se, & intentio iurandi, & intentio implendi iuramentum. Et quidẽ vbi sola hæc tertia deest, si adsint aliæ duæ citra controuersiam omnibus est in confesso iuramentum esse obligatorium. Nam si quis intendit non solùm iurare, verùm & se iuramẽto vincire, illis duabus intentionibus ligatur. Intẽtio autem non implendi est quidem iniqua, sed tamen non magis vinculum iuramentum tollit, quàm si post præstitum aduenirent. Et manifestum est ob id quòd quis intendat, non id obseruare quod debet, nequaquã absolui obligationis nexu. Rursus si quis fingit se iurare non tamen habeat iurandi animum, liquidum quoque est obligationem nullã oriri ex natura iuramenti. Quoniã cùm iuramentũ sit actus humanus, vbi abest intentio iurandi, nullum existit iusiurandum. Dubium ergo restat quãdo quispiam medio se habet modo: nempè quando intentione quidem iurandi iurat, tamẽ absque intentione obligandi se iuramẽto, seu (q̃d idem est) id promittẽdi quod iurat. Hoc enim casu multi sunt, qui cẽsent nullam oriri obligationẽ: & præcipuè iurisconsulti, quos refert Syluester modò citatus in verbo iuramẽtũ. 4. quorum adeò sententiam sequitur. Et ponit exemplum in eo, qui coactus iurat. Et re vera verba Gregorij citata videntur primo sonitu huic opinioni patrocinari, vbi ait q̃ iuramentum debet æstimari secundũ intentionẽ iurantis, atq; adeò si ex corde obligatio nõ oriẽ, apparet nullã existere. Et cõfirmatur: q̃a cum iuramentũ nõ sit nisi ꝓmissionis cõfirmatio, vbi re vera nõ est promissio, nulla videtur reliqua iuramẽti obligatio. His veruntamẽ nõ obstãtibus respõdet, q̃ vbi vera adest intẽtio iurãdi, etsi desit intẽtio ꝓmissionis & obligationis nihilominꝰ subsequitur obligatio. Et ratio est quòd obligatio est naturalis iuramenti effectus, ita scilicet illi innatus, vt igni natiuum est calefacere. Quare sicut repugnat ignem adesse & nõ calefacere, sic & iuramẽtum existere sine obligatione. Vbi autẽ quis, cũ intẽtione iurandi iuramentũ profert, vera est iuratio: vera ergo inde existit obligatio. Quocirca non est in hoīs potestate obligationẽ à iuramento seiunctam facere. Haud em̃ ex iurantis voluntate pẽdet, verè iurare, & tamen sine obligatione. Ratio autem ex his quæ in fronte articuli, & posteà super solutionẽ primi argumẽti S. Tho. adnotabamus, colligitur. Cõtemplabamur nãq; secundũ Diuum Thomam duas veritatis rationes iuramento promissorio inesse scilicet, & illam quæ est ratio assertorij, videlicet, vt cũ quis quid iurando promittit, simul habeat implendi intẽtionem: & præterea, vt posteà in executione, si materia sit licita, id faciat verum quod iurauit. & iuramentum clarum est ferri in vtranq;. Nam si tãtùm caderet in priorem, sensus iuramenti promissorij non esset nisi iuro me promittere, seu verè me habere intentionem iurandi: & tũc sequeretur iuramentum promissorium nõ esse, nisi merè assertoriũ, atq; adeò licèt posteà in executione ille qui iurauit neutiquã iuramentũ impleret, non ideò fieret periurus. Nã in intentione faciendi salua esset tota vis iuramenti: hoc autem est falsissimum. Nam vtroq; modo fit homo periurus: scilicet & nõ habendo intentionem implẽdi quod iurat, & posteà id non implendo vbi adsunt alij comites. Fit ergo cõsequens vt iuramentum feratur in vtranq; veritatem. Ex quo vtiq; rursum fit consequens q̃ ex prima veritate enascitur nexus & vinculum ad secundũ. Sed ais hoc tantùm cõcludi, q̃ vbi est intentio faciendi quod iuratur, oritur obligatio, vel vbi est intentio obligandi. Imò verò ex hoc q̃ illè qui iurat tenetur habere intentionẽ se obligandi, idq; subinde faciendi, quod iurat: aliàs mendaciter iuraret, ac perinde deieraret, subsequitur q̃ etiam si neutram illarũ habeat, sola ipsa intentio iurandi, quæ suapte naturã & iure secum alias ambas deberet afferre comites, perinde est causa obligationis, ac si vtraque illarum adesset. Et per hoc ad argumenta in contrariũ respõdetur. Ad illã enim authoritatẽ Gregorij, ex qua videtur consequi quòd tunc iuratio nõ nascitur ex corde, respõdetur eo ipso quòd in corde ille habeat iurare, ex eodem corde simul pullulat iuramenti obligatio. Ad aliud verò quod vbi non est promissio, neq; intentio promittendi, non est iuramenti obligatio. Respondetur quòd cùm quisquis intendit promissoriè iurare, tenetur simul promittere & se obligare, perinde ex sola intentione iurandi oritur obligatio, ac si se intenderet obligare. Hic ergo est casus sententiæ Isidori: nempè quòd iuramẽtum tenet sicut ille cui iuratur intelligit. Atque hoc. D. Tho. cẽset iurare in dolo quod nihil iuranti suffragatur. ¶ Quid ergo si quis exterius iuret proferẽdo verba & tangẽdo Euangelia, intus tamẽ non habeat iurandi animum.

Solut. argu.

Sensus Isid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondetur in illo casu non esse verum, sed fictum iuramentum, & tũc habere locum verba

Sensus Gregorij. Gregorij, quòd Deus non habet illud pro iuramento. Ipse enim mentium scrutator videt iuramentum non nasci ex corde. In foro autẽ exteriori omninò ab ecclesia quæ per externa verba iudicat, reputatur iuramentum, parique

Dubitatio. modo in prætorio ciuili. Sed nunquid in conscientia qui sic iurat, tenebitur id implere? Respõdetur minimè quidem, ex vi iuramenti, vt pote q̃ nullum est; atq; adeò neque contra illi veniens periurij reus fiet. Teneri autem potest alijs legibus, verbi gratia. Si quis vt puella fruretur quę sui copiã illi facere renuerat, antequã sponsalia illi iuraret, profectò si verbis iurat, tenebitur lege iustitiæ fidẽ promissi seruare. Et pariter in quibuscunque alijs contractibus vbi interuenerit, Do vt des. Deinde gratia cauendi scandali, si quis solenniter iurauit quamuis fictè in re alicuius momenti proculdubio si nõ posset planè persuadere se non verè iurasse, tenere

Argumentũ tur ficto iuramento sub reatu mortali stare, ne scandalum daret, haberetur̃que in opinione aliorum periurus. ¶ Contra hæc autẽ duo respõsionis membra arguitur sic. Qui iurat sine intentione obligandi se ad seruandum promissum, in virtute iurat sine intentione iurandi: ergo superuacaneũ est hæc duo distinguere ad conciliandum cum Isidoro Gregorium. Probatur antecedens. Animus iurãdi secum habet annexum propositum obligandi: nam aliàs, vt dictum est, esset periurium: ergo qui nõ habet intentionem obligandi, sic non habet intentionem iurandi. Eorum namque quæ connexa sunt, vno sublato, auferetur & alterum. Respondetur annexa quidem esse de iure in hoc sensu, quòd qui propositum habet iurandi, debet habere idem subinde obligandi se & seruãdi promissum: in facto verò sicut potest esse primũ sine alijs, sic & vtrunque aliorum sine primo. Et ratio est: quia quæcunque actio exterior deliberatã secum natura sua affert agendi intẽtionem: & ideo nisi per formalem negationẽ mẽtis excludatur, semper intelligitur vnà concurrere cum actione. Intentio iurãdi semper in externa iuratione includitur, dummodo & aduertenter fiat & qui iurat nõ illam peculiariter & expresse mente remoueat. Quare qui non habet animum se obligandi, mentitur quidem circa materiam iuramenti quæ est promissio: nõ tamen circa ipsam iurationem: imò vere iurat.

Iuramẽtum fictũ vtrum sit mortale. ¶ Ex secundo autem membro emergit dubiũ, vtrum iurare exterius fictè sine intentione iurandi sit peccatum mortale, quoniam de venia li non est dubium, quandoquidem qui dicit se iurare, & non iurat, mentitur. Caiet. in præsentiarum absolutè absq; vlla distinctione ait esse mortale peccatum, siue ille qui fictè iurat, spõtaneè iuret legitimè requisitus, siue per iniuriã illata vi. Et intelligitur responsio quando planis verbis non æquinocis exterius iurat. Et ratio eius est q̃ exterius illud iuramẽtum fertur supra mendacium, scilicet, seruãdi promissum quod non intendit seruare. Mendacium autẽ inquit non solùm est contrariũ vero iuramẽto interiori, sed etiã exteriori. Nã quemadmodũ cultus exterior idolorũ sine animo colẽdi (qd Marcellinus fertur egisse) peccatum est mortale: quia applicatur cultus cui nõn debetur. Ita & illud testimoniũ, Deus est mihi testis, quod est actus religionis: applicare mendacio est irreuerentia mortalis secundum illud, Quicunq; me erubuerit coram hominibus, hunc & filius hominis erubescet, &c. Qui enim id facit metu humano per Deum fictè iurat. Et re vera quãdo iuramentum iure exigitur, opinio hæc cõstantem habet veritatem: tunc siquidem illa fictio iurãdi perniciosum est mendacium, cùm eiusmodi requisitus iurare syncere teneatur: quando verò per vim & metum postulatur non appareat vsqueadeò certa. Demus enim hominem in nemore ab impuris latronibus inuasum, qui sub hac forma iurare cogitur, Iuras mihi tantam numerare pecuniã? & respõdeat sic iuro sine intentione tamen iurandi. Arguitur sic: vel fictio illa ob id esset mortale delictum, quòd re vera ille habet intentionem faciendi contra iuramentum: & hoc non, quia iuramentũ nullum est, sed simplex mendacium: tũ quia dicit se iurare, & nõ iurat, tũ quia significat se daturũ & nõ habet tale propositũ: quare nullũ est illic mendaciũ iuramento firmatũ. vel esset mortale, quia mendaciũ est perniciosum, & hoc non, quia cùm nõ teneatur iurare, nemini facit iniuriã. Argumẽtum est argutũ, tamẽ tutiorẽ arbitror Caietani opinionem, & ratio est. Quoniã cùm ille tunc respõdet sic iuro, nõ solùm est assertio in actu signato (vt dicunt logici) id est nõ solùm asserit se iurare: tũc enim solùm esset simplex mẽdaciũ: sicut si nolens rem aliquam diceres, sic volo: sed est iuratio in actu exercito. Eterñ sicut cùm dicis, ego loquor, non solùm significas te loqui, sed verè illud exerces. Pari modo cũ ais, sic iuro, perinde est, ac si dicas, Deus est mihi testis, me pecuniã exhibiturũ, aut per Deũ pecuniã dabo. Vnde ad argumentũ respõdetur esse mortale, nõ propter iniuriã illatã alteri, sed propter illã irreuerẽtiam, quæ fit Deo saltẽ exterius asserendo nomen eius in testimonium falsi. Ex quo fit dicere illa verba materialiter in tali casu, non esse mortale, nisi ille qui cogitur non habens intentionem iurandi sic responderet, dico ego iuro: nam caperet illa verba tũc materialiter, & ideo nõ iuraret, imò nullum esset peccatũ, iuxta verbum Hieronymi in canon. vtilem. 22. q. 2. vbi ait vtilẽ esse nonnunquam simulationẽ. & pariter si responderet dico Deus est mihi testis. Totum enim hoc capitur materialiter. Si autẽ diceret dico quòd Deus est mihi testis, tunc caperetur personaliter, atque adeò verbale mor-

Caiet.

talẽq; esset periurij. ¶ Quòd si rursus quis arguat, sequeretur inde quòd si quis exterius iuraret sine intentione iurandi, iurat tamen verũ, mortale quoque crimen committeret. Est verbi gratia scrupulosus quispiam, qui asserit quidem veritatem, cuius est certus, sed tamẽ requisitus vt iuret, ait se iurare & intus non iurat. Quòd autem id sequatur, patet, nam contrauenit sini iuramenti qui est veritatis confirmatio, quam fingit se confirmare & non confirmat. Quare cum menti os dissonet, erit abusus iurandi, atq; adeò mortale periurium. Imò apparet illusio diuini testimonij, vt pote q̃ foris adducitur & animo non firmatur. Hic Caietan. in præsentiarum propter hæc argumenta asserebat esse mortale. Sed hoc profectò nõ modò non est certum: imò censeo esse falsum, si generatim affirmetur. Crediderim inquam quòd vbi quis lege cogitur iurare, scilicet, vel à iudice vel ab illo cui interest, mortale sit crimen iurare sine intentione, etiam verum, propter iniuriam quę legi infertur & illi cui interest. Vbi autem per vim & metum extorquetur iuramentum, profectò nimium esset ius rigidaque assertio illum condemnare ad mortale. Nam tunc non habens intentionem iurandi nullam illi infert iniuriam, qui iuramentũ extorquet: neque verò legi aut Deo. Nam illa verba iuratoria non adhibẽtur mendacio, neque ille propriè facit contra finem iuramenti, neq; testimonium Dei saltẽ mortaliter illudit: quandoquidem neq; intus, neq; extra falsum iurat, sed solùm fingit per testimonium illud veritatẽ confirmare, quã revera nõ cõfirmat: quod erit fortè veniale peccatum, quia est mẽdaciũ officiosum, sanè quo quis iniuriam sibi illatam cauet. ¶ Hactenus de his qui planis verbis contra mentem iurant. Proximũ ergo est, vt dicamus de iuramẽto, quod verbis fit simulatorijs. Vtrum qui alteri iuramẽtum præstat promissorium simulatorijs verbis, animo non implendi promissum, nec se obligãdi, mortaliter peccet? dixerim simulatorijs, nam si planis verbis iuret, cum intentione iurandi, & mẽ-

intus sine aliquo moderamine sit, non implere neq; se obligare, manifestum corrolariũ ijs quę dicta sunt appenditur, illam intẽtionẽ iuramẽto contrariã, esse peccatũ mortale: quoniã est intentio faciendi cõtrà quàm iuramento tenetur. Dubiũ ergo existit, quãdo illa intentio est cum aliqua restitutione. Sylvest. nãque loco citato ait, q̃ si quis coactus externis verbis absolutè iuret seruare promissum, neq; tamẽ absolutam habeat intentionẽ simpliciter implendi, sed mente tacitus apud se intendat dare si debet, quæ quidẽ simulatio in hoc cõsistit, q̃ verba sint absoluta, mens verò cõditionata. Ait inquàm illud iuramentũ nullũ esse peccatũ, in quo vtiq; sensu intelligit textũ illum Hieronyca. vtilẽ. 22. q. 2. vbi ait, vtilem esse nõnunquàm simulationẽ. At verò duplici hic distinctione opus est. Quoniam aut extera verba relata ad mentem iurantis planè falsa sunt, aut æquinoca. Sin vno sensu vera, & in altero falsa: aut deniq; ea arte prolata: vt alter cui iuramentũ exhibetur ipsa callere nequeat. Secũda distinctio est ex parte iurãtis. Aut enim ab eo exigitur iuramentum quod iure facere tenetur, videlicet, à suo prælato iuridicè, aut à priuata persona, cui ratione cõtractus iurare tenetur, aut exigitur per vim, aut per iniuriam, vt illi contingit, qui in nemore incidit in latrones, vel si iudex cõtra ius illud vult extorquere. His suppositis prima statuitur generalis regula. Si verba exterius prolata respectu intentionis iurantis planè falsa sunt, id est menti eius dissona, vniuersum & absque vlla exceptione est peccatum mortale. Id quod presenti exemplo monstrat, vbi extrà sine restrictione iurat, & in mẽte nõ habetur absoluta intentio, neque iurans excusatur per illam mentalẽ restrictionẽ, dabo si debeo, aut iuro dare si debeo. Nam postquàm illam verbis non explicat, sed verba sunt absoluta, non consonat os menti: sed ficta est iuratio: quia intus nõ fit absolutè, vt explicatur extrà. Quem ideo casum comprehendit sentẽtia Augustini sup Psal. 23. relata. eadẽ causa & quæstione. can. in dolo. vbi ait. In dolo iurat, qui aliter facturus est, q̃ promittit. Quapropter quantũ cũq; per vim & iniuriã fuerit iuramentũ extortum, factũq; ad redimendã vitam, erit mortale periuriũ. Sentẽtia ergo Hieronymi non habet hic locũ. Nã quod ait vtilẽ esse quandoq; simulationẽ, intelligit vbi simulatio absq; vlla fieri potest falsitate. Quãdo aũt simulatio fit in verbis quę vel sub æquiuoco vel artificiosè, plerũq; tur, ita vt sensũ possint recipere, quẽ iuras intẽdit, licet eũ alter nõ percipiat, tũc si iuramentũ iure petitur, nõ licet tali amphibologia vti, propter

Sylvest.

Responsio.

Generalis regula.

Augustinus

Quãdo verba sunt æquiuoca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter iniuriam quæ fit illi qui ius habet petẽdi. Quando verò vi illata petitur, licitũ est ea fraude petentem deludere. Verbi gratia. Si iniurius ille nequam sic rogaret. Iuras mihi tantam numerare pecuniam? & alter responderet, sic vro (absque. i.) non esset peccatum mortale, sed simplex mendacium: quia fortè nihil tunc vreret. Item si Dei nomen lingua illa qua fit iuratio, diuersum quoque aliud habuisset significatum, liceret illud intelligendo, dicere testis mihi est Deus: quanuis alter Deum cæli intelligeret. Aut si altero interrogante. Iuras mihi numerare pecuniam? alter responderet. Tibi iuro numerare: vt non esset sensus. Numerare tibi, hoc est soluere, aut tradere: sed tibi iuro apud me pecuniam recensere: quandoquidem numerare vtrunque significat. Quare tale iuramentum esset verum, iustum, & prudens, atq; adeò consonum documento Hieronymi in canone citato. vtilem. Quoniam tunc simulatio quoniam absque falsitate fieret, vtilis esset. Quamobrem sententia Isidori, quacunq; arte verborum, &c. non esset eiusmodi iuramentis cõtraria: quoniã intelligitur, quando iuramentũ est, aut falsum, aut alteri contra ius præiudiciale.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm maior sit obligatio iuramenti quàm voti.



Conclusio.

Vm tam votum quàm iuramẽtum inter officia sint religionis, non immeritò inter se conferũtur, vt exploretur vtra sit maior obligatio, voti nè, an iuramenti. Ad quam quæstiunculam D. Thom. vnica conclusione affirmatiua respondet. Votum ex ratione sua magis est obligatorium q̃ iuramentum. Idq̃ue duabus rationibus persuadet. Prior est. Vis obligandi primùm pẽsari debet ex obiecto, videlicet ratione illius cui fit obligatio: votũ autem promissionem dicit Deo factam, iuramentũ autem nõnunquã fit homini, licèt fiat per Deũ: Sanctior ergo est ac subinde maior obligatio voti. Posterior verò ratio procedit ex causa & radice, vnde eiusmodi obligationes pullulant. Vtraq; enim ex diuina radice nascitur. Quapropter tam iuramentum, q̃ votum (vt suprà monstratũ est) ad religionẽ attinet. Tametsi diuersimodè. Nam obligatio voti ex fidelitate nascitur, quã Deo in promissis ei factis debemus, vt illa persoluamus: obligatio autẽ iuramẽti oritur ex reuerentia, quã eidem debemus. Vt quod per eius nomen alicui polliceamur, reddamus: infidelitas autẽ fidelitate cõtraria peior est q̃ irreuerentia: nam includit illam: si quidem infidelitas species quædam irreuerentiæ est: non tamen vice versa includitur ab illa. Potest enim quispiã alterum per irreuerẽtiã dehonestare, quanuis nullã ei fidem frangat. Quo fit vt infidelitas, ac præsertim hominis ad Deum maxima sit irreuerentia: ergo votum ex ratione sua magis est obligatorium, q̃ iuramentum: quãdoquidem eius violatio magis est propter infidelitatem sacrilega.

Nota modũ cõclusionis & rationis.

COnclusio facilis est, tũ vt intelligatur, tũ etiam vt credat, si modò nominũ significata ex superioribus supponant. Votũ enim vt lib. superiori dicebamus, est promissio facta Deo: iuramentum autẽ contestatio veritatis, quæ fit per Deum: & nonnunquam promissionis, quæ fit homini. Quare votum pro pinquius sublimioriq; ratione habet Deũ pro obiecto, quàm iuramentum. Loquimur enim de iuramento per se quod non est votũ. Cùm enim ais, Promitto hoc Deo, Deo te sine aliquo medio subdis debitorem, eumq; adeò creditorem, ac Dominũ tui promissi. Cùm autem quippiã promittis homini per Deũ, non Deo proxime, sed homini te reddis obnoxium. Neq; Deum creditorẽ, & dominum cõstituis tui promissi, sed testem, & quasi fideiussorẽ. Quare non solùm fractio voti est fractio fidei Deo debitæ, & fractio iuramenti non nisi violatio eius reuerentiæ: imò verò ipsa eadem reuerentia Dei impudentiùs violatur in fractione voti, quàm fractione iuramenti. Atque eam ob rẽ S. Tho. non fuit contentus ostendere, quòd in fidelitas in fractione voti ex natura fidelitatis est peior, q̃ irreuerẽtia, quæ emergit ex fractione iuramenti: sed adiecit infidelitatem fracti voti esse irreuerentiã, eandẽq; maiorem illa quæ est in periurio. Minorẽ enim irreuerẽtiam facit famulus hero suo, cùm fidẽ illi frãgit, absurdiusque eum contẽnit, q̃ adducẽdo eum in testẽ falsi. Cuius ratio est, q̃ directiùs, & è regione magis facit contra rationẽ dominij, quod habet supra ipsum. Accedit præterea, & alia excellẽtia voti, qua art. 5. diximus iuramento antecellere. Nam licèt tam obseruatio iuramẽti, q̃ voti, pertineat ad religionem, tamẽ votum suam etiam materiam facit actum religionis. Dũ enim eleemosynã voues, illam in Deum per religionem refers: & ideo ipsa eleemosynę erogatio est immediatus actus religionis. Materia autẽ iuramenti minimè. Imò reuerentia iuramẽti ordinatur ad confirmandam veritatem promissi. Et ideo promissum illud non refertur in Deum, sed in hominem: ob idque votum interius pertinet ad religionem, quàm iuramentum. Tametsi seruare quoque iuramentum sit religionis officium: quia est reuerentiã facere deo. Sed nihilo minus consilium est, vt suprà diximus, vouere, non autem iurare sine necessitate. Atque adeò ex hac parte peius est votum defringere, quàm iuramentum. ¶ Conclusio autem hæc quantum ad naturam rei attinet intelligendã est. Nam posset ratione grauitatis materiæ, vel alitũde cousque augeri scelus periurij, vt sceleratius esset quàm fractio voti. Ecquis enim ambigat enormius esse crimen iuramentum frangere soluendi homini decem millia aureorum, quæ constante iustitia illi debebat, quàm fractio illius voti, quo quidem eleemosynam decem numerorum Deo vouerit. Cæteris ergò paribus intelligẽdum est aut paulò plus auctæ iuramenti materia. ¶ Hæsitabit quis forsan circa illud verbum D. Tho. infidelitas irreuerentiam continet. Nam inter homines adeò videntur diuersa vitia, vt vtrumque possit sine altero existere. Respondetur autẽ bifariàm. Primum quod inter herum & subditum neutiquã infidelitas absque irreuerentia esse potest: tametsi è conuerso irreuerẽtia interuenire valeat aliqua præter infidelitatem. Et de infidelitate hæc loquitur propriè Thom. Secundò autem respõdetur, quod etiam infidelitas inter pares, & dominũ ad seruum, licèt videatur irreuerentiam non includere, nihilominus infidelis omnis fœdifragus quodammodo est de spector alterius. Quare & dominus cùm infidelis est seruo, illum cõtẽnit: & quadamtenus irreuereretur. Idemq; accidit inter pares, quapropter omnis infidelitas speciem quandam irreuerentiæ cõtinet.

ARgumenta D. Thom. facilima sunt. Primum est, votum est simplex promissio: iuramentum autem diuinum testimoniũ promissioni adhibet: est ergo præstantius. Respondetur, quòd licèt hac parte videtur iuramentũ excellentius, votum tamen plus ex parte obiecti excellit, quia fit Deo. ¶ Secundum, votum nonnunquam Deo factum iuramento confirmatur: id autem per quod aliud confirmatur robustius videtur, & fortius. Respondetur, & est notanda responsio, quòd iuramentum non adhibetur voto eò quòd sit fortius per se vinculum, sed quia est aliud vinculum. Et ideò licèt sit minus, additum tamen alteri implicatiorem facit nexum. ¶ Tertium, obligatio voti emanat ex deliberatione humana vouentis: obligatio verò iuramenti ex diuina veritate quę affertur in testimonium: ergo est fortior. Respondetur quòd quãuis obligatio voti pẽdeat ex humana deliberatione vouentis: & ex illa sola parte non habeat tantam vim, quàm iuramentum, tamen quia per deliberatam voluntatem promissio fit Deo: ex parte diuinæ maiestatis cui maxima debetur fides, nanciscitur votum maius robur quàm iuramentum ex diuina reuerentia.

ARTICVLVS. IX.

Vtrũ in iuramẽto fieri possit dispẽsatio.

DEcisioni de obligatione iuramẽti annexa est inquisitio de eius dispẽsatione, vtrũ licèt sit obligatorii, possit tũ eius obligatio per dispensationẽ extingui. Et respondetur vnica conclusione affirmatiua. In iuramẽto cadit dispẽsatio. Probatur primo per locũ à maiori. Voti vinculũ vt proximè dictũ est, arctius est quàm iuramenti: super illo autẽ potest dispensatio fieri: ergo & super isto. Secũdo autẽ adhibetur ratio altera explicatior. Necessitas dispẽsationis, vt de voto in superiori libro dicebamus, inde emergit, q̃ contingit officiũ aliquod vniuersaliter consideratũ esse licitũ, vtile, & honestũ, secũdum autẽ particularem euentũ, vel inhonestũ reperiri vel nociuũ, atq; adeò tũc neq; legis, neque voti debet esse materia, vt si quis peregrinationẽ vouit q̃ post obstaculũ est alteri officio quod ille ad maiorẽ Dei gloriã & ecclesię maius cõmodum potest exhibere: hoc autem ipsum vsu venire potest in iuramento: nam si id quod quis iurauit sit postea inhonestũ, repugnat iustitiæ, & si fit nocuũ, repugnat iudicio: ergo pariter in iuramento locũ habet dispẽsatio. ¶ Materia hæc illis consultis, quæ de voti dispensatione superiori libro disputauimus, facilè patet. Sunt nihilo minus inter votũ & iuramentũ duo animaduertẽda discrimina, quibus res fit apertior. Differunt enim tũ ex parte obiecti, q̃ votũ fit soli Deo: iuramẽtũ verò fieri potest homini: tũ ex parte materiæ, q̃ propria materia voti est opus supererogationis, quod superiori libro declarauimus, materia autẽ iuramenti cuiuscunq; opus virtutis, vt ius suũ vnicuiq; seruare, &c. Ex his pullulãt duæ aliæ differentiæ in dispẽsationibus meditandæ. Prior quantũ ad illos qui dispẽsare possunt. Etenim Papa dispẽsare valeat in voto, quod est maius, nõ tamen in iuramẽto, quod est minus. Haud eũ relaxare potest iuramẽtũ quod homo hõi præstitit id soluendi quod ei debebat

Duo discrimina inter votũ & iuramentũ.

Duæ aliæ differentiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat. Et hoc neque accidit ex minore facultate Papæ, neque ex dignitate iurantis, sed ex natura cõtractus qui iuramento confirmatur. Enimuero quia est vicarius Dei potest votum, quod Deo fit, in id quod ei gratius est cõmutare. At qm̃ facultatem non habet tollendi alteri quod suum est, nequit ei iniuriã inferre cui præstitum est iuramentum illud relaxando. Et vice versa, quanuis priuatus homo in voto, qd Deo fit, dispensare nequeat, quia non est eius vicarius, ille tamen cui iuramentum præstitum fuit, potest illud relaxare, nõ q̃ annulationem habeat facultatem quàm Papa, sed q̃ est dominus bonorum suorum, & ideo sicut potest illa donare, sic iuramẽtum sibi exhibitum remittere. Quare illa nõ est dispensatio: sed remissio debitoq̃; debiti. Secũda differentia ex parte materiæ est, q̃ in commutatione dispensationeq̃; votorũ ad id tantum attendi debet quod Deo sit magis placitum: iuramẽtis autem relaxãdis cauenda est iniuria, ne fiat tertiæ personæ. Atqui per has easdem regulas de irritatione censendum. Potest quidem pater irritare votum filij citra legitimam ætatẽ, & maritus votũ vxoris. Ac perinde omne iuramentũ quod speciẽ habet voti: vt si vxor iurasset peregrinationẽ, aut ieiunium: & pariter si filius ante quartũdecimum annũ ingressum iuraret religionis. At verò in illa iuramenta, quæ fiunt homini, sine cuius vtiq; prejudicio relaxari nequeunt, non habet pater familias tam liberã potestatem. Et sic intelligitur lex num. 30. vbi æqua facultas marito cõceditur ad relaxandum tam iuramẽtum quàm votũ filij. Idemq; iure canonico habetur ex cõcilio Eliberitano. 22. q. 5. pueri sed habenda est ratio contractus iuramento cõfirmati. Quando enim pater, aut maritus irritare potest suorum contractũ, tunc filius, & vxor nexu iuramenti soluuntur: quia tollitur eius materia. Si autem cõtractum illum nequit irritare, tunc neq; iuramentum. Ob idq; quãdoque consultius erit vt huiusmodi iuramentorũ dispẽsatio, & relaxatio ab ecclesię prælatis petatur. ¶ Ex his duæ regulæ dispẽsandi in iuramẽto colligũtur. Prima quod hominis præiudicio cessante, nempè tertię personæ Papa vt in omni voto potest rationabili causa dispensare, ita & in omni iuramẽto, quippe quod vt dictum est minoris est vinculi. Secunda ad discernendum, quæ nam iuramenta solus Papa relaxare possit, quæ verò episcopi, ad id conijciendi sunt oculo, vtrum si essent vota, solus Papa, an vero Episcopi possent illa remittere. Exempli gratia, in tribus votis nempè religionis, castitatis, & Hierosolymitanæ peregrinationis solus Papa dispensare potest. Fit ergo consequẽs, vt in similibus iuramentis earundem trium religionum ad solum ipsum dispẽsare pertineat. At quia in alijs omnibus votis nempè aliarum peregrinationum ieiuniorum, &c. Item non ludendi, aut non venandi, &c. Episcopi dispensare possunt, fit vt in similibus iuramentis fortiori ratione ijdem Episcopi dispensandi facultate fungantur.

Duę regulæ dispensandi.

PRimum argumentum Sancti Thom. est. Sicut ad iuramentum assertorium, vt a & ad promissorium veritas requiritur: cum nemine tamen dispensari potest, vt contra veritatem de præsentibus, vel præteritis asserendo, iuret: ergo neque vllus potest dispensare super iuramento quod quis de futuro fecit. Respondet D. Thom. illationem nullam esse. Quando enim super iuramento promissorio dispensatur, non eò tendit dispensatio, vt qui iurauit cõtra iuramẽtum faciat, vt scilicet manente iuramenti vinculo faciat contrà. Et in hoc par est promissorium assertorio. Natu sicut ius diuinum est, vt nemo asserendo falsum iuret, ita, vt quòd iurando promisit obseruet, si adsint alij comites: præceptum autem diuinum non est dispensabile. Sed effectus dispensationis est, vt id quod sub iuramento cadebat, sub illo amplius non cadat. Vt si quis iurauit ieiunium quod post ea obstaculum est vberioris virtutis, sicuti de voto dictum est. Materia autem assertorij, quæ est præterita, aut præsens veritas, postquam iuratum est, non est mutabilis: nam ad præterita non est potentia, & ideo dispensatio in illa fieri non potest, dispensare autem in ipso actu iurandi, videlicet vt iures falsum, esset contra præceptum diuinum. Materia autem promissorij: quia est de futuro, varia ri potest: vt quanuis fuerit prius idonea quæ sub iuramento promitteretur, fiat postea inidonea, vt impleatur, atque in hoc dispensationis ratio consistit. ¶ Secundum argumentum est. Iuramentum in eius commodum fit cui præstatur: ille autem non videtur tale iuramentum relaxare posse: ergo multo minus Papa vel alius cui nihil iuramentum interest. Responsio est, bifariam quempiam posse alteri rem aliquam iurare. Vno modo quando illi id pollicetur quod est ei vtile: cui adeo iuramẽtum illud interest. Et ideo à tali iuramento potest ille iurantem absoluere: quia potest ius quod habet alteri remittere. Alio modo quando quis alteri id iurando promittit, quod ad diuinum attinet honorem: qualia sunt opera pietatis & religionis: vt religionem intrare, eleemosynam erogare, &c. Et tunc inquit, ille cui

1. argum. S. Thom.

2. Argum.

cui fit promissio non potest iurantem absoluere, quoniam iurationes huiusmodi non fiũt propriè homini, sed Deo. Nisi forsan promissio conditionalis esset, ab illo homine dependens cui fit. Vt si quis alteri ingressum religionis iuraret, si illi expedire videret. Est ergo solutio præsens discretè obseruanda vt intelligamus non omnem promissionem quæ verbo fit homini, re vera illi duntaxat fieri. Posset enim ignarus facilè decipi credens quicquid iurat amico in eius facultate esse illud remittere: cum tamen regula sit fallax, sed ad materiã respiciendum est. Quando enim quis amico pecuniam daturum se iurat vel alius eius commodum facturum, id verum est: quando verò id quod promittitur materia religionis est: aut pietatis, materia ipsa sua natura obtendit speciẽ habere voti, quæ Deo fit. Vt si ingressum religionis, ieiunium, peregrinationem, seruitium hospitalis & similia iures. Quòd si contra arguas, sequeretur, quòd si ego amico iurarem pondus auri in dotem suæ filiæ elargiri, non posset ille mihi remittere, sicut si absolutè illud iurarem. Nam dotare virginem videtur opus eleemosynæ, ac subinde pietatis atq; adeò esse votum: hoc autem videtur durum. Respondetur quod huiusmodi promissiones sunt ancipites: & ideo videndum est quo animo fiant, etenim si promissio fit homini in gratiam ipsius humano more, iuramentum potest ab illo animo relaxari, sicuti ipsa puella idem sibi præstitum iuramẽtum posset remittere. Si verò promissio fit intuitu pietatis, & religionis naturã iam induit voti, quod ab homine relaxari nõ potest. Pariter si iurasti pauperi ipsum alere, speculandũ est quo animo id fecisti, videlicet an animo id Deo vouendi, an solo proposito te illi pauperi obligandi. Priorem enim obligationem relaxare ille nequit, potest autem posteriorem. In alijs verò materijs profectò res est dubia: vt si iurasti amico non ludere, aut nõ venari, si enim animum habuisti illi tantùm promissionem facere illiq; te duntaxat obligare, ille tibi potest remittere, secus si per viam religionis id fecisti. Itaq; quotienscunq; huiusmodi iuramenta speciem habent voti, licèt facta sint altero mouẽte homine, & vt illi rem faceres gratã, relaxatio pertinet ad episcopũ, vel Papam secundum qualitatem materiæ. Et ideo quando absolutè fiunt, ita vt qui fecit discernere nequit quem animum habuerit, cessante iuramento firmata. ¶ Tertio argumento S. Tho. & eos explorat qui dispẽsare possunt, & dispẽsandi causas. Et est huiusmodi. Episcopus potest dispensare in votis vulgaribus exceptis tribus soli Papæ reseruatis: ergo eadem ratione posset in iuramentis: quod tamen videtur esse contra iura: quæ iuramentorum relaxatione Papæ videntur remittere, vt cap. verùm. extra de iureiur. Quæstio ergo est vtrùm par sit facultas dispensandi in iuramentis & in votis. Respondet autem quatuor. Primum est: quod vbi iuramẽtum fit, aut de re illicita, aut de impẽdimẽto maioris boni, nulla opus est dispẽsatione, sed prius nullatenus est seruandum, posterius verò, licèt seruari possit, consultius tamen est vt non seruetur. Secundum mẽbrum est, q̃ vbi iuramẽtum ambiguitatẽ habet, licitum ne sit, aut conducens, aut nocuum, seu simpliciter in genere, seu in tali casu, tunc episcopus dispensare potest. Subintelligitur tamẽ tribus illis exceptis: scilicet religionis perpetuæ, castitatis, & peregrinationis Hierosolymitanæ. Tertium membrum est, quòd vbi iuramentum manifestum est esse licitum vtile & honestum non videtur locum habere dispensatio, nisi aliquid melius occurrat in commune bonum conferens. Et hoc inquit ad potestatẽ Papæ pertinere videtur. Quartum assertum est, ad vnumquemq; pertinere irritare iuramentum quòd à sibi subdito factum est circa ea quę eius potestati subduntur: vt Pater irritare potest iuramentum puellæ, & vir vxoris, vt habetur nu. 30. quod iam suprà expositum est. ¶ Tertium verò membrum nonnihil habet ambiguitatis. Haud eũ videtur hic D. Tho. iuramenta distinguere in quibus solus Papa dispẽsare potest, & in quibus potest Episcopus ex natura materiæ, sicut in votis vt scilicet tria reseruentur Papæ, & alia cõmittantur Episcopo. Sed ex cõditione & qualitate ambiguitatis. Nẽpè vt illa de quibus ambigitur an sint conducentia subdantur Episcopo, reliqua verò reseruentur Papæ. Nos tũ proximè contrariũ dicebamus. Id quod ratio cõprobare videtur. Nam si votũ, arctius vinculum est, fit, vt tantã facultatem habeat episcopus in vniuersa iuramenta quantã in vota: nisi expressè sint reseruata. Respondetur q̃ quantũ ad rigorem rationis, & iuris nõ asserit Diuus Tho. contrariũ: sed quantũ ad æquitatem: & vt tutius conscientijs cõfulatur, cõsueuit ecclesia res magis arduas ad Papæ tribunal deferre. Ad quã, vt habetur de baptismo. & eius effectu cap. maiores. sunt maiores causæ referendæ. Et ideo nemo hic de verbo ambiguitatis fallatur: vbi enim res iurata ambigua est, sit ne expediens, facilior est dispensatio: & ideo committitur Episcopo. Quia quanto materia est magis ambigua, tanto est certiùs

Universidad de Deusto
Biblioteca

certiùs & clariùs dispensandum esse. Quando verò res iurata non est ambigua sed palàm est fuisse licitam, maior est ambiguitas an sit dispẽsandum, difficilioréq; adeò est dispensatio: quia re vera id non licet nisi vbi res maioris commodi supervenit. Et ideo reseruatur Papę. Qua de causa, vt inter arguendum adnotauit. D. Tho. can. si verò. & verum. extra de iureiur. & can. Abbas. de his quæ vi. met. ve. caus. &. 15. qõ. 6. per totum & alij cõplures iuramentorũ dispẽsationes à solo pontifice maximo leguntur factæ. Et ita præcipuè obseruandum est quando iuramenta fiunt hominibus quibus interest. Illa enim nunquam, aut vix vnquam, & tũc maxima de causa sunt relaxanda. Haud tamẽ negauerim quin Episcopus etiam id possit, nisi sint expresse reseruata. Vt sunt iuramenta super statutis collegiorum scholarum & ecclesiarum quæ sunt Papæ quorum dispensationes sibi reseruat. Ac præcipuè illa, vt D. Tho. hìc insinuat, quæ super bonis ecclesiasticarum rerum dispensandis fiunt. Hæc enim iuramenta ne facilè eadem bona dilapidentur Papæ solita sunt reseruari. Illa verò iuramenta quæ super beneficijs fiunt licèt plenariè ad Papam pertineant, tamen si quis clericus iurauerit non accepturare præbẽdã, nec ecclesiæ seruire, Episcopus vbi expedire senserit poterit super eiusmodi iuramẽtis dispensare imo & cogere, vt accipiat si cuti Gregor. coẽgit Florentinum archidiaconũ accipere episcopatũ, vt suprà citauimus canon. Florentinum. dist. 85. ¶ Est autem hic apprimè obseruandum quòd sicut de voto dictum est, nemo in iuramentis sine legitima causa dispensare valet. De quibus autem causis non opus est hic alium meditari tractatum præter illum quem de voto libro proximo quæstio. 4. arti. 3. scripsimus: vbi eas latissimè dilucidauimus. Consueuit enim super iuramentis bifariàm dispensari, scilicet, aut directè, aut indirectè. Directe autem ratione subditæ materiæ, vt modò de rebus beneficijsq; ecclesiasticis dicebamus: in quorum dispensationẽ Papa plenissima fingitur potestate, atque adeò facultate in iuramẽtis dispensandi, quæ in illam materiam ferũtur ratione venditionis, aut cõmutationis eorum. Quocirca in omni iuramẽto dispensabili dum fit subintelligitur, nisi superiori potestati rationabilis visa fuerit dispensatio. Vt patet cap. venientes. extra de iureiuran. Imò vt de voto dicebamus quantuncunque quis iuret non petere dispensationem, neque illa vti, potest vbi ratio id plane popposcerit, prælato iuramentũ patefacere, etsi ille voluerit dispensare, potest illa vti: sunt enim huiusmodi iuramenta, & ſp tua & fictilia. Secundò dispensat ecclesia ex officio propter causam: vt de iuramento coacto dictum est, cuius dispensatio in odium illius fit qui vim intulit, & vbi quis deceptionẽ aliquã, vel nimiam facilitatem citra consilium iurandi allegaret. Sed in hæc etiam dispẽsare valet Episcopus. Et pariter in odium excommunicatorum iuramenta quæ illis fiunt relaxantur, vt patet. 15. q. 6. can. nos sanctorũ. & can. iuratos. Fit deniq; dispensatio alias ob causas, vt si licentiatus iurat non recipere doctoratum nisi in tali vniuersitate, & pòst superuenit causa iusta alibi recipiendi, Papa dispensat non alius si statuta sunt illius. In summa vbicunque cedit in cõmune bonum nisi tertiæ personæ iniuria fiat, legitima esse potest dispensatio. Indirectè verò fit dispensatio quando subtrahitur materia iuramenti, vt si Papa episcopum functione sua priuat, aut regem regno subditos absoluit ne iuramento obedientiæ illi amplius teneantur. Et pariter si statuta reuocat quæ quis iurauit, eo ipso iurantem nexu iuramenti absoluit. Hæc autem omnia plana sunt. ¶ In dubium autem repetere quis in præsentiarũ posset vtrùm si Papa in iuramento sine causa illegitimè dispensat, dispensatio teneat, sic vt qui contra iuramentum deinceps fecerit non sit periurus. Exempli gratia si ego iurauí pecuniam debitã creditori meo soluere, quanuis Papa non me absoluere possit ab illo debito, quin virtute institiæ reddere cogar, vtrùm si absque vlla causa dispenset in iuramento tollatur mihi religionis ratio qua insuper obligabar, vt liber sim à periurio etiam si non soluam. Hoc autem latius libr. 1. discussimus quæstio. 7. artic. 3. in dispẽsatione legum. quod post lib. 7. de voto resumpsimus. Et ideò hìc citra disputationem respõdemus, minimè dispensationem esse validam. In illa enim quæ sunt de iure diuino, & natura li, dispensatio neutiquam cadit. Cùm ergo de iure diuino sit, vt qui vouit reddat, atque adeò quòd quis iurauit, quanuis illa vincula ex voluntate vouentis, vel iurantis nata fuerint, nequeũt, pfectò sine causa tolli. Et multo minùs quãdo iuramentũ sit alteri cui interest, vt exẽplo proximo modò explicabamus. Nam illi cui pecuniam debeo non solùm id interest, quòd illi soluere teneor, verùm & modus quo teneor. Et ideò absque illius præiudicio, vt in principio dicebamus relaxare Papa illud iuramentum nequit. Quare si id sine vrgentissimã causa facere attentaret, relaxatio nisi fallor, non teneret. Cætera vide in libro superiori de voto.

Dispensare super iuramentis non licet absque legitima causa.

Dubium an dispensatio sine causa sit valida.

ARTI-

ARTICVLVS. X.

Vtrùm omnibus cuiuscunque conditionis liceat absque discrimine quocunque tempore iurare.

OMNIVM iuramentũ sit actus religionis, & nonnũquàm necessarius, meritò in dubium eius disputationis quæritur vtrum omnibus id competat, an aliqui ab eo præstando cohibeantur. Ad quod D. Thom. supposita distinctione tribus cõclusionibus rñdet. Iuramentũ enim, & ratione Dei per quẽ iuratur æstimari potest, cui maxima debetur reuerentia, & ex parte iurantis hominis, qui testimonium suæ veritatis illo indiget. Prima ergo conclusio est, Ratione prioris considerationis duo hominum genera in solẽni iurandi officio iure denotantur: nempè pueri ante annos pubertatis iure non coguntur. Periuri vero, & infames ab eodem officio arcentur.

¶ Secunda, ob eandem reuerentiam iurare in sanctis solẽniter, nisi à ieiunis fiat nõ reputatur honestum, vt vigesima secunda quæstio. 1. Cornel. Papa definiuit cano. honestum.

¶ Tertia conclusio, ex secunda ratione prouenit, vt personas egregiæ dignitatis iurare solenniter nõ deceat, quales sunt sacerdotes. Debent enim esse tantæ autoritatis, vt citra iuramentum sit eis adhibẽda fides. Vnde. 22. quæstio. 4. ca. si quis presbyter, habetur quòd sacerdotes ex leui causa iurare non debent.

¶ Quarta conclusio, in necessitate, vel pro magna vtilitate licitũ est illis iurare præcipuè ꝓ spiritualibus negotijs: etiam in diebus festis in quibus citra tales casus non licet.

CONclusiones istæ omnes habentur in iure: sed sunt dextero legitimoq; sensu intelligendæ, imprimis prima tam de pueris q̃ de periuris habetur. 22. quæstio. 5. cano. parvuli. Et illico cano. pueri. explicatiùs designatur ætas, nempe quòd ante annos quatuordecim iurare nõ cogantur. Sed perspice differẽtiam, quòd pueri non coguntur, si iurare renuerint. Si autem vigere in illis ratio appareat, & vltro se ad iurandum obtulerint quantum ad tenorem illorum canonum, nõ apparent repellendi. Periuri verò etiam si iurare voluerint, cohibẽtur. Et ratio discriminis est, quòd pueros solus naturalis defectus ætatis facit non esse satis ad iurandum idoneos. Et ideò mutiùs illos ius admonet, vt iurare caueant: periuros verò vitium ipsum inidoneos reddit. Et qua ratione non coguntur iurare pueri, arcentur, & à iurando furiosi. Moderati tamen sumus conclusiones de iuramẽto solẽni, quod ad publicum testimoniũ exigitur. Nam de illo & iura loquuntur & D. Thom. intelligit, vt in solutione secundi patebit. Ex quo fit consequens, quòd qui periurus antea fuit, dum priuatim, vt reliquum vulgus iurat non magis peccat quàm reliqui: neq; dũ iterum deierat, illud singulare periuriũ habet duplicem malitiam. vnam scilicet, quia periuriũ, atque alteram, quia fit post aliud. Imò verò periurus non quicunq; à ferendo testimonio repellitur, sed ille qui reus in iudicio factus est periurij, atque adeò condemnatus. Quocirca licèt quis priuatim pluries mendaciter iurauerit, non ideò est à testimonio ferendo cohibendus. ¶ Circa secundam conclusionem, ve nerationem adnotato quæ iuramento debetur. Nã quãuis cęremonia illa, vt nemo nisi ieiunus ad solum iuramentum admittatur, nõ sit prorsus necessaria, reputabatur tamẽ olim inhonestum aliter fieri, vt quasi ad sacrosanctum sacramentum altaris, sic ad iuramẽtum accederetur, nempè vt iuraturus attentiori animo secum reputaret, certissimum ne esset, id quod sub iuramento asserturus accedebat. Quapropter, & alijs circunstantijs exornabatur iuramentum: scilicet ratione loci, vt nemo nisi in templo, & super altari: & libro euangeliorum attacto, quæ sacerdos in manibus teneret, quasi ante tribunal Dei tremebundus iuramentum præstaret. Vnde homilia. 15. ad populum Chrysosto. Nõ ita gemo & deploro quospiam in vijs iugulatos audiens, sicut gemo, & lachrymis prosequor, & horresco cũ video quẽpiam prope mensam hanc scilicet, altare venientem, & manus imponentẽ, & Euangelijs iurantem attactis. Imò & apud Ethnicos, vt inter Romanorum problemata apud Plutarchum extat, nemini Herculẽ sub tecto iurare licebat: sed sub dio, quasi in Iouis præsentia, vt iuraturus admoneretur quantũ iudicium præstando iuramento deberetur.

¶ Tertia conclusio, nempe vt honor ille sacerdotibus deferatur, ne pro leuibus iurent loco citato cano. si quis presbyter. 22. q. 4. habetur. Vbi adhibetur ꝙ vice iuramenti per sanctam cõsecrationem interrogentur, &. 22. quæst. 5 cano. nullus. primo, cauetur ne vllus ex ecclesiastico ordine quicquam laico cuiquam super Euangelia iurare præsumat. Adijcitur autem eodem canone. si quis presbyter. & in ꝓximo. presbyter. quod in certis causis nempè

Cõclusionũ moderatio.

Iusiurandi veneratio.

Chrysosto.

Ethnicorũ religio.

Declaratio tertię cõclus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ethnicorum iuramentum.

ad purgandā sanctæ innocētiæ & pro alijs causis spiritualibus, nisi rarè, cos liceat diuinū etiā in lege nāturæ tanta sanctitate habitum iuramentum, vt à personis integræ vitæ & intemeratæ fidei illud peteres nefas esset. Vnde & inter eadem Romanorū problemata refert Plutarch. cp viris ingenuis & nobilitate insignib⁹ iusiurandum torneati genus cratis ruis nāq; & mācipijs nō deferebatur iuramentū, sed in eculeum rapiebātur, vt quæstione abillis extorqueretur veritas: liberis verò & ingenuis quos torquere nō licebat, idem reputabatur iuramentū ad extorquendā veritatem, quod seruis tormentū. Cōtinebat præterea eorum religio, vt neq; Dialis flaminī neq; sacerdotibus iurare liceret, sed simplex eorum assertio pro iureiurando duceretur. Quòd si cum ista iuratoria religionis sanctitate abusum nostrorū temporū conferas, nō poteris non locū deplorare in quē Christiana religio hac parte decidit: Admittuntur enim, imò de improuiso abripiuntur ad iurādū sine delectu cuiuscunq; sortis homines, nempè bubulci, muliones, baiuli, eluri), & helluones. Neq; verò in templo: sed vbiuis iurare absq; vlla præmeditatione coguntur. Neq; verò sacerdotibus idem honos habetur, quem iura sanxerunt: sed promiscuè vti seculare vulgus erat coguntur: imò ipsi se offerunt. Qua de re adeò iurandi religio iam viluit, vt periuria pro minimis delictis habeātur. Sed de hoc. q. seq. arti. 3 iterum vbi de tertio comite repetendus est sermo.

Iurandi abusus.

Primū argu. D. Thomæ.

¶ Primū argumentū d. Tho. est, iuramētum ad confirmationē inducitur, vt ait ad Hebræ. 6. Paul. vnicuiq; autē suū dictum confirmare cōgruit: ergo quicunq; iurare potest. Responso ad minor ē præmissā dirigatur. Quidā ēm sunt quos ob proprium defectū dicta sua iuramento firmare nō decet. A lijs verò quos p̄pter firmitatē fidē autoritatis eo nō indigent,

Secundū argumentū ex Chrysost.

¶ Secundū argumentū sumit ex Chryso. homil. 14. super Matt. c. 5. vbi ait. Si aliqua causa fuerit iurādi, modicū videt facere, qui iurat per Deū: sed qui iurat per euāgelia, maius aliquid fecisse videt. Quibus dicendū est. Stulti scripturæ propter Deum factæ sunt, nō deus p̄pter scripturas. Quibus verbis docet grauiꝰ esse iurare per Deū q̄ per Euāgelia: quicunq; autē & quotunq; tēpore cōmuni locutione iurare per Deum cōsueverunt: ergo à fortiori ēēs cuiuscunq; conditionis possunt p euangelia (quod leuiꝰ est) iurare. Respōdet d. Tho. interpretando Chrysost. nempe, cp iuramētū secundū se consideratū grauius est cū sit per Deum q̄ cū sit per euangelia. Nam vt ait ad

Grauius iuramētū per deum, q̄ per euangelium.

Publicolā Aug. Quāto fortius est id per qđ iuratur, tanto iuramentū strictius obligat. Ni hilominùs ecōuerso propter modū iuramēti pōt fieri grauius, dū fit per euangelia solēniter, tum cp citra fit solēniter, fit cū maiori deliberatione q̄ dum fit priuatim per Deū tum etiam cp maius esset tunc scandalū periurij, qa publicius fit. Et ideo cohibitæ sunt personarum aliquę cōditiones, à iuramento solēni p euangelia, quæ iurare, vt reliquū vulgus per Deum permittuntur. Quæstione autē sequenti, arti. 3. de hac re iterū. ¶ Tertium argumētū est. Idem esse, ex effectus non pōt contrariarum causarū: excluduntur autē aliqui à iuramēto propter defectū, vt pueri & periuri ergo nulli debent propter excellentiam excludi: vt sacerdotes. Rūdetur nō esse absurdū qđ in prioti præmissa negatur: nēpe vt aliqui excludantur, quia maioris sunt autoritatis q̄ vt eos iurare deceat: alij verò: quia minoris q̄ eorū iuramento stetur. ¶ Quartū deniq; argumentum est. Nullus homo in hoc seculo tātæ autoritatis est q̄ angelus. Nam vt Matt. 11. ait Christus, Qui minor est in regno cęlorū maior est Ioanne Baptist. angelus aūt, vt Apocalyp. 19. legitur, iurauit per viuentē in secula seculorū: ergo homo quantæcunq; sit dignitatis iurare potest. Respōdeo aūt est quā in primo arti. copiose diluciduuimus. Enimuerò, vt Deꝰ minimè ob id iurat, quod necesse habeat asserta sua per aliquid fortius cōfirmare, sed ad ostendendū immobilitatē illius qđ iurat: sic & angelus nō iurat, nisi ad ostendendū id quod affirmat, ex immobili infallibiliq; dei dispositione procedere. At verò qm̄ homines nō iurāt, nisi vt certiora dicta sua faciant, illi qui sunt eximiæ dignitatis, iuramento non indigent.

Tertū arg. D. Thomę

Quartum argumentū.

Angelorum iuratio.

QVÆSTIO SECVNda, De periurio.

S. Thomas. 2. 2. quæstio. 98.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm falsitas requiratur ad periurium.

QVanuis D. Tho. aliū ordinē seruauerit inter quęstionem de iuramēto & hāc de periurio materiā superstitionis interserēs. Quoniā tū non est mihi animus illā, quæ latissima est materiā modò tractare, ordini tamen consentaneum duxi virtuti iuramēti extremū periurij

iurij vitium adiungere, quā quæstionē sententiarum Magister in. 3. dist. 39. disputauit. Est ergo primꝰ quæstionis articulus, vt moris est D. Tho. generalis. Vtrum. s. vniuersim omni periurio falsitas insit? Ad quā quæstionē vnica conclusione affirmatiua respondet. s. de ratione intrinseca periurij est falsitas. Hoc primum paret ex eius definitione quæ rei naturam exponit. Est enim periurium, vt loco citato ait sententiarū Magister nihil aliud quā mendacium iuramento formatum. Ratione autem id cōfirmatur. Morales actus. vt. 1. 2. quæst. 1. arti. 3. definitum est, ex fine sortiuntur speciem: finis autē iuramenti est cōfirmatio dicti humani: confirmatio autē eiusmodi per hoc fit cp illud dictum firmiter ostēditur esse verum: quod quidem rei falsæ contingere non potest: ergo falsitas confirmationi veritatis opponit quæ ideo finē iuramenti euacuat. Fit ergo ex his consequens peruerfitatē iuramenti, cp periurium dicitur, à falsitate pręcipuè speciem sortiri, atq; adeò de ratiōe periurij esse falsitatem sicuti veritas est de ratione legitimi iuramenti.

Bonauenti.

QVæstio hæc egregia est per quam præcedens perspectius elucidatur. Nā qm̄ oppositа iuxta se oppositа clarius elucescunt, à multis, quæ illic se insinuabant, vsq; ad hunc locum supersedimus. In introitu verò examinationis presentis cōclusionis, objcit se contra probationem Caieta. qui hanc faliuam deglutire non potest, cp finis iuramēti sit confirmatio humani dicti. Quod tū Di. Thom. vt superiori. q. art. 4. & 5. & hic liquidis verbis affirmat, & in solutione secundi. Ratio verò suę formidinis est: quia cōcedere submetuit id quod nobilius est, nempe actum religionis (qualis est iuramentū) referendum esse ad id, quod est ignobilius, puta ad cōfirmādum hominis dictum, ceu medium ad finem. Illic tamen nēpè art. 5. satis responsum à nobis est videlicet non esse formidandū finem iuramenti esse firmare humanum dictum qm̄ quidem hoc ipsum in gloriam Dei refertur, quod illic copiosius explicuimꝰ. ¶ Hoc ergo prætermisso nonnihil profectò ambiguitatis cōclusio habet S. Tho. quatenꝰ generalis est. Non enim ad omne periurium videtur requiri falsitas. Imò etiā si iuratio sit vera aliunde videtur habere posse rōnem periurij. Et ratio quidem hęsitandi est, quam hic D. Tho. argumen. 1. tangit, & præcedenti. q. arti. 3. fuit tacta. Ait enim Hiero. super illud Hieremiæ. 4. Iurabis viuit Dñs in veritate, in iudicio, & iustitia, tres illos comites. s. veritatē, iudicium, & iustitiā sic esse iuramento necessarios, vt quādocunq; illorum vnus defuerit periurium sit: potest autem absistente veritate deesse, vel iudicium, vel iudicium, & tunc quidem erit absq; falsitate periurium. Vt. v. g. Si quis iuret hominem occidere: qđ patrare intendit, & patratus est. Ob hoc ergo argumentū, vt D. Bonauent. in. 3. dist. 39. q. 1. refert nō defuere, qui negarint omne periurium esse mendacium, imò citra mendacium, vt argumentum ostendit, aiunt posse contingere. Neq; verò Hieronyꝰ. ait quòd vbicunq; aliquis trium comitum defuerit, sit mēdacium, aut falsitas, sed periurium: insinuans, cp citra falsitatē, & mendacium potest esse periurium. Et certè id ipsum ratione cōfirmare videtur. Nam cùm veritas sit vnus comes per se ab alijs duobus distinctus, fit vt peruersitas iuramenti accidere possit absque falsitatis vitio, per hoc cp desit, aut iustitia, aut iudicium. Hoc tamē nō obstante respōdetur omni periurio germanā esse falsitatem, propter rationem S. Tho. Etenim piurium & legitimum iuramentū e regione opponunt: legitimum autē est veritatis confirmatio. Cum ergo falsitas veritati opponatur, exactius D. Tho. loquitur, dum ait, omne periurium aliquā falsitatē inuoluere. ¶ At verò, vt vera sit hæc sentētia, non debet accipi falsitas, vt est contraria veritati, quæ est primus iureiurandi comes, hoc enim satis ratio hæc proxima persuasit: qñquidē absq; illo primo comite, qui est veritas, possit periurium accidere: sed accipitur, falsitas, vt sit cōmune genus ad plures falsitatis gradus & species. Vnde bene ait Di uus in solutione primi, cp primò & principaliter (adde & maximè, ppriè & formaliter) piurium est vbi deest actu veritas, q̄ primus comes: tunc enim actu exurgit falsitas. Atq; id potissimū dum quis consulto. s. sciens & prudens intendit falsum asseuerare. Siue in iuramento fiat assertorio, siue, pmissorio, scilicet quando quis pollicetur id quod nō intendit facere, vadit enim expresè tunc contra mentem, vbi perficitur ratio mēdacij, quā quidem falsitatē supra diximus in promissorio semp esse peccatum mortale, etiā si quis iuraret hominem occidere, quod facere nō intenderet. Idēque proinde gradus est, qñ quis iuramento assertorio iurat, id quod verū est putans esse falsum. Nam vadit etiā cōtra mentē, atque adeò formaliter est mendacium. Licèt materialiter verum iuret, quare semper erit mortale crimē. Hoc ergo iuramētum suaptè proprietate & natura dicitur falsum, eo cp verbū menti nō consonat: dicitur autem quando est

Cōclusionis expositio.

Tres falsitatis gradus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

premissorum ab effectu dolosum quia sit ad decipiendum. Ad hunc autē gradum reducitur omnis qui id quod falsum est iurat, putās esse verum, ex negligentia tamē quia diligentiam debuit, quam adhibere tenebatur vt certior fieret. Erit tamen peccatū non semp mortale, sed secundū negligentiæ culpā. Secundo autē falsitas inest periurio defectu secundi comitis, nēpe iustitiæ, vt si quis iuret peccatum mortale perpetrare. Tūc enim licet illud facere propōnat, atq; adeo insit ei veritas, quę est primus comes, deest tamē ratione contrariæ obligationis veritas, quæ est quoddā fallitatis genus. Fit enim ipsa iuratione periurus, propterea quòd id iurat, quod alia lege tenetur falsum facere. Itaq; licet postea sit iuturus, tamē iurando deierauit, atq; adeo quodāmodo falsum iurauit in virtute cōtrariæ obligationis. Ad quem hunc ille reducitur, qui iurat non facere opus consilij, & supererogationis: nā licet illud possit implere, vt supra diximus, ad id tamē non tenetur. Et ideo est quædā fallitas propter obligationis defectum: quia consultius est postea iuramentū falsificare. ¶ Tertium genus fallitatis est vbi deest iudicij veritas. Nā etsi quis verum quidō iuret putans esse verum leuiter tamen, ac temerè scilicet aut citra necessitatē, aut citra cordatā aduertentiam, vt certior veritatis fiat, antequa iuraret licet insit illic simpliciter veritas: est tamē quedam fallitas in potentia propterea q̄ qui sic iurat, in periculo iurandi falsum versat. Sunt ergo tres fallitatis gradus, scilicet primus simpliciter in actu: secundus in virtute, aut contrariæ obligationis, aut contrarij consilij: ac demum tertius in potentia deierandi. Hac ergo ratione asseritur omni periurio inesse fallitatem, suō cuiusq; gradu & ordine. Qua vtique ratione superiori quæstione. art. 3. vt omne periurij genus ad normā Euangelicæ prohibitionis exigeremus, q̄ est, ne nomen Dei assumamus in vanum, triplex vanitatis genus iuxta hos tres fallitatis gradus discreuimus. ¶ Sed arguis quòd neq; illis gradib⁹ fallitatis admissis tueri possimus omne periurium esse mendacium, vt Magister sentē. art, & D. Tho. consentit. Nam vbi quis id iurat quod verū esse censet, quod tamē materialiter est falsum, periurus est. Et tamen non vadit contra mentem atq; adeò neq; mentitur, hoc enim est mentiri. Et multo minus si id quod iurat verum est non tamē veritatē satis explorauit. Rēdetur, quòd in priori casu vadit contra mentē, quā tenebatur habere, & habuisset si diligenter informatus esset veritatem. Et in posteriori quodā modo dicitur ire contra mentē, propterea q̄ non habet mentē rationis veritatis consessā & certam, quàm iuramento affirmat. ¶ In secundo argumento inquiritur, vtrū iuratio veritatis p̄ falsos deos mereatur nomen periurij. Appareret enim potius hoc esse periurū, quā iurare falsum per verū Deum. Ab eo enim qd in rem potissimū est species eius pensatur, in iuramēto autē id per quod iuratur præstantius apparet quàm id quod iuratur: nā illud habet rationem principij, quo veritas cōfirmatur: hoc autē conclusionis. & secundū Arist. in posterior. principia potiora sunt conclusione: ergo iuratio per falsos deos inde potius deberet dici periurū quàm iuratio falsi per verū deum. Rudet autem D. Tho. illud non esse periurium: imo periurium ab eo solū quod iuratur fortitur speciem, & nomen. Et ad rationem ait dissermen esse inter syllogismos, & morales actiones: in illis nanq; id quod habet rationē causæ efficientis, qualia sunt principia, potissimum est: in moralibus aūt potior est finis. Et quum finis iurandi est confirmare veritatē, ex defectu veritatis iuratio periurū fit. Quapropter etsi iuraie verum per falsos deos periurium sit iuramentum species q̄ idololatriæ, vt arti. 3. videbimus, nō tamen dicitur periurium quia finem iuramenti non tollit, qui est veritas: ex quo sequitur non omne prauum peruersumq; iuramentū esse periurū: de gratuite verò peruersitatis quæ est iurare p̄ falsos deos: quāuis vera sit iuratio, dicem⁹ art. 3. ¶ Tertium argumentū est expositio Augu. in sermone. 2. & de verbis Apostoli Iacobi, vbi tria profert periuriorum exempla. Primū est illius qui falsum iurat, putans esse verum. Secundum illius qui iurat falsum: putans esse falsum. Tertiū illius qui iurat id quod verū est, putans esse falsum. Pro cuius expositione notat D. Tho. actus morales procedere à voluntate, cuius obiectum est bonum apprehēsum. Ob idq; ex apprehensione & intentione ſli manda est morum formalis conditio autē non apprehensa per intellectum, dicitur materialis. Et quoniā forma est per quā actio est bona vel mala, malitia & bonitas ex intentione iudicatur. Quocirca qui aliquid iurat putans esse falsum, siue materialiter falsum sit siue verum, formaliter est periurus. Si autem id iurat quod putat esse verum, id tamen fortè est falsum, nisi aliqua interuenerit negligētia, nullum est peccatum: si verò illa antecesserit, tanta est culpa periurij, vel mortalis, vel venialis, quanta fuit in negligentia. Quocirca suo genere peius est periurū formale, hoc est secundum intentionem puta cùm putat iurare falsum, quàm materiale: id est cum putat iurare verum, licet sit falsum. Ob id enim subdidit illic Augustinus, quia ream linguam non facit nisi reatus mens.

Argumentū contra prædictam sententiam.

Secundū argumentum D. Thomæ

Respondet.

Tertium argumentum.

ARTICVLVS II.

Vtrum omne periurium sit peccatū.

NON quærit de quantitate peccati venialis, aut mortalis: hoc enim articulo pximo reseruatur. Sed in genere an sit peccatū. Et respondet vnica conclusione affirmatiua q̄ omne periurium est peccatū, asserta ab Aug. loco modo citato super Iacobum, vbi generaliter de periurio loquens ait. Videte quàm illa detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda. Et ratione præterea fit lucida. Diximus enim supra legitimū iuramētō esse actum religionis, per quē & deum fatemur omnia scire, quantū ad intellectū, & omnibus velle prospicere, & providere quantū ad voluntatem. Qui autem ipsum in teste falsi profert, aut ignorantiæ notam Deo inurit, videlicet, quod aliqua cum lateat veritas, aut prauæ voluntatis, nempè quod cōsulto velit falsum attestari, quorum vtrūq; contra eius debitam reuerētiam impium est: sit ergo manifestum periurū omne delictum esse religioni contrariū. Res est clara. Nā quādo nihil ab hurdi esset aliud in periurio, q̄ q̄ vniuersum, vt modò dicebamus, quodāmmodo includit mendaciū, esset peccatū. Nā mendaciū absq; peccato fieri non pōt verum. Propterea periurium vitium est priori decalogi tabulæ aduersum, videlicet transgressio secundi præcepti. Nec iures vana per eum. Iam enim vt proximè dicebamus, art. 3. superiori quæstione expositos tres gradus reliquimus vanitatis in iuramēto fallo, Iniquo, & temerario. Quapropter duplici ratione intrinseca & inseparabili periurium est peccatum, videlicet, & quia mendacium includit, & quia per ipsum Deus cōtra religionem dehonestatur. Atq; adeò cæteris paribus simplici mendacio absurdius crimen est. Sunt autem qui dicant vt Bonauē. in 3. dis. 39. q. 1. periurium esse cōtra octauū mādatum, Ne quis falsum testimoniū dicat. At verò hoc accidentariū est periurio. Nam falsum testimonium dicere & citra iusiurandū vsu venire potest, & peculiarē habet materiā: nēpe certam speciem iniuriæ, quæ proximo irrogatur: iuramētū verò multo habet amplio-

Tertium argumentum.

Dubitatio.

rem syluam. Sanè cū ad assertorium, & promissorium protendatur in omni materia. Hic autem articulus quoniam in subsequenti patentior fiet, pluribus nō indiget modo verbis.

PRimum argumentū S. Tho. est. Quicúq; non implet qd iuramento firmauit periurus esse videtur: quādo quis autē iurat factūrum se illicitum, puta adulterium, vel homicidium, si id facto expleat, peccat, ergo si nō faciat nō peccabit: aliàs esset perplexus: & tamē tunc videtur periurus nō verificando id qđ iurauit. Ergo nō omne periurium est peccatū. Respondet autē quòd eiusmodi iurans iurando quidem fit periurus: quia id iurauit quod tenebatur facere falsum. Neq; verò eò quòd nō implet fit reus periurij. Cuius ratio notanda est: quia illa nō erat materia periurij. Quare nec implendo nec non implendo fit ob id periurus, sed implendo crimine homicidij, vel adulterij peccaret: quia vt suprà declaratum est, iuramentū illud relinquit materiā illā illicitam in sua natura. Et eodem ferè modò respondetur ad secūdum quod ille qui iurauit opus supererogationis non facere, non tunc quādo nō implet periurus est: imò consultiùs facit iuramento cōtraueniendo: quia illa non erat materia iuramenti: sed quādo iurauit tūc fuit periurus. ¶ Ad tertium de illo, qui promittit facere voluntatē alterius, quā post cognoscit esse iniquā, aut duram, aut importabilem, qui videtur nō soluendo promissū nō delinquere & tamē esse periurus. Respondet quod nemo se alteri obligare potest, nisi sub debita cōditione, scilicet si id quod ei mandauerit, fuerit licitum, honestū, & tolerabile: & ideò ille nec delictor est, nec periurus. Circa hoc igitur assertum hærere quis forsan dubitaret, vtrū quicunq; voluntatē se alterius in genere facturum iureiurando pollicetur, mortale delictum cōmittat. Sunt enim qui re vera nō citra iniuriam antequam suam voluntatem exponant ab amicis petunt, vt quicquid ab eis expostulauerint, sibi cōcedant. Ea ēm fuit matris filiorum Zebedæi apud Christū postulatio. Matth. 20. qui cum adorabat petens aliquid ab eo. Et matris Salomonis apud filium. 3. regū. 2. dicentis petitionē vnā parvulam ego deprecor à te. Est ergo dubiū vtrùm illa generalis cōcessio crimen sit mortale: maxime si sub iureiurando fiat. Ambiguitatis autē ratio à parte affirmatiua est quòd qui iurat se quicquid alter petierit præstiturum, in cōfuso pollicetur etiam malū perinde atq; ille qui iurat se homicidiū facturū. Id qđ Herodis exēplo cōprobatur Mar. 6. Nā pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter iusiurandū sub quo Herodiadi, quicqd petijsset, fuerat pollicitus, capite obtruncauit Ioannē. A parte verò negatiua extat nihilo minùs argumentum, q̄ eiusmodi pollicitationes multi imprudentes faciunt, qui tamen nō arguuntur lethalis criminis. Respondet duos esse hac parte imprudentiæ gradus. Primus est eiusmodi petitionibus generalibus nequa quam antequā explicētur, annuere. Id quod Christi exemplo didicimus. Nihil enim Zebedæi vxori cōcessit antequā interrogaret, qd vis? ac subinde petitionem intelligens renuit, dicens, ad filios, Nescitis quid petatis. Quocirca eiusmodi postulationibus antequam intelligantur, sub iuramento assensum præbere animo absolutè implendi quicquid ille petierit, peccatū mortale est genere suo. Nō qui sic iurat animo destinauit etiā absurdū si postuletur facere vt Herodes. Dis enim genere suo: nam ex circunstātijs fieri hæc potest promissio citra culpā: videlicet cū inter viros probos vsu venit, nempe quādo iurans certò scit nihil ab alio dē polcendum, nisi q̄ more & iurē fieri possit, neq; si aliud popolcerit, idse facturum timet. Vix tamen à culpa saltim veniali tale promissum excusari pōt. Et ideò viri prudentes & præsertim principes, ac publicæ potestates nequeunt citra imprudentiæ notam eiusmodi petitiones concedere, & vt illis imprudentia id promittere, impudentia alijs est petere. Secundus (hoc deficiente) prudentiæ gradus est, illa facta cōcessione, vbi postea cōstiterit iniustū petī, nō stare promisso. Quod nos Salomon exēplo docuit, sane qui petitionem mātris, postquā illa suam mentē aperuit implere renuit. Quoniā in eiusmodi ꝓmissionibus cōditio honesti, etiā si iuranseam nō apposuerit, subintelligitur. Vnde Agesilaus rex cū quidā illum improbè postulando vrgeret, dicens, tibi id qd petebat promisisse, quasi illa rōne fas nō esset negare. Respondisse fertur: Si quidē iustum est qd petis, promisi: sin minus dixi, nō promisi. Et iuridicū axioma est in malè promissis rescindendam fidē. Extremæ ergo demētiæ in Herode fuit propter iusiurādū per quod in cōfuso Herodiadi fuerat quicquid postulasset pollicitus, nefandū illud scelus patrare. Tæetsi nō tam, ex iurandi religione, q̄ ex amoris turpitudine illud emanauit. ¶ In quarto argumento explicatur quēadmodum obligatio iuramenti vnius personæ nō transit in aliam. Neq; vero in aliam materiā. Argumentū enim est. Promissorijs iuramentū ad futura se extendit: potest aūt obligatio illa per rei mutationē tolli. Quod enim

Duo imprudentiæ gradus

Agesilaus.

chultas modò iurat succedentibus nouis ciuibus, aut canonicis, obligatio illa minime illos ligat. Et canonicus dum hæc statuta iurat, alia si addātur, seruare nō cogitur: & nihilo minùs isti ciues & canonici videntur quodāmodo iuramentū transgredi: ergo nō omne periurium est peccatū. Resp. ōiò aūt est quadripartita. Primum enim notandū iusiurandū esse actionem personalē, & nō communem: sicuti enim tota ciuitas excommunicare nequit: ita nec tota ciuitas iurat nisi vel singuli iurēt vel in singulari vni facultatē faciant hoc pro omnibus iuramentū præstandi. Quare virtute iuramenti quod vnus facit nemo alius ligat. Ob idq; quotiescunq; aliquis in senatū, aut in capitulum recipitur, tenet statuta iurare: aliàs ciuitas mutatis ciuibus nullo tenet iuramento ū maioribus præstito. Ait tamē secūdò quod teneretur quicunq; ciuium etiā iniuratus ex æqua fidelitate. Nam qui fit bonorū particeps fit subinde & onerum: si autem non seruaret, nō esset ob id periurus. Qua vtiq; ratione etiā si pater iurauerit quippiā soluere, nō tenetur filius, ipso defuncto, vt iuramēti paterni id soluere, ita vt nō soluens sit periurus: sed tenetur tanquā hæres paternū debitum reddere: verūm est tamen, quòd paterna iuratio arctius perstringit hæredem, quàm si nō fecisset iuramentū. Pari modo si rex episcopus, aut canonicus ad dignitatē absq; vllo iuramēto admitteretur, nō perstringeretur virtute iuramenti antecessorum cōstitutionib⁹ stare, teneretur, tamen ex cōmuni fidelitate postquàm dignitate & eius fructibus & honoribus fruitur, iura illi annexa seruare. ¶ Per hæc de iureiurandis censendū est, quæ causarum patroni, & procuratores nomine suarū partiū præstant. Id enim dupliciter fieri potest: vno modo absq; speciali facultate partis ad singulare illud iuramentum præstandū, & tunc ille pro quo iuramentum præstitum est, nō sic ligatur, vt si nō impleat periur⁹ sit: tenetur tamē stare verbo ꝓcuratoris, virtute potestatis, quā illi dedit ad sua negotia transigendū: si tamen dūs causæ ad singulare aliquod iuramentum præstandū agenti suo dedit: tunc iuramentū procuratores perinde ligat dūm acti ipse iurasset. Nā etsi iuramentū perinde atq; matrimonialis cōtractus, actio sit personalis, pōt nihilominùs p destinatū ad id procuratorē, ceu matrimoniū, celebrari. Sed rogas. Nūquid dum quis procuratorem in propria causa instituit pōt illi generalē facultatē facere, quodcunq; iuramētū exhibēdi, quod ipse iudicauerit esse licitum. Rūdetur nequaq̄ id fas esse taliter, vt iura

Quæstiūcula responsiua.

De iuramento aliorū pro nobis fallo.

vt iuramentū procuratoris suum ipsius reputetur. Cuius profectò ignorantia multi laborant. Nam iurare nemini quācunq; veritatem licet, sed illam tantū quam priùs certò cognouerit. Et ideò illa generalis facultas iniqua esset, & illegitima, atq; adeò iure non admittenda, nisi in singulari, dūs causæ agenti suo dicat. Iura meo noīe hoc. Quo fit vt illa iuramēta procuratorum nomine suarū partiū potius sint cæremonia iuris quibus partes stare tenentur, si modò licita sit, & honesta. Tertiū dictum D. Thom. est quòd canonicus vel senator iurans statuta ecclesiæ vel reipublicæ non iurat, nisi illa quæ illuc vsq; edita sunt. Et ideo si aliqua superaddant non tenetur illa, vi iuramenti seruare: nisi intenderit nō solum facta, sed facienda custodire. Tenebitur tamē tanquā socius illius familiæ ex vi statutorum quæ vim habent coactiuā legum si honesta sint, & aljs conditionibus iustæ legis ornata. Circa illud tamē verbū, nisi intenderit se obligare etiā ad futura, notandū illam intentionē non esse licitā, nisi tacita conditione si edenda statuta fuerit vndequaq; iusta: imò nec cū tali cōditione esset omninò prudentia sic iurare: quia, vt modò dicebam⁹, nemo debet nisi illa quę certo nouit iurare.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm omne periurium sit peccatum mortale.

QVæstquā in genere constitutū omne periurium esse peccatū, interrogat in specie an omne sit peccatū mortale. Et rndet vnica cōclusiōe affirmatiua. Periuriū ex sui ratione est peccatum mortale. Cuius prima ratio est: qcquid est diuino præcepto contrariū est peccatum mortale: periurium aūt est contrariū illi præcepto. Leuit. 19. Nō periurabis in noīe meo. Ergo omne periurium sui rōne est peccatum mortale. Secūdò ꝓbatur. Nā id propter qđ aliud est tale, vt verbis Philosophi in posterioribus loquamur, magis est tale: vtsi aqua est calida propter ignē, virtuosior est in igne calor. Cōfitemur autē id quod per se est veniale peccatū, vt otiosum verbū, si fiat in dei contēptum, fieri mortale: ergo fortiori ratione periuriū, quod suapte natura contēptum Dei innatū habet, quia est vitium reuerentię Dei è diametro aduersum, erit peccatū mortale. Poterit autē ratio paulò differētiùs sic informari. Peccatū mortale est qđ dei proximi charitati aduersatur: omne autē periurium diuinæ charitati repugnat, Deum enim eiusque religionē despicere, charitati eius aduersatur, vt documento in hominū ciuilitate constat. ergo est mortale scelus.

Dubia circa conclusionē

ARticulus hic vastissimū nobis aperit diserendi cāpum. Et primū omniū cōclusio D. Tho. cū suis probationibus, neq; adeò perspicua est, neq; oinò certa videtur. Si em̄ rationes animaduertas, id dūtaxat cōcludunt, quòd periuriū genere suo sit peccatum mortale, sicuti furtū & homicidiū: & tamen titulus quæstionis fuit vniuersalis vtrùm omne periuriū in individuo quōdocūq; fiat sit mortale. Et videtur in solutionibus argumentorū partē affirmatiuā in vniuersum sustinere. Et vt art. 7. dicebamus, periuriū assertorium in quātuncunque leui materia fiat est mortale: neq; in hoc simile est furto, qđ ratione tenuitatis materiæ pōt esse veniale. Sed tamen ex altera parte extat argumentū: neque in promissorijs, neq; in assertorijs omne periurium esse mortale. Iam enim suprà dixim⁹, si quis iuramento promittat rem leuissimam, quā nō soluat esse periuriū, nō tamē mortaliter peccare. Et si quis iuret venialiter peccare, periurium facit veniale. Itē si quis citra iudicium discretionis iuret putans id esse verum, quod iurat, est periurus, & tamē nō semper leuiter peccat, sed tantū quāta fuerit negligentia. Dubia est ergo cōclusio S. Tho. an intelligat periuriū ex sua tātū ratione generica esse peccatū mortale, an verò vsq; adeò ratione intrinseca, vt omne in individuo sit mortale. ¶ Ad quā quidē quæstionē per vniuersas periuriorū species discurrentes septē cōclusionibus respōdemus. Et vt ordinē à nefandissimis auspicemur, prima cōclusio sit. Scelestissima periuriorū species est blasphemia, & inter blasphemias illa q̄ est idololatria, vt per falsos deos, seu veraciter, seu mēdaciter iurare. Blasphemiæ inquā multæ sunt species, illa tamen sola ad nostrū facit ꝓpositū, quæ sub forma fit iuramēti. Et quòd eiusmodi iuratio sit omnium inpientissima, nemo dubitare posset, ni si q Aug. ad Publicolā segniter & absq; discretione audierit. Et refertur. 22. q. 1. cano. mouet. Ait quippe q̄ sine vlla dubitatione minus malum est per Deum falsum iurare veraciter (quod est blasphemia) q̄ per Deū verum falla citer: quod fit citra blasphemiā. Quātò enim (inquit) per quod iuratur est sanctius, tantò magis est pœnale periuriū. Nihilo minùs cōclusio nostra verissima est. Nā blasphemia genere suo peior est simplici periurio. Est nāq;

Respōsū dubiorum.

Prima conclusio.

Impientissima iuratio p falsos Deos.

Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

blasphemia ualedictũ & cõuicium in Deum ipsum iactatum, quò vel honori ipsius & dignitati quippiã detrahitur, vel quod ei nõ cõuenit impingitur. Qua propter per periurium veritas eius in dicendo detestatur: p blasphemiã verò sua ipsius veritas in essendo offenditur: qui aũt per falsos deos iurat insigne blasphemię genus deo impingit. Sanè qui honorem vni deo debitũ alijs qui nõ sunt eo digni impartitur. Secundò apertius arguit. Blasphemia. vt. 2. 2. q. 13. author est D. Tho. confessioni fidei opponitur, quæ primũ est totius religionis fundamẽtum: est q; idcircò infidelitatis species atq; adeò cõtra primũ mandatũ de vno colẽdo Deo cõmittitur: cùm periuriũ nõ fiat, nisi cõtra secũdũ: Peccatũ autẽ quod primo mandato opponitur magis impiũ est q̃ quod sit cõtra secundũ. Et tertio inde id fit manifestũ, q̃ qui per falsos Deos iurat, manifestarius idololatra est, vt pote qui actione illa pseudo deos colit, ac si illis, aut supplicaret, aut thurificaret. Vnde Hiere. 5. vbicunq; deus filijs Israel æqua libra improperat: nẽpè & q̃ ab eo ceu à potestate defecissent, & quòd iurarent in his q nõ erãt dij. Quapropter Chrysosto. in imperfecto, idololatrã se inquit facit omnis, qui per aliud à Deo iurat: idololatria verò scelestius sacrilegiũ est, quàm periurium. In summa, qui deum diffitetur esse solũ Deũ, atrociorem ei irrogat iniuriã (vtpote qui i suã ipsius substantiã, & quidditatẽ impius est) q̃ qui cõtra eius scientiã & dignitatẽ ipsum allegat in testimoniũ falsi. ergo enormius contra ipsum delinquit. Imò verò, vt Aug. ipsum sui ipsius interpretẽ huc appellemus, in libro cõtra Menda. ait. Blasphemare ideo peius est, q̃ peierare, quòd peierando falsæ rei adhibetur testis Deus: blasphemando autẽ de ipso falsa dicũtur. Ergo cùm re vera qui per aliũ quàm per verum Deum iurat, aut per creaturas in ipsum relatas falsum dicat de Deo vero, putà quòd non sit solus Deus, fit vt multò impius sit iurare p falsos deos, quàm deierare. Sed ais forsan hoc tantùm cõcludi, quòd falsum iurare per deos falsos sit peius, quàm per deũ verum. Imò verò id ipsum cõcluditur etiã dum per falsos deos verum iuretur. Nã illic impietas idololatriæ permanet: hoc est falsorũ deorum cultus. Dicendum ergo est ad Augustin. q̃ cùm illic de solo periurio loqueretur, docere cogitauit, q̃ quantum ad rationem attinet periurij, cuius quidem substantia est falsum iurare, minus malum est veraciter iurare per falsos deos, quàm mendaciter per deũ verum: imò illud vt articul. 1. dicebamus non est periurium. Et ad idem attinet id quod subdit qđ quanto id per quod iuratur sanctius est, magis est pœnale periuriũ, si eius intrinsecã rationẽ cõsideres. Nihilo minùs rationẽ idololatriæ quæ illic inuoluitur nunquam Augustinus negasset esse delictum periurio grauius. ¶ De finitio autẽ quæstionis huius, aliam suscitat, videlicet, vtrùm liceat ab idololatria iusiuran dum per suos deos petere, & recipere. Apparet enim id non licere. Nã cùm ipse iurando etiam verum per suum Deũ actũ idololatriæ exerceat, atq; adeò enormiter peccet, videtur ille qui tale iuramentũ exigit, socius eiusdem crimnis fieri. Aug. nihilominùs eodem loco affirmatoriè respondet illud esse licitum. Et ratio est, quòd cùm idololatria more & vsu paratissimus sit per suos deos iusiurandũ præstare, ille qui illud recipit, nõ magis eum mouet, quàm vsurarium ad suam nequitiã paratum, ille qui mutuũ ab illo sub fœnore petit. Quare neque se illi in illa iniquitate associat, sed vtitur eius fide: non quidem catholica, per quam Christiani sumus, sed naturali fidelitate, quã mortalium quicunque cuiuscũque sit religionis in pactis & fœderibus seruare tenetur. Id quod exemplo Laban & Iacob confirmat, qui, vt Genes. 39. refertur cùm fœdus inissent, mutuò sibi iurauerunt per Deum Iacob & Deum Nachor patris Laban. Et idem innuitur Gen. 26. de Isaac, & Abimelech quorum vterque fortè alteri per proprium Dẽũ iurauit, licèt vt ait Augustin. non sit ita compertum. Ex quo fit consequens, quòd tam idololatra, quàm gentilis iusiurandum suum seruare teneatur. Non quidem ex vi religionis, quæ falsa est, sed ob fidelitatem humanam, quam secundùm suam conscientiam iureiurando confirmauit. Atqui hic est legitimus sensus Augustini, qui refertur. 22. quæstione 5. cano. Ecce dico. vbi ait, quòd qui super lapidem falsum iurat, periurus est. Quod qui dem glossa nescio quo ficto interpretamento aliorsum vertit quàm res habet. Aiten nim Augustinum suos parœcianos reprehendere, qui cùm super librum iurare debebant lapidem aliquem loco libri supponebant. vt eos deciperent quibus iurabant. Quibus ideo ait Augustin. iuramento ligari, quandoquidem alij putabant illud super librum fieri. Glossator autẽ, bene testatur verba Augustini in proprio loco non consuluisse. Alia alij etiam Theologi illo loco affingũt quę non sunt relatu digna. Augustinus enim illic non loquitur, nisi de iuramentis gentilium, quibus inter omnia solennissimum erat per

Alia quæst.

Gẽtiles teneãtur seruare iuramẽtum sibi factum.

per Iouem lapidem iurare. Inde tractum, vt est apud Liuium lib. 1. apud Gellium, & apud vniuersos Latinos, quòd cæremonia ineundi fœdus erat, vt pater patratus manu tenẽs lapidem cõceptis verbis iuraret, & tunc suẽ lapide feriret. Ex quo sermo ille derivatus est: ferire fœdus. Illum ergo lapidẽ appellabãt Iouẽ, quatenus testis fœderum erat. Ait ergo Augustin. nõ quòd qui super, sed qui ad lapidẽ, scilicet, Iouẽ lapidẽ iurat, quãuis re vera non iuret per rem sanctã, iurat tamẽ per eũ quẽ putat esse sanctum. Et ideo tenetur fidẽ illã seruare. ¶ Sed rogas fortasse vtrũ talis idololatra rõne iuramẽti, arctiùs sit deuinctus, q̃ si absq; iuramento fidem suam obligasset? Aug. enim ad Publicolã hoc dũtaxat ait, q̃ qui per Deũ falsũm iurat verum semel peccat, quia iurat p quem nõ debet: qui aũtẽ per eundẽ iurat falsum bis peccat: quia præterea iurat falsum. Et idẽ est si nõ impleat iuratũ promissũ. Respondetur autem eiusmodi Ethnicum nõ teneri arctiùs absoluta obligatione, ratione iuramẽti: quoniã illud frangens nulli vero Deo, aut rei sacræ iniuriius est, sed illi penitus cui fidẽ frãgit: neque veram religionẽ cõtaminat: sed tamen tenetur ex hypothesi, id est suppositaeius fallaci cõscientia, qua putat per verũ deũ iurare. Est enim Theologũ axioma, errroneã cõscientiam obligare. Huic enormitati secundo gradu accedit blasphemia iurãdi per creaturas more gentilico, quãuis qui iurat Christianus sit, & nõ idololatra, vt per solem, per Mercuriũ, &c. quod. 22. q. 1. cano. clericum. Carthaginense cõcilium vt blasphemum dãnat: quem canonẽ superiori. q. art. 6. emunctiꝰ exposuimus. ¶ Tertiò ordine blasphemiæ veniunt Christianorũ quæ formã habent apostasiæ. Qualia sunt quinq; illa verba in Hispanis dãnata, scilicet, Nõ credo in deum: seu vt fingunt de Deo discredo. Item de Deo renego, quod est ipsum abnegare & abiurare. Et Pese. hoc est Deo displiceat, eumq; tędeat huius aut illius rei, ac demũ per Dei vitam. Prima nãque tria genera significationẽ infidelitatis habent & fidei abiurationis. Est tamẽ ad notandum huiusmodi blasphemias nõ esse re vera apostasias. Nã qui sic iurant non, habẽt animum desciscendi à fide, sed irę impetu sverba illa extorquet blasphema. Etenim vt vera apostasia & defectio à fide ex superbia nasci tur, vt hereticorum exemplo cõstat, sic huiusmodi christianorũ blasphemias flãmata bilis profert. Sunt tamẽ suprà quàm dici potest enormissimæ. Sic enim de fide blasphemare, quam in baptismo profitemur, etiam apud Turcas & impurissimos idololatras esset exhorrẽdũ. Quare nõ est æstimãda huius impietatis immunitas de sola ciuili pœna, quæ leuissima est carceris. Est enim citra cõtrouersiã latissimè grauior culpa apud Deũ, q̃ homicidiũ: quando quidẽ, vt suprà iam cõstitutum est, sit fidei cõtraria, quæ ad primũ legis mandatũ attinet. Ob idq; inquisitores eiũ hæreticę prauitatis in blasphemos solent animaduertere. Imò antiquitus pœna acerrima mortis plectebatur blasphemus. Legitur eñ Leui. 24. Homo, q̃ maledixerit Deo suo, portabit peccatũ suum: & qui blasphemauerit nomen Dñi morte moriatur: lapidibus opprimet eũ omnis multitudo: siue ciuis, siue peregrinus fuerit. Omnis iniquit multitudo: quoniã vniuersi vindices esse debẽt honoris Dei. Iam verò respublica nõ quo crimina grauiora sunt acerbiùs vlciscitur: ea enim iudicio Dei reliquit, sed quo magis sunt pacem ciuilem perturbantia. Qui aũtem ait Pese. hoc est. Deum tædeat eo blasphemus est, quòd bilẽ quã de allo cõcepit, in Deũ respuit, & quẽ iræ habet corruptũ affectũ, eundẽ Deo impingit, quod nefandissimũ est. Dicere autẽ Per vitam Dei, vt superiori quæst. arti. 6. dicebamus, nõ est Dei vitam in testẽ simpliciter adducere: alioquin nõ esset blasphemia: sicuti neque illud, vivit Deꝰ, sed est nefandissima execratio. Etem sicuti dum ais per vitã patris, aut filij, illam nisi verum dixeris vltioni Dei subdis: sic dum ais, per vitam Dei, perinde eam videris eius ipsius iudicio subijcere, ac si posset Deus de seipso supplicium sumere, Sunt & blasphemiarum non infimę species iurare per mẽbra Dei, vt per caput, per sanguinem, per iecur, & per alia membra quæ nominare depudet. Nã præterq̃ quòd Deo videantur isti mẽbra tribuere, etiam si de mẽbris Christi id intelligãt, enorme conuicium & contumelia est. Quandoquidem hoc non est membra in testimonium afferre: sed vituperijs Christum sordidare, sicuti nefas est iurare per intemeratam Deiparæ virginitatem. Ob idq; mirari satis nequeo, cur publicæ potestates si non euangelium, saltem authenticum Constantini nõ consulunt de hac re, cuius titulus est, vt non luxurientur homines cõtra naturã, ne iurent per caput, aut capillos Dei, & ne Deum suum blasphemẽt. vbi iurare per capillos nefando exęquatur flagitio, quod sit cõtra naturam. Quin verò (vt suprà diximus) grauior illo est blasphemãdi impietas. Quocircà propter huiusmodi peccata (vt illic habetur) sæuire sæpe numero Deus solet in genus humanũ. Nũc. s.

Pœna antiqua blasphemiæ.

Per Dei vitam.

Authenticũ Cõstantini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbiũ incendijs, nunc fame, nunc bellis, & submersionib⁹, & huiusmodi alijs portẽtis suum vindicans sanctissimũ honorem & nomẽ: & hanc ob causã sanctissimè illic obtestatur imperator prętorẽ vrbis vt quos talibus delictis irretitos deprehenderit, præter q̃ quòd semet ipsos indignos faciunt Dei misericordia, vltimis subdat supplicijs. Vt nõ ex contẽptu talium inueniat & ciuitas & respublica per hos impios actus lædi. Nã si contra homines inqt factæ blasphemię, impunitæ nõ relinquũtur, qui deũ ipsum blasphemãt, magis digni sunt supplicia sustinere. Hæc Cõstantinus. Et est præcipuè recolenda collatio hominũ cũ deo. Bone Deus, qui in regẽ blasphemat, q̃ omni opprobrio & supplicio, & qdẽ meritò dignus habeꝰ. Et tñ eum qui regẽ regũ contumelijs proscindit nõ tam iniquis oculis conspicitur. Sed de blasphemijs hactenus. Ad hæc profectò si blasphemiæ non sunt, saltẽ proximè accedunt: dicere, Sicuti Deus est, & sicut natus ex virgine (& similia) sic quod assero verũ est. Quocirca dum falsitas sic affirmat fœdissimũ est periurij, blasphemiæ affine. Et quãdo affirmatio veritate polleret, non tamen esset à blasphemia longè distans. Nã quãuis, veritas, vt aiunt Philosophi, cò quòd adæquatio est rei ad intellectũ, ac perinde indiuisibile consistens, non recipiat magis & minus, tamẽ quia diuinę veritates ipsissimi sunt veritatũ omniũ fontes, nõ sunt à nobis accessibiles, atq; adeò insolentissima superbia est tantã nobis fidem arrogare, vt veritates caducas nostras cum illis sempiternis conferamus. ¶ A blasphemiæ iurationibus ad alia periuria eo ordine descẽdendum nobis est, qui inter iuramenti comites constituitur. Primus autẽ est veritas, quæ si iuramẽto absit insigniter vanũ est, quod .s. iurandi subst ãtia euacuatur. De hoc ergo statuitur secunda eademq; vniuersalis conclusio quæ nullã prorsus exceptionẽ permittit. Omne assertoriũ periurium est peccatũ mortale, Omne (inquã) in quacunq; materia, quocunq; fine, quacunq; de culpa & sub quacunque forma, & quocunq; modo & intentione fiat: dum tñ sit actio deliberata. Dixerim in quacunq; materia siue magna, siue parua. Etenim qui falsò iurat se non fricasse barbam, mortaliter peccat, atq; si iurasset rem aliã grauissimam. Nam tam falsum est, te non fricasse barbam (si falsum modò est) aut non penna lauasse dentes, quàm te non patrasse homicidium, quod tamẽ cõmisisti. Et quouis id fine aut causa facias, nihilo minùs lethale peccatũ est, quãto sit cunq; finis aliàs sanctissimus, & pientissima causa eademq; grauissima: vt si deieres ad cauendum tibi mortem, vel innocenti vel regi: vel ad liberãdam à proditione, & incendio totam rempublicam: quin etiam si illa via hominẽ seruasses ab æterna morte nihilo seciùs tuã ipsius animã peremisti. Exemplum est in lib. contra menda. Augul. Si quis essẽt infidelis in potestate impiorũ constitutus ad quem peruenire non posset, vt regene rationis lauacro ablueretur, nisi deceptis mẽtiendo custodibus, minimè id liceret. Perspice nõ solùm peierare nefas esse, verùm neque mentiri fas est, ad redimẽdam animam proximi, eripiendãq; à tartareis faucibus, & vt summatim dicamus quemadmodũ (vt in decretis extat. 22. q. 2. can. Primũ est) nulla neu vera neu cogitata ratione mendaciũ dici potest citra peccatũ. Ita nullum esse potest mẽdaciũ, quàcunque libet leuissimũ, quin si iuramento firmetur, sit mortale periurium. Et cũ audis assertorium, promissorium quoq; intelligito, qua ratione (vt superiori quæstione dicebamus) assertoriũ est, vt si dum quispiã se aliquid facturum, aut non facturũ iurat, non habet intentionẽ faciendi vt iurat: mendacium assertorium est, quanuis iuret hominem occidere aut peius aliquid patrare, tametsi postèa id re exequens nouum committat crimen cõtra legem opus illud prohibentẽ. ¶ Huic autem conclusioni adiungitur tertia. Omne iuramentũ promissorium rei, quæ sine peccato mortali fieri nõ potest, est pariter absq; exceptione peccatũ mortale, etiãsi verũ iuretur, vi delicet dũ intẽtio adest implẽdi. Nã cùm qui id iurat alia teneatur lege contra iuramentũ facere, perinde est acsi falsum iurasset. Imò cùm omnis res illicita sit contra diuinum mãdatum. Nam tam naturales quàm ciuiles, vt libr. 1. dictum est ab illo deriuantur, sit, vt iurare per Deum rem illicitam est illi, aut per ipsum promittere facere cõtra eius ipsius mãdatum. Quapropter sicut superiori lib. de voto rei illicitæ dicebamus, qui rẽ iniquã iurando promittit, Deo potiùs malũ cõminatur q̃ verum promittat, Cõminatur inquam illi iniuriã facere, quo nihil vel impudẽtius, vel audacius dici potest. Promissio nanq; de re fieri debet quę sit ei grata, cui fit. Hęc ergo duo simpliciter sunt dicunturq; periuria: de quibus idcirco tum conclusio D. Thom. vniuersum intellecta verissima est, tum & eius rationes firmissimę. Nã qui his modis deierat Dei contemptor est eiusq; adeò violator charitatis. Nomine autẽ periurij in præsentiarum nõ illud tantũ intelligimus, quod fit per Deum verũ

Sicut Deus est.

Secũda conclusio de periurio assertorio.

Augustinus.

Tertia conclusio.

verum & illud etiã quod fit per creaturas ipsum relatas. Nã etsi vt in solutione secundi videbimus, peius sit peierare per Deũ, est nihilominus peccatum mortale, dũ fit per creaturas: siue vtrũq; solẽniter fiat coram iudice, siue priuatim. Omne enim est peccatũ mortale. ¶ Haud tamen monstrasse satis est periurium simpliciter dictũ mortale crimen esse ni si de eius etiã enormitate quartã conclusionem addamus. Periurium quod sacrilegium mortale est peiorem Dei offensam innatã habet quàm vllum crimen quod aduersum proximi charitatem admittitur: etiamq; homicidiũ, siue per Deum siue per creaturas in ipsũ relatas fiat, siue solẽniter, siue priuatim. Conclusio est D. Thom. in quolibet. 18. atq; alibi tum plurium. Sed quando nulla extaret doctorum autoritas, rationes in propatulo sunt. Est nanq; periurium præuaricatio præcepti prioris tabulæ, vt suprà diximus, quà eius detrahitur honori & reuerentiæ huiusmodi autem iniuriæ immaniores illis sunt, quibus offenditur proximus. Quòd si quis ratione hãc infirmare conetur, redarguens quòd tunc sequeretur acerbius esse crimẽ, violare diem festum seruili opere, quàm hominẽ enecare, eò quod mandatum de seruandis festis attinet ad priorẽ tabulã. Nullius est vigoris argumẽtum: quoniã festorum præscriptio, quæ ab ecclesia seruantur, nõ est de iure diuino, sed de iure duntaxat humanorũ & ideò violatio festi nõ est tam graue peccatum, quàm vel homicidium, vel furtum. Qui verò id quod iure diuino de celebrandis festis cautum est, transgrederetur, grauius quàm homicida peccaret, puta qui nullum in tota vita feriaret tempus, quod dicaret diuino cultui. Adiungitur & secunda ratio, qua demõstratur periurium iniquus esse homicidio, aliàs enim non esset iuramẽtum finis omnis cõtrouersiæ: vt ait Paulus. Nam si esset minus peierare, quàm occidere, aut adulteriũ facere, nunquã ab homicida & ab adultera iuramentum peteretur calumniæ: quoniam cõiectura est: vt per periurij, tanquã per exilius peccatũ, malora cõtegerẽt crimina. At verò fuit semper omnibus gentibus tam sanctã, tãq; solẽniter culta iurisiurandi religio, vt quæuis agatur causa iurisiurandi beneficio & tractetur, & expediat. Sed sit fortè qui hoc argumentum, vt inualidum sic redarguat. Vbi quis de hæretica defertur pranitate, quanuis iniquior periurio sit, ab eo nihilo minus expoſcitur iuramentum calũniæ: ergo illa ratione non probatur periurium esse grauius homicidio. Respondetur, quòd hæresis error quidã est intellectꝰ, & ideò licèt hæreticus per ignorãtiã aliquid de Deo falsè diffiteatur, cõtinetur nihilo minus reuerentiã ei debitã. Quapropter in sua existimatione grauius est periurium, ac proinde dignus existimatur cuius iuramentũ exigatur. Ac demũ quãta sit periurij pernicies tertio demonstratur. ¶ Periurij nanq; subuertere molitur fundamẽtũ humanorũ omniũ cõmerciorũ, quod vt suprà ex Ciceronę retulimus, est dictorũ fides. Hęc enim tunc firma est cum per iuramentũ cõstabilitur. Quare si iusiurandi vim infringas, nulla sit reliqua inter homines cõstantia fidei. His ergo de causis Leuitic. 19. cum tanta emphasi prohibetur periurium. Alia enim mãdata simpliciter ponũtur, scilicet, Non fures, &c. Periurium autẽ cum emphasi, Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. & Exod. 20. Non fatis Deus duxit admonitos nos facere ne nomen eius in vanũ assumeremus, sed subdit. Neque enim habebit insontẽ Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui in vanũ. Et. C. de iureiurando iusiurandi inquit cõtempta religio satis Deũ vltorẽ habet. Quapropter etsi republica non perinde atq; homicidia periuria vlciscatur, non ideò existimandũ est non esse grauioris culpæ. Vnde. 22. quæst. 1. canon. monet. ait Augustꝰ grauissimã esse pœnam periurij, scilicet, & apud Deum & apud ecclesiam. Et Eutichianus Papa canon. Statim proximo. Prædicandum (inquit) est, vt periurium fideles caueãt, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse. Quare & periuri infames iure habentur, vt. 9. quæstio. 1. canon. quicunque. & cano. infames. & extrà. de testib. cap. testimonium. habetur. ¶ His autem non obstantibus subnectitur quinta conclusio, Plura sunt promissoria periuria quæ non sunt grauioris culpæ quàm venialis. Primum enim id valde probabile est, quod præcedenti quæstione Caietanus ait, nempè iurare id quod officio supererogationis obstat, non esse grauius quàm venialis, vt non intrare religionem, quia potest absque peccato illud impleri, nisi forsan id quis iurasset in casu etiam necessitatis, tunc enim illicitum iurasset. Quocirca vt legitur canon. Florentinum. distinct. 85. ille Archidiaconus, qui iurauerat nunquàm fore episcopum, cõpulsus fuit eandem functionem accipere. ¶ Quod si arguas, qui opus supererogationis iurat non facere, obicem ponit Spiritui sancto: ergo peccat mortaliter, nam Spiritui sancto reluctare, insigne scelus apparet.

Quinta conclusio.

Argumentũ

Nega-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Negatur cõsequẽtia. Si enim eo pacto quis opponeret et obiceret vt nequiret absq; culpa mortali eius inspirationi auscultari, ipsa obstaret appositio esset mortalis, qui autẽ iurat nõ facere opus supererogationis nõ obstante iuramento potest optimè Spiritui Sancto obedire. Et ideo non est alia culpa quã quòd contra consilium Spiritussancti iurauit quod natura sua ideo nõ est mortale, quòd ad consilia sequẽda nemo tenetur: est nihilo minus irreuerentia quædam saltim venialis. Secundò etiam conclusio verificatur, vbi quis iurat, promittendo rem sterilem & omnino vanam, vt cùm quis iurat leuare sesticam, aut rescindere vngues tali die, aut id genus alia, quæ nullius sunt emolumenti: iuramenta enim hęc ob id sunt peccata quòd non sunt obligatoria, suntq; subinde vana. Haud tamen condẽnanda sunt mortalia, postquàm etiam citra peccatum nõnunquàm impleri possunt; vbi impletio contra bonos mores non vergit. Tertio, cõclusio vera ostenditur, vbi quis iurat aliquid se facturum quod non est nisi veniale malum, nempè locose mentiri, aut otiosum verbum loqui. Tunc enim quia illud iuramẽtum implere, non est nisi veniale, consequitur vt neque illud ficat, grauiorem afferat culpã. Quòd si in contrarium arguas. Qui illud iuramentum emittit, tenetur illud falsificare non implendo: ergo in virtute facit iuramentum falsum: quod videtur esse mortale. Respondetur, quòd quãuis teneatur illud falsificare, solùm teneatur sub reatu veniali. Et ideo licet iuramentum sit quodãmodo falsum, non tamẽ inde sit esse mortale: iam enim supra regulã illam quòd omne iuramentũ falsum sit mortale, præmonstrauimus non esse vniuersalẽ, nisi assertorio. quare si dum ille de quo loquimur iurat nõ haberet intentionẽ implendi illud esset mortale, nam esset assertio contra mentẽ. Sed tamẽ obligatio promissorij iuramẽti debet cẽseri, vt diximꝰ, ex parte obiecti. Vñ qñ obiectũ (hoc est materia) nõ est nisi veniale, iurare id facere cũ intẽtione faciendi, nõ erit grauius q̃ veniale. Quartò deniq; & postremò verificatur conclusio, vt superiori quæst. arti. 7. disputabamus, quãdo quis sub iuramẽto pollicetur rem parui momẽti: quod quidẽ profectò, vt reor non est nisi veniale. ¶ Sexta cõclusio. Nõ omne iuramentũ assertorium, licet sit vanum atq; illicitum & subinde quodãmodo periurium est peccatũ mortale: sed crebrò veniale. Conclusio hæc veritatẽ obtinet, vbi periurium solo defectu tertij comitis cõmittitur: quod quidẽ nõ simpliciter, vt arbitror, sed secũdum quid periurij nomine denotatur. Primum vbi quis verũ certumq; iurat, sed tamẽ sine necessitate: qđ plurimũ illis qui iurare assueuerũt accidit, vt cum quis iurat solẽ lucere aut pluere, dũ ita est, & similia. Hęc enim iuramẽta quia vana sunt, culpa nõ vacãt, sed tũ, quia vera existũt & certa, mortalem labẽ nõ impingunt. Vbi aũt quis pro certo id iurat, quod certũ nõ habet, plusculũ difficultatis emergit. Est ergo animaduertendũ ꝙ ad iudicandũ verum ne sit, an falsum iuramentum non tam ad rem iuratam, q̃ ad mentem iurantis attendendũ. Si enim quis id iurat, quod post legitimũ examen certo putat esse verũ, licèt fortè sit falsum, nullatenus delinquit. Et vice versa dum putat esse falsum quod pro vero iurat, quanq̃ fortè sit verum, nihilo minus periurus est: vt suprà art. 1. exmẽte Augustin. explicuimus. Requirit aũt iuramenti reuerẽtia, vt q. præced. artic. 7. admonuimus, nõ solùm, vt verũ iuretur, sed vt nihil homo iuret anteq̃ pro rei qualitate certus sit, verũ esse qđ iurat. Dixerim, p rei qualitate & dignitate. Nã nõ æqua diligẽtia in omni materia requiritur, ad veritatẽ perscrutãdã, quæ iuramento asserenda est, sed in rebus egregijs atq; arduis multò maior, quã in his quę sunt minoris momẽti. Imò quandoq; res potest esse tam peruia, vt sine vlla discussione possit iurari. Culpa ergo iurandi rem incertam pro certa æstimãda est penes negligentiam, hoc est penes omissionẽ diligẽtiæ, quę pro digni tate materiæ erat adhibẽda. Quæ quidẽ indiligẽtia tãta esse potest, vt faciat peccatũ mortale, tãq; remissa, vt nõ cõstituat nisi veniale: id quod iudicio prudẽtis pensandũ est. Verumtamẽ circa has duas cõclusiones ingẽs ex dictis D. Tho. cõtra se ipsum exurgit argumentum. Cõstituit enim in. 1. art. omne illicitũ iuramẽtum, quodãmodo dici periurũ, etiã illud cui solus deest tertius comes. Et in secũdo vniuersim constituit omne periurium esse peccatũ, in tertio verò ait omne esse peccatum mortale. Quod si verũ est falsę sunt quinta & sexta cõclusiones nostræ de peccato veniali assertæ, quod profectò cõcedere enormis apparet error. Quis enim mortale peccatũ in vero iuramẽto & certo committi astruat, ob id solũ quod nõ erat necessariũ? Ad hoc ergo respõdetur, vt bene Caiet. hoc loco speculat, periurium vno modo dici simpliciter, & altero secundũ quid. Et est distinctio Bonauẽturę ad hoc, ppositũ. in. 3. dist. 39. ar. 1. q. 1. Periurium enim simpliciter est id quod præcipuo potissimoq; fini iuramenti aduersatur qui est veritatis confirmatio &

Adnotatio.

Argumẽtũ.

Sexta conclusio.

Periurium simpliciter, & secundum quid.

tio & attestatio: videlicet omne assertorium periurium quod sit cõtra mentẽ scilicet, quòtiens quis id iurat, quod putat esse falsum aut si iurando promittit, quod tunc facere nõ intendit: vt in præsentiarum secunda nostra conclusione asserũ est. Huic enim periurio decest primus omes: nempè veritas: quæ illud cõstituit simpliciter periurium. Huic aũt adnexũ est illud quod in tertia cõclusione subiecimus iuramento promissorio rei, quæ sine peccato mortali impleri non potest: quippe quod in virtute certum est iuramentum falsum: quã quidem quãuis illud emisit, tenetur sub reatu peccati mortalis falsum reddere. Reliqua vẽ illicita iuramenta, tametsi suo gradu dicantur periuria, sortiuntur tamen hoc nomen fẽ eundũ: quidẽ quoniã non ẽ regione fini iuramenti obtemperantur, qui est cõfirmare attestatiõq; veritatem, vt patet, si per singulas discurras. Nam in promissorijs quinte conclusionis saluatur veritas, quæ finis est iuramenti in intentione iurãtis, sed quoniã ratione materiæ obligationes deinde resultantes nõ ligãt sub reatu mortali, fit vt neque periuria ipsa sint mortalia. Atq; idẽ ijs accidit assertorijs, quæ hac sexta cõclusione protulimus. Salua enim in illis sit veritas in intentione iurantis, sed quia aliunde contrahunt rationem culpæ, nõ oportet semper esse mortalia. Hęc autẽ ocularius discernas, si vires duas iuramenti, quas quæst. præced. artic. 7. dignoscimus mediteris quarũ prima est veritas assertoria, cõfirmatoria & testificatoria: quæ semper obligat sub mortali reatu, sed altera est obligatoria, quæ resultat ex iuramento promissorio, & huius grauitas ex natura obiecti pensanda venit. Vnde cõclusio Diui Thom. huius articuli, scilicet. Primũ ex sui ratione est peccatũ, si accipiatur vniuersaliter pro vniuersis individuis, restringenda est ad periuria simpliciter, in secunda & tertia cõclusionibus expressa. Si vero vt soriat intelligatur solùm quantũ ad gemus: sicuti si dicas furtũ ex sui ratione est peccatum mortale, non opus habet restrictione: sed nihilo minus illa quæ in quinta & sexta cõclusionibus allata sunt, ratione materię excipientur vt nõ sint nisi venialia: sicuti sussurari obolũ. Est nihilo minus magnoperè necessarius tertius comes, nempè iudicij & circunspectio iuramenti, quę multa habet membra. Primum vt dicebamus, vt magna necessitas in terueniat. Hæc aũt necessitas inde pũiatur iudicãda est quòd si res dubia nõ vbi reliquet, frustra iuratur, & ideò eo improbẽ. Et præterea requiritur, vt id quod iuratur, sit dubium, nõ sane iuris, aut scientiæ, quod alijs methodis, vt opinor, vel aut errare, vel ratione terminandi est, sed quod sit dubium facti, ideq; tale, vt alijs quoq; per iuramẽti & iniuste fieri nequeat. Quæ magnitudo & firmanda quoque est, & primum videbit ex magnitudine, cuius Deus sit testis. Nemẽ ex leuibus inducere ad pro re leui iurare, præsertim nõ rogatus, verum neq; verum honestũ ut testimoniũ euocare, extra dimunus rõnecessitatis. Horiã potest. Sed debet præterea. Item vsurpatio diuini nominis, tum & periculum periurandi, quod à iuramẽto immineat, magnitudo necessitatis cõpensari id quod tam ille qui iurat, quàm alter à quo iurare cogitur, perpendere animaduertere debet. Forma & ordo. Est flagitium præcipitanter iurare, & vt fama certa, & ordine iuris in iudicio, solitæ ritibus religione qua seruandũ leges cõstituerunt iuramẽta celebrabant. Super altari, tactis euangelijs & cruce, vel saltem in præsentia iudicis: concesso prius iuratoris inducias tempore, & cũ mature deliberet, quid est id iuret. Quæ cuncta iuramenta, quæ vocãtur liberæ, hoc est, quæ priuatim extra iudicium fiunt, per quã rationẽ facile excusari possunt à culpa, saltẽ venali, ex defectu necessarij. Exemplo obiit sit Paulus ad Romanos. Testis enim mihi est Deus, cui seruio, nõ vtcunque, sed in spiritu meo, in euangelio filij eius, quòd sine intermissione mẽtionem tui faciam, &c. ¶ Post hæc tandẽ de pestifera iurandi cõsuetudine adhibenda est postrema cõclusio. Recitat nãq; Scot. in 3. dist. 39. nescio quorum opinionẽ, quòd vanum leue periurium nõ est mortale: secũdũ quòd sit idem mortale dum fit ex consuetudine, atque alia est recentior quorundam assertio vsque adeo diuinum nomen honorem, zelatium, pestimantes: quę subinde iurandi cõsuetudinem ea tenus vituperantium, vt dicant omne iuramẽtum sine verum, siue falsum quod ex mala cõsuetudine fit, esse peccatum mortale: quia is fiat inquiunt ex consuetudine, non potest habere tertium comitem, qui est iudicium, atq; adeò tunc iuratur incertum pro certo. Quod ex dictis si verum iuretur, illud accidit materialiter, & præter intentionem iurantis, vt potè qui eodem modo idipsum iurare reus licet assertorij falsum. Nam quòd ex consuetudine

Forma & ordo.

Iuramenta liberæ.

Paul. ad Ro.

De pestifera iurãdi consuetudine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudine iurat, quicquid in buccam venerit sub iuramẽto profert. Ad intellectũ ergo rei prę sentis statuitur septima cõclusio. Cõsuetudo licèt causa sit iurandi, magnumq; secũ affe rat peierandi periculũ, tamẽ neq; ipsa per se peccatum est, neq; speciẽ mutat iuramẽti, ne que aliter aggrauat, q̃ tollendo aliquẽ trium comitum. Ad huius autẽ cõclusionis explica tionem notãdum est cõsuetudinẽ in quacun cunq; materia, nõ esse nisi actionũ frequen tationem, ex qua secũdũ Philosõ. 2. Ethic. ge neratur habitus. Patet ergo prima conclusio nis particula. Nã habitus ille ex actuũ frequẽ tia genitus causa est iterum, atq; iterum iurã di: liqui dẽ habitus quicunq; generat, similes illis actus ex quibus genitus est. Illa autẽ iurã di facilitas, vt arti. 2. ex Augu. contra Menda. retulimus, secũ affert periculũ deierandi: nam anteuertit rationis vsum, vt antè homo iuret quàm adhibeat veritatis iudiciũ. At verò cũ frequẽtatio actuum nõ sit distincta ab ipsis actibus, nõ est per se peccatũ vltra numerum multiplicatarũ actionum. Sed si decies vanè iurasti, decẽ præcisa commisisti peccata: vel mortalia, vel venialia secundũ absentiã comi tis, qui deest iuramẽto. Hoc est si fuerint fal sa aut iniqua de re, quæ sine mortali impleri non põt, erunt mortalia. Si autẽ leuia, ex de fectu iudicij & discretionis, erũt. Quocirca cõ suetudo vt cõclusio affirmat speciẽ iuramẽti, nec mutat nec aggrauat: nisi quatenus comi tem aliquẽ tollit. Vnde vt ad opinionẽ quam Scotus refert rñdeamus. Si periuriũ fuerit le ue & veniale, videlicet eorũ quæ in quinta & serta cõclusione designauimus, quãtuncũq; fiat ex habitu & cõsuetudine nõ efficit mor tale. Et eodẽ modo rñdetur ad opinionẽ secũ do loco recitatã, imò si iuramentũ fit quod p se esset licitũ propterea q̃ ex cõsuetudine iu randi fiat, nullã contrahit culpã neq; venialẽ, neq; hoc in dubium cadere põt, solus eñ de fectus alicuius trium comitũ facit iuramen tum esse peccatũ. Sed aiunt fortè isti idẽ esse iuramẽtum fieri ex cõsuetudine, & fieri sine iudicio videlicet vt iuretur aut falsum pro ve ro, aut incertum pro certo. Illis autẽ rñdemus primò falsum esse quod assumunt: nã in prin mis nõ cõuertuntur. Potest enim defectus iu dicij cõtingere, non ex mala cõsuetudine, sed aliunde, videlicet q̃a homo valde affectus est ad id quod iurat, vel ex ira vel aliã ob causã. Præterea stat quẽpiã ex cõsuetudine iurare, & nihilominus nõ peccare defectu iudicij. Nã iurare ex cõsuetudine est iurare instigãte cõ suetudine, sed nihilominus res põt esse tã per

Septima cõclusio.

uiæ veritatis, vt nulla sit opus mora iudican di. Et ideò tunc iuratio nullum erit peccatũ. Deinde quia põt cõtingere in illo motus sur reptitius, qui sic naturaliter linguã rapiat, vt culpam vel omnino tollat, vel venialẽ reddat. Adde q̃, vt suprà mõstrauimus, nõ quæcũq; negligẽtia iudicãdi peccatũ mortale est. Ad hæc stat etiã quẽplam (licèt rarò cõtingat) iu ramẽtis esse assuetũ, qui tamẽ suopte ingenio nõ est mendax: imò abhorret mendacia: illũ ergo sic cõdemnare, vt quotiescunq; iuret, si ue verè siue falsè, mortaliter delinquat, enor mis profectò esset cẽsura. ¶ At fortasse aliud hic quis cõmentum fingat q̃d à nõnullis cõ miniscì audiuit: nẽpè eũ qui cõsuetudinẽ ha bet inueteratam iurandi in statu esse peccati. Hoc aũt multo minus intelligo. Stat⁹ eñ pec cati nõ cẽsetur nisi, vbi vel te nõ pœnituit ela psi criminis: vel animũ habes delinquẽdi, vel occasionẽ nõ remoues, vt si nõ domo depellas amicã, aut si artẽ exerces (vt cãpsoriã) quę an sas ingenio suo & natura peccãdi offert: vbi verò hæc absint, neq; peccatũ supereſt, neq; subinde status peccati. Igitur quãtũuis sit ho mo malè iurãdi cõsuetudini addictus quã pri mũ mentẽ mutauerit, & occasiones fugere p posuerit, putà familiaritatẽ cũ illo qui causa ei erat iurãdi vel alias quaslibet, in nullo rema net statu peccati. Nã habitus per cessationẽ ab actu extenuabitur ac tandẽ delebitur. Hęc dicta sint, nõ q̃ prodigiosam nefandissimam que iurandi consuetudinẽ excusare velimus, sed vt illis occurreremus, qui plus nimio eam inculpantes culpã perscrutãtur, vbi culpa nõ est. Satis enim est q̃ eiusmodi cõsuetudo tã præsentaneũ afferat deierandi periculum, vt sit ceu virulentissima pestis exterminanda. Vix enim iam reperies qui citra iuramentum minimam orationem, vel inire, vel conclude re sciant, quippe cũ ceu orationis ornamentũ & sustentaculum sic iuramentum in singulis verbis vsurpant. Vide quanta emphasi Au gust. in serm. citato verba illa Iacobi præpon deret. Ante omnia nolite iurare. Ante om nia, inquit, vt attendatis præ cæteris vigile tisque, ne subrepat vos consuetudo iurandi tanquàm in specula ita te posuit cõtra te, an te omnia leuauit te super cætera, vnde te at tendas. Et infrà, nolles, vt diceret tibi ante omnia, vt omnia tua inspiceres, omnes mo tus linguæ tuæ diligentissimè custodires, es sesque custos malæ consuetudinis tuæ. Ad eã constringendam audi, ante omnia, quid est aute omnia? Ante omnia vigila, ante omnia intentus esto. Hæc ille. at numero perstringi ne-

Consuetudo iurandi non est status peccati.

Aduersus iurandi consuetudinem.

nequeũt quæ passim à sanctis patribus aduer sus istã teterrimã veternosissimãq; ac pinde mortiferã iurandi cõsuetudinẽ dicta sunt.

PRimum argumentũ S. Thom. est, quod quæst. præced. artic. 7. contra Panor. tra ctauimus. ait enim Cælestinus Papa ca. verũ. extra. de iureiurã. Romanos Pontifices arbi tratos fuisse à iuramentis coactis iurantes ab soluere. Subdit autẽ, q̃ vt agatur cõsultius & auferatur materia deierandi, nõ eis ita expres sè dicatur, vt iuramenta nõ ferueant, scilicet, antequam relaxetur: sed si nõ attenderint, nõ ob hoc sunt tanquàm p̃ mortali crimine pu nienti, vbi videtur affirmari huiusmodi periu tia coacta non esse mortalia, vt sit Panor. sup ca. si verò. codẽ titul. Respondet tamẽ S. Tho. q̃ coactio non aufert à iuramento promisso nis vim obligãdi. Et ideò qui nõ implet, mor tale periurium incurrit. Potest tamẽ ille auto ritate summi Pontificis ab obligatione absol ui. Quod autem subditur, non esse tanquàm pro mortali crimine puniendos: non ideo di citur q̃ mortaliter non peccent, sed q̃ pœna ecclesiastica mitior eis infligitur. ¶ Secundũ argumentũ est. Propter periurium iure incur ritur infamia, vt habetur. 6. quæst. 1. can. infa mes. nõ autem propter quodlibet assertoriũ periuriũ infamia videtur incurrit ergo nõ om ne huiusmodi periurium est mortale. Argu mentum hoc ideo D. Thom. attulit, vt modũ quo per periuriã infamia contrahitur declaret, quem nos quæst. præced. artic. 10. explicuimus. Periurus enim, nisi duabus conditio nibus adiũctis nõ fit iure infamis, scilicet, & q̃ solẽniter iurando peieraverit, & quòd posteà in foro iudiciali sit de periurio publicè con demnatus, vt sit à testimonio ferendo repu diandus. At verò nõ sequitur quòd si asserto rium periurium, propterea quòd tunc non sit ante sententiam diffinitiuam infame, non sit peccatum mortale. Quoniam peccata morta lia non afferunt infamiam, nisi in iudicio tra ducantur & condemnẽtur. Imò hæreticus quoadusq; sit de hæresi condemnatus, nõ ha betur iure infamis. Habet tamen periurium promissorium nõnihil amplius culpæ supra assertoriũ. Nam qui assertorie peierauit, post falsum iuramentum non habet potestatem faciendi quod non fuerit falsum. Qui autẽ so lẽniter iurando quippiã promisit, propterea si id non implet maiorẽ incurrit infamiam, q̃ post iuramẽtum factũ tẽpus habuit implẽdi. ¶ Tertiò arguitur inquirendo an locus vel inaduertẽtia, vel aliud quippiã culpam dilue re valeat periurij: iurare enim per Deum, vt q̃

præced. artt. 10. ex Chrysosto. retulimus ho mil. 44. super Matt. grauius est, quàm iurare per euangelia: sed iurare priuatim per Deũ falsè, nõ semper est mortale, putà cùm vel io co vel lapsu linguæ fit, ergo nõ omne periu riũ est peccatũ mortale. Ad hoc aũt. D. Thom. quinq; respõdet. Primũ quòd ioco peieraret, eũ diuina reuerẽtia nõ eximitur, nõ excusatur à mortali. Secundũ quòd si ille qui lapsu linguæ falsum iurat, aduertat se falsum iura re: sicut nõ excusatur à dei contẽptu, ita neq; à mortali. Tertiũ. Si aũt hic nõ aduertat, vide tur nõ habere peierãdi intẽtionẽ, & ideò à cri mine periurij excusatur. Quartũ est, quòd et si de se vt quæst. præced. diximus grauius sit iurare per Deũ q̃ per euãgelia, tamẽ solẽniter iurare per euãgelia grauius esse potest, q̃ priuatim iurare per Deũ, tũc propter circũda lũ, tunc etiã propter maiorẽ deliberationem, quæ tũc adhibetur. Quintũ est quod omni bus hinc inde pensatis, nẽpè, vt æquale sit scã dalum & deliberatio, grauius est peierare per Deũ, quàm per euãgelia. ¶ Hæc omnia per spicua sunt. Secũda tamẽ cõclusio sanè intel ligenda est, scilicet quòd qui lapsu linguæ de ierat, si id aduertat, peccat mortaliter. Intelli gitur enim si aduertentia sit satis deliberata. Nã si est motus surreptitius, adeò vt sit subita deliberatio nõ aũt plena, poterit esse venialet scilicet, si tempus nõ suppetebat ad plenè deli berandũ. Nam si mala cõsuetudo fuit in cau sa nõ plenè deliberãdi, non semper excusabi tur à mortali. Sit pariter moderãda est tertia cõclusio, scilicet q̃ vbi non est aduertẽtia, nul lam est peccatũ. Intelligitur enim de surrepti tio motu naturali, vbi nõ fuit tẽpus aduerten di. Nam si aliqua negligentia præcesserit etiã sine aduertentia potuit emergere culpa. Vnũ aũt hic adnotauit Caieta. q̃ vel nõ intelligo, vel adduci nõ possum, vt credã. Ait enim q̃ si quis propter continuã consuetudinẽ tam verè quã falsò in cõmuni locutione iurãdi nõ aduertit, nõ excusatur à mortali. Ex quibus verbis illi, vt quos suprà cõmemorabã, dicitur q̃ etiã iurare verũ ex consuetudine sit mortale, & ratio est, vt ait Caiet. quòd inaduertẽtia, vt excuset periuriũ, debet esse causa ipsi⁹, ita vt si ille aduerteret nõ peieraret. In illis au tem qui iuramentis assueti sunt, inaduertẽtia nõ est causa periurij, quia etiã si aduerte rent, nihilo minus peierarẽt: sed est ignoran tia concomitans, quæ nõ excusat. Quod au tem hoc nõ sit credibile, patet. Nam primũ hęc postrema suppositio falsa est. Etenim ero etiã si creberrimè quis peieret, fortè nunc si aduer-

Expositio.

Caieta.

Contra Caietan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduerteret,nõ peieraret:& ideo inaduertẽtia causa fuit periurij. Prẽterea ist æ conditionales nullius sunt meriti,vel demeriti, scilicet, si aduerteret nõ peccaret,aut nihilominus peccaret.Quanuis enim cõditionalis hæc vera esset.Si inimicum haberem præsentem, illum occiderem in nulla propterea ego sum culpa, sed actus voluntatis quam nunc habeo æstimandus est,qualis sit.Et ideo quicquid cõtingeret,si homo aduerteret, nihilominus inaduertentia postquàm tollit voluntarium, tollit peccatum.Hoc autem verum est,quòd si consuetudo me præcipitauit vt nõ aduerterẽ,illa præcipitatio & indiligentia potuit esse peccatum,& fortè tanta potuit esse negligentia,vt esset mortale,vt suprà dictum est.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm liceat iuramentum ab eo petere qui peieraturus est.

POstquàm de pierante visum est,sequitur vt illius crimen explorem⁹, qui iuramẽtum à peieraturo expostulat.Et respõdet D.Tho.duabus suppositis distinctionib⁹ per tres cõclusiones.Prior distinctio est,ex parte illius qui iuramentum exigit.Aut enim pro se ipso priuatim sua spõte iuramẽtum,aut tanq̃ publicus iudex ex necessitate officij ab alio implorat: si priuatim quidem aut probabilibus cõiecturis scit aliũ mendaciter iuraturũ,aut nescit. De illo ergo, qui nescit statuitur prima conclusio.Nullum est peccatum ab eo iuramẽtum petere,quem nescis falsum iuraturum:tametsi humana sit tentatio:quia scilicet ex quadam infirmitate procedit,qua homo dubitat aliũ citra iuramẽtum verũ dicturũ.Et hoc est qđ ait Christus Matth.5. Quod amplius est à malo est.Hoc est ab illa dubietatis plaga,per quã originalẽ culpã cõtraximus,vt de aliorũ veracitate dubitem⁹.¶Secũda cõclusio.Exigere ab eo priuatim iuramẽtum,quẽ scis mẽdaciter iuraturũ est peccatũ mortale.Nã vt ait Aug. in ser. de verbis Iacobi,licet peieras de suo periurio se interimat,tñ cogẽs ad iurandũ manũ interficietis impresit:& ideo homicida est:hoc est aĩam occidit proximi.¶Tertia cõclusio. Publico iudici nullũ est peccatũ iuramẽtum ab eo exigere,quẽ scit falsum iuraturũ,si tamẽ id faciat ab alio requisitus:quoniã iudex tũc non est qui iurantem cogit,sed alius qui publicũ eius officium implorat. Primæ duæ conclusiones sunt Augustini in sermone illo.28. citatò de verbis Iacobi: & referuntur. 22. q. 5. cano.qui exigit. Et quidẽ primã paulò differentibus verbis astruit quam hic D. Thom. Verba siquidem eius sunt. Si quis nesciens alium peieraturũ iuramentũ exigit, vt fides ei fiat,nõ audeo dicere non esse peccatũ:tamen humana tentatio est. Nihilo minus bene. D. Tho. & doctores affirmant non esse peccatũ,si tamen causa iurãdi intercesserit, quia in re graui dubitare de alterius veracitate,nulla est culpa,sed infirmitas humana. Augu. aũt ideo non audet negare esse peccatũ,qui arbitratur creberrime fieri sine necessitate: nẽpe vel in re patui momẽti,vel vbi alter est satis fidedignus: in quibus casibus vix sine culpa exigitur iuramentũ. Secundæ autem conclusionis ratio est,quòd neminem licet ad malũ inducere. Nam autore ad Roma, Paulo, non solùm malefactores digni sunt morte, verùm & illi qui consentiunt facientibus, ac multò perinde magis qui illos inducunt. Ille autem qui sciens alium peieraturum cogit vt iuret,illum ad malũ inducit. Contra hanc aũt cõclusionem eiusq; probationẽ arguitur. Si quis à fœneratore parato sub vsurarũ vinculo mutuare,mutuũ petat:quanuis sciat illũ delictũ commissurum nullatenus peccat, & D.Tho. 2,2.q.78.artic.5.confitetur,ergo neq; ille qui scit alterũ peieraturũ ire. Secundo exigitur iuramentũ ab infideli,etiam si scias illum per falsos deos iuraturũ,vt ad Publicolã ait Augusti. quem hic ad hoc propositum D. Tho. citat,& tamen iurare per falsos deos peccatũ est, idemq; vt suprà diximus grauius, quàm iurare falsum per Deũ verũ:ergo fortiori ratione petere iuramẽtũ ab eo, qui scitur mẽdaciũ iuraturus, erit peccatũ. Nã sicut quis petẽdo ab infideli inramẽtũ suo vtitur iure, ita & qui ab illo petit,qui paratus est mendaciũ iurare,ipse enim sibi viderit quomodo iurat. Ad istorum intelligentiã hæc prefigenda est certissima regula, quòd nemini licet quẽpiã ad malũ inducere:licet tamen alterius delicto in bonũ vti. Assertio est D.Thom.in solutione quarti.Ob idq; quanuis liceat eius iuramẽtũ recipere,qui per falsos deos iurare paratus est:sicuti mutuũ ab vsurario petere,neutrum tamen fas est inducere ad illud malum. Sed rogas quomodo cognoscam an inducam,vel tantùm vtar? Arguitur enim sic: quanuis infidelis paratus sit iurare per falsos deos, hoc tamen iuramentum modo non faceret, nisi ego exigerem:ergo ad hanc actionem indiuidui ego eum induco. Ad hoc respondetur quòd ille qui vtens iure suo ab altero id petit quod

Prima cõclusio.

Secũda conclusio.

Tertia conclusio.

Regula.

Quæstio.

potest benefacere, si ipse perieratus est idipsum malefacere non inducit illũ. Exempli gratia,qui petit ab vsurario mutuum, quia vtẽdo iure suo petit id quod licitè alter potest facere,scilicet illud gratis mutuò dare, non censetur illũ inducere,induceret autem si ipse nullatenus vellet vsuras dare. quia cognoscit esse peccatũ, & alter eum ad id intrigaret. Pari mõdo qui ab infideli petit iusiurandum, solùm vtitur iure suo, petendo vt fidem contractus confirmet, quod ipse posset facere Christianè iurando. Quare vt Augusti. ait ad Publicolam non eum inducit ad malum, sed vtitur eius malo quod ipse suã sponte fecit,nempe fide contractus per impium iuramentum confirmata. Sed rogas cur nõ idem vsu venit,dum ego peto iuramẽtum ab eo quem scio falsè iuraturũ? nam pariter dicas te vti iure tuo,& tamẽ peccatũ imò maius est iurare verũ per falsos deos q̃ falsum per verum. Augustinus eodem loco ad Publicolam respondet,cuius responsum citat hic D. Thom. in solutione quarti. Quoniam in iuramento illius qui verum per falsos deos iurat, est aliquod bonum quo ille vtitur qui iuramentum petit, nempe fides quæ in contractibus est necessaria:in iuramento autem illius qui falsum iurat,neq; hoc existit bonum neq; aliud quo qui iuramentũ petit vtatur. Et ideo deest ius petendi incassumq; subinde petitur & ideo qui petit reputatur alium inducere.

Regula.

¶Contra hoc autẽ arguitur.Sequeretur quod quãuis ille qui petit non sciret alterum mendaciter iuraturum,sed id dubitaret aut suspicaretur non liceret idem iuramẽtum exigere quia exponeret se periculo precipitandi alterum in crimen.Respõdetur quòd non quecunque dubietas vel suspitio quæ est tenuis assensus, neque opinio quæ est formidolosus, sufficit adimere ius petendi:aliàs vix vnquam iuramentũ liceret petere:sed ,pbabilissima cõiectura quæ intellectũ vincat:vt humano more credat. Nã hoc qđ fortè ille rectè iurabit ,est ius aliquod in altero vt petat.

PRimum ergo argumentum Diui Thomæ sequeretur q̃ nemini liceret iuramentũ ab alio petere : Nã vel scit illum verum iuraturũ, vel falsum:si verum,prò nihilo & in vanum onus iurandi illi iniungit: si verò falsum,non licet:vt dictũ est. Respondet quod obiectio hęc procedit quando pro se quilq; exigit iuramẽtum,qui quidem neutrius partis scientiam habet, aut fidem sed vel credit verum iuramentũ vel re vera dubitat,& tũc ad maiorem certitudinem id petit. Iudex autem,vt tertia cõclusione assertum est etiam si sciat alterum fore periurum,potest ab eo iuramẽtum exigere. ¶Secundum argumentum distinguit inter recipere simpliciter iuramentũ,sicut recipit sacerdos, vel alia tertia persona inter partes, & inijugere seu cogere ad iurandum,quòd plus est. Ait ergo recipere iuramentum citra coactionẽ, non videtur esse licitum,præcipuè dum sit periurij, quia videtur recipiens consentire alterius peccato:ergo multo minus licet exigere. Respondet Augusti. ad Publicolam,qui ait. Quanuis dictum sit non iuremus,nunquã tamen me in scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo iurationẽ accipiamus. Vnde colligitur, q̃ iurationem recipere,non est peccatum, nec consentire alieno peccato,sed cogere dum timetur periurium. ¶Sed contra si quis vult se occidere ministrare illi gladium est peccatum: ergo periurium ab illo recipere, quia suapte sponte vult peierare. Negatur consequentia, quia recipere iramentum, neq; est ministrare arma, neque aliquo modo cogere ,sed quasi passiuè se habere. Verum est quòd lege communi charitatis & correctionis fraternæ deberet ille admoneri, ne peieraret:si speraretur correctione faceret. ¶Ad cuius explicationem adhibetur tertium argumentum ex illo Leui.5. Si peierauerit anima & audiret vocẽ iurantis falsum, testisque fuerit quod ipse vidit aut cõscius est, nisi indicauerit,portabit iniquitatem. Ex quo videtur consequens, quòd quicunq; scierit tenetur alterũ corripere , & cohibere ne peieret, atq; adeò tunc, neq; licet exigere, neque verò recipere iuramentum.Respõtio autem colligitur ex Augustino super eodem loco, vbi ait, quòd cùm Moses non expresserit cui sit periurium indicandum, neq; vero ordinem , recurrendum est ad legem communem correctionis fraternę.Nã,vt est iurisconsultorũ axioma, casus omissus lege communi censendus est. Et ideo debet per ordinem correctionis fraternæ procedi,sicut in alijs peccatis secretis,admonẽdo delinquentem ac tandem si opus fuerit,reuelãdo ijs qui prodesse possunt nõ obesse.Sed hoc non obest ijs quæ dicta sunt.

Secundũ argumẽtum.

Argum.

Tertium argumentũ.

Auguſt.

QVÆSTIO TERTIA,

De adiuratione.

Sanctus Thom.2.2.quæst.90.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm liceat hominem adiurare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVrationi annexa est adiuratio, atque adeò post illius tractatum congruit, vt quæstio hæc subtexatur. Quærit ergo D. Thom. hic tres articulos, tametsi quatuor sint rerum genera, quas in vsu & more est adiurare, quæ sunt Deus, homines, dæmones, ac res denique irrationales. De Deo ergo ac homine respõdet in hoc primo articulo quinque conclusionibus. ¶ Prima est, adiurare est aliquem vel superiorem nobis, vel inferiorem per diuinam aliquam obtestationem ad aliquid agendum ordinare. Quam vtique definitionẽ probat ex ordine ad iurationis adiuramentũ promissorium. Potest enim quisq; & seipsum & superiorem se atq; se inferiorem ad aliquid agendum ordinare & destinare, se autẽ ipsum periuramentum, hoc est per reuerentiam diuini nominis quisque destinat & obligat ad id faciendum quòd promittit. Dum ergo alium per aliquod sacrum addicit ad aliquid agendũ, siue deprecando, si est superior, siue imperãdo, si tibi inferior, tũc dicitur illum adiurare. ¶ Secũda concluſ. Differentia est inter iuramentum, quo quis se obligat, & adiurationem qua alios ad aliquid mouet & excitat. Est eũ homo suarum actionum dominus, non tamen earũ quæ sunt ab alio agenda, nisi sibi sit subditus: ob idque sibi ipsi potest per iuramentum necessitatem imponere, non autem alijs præterquàm sibi subiectis. ¶ Tertia conclusio. Si quis per inuocationem diuini nominis vel cuiusq; rei sacræ illi, qui sibi non subditur necessitatẽ quippiam agendi imponere intentat, sicut sibi ipsi imponit iurãdo, eiusmodi adiuratio illicita est. Sanè cùm sit iniuriosa vsurpatio potestatis quam in alium non habet. ¶ Quarta cõclusio. Cuicumq; superiori licitum est, dum ratio necessitatem affert, sibi subditis in materia licita & honesta tali genere adiurationis cõstringere. ¶ Quinta conclusio. Licitũ est cuicũq; quoslibet alios, siue sibi superiores, siue inferiores citra necessitatis impositionem per reuerentiam diuini nominis vel alicuius rei sacræ ad aliquid agendum adducere. Et dum ait D. Thom. hoc licere respectu quorumlibet, Deum etiam comprehendit quem adiurare possumus. Quare in argumento duo protulit cõtra quæstionem exẽpla: alterum quod Deum ipsum per aliqua sacra obtestãtes obsecramus. Atque alterum Apostoli ad Rom. 12. Vbi per Dei misericordiã obsecrat fideles. Quæ quidem obsecrationes quædam sunt adiurationis formæ.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Adiurare.

ADiurare, si vim præpositionis, quæ augmentatiua est, consideres, idem est q; valde iurare, & potissimũ per execrationem, cùm quis negãs se aliquid fecisse ait, dispereã si hoc feci. Vnde apud Terẽ. in Hecyr. sanctè adiurat non posse apud vos Paruphilũ se absente perdurare. In præsentiarũ autem idem est q; iurando quempiã ad opus aliquod appellare & inducere, sicuti abiurare idem est quòd aliquem iuramento abigere & repellere. Quẽadmodũ in baptismo abiuramus dæmones, illis eorũq; pompis abrenuntiantes: & hæretici dũ conuertũtur hæresim abiurãt. Est ergo latinè adiuro, idẽ quod Græcè exorcizo, vnde, exorcismus, idem est quòd adiuratio. Et quãuis frequẽtius vsurpetur pro adiuratione dæmonum, qui ab energumenis exorcismis propellũtur, latius tamen patet, vt modò dicebamus. Nam & Deũ adiuramus & homines & irrationales bestiolas & tempestates nobis nocẽtes. Adiuramus eñ Deũ cùm per merita filij sui eum obsecramus. Quem quidem morem ecclesia in periodis omnium collectarum obseruat, cùm in calce sermonum per ponat. Per dominum nostrũ Iesum Christum, &c. Et adiuramus Christũ per suã crucem perq; suam passionem & resurrectionem: & miseri obsecrant per viscera Christi, per merita Deiparæ virginis. In summa. vt ait S. Tho. Sicuti per iuramentum necessitati faciẽdi aliquid nos ipsos adigimus, ita & adiuratione alios inducimus. Quo fit vt licut iuratio sit etiã adiuratio, dum legitima est, ad virtutem religionis pertineat: & dũ est illicita sit etiã vitiũ religioni cõtrariũ. Atqui idem est de abiuratione: coniuratio verò alium habet significatum, est enim cõspiratio in aliquod facinus rei publicæ perniciosum, sic dicta, quia multi in eundem finem simul iurãt, quanuis & pro vehementi adiuratione vsurpetur, coniurantur enim tẽpestates. ¶ Tertia tamen conclusio esse cuipiam ambigua potest, qua negatur licitum esse necessitatem per adiurationem imponere alicui non subdito. Nam dum quis ab aliquo iuramentũ petit, & recipit seruandi fidem cõtractus & pacti, nempe ab emptore soluendi pretium creditum, illum videtur adiurando necessaria obligatione deuincere. Perinde omnino ac de Abraham Gene. 24. legitur qui seruum iureiurando perstrinxit supposita femori manu, ne vxorem filio suo Isaac de filiabus Chananæorũ: sed de terra cognationis suę acciperet. Quapropter nullum hac ratione discrimen est inter seruum & aliũ qui est liber & sui iuris. Hoc argumentum ob id fecimus, vt penitus ratio adiurationis exprimeretur, quatenus à simplici iura-

Argumẽ.

tione differt. Haud enim négat conclusio quin possit quisque quemlibet iuramento constringere: nam à rege ipso capitur iusiurandum obligatorium, sed de adiuratione fit in ea sermo. Est enim differentia, quòd cùm iuramẽtum ab aliquo capitur, idẽ ipse à quo capitur, actione propria iurat, seipsum obligãs, siue alterius qui iuramentum recipit, seruus sit, siue dominus. Adiuratio verò non actio eius est qui adiuratur, sed adiurantis, vt si verbi gratia ergo quempiam prece & sacrorum obtestatione ad aliquid agendum moneam sicut pontifex dixit Christo Matt. 26. Adiuro te per Deũ viuum, vt dicas nobis si tu es Christus: hoc enim non fuit iuramentum capere, sed adiurare. Et Num. 5. iubebat lex. Zelotypiæ adiurabit mulierem sacerdos, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecũ, &c. i. Et Regum. 14. adiurauit Saul populum, dicens, Maledictus vir qui cõmederit panẽ vsque ad vesperũ donec vlciscar de inimicis meis. Haud ergo adiuratio idẽ est q; iuratio. Vnde fit cõsequẽs, quòd qui contra adiurationẽ sibi factã venit, etiam si seruus sit, neutiquã est periurus; quod re vera esset si ipse iurasset, licèt fiat criminis inobedientiæ reus. Quocirca si Abrahã fecit vt seruus suis verbis protulisset iuramentum per dominum cæli & terræ non fuit adiuratio, sed captio iuramenti, quod fecit seruus seipsum obligans. Magis tamen consentaneum textui apparet, illa verba Abraham per modũ adiurationis protulisse, dicens, Adiuro te per dominum Deum cæli & terræ. &c. Sic enim legitur. Pone manũ tuam subter femur meum, vt adiurem te per dominum Deum cæli & terræ, vt non accipias, &c. Tametsi captio iuramenti nonnunquam adiuratio dicatur. Legitur nãque Iosue. 2. Postquam exploratorum hospitã illos iuramento deuinxit, vt se domumq; seruarent suam. Innoxios erimus à iuramẽto hoc quod adiurasti nos, &c. Potest ergo, vt quarta asseruit conclusio, dominus non solùm iuramentum à seruo exigere, verum & ipsum propriis verbis per Deũ & sacra adiurare. Et tunc seruus tenetur parere ex fide, quã domino debet. Attamẽ per proprium iuramentum arctius quisque constringitur quàm per alterius adiurationem. Est tamen grauior culpa adiurato seruo, si nõ sit obtemperans quàm si non fuisset adiuratus. Quapropter domini iure nequeunt sine causa legitima seruos imperando adiurare. Quin verò aliæ adiurationes, quæ fiunt ad superiores non debent sine competenti ratione heri. Est enim importunũ & religioni minus cõsonum dum quidam sine vrgẽte necessitate, vt misẽrũ obolum extorqueant: per Christi vulnera perque intemerata virginis viscera, obuiũ quemlibet adiurare: imò dum Deum obsecrãtes adiuramus, debemus obsecrationes rei quam postulamus admetiri, & non pro re, quæ minima pecunia æstimatur contremendas obsecrationes accumulare.

Primũ argumẽtum S. Thomæ.

PRimum argumẽtum D. Thom. sumitur ex Origene homil. 35. super illud Matth. 26. Adiuro te per Deum viuum, &c. vbi ait, Æstimo. Quoniam non oportet vt homo qui vult secundum Euangelium viuere adiuret alterum. Si enim iurare non licet quantum ad Euangelicum Christi mandatum neq; licet adiurare. Idq; inde confirmatur, quòd princeps ille Sacerdotũ Iesum illicitè adiurauit, per Deũ viuum. Responsio tamen est Origenem id intelligere de adjuratione, qua quis alium non sibi subditum cogendo adiurat. Adiuratio autẽ principis sacerdotum iniqua obid fuit, quòd illo pacto voluit perstringere Christũ, ac si eius esset legitimus princeps. Erat enim Iudæis frequentius adiurare subditos, quàm iuramẽtum ab illis exigere: præcipuè q princeps ille veritus fuit à Christo iuramẽtum exigere: timens ne ille facere renueret. Adiuratio tamẽ illa nullis nominib⁹ fuit absurda. Primum ex defectu potestatis, quoniam in processũ illo quo Iudæi ad Christi necem tendebant, nõ poterant eum de crimine interrogare: quia non poterant interficere quenquam. Secundò, quia superflua erat interrogatio, cùm satis id per doctrinã & miracula Christi debuissent habere exploratũ eum esse Christum. Ad hæc adiuratio illa impura erat & nefanda: quia nolebant id à Christo audire, vt crederent, sed vt ansam (vt fecerunt) inde nanciscerẽtur adigendi eũ in mortẽ. Quare Christus neq; paruit respondẽdo, sum, neq; prorsus negauit cùm respoderit. Tu dixisti. ¶ Secundum argumẽtum eodem pertinet: scilicet quòd non licet adiuratione aliũ compellere necessitatẽ illi imponẽdo præterquàm subditum. ¶ Tertio argumento discrimen tangit quod nos suprà inter adiurationem & captionem iuramenti declarauimus. Arguit enim. Adiurare est aliquem ad iurandum inducere: quod tantum potest dominus in seruum, vel creditor in debitorem: ergo non licet inferioribus superiores adiurare. Respondendo autem assumptum negat. Adiurare enim nõ est alium ad iurandum inducere, sed obtestatione ad aliquid appocare. Est autẽ differentia inter adiurationem, qua ad hominẽ vtimur: & qua vtimur ad Deum. Cum enim hominem adiuramus, contendimus per sacro-

Secundũ argumentum.

Discrimẽ inter adiurare Deum & adiurare hominem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum reuerentiã eius animũ emollire, & immutare. Cùm autem Deũ, qui omninò immutabilis est, obsecremus, nõ id intendimus: impium esse hoc esse, sed cõtendimus aliquid ab eo obtinere, si modò per æternam eius voluntatem nobis destinauit concedere. Multa enim nobis quæ ab æterno elargiri constituit, decreuit dare per nostras obsecrationes & merita, quæ sunt effectus gratiæ, atq; adeò prædestinationis. Itaq; licet nos sine nostris meritis & prædestinauerit, & per præuenientẽ gratiã vocauerit, tamẽ nos per eius adiutricẽ gratiam & nra opera ac solitudẽ per nras obsecrationes aũ pmeremur iuxta verbũ Petri, certam vestrã vocationẽ facite.

ARTICVLVS. II.

Vtrum liceat dæmones adiurare.

SVbsequitur vt videamus an liceat adiurare dæmones. Ad quod D. Tho. suppositâ distinctione duabus conclusionibus respõdet. Distinctio ex superioribus colligitur. Bifariam itaq; quispiam adiurauerit scilicet per modum deprecationis ob reuerentiam rei sacræ quem pã inducendo: & rursus per modũ compulsionis. ¶ Prima ergo conclusio est. Neutiq; licet dæmones per modũ deprecationis adiurare. Cuius ratio est quia hoc genus quoddã est benevolentiæ, & amicitiæ quam erga dæmones nullatenus gerere fas est. Secũdus autẽ modus subdistinguitur. Nam alĩ cõpellendo adiurare dupliciter accidit: scilicet, aut tanquã hostẽ, aut tanquã subditũ. Præterea tanquã hostem aut ad illũ repellendũ & propulsandũ ne nobis noceat, aut aliquid ab eis obtinẽdũ: siue per doctrinã, siue per aliud quoduis auxilĩ. ¶ Est ergo secunda cõclusio quadrimembris. Dæmones per modum cõpulsionis adiurare possumus: non tamen tanquã nobis subditos: idq; ad ipsos repellẽdos, nõ autẽ ad aliquid ab eis obtinendũ: nisi forsan aliqua nos afflauerit diuina inspiratio, vt id faciamus. Ad huius autẽ conclusionis intellectũ speculandũ est dæmones in huius vitæ decursu cõstitutos esse aduersarios nostros. Etenim vt post originalem culpam amisso fræno originalis iustitiæ, relicta nobis tum rebellione carnis ad exercitium, sic & post victoriam serpentis, qua dæmones primos nostros parẽtes superarunt, permissum illis est, vt nos bello impugnent: nempe vt per hanc militiam, quæ vt ait Iob, est vita hominis super terram, ad triũphum sempiternæ felicitatis promoueamur. Vnde Paul. ad Ephes. 6. Induite vos inquit ad uersus insidias diaboli, &c. Sũt ergo dæmones in hac vita aduersarij nostri tanquam leones, vt ait Petrus in nos rugientes: in futura vero erunt vt ministri iustitiæ Dei, vltores nostrorũ scelerum. Non tamen sunt nobis tanquã serui subiecti, sed Dei angelorumq; dispositioni subdũtur, iuxta verbũ Augu. 3. de Trinit. Spiritus de fortus regitur per spiritũ iustum. Hac enim ratione & promissis & nostrũ singulis addicti diuinitus sunt angeli ũ custodiã ad hoc gerendum cum illis bellum. Patent ergo singulæ cõclusionis particulæ. Possumus enim dæmones per virtutem diuini numinis à nobis propulsare, ne nobis vel spiritualiter, vel corporaliter noceant. Hanc enim nobis potestatem Christus reliquit. Vnde Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. In cuius virtute potestatis ecclesia exorcismos instituit ad expellendos dæmones ab obsessis corporibus. Imò verò idem Redemptor de eis, qui in ipsum credituri erant ait Marc. vltimo. In nomine meo dæmonia eijcient, &c. Hinc ergo sequitur secunda particula, q̃ eos non possumus tanquã à nobis subditos, nobisque obtemperantes adiurare, sed per vim arcere, ne nobis aduersentur. Sequitur deinde tertia particula, quod neque possumus eos vrgere, vt nos doceant, aliaue vlla ratione iuuent: hoc enim esset nos erga illos tanquam erga amicos gerere. Nisi forsan diuinus instinctus ad id nos excitet, sicut de D. Iacobo legitur: qui dæmonem compulit, vt Hermogenem ad se adduceret.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

EST autem circa has conclusiones tantillum nobis immorandum vt exactius excutiamus. Vtrum aliquid nobis cum dæmonibus cõmercium habere liceat. Ad cuius intellectum notandũ est, quod dæmones, quia spirituales sunt creaturæ, qui ideo in suis motibus à loco non pendẽt, sed subito se & alia mouere possunt, multa supra humanam facultatẽ in naturalibus efficere valent, vera tamen miracula nequaquã. Verũ enim miraculũ est quod supra naturã fit, supra naturã vero nihil, nisi virtute Dei, qui vniuersalis est naturæ Dñs fieri potest. Deus autem talem virtutem nunq; dæmonibus impertitur, vt D. Tho. de potentia, quæst. 6. artic. 5. autor est. Nam cùm dæmonis voluntas semper sit ad malum intenta, si Deus virtutem miraculorum illis donaret, testis fieret illorum prauitatis, quod absurdum est concedere. Miraculum enim testimonium est diuinæ voluntatis. Quare 2. ad Thessal. 2. ait Paulus

Dubium.

Dæmonum potestas.

lus aduentum Antichristi fore in omni virtute & signis & prodigijs mẽdacibus. Imò verò nõ solum hanc virtutem illis Deus non tribuit, verum neq; eos tantum facere finit, quãtum sua natura possent. Itaq; sicut angelis bonis in rebilium virtutem supra suam naturam confert, ita & malos arcet ne totum faciant quod naturaliter valent. Et vtrũq; in bonum nostrũ. Vnde Augustinus, lib. 3. de Trinit. c. 6. Quod angeli inquit, mali possent si permitterẽtur, ideo non possunt, quia non permittuntur. Et illa cohibitio dicitur ligatio dæmonum: permissio autẽ vt aliquid faciant nuncupatur solutio, sicut in tentatione Iob soluta fuit dæmonis potentia, certis tamen limitibus ne tam acriter eum inuaderet, quàm suis viribus nequiter posset. Et Apocaly. 20. Legitur quòd oportebit dæmonem solui modico tempore, nempe sub aduentum Antichristi. Potestatem ergo dæmones in his potentijs, quæ nobis miracula cẽsentur trifariam exercent. Vno modo faciendo, vt res appareant quæ veræ non extant, idq; per immutationem organi phantasiæ commotionisq; spectrum & fumigantium humorum capitis, sicuti dormientibus vsu venit, & phreneticis, & mente captis, quibus per eiusmodi elusionem sensuum multa in aëre apparent, quæ nõ sunt. Quo pacto portenta illa quæ Marcus Varro enarrat, interpretatur Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei, videlicet socios Vlyssis ab illa famosissima Circe cõuersos in bestias, & Archades stagnũ quoddam tranantes cõuersos in lupos, & Diomedis socios in aues, quæ aliquanto post tempore ad eius sepulchrum circunuolabant. Quẽ admodum Augustinus ipse in Italia vidisse affirmat stabularias mulieres, quæ venenum in caseo hominibus porrigentes in iumenta conuertebant: sicuti Apuleius de se vel narrat vel fingit. Ait in quam Augustinus id sopitis sensibus per internam eorum illusionem apparuisse: quinquis si aues illæ circum sepulchrum Diomedis volantes permanserunt, aliunde erant missæ ratione dæmonum allatæ. Vnde Magi qui hac arte vtuntur, præstigiatores dicuntur: solent em magnifica conuiuia instruere, mensasq; epulis reficere, & ministrantium frequentia peromnia re, vt de nostro Inacho à Mendoça fertur, quę tamen tandẽ de repente in carbones, inq; alia id genus futilia euanescũt. Pari modo, & ludi, quos nostri de passa passa vocãt, præstigiæ nũcupantur: vel q̃ oculorum aciem perstringãt, vel ab stygę, quod est tenebræ quasi sensus ob tenebrent, vt res cernere videantur, quæ non sunt. Tametsi non omnes illos lusores dæmonum ope censendi sunt vti: alioqui non [illegible] vul

go permitterentur: possunt em manuũ agilitate & celeritate res fictas, ceu veras, ostendere. ¶ Secundo modo id faciunt applicando naturalia actiua passiuis: sicuti idem Aug. lib. 3. de Trinit. c. 7. & 8. & lib. octogintatriq; 79. ait Magos Pharaonis conuertisse virgas in serpẽtes & ranas asserendo. s. aliunde aliquid putrefactiuũ, quod eas citissimè putrescere faceret, atque in illa animantia transformari. Num scriptura Exod. 7. Magos fecisse similiter de suis virgis affirmat sicut Aaron de suis. Quatuis Aaron virtute diuina per verum miraculum: magi verò citra miraculum per artem & modum naturæ. At verò vt Deus ostenderet quicquid creatura facit, etiam malus dæmon, à sua ipsius potestate pendere, & permisit illos aliqua facere, & tandem adhibuit ne plura facerent. Qui enim virgas in serpentes & ranas & alia animantia conuerterant, tandem nequiuerunt eadem in ciniphes transformare. Quare confessi ipsi sunt dicentes, Digitus Dei est hic. Accedit & in hanc causam id quod maximè adnotandum est, nempe in herbis lapidibus & aquis, & reliquis naturalibus rebus mirificas inesse virtutes, hominibus quidẽ ignotas, quas dæmones cognoscentes citissimo quidem motu afferre possunt, quocunque velint, ad insolentissimos effectus demonstrandos. Nã profectò, vt lib. 21. de ciui. Dei. c. 4. author est Augustinus, qui primum magnetis virtutem trahentis ferrum agnouerit, non potest dum primũ viderit non illicò in admirationem rapi: quod ipse Augustinus sibi visu venisse fatetur. Subiungit autem. c. 5. mirabilia multa naturalia, nempè Apud Garamantes emanare fontem tam frigidum diebus, vt non bibatur, tam feruidũ noctibus vt non tangatur. Et in Epyro alium in quo faces accensæ extinguuntur, & extinctæ accenduntur. Et Arist. in lib. de admirandis rebus ait lapidẽ Modan in Tigride reperiri, quẽ qui portauerit à feris lædi nequibit, herbamq; charisiam crescere in monte Igero, quã si mulier portauerit, homines ad sui amorẽ pelliciet. Et Plin. atque alij mirabilia huius generis referũt. Ijs ergo possunt dæmones supra hominũ captu vti, vt miracula facere existimetur. Quare Magi, si ad primum vocis significatum attẽdas, ijdem sunt qui sapientes, videlicet rerũ naturas perserutantes. Sed quia à Zoroastre Persa Magorum principe cœptum est per astrorum speculationem, q̃ eius nomen sonat, de rerum euentibus iudicare, illam occasionẽ nacti dæmones insinuauerunt sese ad plures euẽtus reuelandos. Et inde Magi cœperunt malè audire, essęq; infames: nempe q̃ non solum ni

Mirabiles rerum naturalĩ virtutes.

Aristot.

Magi sapiẽtes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turali cognitione sed dæmonum ope & adminiculo vterētur. ¶ Tertius ergo modus, quo dæmones miracula se mentiuntur facere est, q̃ illi trātes aliena corpora, seu vitas, seu inanima, occulta & ab humana cognitione remota, loquūtur. Quocirca fallissima est opinio Hermetis trimegisti, Quem D. Augustin. lib. 8. de ciui. Dei refert, & Alexand. in lib. de magicis sustentat, videlicet q̃ omnia Magorum opera in causas naturales resoluunt, ac potissimum in astrorū cōcursus. Quam obrem solent Magi certis obseruatis astris, certisq; adeò temporum momētis, annulos statuasq; astronomicas fabricare, quibus mirabiles virtutes tribuunt. à quibus in malis sumpta occasione in annulis à malefactis spiritus familiares digito gestare solent. Quod autem astrorū cōcursus atq; influxus ad id nō sufficiāt patet. Nā quanuis ita sit q̃ stellæ per suas influentias his inferioribus dominentur: tamen multa faciunt magi quæ per naturam impossibile est fieri. Faciunt etiam statuas moueri, atque adeò loqui, & responsa dare, quæ nisi viuentia atq; intellectum habenti congruere nequeunt: Vitam autem nulla res nisi ab alio viuente per generationem habere valet, vel Deo qui dominus est naturæ, id præstante. Quapropter certum est dæmones easdem astronomicas fabricas ingressos illos exhibere motus & loquelas, secuti in ergumenis faciunt. Similiter nanq; angelus bonus linguā asinæ Balaam loquebatur. Sed rogas nunquid non posset anima negotio dæmonis afferri, quæ corpus resumeret, informaretq; perinde atq; in die iudicij? Respōdetur id minimè fieri posse, est enim opus supranaturale, ob idq; inter vera miracula recensendum, quæ dæmō facere neutiquā potest. Quocirca historiā Saulis quæ vt. 1. Reg. 28. legitur per Phitonissam fecit suscitari Samuelem, nequaquam sic intelligere fas est, vt arte dæmonum fuerit verè suscitatus: sed vel quod Augustin. ad Simpliciarum ait, dispensatione Dei spiritus eius apparuit vel etiam reuixit, vt verba historiæ sonant. Et Ecclesiast. 16. notatur. vel fortasse, vt idem Augu. 21. de ciui. autor est. qđ refertur. 26. q. 5. can. mirum arte magica inuocatus dæmon sub forma Samuelis apparuit. Sæpissime nanq; se esse defunctorum animas mentiuntur. Atque ita intelligendum est quod Clem. lib. 1. de Symone Mago refert, qui aiebat in hominibus à se interfectis, retineri sua arte animas. Erant enim plane dæmones. Ad aliquem ergo istarum trium causarum, vniuersi dæmonici effectus reducēdi sunt. Vnde Iaruarum (quas nostri Bruxas appellāt) maleficia in causam primā fere authores refe-

Tertius modus.

Hermes. Alexand.

Iaruæ.

runt. Si q̃ somnio sopite manet in suis domibus, aut in extasim raptæ sommātes illa facere, quę dæmones assumptis ex aere similibus corporibus perpetrāticui sententiæ. D. Aug. applaudit. At profectò adeò sunt multa experimenta de hac re cōperta, vt nō esset vanum opinari non nunquā rapi per aera motu dæmonū inuisibiles factas, vt ipsæ Deū offendentes mala perpetrent. Nam compertum est dum illa gesta faciant, abesse suis domibus, & è lectis quibus accubuerant. Hæc autem examinandi nō datur hic locus: de quibus ergo satis. ¶ Secūdo autē ad prętens attinens propositum adnotandum est dæmones in odio Dei quod primō actu conceperunt, adeò esse obstinatos & obduratos, vt quicquid vel faciunt vel meditentur, ex alio odio dimanet, & ad Deum ipsum infestandum procedat. Quocirca (id quod considerate meditandum est) odia, quę in nos exercēt, nō in nostrū tantū malū intēdunt: sed vt Deū offendāt, & iniurijs persequantur, eūq; eo fine & proposito fruatrentur, quo nos creaturæ videlicet ne gloria sua nomenq; amplificetur. Quapropter professio nostra est aduersus illos tam quam aduersus acerrimos hostes nostros, perpetuum gerere bellum quod super fontem baptismi illis indicimus, nomina nostra dātes in militiam Christi aduersus illos, quos ideo abiuramus, renuntiantes illis omnibus pōpis eorum, atque adeò sanctissimè pollicitantes nullo nos vnquam eorum fauore, aut auxilio, aut beneficio vti.

Odium dæmonum.

EX his ergo colligitur cōclusio prima, qua ad propositam quęstionem respondetur, videlicet, quòd nullum cum illis commercium inire possumus, aut societatem aut pactū, quòd vllius sit beneuolentiæ indicium: sed semper debeamus illos, vt summos hostes tractare, etiam si vltrò nobis gratiq; aliquod beneficiū offerant, nihil à nobis exigētes. Idq; nō solum quia praua eorum voluntas nihil nobis, nisi in malum nostrum impendere potest, sed etiam si in bonum nostrum esset semper succederet: quia hostes sunt Dei, nullum eorum beneficium acceptare possumus. Id quod apprimè notandum est. Nā illud, aut petere, aut suscipere esset desciscere à fide Dei & ceu transfugas in eorū militiam transmigrare. Atque hic maximè locum habet illud Christi, qui mecū non est contra me est: & qui mecum non colligit, spargit. Nam & inter humanos reges lex est, vt miles qui aliquid ab hoste receperit, reus fiat fractæ fidei. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Ex quibus fit consequens vt neque ad expellendos alios dæmones

Primus conclusio.

nes neq; ad illorum maleficia dissoluenda, & curanda licet alium dæmonem inuocare. Potest enim vulnus alium pellere: quia non sunt omnes æquales virtutis, sed neq; hoc licet eo q̃ aliquod esset beneficiū quod ab illis recipere non possumus. Huius autem dæmoniaci consocij gradus existunt alij alijs nequiores: nam eorum adoratio summum obtinet idololatriæ fastigium. Enimuerò quanuis reliquas creaturas pro dijs colere, vt homines & marmora, & saxa immanis sit idololatriæ impietas, indicibiliter scelestior est dæmones colere, vt pote qui summum Dei odium in ipsum continenter exercent. Secundus pauloque inferior gradus est, aliquam amicitiam ceu inter pares cum illis contrahere. Solent enim insinuare tā quam incubos & succubos: deinde quasi cōsultores in rebus, quę sunt hominibus charissimę, atq; adeò ceu medici ad curandos corporum morbos. Neq; verò in initio, quæ sua vafricies est, quicquam ab hominibus vicissim reposcūt vt astutius eos inescare valeant. Sed & hæc tamen societas ad apostasiam pertinet, grauissimumque adeò peccatum est. Tertius gradus est deinde remissior aliquid ab eis citra vllum amicitiæ indicium petere, vel illos ad aliquid inuocare, etiam si securissimus sis, nulla te amicitia cum illis colligare, & peius est cum illis aliquid pacisci etiam citra cultum vel adorationem, sed tanquàm hosti dicere, affer mihi tale, aut tale auxilium, & reddam tibi hoc. In summa omnis eiusmodi societas ob id peccatū est apostasiæ, q̃ cum hoste Dei cōtrahitur, & quasi cum rege alterius regni, quod cælesti aduersatur, & cum tali hoste, qui nullas potest in ducias habere belli, sed continenter absq; vlla cessatione aduersus Deū & nos pugnat, quasi leo rugiens quærens quem deuoret. Secūda ergo conclusio in præsentiarum sit, q̃ possumus cum dæmonibus præcisè colloqui & conuersari tanquàm cū hostibus, idq; dupliciter: vel eos virtute Dei expellēdo, vt per exorcismos facimus: vel compellendo ad aliquod seruitiū. vt Symon & Iudas dæmones compulerunt suam statuam confringere, & Iacobus aliū vt Hermogenem ad se adduceret.

Primus argu.

PRimum & tertium argumentum. D. Thomæ. facilima sunt. Primū enim est Origenis auctoritas super Matthęum loco suprà citato, dicentes, nō esse secundum potestatem datam à saluatore adiurare dęmonia: sed iudaicum esse. Hoc autem intelligitur de adiuratione, quę nō fit virtute diuina ad dæmones compellendos, sed per modum beneuolentiæ, vel deprecationis. ¶ Tertium verò est quod adiurare aliquē videtur ad quandam societatem pertinere, quā nobis cum dæmonibus contrahere nefas est. Ait enim Paul. 1. Corinth. 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Argumentum autem hoc tantùm conuincit q̃ per modum beneuolentiæ, non possumus illos adiurare: possumus tamen per vim compulsionis. ¶ Secundum autem argumentum ampliorem postulat sermonem. Cui & alia nos duo adiibemus, arguitur sic. Cum energumenis à dæmonibus obsessis licet nobis colloquia conserere. Nam & exorcistæ & circunstantes multa illos interrogant. Imò exemplo Christi docemur id esse licitum, quippe qui Mar. 5. A dæmone scisitatus est quodnam esset illi nomen, qui respondit. Legio. Quapropter D. Tho. q. 95. artic. 4. licitum esse autumat à dæmone sua sponte id offerente, propter aliorum vtilitatem, aliquid interrogare: hæc autem omnia speciem cuiusdam societatis præ se ferunt: ergo eiusmodi societas non est illicita. Secundo (quod est argumentum. D. Thom.) arguitur. Si licitū esset dæmones adiurare, licitum perinde esset Necromanticis, suis incantationibus dæmones inuocare, cùm tamen de hoc malè audiant sintq; adeò iure prohibiti. Tertio deniq; arguitur. Si non liceret dæmonum arte eorūq; reuelationibus vti, eò q̃ non licet cum illis habere cōmercium, sequeretur, q̃ neq; liceret ariolari per astra. Nam quàm sæpissimè illuc se dæmones insinuant ad reuelandum futura & occultos euentus: & tamē non prorsus huiusmodi astrologi condemnantur, nec ab scholis proscribūtur. ¶ Primo argumento subnotantur exorcistæ, in quibus profectò multa sunt cauenda. Primū quod maxima ex parte neq; diuina virtute, neque verò magica arte vtuntur, sed sunt meri impostores, vt ego ipse plurimorum sum oculatus testis: sæpe enim fingūt dæmonia inde eiicere, vbi nullū est, atq; adeò plurimæ mulierculæ dęmonio obsideri mentiuntur lucri causa, dicentes esse animas defunctorum quas infamant. Et ideo nisi aliquod intercesserit dęmonij documentum quod sit efficax, nulla est eis habenda fides: nēpe nisi dum lingua loquātur peregrina vel adeò immobiles existant, vt multis hominum viribus dimoueri loco nequeant. Præterea neque longa iniri colloquia cum illis licitum est. Fateor equidem, vt ad argumentum respondeam vnum aut alterū verbum interrogare non esse mortale, sed quædā venialis curiositas. Attamen longos sermones cum illis habere, præterquam quod ad quandam eorum societatē vergere videtur, periculosum est. Nam dæmones cum honori nostro

Argumenta alia.

Responsio Primi argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& famæ infidelium. si aliquum forte veritatem dicunt, non id faciunt nisi ad diffamandum aliquem vel defraudandum vel vinum: & sæpe circũ stantes. Vnde Chryso. super illud Mar. 1. vbi Dominus spiritum immundo dixit obmutesce, & exi ab homine. Salutifere hoc inquit nobis dogma dat, ne fabulis credamus dæmonibus, quamcunque tandem dictent veritatem. Quocirca supersititiosissimum, neq; ullo modo ferendum est, petere à dæmonibus signum in testimoniũ loci, vnde venit, aut q̃ nunq̃ in homine à quo expellitur reuertatur: est enim mendax, & pater mendacij. Et ideo neq; his signis & testimonijs vlla est habenda fides: sed sola virtute Dei repellendi sunt. Interrogari autem quicquam nihil à tam iustis viris non debent, vt potè qui à Deo obtinere possint, vt eos veritatem fateri compellant, sicut ipsi sunt Christo vbi dixerunt ei legionem. Postremo hic animaduertendũ est q̃ quãuis exorcismi sanctæ res sint, & à Christo vsq; & apostolis originẽ ducant, non tamẽ tam crebro sperandi sunt eorũ effectus quã tempore nascentis adolescentisq; ecclesiæ. Nam cum expulsio dæmonũ per ecclesiæ ministros testimoniũ sit fidei, fit vt tunc temporis quando opus erat fidẽ per miracula stabiliri, frequentius eiusmodi miracula crederentur. Modò autem firmata iam religione, nõ ita crebrò contingunt: neq; adeo tamen exorcismorum religio contemnenda est. ¶ Circa secundum argumentũ meditanda sunt varia Magorũ nomina, quæ tũ in hac canonico. 26. q. 5. quã iure ciuili. C. de maleficijs & mathematicis, atq; alibi sæpe denotantur. Sunt enim Necromantici, hi dicti, q̃ in defunctorum cadaueribus secreta rimantur, Necron enim idẽ est quod cadauer & Mantia diuinatio: vel ideo quod per attẽ Magicam mortuos suscitare se autumant. Hydromantici verò qui per aquæ suspectionem diuinãt. Sicut & Chiromantici qui de manuũ lineamentis de moribus hominum iudicat. Iam verò Necromantici per Antonomasiam dicũtur, qui circulos faciunt & cælestes plagas captant ad inuocandum dæmones. Hi autẽ omnes ob id grauissimis censuris vtroque iure condemnantur, quod, vt ait in solutione secundi D. Thom. magiam in hoc exercent, & dæmonũ adminiculo ad res perdiscendas vtuntur sicuti & Aruspices, id est, auium inspectores & Phytones qui de occultis respondent. Est enim de omnibus illis hæc regula præ oculis habenda quòd eorum incantamenta non attestantur, quòd dæmones, ceu hostes tractent, vt diuina virtute eos à maleficijs arceant, sed potius tanquam familiares atq; auxiliatores suos. ¶ Terti argumentũ prolixioris egebat disputationis, ij locus fert presens. Duo tamen de astrologis affirmantur. Primus q̃ per astrorũ observantiam & domos cæli regiones quas ipse habeant, quãuis possint effectus naturales velut pluuias & serenitates tempori neque successus quadantenus prospicere, haud tamen accidentium effectus & euentus. Enimuero cum natura semper certis determinatisq; periodis eisdem operetur effectus, non possunt per causas naturales contingentia deprehendi, vt quod vlà homine fodiente sepulchrum thesaurus fortè reperiatur, aut q̃ fulmine sit quispiam vel alia extraordinariâ morte perituru. Et multo minus per easdem causas futura contingentia vel occulta deprehendantur quæ ex mera nostra voluntate pendẽt: eo q̃ intellectus & voluntas incorporeæ potentiæ sunt, ac perinde ab impressionibus cœlestibus exemptæ. Nam corpus in spiritum nihil immediate imprimit. Vnde Arist. 3. de anima tex. 150. contra illos qui aiebãt talem inesse hominibus voluntatẽ qualem in die inducit pater virorum deorumq; sol vel cœlum in die natali, ait in hanc opinionem inde fuisse collapsos q̃ animã putarent esse sensum. Quapropter cœli, causa per se esse nequeunt actionum liberi arbitrij. Et quamuis imprimendo in corpus humanum, possint circa cõplexiones aliquid facere, atq; adeò circa sensus, qui cum sint animæ organa, possunt illam quodam modo inclinare. Tamen quoniã sensuales vires vt. 3. Eth. autor est Philos. rationi obediunt: nulla inde necessitas libero arbitrio imponitur, sed contra cœlestes influxus potest homo operari. Atq; eo præsertim quòd educationes, & consortia cum ijs aut illis hominibus, & potissimum amor Dei & gehennæ metus atque honoris cupiditas, & infamiæ timor, & alia id genus multa possunt hominum inclinationes & effectus permutare. ¶ Colligamus ergo cum D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 5. conclusiones duas quibus ad tertium argumentũ respondetur. Prior, licitũ est per astrorum inspectionem de effectibus naturalibus quæ ordinario naturæ cursu fiunt aliquod iudicium captare, vt de serenitatibus, de pluuijs, de pestibus, deq; id genus tempestatibus alijs. Hoc etiã est de effectibus per propria causas iudicare: sicuti medici ex morborum malignitate de futura morte iudicant. ¶ Posterior: neque de accidentarijs contingentibusq; effectibus neq; verò de ijs quę in nro sunt arbitrio per astrorum cõsiderationem potest iudicium nisi falla cissimum ferri. Multoq; minus valent eos qui occultissime crimen aliquod commiserunt illa scientia

Chryso.

Nota de exorcismis.

Varia magorũ nomina.

De astrologis.

Duæ conclusiones.

scientia inuestigare neque eorum qualitates & iudicia quibus deprehẽdantur. Hęc enim astrorum aspectus nõ prodent. Quare August. lib. 4. confes. Illos inquit Planetarios, quos mathematicos vocant, consulere, Christiana & vera expetit & amat. Hæc ille. Ratio autẽ est quòd dæmones cum hominibus videãt eam cupidos secreta agnoscendi, atq; illos præsertim quorum eã interest scire in eiusmodi astrorum iudicia ferenda omni solertia sese ingerũt. Præter quã quod eiusmodi astrologi adeò semper & fallũtur & fallunt, vt vix eos semel contingat vnã veritatem proferre. Quare idem August. 2. super Gen. ad literam. Bono, inquit Christiano, siue Mathematici siue quilibet impie diuinandi & maxime dicẽtes vera cauẽdi sunt, ne cõsortio dæmoniorũ animã deceptã pacto quodã societatis inretiat. ¶ In his ante astrologis, vt lib. 5. dicere cœpimus, attentissimè inter eorum scientiam discernendum est & eius scientia vsum. Enimuerò quamuis eis gratis, imo cõtra veritatẽ demonstratam concedamus, quòd occulta possint per suam scientiã inuestigare, nihilo minus eius vsum ad hoc applicare, vt occulta crimina reuelent, est nouũ peccatum idẽque mortale & grauissimum contra iustitiam. Est enim occultos peccatores præter ordinem iuris infamare. Demus enim perinde astrologũ fore quis furtũ, aut adulterium, aut homicidiũ fecit, ac si propriis oculis vidisset, profectò nihilo minus grauissimum illis peccatum est & rei publicæ pernitiosissimum illum detegere & reuelare. Præter quã q̃ ad nihil aliud valet quàm vt inter homines infamiæ & iurgia serantur: quandoquidem iudici neutiquam licet solo indicio astrologi contra quempiam procedere. Neque enim tranquillus status reipublicæ in hoc consistit, vt occulta crimina nisi ordine seruato iuris inuestigentur. Fac nullum crimen cõmitti posse occultissimè, quin illico fieret manifestum, profectò neutiquam homines viuere possent. Si autem astrologis vlla daretur fides, nullum esset occultum. Igitur quanuis verissima semper dicerent, ob hoc ipsum essent citius e republica exterminandi, nisi se continerent ne vllum vnquam infamia deiotarẽt. ¶ Igitur vt rem tandem concludamus omnia magorũ genera trino iure acerrime condemnata sunt: diuinũ, spontificio, & exsarco. verba enim sunt Deu. 18. Quãdo ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dedit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium: neque inueniatur in te qui lustret filiũ suum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos scisciteretur, & obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque in Phytones cõsulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu suo. Et Leuit. 19. Non declinetis ad Magos neq; ab ariolis aliquid scisciteminí, vt polluamini cũm eis. Et cap. 20. Vir siue mulier in quibus Phytonicus, vel diuinationis fuerit spiritus morte moriantur, lapidibus obruet eos, sanguis eorum sit super illos. Hæc atque alia id genus animaduersiones frequentes extant in veteri testamẽto aduersus omnes Magorum species. Erat enim populus ille sitientissimus occulta perscrutandi & cognoscendi ac subinde in illud idololatriæ genus propensissimus. Sed & lege euangelica ecclesia anathematis gladio idẽ genus hominum acerrime impetit vt patet. 26. q. 5. per totum videlicet cano. si quis ariolos. & omnibus subsequẽtibus vsq; ad can. nec mirũ. ariolí, aruspices, stellarum cursus obseruantes, & sortilegi & nigromantes, & augures qui Gẽtilium idololatriam sequi videntur, & pariter illi qui cum illis fuerint comersati, auxilia aliqua à suis artibus petentes, anathematizantur, excõmunicantur, & ab ecclesia procul excludãtur. Et. C. de maleficijs & mathematicis. hactẽ geometriæ. & l. nullus aruspex. & l. eorum. & l. nemo. & in summa per totum titulum. aruspices & magi seuerissimis legibus vindicantur. Nam. l. etsi. equuleo deditri iubentur vngulis fulcantibus latera pœnas perferre proprio dignas facinore. & l. nemo. supplicio etiam capitis puniri iubetur. Accedunt & leges regni nostri partita. 7. titu. 23. Hoc tamen admonuerim cõtra quosdam qui finistre Legẽ primã huius tituli intelligentes eam in fauorem Astrologorum allegare contendunt. Ait enim lex, diuinationem, quæ fit per scientiam Astronomiæ nõ esse illicitã: sanè cum illa sit vna ex septem artibus liberalibus. Verba hæc tamen secundũ tenorem duarum cõclusionũ quas proximè cũ D. Tho. collegimus, interpretãda sunt, videlicet, q̃ illa scientia est licita ad iudicandũ de pluuijs, aut pestibus, ac tẽpestatibus, quæ astrorũ concursu certitudine naturali eueniunt. Haud tamẽ lex intelligit eandẽ scientiam esse licitam ad iudicandũ de accidentarijs effectibus, aut de illis quæ ex nostra voluntate pendẽt & multò minus ad inquirẽdũ personas occultas, quę aliquod peccatũ perpetrarũt. Imò hunũmodi Astrologos cũ Necromãticis, & Diuinatoribus, & Mathematicis cõparat: quos subinde grauissimo iudicio condẽnat. Et. 3. supplicio capitis plectendos censet. Et idem habetur inter ordinationes regni tit. 8. cap. 4. l. 1. & 2.

Leuit. 19.

C. de maleficijs.

Leges regni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. III.

Vtrùm liceat adiurare irrationalẽ creaturam.

POstquã visum est tam Deum quã homines & dæmones adiurari posse, sequitur postremò an irrationales quoque creaturas liceat adiurare, sicut locustas, & brucum, mubesq; atq; alias tẽpestates. Et rñdet D. Tho. suppositis distinctionib⁹ duabus per tres cõclusiones. Distinctio prior est. Adiuratio hmõi, aut refertur ad ipsam irrationalẽ creaturã ita vt oratio & locutio ad illã dirigatur. Et de hoc est prima cõclusio. Vanũ esset irrationalẽ creaturã sic adiurare, vt sermò ad eam dirigeretur. Atq; hanc ꝓbant argumenta tria D. Tho. Nam cũ adiuratio nõ nisi per locutionẽ fiat, quam irrationales creaturæ percipere nõ valent, frustraneum esset illas adiurare. Deinde adiuratio illis tantũ cõpetit, quibus cõgruit iurare: irrationales autem creaturæ iurare nõ possunt: ergo neq; adiurari. Ad hæc cũ duplex vt dictũ est, sit adiurationis modus. s. & deprecatorius, & cõpulsorius, prior vanus est respectu irrationaliũ creaturarũ, vtpote quæ nullũ habẽt suarũ actionũ diuium, vt prece moueri queãt. Posterior verò soli Deo cõpetit cuius solius imperio, vt habet Matth. 8. obediũt venti & mare: quare nos creaturis irrationalib⁹ nihil imperare possum⁹. ¶ Secũdo modo fieri potest adiuratio, vt referat ad eũ à quo talis creatura agitur & mouetur nẽpè ad Deũ, & ad dæmonẽ, quorũ actione licèt diuersa ratione eiusmodi tempestates nobis ingruũt. Enimuero eadẽ est actio agẽtis & eius rei quæ agitur & mouetur: sicut motus sagittæ, & ipsius est tanq; rei motæ, & sagittãtis tanq; eã mouẽtis. Quapropter motus tẽpestatis est motus ipsius tanq; rei motæ, Dei autẽ tanquã primæ causæ omniũ naturaliũ actionũ: & præterea tanquã permittẽtis dæmonẽ eisdẽ irrationalibus creaturis vti ad nobis nocendũ. ¶ Hac igitur de causa statuitur secũda conclusio. Dupliciter iure possumus irrationalẽ creaturã adiurare. Vno scilicet modo adiurationẽ per modũ deprecationis ad Deũ dirigẽdo: & alio modo dirigẽdo eam ad dæmonẽ per modũ cõpulsionis. Atqui prior modus pertinet ad eos qui diuina inuocatione citra exorcismos miracula faciũt: sicuti De Simone & Iuda legitur qui dracones adiurarũt præcipientes eis, vt in desertũ secederẽt, posterior verò ptinet ad exorcistas. ¶ Tertia conclusio. Nequaquã licet dæmones in eiusmodi cuẽtibus adiurare, quasi auxilium ab eis implorando. Posset enim vt modò dicebamus vnus dæmon aliũ arcere, & dæmones qui nubila colligũt rogatu nostro cessare, sed hoc esset eos vt deos colere, quod ingens esset apostasiæ crimen.

Distinctio. Prima conclusio. Secũdus ad iurationis modus. Secunda cõclusio. Tertia conclusio.

SEcũda & Tertia cõclusiones certissimę sunt, neq; vllũ prę se ferunt dubiũ quod sit disputatu dignum. Prima verò, quãuis nihilo sit minus certa, est tamen memoriæ penitus contra quorundam abusum cõmendanda. Nempè vt in eiusmodi adiurationibus, quas vulgus coniurationes appellat. Bruci locustarum & nubiũ adiuratio non ad huiusmodi res dirigitur, sed vel ad Deũ per modũ deprecationis, vt dignetur nostri miserere, dæmonesq; cohibere, qui eius permissiu eiusmodi tẽpestates in nos obmoliuntur. Et hic est optimus omniũ modus eiusmodi cladibus occurrendi. Quòd si adhibeantur exorcismi, non intelligantur aduersus res irrationales dirigi, sed aduersus dæmones, vt in virtute Dei cessent nobis esse infestos. Hoc aduersus illos adnotauerim, qui potiùs impostores, & incãtatores sunt, q̃ exorcistæmen pè qui cũ nubibus, & locustis, & brucis cumq; alijs eiusmodi bestiolis pugnare contendũt, ac si eorũ colloquia perciperẽt, aut in ipsarum nubiũ aut locustarũ potestate esset cessare. Quin verò litẽ cum locustis contestantur, patronosque & aduocatos, & procuratores illis creant, causam ipsarum defendant, illasq; coram iudice accusant, à quo conuincũtur, condẽnantur, anathematizantur, & excommunicãtur: cùm ipsi potiùs adiuratores excõmunicandi essent, atq; in vltimas insulas relegandi. Nam si cõtra vermiculos loquuntur, quid illi intelligunt? Sin verò contra dæmones, quid opus est illos ordine iuris oppugnare? Sanè cùm nostri sint publici hostes, qui nullo iure, sed sola vi suam nequitiam in nos exercent. Atq; adeò tanquam manifestarios inimicos nostros sola virtute Dei armatis licet nobis illos propulsare. Haud ergo iudices & ecclesiastici & ciuiles (nam vtrisque res incumbit) in huiusmodi impostores, præstigiatores animaduertere negligant: quippe qui religionẽ Christianã irrisioni exponũt.

FINIS LIBRI OCTAVI.
DE IVSTITIA ET IVRE.

LIBER NONVS
De Iustitia & Iure.

PROOEMIVM.

IN septimo libro, vbi religionis argumentum ingressi sumus, de voto à nobis disputatum est. Nempe de his quę homo Deo suppte quirente pollicetur, atq; adeò de laudibus qui diuinis peragẽdis sacrificijs iuncta cupiãtur. Sub sequitur ergò secundum ordinem ibidem propositum, vt de illis dicamus quæ mortales religionis vinculo eisdẽ optimo Deo reddere cõstringũtur: vtpote de oblationibus & decimis, quæ subsequuntur & annexa sacerdotum: ac subinde de vitio simoniæ, quo uitus eiusdem sanctæ ecclesiæ pollui solent. Oblationum autẽ & decimarum q; tractationẽ nequissimus alunde aptius ac subinde pulchrius suspicari, quàm ab earum radice & fundamẽto simpẽ sacrificij, quæ non nisi de Christiano, verum vniuersi mortalis Deo suo digitur offerre tenentur. Est enim sacrificium, oblationum suprema ad quã reliquæ vniuersæ referuntur. Quare duas sacrificiorum quæstiones præmittere operæpretiũ duximus, vnam in genere, atq; alteram in singulari.

Prohœmium.

QVÆSTIO PRIMA.
De Sacrificio in genere.

S. Tho. 2. 2. quæst. 85.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Deo sacrificare, sit de lege naturæ.

PRIMVS IGITVR articulus quæstionis de sacrificio est, vtrum sacrificiorum oblatio sit de iure naturę. Arguitur nãq; negatiue. Ea quæ sunt in iure naturæ, cuiusmodi sunt mortalibus communia: sacrificia autem Deo offerre non sunt semper viuentis mortalibus communia & vnum Abel nanq; legitur obtulisse de grege suo: Cain verò de terræ fructibus. Atqui Melchisedech, vt Genes. 14. refertur, panem & vinum: alij verò alia animalia: ergò sacrificiorũ oblatio non est de iure naturæ. ¶ Secundò. Ea quæ iure naturæ dictat, minime creatura licet iusti homines, præterijsse: de Adam autem nusquã sacrificiũ obtulisse legitur: neq; verò de Isaac: cum tamen de eodem primo parente. Sapientia ipsa cap. 10. cõtestetur eum à delicto suo: vbi potissimum sacrificij oblatio videbatur congruere. ¶ Tertiò. Sacrificia, vt 10. de ciuit. Dei. author est Augustinus quædam significantia offeruntur: significare autem quod vocibus primum (vt 2. de doctr. Christ. idem est author) deinde rebus congruit humano beneplacito instituuntur: non ergo sacrificia à lege naturæ diuinoãrimo, sed à iure humano. ¶ In contrarium autẽ est, quod omni ætate semper fuit apud cunctos mortales aliquod sacrificandi specimen: quod autem mortales omnes docti sunt, natura magistra didicerunt.

Argum. 1. Argum. 2. Argumẽ. 3. Augustinus.

QVM res sit per se ipsa euidens, sacrificia, seu Deorum seu veri Dei, ab ipso statim mũdi primordio more & vsu inter mortales celebratissima: superdacaneum fuisset quęrere an fuerint. Sed prima quæstio de eorũ tempore & origine instituitur: nempe vtrum sub hominum inuentum, an potius documentum naturæ. Vbi primum omnium nos est præterea dũ, vt res ipsa, solemnissima semper Lathis fuit, ita & nomen eisdem esse receptissimũ. Est em sacrificium idem quod factio sacri: & sacrificare idẽ quod sacra facere. Quapropter, vt scienter D. Tho. presenti q. ar. 3. adnotauit, sacrificium nõ idem est prorsus quod oblatio. Nam quicquid in Ecclesia offertur, oblatio dicitur, etiam si nihil circa rem ipsam fiat. Sicut dũ offeruntur nummi, aut panis, aut res alia: sacrificiũ autẽ non fit nisi vbi circa res ipsas Deo oblatas aliquid exercetur. Quales erant priscis animalium immolationes: & nobis dum sacrosanctum panem benedicimus, frangimus, & consumimus: hoc enim est sacra facere. Vnde apud gentes præter sacerdotes sacrificia offerentes, erant sacrificuli qui illã exercebant operã. Est ergo sacrificium, peculiare sacerdotum munus. ¶ Ad quæstionem igitur vnica conclusione respondetur.

Quid sacrificium. D. Thomas. Conclusio responsiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur. Sacrificiorum oblatio non solùm diuini iuris est & humani, verùm & ex eorum numero, quæ in iure naturæ sunt posita. Probatur. Ratio ipsa naturalis magistra ex his quæ in se homo experitur eum planè docet alicui superiori esse subditum. Miseriæ nanq; ærumnæ, & calamitates quibus indesinenter afflictatur, eũ commonefaciunt aliunde sibi, hoc est desuper opem ferre. Atq; adeò sentit aliquem sui sum existere cuius auxilijs egeat: quicquid sit, omnes pro deo habent. Rursus & ex rerũ ipsa natura discit sublunaria hæc quia cœlorum influentiam sustinent, eisdem esse loco subdita, eademq; ratione terram cæteris elementis: vt pote quorum tore aereq; iuuatura ad perinde se etiam ipsium Deo, cuius ope viuit, subiectionem debere atq; honorem. Modus autem sen suali hominicõgruus est, vt reuerentiã quam Deo debet non modò intus animo referat, verùm & sensibus signis eandẽ foris exhibeat. Hac igitur naturali ratione docti atq; admoniti sunt vniuersi mortales qualicũq; ratiõe Deũ nouerint eidem sacrificia offerre, in lignum debitæ reuerentiæ & subiectionis. Quemadmodum & inter homines mos subditorũ est, dominis, quasi eorum dominium cõfitentes, munera offerre: hoc autem ipsum in præsentiarũ sacrificij nomine intelligimus. Fit ergo nostra conclusio consequẽs: nempe sacrificiorum oblationem esse de iure naturæ. Et est notanda conclusionis persuasio: quæ non de sacrificio tantum quæ intus offertur procedit, sed etiam de externo. Nam etsi verus Dei cultus, qui spiritus est cordium q; inspector, intus in corde potissimum cõsistat, iuxta illud Psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: id quod tum Christus ipse Ioannis. 4. testatur dicens, Venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate: tum etiam Apostolus. 1. ad Corinth. 14. Orabo spiritu, orabo & mente: tamen cùm nos corporei simus, vtroq; hostine debemus eũ colere. ¶ Ex his vtiq; colligitur quantum ad Dei cognitionem attinet, neque exterũ sacrificium esse necessarium, neque verò vocalem orationem, veluti inter homines, quibus nõ nisi externis signis aliena corda inuicem sciunt. Neq; verò externus cultus laudi datur nisi quatenus ad internũ refertur. Attamen nõ ideo non est magno pretio estimandus. Valet enim tum ad excitandum, tum etiam ad testificandum mentis affectum. Quare suo iure datet egregio merito. His nanq; quæ ex animo redundarit, debitum Deo secundum nostram naturã perfoluimus. Quare sanctè institutũ est, vt publicitus in templis res diuina celebrater fiat. ¶ Arguat verò quispiam contra conclusionis rationẽ sic. Naturalis ratio, etsi nos nostrorum defectuũ admoneat, tamẽ non ab altiori principio nos docet subsidia nobis prouenire, quàm à naturalibus causis. Nã si lumen duntaxat naturale consulas, quantũ ad corpus pertorbes cœlestes naturales philosophi docuerunt nobis esse à natura prætitum: quantũ verò ad animi cognitionem per intellectuale lumen: sed quantum ad effectus per liberum nostrum arbitrũ. Respõdetur quòd vbi naturalis ratio omnibus est nebulis expurgata, clarè monstrat hæc ipsa naturalia adminicula nõ nobis sufficere ad medendum omnibus miseriis quas corpore & animo patimur: atque adeò saltem in confuso aliam indicat superiorem causam quã homines pro Deo habent. Quod si aliquæ reperiantur tam barbaræ nationes, quæ non nisi vel cœlum vel alia inferiora præsidia cognoscunt, solari sy de tiã aut cuipiam alteri creaturæ honores pendũt diuinos: at subinde sacrificia. ¶ Conclusio ergo cùm sua ratione adeo est lumine naturali nota, vt nulla vnquàm fuerit natio quæ non Deum coleret, sacerdotes q; haberet, atque adeò sacrificia. Duo enim hæc paria cogitare soleo, quibus omnis semper constitit respublica: videlicet sacrificium & sacerdotium: lex & gubernator. Nam reipublicæ institutor quem primum illico sæpium ciuium oculis præfigere consueuit, fuit Deus, quem populus veneraretur, & à quo subsidia posceret. Mox, quibus coleretur, sacrificia instituere. Deinde leges cõdere eidem religioni congruas: ac subinde magistratus penes quos sita esset legum custodia. Sic enim Liuius tradit, Numam illum secundũ Romanorum Regem instituisse rempublicã. Vnde Arist. 6. Ethi cap. vlt. inter magistratus sine quibus constare nequit res publica, connumerat sacerdotes qui publicis sacrificijs addici debent: quorum quidem præsidentes, tum reges sacrorum dicuntur, tum Pontifices Maximi. Idq; repetit lib. 7. cap. 8. vbi in primo magistratuum gradu eosdem collocat sacerdotes. Et Ethi. 8. cap. 9. ad rationem alludens nostræ conclusionis, ait sacrificia vetusta post perceptionem frugum fuisse fieri solita. ¶ Quod si historias tam nostras quàm profanas perlustres, statim ab orbe cõdito, Abel, Noë, ac Melchisedech, in lege naturæ videas oblationes & sacrificia obtulisse. Et ante legem datam, Abraham etiam & Iacob. Et in sacra præterea historia, Genes. 47. extat sacerdotum Aegyptiorum memoria, qui erant regalibus priuilegijs insignes.

Probatio.

Paulus.

Corollariũ.

Solutio.

Aristot.

Ad

Oppositum primum.

AD primum igitur argumentum respondetur, q̃ sacrificiorum oblatio, si eam in genere mediteris, cũctis fuit gentibus semper cõmunis: quòd autem his vel illis vterentur, constitutiones fuerunt humanæ secũdùm hãc aut illam Dei cognitionem quam vnaquæque gens attingebat. Hac enim ratione dicebamus libro proximo & secũdo, humanas leges à naturali deriuari: scilicet per modum determinationis generis ad species. Est enim lex naturæ vt malefactores supplicio plectantur: quod autem hoc aut illo lex sanxit humana, secundùm cuiusque nationis ingeniũ. Et idem est de cultu & sacrificijs. ¶ Et per hoc respondetur ad argumentum tertium: videlicet q̃ suos significare conceptus, naturale est homini: his autem aut illis vocibus & signis, cuiuslibet est nationis placitum. ¶ Ad secundum verò respõdetur non esse dubitandum, quin Adam & Isaac, sicut & cæteri iusti, sacrificium obtulerunt maximè cùm Adæ sua innotuerit culpa, atq; Isaac sua etiam originalis: quæ quidem culpa secundùm Gregorium antiquis patribus per sacrificiorum oblationes remittebatur. Sed non opus fuit vt vniuersa in sacram historiam essent relata. Et forte consultò. Nã cùm in Adam intuim habuerit culpa, non est tanquam oblator sacrificantis hostiæ nominatus: sed filij sui Abel & Cain in quibus sacrificiorum disparitas quæ semper fuit in orbe placentium & displicentiũ Deo, notata fuit. Sacrificij autem quod Isaac obtulerit, ideo forsan nõ habetur in sacris memoria, q̃ ipse fuit à patre in sacrificiũ oblatus, tanq̃ hostiæ Christi prognosticum, quod vtiq; verorum apex radixq; fuit.

Conclusio negatiua.

Prima ratio cõclusionis.

Secunda ratio.

Tertia.

Paulus.

Augustinus.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm soli Deo sit sacrificium offerendum.

QVoniam dicere visi sumus, Deo, cuius ope indigemus, sacrificia à nobis deberi, arguitur q̃ nõ illi sit soli sacrificijs litandũ. Sancti homines, iuxta verbum Petri in. 2. Canonic. diuinæ effigiuntur consortes naturæ. Præterea angeli, vt patet Iob. 1. filij Dei nominantur: ergo vtrisq; decet sacra litare. ¶ Secũdo, Maior illis q̃ terrenis principib⁹ debetur honor: sed homines principibus honores deferũt & munera offerunt: ergo licitum est, vt sanctis sacrificia fiãt. Eò potissimùm q̃ aras illis templaq; & altaria erigit Ecclesia. ¶ In contrarium est illud Exod. 22. Qui immolat dijs, occidetur, præterquàm Domino soli.

AD quæstionem simplici conclusione negatiua respondetur. Nemini præter quã vni summoq; Deo fas est sacrificia immolare. Conclusio præter allatum testimonium triplici ratione probatur. Prima autem ex superiori facilè colligitur. Dictum enim est sacrificiũ exterius, ceu testimonium offerendum esse interni illius quod est in anima: nã religio exterior in hoc potissimùm seruit: anima verò se illi in sacrificium addicit, penes quem, vt dicebamus, situm esse cognoscit suum præsidium & subsidium: ille autem solus est Deus: ergo illi tantũ sacrificia debentur. Probatur hæc postrema præmissa. Homo sicuti & rerũ vnaquæq; præter Deũ & ab aliquo principio emanare se cognoscit, & in aliquem vltimum tendere finem, qui sua est suprema fœlicitas: Deum autem solus est & principium hoc, & subinde finis, atq; adeò ab ipso veluti à primo fonte, & quicquid habemus recepimus: & ad id quò tendimus adiuuamur. Soli ergo ipsi fas est sacrificia libare. Accedit secũdò quòd illi tãtum licitum est orationibus nostris ac precationibus accurrere, tãquàm ad illũ vnde nos, nostraq; vtriusq; hominis salus pendet. Hac autẽ ratione solũ Deũ oramus, vt nostri misereatur, nobisq; opẽ ferat. ¶ Ad idẽ facit tertiò exemplũ quod inter homines cernimus. Regi enim, summo reipublicæ capiti, illi dicati sunt honores: quos alteri inferiori deferre, crimen esset læsæ maiestatis: debet em̃ præ ciuibus cũctis in ea esse excellentia, vt ei quempiam exequare, citra eius iniuriã fieri nequeat. ¶ Hæc igitur nos conclusio docet, sacrificare, officium esse cultus latriæ, hoc est seruitutis & subiectionis quę soli Deo debetur. Id cuius nos Paulus ad Rom. 1. planè curauit admonitos: vbi impudentissimam illam gẽtium idololatriam obiurgabat, arasq; eorũ, & lucos, ac subinde nefaria sacrificia abominabatur: quæ cùm honores essent soli immortali Deo iure proprio debiti, vilibus creaturis impendebant. Hic est præterea conclusio D. Augustini. 10. de Ciuitate Dei quam cap. 4. & subsequentibus luculenter edisserit: vbi rationes D. Thom. insinuat. Deus nanq; sacrificia nostra nõ ideo q̃ illis indigeat à nobis exposcit: est enim, teste Dauide, Deus qui nostrorum nullatenus bonorũ eget: sed significationis gratia. Primum scilicet, vt exterioribus rebus vera cordis sacrificia exprimamus. Vnde sacrificiũ, inquit, visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum est: hoc est sacrum signum. Interna autem sacrificia prote-

Universidad de Deusto
Biblioteca

protestationes esse debent, quibus Deum prę-
fitemur, eum esse vnum, à quo salus nostra, to-
taq; rerum summa, ac demum suprema nostra
fœlicitas pendet. Quare dum peccamus, confi-
tentes cum Propheta ei soli peccasse, corda no
stra conterimus & contribulamus, atque, ora-
tiones ei veluti suauissimum incensum adole-
mus: cuius vtiq; sacrificij signa erant illa quæ
sub antiqua lege in victimis atq; incęso offere
bantur. Vbi, pfectò egregiè sacer ille pater ver
siculum illum pœnitentis Dauidis interpreta
tur: Si voluisses sacrificium, dedissem: vtiq; ho-
locaustis non delectaberis. Sacrificium Deo,
spiritus contribulatus: cor contritum & humi
liatum Deus nõ despicies. Admonet enim nos
propheta ea ratione Deũ nolle sacrificia qua
vulgus eum velle arbitratur: scilicet quòd in pe
corum trucidatione delectetur: aut quòd illis
cibis indigeat: quas quidem dementium cogi-
tationes in alio Psalmo retundit dicens: Si esu-
riero, nõ dicam tibi: meus est enim orbis terræ,
& plenitudo eius. Nũquid manducabo carnes
taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?
Quasi diceret: Ego quidem esurire nõ possum:
& ideo tauris tuis & hircis in cibum non egeo.
Neq; vero si esurire possem, tuo indigerem pa
stumam meus est orbis terræ & plenitudo eius.
Non ergo hac ratione vult sacrificia. At quia
non omnino ea renuit ac despicit, sed grata ha
bet, tanquam signa spiritualis sacrificij, subdit:
Sacrificium Deo, spiritus cõtribulatus. &c. Per
hæc ergo ratio elucidatur priscorum sacrificio
rum: nempè immolationis animalũ, emissio-
nis hirci, ac cęterorũ. Ratio inquam erat quòd
nõ offerebantur tanquã res simplices: sed tan-
quã signa. ¶ Duo autẽ ex his fiunt reliqua du-
bia. Prius de sacrosancto sacrificio altaris no-
stri, quod re vera non tantùm vt signum à no-
bis offertur, sed veluti res nullo æstimabilis pre
tio. Sane cùm Deo Deum ipsum in pretiũ de-
bitorum nostrorum offeramus, vt quæstione
proxima dicturi sumus. Ad hoc autem respõ
detur, rationẽ huius immensæ hostiæ lõgè esse
à reliquis diuersam: nam est cõmemoratio pre
tij humanæ redemptionis. Tametsi nihilo mi-
nus signum sit seruitutis nostræ, quo profite-
mur totum nostrum genus, tum præuaricatio
ne in Deum fuisse collapsum, tum eius benefi-
cio seruatum: atque adeò eiusmodi expiatio-
ne in eius gratiam reuocatum. Sed de hoc sta-
tim latius. ¶ Alterum verò dubium est, quòd
videntur Christianorum mores præsenti cõclu
sioni contradicere: nam & Deiparę Virgini eę
terisq; diuis in more nobis est munera offer-
re, locaque habere designata quorum deuotio
ne diuersis sanctis nosipsos nostraque offerimus, atq; id etiam sub forma sacrificij: nam & sanctis thura adolemus, & cereos incendimus, & reliqua facimus quę imaginem præ se ferunt sacrificij. Hoc autem dubium, argumentorum responsa dissoluent.

Ratio veterũ sacrificiorũ.

Prima dubitatio.

Solutio.

Dubiũ. 2.

Ad primum argumentum.

AD primum igitur respondetur, q̃ etsi an-
gelis ac sanctis diuinitatis nomen per Dei
gratiam communicetur: iuxta illud, Ego dixi,
Dij estis, & filij excelsi omnes: nempè in filio-
rum ordinem adoptati: tamen hæc non est di-
uinitatis per naturam & æqualitatem Dei. Qua
re in nullo præter ipsum par est, honores defer
re diuinos: atque adeo neq; sacrificia facere ra-
tione iam dicta. ¶ Et ex hoc derivatur solutio
argumenti secundi: nempè q̃ etsi principibus
humanis maiora deferantur, q̃ quæ antiqui-
tùs, & præter sacrificium altaris modò offeriũ-
tur Deo: tamen pretiositas sacrificij non æsti-
matur secundùm rem quæ offertur, sed secun-
dum cultus subiectionis q; significationem: &
ideo sicut illa quæ homines Deo subduntur, o-
bedictia & veneratio nemini præter ipsum in
pędi potest, sic nec vlla sacrificij cęremonia.

Ad secundum argumentum.

¶ Ad tertium demum respondetur, ex hac ve-
ritatis confessione nullatenus fieri consequens
vt non modò hæretici, verùm & alij arbitrãtur
qui nolunt illo nomine cẽseri, vllã idololatriæ
imaginẽ hac religione palliari, q̃ diuinis nunc
ra offerimus: nam in primis illa non sunt sacri-
ficia, sed meræ oblationes. Etenim verum sacri
ficiũ altaris soli Deo offerre fas est. Vnde Au-
gust. 8. de Ciuita. Dei: Non constituimus mar
tyribus tẽpla sacerdotalia: quoniã non ipsi, sed
Deus corũ nobis est Deus. Vnde sacerdos nõ
dicit, offero tibi sacrificium Petre vel Paule: sed
Deo dicimus, Accipe oblationem quam tibi
offerimus. Sanctorũ autẽ memoria fit in Mis-
sa, tũ quia de corũ victorijs Deo gratias referi
mus, tum quia eos oratores atq; intercessores
nostros apud eundẽ Deũ nostrũ cõstituimus.
Pręterea & simplicia munuscula quę sanctis of
ferimus, in Dei laudẽ & honorẽ referimus: quip
pe quamat in sanctis suis laudari, quatenꝰ eius
sunt filij ad æternã iam hæreditatem recepti.
Quemadmodum quo regis famulos honore
dignaris, regem ipsum colis. In summa, sicuti
sanctos sola duliæ adoratione colimus, non
latriæ: & oratione pulsamus, non vt nostri
misereantur, sed vt pro nobis orent: eodem
intersittio oblationes illis facimus, non sacri-
ficia. ¶ Hinc fit absurdè eos errare, qui licẽre
negant & eleemosynas in honorem Virginis
& sanctorum, aut petere aut porrigere. Nam
primum nihil aliud est quàm gratitudinis vir-
tus

Augustinus.

Licitum est eleemosynas in honorem

tus si sanctorum ipsorum ãmore eleemosy-
nas ob id conferamus, quòd nostri sunt inter-
uentores apud Deum: vt suo charitatis officio
par repẽdamus. Et pręterea eleemosynę quas
in honorem sancti pendimus, perinde ac de a-
lijs oblationibus dictum est, in dei honorem
cedunt.

ARTICVLVS. III.

Vtrum sacrificiorum oblatio sit specialis virtutis actus.

POst quàm visum est de substã
tia, & obiecto, seu fine sacrifi-
cij, quærit quàm latè pateat.
Primùm in hoc articulo quã-
tum ad actus, an videlicet om
nia opera omnium virtutum,
sint sacrificia. Et subinde articulo sequenti quã
tum ad personas, quæ ad sacrificia obligantur:
vtrum vniuersi mortales ad hoc obligentur.
Quæritur ergo vtrum offerre sacrificia ad spe
cialem pertineat virtutem. Arguitur enim ne-
gatiue. Primùm ex Paulo. Admonet quippe
hic nos ad Romañ. 12. Exhibeatis corpora ve
stra hostiam viuentem, Deo placentem. &c.
& ad Hebræos vltimo. Beneficentię & cõmu-
nionis nolite obliuiſci: talibus enim hostijs
promeretur Deus. Exhibere autem corporum
membra in hostiam, ad corporis affectionem
attinet, cuius maceratio per plures fit virtutes:
nempè per abstinentiam & ieiunium, per casti
tatis cõtinentiam, & per fortitudinem in mar-
tyrio. Et pariter beneficentia, quæ officium est
charitatis, per misericordiam exercetur, & per
liberalitatem: non ergo sacrificare officium est
singularis virtutis, sed omnium. ¶ Huc secũdò
accedit August. lib. 10. de Ciui. Dei: vbi ait ve-
rum sacrificium esse omne opus quod agitur
vt in sancta societate inhęreamus Deo. ¶ Ad-
de tertiò q̃ sacrificium id omne censetur quod
offertur Deo. Offerimus ei autem tum mente
deuotionem & orationem, tum etiam corpo-
re res: vt decimas, primitias, & holocausta. &c.
quæ variarum sunt virtutum officia. ¶ In con
trarium est q̃ singularia præcepta non dantur
nisi de actibus singularis virtutis: & in Leui. sin
gularia sunt de sacrificijs posita.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Ratio vtriusq; conclusionis.

VEruntamen huius quæstionis pluris iam
propter Lutheranos scire refert, quàm e-
lapsis temporibus referebat. Negãt enim
non minus obstinanter quàm impudenter ali
quod esse familiæ Christianæ singulare sacrifi
cium, ad certam attinens virtutem & cultum:
sed dicunt omnia virtutum officia nihil aliud
esse quàm sacrificia quædam: atque adeo in
Christianissimo nullum dignoscũt singularem
sacerdotum ordinem: sed aiunt vniuersos Chri
stianos vtriusque sexus esse promiscuè sacer-
dotes: iuxta verbum Petri, in sua prima Cano-
nica, vniuersos appellãtis regale sacerdotium.
Ac perinde inficiantur sacrosanctum altaris sa
cramentum esse sacrificium. De quo quidem
expugnando errore constituta hic nobis est
proxima, quæ subsequitur, quæstio. ¶ Vt igi-
tur hic articulus eiusdẽ sit quæstionis subster-
niculum, respondetur ad præsentem quæstio-
nem tribus conclusionibus. Prima: Sacrificiorũ
oblatio secundùm suam propriam rationem,
est actus specialis virtutis: nempè religionis: suã
inde nanciscens laudem, q̃ in diuinam sit reue-
rentiam. In hoc enim, vt lib. 2. dictum est, pro-
pria ratio religionis consistit. ¶ Secunda: Cum
ęcta officia vniuersarũ virtutum participatiuè
& ab extrinseco quatenus per religionis virtu
tem in diuinũ honorem & cultum referuntur,
sunt quædã sacrificia. Exẽplo ambæ simul cõ
clusiones patescãt. Virtutũ singulæ ex suis
proprijs obiectis sortiuntur speciẽ: vt alia sit for
titudo: & alia iustitia: & sic cæterę. At verò dũ
per charitatẽ referuntur in Deum, quandã cha
ritatis speciẽ participant: sed nihilo minus cha
ritas suum habet propriũ obiectum & actum,
qui est Deũ sub ratione bonitatis eius diligere,
ac subinde eâdem ratione proximũ. Similiter
in vitijs furtum per se est peccatũ: attamen dũ
fit propter mœchiam quandã, inde maculam
eiusdem vitij cõtrahit, vt. 5. Ethicorum author
est Aristi. Pari ergo modo proprium religionis
obiectum est, Dei excellentia & omnipotẽtia
nobis opitulandi, quã sacrificijs & hostijs pro
testamur: significantes nos illi esse subditos, &
tanquã domino tales debere honores. Quapro
pter corda nostra altaria ei cõstituimus, in qui
bus & per pœnitentiam cruẽtas peccatorum
victimas ei cedimus, & per fortitudinem pro
eius veritate martyrio nos cõsecramus: & per
charitatis feruorem incensum ei adolemus: ac
perinde per misericordiam eius amore pauper
ibus subuenimus: & per temperantiã corpora
maceramus. Cùm hæc inquam omnia in Dei
cultũ & honorem virtute religionis referimus,
sacrificiorũ rationem participat. Et hoc pacto
intelligendus est August. libro allegato de Ci-
uitate Dei, cap. 4. vbi quædã horum exempla
congeminat. Et illud Oseæ vltimi: Reddemus
vitulos labiorum nostrorum. Et ad Hebræos. vl
timo: Per ipsum (scilicet Christum) offeramus

Aristot.

hostiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia conclusio.

hostiam laudis semper Deo: hoc est fructibus labiorum, eius celebrantes nomen. ¶ Tertia cõclusio. Sunt tamen actiones quædam & officia quæ nullam habent aliunde laudem quàm quòd in diuinam reuerentiam significãdi grãtia exhibentur. Et hæc maximè propriè dicũtur sacrificia. Exempli gratia: Eleemosynas erogare, temperatè ac fortiter agere, etiam si non per virtutem religionis sacrificia fierent, essent nihilo minus per se virtutes. Attamen vetus illa animaliũ occisio, & aspersio sanguinis, pinguedinumq; incensio, si significationis rationem semoueas, nullam per se haberẽt virtutis rationẽ: & ideo hæc peculiariter dicũtur sacrificia, quàsi nõ aliã promerẽtia quã religionis laudẽ. ¶ Argumenta igitur in contrariũ allata, pertas tres conclusiones dissoluuntur. Probant enim officia aliarum virtutũ esse, non intrancè suapteq; natura sacrificia, sed extrinsecus propter relationem in reuerẽtiam Dei. Quo tamẽ non obstante, sacrificandi munus officium est specialis virtutis religionis.

Ad argumẽta facta.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm vniuersi mortales ad sacrificia teneantur offerenda Deo.

POSTQVAM visum est quomodo sacrificãdi virtus cæteris virtutibus imperet, vtpote quasi in suum ipsius finem eas referens, videre restat quàm latè se ad omnes mortales extẽdat. Arguitur nihilo minùs à parte negatiua. Inde sacerdotes nomen trahũt quòd litandis sacrificijs sint adscripti, nõ autẽ omnes sunt sacerdotes: ergo neq; omnibus incumbit sacrificandi munus. ¶ Secundò: sacrificare propriũ est populi sub lege Dei peculiariter agentis. Nam vt ait Apostolus ad Rom. 3. quæcunq; lex loquitur, his qui sub lege sunt loquitur: & lex vetus fuit vbi primò populus est ad sacrificandum vero Deo institutus, vt patet in toto Leuitico: ergo gentiles, qui solã viuunt lege naturę, ad nulla tenẽtur sacrificia. ¶ In cõtrarium autem est quòd sacrificijs Deum reuereri ac venerari est de lege naturæ: ad ea autem quæ sunt legis naturæ: vniuersitas mortalium tenetur.

Primum argumentum.

Argumẽ. 2.

Paul.

Duplex sacrificij genus.

AD quæstionem sub distinctione quatuor conclusionibus respondetur. Est enim sacrificium: aliud intrancum quod mente immolatur: aliud verò extrancum quod re foris exhibetur. Atque hoc extrancum rursùs duplex, vt superiùs dictum est: aliud scilicet quod sic specialiter est sacrificium vt nullam habeat aliunde laudem, aliud verò quod per se quidem officium virtutis est, licèt relatum in reuerentiam Dei fiat sacrificium: qualia sunt cuncta virtutum munia. ¶ Est ergo prima conclusio: Ad sacrificium mentis internum nõ solùm antiqui lege scripta, Christianique sub lege gratiæ, verum & mortalium vniuersitas lege naturæ tenetur: nemo enim viuentium existit qui quatenus creatura Dei est atque ad ipsum tanquam ad supremum finem condita, non tenetur illum intus reuerentiam illi exhibere quæ primo rerum principio supremoque fini debetur. ¶ Secunda conclusio. Ad illa sacrificia quæ sola significatione virtutem religionis induunt, soli illi tenentur qui sub lege scripta Dei agunt: vt patres ad suum sacrificiorum numerum: nos verò ad vnicum nostrum. Hoc enim probat locus ille Pauli citatus ad Romañ. 3. nam lex illa solùm obligabat suos subditos sicut nos nostra. ¶ Tertia conclusio. Nihilo minùs solo naturali iure viuentes, quocunque sæculo fuerunt futurique sunt, eodẽ semper astricti sunt iure ad aliquod exhibendum sacrificium, quo secundùm legitimam cognitionem quam de vna prima causa habere tenẽtur, protestentur se illi esse subiectos, honoresque diuinos debere: per cuius quidem sacrificij protestationem in lege naturæ ablueretur eis originalis macula. Conclusio est manifesta: quoniam eo ipso quo quis nouerit vnum primum rerum parentem, intelligere debet illi esse subiectum, atque adeò, non solum mente, verùm & corpore obligari eũ colere. Eò potissimùm quòd nunquàm Deus humanum genus remedio destituit abluẽdæ originalis culpæ: nisi mẽtis cæcitas aliquibus mortalibus impedimento fuerit nè illud deprehenderent. ¶ Quarta cõclusio. Sacrificia quæ ab extrinseco sic dicuntur, hoc est cuncta virtutum opera vniuersi tenentur Deo offerre, vel actuali, quod aiunt, vel virtuali relatione: nam tenetur quisq; proponere vni seruire primæ causæ supremoq; rerũ fini, declinando à malo & sequẽdo bonum: ac subinde eidem officia cuncta offerre & obsequia sua, cui vniuersa bona tenetur accepta referre. Hic autem non est locus quo hæc debeãt altioribus principijs disputari: in hoc quippe duntaxat, hic cõmemorata à nobis sunt, vt literam Diui Thomæ per conclusiones distribuẽtes, viã sterneremus ad quæstionem proximã quæ de peculiari est nostro sacrificio. ¶ Et per

Secunda cõclusio.

Paulus.

Tertia conclusio.

Quarta cõclusio.

hæc ad argumentum respondetur. Nam quatenus homines virtutum omnium officia in Deũ referunt, Petrus Apostolus Christianos vniuersos appellauit sacerdotes: tamẽ illis proprie nomen conuenit, qui propriè sacrificant: hoc est illas cæremonias in quibus diuinus cultus consistit peragunt. ¶ Argumenta autem initij quæstionis id prorsus conuincunt, quòd non singuli mortalium propriè offerunt sacrificia: & idcircò nihil definitioni quæstionis præsentis obstant: nimirum qua id tantùm constitutum est, quod iure naturæ vnaquæq; respublica tenebatur per suos sacerdotes quos huic muneri mancipare debet, Deo optimo Maximo genus aliquod offerre sacrificij.

Prima conclusio.

QVÆSTIO SECVNda, De ineffabili sacrificio altaris in particulari.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm sacrosanctum Sacramẽtum altaris sit verè sacrificium.

CVM satis demonstratũ sit, sacrificiorum ritum ad religionẽ naturæ pertinere, cõsequens sit vt ad ineffabilem Christianorũ hostiam descendamus: nimirùm cum primis interrogantes, sitne aliquod peculiare sacrificium Christianæ familiæ, idemq; sacrosanctum. Videtur enim Paulus huiusmodi confessioni ad Hebræos. 10. refragari: vbi conferens Christũ supremum sacerdotem nostrum cũ antiquis, qui hostiarum multitudinem quotidie frequẽtabãt, ait: Hic autẽ, scilicet Christus, vnam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei. Et è vestigio iterum: Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos. Ac subinde rursum voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis nõ relinquitur pro peccatis hostia. Quibus vtique asserris contestari videtur vnicam fuisse veram victimã quã Christus in cruce obtulit: atque adeo altaris sacramentum non esse sacrificium. Alioqui non vna, sed quàm pluri-

mæ existerent hostiæ, quæ peccantibus nobis essent à Christo relictæ. ¶ Adde secũdò quòd cùm hęc altaris cæremonia nihil aliud sit quàm memoria illius Christi passionis, vt illud eius commonstrat mandatum: Hæc in mei memoriam facietis: non modò abusus videtur vocis, verùm & temeritatis audacia, appellare illud sacrificium: memoria siquidem rei non est noua res, sed antiquæ repræsentatio. Etenim dũ memoriam Natiuitatis aut Resurrectionis festiuè celebramus, non vtique consideramus tunc Christũ nasci aut resurgere: Quare neq; dũ in altari eũ offerimus, ipsum tũc fingere licet crucifigi aut mori: sed in memoriam reducimus, quemadmodum se ipse obtulit. ¶ Ad hæc tertiò: Christus non se obtulit sub speciebus panis & vini: ergo nostrum sacramentum, nõ est sacrificiũ, sed sacrificij memoria. Præterea Augustinus. lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 20. lib. 4. de Trinitate: In immolatione, inquit, Christi idẽ est sacerdos offerens, & ipsa oblatio: quod in in Missa non vsu fit. ¶ In contrarium est solennis ecclesię confessio in venerando canone, qui omni est antiquior memoria. Nam ante venerabilis sacramenti consecrationem perhibet sancta Ecclesia offerre se diuinæ maiestati, sancta sacrificia illibata: ac subinde post consecrationem protestatur se eidem diuinitati offerre hostiam puram, hostiam sanctam, hostiã immaculatam: panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis æternæ.

Argum. 2.

Argum. 3.

Augustinus

Prima conclusio.

SAcrosanctum sacramẽtum altaris adeò est religione nostra ac fidei confessione perspicuum, esse sacrificiũ, vt nisi in diabolo diuinitùs permissa tãta esset potestas homines dementandi, nullus posset Christianorum eatenùs desipere, vt id vnquam inficiasiret. Attamen ille Wicleff Anglus, Sathanica furia correptus, cum omnes ritus ac sacramenta Ecclesiastica e medio tollere pertenderet: & hoc etiam diuina maiestate plenum demoliri conatus est. Et quatenus sacramentum est, & quatenus sacrificium. De quo articulo venerabilis Vvaldensis contra ipsum egregie disputauit, libro secundo de sacramentis: ac de hoc peculiari puncto an sit sacrificium, cap. 31. & 32. Post verò Lutherus qui in omnia eius verba diabolicè iurauit, idem sacramentum negat esse sacrificium. De qua ideo re virulẽtum edidit libellum, cui titulum fecit, De abroganda Missa priuata. vbi postquàm inanibus rationibus, quas nos modo retulimus, visus sibi est rẽ demonstrasse, amarulentis nos scommatibus proscidit: dicens quòd qui sacramentum altaris sa-

Vvicleff.

Vvaldensis.

Lutherus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris sacrificium vocamus, idololatra impietate commaculamur: imò eodem verbo ait nos negare, Christum semel tãtùm fuisse mortuum. Nam suam, inquit, mortem vnicum esse voluit sacrificium. Infert ergo subinde nullum esse peculiare sacrificium in Ecclesia Christi, sed cuncta Christiana opera, nempè eleemosynas, orationes, atque oblationes, & reliquarum virtutum officia esse nostra sacrificia. Et quoniam sacerdos ab immolando sacrificio dicitur, eâdem ratione totam Ecclesiasticam Hierarchiam subuertit, negans distinctos esse gradus episcoporum, sacerdotum, & laicorum: sed quotquot Christiani sunt, ait esse sacerdotes: iuxta illud primæ Petri. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, &c. Ob idque vnumquenque suum offerre sacrificium sacramentaque ministrare posse, etiam altaris. ¶ Contra hanc autem absurdissimam hæresim, non duæ dicam constituuntur modo conclusiones, sed ostenduntur legitimè ab Ecclesia constitutæ. Prior. Adorandum altaris sacramentum non solùm vti cætera sacramentum est, verùm procul dubio victima & sacrificium: idemque Christicolis vnicum. Probatur conclusio primum omnium naturali iure. Nulla enim vnquam fuit, vt quæstione proxima dicebamus, mortalium respublica, quæ secundum existimationem, quam vel Dei vel deorum haberet, non peculiaria sacrificia institueret, vt illo potissimum ritu ab alia republica dignosceretur. Quapropter alia erant Athenientibus sacrificia, alia vero Lacedæmonijs, atque alia Romanis. Adeo vt illis quatuor consessum vbique semper fuerit, constare rempublicam scilicet sacrificio, sacerdotio, legibus, & gubernatore. Cùm ergo nos per Dei Gratiam tam alta insigniti simus veri Dei cognitione, non modò impium, verum & barbarum est prorsum ambigere, quin peculiare sit nobis sacrificium, in quo nostra religio consistat. Quòd nisi hoc altaris confiteamur, nullum inter Christianos sit reliquum, quod propriam habeat rationem sacrificij. Enimuerò oblationes aliæ, nempè decimæ & primitiæ: in summa, reliqua opera virtutum, vt quæstione præcedenti dicebamus, non sunt secundum propriam speciem sacrificia, sed relatione extrinseca: quia per virtutem religionis in honorem Dei referantur. Sacrificium verò, quo proprie in signum subiectionis Deum colamus, si hoc altaris sustuleris, nullum sit reliquum.

Prima conclusio.

Prima probatio.

Secunda ratio.

¶ Mox ex lege Moysi secundum sumitur argumentum. Iubebat enim lex illa numerosissimam sacrificiorum hostiarumque oblationem, quibus tum suam subiectionem erga Deum commendabat, tum etiam nostram præfigurabat legem. Ergo nisi legem illam nostræ veritatis dignitate præferre, necesse est Euangelium professis peculiare esse sacrificium: quod vt identidem repetamus, præter illud altaris nullum est proprie. ¶ At vero respondet Lutherus: hæc omnia probare aliquod esse sacrificium Euangelicum: hoc tamen, inquit, non fuit nisi illud quod Christus in ara crucis semel obtulit. Attamen responsio hæc minimè rationibus nostris satisfacit. Enimuero sacrificium, quod religioni peculiare est, tandiu durare debet, quàm diu religio perstat: illud autem Christi in propria specie non iteratur. Nã vt ait Paul. Christus semel mortuus est, siquidem resurgens ex mortuis, iam non moritur: Mors illi vltrà non dominabitur. Necessarium ergo fuit sacrificiũ institui, quod religio Christiana quotidie Deo suo offerret, tum pro alijs ab eo receptis beneficijs, tum præcipuè, pro illo redemptionis insigni. Alioqui vt dicebamus, inferior obscuriorque hac parte esset lex nostra, nõ modò quàm vetus, verùm & quàm lex naturæ. ¶ Tertium subinde argumentum est, quod Christus, vti tum Psaltes prophetauit, tum Paul. interpretatus est, fuit sacerdos secundùm ordinem Melchisedec: qui obtulit panem & vinum. Cùm ergo in cruce non has corporum species, sed suum proprium corpus moriens immolauerit, documentum est maximum, hoc quod nos, qui sua membra sumus, sub eisdem speciebus quotidie offerimus, legitimum esse nostrum sacrificium. Quare sequitur, panem de cœlo descendentem nuncupauit. Atqui ceu huius præsagium, præter Agnũ paschalem, quem secundùm legis mandatum Exo. 12. antiqui patres semel quotannis in figuram Christi passionis immolabant, iubebãtur & Numeri. 28. offerri quotidie in templo agniculi immaculati in holocaustum: nempè vt doceremur, non modò quod Christus obtulit, sed & quod nos quotidie offerimus legitimum esse sacrificiũ. ¶ Quarto loco arguitur. Quicunque, vt paulò ante dicebamus, peculiare aliquod ac nostræ religioni proprium rem inuerit esse sacrificium, debet perinde & peculiarem sacerdotum ordinem ac pontificum, vt Lutherus fecit, prorsum denegare: quo vtique sublato, speciosissimus ecclesiæ decor & pulchritudo confunditur ac perturbatur: quod quàm sit Christi prouidentiæ indecens, nullus est vel mente captus qui non plane videat. Cùm enim, vt Diuus ille vetustissimus Dionysius in lib. de Cœlesti Hierarchia testatur, triumphantium cœtus, angelorum Hierarchijs pulchetrimè disponatur, cur quæso sancta militãtium Ecclesia quæ prophetico testimonio vt regina Christo à dextris assidet circumamicta varietate, non simili ordinum dispositione, functionumq; discretione, vt idem ipse Dionysius in libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ optimè colegit, non sit distincta? Augetur & huius rationis vis exemplo ciuili reipublicæ, quæ cùm distinctis magistratibus vsq; ad regem ascendat, testimonio est quòd nisi Ecclesia sic esset disposita, prouidentiam eius non referret qui illam instituit. Quin verò cùm Deus orbem ipsum tam multiuga coelorum, elementorũque, ac rerum varietate constare voluerit, cur eãdem simili pulchritudine suam orbasset Ecclesiam? Adde quòd & lex vetus Euangelij vmbra distinctis ordinibus sacerdotum: ac Leuitarum, quibus Summus præsidebat Pontifex, diuinitus est instituta. Vmbram illo decore honestauit, cur & veritatem ipsam promiscua cõfusione dehonestasset? ¶ In summa, erant gentibus suæ religionis peculiares sacerdotes, quare non in nostra, quæ sola legitima, est, dissiteantur illi peculiarem existere gratiũ ordinemq; sacerdotum? Accedit enim & Pauli analogia primæ ad Corinth. 12. vbi declarat quemadmodũ & humanũ corpus, sic & Ecclesiam variis membris cõpingi. Vnde ad Ephes. 4. dedit quosdã quidè apostolos, quosdã autem Prophetas, alios vero Euãgelistas, alios autẽ pastores & Doctores: ad cõsummationẽ sanctorũ in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Igitur cùm palàm constet singulariter esse in ecclesia sacerdotum ordinem, sit vt & peculiare quoq; sit sacrificium, quod eorum est munus. Colligamus ergo quòd vt Christiani omnes generali nomine sacerdotes ob id dicuntur secundùm Petrum Apostolum, quòd officia virtutum quæ extrinsecùs communibus nomine dicuntur sacrificia offerunt: sic per antonomasiam ex proprio munere illi dicantur sacerdotes qui singulare proprium immolant sacrificium. ¶ His præterea rationibus accedũt sacrosanctæ Ecclesiæ decreta: nempè antiquissima in primis Nicæni Concilij, vt habetur dist. 93. cap. pertinet, Cuius verba sunt: Hoc neq; regula, neque cõsuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificium nõ habent potestatem his qui offerũt corpus Christi porrigant. Et iuxta. 4. Concil. Lateranensi, vt de sum. Trinit. & fi. c. firmiter. habetur. Vnus, inquit, est fidelis vniuersalis ecclesia, extra quã nullus omnino saluabitur, in qua idipse sacerdos est & sacrificium Iesus Christus. Et ne plures ad mortem

Ruatio Lutheri.

Replica.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Dionysius.

eius tantum laudem fieri, fatetur, Quòd corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini vere continetur. Quod si dicas: Quod ipse semel ab carnis forma immolauit sacrificio, nos quotidie ab specie panis & vini offerimus.

Ad primum argumentũ.

AD primum igitur argumentum ex Paulo ad Hebræos. 10. desumptum, respondetur, Apostolum illic sermonem prorsus habere de hostia quam Christus in ara crucis, videlicet propriũ corpus idemq; sub specie carnis moriens obtulit. Quæ quidem vnica fuit: eademq; infinito modo sufficiens ad delictorũ omnium remissionem. Qua ratione iterari neq; debet, neq; potest. Eãdem tamen veritate nihil obstante, & hoc quòd quotidie offerimus vere est sacrificium, quatenus à Christo, ceu caussa sacrificij, memoria institutum est. Vnde Ambrosius super eodẽ loco, Semel oblata est hostia ad salutem sempiternã potens. Quid ergo nos? nõne per singulos dies offerimus? Sed ad recordationẽ mortis eius & vna est hostia, nõ multæ. Quomodo est vna, non multæ? quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificiũ exemplum est illius: idipsum semper. Idipsum proinde hoc: idem est sacrificium. Sicut id quod vbiq; offertur vnius est corpus: & non multa corpora. Ecce quomodo sacramentum vere sacrificium est: atq; idem quod Christus obtulit. ¶ Sed hinc energijs secundi argumenti, sacramentum hoc nihil aliud habet vt sit sacrificium, nisi quòd est illius cõmemoratio. memoria autem non est veritas, alias memoria natiuitatis esset natiuitas. Quòd si dicas, verum ad Simplicium Augustus constituisse imagines, nomina bus ipsarum rerum appellari (quod D. Thomas 3. parte. q. 83. artic. 1. ad hoc propositum citauit, parum profectò ad rem conferibus quod imagines appellari nominibus rerum, non est esse res ipsas: & tamen nos profitemur sacramentum nostrum esse verum sacrificium: tum etiam q; ea ab Apostolo vetustis quoq; antiquiæ legis potest constare Christus sub figura immolatus iuxta illud Apocalyps. 13. Quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si autem dicas nostram oblationem ob id cessare sacrificium q; per eandem efficimur participes passionis Christi: vt ibidem S. Thomas subiungit, neq; hoc porrò latis facere videtur. Nam quodcunq; sacramentum quidem habet effectum. Videntur ergo Hæretici Lutherani non exigua occasione, nullã negandi sacramentum nostrũ vere esse sacrificium, allatura: dum pace saluatoris dixerit esse sacrificium, allatum ad signum cõmemorationis illius passionis, ipsius

Augustinus. D. Thomas

Ad secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

comicæ repræsentationis. ¶ Respondetur nihilo minus radicem huius intelligentiæ esse hanc ecclesiæ veridicam confessionem, quòd corpus sanguisq; Christi realiter sub his speciebus panis & vini contineri, easdemq; Christus in cœna consecrasse: hac enim negata veritate catholica, palàm fit consequens mysterium altaris non esse sacrificium, sed nudum memoriale signum. Quare Lutherani ex priori posterius collegerunt: catholica verò confessione suppositа, res fit protinus liquida. Est enim idē Eucharistiæ sacramentum ob id victima & sacrificiū, quòd idem realiter corpus eundemq; sanguinem quæ Christus in cruce obtulit, nos perinde offerimus. Quare nulla est similitudo cum festo Natiuitatis aut Resurrectionis: illic enim non habemus Christum præsentem qui tunc vt natus aut resurgens offeratur. Nec verò sacrum hoc facientes profitemur tunc mori: falsa enim esset tunc nostra professio: sed tamen quia corpus ipsum crucifixum & sanguinem fusum in memoriam passionis offerimus, verè & propriè absq; vllo figmento sacrificamus. ¶ Atqui ex his colligitur tertij argumenti solutio. Distinguimus enim Christum non se obtulisse sub speciebus panis & vini. In ligno enim crucis verum est, sed tamē in cœna dum nostrum sacrificium instituit, sese vt nos modo ipsum, obtulit. Ad verbum autem August. quod in Christi immolatione idem est sacerdos & sacrificium: Respondetur quòd quia sacerdos nomine Christi sacrificium libat, eiusq; vice fungitur, quamuis non tam propriè quàm dum Christus se obtulit: tamen neq; ineptè in nostra immolatione conceditur idem esse sacerdotem & sacrificium.

Ad tertium argumentū.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm altaris sacrificium pro pluribus oblatum perinde singulis ad satisfactionem prosit ac si duntaxat offerretur pro vno.

QVONIAM superiori articulo definitum est sacrosanctam Eucharistiam vnà esse & sacramentum & sacrificium, res ipsa postulat vt quemadmodum sit satisfactorium exploremus. Apparet quippe nihilo parcius ad satisfactionē singulis prodesse pro pluribus oblatum, quàm si præcisè offerretur pro vno. Primò quia cùm hoc sacrificio, vt dictum est, corpus ipsum verum sanguisq; Christi offerantur, videtur perinde esse infiniti valoris atq; res ipsæ quæ offeruntur: eò potissimùm quòd est memoriale, vt dictum est, passionis Christi: quæ fuit quantum ad sufficientiam infiniti valoris, valor autem infinitus non inde in singulis minuitur quòd pluribus applicetur: ergo pars affirmatiua quęstionis vera. ¶ Secundò in eandem sententiam applaudere videtur Diuus Thomas. 3. parte, quæst. 79. artic. 5. vbi ait, quòd quamuis hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciē dum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria tam offerentibus quàm ijs pro quibus offertur secundùm quantitatem suæ deuotionis, & nō pro tota pœna: vbi quantitatem valoris videtur infinitam designare: sed limitari cēset secūdùm quantitatem deuotionis suscipientium: deuotio autem vnius non impedit deuotionē alterius: ergo ex numero eorum pro quibus offertur, non minuitur singulorum fructus: sicut eorum qui in conspectu solis sunt, nihilo minus caloris singuli suscipiunt, propterea q̄ in plures irradiet. ¶ Tertiò arguitur ex ecclesię ritu. Offert enim sacerdos ecclesiæ nomine pro Papa, pro Rege, & pro astantibus: in summa, pro viuis ac defunctis: & tamen non apparet dicendum, quo pro pluribus offertur, eo minus prodesse singulis: nam vt ait Hieronymus de consecratione, dist. 5. can. non mediocriter. Cum pro cunctis animabus Psalmus vel Missa dicitur, nihilo minus quàm si pro vno quodlibet ipsorum diceretur, accipitur. ¶ In contrarium est quòd etsi ipsa passio Christi quantum ad sufficientiam infiniti fuerit valoris, tamen quantum ad efficaciā, per singula sacramenta sub certo limitatoq; gradu applicatur: quod & sacramento altaris etiam cōgruit, per distributionem autem finiti, quo inter plures dispertitur, minus singulis obtingit.

Primum argumentum.

Argumē. 2. D. Thomæ.

Hieronym.

QVæstio præsens celebris est inter Theologos: nec tam explicatu facilis quàm vtilis scitu. Scotus enim quolib. 20. ad partem arridet negatiuam: nempè Missam pro multis oblatam non tantum singulis prodesse quàm si singulariter offerretur pro vno. Et Syluester in verbo, Missa. §. 9. in eandem sententiam ex iurisconsultis plurimos citat, inter quos cōnumerandus videtur Palud. quippe qui in. 4. d. 45. q. 2. eisdem apparet connuere. Ipse tamen Syluest. medio quodam modo incedit: nempè quòd si sacerdos generali oblatione pro multitudine offerat, tunc non tantum singulis prodest. Si verò sigillatim ad singulos

Scotus.

Syluester.

Palud.

gulos peculiariter referat intentionem, nihilo satisfactionis minus singulis obtingit. Caiet. autem. 2. 2. q. 79. artic. 5. & ex professo latissimè quolibet. suo. 1. q. 18. absolutè affirmatiuam responsionē sustētat: videlicet perinde singulis prodesse si offeratur pro pluribus, imò etiam pro infinitis ac si præcisè pro vno. Eandemq; arbitratur esse opinionē D. Tho. Neq; desunt qui magno fauore eandem amplexentur opinionē. At verò vt meam ego insciam fatear, semper fuam arbitratus nō solùm falsam esse, verùm antiquissimo ecclesiæ vsui contrariā: ac subinde, vt à peiori verbo abstineamus, parùm excitandæ plebi ad eleemosynas pro celebrādis missis elargiendas conducens: vt infrà notum fiet. ¶ Ad quæstionē ergo vt respōdeamus, supponendum est ex superioribus in hoc sacrificio tria cōsiderari: nempè sacramētum, & sacrificium, & precationes quæ Deo funduntur. Quorum tertiū non est de essentia aut sacramēti aut sacrificij. Sacramēti enim cōsecratio in illis solis verbis cōsistit: Hoc est corpus meum. & Hic est calix sanguinis mei, &c. vsus autem in sumptione. His autē ambobus ratio sacrificij addit oblationem. Ecclesia verò cōsultè adhibuit orationes, & sanctorū laudes, vt in canone est videre. Et quidē de ratione sacramēti nihil ad locū presentē. Prodest nanq; tantum sumētibus. quibus ceu alimoniā spiritualis vitæ gratiam cōfert, & dulcedinem, atq; adeò deuotionē excitat. At verò tanquàm sacrificium, de quo presens est quęstio: non solis sumentibus, verū & offerētibus & pro quibus offertur confert. Nec verò tantum sacerdos offerens censetur: verum & astantes & eleemosynam largientes, vt infrà patebit. Prodest inquā illis ad satisfactionem pro peccatis: nempè ad pœnarum remissionem eorum criminum quorū culpa deleta est. ¶ His igitur suppositis tribus cōclusionibus respondetur. Et quoniam vnicū fundamētum Caietani est, hoc sacramētum esse infiniti valoris: Prima sit hæc. Res cōtentæ in hoc sacramento, nempè corpus sanguisq; Christi, infiniti ex se valoris sunt: nam sunt corpus & sanguis Dei, per quæ quantumlibet ad sufficientiam, peccatis totius mundi satisfecit. ¶ Secunda cōclusio. Sacrificium quod per sacerdotem, Christi ministrū cōficitur, nō est infiniti valoris. Hoc enim hic primum animaduertendum est: videlicet huic nomini, sacrificium, non præcisè corpus sanguinemq; Christi supponi, sed hæc dum offeruntur. Immutato dum in pixide seruantur, non sunt sacrificium, licet sint sacramentū: sed dum à sacerdote, cōsecratione, oblatione, & sumptione celebrātur, quare sacrificium actionem sacerdotis suo significato complectitur. Probatur ergo conclusio. Quantitas sacrificij, quandoquidem rei oblationem importat, nō solū ex parte rei oblatæ, sed ex dignitate quoq; intentioneq; offerētis prepēdi debet. Haud enim sacrificium Christi quod in cruce obtulit, sola ratione rei oblatæ infiniti valoris fuit, sed quia offerēs ipse Deus erat, ac perinde patri infinitum gratus: sacerdotes autē qui ministri sunt Christi nō habēt illam virtutē, neq; illis diuinitus collata est. Profectò æquiparare sacerdotis sacrificium in valore oblationi Christi, non est apostolicis verbis consonū: quę superius ex. 10. ca. ad Hebræ. retulimus: porrò vbi ait vna oblatione cō summasse in sempiternum sanctificatos: quæ ideo oblatio nec potest nec debet amplius itarari. Quod re vera de nostro sacrificio, etsi cōmemoratio illius sit, nō asseruisset. ¶ Secundò vt res hoc pacto patentior fiat, arguitur. Infinitus valor satisfactionis Christi solū æstimatur quātum ad sufficientiā: at verò quātum ad efficaciā per sacramēta non operatur nisi finitē & ideo singulis, etsi instrumēta eiusdē passionis existant, non nisi sub gradu finito tribuit ad certam mensurā esse causas gratiæ: vt patet in baptismo & cæteris, ex opere, quod aiunt, operato: nempe virtute sacramēti. Id quod & ipsi eucharistię sacramēto cōmune est: quippe quod etsi corpus & sanguinem veraciter cōtineat, non nisi limitatum gratię modum ex sua institutione cōfert, cùm ergo idem sacramentum, quatenus sacrificium virtute etiam ipsius operis, sicuti cætera sacramenta, gratiā conferunt, sic satisfactionem efficiat: plane fit cōsequens vt ex sua ipsius ratione operis, scilicet ratione institutionis Christi, qui non disposuit per instrumenta suæ passionis operari nisi finitē, nō sit ad satisfaciendum infiniti valoris: sed certe finiti. ¶ Sed hoc est biuium vide Caietanus à nobis, &, vt arbitror, à veritate declinat: nempe quòd huic sacrificio nullā ex opere operato vim cōfert, sed totā satisfactionis mensurā censet ex solo deuotionis gradu, seu offerentium, seu pro quibus offertur taxari. Quod re vera sanctus Thomas quē se sequi existimat, neq; opinatus est, neq; opinari potuit: nā cùm non soluti quatenus est sacramentū, verum & quatenus sacrificiū, instrumentū sit passionis Christi, vtrāq; ratione manifestum est virtutē operis, seu quod aiunt, operi operato respondere certū terminatumq; satisfactionis gradū. ¶ Tertio etiam ad maiorem explicationē arguitur. Cuncta sacramenta per intentionem conferētis potissimum perficiuntur, ergo eucha-

Prima ratio cōclusionis.

Secunda.

Caieta. hallucinatio.

Tertia ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ristia, etiam in quantũ victima est, per Christi & ecclesiæ ministrum, perq; eius adeo intẽtionem fit sacrificium: nempe quia minister illud secundùm intentionem ecclesiæ offerre intendit. Vnde rursus consequitur quòd secluſa quacunque particulari deuotione, sacrificio per intentionem ministri oblato respondeat certus satisfactionis gradus. Et hoc est punctũ in quo veritas sententiæ, quam defendimus, si vera est, consistit. Quod quidem punctum inde confirmatur, q etiam dum sacerdos & cuncti astantes qui offerũt essent in peccato, imò etiam illi pro quibus singulariter offertur, nihilo minùs verum esset sacramẽtum: ac perinde sacrificiũ, idemq; satisfactorium. Qui quidem fructus, si illis non prodesset, in thesauro ecclesiæ recõderetur. ¶ Sed arguat forsan contrà discipulus quispiam diui Thomę, quòd idem sanctus Doctor loco citato. 3. part. quæst. 79. art. 5. totam satisfactionem admetiri quantitati deuotionis videatur. Respondeo autem sic Caietanũ eum intellexisse, indeq; hausisse opinionem suam: attamen diuus Tho. hoc nõ sensit: quippe qui tantùm ait magis in oblatione attendi affectũ offerentis, quàm quantitatẽ oblationis: vt non neget ipsam sacrificij sacerdotalem oblationẽ, suum per se habere valorem; eumdemque suo gradu taxatum: vt Christus, ceu in cæteris sacramentis disposuit. Et patet eodem ipso exẽplo quod sanctus Tho. adduxit de vidua quæ duo ænea minuta in gazophylacium misit: nã licèt ex eius affectu paupertatisq; respectu auctum est illi meritum, nihilo minùs ipsa per se minuta à quocunq; oblata, aliquid valebant. Quin verò fortasse hoc quòd valor huius sacrificij crescat ex deuotione offerentis aut recipientis, non est ei singulare, sed omnibus sacramentis commune. Fortasse inquam gradus ille gratiæ qui in baptismo sacramentali virtuti respondet, crementum accipit ex deuotione suscipientis, si sit adultus: nam beneficia gratiæ conferuntur quantum ad hoc, instar operum naturę: puta vberius ei qui aptius præparatur. Imò neq; desunt qui dicant crescere etiam ex sanctitate ministri: licèt hoc secũdum mihi nõ sit ita multum probabile. At verò multò est compertius, valorẽ sacrificij crescere ex deuotione quàm valorem sacramentorum, ratione oblationis quę est actus offerentis; nam in alijs sacramentis nihil offertur. Et hoc significat diuus Thomas. ¶ Ex his ad rei elucidationem cõsequitur non crescere valorem sacrificij oriundũ secundùm proportionẽ deuotionis offerentium; nam ille gradus respondens sacramento, semper manet idem. Exemplum in baptismo

Obiectio.

Solutio.

Valor sacrificij nõ crescit secundũ proportionẽ deuotionis offerentium.

accipito: Gratia (verbi gratia) ex opere operato est vnius gradus, quo quidem paruulus ante rationis vsum suffunditur: si ergo duo adulti sacramentum suscipiant, vnus dupla deuotione & merito quàm alter, nõ subinde gratia baptismalis duplabitur: eò quòd non duplatur tota causa: quandoquidem sacramentum idem confertur vtrique. Pari ratione etsi vnus sacerdos dupla deuotione consecret quàm alius, nõ duplabitur illi satisfactio quæ prouenit ex sacramẽto: quia nõ duplatur sacramentũ ipsum, nec eius efficacia quam ex Christi dispositione habet: quæ quidem multò est maior, quàm quæ ex deuotionibus accedit: licèt plus obueniet melius offerenti. ¶ His insuper addiderim, verbum aliud sancti Tho. quo ait, oblationem sacrificij ex sua quantitate sufficere pro omni pœna, scilicet offerentis vel eius pro quo offertur, non significare esse de se infiniti valoris: nã hoc etiam conuenit baptismo, imò & sacramẽto pœnitentiæ, de se quatenus instrumentum est passionis Christi. Ei enim qui optima cõtritione resurgeret, omnis condonaretur pœna. Haud ergo vnquàm sensit sanctus Thom. sacrificium hoc nisi in Christo esse infiniti valoris. Sed vbilibet vel ipse vel alius appellauerit infinitum, intelligit præcisè quantum ad rem oblatam: attamen sacrificium actionem sacerdotis suo significatu, vt dictum est, competẽdit: cum qua Christus, vt dictum est, nõ nisi finita mensura & modo concurrit. ¶ Igitur vt summatim concludamus, nõ dicitur hoc sacrificium memoriale illius Christi, eò quòd dum sacerdos consecrat, censeatur tunc Christus vt olim infinitum quo ad sufficientiam satisfacere, sed quòd quantum ad efficaciam per idem corpus & sanguinem, finito operetur modo vt in cæteris sacramentis, tam ad satisfactionẽ, quàm ad gratiam. Nam vt planè intelligas sacrificium nostrum, non est Christi passio, sed eius applicatio. ¶ Tertia conclusio qua ad quæstionem respõdetur: Ineffabile sacrificiũ Missæ quo pro pluribus offertur, minus singulis ad satisfactionẽ prodest. Cõclusio hæc corollaria est, appendix q; superioris: nam quo res finita in plures dispertitur, minor vnicuilibet cõtingit portio: sed præterea eadem cõclusio per assertionem ipsius Caiet. tum declaratur, tum etiã confirmatur. Fatetur enim quod si ille qui sacrificiũ offert, nempe vel sacerdos, vel astas, vel eleemosynam soluens, tantum habeat deuotionem cui vnus satisfactionis gradus in sacrificio respondet, eandemq; duobus impartiatur, non prouenit singulis nisi pro medietate illius gradus: & si tribus, pro tertia parte, &c. Eãdem

Explanatio locus, alias S. Tho. qui videt Caiet. patrocinari.

Tertia conclusio.

Probatio.

ergo

ergo similitudine nos bifariam arguimus. Primo. Id quod ipse ait de deuotione, longè efficaciori ratione intelligendum est de intẽtione sacerdotis: nam si omnes astantes & qui eleemosynam conferunt offerre censeantur: longè tamen differentiùs sacerdos qui rem diuinam ceu ecclesiæ minister peragit. Ille etenim solus consecrat, & ecclesiæ verbis offert, & insumit. Quare suæ particulari functioni & sumptioni quibus victima perficitur, correspondet certus limitatusque satisfactionis gradus ex opere, quod aiunt, operato, vt per aliorum sacramentorum analogiam monstratum est: etiam si sacerdos in peccato mortali cõsecret absq; vllo deuotionis valore. Quare diuus Tho. in. 4. dist. 45. quæst. 2. artic. 1. loquendo de Missa mali sacerdotis: quæ certum est illis prodesse pro quibus offertur, pro ratione subdit, quòd ipsum opus operatum, putà sacrificium altaris sicut reliqua sacramenta etiam per malum ministrũ oblatum prodest. Et iste est gradus essentialis sacramenti: nam qui ex deuotione aliorum offerentium adiungitur, accidentarius est: maior aut minor. Atque adeò hic est quem qui eleemosynam porrigit applicari sibi optat: vnde fit consequens vt quo pluribus distribuatur, minor fit in singulis. ¶ Adde argumentum alterum eiusdem rei minimè debile. Sacerdos tanquàm minister ecclesiæ si legitimè consecret, non solum intentionem, verum & deuotionẽ afferre debet: iuxta verbum Canonis, Quorũ tibi fides cognita est & nota deuotio. Quare qui suam confert eleemosynam vt pro se offeratur sacrificium, merito iustitiæ petit, vt sacerdos non solum ex intentione, verum ex deuotione pro se offerat: præsertim secundũ ipsum Caietanum: nam cum inopinabile aliud sit, quàm quòd aliqua actio sacerdotis sit de intrinseca ratione sacrificij, & totam ipse oblationẽ in deuotione ponat, fit vt illius sit debitor: deuotio autem secundum eundem quo pluribus applicatur, minùs singulis prodest: ergo conclusio nostra fit plane cõsequens. Hoc autem argumentum ad hominem ex eius assertis procedit: nã re vera actio sacrificio necessaria, est oblatio cum intentione: quæ etiã in sacerdote dã in peccato consecrat reperitur. Quare de rigore iustitiæ absque deuotione satisfacit ei qui eleemosynam porrexit. Quamuis sanè noua sit culpa nisi ex deuotione ipsam obtulerit, pro qua eleemosynam suscepit. ¶ Vnum tamen argumentum facit Syluester, quo putat contrarium cõcludere: quod tamen à nobis pugnat. Arguit enim sic. Quo plures sint offerentes sacrificium, eo id ipsum fit auctius: ergo nullus per consortium aliorum suo defraudatur fructu: aliàs consultius esset illi sacrificio interesse, cui pauciores assisterent. Et subdit exemplum in baptismo: nam etsi vno sacramento baptizarẽtur plures, nihil minus reciperet vnusquisque gratiæ. At verò non videt vt baptismus secundum eorum multitudinem qui baptizantur multiplicetur: nam si ego vna aspersione quatuor vel decem baptizarem, tot essent sacramenta baptismi quot essent baptizati: sacrificium autem non multiplicatur propter multiplicationem offerẽtium, sed est vnum solum propter vnicam oblationem atque intentionẽ sacerdotis quæ est de essentia sacrificij. Illud tamen addendum est, omnes sacrificio assistẽtes idem sacrificium offerre. Et ideo neminẽ propter aliorum consortium aliqua parte suæ satisfactionis fraudari. Atq; illa ratione quo plures sunt offerentes, auctius fit sacrificium. ¶ Potissimum autem argumentum propter quod cõtraria opinio esset repudiãda, est, quod si illa vera esset, liceret sacerdoti pro vno sacrificio à duobus & à tribus pitantias (quas vocant) suscipere: quin verò à triginta & à trecentis: nam si sacrificium tantum tunc singulis prodest ac pro vno oblatum, neminem suo defraudat fructu, atque adeò nulli facit iniuriam. quod quidem adeò apparet concessu incongruum, vt nemo id ausit adhuc cõcedere. Imo Scotus & Palude loco citato omnino negãt: licèt hic nõ nullos casus excusatorios subijciat. Quin etiã neque Caietanus argumentum hoc debuisset dissimulanter ac tacitè prætexere: quia si quis respondeat id non esse licitum propter scandalum, ad minus citra scandalum secretè posset id sacerdos facere. Item scandalum ex falsitate illius opinionis nasciturnam si vera esset, persuaderique posset plebi, nullum scandalum daret. Et ideo in ordine nostro sanctè cautum est, nè fiducia illius opinionis à pluribus eleemosynæ pro eãdem Missa recipiãtur. Imò verò qui ab eãdem opinione assensum dimouere nequiuerit, nihilo minùs neque eiusmodi numerositas pitantias suscipere potest: nam cum illa neque fides sit, neque scientia, sed obscura opinio, nemo se eius persuasu debet periculo iniustitiæ obijcere, plura stipendia pro vna Missa recipiendo. Imò aliud argumentum quod ipse cõtra seipsum inducit non debiliter pugnat: nempe quod posset sacerdos per vnam Missam illi satisfacere cui decem debet, saltem si tanta ibi afferret deuotionem, quanta esset dispersæ decẽ. Modo verò nihil de eleemosynis pro Missarum solemnijs recipiendis desipimus, ad quàm pò sunt quantitatem & numerum reci-

Solutio.

Hæc solutio adhibita est ab ipso autore in fine secundi tomi. 4. senten.

Potissimũ argumentũ cõtra opinionẽ Caietani.

Prohibetur Caie. opinio

Universidad de Deusto
Biblioteca

pi: quippe quæ doctrina ad proximam, quæ de oblationibus est, quæstionem attinet.

¶ Supra hæc autem & illa non est prætereunda ratio quæ ad sacrificij precationes attinet: nam & hanc idem author inficiatur. Ratio autem est hæc. Quicunque erogata eleemosyna Missam pro se offerri poscit, non solùm sacrificij satisfactionem, verùm & ecclesiæ preces ab ecclesia institutas, sibi iustè optat eleemosynæ suę merito applicari: sacrificium nanq; per modum solutionis debiti satisfacit: oratio verò prodest per modum impetrationis venię: quorum ideo vtrunq; eleemosynam offerenti singulariter applicãdum est: oratio autem eadem atq; vna non multiplicata, minùs prodest singulis si pro pluribus fundatur: huius enim veritatis mos ipse Christianorum atque ecclesiæ documentum nobis est. Primò nanq; in ipso canone non sine causa post oblationem pro ecclesia in genere subditur, nominatim pro Papa, &c. Item quando aliqua irruit calamitas, illius peculiariter auersionem precamur: siue in ecclesiam ingruat, siue in singularem amicum: nam etsi Deus tam facilè plura donare possit quàm vnumquodlibet beneficium: nihilo minùs quando aliquem videt ad rem aliquam singulariter affectum, in quam precando incumbit, si iusta est, magis, vt more nostro loquamur, flectitur: ergo cum in Missa orationes illę statutæ ab ecclesia non multiplicentur, fit vt dum sacrificium pro pluribus conficitur, minùs singulos iuuet, quàm si singulariter pro vno offerretur. Quod si Augustini sententiam nobis obijcias. 1. quæst. 8. vbi contrarium videtur sentire dum ait, tanto plus singulos de oratione gaudere, quanto pro pluribus funditur: ad hoc respondet diuus Thom. in. 4. distin. 45. quæst. 2. artic. 2. inter loquendum de suffragijs, quod etsi suffragiorum valor (quibus orationem annumerat) quatenùs à charitate procedunt per quam membra ecclesię vniuntur, maior quodam modo sit: quia eandem vnitatem præstantiùs repræsentat, atq; adeo maius gaudium ingenerat singulis. Attamen si consideretur per modum satisfactionis quam quis alteri applicat, valor idem diuiditur inter eos quibus applicatur. Et ideo qui pluribus tribuitur, minus singulis obuenit. Idque adeo in solutione tertij de oratione spatiatim confitetur.

Quarta ratio pro conclusione.

Obiectio.

Solutio. S. Thomæ.

¶ Accedit huc demum quòd hac ratione pij si dei cultores particulares Missas vel certis Christi mysterijs, vel diuorum solennitatibus propriàs offerri pro se volunt, propter singularem affectum quem habent & iuuamina quæ inde participant: quare neutiquàm posset tunc sacerdos pro singulis vnam celebrare Missam.

Postrema ratio.

¶ Ad vnum demum Hieronymi verbum restat respondendum suprà à nobis argumento tertio citatum, de consecratione. distin. 5. cano. Non mediocriter. videlicet, cùm pro cunctis animabus Psalmus vel Missa dicitur, nihil minus quàm si pro vno quolibet diceretur accipitur. Quod variè Syluester atque alij interpretantur. Sed primùm omnium in hoc nobis potissimùm astipulatur quòd Psalmum cum Missa confert, dicens vtrunq; perinde pro pluribus oblatum perinde valere atque pro vno: nam compertissimum est psalmum non esse infiniti valoris: quare non insinuat Missam illa de causa quòd infiniti sit pretij, non minùs prodesse singulis dum pro pluribus offertur. Duo ergo glossemata illi textui subscribũtur. Prius q̃ referatur ad meritum offerẽtis: nempe q̃ non minus meretur qui pro pluribus illum offert, quàm qui pro vno. Posterius (quod superficie tenus præcedẽtibus verbis quadrare videtur) q̃ tãtum prodest singulis vnus psalmus ex attẽtione & animi ardore pro pluribus oblatus, quàm ex tẽpore pro vno. At profectò ingratè glossas istas textus amplexatur, sed arbitror eodẽ modo soluendum, quo secũdum sanctum Tho. ad aliud nuperrime dicebamus: nẽpe q̃ si oblatio æstimetur ex radice charitatis vnientis mẽbra ecclesiæ, nõ minùs prodest singulis si offertur pro multis: hoc est meritũ charitatis offerentis æqualiter singulos iuuat: quia extensione nõ minuitur: si tamen cõsideretur in ratione satisfactionis ac solutionis debiti ad tales personas applicatæ, non tantum prodest ac si singulis applicaretur. Haud enim negaret Hieronymus quin si hunc psalmum pro vno recitares, mox eundem rursus pro alio atq; ite rato pro alio, plus prodesset singulis quàm si vnum diceres pro omnibus tribus.

PRimum igitur argumentum eorum quæ in capite obiecta sunt, illic solutum est: vbi diximus quòd etsi res in hoc sacrificio contentæ infiniti sint valoris, tamen sacrificium cum sacerdotalem actionem includat per quã Christus non nisi finito modo certaque mensura operatur, finitum est. Quare non idcirco memoriale passionis Christi dicitur quòd æqualis sit virtutis, sed quod idem offertur quod illic oblatum est. ¶ Ac perinde ad secundum quod ex verbis diui Thomæ colligitur, patiter satisfecimus; quandoquidem monstrauimus nequâquam negasse sacrificium de se alicuius esse certi, finitique valoris, quem virtute sua si suscipientis obex non obstet semper exercet, sed nihilo minùs pensandas etiam esse

Ad primum argumenti.

Ad secundũ

esse offerentium deuotiones secundùm quas sacrificium crescit. Haud tamen secundùm totam proportionem illarũ, vt explicatum est.

¶ Circa hanc autẽ deuotionem dubiũ restat vtrum non solùm conficientiũ & offerẽtium, verùm & eorũ pro quibus offertur sit æstimanda deuotio: nam diuus Tho. loco citato priùs non loquitur nisi de affectu offerentis: quod exemplo euangelicæ viduæ declarat: & in. 4. Sententiarum distin. 12. q. 2. artic. 2. ait hoc sacrificium pœnam tollere in toto vel in parte, secundùm mensuram pœnæ debitæ ex deuotione qua sacramentũ offertur. Nihilo minùs eodem loco. 3. part. q. 79. statim videtur subiũgere q̃ est satisfactorium illis pro quibus offertur, secundùm quantitatẽ suæ deuotionis: idẽque repetit artic. 7. in solutione secundi: & in. 4. Sententiarum, distinct. 43. q. 2. artic. 1. Ab vtrãque verò parte extãt argumenta: nam q̃ pensanda sit illorum deuotio pro quibus offertur, argumentum est quòd quemadmodũ natura, verbi gratia ignis, quo materiam aptiorem nanciscitur, eo efficacius formam producit: & in republica dignioribus cumulatiora conferuntur beneficia: ita intentio Christi ac subinde ecclesiæ suæ esse videtur, vt paratioribus benignius sacrificium hoc rem suã conferat. Quare Augustinus ad Renatum: Quis offerat corpus Christi nisi pro eis qui sunt membra Christi? Nihilo minùs verò à parte negatiua stat argumentum quòd dum quis priuatim æqualia ieiunia aut æquales eleemosynas in satisfactionem applicat duobus amicis, bonitate disparib⁹, q̃uè illis prodest. Vnde non inepta videtur collectio, q̃ dum sacrificium quod sua ipsius ratione æquale est pro pluribus offertur, licet illi in æqualis sint probitatis, æqualiter nihilo minùs illis conferat. ¶ Ad horum igitur intelligentiã notandũ cum primis, offerentes censeri non solùm sacerdotẽ qui rem facit diuinã, verùm astantes omnes atq; illos qui eleemosynas pro Missa pendunt: vel quomodocunq; fauent vt Missa celebretur: licet longè præstantiùs (vt diximus) ac propriùs sacerdotẽ. Ac de istis nõ ambigitur quin eorum deuotio in causa sit percipiendi maiores fructus. Etenim cùm verè sint offerentes, inde valor ipse sacrificij extenuè augẽtur. Et forsan vbi ait sanctus Thom. deuotionem illorum pro quibus offertur augere sacrificij fructum, id de deuotione sentit eorum qui Missam celebrari faciunt. Quandoquidem actualem afferunt deuotionem: & sunt veluti offerentes. Quare de circunstantibus peculiariter habetur in Canone, Quorum tibi fides cognita est & nota deuotio: quasi illi actu ad sacramentum sint affecti: atque adeò Deus cui eorum sunt deuotiones notæ, secundùm earũ mensuram tribuat vnicuique. Alij verò sunt qui actualem deuotionẽ nunquàm habuerunt ad hoc individuũ sacrificiũ quod hodie in hac Basilica celebratur, vt pueri ante vsum rationis, & alij Christi fideles qui hoc nunquàm cogitãrunt: pro quibus nihilo minùs ecclesia offertu vt quamprimùm dicturi sumus. Et isti non dicuntur offerentes nisi quodam forte generalissimo modo per modum habitus: quatenùs membra sunt corporis ecclesiæ quæ offert. De istis ergo nulla porrò esset absurditas censere quòd omnes æquales percipiant portiones sacrificij: licet inæquali vigeant charitate; nã cùm nihil prorsus vel egerint vel cogitârint circa hoc individuum sacrificium, apparet nihil eis obtingere, præter nudam portionem quæ illis ex opere operato prouenit: veluti de gratia baptismali certum est quę infantibus ante vsum rationis confertur. Qui autẽ aliter sentiunt, suum sequantur iudiciũ. Quapropter argumenta vtrinque facta arbitrio eligentium relinquuntur soluenda. ¶ Tertium autem argumentum, omnium maximum est quæ contrariæ sententiæ patrocinantur. Ecclesia nanq; pro multis offert: primùm in communi pro pace & regimine ecclesiæ: secundùm illud cãnonis: Pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, &c. Mox pro Papa, pro Antistite, pro Rege, & pro circunstantibus, qui pro se & suis offerunt. Neque solæ orationes pro illis offeruntur, verùm & satisfactio ipsa sacramenti: nam subditur: Pro redemptione animarum suarum. Deinde pro animabus quæ igne purgatorio detinentur. Cùm ergo ecclesia sacrificium pro tot offerat, non est vero simile vt minus ideirco satisfactionis singulis obueniat. Alioqui vix minima particula quenque contingeret. Quòd si dicas ecclesiam sic offerre pro multis vt nihilo minùs singuli nanciscãtur, secus autem sacerdos in singularibus applicationibus, hæc discriminis ratio desideratur.

Ad tertiũ argumentum.

¶ Respondetur ergo nullatenus hac parte ecclesiam à sacerdote discriminari: quippe qui, ceu eiusdem ecclesiæ minister sacrum cõficiat atque offerat. Sed est ex superioribus colligendum, sacrificio Missæ nudè considerato, hoc est vt actionem dicit sacerdotis cum sua intentione faciendi quod Christus instituit, respondere ex opere operato certã satisfactionis quantitatem, sicut cæteris sacramentis, gratiã verbi gratia vt decem: nam arbitror esse amplam. Quę quidẽ secundùm ecclesię institutũ applicatur. Ecclesia igitur ipsa certã illius por-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem illis qui in canone nominantur distribuit: licet illam non nominet: alteram verò relinquit singulari intentioni sacerdotis secundum suam peculiarem obligationem applicandã. Ex illa ergo portione ecclesiæ vna particula prouenit toti simul corpori mystico, alia Papæ, alia Antistiti, alia regi, &c. & quamuis minima in quolibet sacrificio vnicuilibet obtingat, tamen secundùm ingentissimum sacrificiorum numerum quæ quotidie in tota ecclesia offeruntur, ditissimus congeritur cumulus. Præterquàm quòd singularis memoria singulorum quæ in precationibus habentur, permultum eis confert. Portio ergo quæ sacerdoti relinquitur, perinde atque altera ecclesiæ, quo pluribus applicatur, minùs singulis sufficit. Et si pro se etiam, semper ius habet applicandi. An verò alia ratione plures p vna Missa eleemosynas recipere queat, siue parochus sit siue vagus sacerdos, illico quæstione proxima videbitur. ¶ At quia dicere de illis cœptũ est pro quibus sacrificium offertur, nomine ecclesiæ ad quam primò refertur oblatio cõprehenduntur etiam paruuli ante vsum rationis sacro fonte intincti: nam et si in satisfactionem pœnæ quam nullam debent, oblatio non sit necessaria: refert tñ ad solatiũ viuorũ & ad representandum mysticũ Christi corpus eiusque redemptionem, quæ ad illos vsq; promanauit. Veruntamen quantùis eâdem ecclesiæ generalitate ecclesti quoque & etiminosi Christiani cõtineantur, nulli tamẽ charitate carentes participes eiusdem sacrificij fiunt quatenus satisfactorium est: nam satisfactio remissionem præexigit culpæ. Vide ad Renatum Augustinus: Quis offerat corpus Christi nisi pro eis qui sunt membra Christi? Vbi certè de viuis membris loquitur. Nihil tamẽ obstat quominùs pro illis qui hæretici nõ sunt nec legitimè excommunicati, orationes inibi fiant. Eapropter error esset Capellaniam instituere aut Missas pro infidelibus: qui quidẽ casus ad me, de quo respondertm, allatus est: nam instituere Missam est instituere vt sacrificium pro illis offertur, aq; adeò ei applicetur eis satisfactio: quod nefas esset. Nihil tamen vetat instituere vt oratio in Missa pro eorum comertione fundatur. ¶ Pro excommunicatis autem & hæreticis orari non potest si verè sunt excommunicati. In dies autem Pãs fcenes ex dispensatione ecclesiæ quæ illos excõmunicauit, oratur prò hæreticis. ¶ Offertur etiam sacrificium pro illis vt diximus, distinctis quibus locus purgatorij ignis deputati sunt: non quòd ecclesiæ nomine intelligantur, vtpote cuius gremio & iurisdictione non comprehendũtur: sed forsan illo verbo canonis, vnà cũ animabus viuentiũ designantur, vbi legitur, Pro redẽptione animarũ suarum. Etenim vbi habetur circũstãtes pro suis offerre; etiam includũtur sui defuncti. Quidquid autem de illo verbo sit, posteà exprimuntur in secundo Memento, vbi precatio pro illis funditur, qui cum signo fidei in somno pacis dormierunt. Nam et si per modum orationis dicatur, Vt indulgeas deprecamur: subintelligitur tamen, acceptando sacrificij huius satisfactionẽ. Vnde Augustinus in libro de agenda curã pro mortuis: Non parua est, inquit, vniuersæ ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret auctoritas, vt in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare fundũtur, locum etiam fuũ habeat cõmendatio mortuorum. Quæ quidẽ consuetudo, vt Damascenus in quodam sermone de suffragijs mortuorũ refert, ab Apostolis demanauit. Ait quippe discipulos Saluatoris & sacros apostolos, tremẽdis & vinificis mysterijs memoriã fieri eorũ, qui fideliter dormierunt, fanxisse. Id quod & vltimo capite cœlestis Hierarchiæ Dionysius refert. ¶ At nihil ad quæstionem attinens immotum relinquamus, dubium hic restat postremum de intellectu verbi Aug. in eodem lib. de agẽda cura pro mortuis, & in Enchiridio: quòd Gratianus. 13. q. 2. cano. Non æstimemus. & canon. Tẽpus, relatum duxit. Ait enim tam sacrificiũ altaris quàm reliqua suffragia pro defunctis oblata eis prodesse, qui cùm viuerent, hoc sibi vt possent prodesse meruerunt. Et rationem dubitandi solus Caietan. offert in suo opusculo vigintiunius quæstionũ, quæst. 5. vbi generale hoc verbum Augustini speciatim sic contrahit, vt nemini desinẽtorum in purgatorio existentium, sacrificia, suffragia, aut indulgentias quicquam prodesse censeat: nisi in hac vita deuotionem ab ecclesiæ claues & indulgentias habuerint, aut solicitudinem ad satisfaciendum pro peccatis, aut studium ad suffragandum defunctis, aut quid simile. Saltem specialia sacrificia pro eis oblata ait nihil eos iuuare. At profectò, quamuis me tædeat viro docti simo & mihi colendissimo tota ista quæstione obiuum prodire: tamen quia neque hucusq; ire datur ad pietatẽ eorum qui in defunctos beneficij sunt quicquam confert, non mihi videor hic debuisse tacere. Enimuerò cum hoc neque ex euangelio, neque ex vllo ecclesiæ decreto colligatur, quin verò contrarium, sanè cum ecclesia promiscuis qui in charitate sunt indiscriminatim offerat, & indulgentias confectat, nõ erit facile asserendum in eorum præiudicium qui pie in Christo dormierunt. Canonis enim oblatio nullum excipit, sed generaliter ait: Memento famulorũ, famularumq; tuarum qui nos præcesserunt cum signo fidei & dormiũt in somno pacis. Et illicò: His & omnibus in Christo quiescentibus. Quòd si huius omnes sacrificij participes fiunt, nõ est cur non & vniuersis priuata suffragia opitulẽtur. ¶ Secundo: Quicũque est in charitate eo ipso quòd amicus Dei est, vt satisfacere pro se possit, sic & ius habet vt quicunque iustorum si bi quamcunque applicet, si voluerit, satisfactionem. Quare suprà August. pro omnibus Christi membris, nempe viuis asserit sacrificium offerri. Vnde quòd locis citatis ait, videlicet illis defunctis prodesse suffragia, qui dũ viuerẽt, vt prodesse sibi possent meruerũt, ipse statim planè exponit: vt est videre apud Magistrũ in 4. distin. 45. eos siquidẽ omnes docet id meruisse qui in fide per charitatẽ operante, atq; adeo in communione corporis & sanguinis Christi defuncti sunt. Quocircà quamuis quispiam neque ad indulgentias neque ad defunctos affectionem habuerit, neq; ad satisfaciendum diligentiam, si tamen in charitate Dei discesserit, non est cur vindex vltrix que eius iustitia, vt ait Caietanus, obstet, quo minus per sacrificia eis, perque suffragia & indulgentias ferre valeamus opem. ¶ Sit quò rem suprema ratione concludamus, Christus Dominus sum ipsius sacrificium, nempe passionem omnibus fide præditis per charitatem operante efficaciter applicat: ergo & altaris oblatio, & perinde quodcunq;, seu commune seu speciale suffragium sibi placet eis applicari. Quare illa Caietani distinctio quòd defunctum capacem esse alienæ satisfactionis sibi applicatæ, non ad meritum essentiale, sed ad accidentarium attineat, putà vt defunctus ad illa sit prædicta affectus fuerit, nullas præ se fert fundamenti radices.

Oblatio generalis ecclesiæ ad paruulos fideles extenditur.

Augustinus.

Error esset Capellaniã instituere pro infidelibus.

Dubium.

Gratianus.

Solu. Cãi.

Prima ratio in Caietanũ.

QVÆSTIO TERtia, De oblationibus & primitijs.

S. Thom. 2, 2. q. 86.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm homines de necessitate præcepti ad oblationes teneantur.

POST sermonem de sacrosanctο sacrificio, qđ oblationum omniũ Christianæ familiæ apicẽ obtinet, superest vt hac quæstione de oblationibus & primitijs: subsequenti verò de decimis quæ ad eiusdem sacrificij celebritatem suppeditantur, mentionem subdamus. Primò ergo de oblationibus quæritur, vtrùm sint de necessitate præcepti. Arguitur enim negatiue. Oblationes vetustæ legis inter cæremonialia præcepta connumerabantur: nam Exod. 23. ad modum & formam celebrandi cæremoniales festiuitatis adhibetur: Non apparebis in conspectu meo vacuus: cæremonialia verò cuncta per euangelium cessarunt: ergo Christiani ad oblationes non cogũntur. Id quod Christus Matthæ. 5. designare videtur, dicens: Si offers munus tuum ante altare: quasi offerentium arbitrio id reliquerit. ¶ Secundò arguitur. Quicunque ius aliquod ecclesiæ debet, si non soluat, potest sacramentorũ subtractione ad id cogi: acerbum autem esset renuenti oblationem soluere, sacramenta ecclesiastica denegare: ex cap. nonum illum sextæ synodi. 2. quæstio. 1. Nullus qui sacram communionem dispensat, à percipiente gratiam aliquid exigat: sin verò exegerit, deponatur: ergo ad oblationes ex vi præcepti nullus tenetur. ¶ In contrarium autem est illud Gregorij Septimi, de conse. distin. 1. Omnis Christianus procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre: & ducere ad memoriam quòd Deus per Moysen dixit, Non apparebis in conspectu meo vacuus.

Primum argumentum.

Secundum.

Gregorius. 7.

IN proloquio quæstionis præsentis notanda est nominis significatio. Enimuerò oblationis verbum actiones omnes suo significatu ambit, quibus res quæcunque ad diuinum cultum exhibentur. Quo fit vt oblatio, latior sit patentiorque vox, quàm sacrificium. Quicquid enim sacrificium est, censetur oblatio: haud tamen consequẽtia recurrit. Etenim cùm aliquid offertur quod integrum est permanturum, hoc est quòd sacrificio ipso non insumitur, nec circa illud aliquid fit cæremonij, sed ecclesiæ offertur, siue in fabricam siue in ministros cedat, oblatio quidem est: vt si nummos, vel cereos offeras, vt in exequijs panem aut vinum: aut fortè prædiũ. Sacrificium autẽ, vt diximus, non est nisi oblatio vt rectè immolãtur: vt animalia olim, & nunc sacrificium altaris. De primitijs nanq; deq; decimis quo modò

Quid nomẽ oblatio, designet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dò ab his differant, suo loco dicemus. Vnde Exodi. 29 Offeres totum arietem in incensum super altare. Et sequitur, Oblatio est Domino odor suauissimus victimæ Dei. Et Leuit. 2. Anima cùm obtulerit oblationem sacrificij Deo, simul erit eius oblatio. ¶ His suppositis duabus ad quæstionem conclusionibus respondetur. Prior est. Oblatio naturali sua significatione vltroneam exhibitionē designat: offerre enim est vltrò munus quodpiā donare. Quo fit vt res per se, si nudè pensetur, opus sit supererogationis ad cultū religionis attinens: quippe qua, vt suprà diximus, obedientiā subiectionēq; Deo profitemur. Vnde Exodi. 25. Loquere filijs Israël vt tollant mihi primitias ab omni homine qui offert vltroneus, accipies tis eas. ¶ Posterior cōclusio. Oblationes quadruplici de causa sub præceptū cadere possunt. Primò quidē ex præcedenti cōuētione: vt dū ecclesia fundum aliquē ciui confert retenta pēsione, statis temporibus referenda: Quæ quidem pactio, census rationem induit. Secundò propter præcedentem deputationem: quia res donatione, vel pollicitatione, aut testamenti legatione debetur. Tertiò, quod ad rem propinquiùs accedit, propter ecclesiæ necessitatem: nempe si aliūde ministri ali sustentariq; non possent. Quartò propter consuetudinem, quę in ius transit: vt scilicet si consuetum est certis solennitatibus hoc aut illud offerri. Quamuis nonnunquàm his postremis duobus casibus oblationis quantitas relinquatur vouentis libertati. ¶ Circa posteriorem conclusionē, quoniam prior planissima est, nonnulla existunt, licet exigua adnotamenta. Prætermisso enim priori obligationis mēbro ad rem parum attinente, quia est velut census, de secunda extāt textus, 13. dist. 2. cano. qui oblationes. & duo sequentes, quibus sub anathematis cēsura cogūtur, quibus incumbit vt defunctorum oblationes, seu donatas seu legatas facilè & absq; mora persoluant. Sunt enim planè debitæ. Et generaliter & omnibus oblationibus extat canō, Præter hoc. 32. disti. & canon, Statuimus. dist. 16. quæst. 1. quibus eandem animaduersionē retinentibus debitas oblationes ecclesia comminatur. Tertia verò ratio obligationis est adnotanda quæ præcipuè legitima est. Etenim cum Christianorum religio in sacramētorum susceptione, sacrificijq; oblatione posita sit: adquę iure naturali ac diuino, eodemq;, vt sanctissimo, ità & strictissimo totus Christianismus teneatur, fit vt quisque populus sub reatu criminalis impietatis, tum templum pro sua facultate extruere; tum & ministros alere, & cultum necessaria contribuere sit iure constrictus. Quapropter vbi decimæ non soluuntur, neq; aliūde de eiusmodi sumptus prouisum est, tenetur populus eosdem sumptus de sua substantia suppeditare. Ad quod, si renuerit, per censuras ecclesiasticas, atque adeò si opus fuerit, animaduersione sæcularis iudicij cogi potest. Locus est constitutissimus apud Paulum. 1. ad Corinth. 9. vbi docet plus iuris ministris altaris suppetere ad subsidia temporalia recipiēda, quàm ad suum stipendium miles, & ad vineæ fructum qui illam plantauit, & qui gregem pascit ad fruendum lacte: sanè cùm Dominus dispositerit vt qui altario seruit, de altario viuat. ¶ Dubium autem deinde offert textus ille citatus Gregorij, Omnis Christianus, vtrùm scilicet ad Missarum solennia teneatur vnusquisque aliquid in templum afferre quod offerat. Hugo nāque, vt Hostien. in rubrica de parœc. & alien. parœ. ait, omnem Christianum tenore eiusdem capituli teneri ad oblationes in Missa sub reatu criminalis culpæ. Quare potest, in quit, qui non fecerit, ecclesiastica censura compelli. Idque idem Hostien. hoc adhibito modo ramine fatetur, quòd intelligatur in præcipuis duntaxat festiuitatibus. Alij verò id durum arbitrati, censent solùm intelligi de interna animi oblatione per deuotionem. Hæc autē glossa longissimè à Canonis mente aberrat: citat em Gregorius textū ipsum antiquū quo oblationes temporaliū rerū iubebātur. Omissa ergo opinionū recitatione, res est clara. Etenim vbi cuiuspiā oblationis consuetudo vsq; adeò inoleuit, vt vim legis obtinuerit, ibi præcepti obligatione firmata est: vt diuus Thomas ratione quarta docuit. Vbi aūt neque lex extat, neq; ciusmodi viget cōsuetudo, nullū metuendū est præcepti vinculū. Consultò dixerim: vbi cōsuetudo vim legis obtinuerit. Nam vsu teneri potest cōsuetudo p modū liberę deuotionis: quæ ideo nunquàm, quantūcunque diuturna vim ingerit præcepti. ¶ Quòd si aliquod scisciteris indiciū quo eiusmodi consuetudines dignoscātur, forsan hoc nō est adeò fallax quòd vbi decimæ in vsu nō sunt, neq; alia ministris iusta stipēdia cōstituta, ibi cōsuetissimæ oblationes censentur in præcepto esse. Et pariter si cōsuetudo sit populi omni memoria vetustior, statis solēnitatibus aliqua munera ecclesię, vel ad fabricam, vel ad alios sumptus offerre. At verò vbi decimarū solutio more seruatur quæ ministris sufficit, re vera quotidianæ oblationes quæ vel in profestis diebus, vel in festiuitatibus, quantumuis præcipuis offeruntur, existimari non debent, præcepti obligationi esse

Prima conclusio.

Posterior cōclusio.

Primū documentum.

Populus iure naturæ tenetur ministros ecclesiæ alere & templum struere.

Paulus.

Dubium.

Hostien.

Solutio.

Indicium quo dignoscere dū quando consuetudo efferendi oblegat sub præcepto.

esse obnoxias. Neque verò vllo colore in contrarium obtendi potest, quòd legitimi pastores omnes decimarū fructus, gregem deglubentes, sibi vsurpant, miserisque mercenarijs quotidiana illa munuscula, quæ ad altaris gradus offeruntur, relinquūt: nam postquàm decimis pastores saginantur, ipsis incumbit primum præsentes seruire: mox si officio abesse iuste vel iniuria permittantur, vicarios cum iusto stipendio sibi substituere. Quare in hāc rem optimè per concilium Tridentinum prospectum est, vt parœcijs non residentibus tertia pars fructuum adimatur, quæ vicarijs adiudicetur. Haud tamen arbitrentur curati exoneratos subinde esse animarum cura, excusatosq; nè residere teneantur: nam cùm ad hoc iure diuino naturalique irretiantur, sanctum Concilium nullatenus excusare illos cogitauit, sed ecclesijs quàm minimè malè potuit prospicere. ¶ Inter oblationes autem vna est quę offertur pro Missa. De qua duplex superest dubium. Vnum, an liceat sacerdoti pro Missa celebranda de pretio pacisci: quod quidē cùm ad titulum simoniæ pertineat, quæstione sexta disputabitur. Secundum, vtrum licitum sit plures, vt aiunt, pitantias pro vna Missa recipere. Nam ratio illa quod pro pluribus oblata tantùm singulis prosit, iam superiori quæstione explosa est: sed vtrùm alia de causa id liceat, iam nunc ambigitur. Apparet enim si illa non sit legitima, nullam fieri reliquam: nā quicunque illa causa eleemosynam largitur, contendit sibi totum sacrificium applicatum iri. ¶ Nihilo minus hic in primis distinguendum est de plebano pastore, & de alijs mercenarijs qui neque parœcij sunt neque eorum vicarij. Parœcij nanque iure decimarum quotidie celebrare tenentur pro sua parœcia, si modo fructus satis sint ad ipsum alendum: sin minus, pro eorū quantitate vel ter vel quater in hebdomada: ad iudiciū Antistitis, quod tutius est: vel ad arbitrium prudentū. Quotidie inquam pro humana fragilitate: nam licet vno aut altero die cesset, seu quia non se præsentiscit idoneum vel animi laxandi gratia, non ideo constituitur in culpa. Vnde & monitum hoc adhibendū est, quòd legitimus pastor si per fas vel nefas non resideat, tenetur iustum alimentum vicario suppeditare, vt possit tot Missas celebrare quot ipse teneretur: nè vicarius causari possit nō sufficere sibi victū, nisi aliunde pitantias corrodat. ¶ Ex hoc fit, pastorem parœciæ inseruientē non posse peregrinas pitantias ab alijs, præterquàm à suis parœcianis percipere. Hoc enim esset in fraudē sacrificiorum quæ pro sua parœcia offerre tenetur. Attamē nō obstante obligatione qua tenetur pro parœcia offerre, potest particulares pitantias abeisdē parœcianis vltrò oblatas recipere, dū modò illas nō extorqueat: ideōq; sacrificiū potest & pro parœcia & simul pro tali parœciano facere. Ideōq; censendū de defunctorū exequijs & testamentorū Missis. Ratio huius est, quòd defunctos sepelire & piorū Missas offerre propria est functio ipsius pastoris: neq; debent parœciani foras exire sacerdotes ad hoc munus quæsitū. Quocirca hæc nō sunt ineōpatibilia. Hoc aūt documentū, vt cūcta moralia, cū moderamine tēperandū est: videlicet nè Missārū pronētus immodice sit exuberās: nā tunc deberet pastor qui curā habet animarū auxiliares sacerdotes ad se adiūgere. ¶ Sed & hoc prę tereà cōsultari assolet, vtrùm possit pastor qui curam habet animarū, cuiq; subinde incumbit huiusmodi functio ex pitantijs portiunculā sibi vsurpare: imminutasq; mercenario porrigere. Et re vera si iustū stipendiū mercenario relinquatur, nō video in hoc apertā iniuriā: quādoquidē pitantię omnes parœcio cōferuntur: qui subinde, vt Missarum debitor, quo potuerit honesto stipendio, potest mercenarios ad eas celebrandū cōducere. ¶ Subsequitur ergo membrum alterum eiusdē dubietatis ad vagos sacerdotes attinens: qui aliās functionē suam celebrandi alligatā non habent: vtrùm plures valeant pitantias pro eādem Missa percipere. Huius autem prima responsio esto: quòd si Antistites in clericorum ordinatione iura caste seruarent, non tanta hinc emergeret ambigendi ratio. Si inquam neminem hinc legitima bonorum possessione ac titulo sacris initiarent, non cogerentur sacerdotes mendici esse, & exigua Missārū mercede viuere: quod porrò tum reuerentiam sacramento debitam non tenuiter obnubilat: tum etiam periculum eisdem sacerdotibus offert pluries celebrandi quàm fortè pro sua puritate par esset. Cæterum quia rei huius perexigua habetur cura. sed plurimi effictis titulis ordinantur, in quæstionem meritò vertitur, vtrùm hac ratione, vt necessarium sibi victum & quibus tegantur habeat, recipere plures pitantias possint: nam ratio infinitatis sacramenti iam suprà repulsa est. ¶ Respondetur ergo quòd vbi non est in vsu eam pro vna Missa eleemosynam erogari, quæ diario victui sufficiat, potest sacerdos duplam saltem percipere: dum tamen latius non se hæc licentia proferat: quoniam status apparatum non licet sacerdotibus hac ratione sustentare, sed pauperē vitā ducere. Hac enim

Dubitatio altera.

Solutio.

Tertium dubium.

Prima responsio.

Secunda responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ratione iure cautum est vt absque aliqua bonorum possessione ad ordines nō admittantur: & ideo qui sua culpa pauper ordinatus est, paupertatē æquo animo ferat. Dū autem sacerdoti abundat vnde honestè & forsan ornatè viuere possit, videtur nequiri vti hoc subsidio: quandoquidē ob leuandā necessitatem permittitur. Sed nihilo minus respondetur, quòd etsi nō adeò id ipsum eiusmodi sacerdotem deceat: tamen secundùm rigorem iustitiæ nulla esset iniquitas: quoniam iudicium non est de rebus ferendū secundùm id quod accidit; sed secundùm rei naturam. Quare vbi per se satis pitantia non sufficiat, vnicuiq; eodem iure licet amplorem suscipere. ¶ Quòd si contra sententiam hanc argumento suprà facto resurgas: Qui pitantias largiuntur, sibi volunt totum sacrificium applicari, atque ita faciendum putāt: ergo sacerdos secus faciens, illos decipit. Respōdetur, cum silere posse, quidquid alij credant: nam vtitur iure suo quo potest de altario viuere. Secùs autem si alter expressè postulet pro se solo ipsum sacrificiū offerri: nam tunc si sacerdos annuat, tenetur seruare pactū fidem.

Obiectio.

Solutio.

Ad primū argumentum.

AD primum argumentum quæstionis respondet diuus Thomas iuxta illa quę lib. 2. diximus, sub titulo, de cessatione legaliū: quòd quamuis legalia sic cessauerint vt quasi iudicia legis veteris seruare nobis non liceat: tamen non obstat quin possint ab ecclesia alia ratione institui. ¶ At verò si oblationes inter legalia dunt: xat haberentur, solutio satisfaceret: sed tamen habentur, vt ipse ait, etiam inter cęremonialia: nam sacrificare, cęremonia est, & festa colere, atque adeo in eisdem festiuitatibus quidpiam offerre: & vt illic expositū reliquimus, cęremonialia sic cessārunt, vt ea nobis instituere minimè liceat. Ad hoc autē, sanctus Thom. infrà artic. 4. ad pri. respōdet, duas cęremonialium species discernēs. Illas quippe cęremonias instituere nequit ecclesia quæ vel statum Hebræorū referunt, vt obseruatio Sabbathi: vel aliquid futurū in nostra lege prædicebant, vt circumcisio, eiusque agni paschalis, & similes: nam essent iam nunc mendacia, eademq; in fide perniciosa: vtpote significantia figuras illas nō esse cōpletas. Verūtamen sunt alię cęremoniarū species sic ad diuinum cultū pertinentes, vt citra vllum mendaciū possint ad eundem finē nunc institui: vt thurificare, cōsecrare in azymis, purificatio puerperę: quę nō cōdemnatur, extrà de purificat. post part. cap. vnico. Sic tales sunt oblationes. ¶ Aliud autem verbum Christi: Si offers munus tuum, &c. solum probat non omnes oblationes esse de necessitate præcepti: nihil tamē obstat quin aliquæ, vt dictum est, eidem subijciantur necessitati. ¶ Ad tertiū denique respōdetur, quòd propter voluntarias oblationes nulla ferri potest excommunicationis censura: secus autē propter illas quæ iure debentur. At verò sacerdos priuatus qui sacramentum administrat, vt excommunicare non potest, ita neq; illud rebelli subtrahere: sed postquàm fuerit à superiori in ius dictionem habente excōmunicatio lata, tunc sacramenti subtractio erit legitima. ¶ Textus autem sextæ Synodi solum vetat sacramenta pretio vendi: quæ labes est simoniaca.

Replica.

Ad secundū

Ad Tertiū

ARTICVLVS. II.

Vtrùm oblationes solis sacerdotibus debeantur.

POST oblationum vinculum sequitur vt de illis dicamus quibus debentur. Apparent enim non solis sacerdotibus cōferenda. Etenim illud est in oblationibus præcipuum, quòd hostiarum sacrificijs deputatur: hostiæ verò pauperibus asscribuntur, secundùm illud ad Hebræ. vltimo: Beneficientiæ & cōmunionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus: ergo & oblationes eisdem largiendæ sunt pauperibus.

Primum argumentum.

Secundum.

¶ Secundò: In multis parœcijs monachi oblationum portionē fortiuntur: cùm tamen alia sit secundùm Hieronymum clericorum cura, quàm monachorum: ergo non solum sacerdotibus sunt oblationes erogandæ. ¶ Tertiò: & laici oblationes, nempe panē & vinū, in proprium vsum à sacerdotibus coëmunt: non ergo illis solis earum vsus permittitur. ¶ In contrarium autem est canon Damasi, 10. quæst. 1. Oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offerunt, tantùm modò sacerdotibus qui quotidie Domino seruire videntur, licet comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere filijs Israël, nisi tantum Aaron & filijs eius: vt patet. 1. Regum. 21.

Tertium.

Damasus.

Prima conclusio.

Probatio.

AD quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Vna est: Vniuersarum oblationum quæ à plebe Deo exhibentur dispensatio ad sacerdotes pertinet. Probatur. Oblatio genere suo non est nisi res quæ Deo ad cultum religionis dicatur: est enim nobis de sacris, non de sæcularibus oblationibus sermo: inter homines autem & Deum sacerdos est

est sequester constitutus, & suo gradu secundùm Christum mediator: vt de Moyse Deuteronomij. 5. legitur: nam illi incumbit tum diuina dogmata per Deum reuelata populū docere: tum etiam & sacramenta per ipsum instituta eidem populo ipsius nomine administrare. Et vice versa eius est functio à parte populi corā Deo stare: eius scilicet preces apud ipsum fundere: sacrificia ei offerre: donaq; & oblationes, & munera præsentare: secundùm illud Apostoli ad Hebræos. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis: ergo omniū munerum quæ populus Deō dicare constituit, vsus, administratio, & dispensatio, ad eosdem pertinet sacerdotes. ¶ Quod si ex templō dubitandi ratio irrepserit, multa Christianam famili, non sacerdotibus, sed ad templorū fabricas vtensiliuḿque ornamenta ecclesijs dedicare, quæ ideo sacerdotibus vsui esse non debent: Respondetur propterea nos consultò non asseruisse oblationes omnes in eorum transisse dominium, vt in proprios vsus possint cuncta consumere: sed eorum dispensationes illis incūbere. ¶ Quare adiungitur altera conclusio. Sacerdotes trifariàm possunt ijs quę ad diuinum cultum offeruntur vti. Primùm in fabricam re parationemq; ecclesiarum, & rerum apparatū: quæ ad diuinum cultum attinent. Secundò in suum ipsorum proprium victum: quoniam: vt Paulus suprà citatus ait: Qui altario seruit, de altario viuere debet. Tertiò in subsidiū pauperum, quos condecet bonis ecclesiasticis pasci & sustentari. Cōclusio est nota. Nam quicquid Deo exhibetur, cùm nostrorum ipse bonorum nō egeat, ad duo tantùm vtilia sunt: scilicet aut ad templorū vel ædificia vel ornamēta, aut ad sacerdotum alimoniā. Quicquid autem supereſt erogare debent pauperibus. Præterquàm quòd antiquitùs, vt subsequentia demonstrabunt, aliqua etiam solebant ecclesijs conferri peculiariter in vsus pauperum. Eorū autem quæ ad ecclesiæ sumptus dedicantur, episcopus est administrator ac dispensator, vel canonicorum collegium, secundum morē qui legitimus sit. Quapropter verissima est sic exposita prior conclusio, q omnes oblationes ad sacerdotes pertinent. Res est clara: quæ si vlam habet dubietatem, libro sequenti tractanda est, inter explorandū sint ne sacerdotes suorum fructuū domini: quomodoq; sint ab ipsis bona ecclesiastica expendenda.

Prima conclusio.

AD primum igitur argumentum respondetur, q eleemosynæ in pauperes erogatæ, licet quadantenus oblationes dici possint sacrificia: eò quòd in Deum referuntur: non tamē aut sacrificia propriè sunt aut oblationes. Hoc enim nomen solis illis cōgruit quæ officia sunt religionis. Eleemosynæ autem non sunt nisi misericordiæ opera: fiunt tamen, vt dictum est, ijdem egeni & per sacerdotum dispensationem sacrarum quoque oblationū participes. ¶ Ad secundum respondetur, monachos partem quoque earundem oblationum tripliciter de causa sibi posse vendicare: porrò aut sacerdotum largitate tanquam inopes: aut ratione mercedis, si illis sint adiutores: aut si aliqua eis fortè fuerit commissa parœcia. ¶ Ad tertium denique respondetur, quòd oblationes postquàm consecratæ sunt, non possunt rursum in sæcularem vsum reuocari: vt ara consecrata aut calix. Sed tamen si non sint consecratæ, possunt sacerdotum arbitrio & permissu ad sæculares reuerti.

Ad secundū

Ad tertium.

Secunda conclusio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm oblationes de rebus omnibus quæ licitè possidentur facere liceat.

SEQVITVR tertio loco postquàm de oblationum dispensatoribus dictum est, de earum quoq; materia dicere. Haud enim omnia quæ homo possidet materia esse videntur oblationis idonea. Etenim meretrix iustè ea possidet quæ turpiter lucratur: vt patet. l. idem obstuprum. ff. de condict. ob turpem cau. & tamen Deuteronom. 23. legitur: Nō offeres mercedem prostibuli in domo Domini Dei tui. Continuoque ibidem prohibetur & pretiū canis offerri: quod tamen animal iustè vēditur. ¶ Et Malach. 1. Si offeratis claudum & languidum, nonne malū est? Non ergo quicquid iustè possidetur, perinde offertur iustè. ¶ In cōtrariū aūt est illud Prouerbiorum. 3. Honora Dūm Deum tuū de tua substantia. Qua vna voce cūcta quæ possidentur concluduntur.

Tertia conclusio.

Ratio à parte negatiua.

Prima conclusio.

Probatio.

AD quæstionem tribus respondetur conclusionibus. Prima. De ijs quæ iniustè acquiruntur & possidentur nulla fit Deo oblatio licitè. Probatur. Oblatio cum virtus sit religionis, esse non debet iustitiæ violatio: nam eadem virtus sub præcepto est Dei: & sicut vero, vti ait Aristotel. omnia vera, sic & cuicunque diuino mandato cætera consonant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nant: cuncta autem iniustè parta, iustitię lege, atque adeò Dei restitutioni obnoxia sunt: ergo nequeunt eidē Deo dicari. Huius rei Augustinus in lib. de verbis Domini pulchrū affert exemplum. Si deprædaueris, inquit, aliquem inualidum, & de spelijs eius dares alicui iudici qui pro te iudicaret, tanta vis est iustitiæ, vt & tibi displiceret. Non est talis Deus tuus: qualis non debes esse neq; tu. Hæc ille. Vbi affabrè rationem rei exerit. Oblatio enim ad propitiandum placandumq; Deum fit: qui iudex est virtutum omnium, legumq; custos. Cùm ergo te cōdemnaturus sit nisi quicquid debueris restituas, genus est diuinæ contumeliæ, si eâdem re illum propitiari contendas de qua te certus est condemnare. Vnde & Ecclesiastici. 34. Immolantes ex iniquo, oblatio est maculata. ¶ Secunda conclusio. Quantum ad rei per se naturam attinet, de re quacunque iustè possessa iustè fieri potest oblatio. Patet: nam & eiusmodi rerū homo est verè dominus aut possessor legitimus: quorum ideo habet legitimum vsum, eundemq; sibi præstante Deo: potest ergo vnusquisque, atque adeò debet cū prudentię moderamine eorum quæ ab ipso recepit partem ei rependere: secundùm illud primi Paralipom. cap. vltimo: Quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi. ¶ Tertia cōclusio. Ex his quæ rei accidunt, commaculari oblatio potest, etiam eorum quæ licitè possidentur. Probatur: quia ad operis studiositatem non satis est genere suo esse bonum nisi & quæ circunstant sint perinde honesta: accidere autem potest vnde eiusmodi oblatio fit mala. Et primum cultoribus priscæ legis, quibus omnia in figura contingebāt, multa erāt legalia, vel propter significationem, vel propter id quod illi reipublicæ immundum ac turpe habebatur, offerri non licebat: quæ quidem prohibitionis ratio sub lege nostra cessauit: nā vt ait Paulus ad Titum. 1. Omnis creatura Dei reputatur munda. Possunt nihilo minùs & nostris oblationibus alia contingere incommoda: vel quia id quod licitè possidetur, per misericordiā debetur potius alteri, quàm offerri debeat in templo: vel propter scandalum: vel propter contemptum: vel propter aliudd quidpiam. Obiurgat enim Christus Matthæ. 5. Pharisæos qui plebi persuasum contenderent vt potiùs subueniendis parentibus abessent, quàm faciēdis oblationibus. Et meretrix dum turpe lucrū offert, scandalum dat: & qui quod despectui habet, Deo offert, cum ipsum despicit. ¶ Contra primum autem membrū tertiæ huius conclusionis, quo dictum est nonnunquàm debere potiùs res vel parentibus vel egenis erogari, quàm templo offerri, arguitur, in vniuersum conducentius esse atque ad diuinum cultū accommodatius, bona nostra ad conficienda celebrandaq; sacrificia elargiri, quàm in egenorum subsidia. Apparet enim vulgò sic censeri: eò quòd per sacrificium Deo propiùs reipsa accedimus. Cui tamen vulgari opinioni miserorum egestas nonnunquàm reclamat. ¶ Ad hoc sub distinctione respondetur. Opus enim virtutis è duobus inter alia quantæ sit perfectionis æstimatur. Primùm ex obiecto, vnde suam speciem sortitur. Secundò ex necessitate, cui charitas semper succurrere satagit. Igitur si ad priorem rationē spectemus, oblationes sacræ, ac perinde sacrificia, reliquis eleemosynis longè præstant: nam religio, vt. 2. 2. quæst. 81. auctor est Diuus Thomas, quippe quę Dei reuerentiam pro obiecto habet, excelsior est virtus: non modò misericordia, verùm & moralibus vniuersis: vtpote quæ non nisi erga proximos versantur. Atque huc pertinet verbum Christi, Matthæ. 21. vbi officium & causam Magdalenę, quæ ipsum dispendio pretiosissimi vnguenti vnxerat, aduersus indignantes discipulos defendit. Sanè qui opus misericordię pluris pendebant. Docuit enim opus illud in reuerentiam personæ ipsius Dei exhibitum, religione sua anteferendum. Et ideo non condemnauit misericordiam in pauperes, imò commendauit maximè: dicens, Pauperes semper habebitis vobiscum. Attamē declarauit quòd opportunitatē illam vt eleemosyna cùm tam excelso gradu religionis esset adiūcta, nūquàm deinceps foret mundus habiturus. Atque ideo ait, Me autem non semper habebitis. Religio autem fuit, tum diuinitatis maiestatem atque immortalitatem pretioso illo incorruptibiliq; vnguento confiteri: tum etiam & incorruptionem humanitatis præsignare. Scriptum enim erat: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Idque fortasse verbo illo cœlestis Redemptor declarauit: Ad sepeliendum me fecit. Hoc est: Sic ista protestatur me verè mortuū sepeliendum, vt quasi spiritu prophetico singularem meum sepulturæ modum prænuntiauerit: vbi non meum corpus communi lege est in cineres abiturum. Adde inter huiusmodi religionis officia potissimum esse atque optatissimum sacramentum, vbi nihil minùs, quàm Deus ipse immolatur. ¶ Nihilo minùs tamen hoc verissimum est, quod vtinam, vt est certissimum, ita esset. Christianæ familiæ perfuasissimum, quòd necessitatis pōdus vnde virtus ac potissimùm misericordię incrementa suscipit, effi-

Augustinus.

Secunda cōclusio.

Ratio cōclusionis,

Tertia conclusio.

Paulus.

Argumentū

Distinctio.

cere potest vt ad Dei cultum cōferentius sit, atque adeò optatius opem ferre miseris, quàm oblationes & sacrificia facere. Et ratio est, quòd sacrificia, vt dictum est, non in Dei vtilitatem, quæ bonorum nostrorū nō eget: sed in eius duntaxat gloriam, nostramq; deuotionem excitandam celebrātur & offerun tur. At verò tanta est Deo pauperum cura, vt eorum vtilitatem sæpenumero pluris ad sui charitatem, ac subinde gloriam æstimet, quā reliqua sacrificia. Idq; maximè postquā idē ipse Deus cùm diues esset, vti ait Paulus, propter nos egenus factus est, nostrasq; miserias & ærumnas vsque adeò suas fecit, vt in die illa tremenda coram angelorum hominumq; vniuersitate confiteri non sit veriturus, seipsū apud nos esuriuisse, nudumq; fuisse, & mendicum: ac tandem quicquid vni ex minimis indigentibus fecimus, quasi ei ipsi in propria persona fecisse. Vnde Matth. 9. nec vero citra indignationē Pharisæos obiurgat, quòd propheticum oraculum non intellexissent. Euntes enim, inquit, discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Sic enim scriptum extabat Oseæ. 6. cui Propheta adjecerat: Et sapientiam Dei plus quàm holocausta. ¶ Quapropter postquàm Paulus epistolam ad Hebræos, qui tam erant sacrificijs frequentandis dediti, in hoc penè insumpserat, vt singulare Christi Pontificis nostri sacrificium cōmendaret, cuius præsentia illa omnia aboleuerant, nē inde colligerent ob illud dimittendam semper fore misericordiam pauperum, illum tandem Epistolæ colophōnem adhibuit, vt cōmonitos beneficētiæ eos apprimè curaret. Charitas enim, inquit, fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim latuerunt quidā angelis hospitio receptis. Et infrà: Beneficentiæ & cōmunicationis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Ad argumētum igitur contrarium respondetur, nihil vetare quo minùs virtus quæ altera genere suo inferior est, quandoque ob necessitatem sit pretiosior. ¶ Hæc propterea tam multis inculcauerim, quòd sunt qui falsò omnia putent sua bona, potissimùm dum ab hac luce recedunt, in amplissimum Missarum numerum & in Capellanias expendenda. Nam etsi in ecclesiæ ortu illa essent impendiò necessaria, & vbi modò desunt consulenda sint: tamē vbi diuinus cultus satis est celebris, multò esset consultius egenorum calamitates leuare: longè enim crebriùs in Euangelio huius nos Christus misericordiæ admonitos curauit q vt eleemosynas in sacrificia conuerteremus. Nam quanuis oratio satisfactioq; sacrificij ac ceptissima sit, tamen eleemosyna quę præcipuum est charitatis officium, & pauperū orationes valde sunt, testante Christo, efficaces, vt nos in æterna recipiant tabernacula.

Ad primum argumētū.

AD primum igitur argumentum respondetur, in veteri lege mercedem prostibuli offerri esse prohibitā, propter immunditiam: quæ ratio cessauit in noua. Esset tamē scandalum talem recipere oblationem: quia viderentur sacerdotes ad meretricum turpitudinem conniuere. De pretio autem canis, Iosephus lib. 2. vt inter tractādum de legalibus dicebamus, sic legem interpretatur, quòd canum operæ, sicuti modò asini & equi ad fœcundandas equas, redimi solebant pretio ad impræg nandas canes: quare pretium illud, propter turpes sordes quoque ab oblationibus repellebatur. Et fortitur inde probabilitatem interpretatio, quòd vnà componuntur prostibuli merces & pretium canis. Altera verò à Doctoribus adhibetur interpretatio, quòd cùm primogenitum animalis mundi sic esset in templo conseruandum, vt nō redimeretur: animalis verò immundi primogenitum, redimebatur pretio, Canis autem sic reputabatur abiectus, vt non esset quinq; sicli dignus quibus eiusmodi animalia redimebantur: & ideo aiunt quòd extra templum occidebantur. Porrò autem expositio hęc neque rationi neque textui est consona. Si enim propter eius vtilitatem ad nihil erat cōmodum, ad quid gerat in templum præsentādum? Quocirca melius est dicere, simpliciter fuisse offerri prohibitum, tum propter animalis vtilitatē, tum etiam quia forsan, vt ait sanctus Thom. invsu erat Gentibus ad sacrificandum idolis. Ratio ergo illa cessauit in Euangelio. ¶ Ad tertium respondetur quòd animal cæcum, aut aliter truncum, aut debile, ad oblationem ineptum erat. Primùm quia oblatio debebat esse immaculata. Secundò quia esset vilipendium atque opprobriū. Præterea ratione voti quod debet Deo optimè solui. Quare oblatio Caini non fuit Deo accepta sicut Abelis. Quæ quidem rationes vim suam in lege nostra retinent. Qui enim vel acidum vinum vel putrē farinam ad rem diuinam celebrandam offerret, prauè quidem faceret: nam illa non sunt conficiendo sacrificio congrua. Et qui vasa aut indumenta sordidissimis vsibus seruientia, templo dedicaret, ex quibus vestes sacræ & vasa fabrefierent, contemptor eorundem sacrorum censeretur. Et qui animal voto

Ioseph.

Ad tertium

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo deuoueret, & claudum vel cæcum vel alia de causa vilissimi pretij solueret vel decimas ex pessimo grano & musto, profectò nō caste seruaret fidem quam Deo habet obligatam.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum ad primitiarum solutionem homines teneantur.

Primum argumentū.

ANteà alias oblationum species cōnumerantur primitiæ: de quibus ideo inquiritur, vtrum vt præcepti dicendum sit. Est enim cōtrarium testimonium suprà citatum, Exod. 23. vbi ait Dominus ad Moysen vt primitias ab homine qui vtro nouus offerret acciperet. Et Exod. 13. data lege primitiuorum quæ legitimè erant primitiæ, subditur: Erit quasi signum in manu tua: vox autem signi cæremonialia designat, quæ in nostra lege cessarunt: ergo sicut nō tenemur primogenita offerre, ita neque aliarum rerū primitias.

Secundum.

¶ Secundò: primitiæ olim Deo reddebantur vt de singularibus beneficijs ab ipso susceptis gratias ille populus eidem rependeret. Habetur enim Deuteron. 26. Tolles dē cunctis frugibus tuis primitias: accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor coram Domino Deo tuo quòd ingressus sum terram pro qua iurauit Deus patribus nostris vt daret eam nobis: ergo neque extraneæ nationes, neq; verò nos tenemur illas prohibere.

Tertium.

¶ Tertiò: Si lex esset primitiarum coactrix, tunc præscripta esse deberet taxataq; solutionis quantitas, sicut in decimis. At verò in neutro testamento talis habetur taxationis lex: ergo sub nullo comprehenduntur præcepto.

¶ In contrarium autem est canon Gregorij Septimi, Decimas. 16. quæstio. 7. Cuius verba sunt: Oportet congruentius nos decimas & primitias, quas iure sacerdotum esse sanctimus, ab omni populo accipere: quas fideles domino præcipiente offerunt.

Quadruplex differētia primitiarū à cæteris oblationibus.

PRimitiæ singularem in genere oblationū modo cum obtinent. Differunt enim à reliquarum generali ratione quatuor modis, quos hic D. Thomas digessit. Primò iuxta vocis sonitum differunt materia. Nempe quòd de primitiuis rerumque opimis initijs offerebātur. Quamuis sint qui nomine primitiarum, non prima, sed optima intelligant. Quemadmodum de Abele refertur quòd obtulit de pinguedine gregis. At verò textus Nume. 18 vtrūque insinuat. Nam quòd primum est, cēsetur optimum. Vnde ibidem: Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti: quicquid offerunt primitiarum, tibi dedi: scilicet, Aaron. Et subdit: Vniuersa frugum initia quę gignit humus & Domino deportantur, cedent in vsus tuos. Secundò ratione causę à reliquis distāt, quòd reddebantur Deo ex causa specialiter: pe vt homines diuinum beneficium recognoscerent, proficerenturque adeò quicquid ex terræ fructibus percipiunt: Deo authore illis prouenire, cui adeò iuxta verbum citatum. 1 Paralipome. vltim. quæ de manu eius acceperunt, reddere debent. Tertiò differebant & in modo, quòd cum aliqua ca remonia offerebātur. Legitur enim Deuteron. 26. post verba suprà citata offerentium primitias: Suscipiēs sacerdos cartallum (quod est canistrum primitiarum de manu eius qui defert primitias) ponet ante altare Domini. Et infra cōmemoratis Dei beneficijs, subduntur offerentis verba: Ideircò nunc offero primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi, &c. ¶ Quartò dēniq; differunt ex parte eorum in quorum vsum exhibebantur. Nam cùm Deo pro beneficio rependerētur, inter quem (vt diximus) & populum sacerdos est sequester, in eius singulariter vsum cedebant ad differentiam decimarum quæ totam Leui tribum contingebant. Vnde loco citato Numer. 18. ait Deus Aaron: Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi, & filijs ac filiabus tuis, iure perpetuo. Et subditur: Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quod seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. ¶ His ergo præhabitis ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Vna est. Primitiæ præcepto legis naturæ & scriptæ deo debentur, eiusque ministris: atque adeò iure pontificio, ex eadem prisca lege diuina deriuato. Probatur cō clusio ratione illa iam insinuata. Ius naturæ eam nos docuit gratitudinem vt benefactoribus gratias redderemus. Deus autem est primus naturalium omnium beneficiorum author: illi ergo primas debemus pensiones eorum omniū quæ nobis natura confert. Quod si quis cauilletur id ei deberi non de præcepto sed de honestate, redarguitur sic. Iure naturæ cogimur Deum nostri nostrorumque author em profiteri: quandoquidem in eo viuimus, mouemur, & sumus. Nam si parentibus à quibus vitam accepimus, vt quæ

Prima conclusio.

Probatur cōclusionis.

to nos loco Decalogus admonet, de his quæ ad victum nostrum possidemus, dum egent, succurrere strictè cogimur, lōgè strictiore iure Deo eandem debemus recognitionem: nō quidem propter eius indigentiam: quia nullā habere potest, sed propeer nostrum commodum & eius gloriam. De hac itaque ratione sic mortalium vniuersitatem natura erudiuit, vt ethnicis etiam fuerit cunctis seculis (vt suprà dicebamus) notissima. Ob idque nō spe ciatim quæsiuimus hic an Christiani, sed vtrum homines, scilicet cuncti mortales primitias soluere teneantur: ad quos idcircò vniuersos responsio protenditur. Vnde Romani, vt Plinius in eorum historia libr. 18. ca. 2. refert, nihil anteà de terræ nascentibus degustabant quàm sacerdotes nouarum frugum ac vini primitias libarēt. ¶ Sed occurret hic fortè nobis obuius quispiam, rationem hanc non esse ad debitum primitiarum concludendum propriam, sed hoc tantùm euincere quòd teneamur Deo religionis lege sacrificia offerre, vt suprà dictum est. Quibus eum conditorē nostrum profitemur. Primitiæ autem longè à sacrificijs distāt, cùm simplices sint oblationes. Respondetur autem aliter nobis naturalē rationem sacrificia persuadere, aliter verò reliquas oblationes, ac singulariter primitias. Nam Deo quatenus Deus est, supremum scilicet per se bonum, honores debemus diuinos, atque adeò obedientiam. Qua vtique ratione rem illi diuinam facere & sacrificare tenemur. Sed præterea quia fructus terrę nobis quotidie suppeditat, colligimus ad eius honorem accedere, de his quę nobis donat partem illi libare, & singulariter rerum primitias: quibus profitemur illum esse primum supremūque authorem cuius nutu & solis circuitus & aēris clemētia hęc nobis affatim progignūt. ¶ Altera conclusio. Etsi ius naturæ antiquitus diuina lege expressum nos huiusmodi primitiarum oblationis admoneat, tamen qualitates & circunstantiæ: nempe personæ quibus tradendæ sunt & materia: videlicet an de primis omninò fructibus: atque adeò quantitas legibus humanis patriæque vsu & more nobis compertæ & legitimæ sunt. Olim nanque primitię singulariter sacerdotibus obueniebant: decimæ verò Leuitis. Iam verò nunc decimæ vice versa sacerdotum sunt: primitiæ verò plurimum sacrilis sacrorumque ædituis deputantur. In aliquibus tamen ecclesijs in fabricæ sumptus consignantur, & nonnunquàm ipsis eisdem sacerdotibus. Neque verò tam exactè deposcitur vt de primis soluantur fructibus. Neque de holeribus aut leguminibus, sed de frugibus tantùm. Illa enim omnia antiquis patribus legalia erant: quibus nos ideo modò minime obligamur. Tanta enim cōmendatione ius illud decimarum ac primitiarum Deus illo seculo indixit populo suo, vt quemadmodum Exod. 34. legitur, hebdomadarum solennitatem in primitijs frugum messis triticeæ celebrari præcepe rit, quæ nobis non est in vsu. ¶ De quantitate autem primitiarum nihil vel in veteri velin nouo testamento scriptum legimus: præterquàm illud Ezechie. 45. Hæc sunt primitiæ quas tolletis: sextam partē Ephi de coro frumenti, & sextam partē Ephi de coro hordei. Mensura quoque olei Batus de quolibet coro Super quibus verbis Hieronymus declarat illud ad decimas pertinere. Nam Ephus decima pars cori erat: sicut Batus in liquidis. Qui quidem corus triginta continebat modios. Subdit autē idem sacer Doctor verba isthęc quæ extrà, de decimis, ca. 1. referuntur. At verò primitię quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine definitæ: sed offerentiū arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam: quòd qui plurimum, sexagesimam partē dabant sacerdotibus: qui minimum, inter. xl. & lx. licebat quodcunque voluissent offerre. Hæc in antiqua lege. In noua autē nulla signata est quota. Sed in Hispania si cui prouentus vltra decem modios obuenerit, vnum soluit: etiam si vsque ad mille aut decem millia ascenderint. Et in alijs locis magis est tenuis solutio. In hoc enim plurimum consuetudini defertur. Quin verò vbi decimæ ad totum ecclesiarum cultum affatim abundarent, nisi consuetudo aliud contineret, non esset cur & primitiæ legis obligatione exigerentur: nam quòd diximus naturale ius primitias solui iubere, decimæ tunc satis supplerent.

Hieronym. Ephus decima parscorit sic Batus in liquidis.

Ad primum argumentū.

AD autoritatem ergo suprà positam Exod. 25. respondetur, quòd nomine illic primitiarum, vt litera planè docet, intelligebantur oblationes quas populus ad templi ornamenta fabrefacienda admonebatur facere: videlicet vt vnusquilibet aurū cōferret, aut argentū, aut hyacinthū, aut purpurā, aliāq; id genus pretiosam suppellectilem ad vasa paramentaque templi fabricanda. Quod autem Exod. 13. primitiuorum oblationes, signa, hoc est cæremoniæ appellantur, Sanct. Thomas non negat, sed respondet vt arti. 1. de oblationibus in genere respō

Universidad de Deusto
Biblioteca

debamus. Nempè illas præcisè cæremonias sanctæ Christianorum Ecclesiæ non licere ex lege veteri instaurare, quæ figuræ futurorum erant: eò quod iam modo mèda essent. Aliàs tamen quæ duntaxat in recognitionem beneficiorum Dei adhibebantur, cum eadem apud nos ratio permaneat, non est quod nobis nō liceat instituere. ¶ Ad 1. secundū respondetur quòd primitias vetus populus Deo non solū debebat ob fructus quos terra Dei benignitate profert: verùm & ob terras ipsas quæ eius beneficio tum illis promissæ fuerant, tum etiā donatę. Hæc ergo secunda causa nō est apud nos superstes: sed prior. Tametsi cum & mūdum ipsum Deus obi nostri gratiam condiderit, nobisque subiuderit in possessionem dederit, iuxta illud Psalmi: Terram autem dedit filijs hominum: hāc etiam de causa debentur illi primitiæ. ¶ Tertium autem iam solutum est, vbi diximus quantitatem primitiarum non esse lege præscriptam: quia cùm intra oblationum lineam comprehendantur, deberent saltem spontanei aliquid retinere.

Ad secundū argumentū.

Ad tertium argumentū.

QVÆSTIO QVARTA, De decimis.

Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 87.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm homines teneantur dare decimas ex necessitate præcepti.

POST oblationes sequitur de decimis sermo. Apparet enim non omnes homines ex necessitate præcepti ad earum solutionem teneri. Illud enim præceptum extat Leuit. 27. vbi legitur, Omnes decimæ terræ, siue de frugibus siue de pomis arborū, Domini sunt. Et infrà: Omnium decimarum ouis, & bouis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt: quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. hoc autem præceptū inter moralia eò referri nequit, quod moralia natura iubet: quæ tamen nō decimam potiùs quàm vel vndecimam vel nonam partē præcipit. Si autem cęremoniale fuerit aut iudiciale, iam satis lib. 2. monstratum est, quem admodùm illa fuerint antiquata. ¶ Secundo. Illa soli Christianis, quorum fidem vniuersi mortales suscipere tenentur, sub præcepto cōcludantur, quæ Christus vel eius apostoli nobis indixerunt: secundum illud Matthęi vltimo, Docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui vobis. Et Paulus Actuum. 20. Non subterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Sed neque inter Christi neq; inter Apostolorum documenta obligatio vlla legitur decimarum. Quòd enim dō minus de decimis Matth. 20. meminit, Vę vobis qui decimatis menthā, & rutam, &c. hæc oportuit facere ad tempus præteritæ legis ferendum censetur: secundum illud Hilarij super Matth. Decimatio illā holerum quæ in præfigurationem erat vtilis, non debebat omitti: ergo tempore gratiæ dilolutum nobis est decimarum iugum. ¶ Tertiò. Tempore gratię ea solū ex lege veteri nobis relicta sunt, q̄ nobis natura iubet: quare neq; ad plura tenemur quàm gentes antè illam legē: illis autem seculis non exhibebantur ex præcepto decimę, sed ex voto. Legitur enim de Iacob, Genesis. 8. quod votum Deo vouerit, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, &c. cunctorū quæ dederis mihi decimas offeram tibi: ergo neq; nos arctius decimas debem⁹. ¶ Quarto, Sub illa priscorum lege trinæ soluebantur decimæ. Primę quidem tribui Leuitę de quibus, vt articulo proximo dicebamus, legitur Numer. 18 Leuitę decimarum oblatione contenti erunt: quas in vsus eorum & necessaria separaui. Secundę, de quibus Deuteron. 14. refertur: Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis quæ nascuntur in terrā per annos singulos: & comedes in conspectu Dei tui in loco quem elegerit Deus. Ac demū tertiæ, de quibus inibi protinùs subiungitur: Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascūtur eo tempore: & reponer intra ianuas tuas, venietque Leuites qui aliam non habet partem neque possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, quæ intra portas tuas sunt: & comedent & saturabuntur. A secundis autem atque à tertijs lex gratię nos absoluit: ergo pari modo ab illis primi generis. ¶ Quinto. Quicquid absque temporis determinatione præcipitur id nisi tempore congruo soluatur, in culpa constituit negligentē: ergo si necesitas eos qui Euangelium profitentur ad decimarum solutionem vrgeret, fieret subinde consequens vt quibus terris cadē solutio non est in more, criminalis delicti rei essent, non modò non soluentes, verùm & ecclesiæ

Prima ratio à parte negatiua.

Secunda rō.

Hilarius

Tertia rō.

Quarta rō.

Quinta rō.

ecclesiæ ministri dissimulantes: quod nō est dignum vt facilè concedatur. ¶ In contrarium autem est Augustini testimonium. 16. quæstio. 1. canone, decimę, vbi ait, decimæ ex debito requiruntur. & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt.

IN quæstionis vestibulo appendēdum sta tim discrimen est inter decimas ac reliquas oblationes. Differunt quippe secundùm omne causarum genus. Primùm scilicet ex parte finis per quem de cęteris iudicatur, q̄ reliquæ oblationes Deo in eius honorem immediatè, vt cum scholasticis loquamur, dedicantur: quamuis in vsum ministrorum deinde redundent: quippe qui nomine ipsius eas suscipiunt, vti in sacrificijs expositum est, quorum cæremonia diuina maiestas colitur: atq; in primitijs quæ pro susceptis fructibus eidē rependuntur. Decimæ verò, veluti hic ait. D. Thomas, ceu ministrorum stipendium sunt peculiariter institutæ. Hoc vtique libro. 3. sub titulo de acceptione personarum satis superque monstrauimus. Sic enim habetur Nume. 18. Filijs Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo seruiūt mihi in Tabernaculo fœderis. Et infrà de eisdē decimis: Pretium est pro ministerio quo seruitis in Tabernaculo testimonij. Et Malach. 3. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea. Et eadem ratione sub lege gratiæ soluuntur sacerdotibus pro altaris obsequio, sacramentorumque administratione, secundum verbum Christi Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua: & illud sępe citatum. 1. ad Corinth. 9. Nemo suis stipendijs militauit vnquam. Quod Innocentius tertius in eandem sententiā, extrà, de prębend. citat, ca. Cùm secundùm Apostolum. Atque hoc, quod loco citato satis superq̄; indicauimus, fundamentum est eorum maximum quæ non modò hic dicenda sunt, verū & lib. sequenti repetenda. Ex hac sequitur secunda differentia ex parte materię: nempè q̄ cùm reliquæ oblationes nō sint ex rebus omnibus necessarię: decimæ tamen ex cunctis quę vel domi vel in agro procreantur secundùm strictum ius persoluuntur. Ac demum tertia differentia sumitur ex parte formæ: q̄ cùm reliquę oblationes vltrò offerantur, vel saltem quo ad quotam, Decimæ tamen rigore præcepti, eædemque sub illa quota quam nomen sonat, debentur. ¶ His sic tenuiter prænotatis, quatuor conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prima. Decimarum solutio ex præcepto iuris debetur, partim diuini ac naturalis, partimq; humani. Nam quòd in genere ecclesiæ ministri populi sumptibus sustententur, naturale præceptum est, atque adeò in lege veteri moralium numero comprehensum. Quòd autem pars fructuum decima eisdem sumptibus mancipetur, iudiciale tunc ius erat, atque adeò in nostra lege pontificiū. Vtraq; pars patentissima est. Si modò tamen illud inter moralia iudicialiaque discrimen recolas, quod li. 2. latè dilucidauimus. Est enim morale præceptum, quodcunque ex naturæ principijs ceu syllogismi cōclusio elicitur: veluti illud, Non occides: ex illo generali, Id nè facias alijs, &c. Iudiciale autem est illud ad q̄ speciatim arbitratu quodam ab vniuersali deducitur: vt si vniuersale illud, Aliquid Deo est offerendum, sic arbitreris, vt binam vitulam offeras, aut aliud quoduis animal. Hoc ergo discrimine supposito, facilè conclusio liquet. Et quidem prior pars præcedenti quæstione sub titulo de religiosorum paupertate satis est nobis demonstrata. Etenim quicunq; reipub. in re necessaria administrant & seruiunt, ius habent stipendium ab eadem republic. suscipiendi, imo & exigendi: administratio autem diuini cultus reipub, necessaria est: imò verò multò plusquàm secularium magistratuum: ergo eiusmodi administris stipendium respu. debet, idq; multò æquiùs quàm quæ principibus ac militibus cōferuntur: nā diuino ordine temporalia spiritualibus inseruiunt. Quare Deus iure optimo ecclesias earumq; ministros instituit: in quorum sustentationem tanquàm rerum Dominus imperare populo potuit quam ipse iustam censeret bonorum suorum portionem. Hoc ipsum naturale ius docet Paul. 1. Corinth. 9. Altera verò conclusionis pars nihilo patet obscuriùs. Ius etenim naturæ non nisi ministrorum pro eorum numero & dignitate sustentationem iubet. At verò qualis esse debeat populi pensio, id arbitrio prudentię eque reipubli. pro rei qualitate statuēdum relinquit. Deus aūt qui populum illum priscum peculiari cura gubernabat, quoniam è duodecim tribubus vnam diuino cultui administrando mācipauit: quæ ideò agriculturę vacare nō poterat, atq; adeò nec propriam sortem in terra promissa erat possessura, nè minùs reliquis, imò aliquantulo plus tanquam honoratior de terræ fructibus perciperet, decimam partem singulis reliquarum tribuum in eorundem Leuitarum subsidium imperauit: vt patet Leuit. 23. & alibi crebrò. Atq; ob id etiam quod cùm forsan solutio nō tam exactè fieret, paulò plus obue

Probatio cōclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niebat illi tribui quàm cæteris. Nam ex centum decem quæ vndecim simul tribus quotã mis in horrea cõdepont, vndecim reddebãt Leuitis, atq; adeo aliarum singulæ retinebãt nõ nisi nouem. ¶ Ex quo fit præceptum illud de quota, fuisse, vt ait Sanct. Thom, iudiciale vetus, alia multa ad seruandã populi æquitatẽ & decorem. Tametsi ex consequenti aliquid etiam in futurũ significabat, sicuti & fere cũcta eorum gesta fuerũ. Omnia in figura cõtingebant illis, Decima enim pars perfectionis symbolum est, quippe cum denarius reliquorũ sit numerorum supremus limes, omnes concludens. Quã ideò quotã protestabatur ille populus legem suã & statutum non esse perfectum, sed eius complementum à Christo fuisse dependens. At verò licet hac ratione quodãmodo præceptũ illud cum cæremonialibus conueniebat, tamen non erat eiusdem generis: quia non præcipue significandi gratia erat constitutum.

Cerollariũ.

Ex eãdem.

Secũda conclusio.

¶ Secunda conclusio. Inter cæremonialia & iudicialia legis præcepta sic differebat, vt circa finem secundi lib. demonstrauimus, & paulò ante hac repetiuimus, ꝙ cæremonialia nõ licet post Euangelium integrare: iudicialia verò quatenus quantũ ad vim illius legis fuerint prorsus antiquata, possunt nihilominus non nulla Christianis instaurari. Quẽadmodum lex talionis: & quòd qui ouẽ deprædatur quatuor reddat, potest à principe modò lege institui.

Tertia conclusio.

¶ Tertia cõclusio. Determinatio decimarum ad istiusmodi quotam est de iure ecclesiastico & pontificio: quod prudẽtibus cõsiderationibus institutũ est. Atqui in primis quod id posset ecclesia constituere, haud dubium est, cùm non fuerit ex eo cæremonialiũ genere quod aliquid nouæ legis præfigurabat: sed iudiciale, idq; ad cultum diuinũ pertinens: quod apud nos excellentius permanet Sed quod eandem debuerit imperare quotã,

Probatio.

Probatur tam ex parte populi quàm ex parte sacerdotum. Ex parte quidem populi: quia Euangelicus antiquo dignitate præstat, abundantioriq; est iustitia præditus: secundum illud Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus ꝙ Scribarum & Pharisæorũ, non intrabitis in regnum cælorum. Ex parte quidẽ sacerdotum: quoniã longè sunt excellentioris dignitatis quàm antiqui, excelsiusq; tractantes sacramentũ: vt. 2. ad Corinth. 3. monstrauit Apostolus. Decimarũ ergo genus ex iure naturali ortum habet: species verò ab humano per ecclesiam merito sancita est.

Quarta cõclusio.

¶ Quarta cõclusio. Hæc decimarũ quota pro temporũ, locorũq;, & personarũ qualitate & opportunitate maior potest minorẽq; secundũ ecclesiæ iudicium institui: conclusio est superioris appendix. ¶ Circa corollariũ primæ conclusionis, qua assertum est decimas ad iudiciale ordinem spectare, ambigere quis forsan posset: tum ex eo quòd cùm ad diuinum cultum attineant, cæremonia potiùs esse videntur: tũ præcipuè ex ea. Tua nobis dẽ decimis, vbi Innocentius Tertius ait Deum sibi in signũ vniuersalis dominij reddi præcepisse: vnde fit vt ad cultus religionem spectent.

Dubitatio.

Solutio.

¶ Ad hoc tamen facilè per eà quæ dicta sunt respõdetur. Haud enim deo immediatè sicuti sacrificium offeruntur, sed ministris tanquã merces solũtur, perinde atq; principibus tributa: itaq; nõ sunt ipsæ cultus, sed ministrorũ stipendia cultui qui deputãtur: secundũ verbũ Malachiæ citatũ, vt dictum in domo mea. Quare statim Propheta subdit, propterea ꝙ decimę nõ soluebãtur, inhibuisse deum pluuiã, famemq; populum oppressisse. At verò quia Deus ecclesias, sacramentaq; eorumq; ministros instituit quibus stipendia hęc cõsignauit, ideò ait Pontifex in signum vniuersalis dominij Deo exhiberi. Cõfirmatur hæc nostra solutio: quòd quota tam nostris ꝙ antiquis ecclesiæ ministris ad æqualitatem in populo seruandã, atque adeò ad humanitatẽ plebis, honoremq; qui sacerdotibus debetur cõstituta est: quod est indicium in ordine existere iudicialium.

Argumẽ.

¶ Aliud autẽ ex eodem canone argumẽtum sumitur: nempè non modò decimas secundũ genus & substãtiam, verùm & quotas esse de iure diuino: nam Papa illic de decimarum integritate loquẽbatur: sed de hoc statim in solutione postremi argumenti, vbi iterum dicere repetemus quotam nõ esse de iure diuino: quippe quum lex vetus nil nos obliget, & de huiusmodi quota nihil in nouo sacro eloquio scriptum sit, sed extant ecclesiasticæ & pontificiæ cõstitutiones, instar antiquæ legis factæ: vt patet toto titulo de decimis. & 16. q. 1. & alibi crebrò. Obligant nihilo minùs eadem sancta decreta sub reatu lethalis criminis: ita vt vbi desuetudo culpam non excusaret, sacrilegium esset eandem quotam nõ persoluere.

Corollariũ.

¶ Ex his subinfertur, vt in quarta conclusione diximus, eandem quotã variari posse, & dispensatione pontificis & minui & tolli. Dum tamen id quod iuris naturalis est, sit semper superstes & saluum: nempè vt aliqui de ecclesiarum ministris pro sua dignitate & munere alimenta suppetant, reliquaque vitæ subsidia. Hoc enim nulla desuetudo vel dispẽsatio

dispẽsatio violare potest. ¶ His ergo quæ patentia sunt prænarratis, potissimũ hic dubium, idẽque explicatione dignissimũ, tertia nobis offert cõclusio. Nam si hanc quotã, vt cõpertissimum est, neq; lex Euangelica neq; vlla per inde diuina nobis imperat, videtur ecclesia nimium à Christiana familia pro suis administris exegisse, atq; adeo neq; æquitatẽ seruasse antiquæ legis, neq; humanitarẽ quã noua debuisset indauere. Nam si in illo Hebraico populo decima templi ministris addicta fuit, ratio id postulabat. Erant siquidem Leuitę duo decimas pereiperet, non erat enormis excessus, cùm reliquarum singulę retinerent nouẽ. Eò potissimùm quòd vxores habebant & alẽdam familiã. Clerus autẽ Euangelicus curatorum, quibus solis (si Caietano credamus) debẽtur pro suo ministerio decimæ, forte non est centesima pars populi: aut plurimũ quinquagesima: quòd ergo à reliquis quadragintano uem totidem recipiat decimas, singulisq; cæterarum non fiant nisi nouem reliquæ, nulla ferre videtur æquitas. Atq; ob id maximè ꝙ neq; vxores, neq; sobolẽ habere debẽt. Et ex alia parte decimæ Christianis etiã personales imperantur, quæ antiquitùs nõ erant in vsu.

¶ Ex quibus fit cõsequens neutram earum rationum, quibus tertiam conclusionem Sanct. Thom. fulciuit, esse solidã. Nam etsi populus Christianus iustitia præstare debeat Hebræo, non est necesse in hoc abundare vt supra iustum sacerdotibus suis effundat. Et quãuis sacerdotes sint præ antiquis honorãdi, nõ tamen tanto stipendiorũ aceruo. ¶ Hæ sunt rationes quibus tum alij, tum præsertim hoc loco Caietanus cõuicti, non aliam iustitiam in decimarũ quota reperiunt, quàm ꝙ clericis nõ pro ipsis solis, sed pro pauperibus quibus ecclesiæ fructus dispensare tenentur, persoluitur. Et quidem si id duntaxat authores isti sentirent ꝙ ecclesiastici strictiori lõge sanctioriq; misericordiæ vinculo quàm laici tenentur in pauperes esse benefici, assertio esset certissima: cõtendunt tamen decimas illas nõ omnino tanquàm dominis solui, sed tãquàm dispensatoribus concredi: quarum partem rigore iustitiæ tenentur egenis refundere. Imò tanta obligatione, ait Caieta. quanta eis eædẽ debentur decimæ. Vnde fit istis autoribus cõsequens, vt secus facientes, sint restitutioni obnoxij. Hoc ergo profectò nõ tanta probabilitate pollet, quin contrarium sit longè probabilius: nnõ, ni fallor, certa ratione vetum: vt libro sequenti constabit. vbi de hac re amplam disputationem adornamus: à qua ideo in præsentiarum supersedendum nobis est. At verò quoniam hoc potissimũ eorum est argumentum quo aduersarij suam opinionẽ fulcire cõtendunt, respondere hac de re illis est nunc operæpretium.

Solutio pro posito dubio.

¶ Primum ergo contrarium fundamentum si fieri potest, affirmemus: nẽpè decimam sub hac quota nõ exuperare iustum stipendium ministeriorum ecclesiæ: eã si tanquàm veris dominis tota eis adiudicet. Et probatur cõtraria ratione illius qua aduersarij vtuntur: Iustus numerus clericorum qui ad cultum diuinum in lege gratiæ necessarij sunt, nõ tanta proportione minor est reliquo populo vt iniuste decimã suscipiant. Imò fortasse duodecima est pars populi, sicut olim Leuitica tribꝰ, aut plurimùm quintadecima, vel multo minor quàm vigesima. Probatur hoc. In lege veteri vnicum erat duntaxat templũ quo oẽs duodecim tribus ad sacra cõfluebãt: neq; nisi quater in anno: nam tot erant duntaxat præcipuæ solẽnitates: in nostra verò ecclesia vix sunt centum domus quæ non habeant vnum templum, cui quotidie ab omnibus sacerdotibus seruitur: nã illi per vices hebdomadatim seruiebant. Si ergo in seruitium vnius præcisè tęmpli duodecima pars populi erat conscripta, quidnã miraculi est si æquas his nunc pars tantæ templorũ multitudini ad ministrandæ mancipetur? quandoquidem ratio mediorum à fine sumitur. Sed ait Caieta. solis clericis qui curam habent animarũ, decimas deberi: cuius profectò assertionis nescio quódnam habere potuerit fundamentũ: nam attulit nullum. Enimuerò si templo illi quo nõ nisi Arca testamenti custodiebatur tam, numerosa cantorum aliorumq; ministrantium copia, vt in libris Paralipom. legitur, deputata fuit: cur nõ in templis nostris, quibus corpus Christi adoratũ & colitur, nõ prẽter paroecios amplior sacerdotum numerus dedicetur: quibus, vt iuxta verbum Malach. cibum habeant in domo Dei, decimæ contribuantur?

Ratio prima assertionis proximæ.

Secunda ratio.

¶ His autem insuper adiungamus, sacerdotes nostros multò esse sublimioris dignitatis quã illos: vtpote in quibus amplissimus esse debet Antistitum numerus: mox & Canonicorum quibus ecclesiam præfulgere congruit, qui adeò necesse habent ministros & familias habere. Nam si quis nobis obijciat debere omnes in paupertate viuere, profectò nemo esset qui huic sententiæ refragaretur, si possibile esset vt tantus clericorũ numerus, quantus necessarius est, decenti sanctitate polleret: nã tunc citra aliũ ornatũ populo haberet in pre

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio. At quia id fieri nō potest, necesse est conditioni humanæ indulgere: Haud enim esse omnes possunt vt D. Martinus aut Nicolaus: atq; adeò sic sacerdotes familia & autoritate honestare, vt populus eos nō despicetur, sed tanquā præcipuos reipub. colat. Quare nullū est indecorū si episcopi, ceu alij magnates vivant: & canonici, sicuti alij nobiles: & sacerdotes, velut alij ciues. Etenim documentū huius rei manifestū est q̄ in illis prouincijs vbi sacerdotes nimia egestate premuntur, vilescūt in conspectu populi atq; inde sacramenta & res sacræ eò inclinant, vbi in opprobrio habētur. Quocirca vt aliud ineamus argumētum, nō coercet sacerdotes nostros propter sacramentorum dignitatem opifices esse, manualesque operas exercere, quod Leuitis licebat. Colligamus ergo quòd si tantum esse decet tamq; præclarū ecclesiasticum ordinem, cunctosq; adeò eius gradus cum suis familijs pendamus, nō nimis est pars in populo quā duodecima, seu vt dicebam, quintadecima.

Cōfirmatio. ¶ Præterea sacerdotes nostri vacare debent literarum studio, atq; adeò hoc negotio patrimonia sua insumere. Quare reperiri non possent qui absq; aliquo proposito præmio tantos facerent sumptus, tantumq; & ætatis & laborum dispenderent. Nam qui hoc religionis dunt taxat amore facerent, quàm rarissimi essent. Quapropter consulere ecclesia debuit humanō ingenio, cuius imbecillitati cōuenire. Fateor equidē ingentes ecclesiastica sacerdotia iniquissimè esse distributa. Quare alij abundant, neq; citra scandalum pompis aliarum luxurie exuberant, alij verò esuriūt: tamen si ad normam diuini iuris pro qualitate & dignitate personarum ejusmodi fierent distributiones, constaret liquidò sanctionē ecclesiasticam de decimarū quota non esse superfluam, sed æquissimam. Atq; hac ratione in primitiua ecclesia vbi syncerius colebatur fides, multi de sua substātia ecclesias locupletabant.

Tertia ratio ¶ Accedit huc quòd decimæ non ita exactè vbique exoluūtur, sed multis in locis exiliores sunt q; cœnobia multa atq; hospitalia illarum fructibus fundata. Supra hæc & ingruente aliqua ecclesiæ calamitate necessarij sunt ampliores sumptus iuxta rationē & regibus adiudicatus iam est bonus decimarum, cumulus. Hæc igitur cuncta ecclesia maturè prospexit, dum decimas edixit. ¶ Haud ergo ad iustificandū hanc legem est ad id suffugere opus, quòd clerici de iustitia teneantur sua bona eleemosynis dispendere. Quare meditatissimè D. Tho. hanc rationē inter probandū conclusionē tertiā nō cōmemorauit, sed illarum tātū meminit q̄ noster populus iustior esse debet antiquo, nostriq; sacerdotes amplioris dignitatis. At verò quia lex misericordiæ perstrictiùs clericos cogit, subdit idē sanctus Doctor bis aut ter in hac quæstione q̄ decimæ dantur sacerdotibus vt sint in pauperes effusius benigni. ¶ Et quò potissimū propositi nostri argumentū in calce ponam⁹, arguitur tandē. Quota decimarū nihil aliud est quàm moderatio & specificatio naturalis iuris: ius autē naturæ in hoc tantū decimas imperat, vt sint ministris ecclesiæ in alimentū & stipendium: ergo quota de rigore iustitiæ ad hoc precisè instituta est, non in vsus pauperum. Nam & Caieta. ipse in præsentiarum cōcedit quòd decimæ quantū ad ius naturæ in victum tantum debentur ministris: sed ius eleemosynarū est, inquit, vt auctiores eisdem sacerdotibus pro pauperibus tribuantur. At vero nescio cur esset cogēdus populus vt eleemosynas pauperū sacerdotibus concrederet. De hoc autē infrà loco citato. ¶ Igitur nemo debuisset, ppter illā excogitatā proportionē q̄ clerus non quinquagesima pars populi in hanc descendere sententiā, quòd Clerici teneātur de iustitia sub pœna restitutionis sua stipendia pauperibus impertiri. Nā res tāti momenti absque ecclesiæ expresso decreto certē nō est affirmanda. Dixerim excogitatam proportionē: nam vt summatim cuncta complectar, si experientiam, qua moralis scientia nititur, consulas, nulla est ciuitas aut insigne oppidum vbi nō multò plures reperias ditiores quàm sint sacerdotes. Fictitium ergo est dicere quòd habeant ipsi quinquagintano uē decimas: & singuli in reliquo populo nouē.

Ad primum argumentū. Ad secundum argumentū. PRimum igitur argumentū satis superque discussum est atq; dilutum. Ad secūdum verò respondetur, decimarū præceptum, quà parte naturale est & morale, illic esse à Christo designatū: vbi Luc. 10. ait dignū esse operarium mercede sua: locupletius autem. 1. ad Corint. 9. ab Apostolo inculcatū: vbi tā multis naturalibus ciuilibusq; exemplis constituit vt qui altario seruit de altario viuat. Sed quantū ad quotā, commissum fuit ecclesiæ iudicio & sententiæ. ¶ Ad tertiū respondetur, ante tempus antiquæ legis ab Adam vsq; semp viguisse idem mandatū quatenùs naturale est. Fuerunt enim semper in quacunq; republ. bene instituta sacerdotes qui ferūtur fuisse primogeniti. At verò ga nō erant certo numero decreti, quotā vnaquæq; respu. suo arbitrio instituebat, vel aliunde suis prouidebat sacerdotibus.

Ad tertium argumentū.

dotibus. Abrahā autem, vt legitur Gen. 14. prophetico instinctu decimas obtulit Melchisedec: qui, teste Paulo, figurā nostri sacerdotij præferebat. Et eodem fortè spiritu Iacob easdem non certis sacerdotibus, sed Deo vouit. ¶ Ad quartum respondetur q̄ cum in illo quondam populo tam frequentia iterarētur sacrificia, necesse habebant præter decimas Leuitis soluendas, secundas etiam ad sacrificia offerenda reseruare. Quæ nobis quibus iam illæ victimæ cessarunt, nō imperantur. Tertium verò decimarum genus quæ cū pauperibus diuidūdæ erant, in noua lege mādato misericordiæ augeturæ; quos nos identidem Christus admonuit vt essemus in pauperes profusi. Ait enim Lucæ. 11. Quod superest, date eleemosynam. Addit autem D. Tho. & decimas quæ ministris ecclesiæ dantur per eosdem deberi in vsus pauperum dispensari. Quod non intellexisse de præcepto iustitiæ sed misericordiæ, inde constat, quod hoc cū altero præcepto eleemosynarum adiunxit.

¶ Postremo verò argumento illa tangitur dubitatio, vtrūm per desuetudinem abrogari ius possit decimarū: quæ ex altera pendet, An de cimæ sint de iure diuino. Et quidem nōnulli interpretum canonici iuris super ca. in aliquibus, de decimis, cēsent omnino esse de iure diuino, etiam quantū ad quotā: nam postquā illic dicitur decimas cum integritate esse soluendas, subditur: quia debentur ex lege diuina, vel ex loci cōsuetudine approbata. Et ca. Parœcianos, eodē titulo, legitur decimas non ab homine, sed ab ipso Domino esse institutas. & ca. tua nobis. suprà citato: & ca. Reuerti mini. extrū, de decimis. idem apparet insinuari. Et quāuis aliorum dicta doctorum glossari possint quod intelligant de decimis quantum ad substantiam, Hostiensis tamen in sua Summa, titulo. de decim. §. 7. expresse sustentat etiam quotā esse de iure diuino: dicens tū illud quotæ præceptum fuisse morale, tum legem illam non prorsus cessasse: plurimis id inculcans authoritatibus: subsannansque adeò Raimundū & Theologos contrà sentientes. At verō nō est res quæ in controuersiā venire possit: cum planissimū sit, decimarum quotā in lege veteri iudiciale fuisse præceptum: non morale. Quod Hostiensis nūquàm negasset, si suæ fuisset facultatis rationem discriminis nosse inter morale præceptum & iudiciale. Morale enim (vt sæpe dictum est) conclusio est principiorum naturalium: ex quibus quāuis eliciatur alendos esse ecclesiæ ministros, quod ad decimarum genus & substantiam attinet: tamen quòd hæc aut illa fructuum quota cōtribuatur, nulla lex naturę præcipit, sed quòd id tantum tribuatur quantum eisdem sufficit. Sed glossa quā Paulino verbo ad Hebræ. 7. assuere cōnitit, est annotāda. Ait Paulus: Transacto sacerdotio necesse est vt translatio fiat. Cuius sententia est, legem illam cū Christo expirasse: atque adeo illa cessasse legalia. Et respondet ipse non facere illum sensum: quia nullo modo, inquit, cōcedendum est legem illam omnino cessasse. Sed sensus est, inquit, ius Leuitarum petendi decimas in Euangelicos sacerdotes trāsijsse. Vide quàm facerent consultius qui Theologiam nō profitentur, ab interpretamento scripturæ sacræ calamum abstinere: neque de diuino naturalive iure tractare: quod ipsis messis aliena est. Cessauit enim omnino lex illa, vt latissimè lib. 2. commonstrauimus: præter id, quod vel lex naturæ retinuit, vel ecclesia sanxit. Quotam ergo hanc certissimum est non esse de iure diuino. Sed si quæ inter Decretales & Canones sacros offendātur verba, quibus decimæ diuino iuri tribuātur, vel intelligēda sunt quantū ad substantiam: vel si de quota habeatur sermo, giossandus est vt sit de iure diuino exemplariter, hoc est exemplo vetusti iuris constitutæ. ¶ Igitur vtrūm per desuetudinō aboleri possit decimarū obligatio, D. Thom. negare omnino in præsentiarum videtur: nā respondet in Italia, in illisque terris vbi decimæ non soluuntur, ob id solūm incolas à culpa eripi, quòd ecclesiæ ministri indulgere illis cēsentur nō petendo: sicuti Paulus se fecisse. 1. ad Corinth. 9. testatur. Nam vbi postquàm demonstrauit potestatem habuisse sustentamina ab illis petendi, subdit, non esse vsum eā dem potestate, ne quod offendiculum daret Euangelio Christi. ¶ Est autem responsio hæc D. Thomæ non vsq; adeò clara. Ad cuius igitur intellectum distinguēdum est de decimarum desuetudine. Aut enim pensatur quantum ad quotam, aut in totum. Fit priori quidem modo forsan quis arbitraretur solam desuetudinem sufficere, vt non debeantur: propterea quòd quota non est nisi de iure positiuo. Ac perinde censebit D. Thomam intelligere de cessatione in totum. Sed profectò vtrunque est falsum: primū quidem, non vtique propter rationem Hostiensis, atque aliorum qui dicunt quotā esse de iure diuino, sed quia licet sit de iure pontificio, nihilo minus quia ius illud tū tanta æquitate pollet, tū etiā instar antiqui diuini iuris positum est, nulla contra illud censetur præualere desuetudo.

Solutio Diui Tho. ad præcipuam quæstionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quin posit ecclesia, vbi oportuerit, vti iure suo: nisi annuerit, ac dissimulauerit. Et hæc est mens S. Thom. Noie enim decimarũ quo tam intelligit. Et eodẽ pacto intelligendus est quotlibet. 2. ar. 8. vbi eodem modo respõdet. Et q̃ de quota loquatur, cõfirmatur: nã desuetudo decimarũ in totũ nullatenus ab ecclesia permitti potest: quãdoquidẽ, vt iam monstratum est, ius existat naturale, & præceptũ morale, strictissimeq; diuinũ, vt sint ecclesiæ, vbi res celebretur diuina, sacramentaq; dispẽsentur ac ministrentur, sacerdotesq; adeò & ministri populi sumptibus alantur. Quare super hoc totum ecclesia non habet authoritatem dispẽsandi: neq; ab Spiritu sancto id vnquam facere permittetur. Id quod & vsus ipse palàm ostendit: quoniam neq; in vllo Italiæ angulo, neq; alibi vspiã gentiũ reperitur christianorũ locus vbi nõ sint sacerdotes, quibus vel prouentus annui stati sint, vel populi stipendia. ¶ At verò cõtra prius solutionis membrum exiſtit argumentũ, q̃, vt ait Aug. 16 q. 1. canone, decimæ earũ pensio tributu est animarũ egentium: & qui eas, inquit, dare noluerint, res alienas inuadunt, & pauperes propter illã penuriã fame perẽpti, ab his qui non soluunt occisi sunt. Quare ecclesia nõ videtur cõtra ius pauperũ dissimulare posse. Quòd si dicatur id ob cauendũ scãdalũ sinere: inde fit cõsequens nõ libere id facere: quare nõ soluẽtes nimimẽ videtur à culpa excusari. Ad priorem locum argumenti respõdetur, illud ius pauperũ non esse iustitiæ, sed misericordiæ: nõ solum in soluentibus decimas, verũ & in ipsis clericis: & ideo ecclesia potest dissimulare illa via eisdem eleemosynas extorquere. Ad posteriorẽ autẽ respondetur, q̃ etiã si id ad cauendum scandalum permittat, & nẽ detur, vt ait Paulus impedimentũ Euangelio, nihilominus subditi excusantur: quia laudabiliter id facit ecclesia, spiritualibus tẽporalia posthabens. Vbi autẽ populus animi obstinatione induresceret, nẽ petenti ecclesiæ obtemperare vellet, tunc culpa nõ vacaret. Si autem gens aliqua ea lege vellet in Christianismum sua nonnulla dare, vt decimarũ tributo nullatenus oneraretur, respõdet Caieta. ecclesiam posse ac debere eandem cõditionem recipere. Quod si intelligatur quantum ad quotam, verum est. Attamen vt nullo modo teneretur inuitos ecclesiæ alere, profectò ecclesia sinere non posset, nisi aliunde ipsa vnde viuerent prouideret: nam aliàs illa conditio contraria esset naturali diuinoq; iuri in re quæ apud christianos præcipui est momẽti.

Mens S. Thomæ.

Argumen. Augustinus.

Ad argumẽtum.

ARTICVLVS II.

Vtrùm de omnibus teneantur Christiani decimas soluere.

POST decimarum substantiam subsequitur vt earũ materiã perpẽdamus. Apparet nanq; nõ de rebus omnibus deberi. Decimarũ nãq; pensio ex veteri instrumento originem duxit: illic autẽ nullum personalium præceptũ legitur nẽpè earum rerum quæ homo ꝓpria industria & negotio acquirit: quales sunt mercatio, & militia, & similia. Ergo de istis nullæ debẽtur decimæ. ¶ Secũdò. De malè acquisitis (vt suprà dictũ est) nulla fieri potest oblatio: ergo neq; decimarũ solutio. Nã cùm oblationes propinquius ad diuinũ cultũ accedãt, illæ potiùs de omnibus fieri deberẽt. ¶ Tertiò. Leuitici vltimo vbi decimarum scripta est lex, nõ nisi de frugibus & arborũ pomis ac de animalibus quæ sub virga pastoris transeũt iubẽtur: ergo de minutioribus herbis quæ hortorũ cultura feruntur non debẽtur. ¶ Quartò. Nemo nisi quod in sua est potestate soluere potest: sed nõ omnes fructus qui de prædijs percipiũtur in dãi potestate permanent: nam quædam coloni dominis fundorum pendũt: quędã in mercedẽ famulis: quædã etiã principibus in tributa. Et sæpe aliqua vel furto vel alia via pereũt: ergo de illis nihil debetur. ¶ In cõtrariũ est legis exẽplum Genes. 28. in Iacob, qui aiebat: Cunctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi. cuncta autem quæ homo habet diuinitùs ei donantur: ergo de omnibus decimæ debentur.

Primum argumentũ.

Argumẽ.

Argumẽ.

Argumẽ.

AD quæstionẽ vnica cõclusione respõdetur, de vniuersitã ex terræ prouentibus quàm ex personarũ labore partis, si merũ ius perpẽdas, nec consuetudo obstet, debẽtur decimæ. Probatur. Iudicium vniuscuiusq; rei ex eius proprijs causis radicibusq; sumendũ est: natiua autem decimarum radix est, ꝓ secundùm Apostolũ. 1. ad Corint. 9. spiritualia seminantibus ius cõpetit metẽdi carnalia. Si nos, inquit, spiritualia seminamus, non mirum est si carnalia vestra metamus, hoc enim est instituti ecclesiastici fundamentum: vniuersa autem quæ homo possidet, carnalium voce cõprehenduntur: ergo de vniuersis soluendæ sunt decimæ. ¶ Conclusio quidem præsens multis locis canonici iuris constituta est, vt cap. Tua nobis. de decim, & cap. Reuertimini. 16. q. 1. sed expressius canone, decim. q. qui

Conclusio negatiua.

Probatio.

qui est Augustin. vbi alt de negotio, de militia, de opificio, ac deniq; de rebus omnib⁹ soluẽdas esse decimas. Idemq; ait Cœlestinus Papa. Non est extrà, de decim. vbi habetur quod etiam de venatione dẽbentur. & ca. peruenit. etiam de piscaturis, & de molendinis, &c. & ca. nunitio. additur etiam de apibus. Quapropter celebris esse solet decimarum distinctio, in reales seu prædiales, ac personales. Reales enim sunt quæ de rebus debẽtur: puta de prædiorum fructibus quos terra per solis aëtisq; elementiã natura sua progignit. Personales autem quæ ex personarum operis ac negotijs siue terræ ope exercitis soluuntur.

¶ Quicquid autem veritatis conclusio continet, ratio tamen D. Thomæ nõ magna energia pollere videtur. Colligit enim vniuersalẽ ex particulari: nẽpè quòd si ius suppetat clericis metendi carnalia, de cunctis carnalibus debeantur eis stipendia. Respondetur primò rationem hanc sanctum Thom. adduxisse ad declarandum potiùs defendendumq; ius ecclesiasticum, quàm ad eius necessitatẽ demõstrandam. Secundò. Cùm ius naturę, vt dictũ est, clericis suppetat temporalia pro spiritualibus metendi, nõ eousq; ratio ad aliqua temporalia præponderat, quin eadem ferè de omnibus intelligatur. Nam quod afferri cõtra solet, ex agri fructibus iustius deberi decimas q̃ de opificijs, pro eo quòd fructus illos Deus naturæ author creat: opificia verò aliaq̃ negotia ad humanam industriam attineant licèt quandam præ se ferat probabilitatem, nõ tamen necessitatem. Quoniam & in agricultura industria adhibetur, & in negotijs non deest naturalis Dei concursus. Eò potissimũ quòd decimarũ obligatio, si quę dicta sunt respicias, nõ in illo naturali Dei beneficio fundatur, sed in eo potiùs quòd populus ministros ecclesiæ sustentare tenetur, à quibus sacramenta suscipit. Et ideo quia sunt plurimi qui non agriculturam, sed aliam artem exercent, ijdemq; pariter sunt sacramẽtorum participes, non est quòd ab exactione tributi ecclesiastici excipiantur. Quare verbum Pauli quo carnalia nominat, vniuersalẽ videtur sensum auribus exhibere. ¶ His tamen nihil obstantibus scisciteretur quispiam verũ desuetudo, legitima esse posset præscriptionis causa super personales decimas, nẽ soluantur. Scisciteretur inquam propter Hostiensem in sua Summa, loco citato, atq; alios iuris interpretes sup. c. In aliquibus, de deci. Qui porrò inter decimales personalesq; decimas sic dijudicant, vt cõtra illas inolere posse credãt præscriptionẽ: cõtra illas verò nõ item. Quorũ fundamentũ est illas esse de iure diuino: has verò minimè: quippe cùm loco citato Leuitici vltimo nõ nisi de frugib⁹, & arborũ pomis, & animalibus indicãtur decimæ. At verò iam satis de hac recõtra istos depugnatũ est. Illud nanq; ius antiquum quod iudiciale erat, iam quantũ ad illius legis vim expirauit: ob idq; nõ est tantũ discrimen inter has species mediandũ. Neq; quoadũ ad huiusmodi præscriptionẽ sanctus Thomas inter eas distinguit. Igitur, vt in calce, ꝓximi articuli dicebamus, siue prædiales siue personales decimas existimes, nulla desuetudo aut præscriptio obtinere cõtra ecclesiã vllo tẽpore potest, quo minus dũ ad alendos ecclesię ministros nulla alia pateret via, posset siue ex fudis siue ex personis tributa imperare, quæ eidẽ muneri honestè sufficeret. Porrò cùm dissimulare non posset quin erigãtur tẽpla, ad dicanturq; illis ministri. Hoc autẽ nihilo minus discriminis nõ est diffitendũ quòd iustius paratiusq; alio ex terræ prouentibus, q̃ ex opificijs ac negotijs decimæ exigũtur: eo quòd fructus illi magis sunt naturales. Quocirca si satis suppetũt, prescribi cõtra personales potest: hoc est: nisi cõsuetudo soluendi illas vigeat, dignũ nõ est vt exigantur. Quapropter quòd à seruitoribus de sua mercede decimæ exigantur: nisi mos omni memoria vetustior ad id cogat, nulla apparet æquitas. Ac multò minor ab agricolarum famulis, quibus, ex dicimato aceruo merces soluitur: vt ex Diuo Thom. in solutione quarti colligitur. Sentẽtia enim Augus. quod ex negotio & militia soluuntur decimæ, illic forsan suam retinet vim, vbi prædiales non sunt adeò vberes ac pingues. Quare in Hispania ex opificũ negotiatorũq; lucris nullus est vsus soluẽdi decimas. ¶ Vtrum verò agricola ex aceruo ante decimationẽ operas suas & sumptus, aut saltẽ semina excipere possit, nõ video cur dubitetur, neq; de hoc ratio permittit consuetudinẽ valere: adeò id certũ est nõ licere, vt cauetur cap. Non est. & cap. Tua nobis. & cap. Pastoralis. Quoniam existimandũ in præsentia est genus quoddã societatis inter hominem & Deũ. Homo enim semina sua laboresq; & sumptus ponit: exponitq; Deo confisus periculo. Cum ergo Deus sua benignitate cumulatã frugẽ cõferat, satis est si homo pro suo periculo noquẽ retentis partibus decimam Deo reddat.

Fundamentum superioris sentẽtię.

Solutio auctoris.

A seruitoribus nõ sunt decimæ exigẽdę nec ab agricolarum famulis nisi de hoc vigeret consuetudo.

AD primum igitur argumentum respondetur. In veteri populo rationem ob id posuisse vt personales decimæ non exi-

Ad primam argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exigerentur, quòd singulæ vndecim tribus suas habebant prædiorum sortes quarum decimæ satis erant tribui Leui, quæ sorte carebat. Eò potissimùm quòd Leuitæ ab alijs opificijs negotijsque secularibus non arcebãtur: ob idque iniquum erat, vt ex similibus artificijs ab alijs corraderent. Secùs autem in christiana familia, vt dictum est: vbi neque cũcti possessiones habent ex quibus decimas soluant, neque clerici implicare se debent mundi negotijs, vt. 2. ad Timoth. 2. admonet Paulus. ¶ Ad secundum respondetur, malè acquisita in duplici esse ordine. Quædam enim sunt quorum acquisitio iniusta est & iniuriosa: vt furtum, & rapina, ac perinde vsura. Et hæc quà in integrum veris dominis restituenda sunt, decimari non possunt. Secùs de arborum fructibus quæ vsuraria pecunia empta fuerint: nam illi, vt lib. 6. ostensum est, nulli sunt restitutioni subiecti: sicut neq; lucra eiusdem vsuratiæ pecuniæ. Alia verò dicuntur malè acquisita: non quòd acquisitio iniuriosa iniustaúe sit, verùm quòd turpi causa comparentur. Vt sunt meretricum, histrionum, aliorumque id genus lucra. Et istorum, inquit sanctus Thomas, decimæ debentur. Loquebatur tamen secundum sui temporis regionisque morem, vbi Augustini sententia ad plenum in vsu erat. Iam verò modò nullibi, quod audierim, eiusmodi perstat decimarum obseruatio.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertium argumentũ.

¶ Ad tertium respõdetur, quòd cùm decimæ in sortem Leuitarum olim penderentur, debebant honestè & absq; sordibus exigi: ad fordes autem attinet, vt. 4. Ethico. ca. de liberalitate, author est Aristot. mininorum esse hominem exactorem: non erat Leuitis congruens ex minutis holeribus exigere decimas. Sed Pharisæi qui iustitiæ splẽdorem præ reliquo populo ambiebant, de illis etiam decimas persoluebant. Nec verò Redemptor de hoc illos obiurgauit quòd mentham, anethum, & rutã decimarent, sed quòd illa pluris quàm maiora præcepta æstimabant. Imò quãdantenùs commendauit, cum subiungit. Hæc oportet facere, sed alia non omittere, vbi non tam præcepto quàm consilio eiusmodi decimationẽ attribuit. Sub lege autem Euangelica immemorialis consuetudo obseruanda est. Imo vbi aliæ frugum viniq; decimæ malignè prouenirent, exigi de nouo possent hortorum decimæ: vt re vera, extrà, de decimis. ca. nõ est. exiguntur. Præsertim de illis hortis quorum diuenditis holeribus hortulani viuunt. Nam de exiguis priuatis sicuti de diminutissimis holeribus non sunt exigendæ: vt notatur ex cap.

Aristot.

ex multiplici. extrà. de decimis. ¶ Ad quartum deniq; respondetur, q si granum agricolæ ante decimationem sublatum est, tunc decimas, nisi culpata sua negligentia furtum accideret, non debet. Idem profectò arbitror si vel fruges vel iam excussus granj aceruus alluuione aliqua in area perierit. Si enim gratui sua culpa diu illud reliquit in area, profectò non esset à decimarum debito immunis. Secùs si esset à culpa liber: nam quanto tempore sub dio est granum, sacerdotibus etiam periclitatur. Postq; verò in horrea conditum est, iam inde dominus est decimarũ debitor quacunq; strage aut calamitate dispereat. At qui granum aut vinum non decimatum vendit, manifestum est reum teneri soluendi decimam. Quin verò & emptor si sciuerit, nihilo minus obligatur ecclesiæ quousque venditor restituat. ¶ Cæterùm notandum est q cùm decimæ ex rebus diuino munere partis soluantur, nulli subduntur aut mercedi aut tributo: ob idque agricola, neque famulorũ mercedem, neque regis tributum excipere ab aceruo potest, anteq; totius decimã exoluat. Et arbitror nomine tributi cõprehendere D. Tho. etiam pensionẽ quã colonus alieni fundi domino soluit. Itaque si rigorem legis spectes, agricola qui fundũ colit, siue proprij, siue alienum quod ad culturam conduxit, tenetur in integrum de decimis: nisi aliter inter eundẽ colonum ac fundi dominum fuerit cõuentũ. Quare si dominus nõ soluit, ecclesia eõ uenire colonũ potest. ¶ Hinc superiùs colligebamus, mercenarium q ex decimatis mercedẽ recipit, nullam inde aliam debere decimam. Ac perinde & de fundi domino idem colligẽdum apparet ex suis prouentibus quos colonus post decimationem ei soluit.

Ad quartum argumentũ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm decimæ solis clericis debeãtur.

POST decimarum materiã sequitur de personis quibus iure & more debentur. Arguitur enim q non debeantur clericis: cuius contrariũ ex superioribus colligitur. Decimæ antiquis Leuitis addicebãtur, vt ex Numero. 18. iam sæpe citatum est: eò q sorte promissæ terræ carebãt: in nostra verò Christiana familia clerici patrimonia nonnũq; habẽt, & præter decimas oblationes recipiunt & primitias: superfluere ergo illis videtur decimæ. ¶ Secundò. Si clericis iure decimæ debe-

Documentũ

Primum argumentum.

Argumen.

rentur, fieret inde sæpenumerò cõsequẽs soluendi perplexitas. Nam vsu venire potest vt incola vnius paroeciæ fundos alterius colãt, aut fundos in alia habeat quos illius paroecianno colendos locat. Contingit etiam & pastorem eodem anno in pascuis vnius episcopat' aut paroeciæ gregẽ suum pascere: partim verò in pascuis alterius: vel forsan ipse moratur in vna, & bubile habet in alia. Quare perplexi istiusmodi homines essent cuinã ecclesiæ deberent decimas. ¶ Tertiò. Cõsuetudo sæpenumerò habet vt seculares laici decimas in feudum possideant: & nõnullis etiam monachis cõferuntur: nõ ergo solis debentur clericis. ¶ In cõtrarium est quòd, vt Numero. 18. legitur, solis Leuitis adiudicabãtur: quibus in nostra succedunt clerici.

AD quæstionem distinctione præmissã duabus cõclusionibus respõdetur. Duo nãq; in decimis est cõsiderare: nẽpe & ius illas petendi, & res ipsas. Prior ergo cõclusio est. Ius petendi decimas clericis duntaxat merito suo cõpetit. Probatur. Ius spirituale solis cõgruit clericis: vt pote qui spiritualiũ sunt administratores: ius autẽ hoc est spirituale, secundũ illud Pauli, Cum spiritualia seminemus, nihil mirum si carnalia vestra metamus: ergo ius hoc proprium est clericorum. Posterior conclusio. Res ipsæ quæ hoc iure clericis obueniunt, nihil vetat quo minùs eorum concessione in ius laicorum demigrent. Probatur quia res eiusmodi, vt frumẽtum & vinũ, nõ sunt spirituales. ¶ Hic primùm omniũ cõsideratè discernito inter ius petendi & res ipsas. Alioqui falli potes. Enimuerò feudatarij, imò verò reges & principes q bus pars decimarum adiudicata est, nõ solũ decimas possidẽt, verum ius vident habere petendi: atque adeò cùm seculares ipsi sint, ius habere videtur spirituale. Hæc autẽ fallacia diluitur, si in præsentiarum nomine iuris pẽtendi facultatẽ prorsus intelligas petendi à paroecianis decimas, tãquàm propriũ stipẽdium pro spirituali officio: hoc enim ius in sola existit ecclesia, eiusq; ministris qui spiritualia dispensant. Feudatarius autẽ non nisi eiusdẽ ecclesiæ nomine easdem petit decimas. Et pariter rex & secularis Princeps ex priuilegio & concessione eiusdẽ ecclesiæ. Et habere tale priuilegiũ non est habere ius petẽdi pro ,ppriospirituali officio, sed rebus fruì: vel quia res ipsas ab ecclesia redemerunt: vel aliud ei impenderunt obsequium, seu infideles debellandi, seu aliud simile, ob cuius respectum meritò tali præmio donati sunt. ¶ Caietanus in præsentiarũ in sua

perstrepens sententia quam antea retulimus: nẽpe solis clericis curã animarũ gerẽtibus debẽri decimas, ait id sibi hoc petendi duo simul prærequisita nempẽ & altaris ministeriũ, videlicet sacramentorum administrationem, & prædicãtionem spiritualiũ seminationem: hoc est Euangelij prædicationẽ, quorũ vtrumq; per se personæ incumbat. Quare alij clerici alter altaris seruientes & monachi, quibus accidentarię & nõ ex proprio munere conuenit prædicare, eodẽ iure ceu proprio non fungũtur. At verò iam suprà diximus non solum decimas ob sacramentorũ administrationem deberi, verùm & ob alia altaris obsequia: puta cãtare, vt canonici, & ipsi sacrosancto sacrificio altaris administrare: quod diaconorũ munus est: idemq; spirituale. Imò & Leuitis olim decimæ propter templi ministerium cõferebãtur: cum neque in ipsis, neq; verò tunc in sacerdotibus quicquã esset propriè spirituale. Tametsi omnino fatẽdũ sit curatorũ munus functionũ spiritualiũ apicẽ tenere: cuius subinde causa potissimũ debentur decimæ. Nihilo minùs & canonici, & archidiaconi, atq; id genus cæteri, nõ sunt negãdi suo gradu & ordine ius idẽ participare. Sacerdotes verò mercenarij qui nulli sunt addicti particulari ecclẽsiæ, sicuti neq; monachi, eodẽ iure non fungũtur nisi ex priuilegio. ¶ Atq; ex hoc documẽto & discrimine inter ius petẽdi & res ipsas eodem iure acquisitas possidẽdi, elicienda est regula ad perpendendũ quænã sacerdotia ecclesiasticæq; præbendę sint spirituales, quod quidem fundamentum est & basis disputationis de simonia, quam sumus quæstione proximã ingressuri. Illa enim præbẽdia quæ spirituali muneri annexa est, censetur spiritualis. Munus autem spirituale non solùm est sacramentorum administratio animarumq; cura, verùm & alia nonnulla ecclesiæ munia. Cuius contrariũ miror quisnam possit asserere. Aliàs canonicatus & alia peregrina sacerdotia ad ecclesiarum seruitiũ instituta, nõ essent spiritualia: ac perinde neque simoniæ materia: quod concedere error esset.

Caietani assertio.

Refutatur Caietanus.

Regula ad dignoscẽdũ quæ nã præbendæ sint spũales, quæ verò minimè.

AD primum igitur argumentum sanctus Thomas respondet, quòd Leuitis non dabantur decimę vt ex illis eleemosynas præ reliquo populo facerent: nam aliud decimarum genus in hanc pietatem decretum erat. In noua autem lege decimæ nõ solum in clericorum victum, sed & in eleemosynarum vbertatẽ pro egenis cõseruntur: & ideo licẽt præter decimas aliàs clerici possessiones habeãt, siue patrimoniales, siue quas populi benigni-

Ad primum argumẽtũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nignitas & pietas ecclesiæ contulit, quas Leuitæ non habebant: nō ideo decimarum solutio redundat. Vtrùm autem S. Thom. hoc qđ de clericorum eleemosynis affirmat ad iustitiæ rigorem pertineat, ita vt negligentes ad restitutionem teneantur, an verò ad singulare misericordiæ officium, lib. 2. proximo examinabitur. Interim tamē non arbitror de rigore iustitiæ loqui, sed de misericordia ad quā clerici nostri præ Leuitis obligantur: cùm vxoria onera non sustineant; atque adeò plus illis redundet. ¶ Ad secundum respondetur, personales decimas illi ecclesiæ deberi cuius quisq; parœcianus est: vt habetur extrà, de de decim. ca. ad Apostolicę. prædiales autem si rerum naturam nudè perpendas, eidem videntur ecclesiæ deberi, vbi prædia iacent. Nihilo minùs ecclesia mauult se ad consuetudinem referre: vt patet eodem ca. & capit. Cùm sint homines. extrà, de decim. itaque si agricultor est in vna parœcia, colit autem terras alterius, præcipitur inolitā consuetudo obseruari. Nam vtraq; ecclesia potest ius suum allegare. Altera scilicet quòd personæ sacramēta dispensat: altera verò quòd in suo territorio prædia iaceant. Quare multis in locis solent tunc decimę diuidi. ¶ Pari modo si nobilis cuius, qui ciuitatis parœciam incolit fundos in aliquo castro aut pago possideat quos illic colendos locat, ratio videtur deposcere, imò vt plurimùm vsus habet, vt decimæ diuidantur: vbi autem præscripta consuetudo aliud iusserit, sequenda est. Idem Diuus Thomas de pastore respondet, qui verno tempore gregem habet in vna parœcia, hyemali verò in alia: vt scilicet pro rata vtrique pendat ecclesiæ. Est tamen alicubi in vsu vt vbi fœtura gregis tollitur, nempe vbi vel tondetur, vel partus ædit, illic sit decimandum. At verò sanctus Thomas contrarium hic videtur sentire: dicens quòd quia ex pascuis fructus gregis proueniunt, potius vbi sunt pascua decimandum est, quàm vbi ouile locatur. Hæc omnia adnotanda sunt, non ad euellendas inueteratas consuetudines, sed ad sciendum vbi manifesta consuetudo nō viget, quinam sint secūdum rationem eligendi. ¶ Ad tertium denique respondetur, quòd sicut res nomine decimæ partes possunt clerici diuendere, & quomodocunque distrahere, ita possunt & laicis facultatem facere, vt dandas in futurum decimas accipiant, vel ecclesiæ reseruato cēsu, vel in subuentionem pauperum: sicut pontificio priuilegio decimæ hospitalibus & monasterijs annectuntur. ¶ Quibusdam autē religiosis, inquit, Diuus Thomas, cura solet adiungi animarum, atque adeò decerni decimæ. De hac autem pro vtrāq; parte sua quæ rationes exist unt, vtrùm videlicet congruat sacerdotia cum curis animarum monasterijs annecti: nam ex vna parte videntur monachi solertiùs ac vigilantius posse gregi prospicere: ex altera verò propinquius Euangelio, videtur vt proprius parœcijs sit in sua parœcia: qui cum suis subditis conuersetur, eos de rebus consilijs, ope, & eleemosynarum largitate iuuet. Cùm tamen monachi non nisi per vicarium rem administrare possint. Et certè hæc ratio apud me semper inualuit. Mitto antiquitatem Benedictinorū ac Cistertiēsium, in quam non est oblatrandum: sed tamē hac ætate vix huiusmodi faciendis annexionibus suffragari possem.

Ad secundū argumentū.

Nō expedit monasterijs annecti sacerdotia animarū cura.

Ad tertium argumentū.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm clerici etiam ipsi decimis soluendis sint astricti.

POST substantiam materiāque decimarum atque eorū cognitionem quibus debentur, subsequitur tandem vt videamus quinam mortaliū illas debeant. Et primùm q ipsi etiam clerici sint decimarum debitores, arguitur. Ius commune est vt parœcialis ecclesia de cunctis prædijs quę intra suum territorium iacent decimas percipiat. Cōtingere autem assolet vt clerici possessiones etiam habeant, easdemq; vel in sua parœcia, vel fortè in aliena. Et similiter quòd patrimonij vnius ecclesiæ in alterius territorio situm sit: in huiusmodi ergo casibus clerici, quin & ipsa ecclesia decimas debere videntur. ¶ Secundò arguitur. Religiosi inter clericos nominātur: & tamen decimas ratione prædiorū debent ecclesijs in quorū sunt territorio: vt patet in cap. dilecti. & ca. licet. de decim. ¶ Tertiò. Numero. 18. Leuitę præcipiūtur sūmo sacerdoti decimas decimarū soluere: ergo eādē ratione clerici Leuitis succedentes, eaidē Pōtifici Maximo debent. ¶ Quartò. Decimæ nō solùm, vt dictū est, in sustentationē clericorū soluūtur, verùm & in pauperū subuentionē: ergo si clerici à decimarum solutione essent exempti, parirer essent & pauperes: hoc aūt falsum est, ergo neq; illud est verum. ¶ In contrariū autem est capit. secundum. de decim. vbi ait Paschalis Papa: Nouum genus exactionis vt clerici à clericis decimas exigant.

Primum sic arguitur.

Argumen. 2

Argumen. 3

Argumen. 4

Ad

AD quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Vna est. Clerici inquantum clerici, hoc est, in quantum de decimis, quas pro suo spirituali munere recipiūt, & de ecclesiæ fundis, quorum fructibus cleriali iure viuunt, nullas tenentur soluere decimas. ¶ Altera. Clerici nō quatenus clerici, sed qua ratione seculari iure, vel hæreditario, vel emptionis, vel quouis alio terras possident seculares, decimarum sunt debitores: videlicet ex fructibus qui inde sibi proueniunt. Probātur ambæ simul cōclusiones. Neutiquam idē esse potest fundamentum & ratio quidpiam dandi ac recipiendi. Est enim contra naturā vt idem sit agendi patiendiq; principium. Ignis quippe quatenus calefactiuus est, nō est calefactibilis: clerici autem propter spirituale munus functionem ius habent recipiendi decimas, ac perinde fructus prædiorum quæ ecclesia possidet: ergo eadem ratione nihil debent decimarum refundere. At verò nihil obstat quo minus in eadem persona diuersa sint principia, alterum agendi, alterum verò patiēdi. Sicuti aqua quatenus frigida, infrigidat: & quatenus materialis, calefit. Pariter ergo in clerico non obstante spirituali principio recipiēdi decimas inueniri potest specialis possessio, ex qua easdem debeat. ¶ Conclusiones receptissimæ iure sunt: de quibus ideò nihil restat dubitandum, nisi quòd contra tenorem secūdæ cōclusionis aliquibus cōcessa extant priuilegia. Cistertiensibus nanq; & hospitalarijs cōcessit Alexāder Tertius vt de prædijs quæ quomodocunque possiderent, si proprijs manuum laboribus illa colerent, decimas nō soluerent. Idemq; cōcessit Adrianus, vt patet capi. Ex parte, extrà, de decim. & intelligebatur etiam si illa colerent per suos famulos. Quare cęterorum nulli, siue clerici, siue monachi exiruntur, quin illas debeant etiam si ipsi arua sua colant. Nisi simili eximuntur priuilegio. Dum autem terras easdem colonis locant, multò minùs dubium est quin eiusmodi decimarum sint debitores: vt illic habetur ca. Licet. & subsequenti, Ad audientiam. Quanuis & super his cōsulenda sit etiam consuetudo. ¶ At verò postquàm de personis hic loquimur quæ ad decimarum pensionem tenētur, quæritur vtrùm nō modò Christiani, verùm infideles, ad ecclesiasticas decimas teneantur. Ecclesiasticas inquam: quoniam quod in iure naturæ quæcunque respub. veridica Dei cognitione illustrata, teneretur suo more eidem sacrificare Deo, atq; ad id muneris magistratus instituere, alia est ratio. Tenebantur enim, vt ex superioribus colligitur. Scitei tamur hanc autem quæstionem propter nōnullos iurisperitorū ac politissimum propter Panormitanum, qui super capitulo, de terris, extrà, de decim. affirmat illuc quæstionē decidit. Iubentur enim in præfato cap. Iudæi de illis quas colunt terris decimas persoluere: & cap. quanto. de vsuris: perinde cogūtur de domibus ac possessionibus quæ antequām in eorū venirent dominiū, eidem oneri subdebantur, decimas reddere. Ex his ergo Panormitanus, Odoardum sequutus, infert omnes infideles vbicunq; gentiū vitam degant, iure compelli posse si factu esset possibile, vt decimas soluerent. Nēque vero tantum prædiales, verum & personales. Saltem, inquit, tenetur ad id laudatus, quòd Christianus loco suo habitās solueret. Alias, inquit, ecclesia defraudaretur. Imò air dum ad Christi tantisnū accedunt, posse cogi vt quas in infidelitate agētes reddere renuerunt, persoluant. ¶ At verò si ue textus consulas, siue diuinum ius, siue naturalem rationē, nulla probabilitate, vt cum venia tanti doctoris dixerim, huiusmodi opinio fulcitur. Primum eaim de iure diuino nullum est dubium: non solùm quòd, vt sæpe dixim us, ius vetus de quota iudiciale erat, iamq; adeo antiquatum est, verùm etiam si in naturali ac morali persistamus. Quoniam decimæ antiquitùs solùm in stipendiū ministrorū templi, & apud nos pari ratione in alimoniā clericalis ordinis ecclesiæ ministrantiū iustæ sunt. Itaq; nisi ecclesię essent, nulla esset ratio illas exigendi. Cùm ergo infideles nō sint in ecclesiæ gremio, neq; illis sacerdotes quidpiam spirituale dispensent, nullum eis ius suppetit, authore Paulo, petendi ab illis carnalia. Sed ait Panormitanus: Tenentur tamen sacramenta suscipere, & in Christianissimum nomina sua dare. Ecce quomodò isti ius trahāt diuinum. Finimuero quanuis tota mortalium vniuersitas ad fidem suscipiendam teneatur, tamen quoadusque illam homo profiteatur, neque nostris tenetur legibus, neque nostris prælatis obedire: secundùm verbum Pauli: De his qui foris sunt nihil ad nos. Quemadmodùm qui votum religionis emisit, licèt perstrictius sit religiosus fieri: tamen quousque fuerit professus, ad peculiaria religionis mādata non tenetur. Ecquis enim qui ius diuinum calleat affirmare ausit Turcas eo delinquere quòd non confitentur sacramento nostro; Eucharistiam non gustant, festa, ieiunia q̃ue nostra non seruant? ¶ At verbū illud suprà citatum, authores huiusmodi opi-

Panormitanorum opinio.

Oppido Panormitani nullā fidem probabilia Argumento in Panorm.

Solutio Panormica.

Replica.

Deceptio Panormita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opinionis seduxit, quod habetur ca. Tua nobis. & ca. Cùm nõ sit. de decim. Deum scilicet in signum vniuersalis dominij sibi decimas reseruasse. Inde enim colligunt quoscunq; mórtales, cùm omnium sit dominus, easdem debere. At verò si talem sensum verbum illud faceret, pontifices ipsi aut ecclesia eundem nobis alicubi tradidisset: quod nusquã fecit. Et profectò eodem modo colligeretur vniuersos olim mortales decimas etiam debuisse Leuitis. Quod concessu esset absurdum. Sensus ergo legitimus est, quod in signum vniuersalis dominij voluit Deus semper sacrificijs à quacunque repub. colitae subinde vt sacerdotes sustẽtarentur. Sed quia Leuitis Mosaici populi illa congruebat sustentationis moderatio, per iudiciale præceptum indixit eidem populo, vt decimam fructuum eis soluerent. Id quod & ecclesia pro suis sacerdotibus instar illius præcepti imperauit suis subditis. Quo ergo præcepto eos qui eius fidem nunquam amplexi sunt, non comprehendit. Neque capitulum. de terris. neque capitulum, quanto. quoquo pacto contrà facit. Nam illic peculiariter habetur de Iudæis sermo, qui inter Christianos cõmorantur, possessionesq; habent, quas à Christianis vel emerunt, vel aliter receperunt. Et quanuis sermo ad illas quoque prolataret terras, quę nunquã fuissent Christianorum, quod tamen non facilè credam, alia est tamen fortè ratio de Iudæis qui non alla ratione permittendi sunt inter nos viuere, quàm sic, vt ecclesiam suo territorio nõ defraudent. Attamen quod Infideles terras possidentes, quæ nunquàm sub nostro fuere dominio, priusquàm sint fidem professi compellantur decimas soluere, non dubito quin antiquis patribus sacrorum peritis quàm alie nissimum ab Euangelio fuisset existimatum. Quocirca sub hoc tituli obtentu ab illis quibus fides prædicatur, non video quomodò possint decimę exigi: vtrum verò ratione prędicationis ad concionatorum sustentationẽ possit aliquid ab illis tributi exigi, ipsi quib⁹ id scire incumbit viderint. Ego nâque in hoc libro, vt aliàs dixi, nihil de occidentalibus insulanis dicere constitui.

Ad primum argumentũ.

VT ergo ad rem redeamus. Primum argumentum in capite quæstionis obiectum, duas habebat partes. Prior erat de bonis clericorum quæ laicum titulo possident. Ad quam respondet D. Thom. iuxta tenorem cõclusionis secundæ, quòd tenentur illiusmodi fructuum decimas pendere, etiam si

Argumentũ

ipsi sint eiusdem ecclesiæ clerici. Huic autem decisioni nonnulli argumentum obmoliuntur ex citato cap. Nouum genus. de decim. vbi habetur, illos clericos qui à clericis spiritualium ministeriorum accipiunt decimas, eisdem debere. Cùm ergo clerici ab alijs clericis eiusdem ecclesię non recipiant ministeria, sed simul omnes populo administrent, non est quòd alij alijs decimas debeant. Ad hoc autem respondetur, verbum illud non esse exclusiuum. Asseritur inquam quòd clerici (& forsan, vt habet glossa, intelligitur de cõiugatis) ob id quod sacramenta suscipiunt decimarum pensioni sint obnoxij. Haud tamẽ excluditur, quin alia ratione, nempe propter terras quas peculiariter possident, maiores etiam clerici easdẽ debeãt. Vnde, vt ait S. Thomas, aliud est aliquid habere vt proprium, ratione cuius debentur decimæ: aliud verò habere cõmune ecclesiasticũ, ratione cuius non debentur. Præter hanc autem solutionẽ altera est, q⁹ clerici à clericis eiusdem parœciæ nõnunq; sacramẽta percipiunt præter Curatum qui non nisi à suo vicario illa suscipit: sed nihilo minus de suis temporalibus fundis decimas debet. ¶ Posterius membrũ eiusdem argumẽti ecclesiã tãgebat, quæ prędia fortè habet in alia parœcia, ad quod cõtrario modo q̃ ad priorẽ partẽ D. Thomas respõdet: nempe eiusmodi ecclesiam nullas de suis possessionibus debere decimas. Et ratio est, q⁹ eo ipso q⁹ fundus sit ecclesię, efficitur ecclesiasticus: hoc est, spirituali muneri aut ecclesiasticæ fabricæ mãcipatus. ¶ Quòd si quis cõtrà insurgat, per hãc legẽ vsu uenire posse vt aliqua ecclesia omnibus prsus suis decimis expoliaretur: vt si parœciani sua bona alienis ecclesijs donarent: Placet respõsio dñi Caieta. q⁹ lex hæc eo temperamento & moderamine cõdienda est, vt res in tantũ detrimentũ ecclesiæ nõ vergat. Quare tunc transire deberẽt fundi cũ suo decimarum onere. Exemplũ extat cap. suggestum. de decim. Nam cum cuidam ordini indultum priuilegium esset nẽ decimas solueret, & tanta illis deinceps fieret prædiorum accessio vt aliæ parœciæ magnum damnum acciperẽt, iussum est vt fieret super hac re cõpositio. Quare in tali casu clerici clericis per accidẽs decimarẽt: id est ratione prædiorum. Neq; obstaret capitulũ, Nouũ genus: quippe quod intelligitur nẽ clerici à clericis inquantum clerici decimas exigant. ¶ Ad secundũ respondetur, eos religiosos quibus est animarum cura iniuncta, ius habere recipiendi decimas, non autem illa ratione obligationem soluendi. Reliqui verò de iure communi decimas

Solutio.

Solutio. 5. Thomæ.

Replica.

Solutio Caietani.

Ad secundũ argumẽtũ.

Vtrũ ex ratione.

decimas debent prædiales, nisi vllo sint priuilegio exempti: vt suprà citatũ est ex cap. ex pãte. de decim. ¶ Ad tertium respondetur quod cum in veteri testamento Leuitæ quibus decimæ decretæ erant, sub sacerdotum obedientia viuerent, & sacerdotibus non nisi primitiæ obuenirent, congruens fuit Dei præceptũ vt decimarum decimam Summo sacerdoti penderent. Qua vtique nunc ratione Summus Pontifex iusta ingruente necessitate decimam decimarum à clero exigere valet. Imò verò vtinã vniuersalis eademque perpetua toti clero, imponeretur: si tamen illa ratione omnis alia occluderetur in perpetuum via & modus alia cõmentandi iura, aliasque excogitandi artes sustentandi Apostolicam sedem: quibus Ecclesiasticæ leges non possunt non periculosissimè arietari. ¶ Ad quartum denique respondetur, quod etsi decimæ in subsidium etiam pauperum tribuantur clericis, qui præcepto misericordiæ ad eleemosynas tenentur erogandas: tamen quia eiusmodi eleemosynæ ipsorum dispensatione fieri debent, non perinde atque clerici, à decimis exoluendis pauperes eximuntur.

Argumẽ. 3.

Argumen. 2.

QVÆSTIO QVINTA, De peccato Simoniæ in genere.

S. Thom. 2. 2. quæst. 100.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Simonia sit studiosa voluntas emendi vendendique aliquid spirituale, vel spirituali annexum.

Prima conclusio.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio

TERTIA PARS libri præsentis, quã post tractatum de sacrificijs, alterumque de oblationibus, primitijs, ac decimis, polliciti sumus, est de Simonia: de qua disputat D. Thomas. 2. 2. q. 100. Huius ergo tractatus prima quæstio, quæ quintum hic habet locũ, inscribitur de Simonia in genere: cuius primus articulus definitionem inuestigat: nempe vtrùm Simonia sit studiosa voluntas emendi aut vendendi aliquid spirituale aut spirituali annexũ. Et arguitur à parte negatiua. Primum de nomine, Vitium hoc tam in venditione consistit q̃ in emptione spiritualium. Simon autem, vt Actuum. 8. videre est, nihil vendere voluit, sed tantum Spiritum sanctum emere: non ergo ã Simone satis cõgruè nomen deducitur: sed cõgruentius duceretur à Balaam: qui, vt legitur Numero. 22. Moabitis suas locauit operas vt per diuinum Dei populo malediceret. Quẽ Petrus in suã cap. 2. criminis huius reum fãsit. Et rursus Iudas apostolus. Vela Ieli, qui vt legitur. 4. Reg. 5. Naaman donum sanitatis pretio vendidit. Deberent ergo dici Balaamitæ aut Ieritæ, cuius Ieli ad hoc propositũ meminio sit. 4. q. 1. can. qui studet. Imo & Iudas immanius cõmisit sacrilegiũ Christi Iesu autorem omnium spiritualium charismatum vendẽdo, q̃ Simon magus. ¶ Secundò. Multa sunt spiritualia bona quæ citra simoniæ labem vendi possunt: vt consilia, vt habetur can. Non licet. 11. q. 3. pariter artes & naturales scientiæ: ergo illa non est legitima definitio. ¶ Tertiò. Simonia vt ex regesto Gregor. 1. q. 1. can. eos legitur, hæresis est. Tolerabilior enim, inquit, est Macedonij impia hæresis q̃ Simoniaci. Illi enim creaturam & seruũ Dei patris & filij spiritum sanctũ deliramento fatentur: isti verò eundem spiritum sanctum efficiunt seruum suum. Quamuis enim dominus quòd habet à suo vendit, siue seruus sit aliquid eorum quod possidet. Hæresis autẽ non in voluntate sed in intellectu est: ergo. ¶ In contrariũ sunt verba canonis qui studet. 1. q. 1. qui studet donũ Dei pretio mercariũ sacro ordine nulla ratione de cætero remanere aut reuocari posse dubiũ nõ est: habet autem bonanque studet, deliberatum studiosa voluntas.

Deplex genus simoniæ.

AD quæstionem tribus respondetur cõclusionibus: prima de nomine, secunda de materia: ex quibus tertia colligitur, dẽ definitione simoniæ. ¶ Prima ergo est, Nouum vitij huius à nullo significatius deduci potuit q̃ à Simonis delusio illo mago cũ quo Petro contentio fuit. Primũ q̃ Balaam & Iesi ad historiã veteris testamenti attinent, eius sacramenta nõ cõferebant gratiã vt nostra, atq; adeò no eranttãto grãdu spiritualia. Secundò, q̃ illi gratias tantum gratis datas, vt donũ sanitatis & arcendi per maledictionem hostes, quòd Moabitæ à Balaam petebant, vendidẽrunt: Simon autẽ nihil minus q̃ ipsum spiritum sanctũ emere voluit. Non quidem Iudæa pertãa, nã talis meditatio insanissima esset, sed eius donũ vt habetur. 1. q. 3. can. Saluator, putabat gratũ facientem eius gratiã quæ spiritualiũ donorum tuitiõe per essentiã tenet. Tertiò, vt ad primum argumentũ respondeamus, illi tantum vendiderunt, nihil emẽtes: Simon

Universidad de Deusto
Biblioteca

mon autem emere spiritum sanctũ ambiuit, vt vẽderet. Sic enim habet historia: Cùm vidisset Simon q̃ per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus (dabatur nãq; tunc visibiliter) obtulit eis pecuniã dicẽs: Date mihi hanc potestatẽ, vt cuicũq; imposuero manus accipiat spiritũ sanctũ: nempe pretio quò oblatam posset cũ vsuris pecuniam reficere: vt habetur eodem can. Saluator. Iudas autem etsi Christũ authorem spiritualis gratię vendiderit: cuius eodẽ can. qui studuit. Greg. ad hoc propositũ meminit: tamen quia ipsum nõ vendidit tanq̃ donũ ementibus vtile, imò vt morte perimendũ, nõ est ab illo nomen huius sacrilegij tractũ, sed à Simone cogitante emere aç vẽdere Spiritũ sanctũ, cui omnia tribuũtur diuina dona, eundẽq; ab apostolis, ecclesiæ secundũ Christũ fundatoribꝰ: quę vtiq; ecclesia hoc prię inficitur crimine. Itaq; sicuti artes à suis primis inuẽtoribus nomina sortiri cõsueuerũt, sic & simonia ab eo qui primũ eam excogitauit. ¶ Secunda cõclusio. Res spirituales sunt propria simoniæ materia, sed nõ cuiusq; generis. Vbi animaduertendũ est q̃ spiritus idẽ est quod animaliũ halitus, quæ aspirãdo respirandoq; viuũt: inde aũt per similitudinẽ significat quẽcunq; vẽti flatũ. Sed quia vẽtus atq; spiritus inuisibilia sunt, & ad sensum incorporea, in de trãslatũ est nomẽ ad cũcta significãdũ quæ corporũ experti a sunt: vt Deũ, angelos, & animã: ac perinde accidẽtia spiritualia. Quocirca sunt qui in præsentiarũ duo spũaliũ genera distinguãt: alterũ eorũ quæ deriuãtur ab spiritu creato: alterũq; eorũ quæ ab increato dimanãt. At verò quia etiã naturalia ab increato effluũt, in quibus, vt illicò patebit, ratio simoniæ nõ cõstat, accõmodatius ad rẽ fecernas alterũ genus spũaliũ naturale: cuiusmodi sunt intellectus, acquisitæq; sciẽtiæ, ac virtutes; alterũ verò supernaturaliũ, vt sunt tã gratia gratis data q̃ gratũ faciẽs, sacramẽtaq; & sibi annexa sacerdotia. Quocirca pleriq; doctorũ arbitrãt spiritualia vniuersa tã prioris q̃ posterioris generis, materiã esse simoniæ. Qui subinde doctores astruũt, vendere scientias & artes vitiũ esse simoniæ. Huius opinionis fuere Altisiodorẽ. lib. 3. tracta. 21. cap. vnusq; suus Alexãder Halensis. 2. parte. q. 185. mẽbro. 3. & est gl. ca. Nõ licet. 11. q. 3. ferme doctores canonici iuris: vt est videre apud Syluest. in verbo, doctor. & in verbo, simonia. §. 10. Quinetiã & S. Tho. in. 4. d. 25. q. 3. ar. 2. Et probatio Altisiod. qui hãc posteris opinẽ propinauit, prima fuit autoritas Prouerb. 23. Noli vẽdere sapientiã, & doctrinã, & intelligentiã. Secũda, quia vt August. in lib. de magisterio docet, Spiritus sanctus est qui interiùs hõmines edocet scientias, etiã naturales. Quare q̃ illa diuẽdit, dona prophanat Spũs sancti. Nihilo sectius cõtraria opinio absq; formidine erroris vera potest: nẽpè q̃ licet scientias naturales vẽdere. Haud quidẽ per se, vt panẽ aut pannũ, stultũ enim hoc esset dictu. Cùm in nullius potestate sit suã in aliũ traducere scientiã veluti rẽ aliam corporeã. In quo sensu illud legendũ est Prouer. 27. Quid prodest stulto habere pecunias: cũ sciẽtiã emere nõ possit? Sed loquimur de venditione doctrinæ: hoc est q̃ licet pretio docere, sicuti cõsulere, &c. In primis ẽm opinio est quæ nõ caret autoribus: quorũ est Durãd. in. 4. d. 25. q. 3. & Palud. ibidem. q. 5. & Adrian. quolib. 9. & ex antiquioribꝰ Armacha. lib. 10. cap. 8. & Richar. in. 4. d. 25. Imò & S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 3. ad tertiũ, ab eãdẽ opinione nõ abhorret: vt infra eodem loco videbimus. Sed q̃si nullũ haberet patronũ, ratio ei satis patrocinatur: loquimur eñ de sciẽtijs naturalibus. Primũ igitur arguitur. Vitiũ simonię quale sit, ex Euãgelio venit vestigandũ: at verò Matth. 10. vbi Christus gratiarũ dona Apostolis cõtulit, quę plebi cõmunicarẽt. Infirmos, inqt, curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmones ejicite gratis accepistis, gratis date: vbi de naturalibus nhil cõmeminit. Itẽ Ioã. 2. vẽdẽtes & emẽtes de tẽplo ejiciens, tantũ significauit sacrorũ vẽditionẽ & cãbium, esse sacrilegiũ. Et Actuũ. 8. in Simõne illo Simoniacorũ primate nõ dãnatur nisi q̃ spiritũ sanctũ eiusq; gratias emere voluit. Hoc nãq; illic appellatur donũ Dei: cum ergo nullibi bonorũ naturaliũ mẽtio fuerit habita, nõ est q̃ eorũ venditio labe simonię denotetur. ¶ Secundò arguitur ratiõe. Si sciẽtiæ & artes naturales vẽdere nõ liceret, maximè quia dona sunt spũs sancti: haud tamẽ sunt dona per speciale influxũ, de quibus. 1. ad Corinth. 10. loquitur Paul. Sed per generalẽ cõcursum: ergo ex hoc capite damnari nõ debet eiusmodi vẽditio. Aliàs nulla alia bona naturalia fas esset vẽdere, neq; grana scilicet, neq; vinũ, neq; oleũ. Itẽ sequeretur q̃ neq; docere pretio artes mechanicas artẽmve scribẽdi liceret: qđ esset cõcessu absurdũ. ¶ Et per hoc respõdetur ad argumentũ Altisidoren. Nã licet Spũs sanctus doceat omnẽ veritatẽ: aliter tamẽ supranaturales, vt scripturæ mysteria. De qua re peculiariter intellexit Christus vbi ait, Ipse vos docebit omnia. Aliter verò naturales: & certè has vẽdere nõ est simonia: quia neq; gratis habentibus dãtur, vt gratis nõ habẽtibus cõmunicentur. ¶ Tertiò arguitur. Si nõ liceret huiusmodi scientias vendere, fieret cõsequens vt neque liceret pro labore pretiũ recipere, quo doctor docẽdo defudat. Nam quãdo res verè spiritualis est, vt sacramẽti administratio, neq; pro labore licet quicq̃ recipere: idẽ quippe esset recipere pretiũ pro labore baptizãdi, seu ministrãdi ordines sacros, & recipere pro ipso opere, quod est administratio sacramenti: Labor eñ non distinguitur ab opere. Quomodò aũt sacrorũ ministris recipere alimoniam liceat, infrà patebit. ¶ Et postremò quãdo tẽporale spũali annexũ est, nõ licet pro re illa auctius suscipere pretiũ q̃ sine illo spirituali valeret: nõ inquã licet caliçẽ aut vestes sacras pluris vẽdere, quàm si non essent cõsecratæ: licet aũt, vt manifestũ est, pretiosiùs vendere vnã scientiã quàm aliã: quanuis minus laboris fuerit ibidẽ impensum. Imò vnus atq; idem Doctor quo doctior, etiã si minores fecerit sumptus minoresq; exhauserit labores, pretiosiùs suas locare operas potest ad docendũ. Quare etiã si sine labore posset suã scientiã in aliũ transfundere sicut flatũ, posset pretiũ recipere. ¶ Illud aũt Prouer. 23. nihil cõtra nos pugnat. Imò qđ habetur illic, est: veritatẽ eme: & noli sapientiã vẽdere. Ac si dixisset tãti est pretij vt qui nõ habet, emere illã debeat: & qui habet, nunquam vendere: id est nũquã illa priuari. Et glossa illa cap. Nõ licet, aduersatur textui: quippe quo asseritur q̃ potest aduocatus vẽdere suũ consiliũ, & patronus suũ patrocinij. Et idẽ tenuit sanctus Tho. 2. 2. q. 71. ar. 4. vbi videtr euocasse suã sententiã quã in. 4. Alexãdrũ sequutus asserierat. Quare impertinens est ad labores recurrere q̃ in docẽdo hauriũtur. ¶ At verò de Theologia peculiariter dubitatur. Propterea quòd videtur priori modo spiritualis. Per donum enim Spiritus sancti pãduntur scripturæ, quæ sunt Theologiæ principia. Attamẽ neq; hanc scientiã pretio de cathedra scholaribus prælegere, simonia est: etiã si cũtra vllum laborẽ & expensas fiat: hæc enim accidentaria sunt. Et ratio est, quòd licẽt fides & arcanorũ reuelatio donũ Dei sit, scientia tamen Theologiæ humano sudore cõquirit. Quocirca quòd Hostiẽ. ait super cap. Nonnullis. de magist. nempe Theologo publicum habenti salarium nõ licere pro extraordinaria lectione quicquã recipere, alioqui simoniam cõmittere, gratis dictum est, & absq; vlla ratione. Quid enim quæso refert, salariumne publicum recipias, an peculiarẽ mercedem pro peculiari lectionẽ? Hoc autem est verum q̃ cõsionatori theologiã de suggesto docenti neutiquam cũtra simoniam licet prædicationis pretium ex conuentione recipere. Et ratio discriminis est: quia Theologia tantummodò intellectum erudit, sicuti aliarum quælibet scientia: prædicatio verò per se ad animarum salutem fit, commouendosq; sursum animos. Et ideo pertinet ad donum prophetię: quod Paulus ad Corin. 12. inter alia connumerat. Licet aũt prædicatori sustentationis subsidiũ sicut cęteris ecclesiæ ministris recipere. ¶ Colligamus ergo, spirituale in definitione simoniæ non accipi pro naturali munere, sed pro supernaturali: hoc est pro gratia & sacramentis, atq; alijs Spiritus sancti donis, quæ ad æternã nos felicitatem promouẽt. Appositio autem illa, vel spirituali annexũ, illa significat quæ non per se, sed per ordinem ad spiritualia idem contrahũt nomen. Vtpote sacerdotia & præbendæ, quæ sunt sacerdotum stipendia: & ius patronatus, atque alia iura eligendi ecclesiastica suppositа. ¶ Ex his fit consequens (id quod asserit. Corollarium tam sententiã euidentius confirmat) quod dare aliquid spirituale pro doctrina alicuius sciẽtiæ, quantũlibet sit Theologia, est simonia. Vt si episcopus ordines aut beneficium Doctori conferat, vt ipsum doceat. Conferit enim tunc spirituale pro doctrina, quæ est pecunia æstimabilis. ¶ Per hæc rursus dirimitur lis alia quã Doctores contestari solent, vtrum extra ecclesiam apud infideles cõtingere possit simonia. A parte enim affirmatiua exsilit argumentũ q̃ inter illos est sacerdotium, quo secundùm ipsorum iudicium Deum colunt: ergo si illud vendunt, est simonia. A parte autem negatiua offertur alterum nihilo infirmius, q̃ apud illos nihil est propriè spirituale. Durand. ergo & Palud. respondent verè illos non cõmittere simoniam, sed solùm quantum ad suam existimationẽ. Nihilo minus cum distinctione est meditatiùs respondendum. Enimuerò ante Christi aduentum extra dubium est, inter patres veteris testamenti vere cõmitti potuisse simoniam. Erat enim tunc verum donũ prophetię, quod si venderetur, simonia fuisset: vt patet ex verbis Hieronymi quæ citantur cano. Nũquàm. 1. q. 1. Item & eorum sacerdotium quã quàm per illud nulla tunc conferretur gratia, spirituale tamen donum erat, ad diuinum pertinens cultum. Quare Ieroboam. 3. Reg. 13. in simulatur quòd sacerdotes pretio crearet. Quin verò & lege naturæ erat sacerdotiũ: quale fuit in Melchisedec: Et quidem pro illo sæculo legitimum: quod perinde si pretio conferretur, simonia emergeret. Spirituale enim suo modo consetur, quicquid Deus & natura quocunq; mortalium statu pro animorum salute ad Dei cultum instituit. At verò post Christiana redemptionem nil iam extra ecclesiam super-

Secunda cõclusio. Vocabulum spũs multipliciter vsurpatur.

Duplex genus rerũ spiritualium.

Altisiodor. sententia. Alexã. Halé. Glossa. Syluester. D. Thomas. Fundamentum prioris sententiæ.

Opinio Durand. Palud. Adrianus. Armachanus. Richardus. D. Thomas. Prima ratio secundæ opinionis.

Ad argumẽtũ Altisiod.

Tertia ratio

Quæstio peculiaris de Theologia.

Solutio.

Ad obiecta.

Prædicatori euangelicõ licet pro munere prædicationis pretiũ vt cõmodius recipere.

Quæstio altera. Argumentũ partis affirmatiuæ.

Hieronymi.

Solutio quæstionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

supereſt quod ſit legitimè ſpirituale. Niſi ſi forte ſunt qui inuincibili ignorantia legis noſtræ laborant. Illos enim eadem excuſat ignorantia, ſi naturalibus tantùm ritibus vtantur. Quo circà extra eccleſiam iam nulla eſſe poteſt ſimonia, niſi ſecundùm humanam exiſtimationem. ¶ Tertia demum concluſio eſt, quam de definitione promiſimus. Probè illa præfixa definitione exprimitur natura ſimoniæ. Probatur. Definitio illa & obiectum vnde vitium vel virtus ſpeciem ſortitur, explicat, & pariter ſubiectum eius & modũ: ergo bona eſt. De obiecto quidem iam conſtat: ſubiectum verò iuſtitię, ac perinde iniuſtitię, omniumq; eius partium eſt voluntas: vt ſanctus Thom. 1.2.q.56. ſapienter ſecundùm Ariſto. docuit. Hoc enim intereſt inter virtutes quę hominem in ordine ad ſeipſum componunt, atque illas quæ ipſum diſponunt in ordine ad alterum: quòd cùm voluntas ad proprium perſonæ bonum per ſe ſit propenſa & determinata, reſpectu illius boni nulla virtute indiget præter illas quæ ſunt in potentijs, quæ affectionibus, paſſionibusque turbantur. Enimuerò ſi nulla eſſet paſſio neq; in irascibili neque in concupiſcibili, nulla eſſet in voluntate difficultas parendi rationi. Obid que temperantia in concupiſcibili ſita eſt, & fortitudo in irascibili: quibus eiuſmodi morbi turbidique affectus ſedantur: vt. 2. Ethic. author eſt Ariſtote. At verò quoniam hominis voluntas non ſic per ſe eſt affecta & propenſa in alienum bonum, ſit vt quamuis nullas patiatur ſenſuales affectiones, virtutibus nihilo minùs indigeat ad perſoluenda proximis debita officia. ¶ Sed eſt tamen contrarium argumẽtum apud Scotum in.3. diſtinct. 33. illa potentia eſt virtutis ac vitij ſedes, cuius actione conſummatur ratio laudis & vituperij, ſeu meriti & demeriti: hæc autem potentia eſt voluntas, vtpote cuius electione tam virtus quàm peccatum conſummatur: ergo illa eſt omniũ virtutum ſubiectum. Negamus tamen cum Ariſtotele priorem præmiſſam. Hæc enim opinio non ſancti Thomæ tantùm, imò manifeſtiſsimè eſt Ariſtotelis. 2. Ethic. Non ergo virtus in ea potentia eſt quæ electionẽ facit, aliàs fides eſſet in voluntate: quippe in cuius aſſenſione conſiſtit eius meritum: ſed debet potiùs exiſtere in illa potentia in qua tota conſiſtit difficultas bene eligendi: & certè affectionibus appetitus ſenſitiui pacatis, liberrimè fit voluntatis electio: atque hac ratione virtus eſt habitus electiuus. Ad propoſitum ergo cùm iuſtitia ſit virtus ad alterum, ſit vt in voluntate ſedeat: vt Ariſtote. 5. Ethi. docet: atque adeò religio, & ſimiles. Cùm ergo ſimonia vitium ſit & iniuſtitiæ & contra religionem, conſequitur vt ſit in voluntate: ob idque in definitione dicitur ſtudioſa voluntas. ¶ Quòd ſi arguas, auaritiam in cauſam eſſe ſimoniæ, vtpote quę iuſtitiæ officijs obſiſtit: auaritia autem eſt in concupiſcibili: Reſpondetur non eſſe renuendum, quin alia vitia ſint à quibus ſimonia imperetur: elicitur tamen ab illo quod eſt in voluntate. ¶ Exiſtit autem alterum argumentum aduerſus id quod dicitur, ſtudioſa: Nam cùm ſtudio peccare idem ſit quòd peccare ex malitia: tale autem peccatum ſit contra Spiritum ſanctum, conſequens fieret ſimoniam in vniuerſum eſſe peccatum in Spiritum ſanctũ: quod nemo conceſſit vnquam. Reſpondetur non id ſignificare, ſtudioſa, quod ex malitia, ſed id quod conſultò, puta quòd nõ excuſatur ignorãtia: imò ſciẽter fit vel ex malitia vel ex paſſione. ¶ Panormi. aũt ſuper ca. Nemo de ſimonia Hoſtienſem ſequutus addit definitioni vt opere emptio ſubſequatur: idemque ait Richard. ſequutus gloſſam dicti cap. qui ſtudet. quæ ait cum effectu. Attamen hoc eſſet nomen ad ſolam externam ſimoniam arctare: Cùm tamen ex æquo commune ſit etiam internæ. Nam vt infrà patebit, peccatum ſimoniç intus committitur, etiam ad reſtitutionem obligans. Conſultiùs ergo dicitur, ſtudioſa voluntas, abſque adiectione. ¶ Sub illis autem verbis emendi & vendendi, cunctos vſurarios contractus intelligito: puta permutationem & cambia præbendarum ſine authoritate Põtificis, atque alia obſequia quæ loco pretij exiſtimantur.

Tertia concluſio. Probatio. Argumentũ Scoti. Solutio. Obiectio. Reſponſio. Argumentũ ſecundum. Ad tertiũ argumentum. Panormita. Hoſtienſis. Richardus.

EX his ergo quæ dicta ſunt, primo ſecundoque capitali argumẽto ſatisfactum eſt. Ad tertium autem quo ex verbis Grego. arguebatur, ſimoniam hæreſin eſſe, atque adeo in intellectu exiſtere, ſanctus Thom. duo dat reſponſa. Prius quòd etſi ſimoniacus non ſit proprie hæreticus, quoniam abſque intellectus errore poteſt prę auaritia in hoc vitium labi: tamen re ipſa & facto profiteri videtur dominium Spiritus ſancti eſſe penes hominem: qui eſt hæriticus error. Atque hoc quidem reſponſum amplexus eſt Gratianus in can. ventum. 1. quæſt. 1. Secundo, ac ſi nõ ſatis ſibi hoc placeret dicit ſanctus Thom. Simonem Magum præterquàm quod voluit Spiritum ſanctum coëmere hæreticum etiam fuiſſe, in eo quod credidit mundum non fuiſſe à Deo creatum. Attamen propter hoc ſimoniaci non dicerentur hæretici: quo tamen ferro crebrò inuruntur in iure. Et ideo forſan dicendum eſt, quòd

quòd Simon ille propterea volvit Spiritũ ſanctum emere, quòd credidit eſſe vænalem, & pretio poſſe ab Apoſtolis dari: quod quidem apoſtolica reſponſio palàm docet. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniã donum Dei exiſtimaſti, hoc eſt credidiſti, pecunia poſſideri. A qua porrò hæreſi tãquàm à proprio fonte vitium ipſum nomen contraxit.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm vitium ſimoniæ, genere ſuo ſit peccatum mortale

SVppoſita definitiõe ſimoniæ quę ritur de eius qualitate, an ſit mortale crimen. Et arguitur à parte negatiua. Inter cuncta ſpiritualia quę creata ſunt, regnũ cælorum culmen tenet: vtpote quô cæterea alia referuntur: ipſum autẽ vendibile eſt. Vnde Gregor. Regnum cælorũ tantum valet quantum habes: ergo non eſt ſimonia velle emere aliquod ſpirituale. ¶ Secundò. Si ſimonia genere ſuo peccatum eſſet, ſequeretur quòd etiam Papa ſpiritualia vendens eodem vitio commacularetur: fertur tamen non poſſe eſſe ſimoniacum: quia princeps nõ ligatur ſuis legibus. ff. de legib. l. Princeps. ergo non eſt genere ſuo mortale. ¶ Tertiò. Spiritualia cambire, videlicet vnum pro alio permutare: vt calicem pro ara: quin imò ſacramẽtum pro ſacramento: vt ſi ſacerdos nollet alterius ſacerdotis confeſsionem audire, niſi viciſſim audiret ille ſuam: aut ſi catechumenus nollet alterum baptizare niſi cum pacto vt ſe mutuò baptizarent, non apparet eſſe ſimonia: ergo nec ſpiritualia vendere. ¶ In contrariũ autem ſunt ſacri cano. Habetur enim in Regeſto Gregor. quod Paſchalis. 2. refert. 1. q. 3. Altare, vel decimas, vel Spiritum ſanctum emere, vel vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignoret. & dicitur hæreſis ad exaggerãdum eius grauitatẽ. Et ca. ſicut. de ſimonia. Simoniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos vincit. Et cap. proximo: Tanta eſt labes huius criminis, quòd etiam ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem.

Concluſio reſpectiua. Prima ratio concluſionis.

AD quæſtionem vnica eademque cunctis receptiſsima concluſione reſpondetur. Simonia eſt genere ſuo crimen mortale. Probatur. Emere aut vendere id quod nullo pretio vendibile eſt, genere ſuo eſt mortale cri-

men: vt ſub titul. de vſur. dicebamus. Nã cùm ſit iuſtitiæ contrarium, quæ virtus rei publicę quàm maximè eſt neceſſaria, ſit ſubinde vt etiam ſit contrarium charitati, in quo ratio conſiſtit peccati mortalis. Excreſcit tamen religiositas in ſimonia ratione contaminatæ religionis. Probatur autem minor ex triplici loco. Primò ex ratione obiecti. Res enim quæ modo ſuprà expoſito ſpirituales ſunt, nullo æſtimari poſſunt terreno pretio: vtpote quòd ſupernaturalia ſunt inter quæ & terrena, nulla eſt proportio. Vnde de diuina ſapientia Prouerb. 3. aſſeritur: Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent cõparari. Quod vtique reſpiciens Petrus, ait Mago illi: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri: id eſt æſtimari. ¶ Secundò idẽ ex eo probatur, quòd etſi ſpiritualia perſe vænalia eſſent, neutiquàm tamen poſſent à præfectis eccleſiæ vendi: nemo enim iuſtè rem vẽdit niſi cuius eſt dominus. Si enim œconomus rem patris familiãs iniuſſu illius diſtraheret, iniquus eſſet: præfecti autem eccleſiæ non habent ſpiritualium dominium, ſed ſunt meri diſpenſatores, ſecundùm Pauli confeſſionem. 1. ad Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſterio rum Dei. Tertiò idem ex origine cõfirmatur, qua ſpiritualia nobis obuenit. Id enim quod gratuitò à Deo collatum eſt, non quidem in peculiare commodum illius cui confertur, ſed in bonum publicum totius eccleſiæ, nemo poteſt iuſtè vænundare: quia non eſt ſuum, ſed illorum quibus venditat. talia autem ſunt ſpiritualia dona Dei. Atque hoc Chriſtus admonitos curauit Apoſtolos. Matth. 10. vbi ait, Gratis accepiſtis, gratis date. Idque illo verbo denotauit. Luc. 12. Quiſ putas eſt fidelis diſpenſator & prudens? Fidelis ſcilicet, vt quod gratis accepit, gratis largiatur. Et prudens: hoc eſt, qui oculato iudicio merita perſonarum diſcernat, vt pro cuiuſque dignitate cuncta diſpenſet. ¶ Fit ergo ex his conſequens, ſimoniam, peccatum eſſe, non ſolum contra iuſtitiam, verũ & ratione materiæ, quæ ſpiritualis eſt, contra religionem. Ob idque adeo nuncupatur ſacrilegium. Nam læſio eſt ſacrarum rerum. ¶ Hic primum omnium circa concluſionem hanc cum ſuis rationibus inueſtigandũ occurrit quonam iure ſimonia ſit prohibita, vtrum diuino tantùm an etiam naturali. Ad quam quidem dubitationem peruia eſt reſponſio, ſi moniam ſpiritualem donorum ſupernaturalium, tam naturali iure quàm diuino eſſe prohibi-

Secunda. Tertia ratio. Simonia naturali diuinoque iure prohibita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibitam. Et quidem ius diuinum in vtroque testamento manifestum extat. Nam Matth. 10. commumeratis eiusmodi donis subdit Christus, Gratis accepistis, gratis date. Et Ioannis. 2. in figuram eius flagello eiecit ementes & vendentes columbas e templo: Columba nanq; Spiritum sanctum, eiusq; dona significat. Et Actuū 8. idem patet in historia quæ Petro aduersus Simónem contigit. Et Num. 22. idem notatur in historia Balaam, quem ceu donum Dei vendentem obiurgat, tum Petrus, tum etiam Iudas in sua Canonica. Tametsi posteà diuinitùs admonitus non fecit quod Moabitæ volebāt. Et Ieroboam. 3. Reg. 13. reus fit quòd sacerdotes pecunia creabat: quamuis illi non essent vere sacerdotes, sed Balaam. Et. 4. Reg. 5. opprobrio etiam datur Iesi ꝙ ꝓ dono sanitatis quicquam receperit. ¶ An verò sit etiam cōtra ius naturæ, dubiū ideircò est quòd spiritualia quæ eius sunt materia, res sunt supranaturales ad quas naturalis lex non videtur pertingere. Nā hac ratione præcepta sacramentorum nō sunt naturalia, sed suprà. Nihilo minùs contrarium est asserendum. Idque inde primò probatur quòd ius omne diuinum in euangelio expressum præter partem illam quæ ad fidei sacramenta pertinet, nihil continent nisi quæ iure naturali necessaria sunt. Atque hæc vna est ratio cur dicatur lex libertatis: vt lib. 2. q. vlti. ad notauimus, artl. 1. Cum ergo simoniæ prohibitio ad sacramenta non pertineat, fit vt in euāgelio non nisi tanquàm res naturalis sit prohibita. ¶ Secundo id rationes cōfirmant, quibus pertuet sitas simoniæ demonstratur. Nam etsi spiritualia bona supranaturalia sint, tamē quia natura sua non sunt vænalia, neque Antistites ecclesiæ dominorum sunt: sed gratis acceperunt, gratis dare debent: ius ipsum naturæ eorum venditioni reclamat. ¶ Et tertio, nisi iure naturæ prohibita esset, Balaam non peccasset vendens, neq; Rex Moabitarum erit mens: quia Gentiles erant: qui non alio quàm naturali iure tenebantur. Quin verò eâdem ratione neq; Simon Magus peccasset: quoniā cum in Christianismo neophytus esset, nisi ius naturæ suū ausum condemnasset, poterat euangelici mandati ignorantia excusari. Ad argumentum ergo in contrarium negatur consequentia. Materia simonię fit talis iure diuino: ergo ipsa nō est ius naturæ. Et est meditanda consequentię fallacia. Nam vndecunque res fiat spiritualis, fit subinde vt non sit vænalis: vænum autem exponere quod vænale non est, ius naturæ vetat. ¶ Aliquantulo autem grauior dubitandi ratio exsistit, vtrum aliqua sit simonia quæ neque diuino iure neque naturali contraria sit, solum quia humano iure est inhibita. Rationem quippe hanc dubitandi offert nobis glossa in cap. ex parte. 1. de off. deleg. quæ distinguit inter simoniam prohibitā quia mala est, vt est illa quæ iure euangelico talis est, atque aliam quæ nō est mala nisi quia iure positiuo prohibita: quæ subinde distinctio Doctoribus canonici iuris solennis est: vt est videre apud Syluest. in verbo, simonia. §. 4. Quin verò & multis Theologis. Durandus autē in. 4. dist in. 25. q. 5. duabus rationibus hāc distinctionem refellit, nullam nimirum admittens simoniam cōtra ius merè positiuū. Prior est. Circa illud qđ nō est per se malum nisi quia prohibitum, peccare non contingit nisi peccato inobedientiæ: vt dum tibi Præpositus rem alias indifferentem iusserit, si non pareas, nihil aliud quàm inobedientia sis: si ergo sola est humana prohibitio ne hoc aut illud vendas, inobedientia erit non parere, nō autem simonia. Posterior eius ratio est, quòd simonia est rei spiritualis venditio: ecclesia autem non potest rerum naturas mutare vt faciat spirituale quod anteà non erat: nam hoc ad solum pertinet ius diuinum. ¶ Nihilo secius medio modo inter has opiniones censendum est. Primùm enim contra secundam rationem Durandi certum est posse ecclesiam aliquid facere spirituale quod iure diuino non erat. Hoc patet in consecratione ecclesiæ, & aræ, & in benedictionibus calicum, corporalium, & ornamentorum. Hæc enim iure diuino spiritualia non sunt. Nam quantū ad rei essentiam, consecratio corporis & sanguinis Christi fieri posset etiam si vasa & ornamenta non essent consecrata aut benedicta. ¶ Secunda assertio. Nihilo minùs horum venditio & emptio, si ratione consecrationis plus ris vendantur quàm res ipsa valet, est simonia contra ius diuinum & naturale. Nam vtrunq; ius prohibet quòd vænale non est pretio vendi: cùm ergo illud sit spirituale, quamuis iure positiuo factum sit spirituale, iuri nihilo minùs diuino & naturali repugnat eius venditio. Et confirmatur: quia qui vendit benedictionem calicis aut aquam benedictam, vendit certe id quod gratuitò donatur in bonum publicum: est ergo huiusmodi simonia iure diuino prohibita. Secundo ad idem arguitur. Minores ordines non sunt de iure diuino: quin verò neque diaconatus habebatur olim vt ordo sacer: quod patet ex verbis Innocentij Tertij in capit. A multis. de ætat. & qualita. & ordin. præsi. sed sunt de iure merè positiuo, & tamen ista vendere est peccatum simoniæ iure diuino prohibitæ, ergo licèt res iure positiuo fiat sacra, nihilo minùs eius venditio est contra ius diuinum. Sicuti nuperrimè fallacē esse diximus consequētiam illam: Spiritualia sunt de iure diuino: ergo illa vendere non est contra ius naturæ. ¶ Ex quo fit illos Doctores qui in huiusmodi rebus consecratis exemplū colloeant simoniæ de iure merè positiuo, paralogizari, inde id nimirum inferentes, quod materia eius iure positiuo sit constituta: veluti & suprà de solennitate voti dicebamus, quæ est de iure positiuo: & nihilo minùs obligatio ad perpetuam castitatem, quæ ex illo voto solenni resultat, est de iure diuino. ¶ Sed interrogando vrges, an detur aliqua simonia ad ius merè positiuum attinens? Respondetur aliquā esse. Primùm vbi venditur officium ecclesiæ annexum quod de se non est spirituale. Hoc patet ex cap. Saluator. suprà citato. 1. quæstio. 3. vbi Vrbanus prohibet nè vendatur officium cœconomi ecclesiæ, aut sacristæ, aut protectoris: citans Concilium Chalcedonēn, hæc autem officia vendere non est contra ius diuinum aut naturale: siquidem personę non sunt aut res per se sacræ. Neque ecclesia facit eas sacras sicut templa, & vasa, & personas, puta sacerdotes consecrationi sacramenti eucharistiæ dedicatas: sed quia sunt sacrorum custodię deputati. ¶ Eiusdem autem simoniæ exemplum sunt qui proferant in cōmutatione præbendarum. Prohibetur enim cap. quæsitum. de rerum perm. ne sine licentia episcopi præbendæ cum pacto permutentur. Attamen prohibitio hæc non est merè positiua, sed significatio diuini iuris. Nam qui attētaret præbendas priuatim permutare, nihil faceret. Potest enim quisque suo renuntiare sacerdotio, sed id tamen facere debet in manibus prælatis: constituere verò alterum in iure præbendæ, neutiquàm iure potest, nisi solus Pontifex & episcopus: aut prælati quorum est sacerdotia conferre. Quod autem illic Papa nihil est, nē quis pactum permutationis faciat: quia hoc labem sapit simoniæ. Attamen si fiat sub conditione, si Papa consenserit, nulla est culpa. Illa tamen conditione prætermissa, simonia resultaret. Quocircà si conditio esset iuri diuino contraria: vt si pactum esset supererogandi pecuniam, vel aliud pretium pro maiori præbenda: tunc simonia esset cōtra ius diuinum: nam talis permutatio mixtam haberet emptionem præbendæ. Si verò tantùm esset contraria iuri positiuo: vt si esset pactum soluendæ pensionis absque Papæ concessione: tunc simonia esset contra ius positiuum. Enimuerò permutare res sacras & spirituales, præsertim si tales sint iure tantùm positiuo, non est contra ius diuinum: vt si cambium fiat calicis pro calice, aut ꝙ sacro vestimēto. Quin verò neq; in his quę spiritualia sunt de iure diuino: vt si sacerdos cōfessionē alterius sacerdotis audire noluerit nisi alter audiat suam: licet Richard. secùs censeat, de quo statim: ergo cùm præbendæ non sint adeò spirituales, pactum illarum permutandarum non est contra ius diuinum. Secundò id confirmatur: Si esset contra ius diuinū, neutiquàm Papa posset super eâdem re dispensare: & tamen Papa eiusmodi permutationes constitutis pēfionibus permittit. Præterea si huiusmodi venditio perinde esset prohibita iure diuino atq; venditio sacramentorū, non liceret de illo pacisci, etiam adhibita conditione si Papa cōsenserit: quia hoc certè in sacramētis nō licet: & tamen talis pactio in præbendis cū tali conditione non condemnatur. Iam vt rē cōcludamus, in euangelio non est prohibita talis cōmutatio, sed de solis Spiritus sancti donis habetur: Gratis accepistis, gratis date: nō ergo huiusmodi pactio est contra ius diuinum. Nihilo minùs tamen quædam est simoniæ species de iure positiuo. Vnde ad primū Durandi argumentum duobus modis respondetur. Primò negamus illud suum assertum quod vbiuis res prohibetur quæ alioqui non est mala, transgressio non est aliud peccatum quàm inobedientiæ. Imò verò ecclesia dum abstinentiam quadragesimalē indixit, ieiunium illud constituit in virtute abstinentiæ: & ideo nō solum ille cōtra obedientiā peccaret, qui ieiuniū ex contemptu frangeret, verum & ille cōtra abstinentiā, qui non ex contēptu, sed præ gula id faceret. Et pari modo ecclesia potest actū quempiam in vitio simoniæ cōstituere. Secundò respōdetur, ꝙ officiū Sacristiæ vēdere, aut pactū facere cōmutandi sacerdotia cōtra ius ecclesiasticum, non definiuit ecclesia esse propriè simoniā, sicuti vendere sacerdotia: sed dicitur simonia, quia simoniæ pœna vindicatur.

Et hęc facilis fit argumētorum solutio. Ad primum quippe respondetur, regnum cœlorum vænum esse expositū: non si venditionis nomen proprie vsurpes, sed per Metaphorā, sicut dicitur vim pati. Quod enim pro prie non sit vendibile, primùm inde patet, ꝙ cùm sit supernaturale, nullo est pretio æstimabile. Vnde Paul. ad Roman. 8. Non sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et loquitur de operibus filiorū Dei per gratiā: significās opera nostra ex obiecto exsistimata, nō esse regni cœlorum

Prima ratio ad suadēdū simoniā esse iure naturæ prohibitam.

Secunda.

Tertia.

Dubitatio.

Gloſſa.

Durandus.

Prima ratio Durandi.

Secunda.

Ecclesia potest aliquid facere spirituale quod prius non erat.

Secunda assertio.

Ratio assertionis.

Secunda ratio ad idem.

Ad primum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum pretiũ: sed quatenùs procedũt ex gratia. Quod autẽ gratis datur, nõ venditur. Tum etiam q̃ ex nostris obsequijs Deo nihil accrescit: siquidem bonorum nostrorũ nõ indiget. Vnde Isaiæ. 52. Gratis væundati estis, & sine argento redimemini. Dicitur autẽ per Metaphoram emptio, iuxta verbum eiusdem Prophetæ, cap. 55. vbi ait Sapientia ipsa: Sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate & emite: venite, emite absq; argento, & absque vlla cõmutatione lac & mel: hoc est regni cœlestis dulcedinem. Metaphora autem in eo consistit, q̃ operibus iusti regnum cœlorum proponitur, tanquàm merces: vt patet in Parabola conducentis operarios in vineam, constituto denario diurno. & in verbo Psalmi: Inclinaui cor meum ad faciẽdas iustificationes tuas propter retributionem. ¶ Ad secundũ cundum argumentũ licèt inter interpretes Canonici iuris de Papa litigium sit an possit esse simoniacus, per illa tamen quæ dicta sunt pervia fit responsio. Enimuerò de simonia quę iure diuino naturaliq; talis est nullam esse licet controuersiam, quin illam possit committere. Si, inquam, sacramẽta pretio administraret, do numve quoduis aliud Spiritus sancti dispensaret, ambigere nemo posset, quin simoniacus esset. Ageret quippe contra ius diuinum: super quo ipse dispensare nec̃ quit. Neque huiusmodi donorum dominus est, sed merè dispensator. Imò verò tanto grauiùs maioriq; scandalo peccaret, quanto eminentiorem locum in ecclesia tenet. Vnde Petrus primus Christi vicarius hoc sibi crimen à Simone vigilantissimè cauit. Quin etiam si templa, vel vasa, vel vestimenta sacra pretio consecraret: quanuis talis ritus iure sit positiuo sancitus, nihilo minùs, quia eius vænalitas est contra ius diuinũ: simoniacus esset. Et pari modo si sacerdotium aut præbendas vænundaret: vtpote quorum dispensator est tantùm: neutiquàm tamen dominus. Si autem admittas officium sacrifl æ & œconomi ecclesiæ vendere, non esse simoniã nisi de iure positiuo: quia propriè nõ sunt personæ sacrę: illud ipse posset citra peccatũ pretio conferre, nisi obstaret scandalum: quia potest super suis legibus dispensare. Et eãdem ratione pœnas iuris simoniacis decretas incurrere nequit. Etenim quanquàm sacerdotia vẽditaret, neq; excõmunicatus esset, neque suspensus: quoniam princeps est & quãtum ad vim coactiuam suis legibus nõ subditur. ¶ Sed hoc tamẽ superest hic dubium, vtrùm si sacerdotium cuipiam vẽderet, facto ipso cẽsendus esset super pœnis iuris cum illo dispẽsare: vt neq; excõmunicatus

Papa simoniã potest cõtrahere.

Dubium.

emptor ille esset, neq; teneretur renũtiare præbendam. Quidã enim, vt Palud. d. 25. q. 4 affirmãt: alij verò in quibus est Adrianus quotl. 9. negant. Profectò res est quæ me ancipitẽ tenet. A parte quippe negatiua est argumẽtum Ioãnis Andreæ in Mercurialibus: q̃ si episcopus ludũ aliquẽ sub pœna excõmunicationis, inhiberet clericis, licèt posteà eorũ aliquem ad ludendũ induceret, nõ ideo dispensaret in lege, nisi illam exprimeret: quia vel posset esse illius oblitus, vel ad malum illum inducere. Rursus quamis excõmunicato osculum pacis porrigat, non ideo illũ absoluit. A parte autem affirmatiua est argumentum quòd non est censendus Papa tam insigniter peccare vt præbendã cogitet sacerdoti vendere, quam neque emere ille neque retinere citra excommunicationem, atque adeò citra culpam nequit. Porrò ergo huius ambiguitatis affirmatiuam hanc partem præ altera eligerem. Nam forsan & episcopus inducens ad id subditum quod lege sua prohibitũ est, quidquid Ioãnes Andreas censeat, dispẽsare creditur: perinde ac si præciperet. Deinde quicquid hoc veritatis habeat, tamen de Papa quando præbendam vẽdit cùm ipse sit qui dat, omninò videtur habilem alium reddere vt recipiat. ¶ Ad tertium denique respondetur cum diuo Thom. nomine emptionis quamcunque aliam cõmutationem comprehendi spiritualis pro temporali. Quare sicut præbendam nummis emere simonia est, ita & sæcularem illum fundum pro illa cõmutare. Quin verò (vt suprà diximus) neque præbendam pro præbenda absque facultate Pontificis cõmutari citra simoniã potest. Tametsi vt expositum est, nõ esset simonia nisi de iure positiuo. Quo circà res alias sacras commutare, quia tali iure minimè prohibetur, nulla est simonia: dummodò solius rei valoris habeatur ratio, neque pro consecratione quicquam pendatur. Potest inquam calix pro calice commutari. Imò tanti vendi quanti materia & forma absque consecratione æstimaretur: atque adeò alteri ecclesiæ locari. ¶ De sacramentis verò Conradus. 4. dist. incl. 25. artic. 3. negat vnum pro alio cõmutari posse: nam licèt non sit, inquit, tam illicitum quàm simpliciter illa vẽdere: est tamen aliqua venditionis effigies: quia vnum tunc censetur alterius pretio. At verò profectò non video quidnam venditionis aut pretij admisceatur si vicariæ operæ in pactum ducãtur: Baptizabo te si me baptizaueris, & si meã volueris audire confessionem, tuam vicissim audiam. Et orabo pro te si tu mihi vicissim parrependeris beneficium.

Paludan. Adrianus.

Argumenti à parte negatiua.

Papa beneficia alicui vẽdere censetur cũ eo dispensare in pœnis simoniæ.

Ad tertium.

Sacramentorum commutatio licita.

Quæ-

QVÆSTIO SEXTA,
De materia simoniæ.
ARTICVLVS. I.

Vtrùm quandoque liceat pro sacramentis pecuniam seu dare seu accipere.

CONSTITVTA definitione & culpabili qualitate simoniæ, sequitur vt seriatim de eius materia disputemus. Et primò de sacramentis arguitur quòd liceat nonnunquàm illa pretio redimere. Baptismus ianua est sacramentorum: & nihilo minùs dum iniquus sacerdos iamiam morientem puerum absque pretio baptizare nequit, neq; pater manus habet aut linguam quibus ipsum tingere valeat, consultius videretur patrem facere si pecuniã offerret sacerdoti, quàm si animam prolis suę perditam ire sineret: ergo licet sacramentum mercari. ¶ Secundò. Eucharistia est sacramentorum maximum, pro quo tamen conficiendo & offerendo licet pecuniã offerre, oblatamq; accipere: ergo facilius est cõcedendum alia sacramenta redimi pretio posse. ¶ Tertiò. Pœnitentia est sacramentum necessitatis quæ absolutionem ab excommunicatione præexigit, sed pro absolutione ab excommunicatione in more iudicibus est pecuniam recipere: ergo id non est sacrilegium. ¶ Quartò. Consuetudo in causa est vt quod anteà delictum erat licitè fiat. Qua vtique ratione ait August. plures habere vxores quãdo mos erat non fuisse crimẽ: viget autem apud quosdam consuetudo vt pro consecrandis episcopis, benedicendisq; abbatibus, inungendisq; sacerdotibus aliquid pro chrismate & oleo detur accipiaturq; : ergo illud est licitum. ¶ Quintò. Ius habet vnusquisq; suam redimendi vexationem: sed vsu sępe accidit vt quispiam ab episcopatu vel alio sacerdotio per iniuriam arceatur: ergo licebit eiusmodi vexato nummis se ab illa iniuria eripere. ¶ Sextò. Matrimoniũ est quoddam sacramentum, sed datur pro matrimonio pecunia, nempe vxoris dos: ergo licet pro sacramento pretium dare tum etiam percipere. ¶ Contrarium admonetur canone illo. 8. Synodi. 1. quæst. 1. Qui per pecuniam consecrauerit, vel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio fiat.

IAm suprà inter spiritualia quæ materia sunt simoniæ, atq; alia spiritualium genera discriminatum est. Illa nanq; spiritualia quæ naturalia sunt, neq; nobis gratis vt largiamur donantur, simoniæ vitio non substernuntur: sed illa prorsus charismata quæ dono diuinitùs suscipimus ad gratiam quoquo pacto spectantia. Hæc autem quadruplici differentia diuiduntur. Quædam quippe sunt spiritualia per essentiam: vt gratia quæ ipsissima est vita spiritualis animæ: & charitas quę est habitus quo officia & opera vitę exhibemus. Et hæc nullatenùs in quæstionem accersiri possunt an vendi emiue queant: sunt enim vsq; adeò Dei munera, vt dementia esset cogitare quemquam posse in alterum illa siue dono siue pretio transfundere. Secundo ordine sunt spiritualia: quæ hisce velut causa proximè antecedunt. Qualia sunt sacramenta, quæ ceu instrumenta passionis Christi effectricia sunt gratię. Tertio gradu spiritualiũ sunt actus charismatum, quæ gratiæ nũcupantur gratis datæ: quales sunt dona prophetiæ & linguarũ quibus annumerari possumus & orationem & religionẽ. Quarto demq; loco accedunt & spiritualia per annexionẽ: qualia sunt sacerdotia & præbendæ, quæ spiritualium functioni inseruiunt. Prætermisso ergo primo membro, de singulis aliorum trium singuli sunt hic articuli examinãdi. ¶ Igitur in hoc primo, qui apud diuum Tho. secundus existit, respõdetur de sacramentis duabus conclusionibus. Prior:

Quadruplex differẽtia rerũ spiritualium.

Prima cõclusio.

Pro spirituali sacramẽtorum gratia pecuniam accipere, crimen est sacrilegum simoniæ: vsque adeò naturali diuinoq; iuri aduersum, vt nulla possit consuetudine excusari. Sanè cùm nulla eiusmodi iuribus præiudicari possit. Et quidem pecuniæ nomine iuxta Philosophi documentum. 3. Ethic. quicquid nummo æstimatur, intelligitur. Conclusionis probatio manifestissima est. Nam sacramenta nouæ legis quàm maximè sunt spiritualia: quippe quæ gratiæ, spiritualisq; vitæ causa existunt: quæ quidem virtus priscis illis Mosaicis non inerat: gratia autem, vt nomen ipsum personat, gratis nobis cõfertur: alioquin authore Paulo nõ esset gratia: nemo ergo mortalium pro eius collatione pretium percipere potest. Etenim præterquàm quòd ius naturæ iniquissimè violaret, id vendens quod neque suum est neq; vllo est pretio æstimabile, in Deum esset impientissimè iniurius. Porrò q̃ id vẽdere cogitaret quod solus ipse altissimus sua benignitate cõfert. Atq; hic primus est simoniæ apex vnde & nomẽ tra-

Probatio cõclusionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit. Nam vt suprà dicebamus, munus hoc Spiritus sancti conferendum erat, quod malus ille Simon emere cogitabat. Huc accedunt canon Leonis, Gratia. 1. q. 1. & pleriq; multi eiusdem Causæ. ¶ Posterior conclusio. Ministris ecclesiæ stipendia populi alimentaq; ad sui sustentationem accipere nullum est simoniæ vitium, neque verò peccatum vllum. Prior conclusio adeò est clara, vt nullum nobis dubium relinquat. Posterior verò sæpe & sæpiùs suprà demõstrata est ex verbis Pauli, 1. Corinth. 9. Quibus & illud accedit. 1. ad Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Vbi Augustiniana glossa: Accipiant, inquit, sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à domino. Permagno ergo sacerdotes iure pollent nõ vt qualitercunq;, sed pro sua dignitate decenter sustentari. ¶ Quod hic igitur dubitandum restat, est: Vtrùm pro his quæ sacramentis annexa sunt, nempe pro vasorum vsu, pro materia: & potissimum pro labore ipso possit pretium suscipi, idque ex pacto. Apparet enim nullum interuenire posse pactum quod nõ sit simoniacũ: vt diuus Thom. 3. ad secundum argumentum astruere videtur. In contrarium antè est vsus ab ecclesia permissus. Consentit enim presbyterum de stipẽdio pacisci, vt Capellaniæ seruiat, ter scilicet in hebdomada, aut quotidie in tali loco celebrare colligetur. Cui quidem mori & ratio, vt hìc ait Caietanus, suffragatur. Quoniam si velle stipẽdium in sustentationem licet, vt secunda cõclusione assertũ est, nihil vetat quo minùs id procurari atque in pactum duci possit. Nam materia est quæ cõtractum facit simoniacum. Quare cùm eadem sit materia absq; pacto & cum pacto: nempe temporalis sustentatio, sit vt si absque pacto id licet optare & accipere quod ad vitam necessarium est, sine quo spiritualia ministrari non possunt, nullum sit vitium de pretio conuenire. ¶ Res est inter Doctores, potissimùm iuris Canonici, plurimùm controuersa: de qua Summistæ in verbo, simonia, variè loquuntur: & Adrianus quotli. 9. cum Altisiodorensi antiquo Theologo complures allẽgat Iurisperitos in sententiam affirmatiuam: nempe quòd liceat pro labore administrationis sacramentorum, de pretio pacisci: iuxta apostolicam doctrinam in superioribus allegatã. Cui cõsonare videtur can. vltimus. 1. q. 2. vbi astruitur quòd clerici stipendia accipere possunt, iustis laboribus merita. Quin verò & euãgelium, vbi ait Christus, Dignus est operarius mercede sua. Et est vulgaris opinio. Durand. tamẽ in 4. distinct. 25. quæst. 1. omninò renuit pro labore administrandi sacramenti quicquam recipi posse. Et Caietanus & hìc & in sua Summa, in verbo, simonia: & quæst. 9. primi quotlibeti, permulta de hac ditimẽda lite docte disserit: si modò res paulò explicatiùs & compẽdiosiùs colligatur. Placet ergo ad rei intellectũ tripertita distinctio inter pretium spirituale & stipendium ad sustentationem, & mercedẽ pro locatis operis. Et quidem de primo nemini ambigitur: adeò perspicuum est pretiũ pro re spirituali aut ei annexa percipi non posse: veluti suprà explicatum est: Ob id quod tales res non sunt prætio vendibiles. Neq; verò duorum cæterorum membrorum distinctio vsq; adeò est intellectu difficilis vti prima fronte apparet. Merces enim operi adæquatur, de qua Mat. 20. Redde operarijs mercedem suam. Stipendium verò sustentationis, licet tandem referatur ad ministrorum operas, tamen proximè non fit nisi ad necessariam sustentationem ministri. Et possumus distinctionem hanc quãtum ad duo membra hoc exemplo elucidare. Si enim quispiam artifex, cuius opera digna essent magno pretio, sic cum domino aliquo cõueniret: Da mihi victũ, & operas omnes meas tibi impendam quantiuis fuerint pretij dignæ: Tunc non æstimarẽtur operæ, sed tantum necessaria sustentatio. Econuerso dum dives artifex pro imagine aut alia fabrica quantum opificium valet petit, non æstimat necessitatem victus, sed valorẽ operis. Quare Augustinus nuperrimè citatus acutè distinxit dicens: Sustentationem necessitatis recipiãt à populo: mercedem autem dispensationis, id est æqualem valorem operis, à Domino. Igitur quòd clerici stipendium sustentationis recipere possint, non est dubium. Idq; possunt dupliciter. Primò authoritate publica ecclesiæ: quæ quotam decimarum taxauit. Ac perinde episcoporum constitutionibus: sanè qui taxare possunt quanto stipẽdio ille dignus sit qui tali seruitio ecclesiæ mancipatur. Secundo modo priuata libertate. Potest nanque & ipse sacerdos victus indigẽs, cùm ad seruitium conducitur capellaniæ, aut vicariatus pacisci de stipendio sustentationis secundùm loci, temporisque dispensationem. Hoc autem non ego eâdem facilitate approbarẽ qua à Caietano asseritur: nempe ꝙ quando sustentationis stipendium superioris autoritate decretum est, potest illud sacerdos, siue pauper sit siue locuples, percipere. Nam idem sacerdotium potest dives sacerdos nihilo minori iure suscipere quàm egenus. Quando verò eiusmodi stipendium non est lege constitutum, sed priuata conuentione constituendum, tunc

Vltima conclusio.

Dubitatio.

Adrianus. Altisiodor.

Durandus.

Caietanus.

Distinctio.

Clerici stipendia sustentationis recipere possunt.

tunc inquit pauper pacisci de illo potest: dives verò minimè. Quoniam cùm aliundè sibi sustentatio suppetat, indicium est conuentum facere, non pro sustentatione, sed pro operarum mercede. Tunc tamen ego inquam censendi rigorem non facilè probarem. Nam si ex rei natura ad sustentationem ministri tali functionì mancipati talis sustẽtationis moderatio necessaria est, tunc ex natura rei nulla emergit simonia: atque adeò neque ex qualitate sacerdotis creatur. Intentionis nanque Deus solus scrutator est. Quòd autem tale stipendium sustentationis gratia fit licitum, suprà satis lege naturæ & diuina demonstratum est: quamque debeat sacerdotalis ordo decenter sustentari.

¶ An verò in mercedem pro labore liceat aliquid etiam recipere, quod fuit tertium distinctionis membrum, hoc est de quo inter doctores ambigitur & controuertatur. Quanuis non sit tantum dubium quantum multi authores putant. Imò per distinctionem adeò omnes cõciliantur, vt disidere neque ant. Labores enim & operæ aliæ sunt antecedentes sacramentum, atque adeò illi accidentes: aliæ verò concomitantes: imo verò de eius substantia. Priores ergo locari possunt stato pretio. Posteriores verò minimè. Est, exempli gratia, infirmus cui à longinquo accersendus est sacerdos qui eius audiat confessionem, vel Missam celebret, vel rem faciat diuinam. Potest profectò sacerdos pro itineris labore pretium exigere. Alius est labor & operatio sacramento intrinseca: puta Missæ celebratio, aut baptizandi opus, aut quæuis alia sacramenti applicatio. Et pro his laboribus & operis manifestum est nihil pretij posse recipi. Sed de his ait Augustinus, mercedem dispensationis à Domino recipiat. Perinde enim esset ac si reciperetur pro gratia sacramenti. Baptizatio enim & baptismus pro eodem reputantur: sicut Missa & celebratio Missæ: veluti qui domum fabricat, idem pretium pro domo & pro eius fabrica recipit. Nec potest duo recipere, alterum pro re, alterum vero pro opere. ¶ Cùm autem pro huiusmodi functionibus adstruitur nihil posse mercedis recipi, non negatur quin pro earum obligatione percipi possit. Quemadmodum esset pro mutuandi officio nihil pretij posse exigere, tamen pro mutuandi obligatione nõ est illicitum. Licet inquam sacerdoti dum ad seruitium parœciæ conducitur, pro obligatione his aut illis diebus celebrandi, confessionibusque audiendis assistendi, de stipendio conuentum inire. Cui quidem assertioni astipulatur cap. significatum. de præbendis. ¶ Per hæc & de vasorum vsu atque de materia sacramentorum facilè vnusquisque iudicabit. Nefas ènim esset pro vsu calicis aut corporalium illum qui consecrat aliquid de pecunia præmij nam vsus ille de intrinseca est ratione sacramẽti conficiendi. Quanuis, vt diximus, possit vna ecclesia alteri calicem, sicut vendere, ita & locare. Nam locatio illa est accidentaria, longè antecedens ad sacramentum. Pari modo si nullum esset oleum in vrbe posset vna ecclesia oleum consecratum tanti vendere quanti si non esset consecratum. Imò & chrisma posset vnus mercari in vno loco & vendere in alio. Nam omnes illi contractus similes sunt actionibus quas nuper diximus accidentarie antecedere ad sacramentum. Nisi hoc nimium iniuriam & contemptum rei sacræ fieret: vtpote si consecratio ipsa venderetur. Attamen sicuti neque actio ipsa quæ est de essentia sacramenti, neque labor qui est illi annexus vendi potest, ita neque vsus materiæ sacramenti quæ ad substantiam eius attinet. Hoc est. Sicut neque episcopus pro labore confirmandi, neque sacerdos pro labore & opere vngendi infirmum, mercedem recipere potest: ita neuter pro vsu Chrismatis aut olei, quod illic consumitur, potest quicquam suscipere. Et quod de actionibus sacramentorum dictum est, iudicandum est & de sacramentalibus sentiendum. Nequit enim sacerdos pro exercitiis & catechismis, aut pro benedictionibus nubentium quicquam percipere præmij, loco mercedis. Adcommodum ergo vltimum. 1. quæstionem. 2. respondetur, quod loquitur de stipendijs sustentationis: sicuti & verbum Christi. Quare quod ait Lucas, Dignus est operarius mercede sua: aut Matthæus, cibo suo. ¶ Ex his denique colligitur quàm sit abstrudus vsus quinquagesimæ illius macis pro minima ex habitione pecuniam ait munus aliquod designare: quæ quidem per particulares episcopos si autẽticus est, tam cum propria & legitima, aut ita diu sint residentes, aut celebrare ordines, quod pudendum est, non dignentur, titulares ad id munera accersuntur: & quod absurdius est, non tam iustum eis stipendium pendunt vt possint illos ab omni exactione prohibere. Est ergo inquam cogere illos qui ordinantur, vt non modo cunctis verum & pecunias offerant. Imò vero arbitror neque pro literis testimonialibus quicquam posse exigi.

Ad primum igitur capitale argumentum diuus Thomas sic respondet vt vniuersa perlustrans remedia, nunquam cõcedat licẽre mercẽ-

Ad primum argumẽtũ. Solutio. S. Thomæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mercedem pro actione sacramentali exhibere. Ait enim quòd si baptizandus nondum est rationis vsum ingressus, & sacrilegus sacerdos nolit absque pretio baptismum dispensare, perinde censendum est ac si nullus adesset sacerdos, atque adeò sicuti in casu extremæ necessitatis vbi quilibet est minister, à quocunque est citius tingendus, quàm sacerdotis sacrilegio assentiatur. Quanuis aqua, quæ elementum est, possit ab illo emi. Si autem sit adultus, neque vllus alius adsit à quo sacramentum suscipiat, potiùs est illi absque sacramento de vita migrandum, quàm baptismum emat. Tunc enim baptisma flaminis satis ei erit ad salutem. ¶ At verò rem in extremas angustias non cogit. Faciamus enim nequam sacerdotem præsente paruulo soloque parente, eodemque trunco & ad baptizandum inepto, suam exprimere corruptam mentem: videlicet nequâquam sacramentum administrare velle nisi pretium sibi pro ipsa sacramentali functione pendatur: vtrum fas tunc sit patri, tale illi porrigere pretium. Apparet enim ratio non infirma id persuadere. Vnicuique enim vt paulò antè dicebamus, licet suam vexationem redimere: ille autem parens qui liberi vicem gerit, ingentem patitur iniuriam, & grauiorem paruulus: quippe cui ius diuinum, naturaleque suffragantur, & humanum, vt teneatur ille nequam sacrilegus ipsum baptizare: potest ergo pater illam pretio redimere vexationem. Exemplo nobis ille est qui ad vsuras tempore necessitatis petit: quod re vera citra culpam facere potest. Imò longè efficaciùs videtur huic patrocinari ratio. Nam cùm iura omnia ad animarum salutem referantur, neque vllum aliud misero infanti remedium suppetat, potius est vexatio illa pretio repellenda, quàm infans à regno cœlorum in æternum repellatur. Cùm ergo dubitandi rationem hucusque diuus Thomas non perstrinxerit, restat nobis ad hoc respondere. Et quidem Paludanus in. 4. distinctio. 5. sacrilegium omninò reputat, etiam in tali casu pretio emere sacramentum ad redimendum vexationem. Et fortè id propter diuum Thomam adstruxit, qui in. 4. eâdem distinctio. quæstio. 2. probabilius id arbitratur. Quod & ante ipsum Alexandri fuerat opinio. 2. parte, quæstion. 189. membro tertio: & Richardi in. 4. distinctio. 5 2. articul. 3. Et subdit Paludanus rationem. Nam redimere, inquit, vexationem, bifariam vsu venire potest. Vno modo ab illo qui obesse potest, prodesse verò non item: altero verò ab illo qui obesse potest & prodesse. Et prioris, inquit, vexationis redemptio licita est: posterioris verò nequâquam. Exempla eius sunt. Episcopus electus potest ab illis qui suam possessionem & confirmationem perturbant, vexationem redimere: non tamen à confirmatore. Et ratio diuersitatis est, quòd priori casu non venit in suspicionem quòd episcopatum velit emere, cum illi non possint dare. Posteriori verò eâdem suspicione respergitur. Et ideo cùm sacerdos prodesse baptizando possit, nequit ab illo, inquit, vexatio redimi. Lepidam autem glossam super cap. Baptizandus. 1. quæstione. 1. audi. Postquàm enim ait neutiquàm posse in tali casu pretium pro baptismo pendi, subdit: Ego tamen potius darem pecuniam quàm puerum sic dimitterem mori: & bene: licèt non deberem facere. Perpende si non deberet, quomodò bene faceret. Igitur Panormitanus super cap. Cùm in ecclesiæ. extrà, de simonia. atque alij quos Richardus loco citato refert distinguentes inter infantes & adultum, probè concedunt debere eum qui paruuli curam gerit vexationem pretio redimere propter extremam necessitatem: nō tamen adulto qui per baptismum flaminis seruari potest. In quo rum sententiam Caietanus subscribit: idque, vt reor, meritò. Nam quòd paruulus extremam patiatur necessitatem, in dubium nemini venire debet. Etenim dicere quòd intentio volentis baptizare sufficiat paruulo, & quòd Deus vicem baptismi suppleat, non solùm temerarium est, nullaque ratione fulcitum: imò & peiori nomine dignum. Nam cùm nemo alteri mereri possit gratiam sine ipsius actu qui recepturus est, nulla intentio baptismi censetur baptismus flaminis, nisi solum propria ipsius qui baptizari cupit: & lex est, sine baptismo aut sanguinis, aut flaminis, aut fluminis, saluum fieri neminem. Cùm ergo sacerdos in casu nostro tam stricto iure baptizare hunc paruulum teneatur, ac perinde paruulus tam insignem patiatur iniuriam, licite illa vexatio pretio redimitur. Neque est simile de electo episcopo respectu confirmatoris: quia neque illi tanta ingruit necessitas vt confirmetur: neque alter simili iure confirmare cogitur. Quare tunc pater pueri pecuniam nō eo pendit fine, vt beneficium sacramēti emat: sed vt iniuriam propulset. ¶ At verò quò res explicatius pateat, vrgentius arguitur. Sit ille vel sacerdos, vel alius quispiam infidelis, vsq; adeo peruersus vt nolit anteà baptizare puerum q̄ pater persanctè iuret pretium largiri, non ad redimendā vexationem, sed emendum sacramentū ipsum, & gratiam sacramentalem: vtrum tunc liceat. Et apparet non esse licitum: nam tunc pretium conferens, idem videtur efficere quod Magus ille Simon tentauit. Caietanus hic non videtur huc annuere vt liceret pro sacramento dare: & quæsti. 3. primi quotlibe. id apertiùs videtur denegare. Porrò cùm censeat tam intrinsecè malum esse rem spiritualem emere quàm vendere. At profectò ista iudicio meo non sibi inuicem cohærent: nam si sacramentum emere, esset perinde ac mentiri, intrinsecè malum, neque ad redimendam vexationem licitum fieret. Quoniam pretium ad redimendam vexationem est sacramentum emere, tanquàm medium ad propulsandam iniuriam: nam etsi suprema intentio in emptionem sacramenti non feratur, nihilo minus illud accipitur tanquàm medium quod ad cauendam vexationem refertur. Veluti qui ad redimendam vexationem emeret fauorabilem sententiam iniqui iudicis. Et confirmatur hæc ratio: quoniam quātumuis ille me iurare cogat quòd pecuniam pro sacramento tribuo, nihilo minus salua est mea suprema intentio quòd hoc facio ad redimendam vexationem: ob idque nulla subest in iuramento fallitas. Quapropter nisi mea me fallit inscitia, sententia hæc de redimenda vexatione non aliter defensari potest, quàm per distinctionem emendi vendendique sacramentum. Itaque & si vendere sacramentum & rem quamcunque spiritualem sit penitus intrinsecè malum, adeò vt neque ad redimendam vexationem, neque vlla excogitabili causa fieri possit licitè: pretium tamen pro illo offerre dicendum est non vsque adeò esse intrinsecè malum, quin extrema necessitas illud permittat. Cuius aliquale exemplum est in mutuatione sub fœnore, quæ intrinsecè mala est, & in receptione quam potest excusare necessitas. ¶ Neque vllum potest contra argumentum peti à Simone Mago, qui de emptione gratiæ condemnatur. Nam ille ideo emere voluit vt potestatem haberet reuendendi. Qua ratione fœdissimam gratiæ irrogauit iniuriam. Qui autem ratione modò dicta pretium pro sacramento offert, non ea intentione id facit, sed ex veneratione præcepti baptismi & summa æstimatione gratiæ sine qua credit neminem seruari posse. In summa, sicut daré pretium pro sacramento extra extremam necessitatem non liceret, sic extremam necessitas id efficit licitum. Hæc autem omnia eatenus affirmauerim, quatenus ille qui baptismum vendere pertenderit, id nè faciat in religionis contemptum. Nam si esset hæreticus aut tyrannus qui in religionis ludibrium simoniacam prauitatem persuadere vellet, illudque pretium tanquàm confessionem illius falsitatis exigeret, neutiquàm tunc liceret eidem pretiō dato conniuere. Nam esset fidem diffiteri. Secùs si non illa ratione peteret, sed vel propter auaritiam, vel inducens, vt ipse arbitraretur, alterum ad malum. ¶ Per hæc de adulto facilè iudicium sumitur. Si enim arguas, adultum qui baptizari optat perinde habere ius vt ab altero baptizetur atque paruulum, eandemque subinde iniuriam perpeti, atque adeò eandem redimere posse vexationem, negatur omninò esse simile. Quoniam in spiritualium simonia multò est adhibenda maior cautio quàm in temporalium vsura. In vsura nanque grauis necessitas à recipiendi culpa liberat. Sed tamen in spiritualibus propter eorum excellentiam sola extrema necessitas excusat, nè pretium offerens consentire in alterius simoniam videatur: atque adeò nè efficiatur eius particeps: adultus verò non laborat necessitate extrema. Neque verò vreget si redarguas forsan illum non habere nisi attritionem, quæ per baptismū fieri posset cōtritio. Nam sua culpa est si dum videt alterum nolle nisi sacrilege baptizare, non fe mente satis per Dei suppetias ad ipsum vertit. Caue tamen prudens, vlla te ex his quæ dicta sunt suspicio tangat, licère cupiam, quanuis dignissimo, ad suam redimendam vexationem, vel electoribus vel Antistiti quidpiam temporale offerre vt eligatur: esset enim aperta simonia, vt infrà patebit. quæst. proxima. ¶ Ad secundum argumentum bene sanctus Thom. respondet, sacerdotem pro Missæ sacrificio non pretium aut mercedem operæ suscipere: sanè quod simoniacum esset: sed eleemosynam ad sustentationem. Ad illam nanque superius præfixam distinctionem respiciendum est inter sustentationem & mercedem operis pro labore. ¶ Sed nunquid fas erit de eleemosynæ quantitate ad sustentationem pacisci? Apparet enim non licère. Quoniam suspicio inde suboriretur, sacerdotem pretio rem diuinam æstimare. Respondetur, si rem nudè secundum suam naturam expendamus, non videtur esse illicitum, quòd sacerdos nollet celebrare nisi vbi victus suppeditaretur: idque ei explicaret, qui pro se petit rem fieri diuinam. Qua vtique ratione suprà concessimus posse sacerdote duas pitantias pro vno faciendo sacrificio suscipere. Attū de quantitate contendere vix citra scandalū fieri posset, propter rationē adductā. ¶ Quapropter id superest in præsentiarū admonen-

Dubitatio.

Paludani solutio.

Alex. Halé. Richardus.

Panormit.

Solutio prioris dubitationis.

Argumentū

Argumentū alterum.

Solutio.

Replica.

Solutio.

Ad secundū principale.

Scrupulus.

Responsio

Universidad de Deusto
Biblioteca

monendum de vsu quodam inserpere incipiente, quòd si antiquis patribus innotuisset, arbitror dehortarẽtur obnixè & execrarentur. Fertur nanque in nonnullis ecclesijs ab episcopis eleemosynam quæ pro vna Missa offerenda est, sic taxari, vt sacerdotes sub anathematis cẽsura inhibeant nè minorem suscipiant. Quòd si quis in testamento eleemosynas pro certo Missarum numero legauerit, taxata pro singulis eleemosyna sub eâdem censura hæredes testamentorumque executores compellunt, vt eandem augeant eleemosynam. Quod profectò nescio quomodò citra scandalum, citraque iuris violationem fieri queat. Fateor equidem posse debereq; episcopum plebem instantius admonere, vt pro sua quisque facultate, proq; temporum ratione eleemosynam Missæ augeret quò se sacerdos sustentare valeret. Sed tamen lege & plebem perstringere, & plebanos arcêre nè minori pretio celebrare possint, è diametro rationi eleemosynæ aduersatur, quæ libera esse debet, & imaginem induit pretij mercedisque pro sacrificij celebratione. Nota verbum sancti Thomæ in præsenti quæstio. articul. 3. inter soluendum secundum argumẽtum: Illicita enim, inquit, esset ordinatio. Quòd si redarguas, Antistitem posse sustentationis stipẽ diù taxare: Distinguitur. Etenim quòd id possit pro obligatione qua se sacerdos stringit ad capellaniam, & ad seruitium in tempus, vel in perpetuum, fateor: sed tamen taxare pro singulari Missa, quæ nõ est obligatio, sed simplex actio: Do vt celebres: idque sub tali censura, nè minus dari aut recipi possit: profectò ius non
Ad tertium. video sed scandalum. ¶ Ad tertium respondetur quòd in absolutione ab excommunicatione pecunia non penditur in pretium rei sacræ,
Ad quartum sed in pœnam delicti. ¶ Ad quartum respondetur quòd vbi prisca inoleuit consuetudo vt pro eiusmodi actibus hierarchicis aliquid retribuatur: credendum est illud ceu sustentationis stipendium fuisse introductum. Qua ideo ratione illud nefas non esset percipere. Vbi autẽ id quasi actionis pretium soluitur, nulla consuetudine fit licitum: vt habetur cap. Cùm in ecclesię. de simonia. vbi pro vniuersis huiusmodi actionibus prohibetur quicquam percipi. Nam cùm simonia vitium sit contra naturam, nulla in contrariũ vim habet consuetudo. Quare huiusmodi moribus attentè cauenda est species mali: secundum verbum Apostoli. 1. ad Thessalonicens. 2. Ab omni specie mala abstiAd quintũ. nete vos. ¶ Ad quintum respondet diuus Thomas, antequàm quippiam iuris ad episcopatũ, vel ad aliud quoduis sacerdotium, vel dignitatem per electionem vel prouisionem acquiratur, simoniacum esse crimen aduersantium obstacula pecunia propellere. Sic enim viam sibi homo sterneret ad rem spiritualem mercandã. Sed postquàm ius alicui acquisitũ est, licet per pecuniam iniusta impedimenta remouere: nẽpe si aliqui obstarent nè electus confirmatorẽ adiret, aut in possessionem admitteretur. Priorem autem partem sic intelligito, vt quemadmodùm libro quarto de impediente ab assecutione beneficij dicebamus, illos excipias q vim inferũt. Si enim quis etiam ante electionem ne dignitatem peteres te in carcerem obtruderet, aut electorum quemlibet, nè te eligeret, porrò pecunia illam redimere posses iniuriam. Secus li per ambitum & palpationẽ, & quam subornationem dicunt, te procuraret excludere. Neque verò, vt suprà diximus, cõfirmatorem qui te cõfirmare renueret pecunia emollire posses: ob id, vt suprà dicebamus, quòd non solum potest obesse, verũ & prodesse. Quapropter largitio illa, emptionis specimen exhiberet. Quod in alio qui te impediebat nõ reperitur. Et forsan neq; ab illo qui te in possessione missurus est, vexationem redimere licet: nam possessio aliquid est spirituale, quod tu mercari videris. Quãuis de possessione nõ sit res adeò certa, ac de confirmatione. ¶ Circa hæc autem insurgit Dubitatio. non subticendum dubium: Vtrum ad cauendam iniquam electionem, quæ ecclesiæ nocua est & perniciosa, liceat pecuniam offerre. Caietanus in illa quæstio. 3. primi quotliberti asCaietani assertio. serere non formidat, in electione Pontificis maximi, si liquidò constiterit electionem in indignum inclinare & ecclesiæ pestilentem, licêre oblato pretio eiusmodi electionẽ cauere: hoc enim esset ecclesiæ vexationem redimere. Sed tamen ad eligendum, inquit, bonum, id non licet. Et quidem vsqueadeò in priorem sententiæ partem arbitror consentiendum, vt etiam posteriorem crediderim esse temperandam. Enimuerò tanta pernicies est, & atrox ecclesiæ deuexatio si non eligatur dignus, ac si eligatur indignus: quoniam inter hęc non est medium. Quocircà vbi duo essent tantum inter quos nutaret electio, quorum vnus esset dignus & alter indignus, vt liceret pretio indignum repellere, liceret profectò electionem ad dignum inflectere: quia repulsio vnius, esset alterius electio. Arbitror enim, vt suprà dicebam, quòd licèt huiusmodi spiritualia vendere omninò sit intimè malum, redimere tamen non vsq; adeò quin extrema necessitas licitum id possit facere. Quapropter vbi multi essent digni, neutiquàm liceret pretio ambire vnius electionem.

Licet pecuniã redimere vexationem ab eo qui vim electionem ilidet impedire.

Imò

Imò quamuis alij essent alijs digniores, non liceret id in fauorẽ dignissimi facere: quoniam vbi dignus speratur eligendus, non ingruit extrema necessitas eligẽdi alium, quæ sola huiusmodi largitionibus simoniam abstergit. ¶ Ad sextum denique respondendo reprehendit diuus Thom. quosdam, qui pro matrimonio affirmant licere pecuniam recipere, ac si non esset sacramẽtum, gratiæ collatiuum. Et fuit opinio Bernardi in Apparatu, super cap. Cùm in ecclesię. de simonia. vbi ait quòd quanquàm pro benedictionibus nubentium pecuniam recipere non liceat, tamen pro matrimonio nõ est illicitum: eò quòd etsi sacramẽtum sit, gratiam tamen nõ cõfert. In cuius opinionis suspicionem venit apud quosdam Magister Sententiarum: propterea quòd in. 4. distinct. 26. non explicat idem sacramentum aliter quàm in remedium esse institutum. Sed neque Durandus super eandem distinct. eidem opinioni conniuere est veritus. Est tamẽ error plus quàm falsus: vt inibi Doctores ferè concludunt: Dotalis ergo pecunia vxoris, pro matrimonio cõfertur, non quatenùs sacramentum est, instrumentalisque adeo gratiæ causa: sed quatenùs est officium naturæ, cuius vtique onera sine sumptibus fieri nequeunt.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm pro spiritualibus actionibus dare accipereque pecuniam sit licitum.

Onsequenter de alio spiritualium ordine arguitur: nẽpe quod pro actionibus spiritualibus fas sit pecuniam tum dare tum etiam accipere. Vsus enim prophetię est actus spiritualis: pro quo tamen quondam aliquid offerebatur: vt. 1. Regum. 9. de Saule legitur: & 3. Regum. 13. de Ioliai ergo non est illicitum. ¶ Secundò: Oratio, prædicatio, atque adeò diuinæ laudes actiones sunt inter spirituales præcipuæ: sed ad impetrandum orationis suffragia licet munerum beneuolentia vtiq; iustos, præsertim egenos, conciliare: iuxta illud Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mamõna iniquitatis. Mox, & verbi ministris: puta prædicatoribus spiritualia seminantibus, temporalia secundum Apostoli constitutionem. 1. ad Corinthios. 9. debentur. Deinde & diuinas celebrantibus laudes, & Psalmos, & ecclesiastico ritu processiones & mortuorũ exequias, aliaque id genus facientibus, sua quoque stipendia decernuntur: & nonnunquàm amini reditus: nulla ergo iniquitas est pro eiusmodi spiritualibus actionibus stata percipere præmia. ¶ Ter Tertium. tiò. Scientia est res quædam spiritualis, cùm sit ad docendum facultas: sicuti prælati potestas ad corripiendum, iiumq; dispensandi munus: tamen pro vsu scientiæ mercedem suscipere, nihil habet absurdi: licet enim & Doctori, & aduocato, & medico suas pretio locare & vendere operas: ergo pariter prælatus pro sua spirituali functione recipere potest pretium.

Quartò denq; arguitur. Religio status est spiri Quartum. tualis perfectionis: & tamen solent in monasterijs, præsertim sanctimonialium, non aliter ad religionem virgines admitti quàm si dotes secum afferant: ergo licitum est pro huiusmodi actibus rem aliquam tum tribuere, tum etiam accipere. ¶ Contrarius autẽ extat canon Con Concilium cilij Toletani vndecimi. 1. quæst. 1. cuius initiũ Toletanum est: Quidquid inuisibilis gratiæ cõsolationi tribuitur, nunquàm quæstibus vel quibuslibet præmijs vænundari debet: dicente Domino: Quod gratis accepistis, gratis date. hæc autem spiritualia quæ recensita sunt, per inuisibilem gratiam tribuuntur: ergo nefas est pretio illa dispensare.

POst sacramenta quibus gratia gratum faciens cõfertur alium spiritualitatis gradum obtinent (vt suprà diximus) actiones illæ quæ ad gratias gratis datas spectant: quæ videlicet vel ex eâdem gratificante gratia procedũt, vel ad illam adipiscendam animũ præparant. De quibus ideo eisdem duabus cõclusionibus, quibus de sacramentis, respondetur. Prior est: Nõ Prima conmodò licet, verùm necessarium est eos qui hu clusio. iusmodi actionib⁹ spiritualia charismata administrant, à populo sustentari. Hæc iam suprà satis superq; demonstrata est: tum naturali ratione, tum etiam & Paulino testimonio. 1. ad Paulus. Corinthios. 9. vbi ait: Quis militat suis stipendijs vnquàm & de lacte gregis non manducat? ¶ Posterior. Vendere aut emere id quod in hu Postrema cõ iusmodi actibus spirituale est, sacrilegiũ simoclusio. niacum exist it. Hoc palàm est: neque alia post superiorum intelligẽtiam probatione indiget. In his ergo ait diuus Thomas primum omniũ cauendum esse nè intentio emptionis aut venditionis spiritualium animum occupet: cuius tunc maximè indiciũ prodiret, si vsq; adeò exigeretur præmiũ, vt offerre nolentibus spiritualia ipsa munera subtraherẽtur, quæ exhibẽda essent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent. At verò postquàm gratis priùs exhibẽtur, licitè, inquit, possunt statutæ consuetæque oblationes à nolentibus & valentibus soluere, authoritate superioris exigi. Circa conclusiones istas aliquantulo maior sese offert dubitandi ratio, an pro laboribus huiusmodi muneribus annexis liceat aliquid pretij recipere, q̃ pro administrationibus sacramentorũ: nam in istis videntur labores & operæ quodammodò esse distinctæ ab spiritualibus: vtpote cantare, siue vocibus, siue organis, aut alijs instrumentis: ire processionaliter ad deducendum funus, aliasq; illic celebrare exequias quæ simpliciter ad sepulturam nõ sunt necessariæ. Item studere ad prædicandum, ad cõsulendum, ad visitandum subditos, cognoscendasque eorum causas: qui quidem omnes labores videntur posse mercede locari. Quapropter authores offendas complures concedẽtes pro eiusmodi laboribus posse pretium recipi, quãtum est ex natura rei: nisi quia exteriùs præ se ferunt effigiem mali. At tamen opinio hæc non est satis circunspecta. Nam pacta in istis non sunt solùm mala, quia ab ecclesia prohibita: sed quia sunt ex natura sua mala, ideo prohibita. ¶ Igitur primùm omnium supposita illa trisida distinctione superiori, quæ inter pretiũ spiritualium, quod neutiquàm licet, sustentationemq; sacerdotum & operarum mercedem posita est: notandum restat discrimen inter administrationem sacramentorum, & alias spirituales actiones: nempè quòd in sacramentali functione neutiquàm carere posset specie simoniæ, alia soluenda iura, & oblationes instituere præter decimas, vel illos reditus qui ad sustentationẽ instituti sunt: pro alijs verò actionibus, secũdi ordinis solent alia instituj, mercedis formam habentia: vt pro exequijs mortuorum, pro cãtoribus: quin etiã pro prædicatoribus, pro processionibus, atque ad genus alijs. Et ratio discriminis est, quòd eiusmodi actiones non sunt tam necessario annexæ spiritualibus: haud enim tanta funeris põpa ad sepulturam est necessaria: neque cantores multi ad rem celebrandam diuinam. In huiusmodi ergo actionibus, quibus misceri assolet tẽporale quidpiam, discernículo opus est. Nam quãdo temporale illud nõ est ad spirituale necessarium, nulla interuenit simoniæ species si pro mercede ex pacto fiat. Quare cantores & organorum multici absq; scrupulo possunt suas locare operas. Est enim officiũ illud spiritualibus accessorium. Atque huic mẽbro Caietanus & nonnulli alij adiungunt aduocatorum doctorumq; operas: de quibus tamen illicò nos in solutione tertij. Quando verò id quod principaliter quæritur est spirituale, nõ licet pro illo quicquam mercedis loco percipere: vt pro Psalmis ipsis diuinis, pro necessarijs orationibus, & pro mortuorum necessarijs exequijs. ¶ Sed tamen hæc ad medẽdum ignorantium conscientijs ad normam conclusionũ suprà positarum expendenda sunt. Diximus enim secundum diuum Thomam quòd oblationes dictis actionibus cõstitutas non licet eo rigore exigere vt non soluentibus spiritualia subtrahantur, quæ exhibenda sunt. Exempli gratia: si Plebanus nollet mortuum sepelire nisi iura sibi consueta priùs penderentur: quia sepultura necessaria est, scandalum daret, speciemque simoniæ præ se ferret. Si autem illi qui funus curant volunt cum magna pompa suum humare mortuum, non tenetur pastor gratis illud exequi: & ideo licite potest consueta iura exigere. Sed tamen quia & hæc ordinem etiam spiritualium suo modo attingunt, cauendum est scandalum: saltem antequàm sepulturę officium persoluatur: vt hic admonet diuus Thomas. ¶ Hic autem admonendum meritò duximus quàm sint scandalosæ ac sacrilegæ extorsiones clericorum aduersus monachorum iura, Christianorumque libertatatem. Reperies enim diœceses vbi clerici nolunt cum qui in monasterio sepulchrum optauit, cum pompa illuc ducere: adeò vt non nunquàm neque crucem importent, neq; psalmos canere velint: quod profectò religio Christiana abhorret. Nam cum vnicuique liberum sit sepulchrum pro sua deuotione vbi maluerit eligere, non sunt defunctorum voluntates per illas extorsiones cohibendæ. ¶ Postremũ hic dubium restat triuiale de canonicis atque alijs qui ad horas canonicas in ecclesiam non nisi stipendij gratia concurrunt, vtrùm simoniæ vitium contrahant. ¶ Ad hoc diuus Thomas quolib. 8. quæst. 6. seu articulo. 1. respondet: quòd si stipendium sit finis intentionis celebrandi diuinum officium, simonia committitur: quoniam tunc stipẽdium habet rationem pretij, quo non est licitum vendere rem spiritualem, quale est diuinum officium. Si autem principalis intentio non sit nisi diuinus cultus: tẽporalis verò fructus sit accessorius, tanquàm ad sustentationem necessarius: non est simonia. ¶ Hæc autem solutio nisi sanè intelligatur, scrupulis punget humanas conscientias. Videtur enim hic diuus Thomas, vt simoniacos cõdeminare quotquot ad ecclesiam ire pergunt, intuitu numulariæ distributionis, aliàs nequaquam ituri: quod profectò durum est creditu. Item, vt suprà de receptione puellarum ad velum

Dubiũ grauc.

Ratio dubitandi.

Discrimẽ inter administrationẽ sacramentorũ & alias spirituales actiones.

Solutio proximæ dubitationis.

Clerici sacrilegæ extorsiones.

Postremum dubium.

Solutio S. Thomæ.

lum moniale arguebamus, necessitas rei familiaris impertinens est, vt quod alioquì simonia non esset, eodẽ notetur vitio. Nam simonia in in hoc prorsus consistit vt spirituale vendatur, siue à paupere siue à diuite. Quare idẽ proposítum quod locupletem faceret simoniacum, faceret & inopem: & quod excusaret inopẽ, excusaret locupletem: saltem à simonia: quicquid sit de auaritia. ¶ Resolutio ergo est, q̃ ire ad ecclesiam tempore quo clericus aliàs non tenetur, tãtùm distributionum causa: ita vt aliàs nõ iret, non est vera simonia, nisi intenderet pro re spirituali pretium recipere modo suprà exposito. Peccaret ille clericus nihilo minùs grauiter contra suum ordinem & institutionẽ qui nunquàm vel raro ecclesiam viseret nisi illa de causa: & qui in genere non haberet præcipuum propositum frequẽtandi ecclesiam propter diuinum cultum, cuius solius gratia præbendarũ iura instituta sunt. Imò verò qui cultum ad tẽporalem mercedem tanquàm ad finem referret, peruersam sacrilegamq; haberet intentionem cõtra legitimum rerum ordinem, qui est vt beneficium sit propter officium.

AD primum igitur respondetur q̃ quemadmodum nos pro rebus sacris, ita prisci solebant bonis Prophetis spontanea munera offerre, vt Hierony. super Michęa adnotauit ficuti & de Damiano eius tradit historia, qui pro dono sanitatis vltronea munuscula penè inuitus accepit. Petere autem nefas est, vt patet de Giezi quẽ Eliseus de postulato à Naamã ptio pro dono sanitatis acriter obiurgauit. ¶ Secundum argumentum triforme erat. Ad cuius primum membrum de eleemosynis quæ pauperibus pro eorum suffragijs precationumq; subsidijs erogantur: Respondetur, non esse licitas in pretium eiusmodi subsidij: quod re vera spirituale est: sed donantur in ipsorum pauperum alimoniã. Vtrùm verò tertio modo quasi pro locatis operis ad orãdum liceat de mercede pacisci, aliquis forsan hæsitaret: quandoquidem cantoribus musicis id liceat. At verò hoc affirmare non auderem. Est enim discriminis multum. Quoniã musica (vt diximus) non est ad sacrorum celebrationem necessaria. In oratione verò non distinguũtur labor & opera ab ipso spirituali munere. Imò labor est ipsissimũ spirituale officium. ¶ De prædicatoribus autem in dubium euocari non debet vtrum possint pretium pro functione ipsa recipere: esset enim aperta simonia, vt de oratione modò dicebam*. Neq; est simile de scientia, quæ vendi potest: nam in scientia etiam Theologiæ, humanitùs acquisita, non æstimatur nisi merum subsidiũ temporale: puta intellectum dirigere, instituere, & illustrare. Munus autẽ prædicationis est nõ solùm intellectum illuminare, sed id facere secundùm donum Spiritus sancti, atq; adeò sẽcũdùm eius gratiam expurgare corda, animosque sursum prouehere, diuinoq; amore consolidare & perficere. De quib⁹ ideo Doctoribus intelligitur verbum illud apostolicũ ad Ephe. 4. Et ipse dedit quosdam Apostolos, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Et ad Rom. 10. Quomodò prędicabunt nisi mittantur? Itaq; ex duplici capite nequit prędicationis functio pretio vẽdi: scilicet & quia spiritualis res est, & quia diuina delegatio: quod ideo officium illorũ spiritualium numero comprehenditur, de quibus ait Christus: Gratis accepistis, gratis date. Vnde glossa super illud ad Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri. &c. Necessitatis est accipere vnde viuitur: charitatis est prębere, non tamen vænale est euangelium vt pro his prædicetur. Quocircà, vt de oratione nuperrimè diceba-mus, non potest concionator laborem ipsum prædicandi & operam quam insumit proferẽdo verbum, mercede locare: quoniã labor ipse res spiritualis est. Solum ergo potest honestã sustentationem recipere, & pro victu qui ad laborem studij sustentandum necessarius est, & pro librorum sumptu. Neq; verò simoniacam labem contrahit si quando prędicatio non est prorsus necessaria, mauult verbũ seminare vbi melius sustentetur. Imò & si illic concionari renuat vbi victum sibi nõ sperat suppeditandũ, culpam non committit. Est tamen semper cauendum scandalum, idque potissimùm monachis. ¶ Tertium demum membrum erat de laudibus diuinorum officiorum, tam pro viuis q̃ pro defunctis: de quo satis dictum est. Pretium nanque nunquam est licitum, sed sustentationis stipendia, atq; alia præterea iura (vt explicuimus) quasi mercedem operarum, quæ non sunt omninò necessariæ, sed ad pompam pertinentes. Sed & verbum nihilo minùs Diui Thomæ notandum est: scilicet quòd non licet pactum facere, neque mentem habere recipiendi pretium emptionis. Vnde illicita esset, inquit, negatoria illa lex, quòd, pcessio in funere nullatenùs sine certo pretio fieret: quippe qua via præcluderetur ne gratis eiusmodi pompa fieret. Atque adeò specimen haberet exactionis: quod quidem, vt diximus, multò esset absurdius in celebratione Missarum. Non tamen haberet eandem absurditatem affirmatoria conditionalisque lex. Vt si quis talem obtulerit

Prædicationis functio ex duplici capite nequit pretio vẽdi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eleemosynam, talis ei pompa, quæ non est necessaria, exhibeatur. Haberet quippe eiusmodi lex speciem gratuitæ retributionis. ¶ Ad tertium argumentum, quia prælatorum hierarchicas functiones cum doctorum scientia & aduocatorum consilijs conferebat: per distinctionē respondetur, quandoquidem diuersa est ratio. Antistites nanque cæteriq; ecclesiastici præfecti, virtute potestatis sibi commissæ, rationeq; stipendij ad ipsorum sustentationem constituti, obligantur suas administrare prouincias. Quocircà qui pro vsu eiusdem potestatis aliquid vltrà reciperent, nō tam pro operis quas gratis debent, id intelligerētur suscipere, quàm vendere vsum spiritualis gratiæ. Vnde colligit Diuus Thomas pro nulla dispensatione licitū eis esse quidpiam accipere: neq; pro hoc quòd vices suas committant, neque pro correctione, aut pro eo quòd non corrigant. Nomine autē dispensationis, non solùm legis relaxationem intelligas vt vulgò verbum sonat, sed omnem etiam spiritualem administrationem. Pretium ergo recipere vt cum aliquo subdito dispensetur in lege, manifestaria simonia est: nam pro causa dispensare, ad spiritualem gubernationē attinet: quæ per gratiam sit Spiritus sancti. Est enim pastoris officium, de quibus ait Paulus: Alios autem constituit pastores: & ideo gratis fieri debet, sicuti correctio & eruditio. Si autē absq; causa fit, iniqua est, atque eo longè deterior quòd pretio venditur. Neque verò vllus est pastorum tam inētis inops, à minimo vsq; ad maximum, qui hoc non intelligat. Sed exactiones illas quæ in dispensationibus fiunt, nescio quo alio fuco incrustant. Appellant enim compositiones, & quasi commutationes legis, vt qui à legis vel voti onere excipitur, alterum subeat: ipsi viderint. At verò pretio cum subdito pacisci vt nō corripiatur, magis esset nefandum facinus: puta cùm licentia illi fieret impunè delinquendi. ¶ Addit autem Diuus Thom. licere prælatis dum subditos visitāt, statas pro curationes percipere. Non quidem tanquàm correctionis pretio, quæ proculdubio spiritualis res est, sed quasi debitum stipēdium. In quo quidem verbo duo ipse mihi obseruo. Prius, q re vera visitationum stipendia ob id censentur licita quòd prælati per se ipsos visitare deberēt greges suos, vt vultum pecoris agnoscere possent, & vocem audire: secundùm verbum Christi. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ: nam alios mittere qui duntaxat mercedē corradant, nulla erat mercede dignum. Posterius quod hic obserua uerim, est, quòd cùm eiusmodi stipendia sustentationis gratia fuerint constituta, illic præcisè videntur purissima conscientia exigi posse, vbi episcopatus nō sint nimium pingues: nam vbi decimæ abundant, profectò non est vsq; adeò tutum. ¶ Ad secundum membrum argumenti quod ad scientiam pertinebat, bimembre. D. Tho. respōsum reddit. Qui enim, inquit, officiū non suscepit ratione cuius sibi incumbat alios docere, licitè potest pretium suæ doctrinæ percipere: non quasi veritatem aut scientiam vendens, sed quasi operas suas locans. Cui autem ex officio illud incumberet, si aliquid pretij reciperet, intelligeretur inquit veritatem vendere: & ideo grauiter peccaret. ¶ Locus hic. D. Thomæ contra nos stare cuipiam forsan videbitur: qui quæstione præcedenti contra quam multi censent, mōstrare nitebamur licitè posse scientias, artesq; acquisitas pretio doceri. Ait si quidem non licēre ei recipere pretiū pro veritate aut scientia, sed quasi operas suas locās. At verò potiùs nobis fauet, tantum abest vt sit contrarius. In primis enim veritatis doctrinam non omninò censet spirituale, aliàs neq; operas locare liceret: vt de sacramentis, & prædicationibus, & orationibus, dictū est: sed tantùm sustentationem recipere. Et tamen doctori etiā ditissimo licet operas ad iustum locare. Atqui vbi scientia est excellentior: & qui docet peritior & luculentior, cariùs easdem æstimare. Itē etsi pro veritate dicenda nihil pretij liceat recipere (vt lib. 5. quæst. 8. de teste diximus) eò q̄ cùm mentiri nefas sit, nemini licet nisi verum fari, aut docere. Tamen pro eâdem veritate ex suis principijs eruenda, ac subinde disserenda, elucidanda, prælegendaq; & relegenda, nō dubium quin liceat pretium recipere. Quin etiam (vt suprà diximus) etiam si sine vllo labore id fieri posset, liceret illud vendere. Sicuti si quis alium doceret scribere aut pingere: quia illud non est spirituale de quo loquimur, scilicet q̄d gratis accipimus, vt gratis demus: sed tantum ratione subiecti. Imò verò neq; Theologia sic est spiritualis: quoniam etsi scripturarum fides donum sit gratis datum, atque etiam scientia Apostolis ad prædicandum infusa, quam ideo vendere illis nefas fuisset: tamen illam quam in scholis discimus, humanitùs acquirimus. Idem & de aduocatorum consilio cēsendum: vbi certè nihil spiritualitatis vitiatur, etiā si ditissimus pretio illud perhibeat in causis agendis. Imò quanuis pauperibus pretium extorqueat, nullam committit simoniam: tametsi præceptum misericordiæ violet. Secus de correctione fraterna & consilio ad leuandum mœrorem affli ctū hominis: talia enim officia, porrò quæ per se ad

Ad tertium argumentū.

D. Thomas.

Visitationū stipēdia tūc licitè percipiunt cū prælati per seipsos visitāt & aliūde nō habent congruā sustentationem.

D. Thomas.

Explanatur mens. S. Th.

se ad salutem animi referuntur, spiritualia quidem sunt, & ideo gratis impendenda. ¶ Secundum item verbū D. Thomæ, scilicet quòd qui ex officio docere tenetur, non potest pretium recipere: Hostien. super cap. Quia nōnullis. de magist. eousq; protendit, vt sentiat nemini qui publico stipendio prælegit fas esse peculiarem aliam mercedem exigere: hoc autem gratis dictum est. Nihil enim vetat quò minus qui non tenetur nisi vnā facere lectionem, pro alia pretium recipiat. Sed quod Diuus Thomas ait, ex emplo ipse protinus pandit secundum tenorē dicti cap. quia nonnullis. nempè quòd vbi ecclesia habet canonicatum aut certum stipendium decretum pro cathedra, ille qui illam regit, gratis docere obligetur pauperes. Neque tamen contrà faciens, vlla ideo simoniæ labe denotatur: sed qui pro facultate quam facit doctori ad legendum, pretium exigit, à beneficio Ecclesiastico iubetur esse alienus. ¶ Ad quartū argumentum, de religionis ingressu, tripertita est responsio. Primùm enim constitutissimum est, pro ingressu, hoc est pro professione, neutiquam fas esse pretium aut exigere, aut offerre: porrò quòd religionis cultus res sit spiritualis, ad quam ideo prælatus volentes gratis gratanterque recipere debet: vt pote quod illud sit in stitutum beneficium diuinum. Textus enim extant in cano. Quàm pio. 1. q. 2. & in cap. de regularibus. & cap. quoniam. de simonia. id declarantes. Itaq; spiritualitas per quam in ingressu religionis attenditur simonia, non est inde perpendenda quòd religiosi aliqui ex decimis viuant & bonis Ecclesiasticis: possunt enim decimæ titulis sæcularibus applicari, puta regibus, aut ducibus, ad propugnandam ecclesiam: præterquàm q̄ sunt religiosi nullis talibus fruētes decimis aut spiritualibus oblationibus. Sed ratio spiritualitatis in hoc consistit, quòd professio ipsa & religio institutio Christi est, vt volentes cum sequi gratis admittantur. ¶ Secundū assertum est, quòd vbi monasterium est tenue, nec ad tantum numerum nutriendum sufficiens, nulla est simonia aliquid pro victu & vestitu recipere. Exemplum qualecunq; possumus in matrimonio ponere. Prō illo nanq; quatenùs est sacramentum, nil potest vir ab vxore recipere: potest tamen id admittere ad sustinenda eius onera. Ex hoc tertio fit consequens, neq; esse simoniā si illa inter moniales libentius suscipiatur, quæ ex sua deuotione largas eleemosynas monasterio fuerit elargita. Sicut & econuerso licitū est monialibus temporalia impendēdo beneficia, sęculares ad deuotionem allicere, vt sanctimonialem habitum induant. Tametsi non possint pretium dare vt tale capessant religionis institutum. ¶ Circa secundam conclusionem dubia exurgunt exigua. Primum, vtrùm quando monasterū est locuples vt possit personas quæ recipiuntur alere, simoniacū sit pretium exigere. Extat enim à parte affirmatiua argumentum, quòd cùm non alia ratione eiusmodi exactio iusta sit quàm propter monialium alimentum, vbi illud alunde suppetit, apparet pretium pro ingressu religionis exigi. Quod quidem argumentum doctores fere canonici iuris, vt est videre apud Syluestrum, verbo, simonia. §. 15. in eandem affirmatiuam sententiam cogit. Respondetur nihilo minus, opulentiā monasterij nihil prorsus facere, vt quæ in paupere nō erat simonia, sit in diuite. Et ratio est patētissima: nam simonia ex obiecto speciem sortitur: nempè quia spirituale venditur, puta professio ipsa & locus in religione. Si autem illud cauetur, & pecunia non nisi pro victu recipitur, etiam si monasterium illo subsidio nullatenus egeat, poterit quidem esse peccatum auaritiæ, non tamen simoniæ. Sed hoc tantùm fatendum est, quòd tunc præsumitur simonia: nā si victus est abundans, præsumitur pecuniam recipi pro ingressu, vt probè illi conuincit Syluest. ¶ Quocircà monasteria ditissima quæ pauperes recipere absque pretio renuunt eodemq; ingenti, profectò citra scandalum facere id non possunt: tunc maximè quando videntur pecuniam recipere, nō pro sustentatione, sed alijs de causis: nēpè quia puella non est tam bono sanguine orta, aut alia notata infamia aut deformitate. Hæc enim pretio in conuentu æstimare, vix à simoniæ macula eluī potest: atq; hoc demum, si conuētus vt suam amplitudinem & magnificentiam clariorem reddat, auctiora exigunt pretia.

Primum dubium.

Argumentū

Solutio.

QVÆSTIO SEPTIMA, De simonia in sacerdotijs ac dignitatibus conquirendis.

Sanct. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm pro sacerdotijs atque alijs præbendis quæ spiritualibus sunt annexa, liceat pretium percipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

POSTQVAM DE rebus spiritualibus, puta de sacramentis deq; alijs spiritualibus actionibus disputatum est, subsequitur vt rationem simoniæ circa sacerdotia, præbendasque, ac dignitates, quę eisdem functionibus mancipãtur, examinemus. Apparet enim istorum mercatum, nulla sordescere simoniæ macula: quoniam si hæc emere aut vendere simoniacum esset, cò vel maximè quòd sunt spiritualibus actionibus coniuncta: sed hac ratione nullam rem temporalem liceret vendere: quia cùm omnia temporalia mũdi fuerint propter spiritualia condita, cuncta censentur spiritualibus annexa. ¶ Secundò: sacrorũ vasa sacratæq; vestes, inter ea quæ spiritualibus cõnectuntur, connumerantur: calicem autem ad occurrendum Ecclesiæ necessitati vendere licet & sacras vestes: ergo liceret etiam Pontifici Maximo, vbi Ecclesia graui premitur necessitate, episcopatum aut quoduis aliud sacerdotium, pretio conferre: dummodò conferretur digno. ¶ Tertiò arguitur: Inter spiritualibus annexa asscribuntur ius sepulturæ, ius patronatus, & secundùm antiquos ius etiam primogenituræ. Eò q tunc ius sacerdotale erat illi coniunctum. Sed Abraham emit ab Ephron speluncam duplicẽ in sepulturam, vt Genes. 23. memoriæ proditum est: & Iacob à fratre suo miserã lenticula ius emit primogenituræ, vt eodem libro, cap. 25. legitur. Ius præterea patronatus transit cũ re vendita, & in feudum conceditur. Item decimæ quibusdam sunt regibus ac militibus concessę, à quibus rursum & redimi possunt. Deinde & prælati præbendarum fructus quos alijs conferunt, in tempus retinent: vt Papa medietatem annatis: etiam si præbendæ spiritualibus sint annexæ: ergo sacerdotiorum mercatus in vitium simoniæ minimè impingit. ¶ In contrarium autẽ facit canon Paschalis Pontificis summi. 2. quæstione tertia, cap. si quis obiecerit. Cuius verba sunt: Quisquis eorum vendiderit alterum sine quo neque alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. Nullus ergo emat Ecclesiam vel præbendam, vel aliquid Ecclesiasticum: vtpote sine quo spiritualis actio non prouenit. Hæc ibi.

Primum argumẽtũ.

Argumẽ. 2.

Argumẽ. 3.

AD quæstionẽ suppositã distinctione duabus conclusionibus respõdetur. Bifariàm enim accidit tẽporale quidpiam spiritualibus esse annexum. Vno quidem modo, tanquàm id quod ab spirituali dependet: sicuti sacerdotia habere Ecclesiastica, quod cum clericali officio coniunctum est: de quo vtique annexionis genere, statuitur prior conclusio. Neutiquã id quod hoc pacto spiritualibus annectitur, est pretio vendibile. Imò eiusmodi venditio esset simoniaca. Et ratio est clara iuxta tenorem citati canonis. Nam cùm eiusmodi temporale sine spirituali non transeat, dum illud venditur, spirituale cõiunctim venditur. ¶ Alio verò modo id quod temporale est, spiritualibus est cõiunctum, in quantum ad huiusmodi spiritualia ordinem habẽt: cuiusmodi est ius patronatus: vtpote cuius munus est clericos ad Ecclesiastica sacerdotia præsentare. Et vasa vestimentaq; sacrorum vsui destinata: de quibus posterior adhibetur conclusio. Illa quæ hoc pacto spiritualia referuntur, nulla est simonia vendere: dũmodò non quatenùs sacræ sunt vendantur, sed quatenùs res quædam. Probatur cõtrario modo: nam cum temporalia hæc nihil spirituale præsupponant, transire in alterius dominium possunt, qui nihil habeat spiritualitatis: vt si quis sæcularium villam emat cui ius patronatus annexum est. Et si calix in massam argenti refundatur, & formã perdat potest in alterius trãsire dominium, qui ex eãdem massa potest profanum vas fabrefacere. ¶ Circa priorem cõclusionem dubium emergit, tum q; subobscura est eius ratio, tum etiam quòd nec satis videtur solida, quare ad luculentiorem eius explicationem inquiritur, quo iure emptio venditioque præbendarum, ceu simoniaca sit vetita: vtrùm solum Ecclesiastico, an verò diuino. Nam etsi quę stione. 5. de simonia in genere similem quæstionem disputauerimus, vbi venditionem sacramentaliũ actionũ decisum est iure diuino esse simoniam: nihilo minùs de præbendarum dignitatumque mercatu non est tam compertum. Apparet quippe huiusmodi simoniam solo humano & pontificio interdici: nam sacerdotia hæc nihil aliud sunt quàm decimarum fructus, quę quidem res sunt merè temporales: ergo non obstante quòd sint spiritualibus annexæ, possunt ab illa spiritualitate semoueri, & & vendi: sicuti calicis materia, dummodò consecratio non vendatur, vendibilis est. Mox & si decimarũ substantia iure diuino sit spiritualibus functionibus addicta, quota nihilo minùs, vt suprà monstratum est, iure humano est constituta: poterit ergo Papa si sacerdotiũ valet centum, ius medietatis vendere, alteramque Ecclesiæ relinquere. ¶ De hac quæstione interpretes canonici iuris in diuersas sententias dissentiunt: quas Caieta. quotlibet. 1. q. 9. ad tres reducit. Prima enim eadẽq; extrema est, huiusmodi

Distinctio.

Prima cõclusio.

Posterior cõclusio.

Probatio.

Dubium.

Caietanus.

modi simoniam in vniuersum esse de iure humano, quæ ortum habuit ex glossa in cap. ex parte. de off. delega. 1. quam illic Antonius de Butrio & Cardinalis cap. 1. de simonia. cõprobant. Secunda per aliud extremum est, omnẽ esse prohibitam de iure diuino, quam D. Thomas docere hic videtur. Et tertia est Panormitani eodem cap. 1. de simonia: & rursus in sua repetitione, super cap. extirpandæ. de præben. vbi ait, venditionem prębendæ cui annexa est ordinis administratio, vel clauium executio, simoniam esse de iure diuino: quia id cui annectitur, eodem iure est spirituale. Venditio autẽ præbendæ quæ nõ est talibus ordinibus sacris mancipata, tantùm est simonia de iure positiuo: quales vtique sunt illæ quæ administrationibus hospitalium destinatæ sunt. Caieta. verò hoc solo ab hac tertia Panormitani opinione differt, quòd ait, non solùm illam præbendam quæ annexa est executioni ordinis sacri aut clauium, iure diuino ad simoniam pertinere, si vendatur, verùm & illam quæ annexa est cuicunque clericatui citra sacros ordines, puta primæ tonsuræ aut minoribus ordinibus. Et ratio eius est, quia clericat⁹ inquit est de iure diuino, sanè cum omne clericale officium in spiritualibus actibus consistat: etiam prima tonsura.

¶ Arbitror autem istarum opinionum suo singulas cõdimento opus habere. In primis quòd ait Caieta. omnem clericatum vsque ad primã tonsuram esse de iure diuino: non est adeo probabile, quin cõtrarium sit probabilius: imò plurimis certum, vt in. 4. Sentẽtiarum disputatur: quandoquidem nõ sint de sacerdotis essentia. Sed nihilo minùs inde non colligitur opinio Panormitani, quòd nulla venditio prębendæ quæ non est mancipata functioni ordinũ maiorum aut clauium, sit simoniaca iure diuino. Imo cum Caietan. crediderim satis esse vt sit annexa simplici clericatui: nõ quidem propter eius rationem, sed quòd quanuis minores ordines sint de iure positiuo, nihilo minùs posteaquam re vera sunt res sacrę, vendere ius prębendæ illis addictæ, est contra ius naturæ: atque adeò diuinum: sicuti de calice & ara dictum suprà est: quæ quidem res licet iure positiuo sint sacræ, vendi tamen pluris ratione consecrationis nequeunt quin sit simonia cõtra diuinum ius. Prima autem opinio glossæ citatæ capituli, Ex parte. nullam vim in contrarium habet: nam in cap. illo nulla fit mentio simoniæ, sed hoc solum habetur quòd si quidam Archidiaconus renuntiare suæ vellet prębendæ, daretur certæ personæ: vnde infert glossa quòd si in alterius fauorem renuntiaret, aliàs non renuntiaturus: esset simonia de iure positiuo. In qua glossa duplex est peccatum. Primum quòd falsum asserit: imò dũ modò fiat de cõsensu Papę, nulla est simonia: nam talis est vniuersalis vsus. Secũdò inde inferre, venditionẽ prębendæ esse simoniam de iure positiuo, nullam habet apparentiam. Quanuis neque hoc in glossa habeatur. ¶ Igitur quo ad declarandam vim rationis huius prioris conclusionis descendamus, fundamentum eius est, quòd præbendæ & sacerdotia ex decimarum fructibus sunt cõstitutæ. Decimæ autẽ iure diuino & naturali nulla alia ratione imperatę sunt, quàm vt sint stipendia alimentaque clericorum pro spiritualibus functionibus. Quocirca conferre alicui præbendam, non est solum conferre illi fructus: nam eiusmodi fructus laico possunt vendi: sed conferre ius decimarum: quod quidem est Ecclesiasticum, atque adeò spirituale: quãdoquidem suopte instituto propter munus Ecclesiasticum exiguntur. Et hic est sensus canonis Ponficis citati, scilicet quòd vendita præbenda venditur res ipsa spiritualis, puta ius ipsum clericale. ¶ Quod si quis contrarius sic nos coarguat: saltem illi qui iam est sacerdos, non esse simoniam sacerdotium emere: nam eo vel maximè quòd cum præbenda simul acquirit ordines quibus annexa est. Sed hoc non: quia iam erat sacerdos. Et faciamus esse præbendam, quæ nõ habeat animarum curam: nè dicas tunc illam spiritualitatem acquirere. Item confertur nonnunquam ex dispensatione præbenda puero anteq; ordinetur: ergo cum illa nihil spirituale transit, atque adeò vendi potest. Respondetur (vt dictum est) ipsissimum ius petẽdi decimas esse spirituale: & ideo siue ille cui cõfertur fuerit clericus, siue futurus sit, semper venditur spirituale. ¶ Quid autem de fundo prębendæ mãcipato? Ille enim non est pars decimarum. Respondetur quod vendi non potest cum illo Ecclesiastico titulo: vt scilicet clericali iure possit emens eosdem fructus recipere: potest tamen ab illo sacro titulo emancipari & vendi: sicut materia calicis, secluſa confecratione. ¶ Vnde prius superiorum argumentorum, nullius erat roboris: nam emere prębendam, non est tantùm emere fructus, sed ius spirituale. Ad posterius autem de decimarum quota, quæ solo Ecclesiastico iure videtur constituta, Respondetur: & est notanda solutio, quòd eiusmodi põtificia sanctio non est per se alia distincta à diuino iure, quo præcipitur decimarum substantia, sed est ipsius determinatio & moderatio. Quemadmodum Ecclesiastica præcepta de celebrandis his illisve festis, & de annuali confes-

Duplex peccatũ glossæ.

Fundamentum prioris cõclusionis.

Obiectio.

Solutio.

Scrupulus.

Solutio.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sione, nihil aliud sunt quàm determinationes diuini iuris. Et ideo non solum vendere ius decimarum in totum cum titulo clericali, verum & quo ad quotam, est simonia contra ius diuinum. ¶ At verò non negamus quin aliqua sit simonia de iure positiuo: nempe quæ non est prohibita quia mala, sed mala quia prohibita: vt habet eadem glossa: puta quando præbenda non est annexa clericali muneri, sed alijs officijs: vtpote hospitalium seruitio, aut sacrorū æduituis, Ecclesiæve œconomo: vt quæst. 5. art. 4. declarauimus: nam eiusmodi munera & officia non sunt propriè spiritualia: sed sola pontificia lege eorum venditio est inhibita: vt patet cap. Saluator. 1. quæst. 3. ¶ De prebendis autē quas præsimonia vocant, audio aliquos hæsitare an sint merè spirituales. Haud tamen est cur in litem euocetur. quoniam non sunt vt pē siones quæ sine titulo conferuntur. Imò habēt verum titulum. Et cùm ille non sit sæcularis, sequitur quòd sit clericalis, ac perinde spiritualis. Quòd enim aiunt sola ratione studij esse subductas à communi decimarum cumulo, non habet in iure fundamentum, neque huius veritas liquet: sed à quibusdam confingitur. Quare in re dubia standum est iuri decimarum communi, videlicet vt eiusmodi titul⁹, spiritualis sit. Quare ambigere non possum quin eiusmodi titulus obliget ad persoluendum diuinum officium: atque adeò emptio & venditio ipsius simoniam proculdubio germinat. Secùs de alijs titulis sæcularibus, quales habēt sæculares principes & reges ad decimas: vt statim articulo sequenti patebit. ¶ In calce demum quæstionis commendandum memorię est, tunc duntaxat simoniam pullulare cùm quippiam quasi pretium confertur. Nam vt bene ait Caieta. in Sūma, in verbo, simonia. cùm multis rationibus ac modis quippiam consueuerit temporale, dū spirituale recipitur, retribui: scilicet vel per modum sustentationis Ecclesiasticorum ministrorum, quam suprà diximus esse necessariam, vel per modum liberalis honestatis ad gratiā vel referendam vel ineundam: vel fortè quasi ex lege ob laudabilem consuetudinem: atque alijs præterea modis nullus simoniam procreat, nisi quippiam per modum pretij repēdatur. Neque vice versa eum qui spirituale confert quicquam retributionis quouis aliorum modorū expectans, simoniacus sit. Imò verò etsi antequàm illud cōferat illud postulet quod ex laudabili & firmata consuetudine ei debetur, vt litem caueat quam pòst ad recuperandū timet, vllam contrahit simoniæ labem. ¶ Postrema denique dubitatio sit, vtrùm saltem ad redimē dam vexationem liceat temporale pro præbē da largiri. Arguitur enim à parte affirmatiua ex superiori decisione, qua assertum est nullam esse simoniam ad redimendam vexationem pro baptizando paruulo iamiam animā exhalaturo pretium porrigere. Cùm enim sacramentum maiorem habeat spiritualitatis rationem, quàm præbenda, videtur vt pro ipsa sit etiam licitum. Respōdetur nihilo minus subdistinctione, vexationē redimere duobus modis vsu venire potest. Vno modo, vt diximus, cùm quis per vim aut fraudem impeditur præbendam petere: vt si quis te vi detineret ne ad competendum canonicatum pergeres: aut si timeres aliquem falsa de te sparsurum vt tuam electionem impediret: & hoc licitum est pretio redimere: quandoquidem quicunque ideneus tale habet quæsitum ius. Alio modo si quis putaret præ alijs candidatis dignitate polere, & ideo putaret iniuriam ab electoribus pati contra suum honorem si non eligeretur: & idcirco electoribus aut alio intercursori pretiū porrigeret. Et hoc proculdubio non licet: nam etsi quisque ius habeat petendi, non tamen par ius habet vt eligatur. Sed hoc debet manere in libero arbitrio eligentium. Quare caueat prudentissimus quisq; hoc sibi palliamentum prætexere: esset enim vera emptio spiritualis. Secùs autem de baptismo in extrema necessitate, in quo casu paruulus ius habet vt baptizetur propter sacramēti necessitatem. Quod quidem acquisitum ius respectu præbendæ nemo habet. Præterquam quòd nemo non fallitur dum de propria idoneitate iudicat. Neque policeri liceret pensionem super futuram prębendam: etiam si exprimeret de consensu Papæ: Totum enim hoc esset temporali spirituale coēmere. Secùs in permutationib⁹ aut resignationibus. Possum siquidem ego permittere pēsionem super beneficium quod in meum fauorem resignas: vt statim articulo sequenti patebit.

Prębendæ quas præsimonia dicūt spirituales sunt & obligant ād persoluendū diuinum officium.

Dubitatio.

Ad primum argumentū.

PRimi capitalis argumenti dilutio subobscura apud D. Thomam apparet: concedit nāque temporales omnes possessiones spiritualibus sicut fini annectit: nam vt corpus propter animam, ita temporalia propter spiritualia cōdita sunt. Colligit autem inde vendi posse, non tamen eorum ordinem quem habent ad spiritualia. Quod est dicere, Sicut quisque secularū sua vendere potest, quia illa non vendit quatenùs ad spiritualia referuntur, sed quatenus in vsum humanum assumuntur: ita & sacerdotes fructus suarum decimarum vendere possunt: ordinem tamen ad spiritualia, puta ius decimas percipiendi, quatenùs clericali functioni manent, vendere simonia est. ¶ Pari modo respondetur ad secūdum, vasa sacra quatenùs res materiales sunt, vendi posse: consecrationem verò, nequàquam. Si autem vendantur in prophanos vsus, pro Ecclesiæ vel pauperum necessitate: tunc aut infringi aut effundi debent, vt desinant esse sacra. Si autem vna Ecclesia vendat alteri ad sacrum vsum, potest quidem sine fractione, dum modò nihil pro consecratione recipiatur. Et idem est de vestimētis. Etenim per dilacerationem possunt perdere formam, & tunc vendi, etiam in vsus sæculares. ¶ Tertium verò argumentum plura habet membra. Primum de spelunca Abrahę quam emit in sepulturam ab Ephron. Ad quod bifariàm Diuus Thomas respondit. Primò quòd forsan terra illa nondum erat in sepulchrum dedicata: quare neque vlla fuit simoniæ culpa illam emere: sicuti neque vlla est solum emere profanum, vbi cœmeterium extruatur. Præfert tamen solutionem alteram: nempe quòd cùm etiam apud gentiles officium sepulturæ religio esset, si Ephron speluncam quæ in sepulturam destinata erat pretio vendere intendebat, simoniaca contagione infectus fuit. Non autem iustus Abraham: vt qui non intendebat nisi terram emere communem: aut vexationem redimere. Quamuis neque Ephron apparet nisi gratis ob tulisse eam, neque verò Abraham nisi pretium retulisse, quāto terra æstimaretur. Vbi id quod q. 5. dicebamus annotandum est: nempe apud infideles quadantenùs illis sæculis rationem rei spiritualis viguisse, ac perinde simonię notam. ¶ At vero cùm non esset tunc talis templorū consecratio qualis est modo, dubium restat vtrùm apud nos loca cœmeterij sepeliēdis mortuis pretio vendere sit simonia. Apparet enim id iure prohibitum, cap. Abolendæ. de sepulturis. & cap. qui in Ecclesiā. de simonia. Et ratione id ipsum confirmatur: nam sepeliendi mortuos ad religionem attinet: si ergo illa de causa gentilibus nefas erat sepulchra vendere, maiori ratione erit & nobis, vt qui cœmeteria consecramus, aut benedicimus. Imò apparet esse simoniam de iure diuino & nāturali: nam eodē iure religio virtus est. ¶ Nihilo minus respondetur per hanc distinctionem. Vt officium sepeliendi mortuos quantum ad id quod necessitatis habet nequit citra simoniæ labem vendi, vt suprà propter hanc modò factam rationem constitutum est: ita & pro loco necessario in cœmeterio pretium exigere simonia esset: vtpote si clerici nullo loco sacro vellēt mortuum humare, nisi pro terra aliquid pendere-

Refutatur Hostiensis sententia.

Iacob emendo primogeniturā ab Esau, simoniā non cōmisit.

Prima obiectio.

Secunda.

Ad primam obiectionē.

tur: nam profectò eadem est ratio officij sepeliendi, & necessarij soli: quandoquidem religio Christiana est, vt cadauera in cœmeterio recōdantur. Et hoc est quod ait sanctus Tho. etiam apud gentiles fuisse simoniacū. At verò si quis honoratiorem locum in Ecclesia ceu pompā non necessariam affectat, non prorsus simonię condemnandum est, si aliquid pro illo loco ad Ecclesię fabricam exigatur: sicuti de superfluis pompis suprà diximus. Vnde vbi talis viget consuetudo, quæ iam est pro lege recepta, citra scandalum potest taxatus numus postulari. Quare sententia Hostien. super. c. Audiuimus. de simonia. negantis licitum esse huiusmodi pactum, nō est necessaria. Quoniam re vera si nihil pro consecratione aut benedictione loci recipiatur, sed vēdatur terra sicut materia calicis, nihil illic spirituale venditur: sed humanus tem poralisque honor: dummodò scandalum caueatur. Quemadmodùm & loca in Ecclesia honoris gratia ad sedendum certis prosapijs destinata esse consueuerunt. Quamuis diffitendū non sit quin isti honoris tituli in locis sacris nimium affectati deformem habeant vanitatem. ¶ Ad capitula verò citata respondetur nihil aliud prohibere quàm ne id vēdatur quod est de necessitate sepulturæ, compulso scilicet pacto vt non sepeliatur qui terram non emerit. ¶ Ad historiam autem Iacob respondetur, nequàquam simoniam cōmisisse pro eo quòd diuinitus indultum illi fuerat ius primogenitu ræ, atque adeò sacerdotij: secundum illud Malachiæ. 2. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Esau verò quem idem mysterium celatū erat, peccauit vendens: secundùm Apostolum ad Hebræ. 12. Nè quis fornicator aut prophanus vt Esau qui propter vnam escam vendidit primitiua. ¶ Haud tamen responsio hæc omnem lectori dubietatem eximit. Primùm enim non constat tale mysterium quòd Esau opertum erat, apertum fuisse Iacob. Mox, etiam si ei fuisset notum, non ideo eluitur à culpa: tum propter inhumanitatem renuentis indigenti fratri porrigere pulmentum: tum quòd Esau ad peccandum induxerit, cùm ipse non esset, ad modum vsurarij, paratus vendere. Imò cùm iure naturæ bona fide possideret primogenituram, nullatenùs vexabat Iacob: quare non est excusatio legitima dicere redemisse suam vexationem. ¶ Ad horum primum respondetur ex textu sacro colligi Rebeccæ immotuisse mysterium, aut nutu patris aut alio diuino modo. Alias nūquàm id persuasisset nato suo minori, dicens: Super me sit fili ista maledictio. Qua ratione & Iacob id ipsum intellexit. Et ideo iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo vsus est. Dicens enim, vende mihi, idem intellexit quòd, da quod meum est. Nec tenebatur mysterium fratri suo reuelare: quia tūc illo fraternæ suasioni non acquieuisset. Quocircà licèt non esset idem Esau paratus vendere, non idcircò censetur Iacob eum induxisse: nam qui iure suo vtitur, neminem inducit. Quare cum alter possideret alienum, bene dicitur ipsum Iacob vexasse, postquàm alia non pateret ei viā recuperandi quòd suum erat, ac perinde Iacob redemit vexationē suam. Præterq̄ quòd Esau non necessitate sed gula affectabat lenticulam: qua ratione Iacob ab inhumanitate defenditur. ¶ De iure autem patronatus, vt extrà, eodē titulo patet, perinde ac de re spirituali censendum est: ita vt simonia sit illud per se pretio vēdere: sed transit cum villa aut castro cui est annexum. Quocircà qui villam vendit neutiquā propter ius patronatus potest auctius pretium exigere. ¶ Circa aliud membrum de decimis, primò notandum est duo in ipsis considerari: nempè fructus ac prouentus, quæ res sunt meræ temporales; & ideo, vt dictum est, vēdi possunt, vt patet de publicanis qui constituto pretio eosdē fructus mercantur. Et hoc est, inquit Diuus Thom. quòd Papa cōcesit sæcularibus dominis ac principibus. Qua ratione Regi nostro concessæ sunt tertiæ in bellorum subsidiū contra infideles. Secundò notandum considerate est ius spirituale illas petendi: & hoc laicis indulgeri non posse: quoniam est ius sacerdotale. ¶ Contra hoc autem est argumentum q Rex & quicunq; sæcularium habent huiusmodi decimas, quales sunt qui templariorum bona possident, idem ius habēt eas petendi, quod clerici ipsi: nam Rex ex communi decimarum cumulo tertias capit; & alij domini totas decimas perinde atque episcopi. Imo ipsi sunt qui parœcio suam consignatam sortem tribuunt. Ad hoc bifariàm responderi potest. Primo q recipiunt nomine Papæ. Secundò ad rem accommodatius, quòd Papa cum decimarū partem principibus adiudicat, illas sub sæculari titulo, potā defendendi Ecclesiam constituit, Et ideo principes ius quidem habent petendi, nō tamen spirituale, quod tātum Diuus Thomas negat posse concedi laicis: sed ius sæculare qd. ipsi possunt alijs vendere, & ceu alia sæcularia bona quomodolibet; dissipare & alienare. ¶ Ad vltimam deniq; particulam responsionis perpendenda est solutio D. Thomæ, videlicet quod si Papa ante beneficiorum collationem ordinauerit particulam pro sua iusta sustentatione, aut pro alijs pijs vsibus adimendam, recte id quidem potest. Sed nota, ordinauerit, id est communi & æqua lege sanciuerit, pro causa iusta: nam profectò si pro libito absque lege id fecerit, suspectum est. Et hac ratione lege in Hispania recepta & in alijs nonnullis prouincijs constitutum est vt à natis hoc est à tempore quo quis obtinet sacerdotium, dimidiatos fructus illius anni soluat. Et posset si necessitas ingrueret, vt suprà diximus, decimas decimarum sibi retinere, si modò illa ratione reliquæ omnes exactiones & compositiones extinguerentur. Sed id maximè notandū, quod Diuus Thomas subdit: si verò enim inquit ab eo qui beneficium confert præter positam antè legem requirat aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem est ac si aliquod munus ab eo exigeret: & ideo non caret vitio simoniæ. Quam quidem sententiam ego multū plurimum obseruo in cōfirmationem nostræ, quam lib. 3. de pensionibus declarauimus. Quēadmodum enim nō potest pro se Papa pensiones iniungere: ita neq; pro alijs: nisi tanquā stipendium pro officio & obsequio seu spirituali, seu sæculari: quod Ecclesiæ est cōmodū. ¶ Quòd si quis cōtrarius sic arguat: Quicquid alteri concessione Papæ conferri potest, sibi ipse valet applicare: quandoquidem ipse est bonorum Ecclesiæ dispensator: potest autem cōmutans aut renuntians eius authoritate pēsionem sibi retinere: ergo eandem potest sibi & Papa adiudicare. Respondetur fallaciam in argumento latēre: nam etsi authoritate pontificis cōmutanti ac renuntianti concedatur pensio, non est tamen eadem causa in ipso pontifice vt sibi retineat: quandoquidem ipse nō est præbendę dominus velut ille qui cōmutat aut renuntiat: sed duntaxat dispensator: qui ideo debet suā pro iusta causa interponere authoritatem.

Ius patronatus vendere simonia est.

Decimarum prouentus vendi possunt.

Argumentū.

Solutio.

Secunda.

D. Thomas.

Ad vltimam.

ARTICVLVS II.

Vtrùm præbendarū permutatio absq; simonia fieri possit.

PRæbendarum permutatio earum venditionem ita sibi ex ideo quæritur an absq; simonia fieri possit. Arguitur quòd à parte negatiua: Primum argumentum. glossa suprà citata, capi. ex gum petitū parte. 1. de officio delegati. vbi habēt quod si quis in gratiā alterius sacerdotium renuntiauerit, aliàs nō renūtiaturus, simonia cōmittitur cōtra ius humanū: cùm ergo vniuersæ cōmutationes

ratio-

nes illicitæ sint, simoniam redolent. Argum. 2. ¶ Secundò arguitur: si eiusmodi permutationes iure essent permissæ, sequeretur quod liceret, dum exilior pro pinguiori commutatur, tantam retinere pensionem super pinguiori, quanto excessu alteram superat. Id autem falsum esse sic monstratur: quòd tunc pariter sequeretur, si vna nullos haberet fructus, sed tantum personalem titulum, altera verò fructibus abundaret, posse quantitate pecuniæ refusa quanti sunt fructus illius diuitis fieri permutationem: nam quod de parte permittitur, nō est cur de toto interdicatur: & tamen contrarium esse emptio videtur esse præbendæ. ¶ Tertio potissimum arguitur. Si tales permutationes iuri essent consonæ, consequens inde fieret vt eiusmodi pensiones possent numerata pecunia æstimari & redimi: vt annua pensio ducatorum. 10. octoginta aut. 100. numeratis redimeretur. Conclusio tamen si vera est, aditum vendendis sacerdotijs patefacit. ¶ In contrarium est cap. quæsitum. de rerum permut. vbi solum vetantur permutationes cum pacto sine licentia episcopi: conceditur tamen episcopo facultas eadem faciendi: quòd quidem non concederetur si simonia esset.

Argum. 3.

Obiectio.

AD quæstionem iuxta argumentorū numerum tribus conclusionibus respondetur. Prima. Resignatio præbendæ in manus legitimi Antistitis in fauorem alterius designatæ personæ, & non aliàs, si non aliud intercedat pactum, siue fiat per modum permutationis, siue per modum simplicis renuntiationis, nullam habet rationem simoniæ: neq; iure diuino neque iure humano. Conclusio hæc suprà à nobis cōtra citatam glossam asserta est. Quòd si glossam subgloss aueris quòd id sentiat quando renuntiatio aut cōmutatio fit sine licentia Papæ aut Prælati, inanis tunc esset, vt q. 5. diximus: nam cùm nemo possit præbendam dimittere nisi in manibus prælati, cuius est beneficia conferre, neque autoritate priuata alteri adiudicare, illa non esset simonia nisi fortè meritalis: quia nihil fieret. Quòd autem cum illa conditione renuntiare nulla sit simonia, patet manifestè: quoniam cùm prælato sacerdotiorum collatio incumbat, nullo prohibetur iure in eius arbitrio ponere, si voluerit conferre Petro: q̄ si noluerit, alter ille qui iure possidet non renuntiat. ¶ Secunda conclusio. Commutare præbendas cū pacto nisi in pacto posnatur, cum consensu Pontificis, simonia est: ut verbi gratia, si duo de commutatione pactum. & qui minorem præbendam habet alteri polliceatur pensionem: Papæ autem non refe-

rant nisi simplicem commutationem, neque ipse eandem pensionem concedat, simonia est, apertissima: & tamen apud idiotas frequentissima. Et pariter si quis non per viam permutationis, sed simpliciter remittat in fauorem alterius, non reuelando Prelato pensionis pactū quod inter eos interuenit. Est autem simonia de iure positiuo: nam cōmutare præbendas retenta pensione, non est iure diuino prohibitum, sed pontificio: vt patet in cap. Ad quæstiones. de rerum permutatione. Sed fieri nequit nisi consentiente prælato, vt illic patet, & cap. citato, Quæsitum. Quare dum Papa non concedit pensionem illam, reputatur vt pretiū commutationis. Ac perinde profectò crediderim talem collationem, etiam si à Papa, pactū ignoránte fiat, non teneri. Quod si pactū contra ius diuinum intercesserit, scilicet vt quis pro tali renuntiatione pecuniam numeret, tūc nec Papa dispensare absq; culpa posset vt tali modo fieret renuntiatio. Quare qui illo modo præbendam obtinuisset, inhabilis fieret ad possidēdū, nisi posteà pactio pro infecto habito, Papa, qui solus potest, eum idoneum redderet & habilem. Adde, pensiones, vt habet mos Romanus, nullum prælatum Papa inferiorem constituere valere, neq; in permutationibus, neq; in simplicibus renuntiationibus. Quòd autē eiusmodi pensionum pacta in cōmutationibus assensu eiusdem Pontificis fieri possint, expressè habetur cap. citato, ad quæstiones. ¶ Est tamen excessus christianè cauendus. Audio namque in huiusmodi commutationibus non solum fructuum quantitatem æstimari, verumper se etiam honorem & dignitatem sacerdotij: vt cùm archidiaconatus aut decanatus illustris ecclesiæ pro simplici præbenda permutatur, etiā si fructus pares fuerint, alia insuper pēsio pro dignitate exigitur: quod quomodo fieri possit nō video: quippe cum dignitas res spiritualis sit: & in dicto cap. proximè citato, expressè caueatur ne misceatur permutātio dignitatū cum compensatione fructuum, sed pensimpliciter sacerdotiū pro sacerdotio, & dignitas pro dignitate permutetur absq; aliqua refusione pecuniæ: & retorsum fructus pauperorum ad ditiorū æqualitatē cōpensentur. ¶ Præterea & fructus oēs pro pensione statuere, præsertim in sacerdotijs habentibus annexū seruitiū, atq; ministerium possit minimè curatis, nescio quis probet, nam solum quòd iure cautum sit ne pēsionis tertium fructuum partem excederet, velut quòd diuino iuri & naturali aduersetur vt quis pro seruitio sit absq; vllo stipendio adductus. Quare pro meliori absurdo duco vt quis suo siens

Nullus prælatus Papa inferior pēsiones cōstituere valet.

In præbēdis mutandis dignitatis earum nulla est habenda ratio.

In quum est reā & fructus oēs pro pensione statuere, præsertim in sacerdotijs habentibus annexū seruitium, fructus pensione sta

dotia

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotia eum animarum cura retineat, quàm vt alterum, retentis fructibus, relinquat. Nam qui duo habet, potest alternatim ambo visitare, & eleemosynas suis parœcianis dispertiri: qui verò fructibus beneficium expilat, in causa est vt qui titulum habet, neq; curam possit gerere animarum, neq; eleemosynas facere: nam cùm cogatur victum aliunde quæritare, quo modo functioni suæ adesse potest? ¶ De tertio membro quæstionis quod argumento tertio tactũ est, puta de redemptione pensionum, variè à doctoribus opinatur. Caie. nanq; in opuscul. 16. responsionum quæstio. 10. in vniuersum affirmat perpetuas pensiones numerata pecunia redimi posse: alij verò recentiores, quorum est Ioannes Maior in 4. distinct. 25. quæst. 5. in vniuersum negant. Varietas autem hæc ex fundamentorũ diuersitate suboritur. Caietan. enim censet pensionem esse rem merè temporalem, solos scilicet fructus respicientem. Alij verò censent ius pensionum esse clericale ac perinde spirituale. ¶ Inter has ergo opiniones statuitur tertia conclusio. Pensiones functionibus spiritualibus adiudicatæ, neutiquàm redimi pretio possunt. Secus autem illæ quæ sub sæculari titulo conceduntur. Vtraque pars nõ tam probatione, quàm solo exemplo indiget. Enimverò si priscum pensionum morem spectes, nunquàm cõcedebantur nisi spiritualibus functionibus annexæ. Non sufficiebat, verbi gratia, episcopus vniuersam diœcesim visitare & gubernare: accersebat sibi auxiliarẽ qui sibi esset adiumento: cui ideo certam pensionem in suis fructibus consignabat. Atque huiusmodi pẽsiones, sicubi modo in more sint, vt vẽdi nõ possunt: ita neque redimi. Habent enim præbendarum effigiem quæ spiritualibus annectũtur. Et fortasse idem est ferendum iudicium de pensione quæ daretur seni ac benemerito episcopo aut presbytero propter exhaustos labores; si quoniam vires eum ad seruiendum deficiunt, renũtiare vellet sacerdotium suum. Hoc enim lib. 3. legitimum sumus arbitrati pensionum genus: videtur enim huiusmodi pẽsio clericali iuri annexa. Aliæ verò sunt pensiones: quas iam diximus titulis sæcularibus applicatas: puta principibus ac militibus: & has nom est dubium posse redimi: quandoquidem, vt dictum est, vendi possunt. Si enim militi constituatur pensio super episcopatum, potest eam episcopus redimere. Sed aliæ sunt quæ nonnihil habent dubietatis: vt pote quæ in commutationibus aut simplicibus renuntiationibus intercedunt: Renuntio in tuum fauorem meum beneficium retenta certa pensione. Videtur enim hoc genus pensio esse merè temporalis: vt lib. 3. diximus, ad nullum officium Ecclesiasticum talis pensionarius tenetur: nec titulum habet, sed solum ius à possessore petendi fructus. De his ergo inquit Caietan. quòd si vnico contractu vtrunq; conficias: constituas scilicet pensionem decem ducatorum, octoginta redimendam, simoniacus est contractus. Si verò diuisim post constitutam pensionem illam velis redimere, nullum tibi ius obstat. ¶ Et primò de commutationibus citatũ capitulum, Ad quæstiones. de rerum permutatione, incautum lectorem fallere posset. Illic nanque nulla habetur mentio pensionis, sed hoc solum quòd quãdo inæquales sunt præbendarũ fructus, potest illi qui maiorem habebat, pecuniarum quantitas refundi: vbi apparet quòd possit pecunia præsens tota numerari: & per consequens pensio vnico contractu constitui & redimi. Imò sine pensionis nominatione, si tua valet centũ, mea nonaginta, numero tibi pro tuis decem, simul octoginta, videtur illic contractus probari. Quod profectò non est concedendum: aliàs liceret, & præbendã emere. Vt si ego nullam haberem præbendam, possem octoginta ducatis emere tuam, quæ valet decem. Textus ergo intelligendus est de quantitate pecuniæ quæ habeat rationem annuæ pensionis. At verò quòd illa possit redimi, videtur ex dicto textu colligi. Nam habetur & iubetur seorsum fieri permutationem præbendarum simpliciter, & posteà æquiparari fructus. Quare iam illa pensio videtur dari sine clericali iure, & ideò forsan illa redimi potest. Tametsi ingenuè fateor non posse me discrimen illud percipere domini Caietan. inter duos seorsum contractus & vnum. Nam si constitutam pensionem ob id redimere possum, quod est res sine titulo Ecclesiastico, nescio quando constituitur, postquàm tunc extrahitur ab eodem Ecclesiastico titulo, cur non possit simul de redẽptione pacisci. Sed ne tantam largiamur licentiam, dicendum quòd talis contractus habet vehementem suspicionem emptionis & vẽditionis. Quæ res non potest non scandalum dare. De alijs pẽsionibus quæ in vsu modo sunt, scilicet quæ pro libito sine aliquo titulo conceduntur, illi qui licitas existimant, respondeãt. Ego nanq; vt libro tertio dicebam, denotare ius illud requeo vt possit pensio poni, nisi pro titulo aliquo Ecclesiastico vel sæculari, aut pro commutatione, aut dum in lite dubium dirimitur. Aliter inquam non potest. ¶ Per hæc ergo, argumenta quæ in fronte quæstionis proposita facta sunt, soluta restant, præter secundum quod in gratiam

Quæstio.

Maior.

Tertia conclusio.

Explicatur conclusio.

Capitulum ad quæstionem expositum.

gratiam Caietani adiecimus. Concedit nanq; in commutationibus licitam esse compensationem excessus maioris præbendæ, dummodò altera fructus habeat: hæret autem ambiguus quando altera nullos habet fructus: propterea quòd talis commutatio quandam habet emptionis imaginem. At verò non est cur dubitetur quin talis commutatio perinde atque altera, licita sit: ideo nihil absurdi argumentum cõcludebat.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm liceat spiritualia pro munere conferre quod est vel à lingua vel ab alio quouis obsequio.

OVANVIS constitutum fuerit spiritualia non esse pretio aestimanda, apparet nihilo minus pro alijs muneribus posse conferri. Ait quippe in Regesto Gregor. Ecclesia licis vtilitatibus deseruientes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Ecclesiasticis autem vtilitatibus deseruire, est munus ab obsequio: ergo licitè pro eiusmodi munere remunerari Ecclesiastica sacerdotia. ¶ Secundò. Tam sordidum & carnale est intuitu consanguinitatis beneficium conferre, quàm si pro suscepto munere & obsequio daretur: illud autem non apparet eousq; sordidum, vt sit simoniacum, ergo neque hoc secundum. ¶ Tertiò. Quod precibus conceditur, gratis fieri videtur, ac perinde à simonia est alienum: vtpote quã sola venditio emptioq; constituit. ¶ Quartò. Hypocritæ spiritualia opera foris exhibent vt per munus linguæ laudem aucupentur humanam: neq; tamen eiusmodi hypocrisis simoniæ tribuitur: ergo munus à lingua simoniam non parit. ¶ In contrarium est verbum Vrbani Papæ, canone, Saluator. 1. q. 3. Quisquis res Ecclesiasticas non ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel obsequij, vel pecuniæ largitur vel adipiscitur, simoniacus est.

AD quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior: Simonia perinde cõmittitur si res spiritualis pro aliquo tẽporali munere vel obsequio seu exhibito seu exhibẽdo tribuatur, ac si pro pecunia quis eã vel numerata vel promissa largiretur. Probatio est clara: quoniã nomini pecuniæ vniuersa supponũtur quæ pecunia æstimari possunt. Manifestũ aũt est, eiusmodi obsequia, quippe quæ ad commodũ aliquod referuntur, pretio pẽsari posse: nã & nummo operarij ministri cõducũtur. ¶ Posterior cõclusio: Sicuti suscepta pecunia aut alio quouis munere simonia cõtrahitur: ita & per munus à lingua. Exẽpli gratia: Si quis episcopꝰ precibꝰ ad tẽporalẽ vtilitatẽ captãdã inflexus sacerdotiũ cõferat, ea scilicet intẽtione vt fauorẽ captet, ex quo sibi aliqua possit ratione collationis prouenire vtilitas. Probatur eãdẽ ratione, quia hoc etiã est pecunia æstimabile. ¶ Circa istas cõclusiones post illa quæ de vsura decisa sunt, nil fermè annotandum restat: nã pro pemodũ qđ vsura est in tẽporalibus, id in spiritualibus est simonia. Quare sicuti mutuũ dare pro aliquo munere vsura est, ita & sacerdotiũ pro eodẽ munere largiri est simonia. Neq; verò refert munus aliãs genere suo honestum sit nẽcne. Si quis enim propter turpẽ familiaritatẽ cũ muliercula fratri eiꝰ aut alteri quasi in pretiũ sacerdotiũ pẽderet, simonia esset: & qui reciperet, resignare teneretur. Secus si ob amicitiã, licèt turpiter cõtractã, gratis illud cõferret. Adde q̃ etiã si nõ ille qui sacerdotiũ recipit, sed alius, quantuuis ipso nescio, pretiũ pro ipso obtulerit, simonia emergit: vt patet cap. Nobis. de simonia. Quapropter quùm primũ ipse resciuerit, tenetur sacerdotiũ renũtiare: quia collatio nulla fuit. ¶ Quæris aũt eãdẽ ratione si qui præbendã ambit, non epo, sed alijs interuẽtoribus qui ipsam ei procurẽt elargitur, vtrùm talis sit simonia vt teneatur prębendã deserere. Apparet enim ex vna parte nõ esse rationẽ parem. Nam si episcopus nihil pretij recipit, neq; preces pecunia æstimabiles, vt in solutione tertij declarabitur, gratis sanè cõferet, ac subinde collatio tenet. Ex altera verò apparet eandẽ esse rationẽ: nam vt quæstione sequenti explicaturi sumus, diuino naturaliq; iure nõ solũ datio spiritualiũ pro pretio prohibita est, verũ & receptio. In casu autẽ præsenti licet episcopus gratis secundũ suã opinionẽ cõferat, nihilominus alter nõ gratis recipit, sed pretio. Et est tãti apud me vigoris hæc secũda ratio, vt ei libẽtius q̃ priori assensum præbuerim. Si quæ autẽ alia dubiola emergere hinc possunt, propositis argumentis attinguntur.

AD primũ igitur respõdetur, sententiã Gregorij huc tãtũ pertinere: Quod si clericus vel ecclesiæ vel prælato honestũ impẽderet obsequiũ ad ecclesiæ cõmodũ vel aliud spirituale negotiũ cõducẽs, eo ipso idoneꝰ sit cui sacerdotiũ cõferatur: licut respectu aliarũ virtutũ conferri potest. Obsequiũ aũt & munus quod iure cõdenominatur, illud est prorsus qđ ad carnalia refertur: puta si qs seruit prælato aut suis agna-

Postrema cõclusio.

Sacerdotiũ largiri pro munere etiã turpi simonia est.

Quæstio.

Solutio.

Ad primum argumẽtum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agnatis vel amicis ad temporale commodum vt sacerdotium, tanq̃ merces eiusdem obsequij rependatur. Quod idcircò addiderim q̃ episcopus qui iustam mercedem temporalem suis famulis persoluit, nihil absurdi facit si gratos habeat, atque adeò erga eos gratiosum animum gerens, dum idonei sint, etiam in præbendarũ collatione se illis beneficũ exhibeat: quia tunc illud obsequium non reducitur ad temporale cõmodum, sed ad gratiam quam famuli possunt per idonea grataq; obsequia cum hero sibi conciliare. Quare seruire Antistiti propter Ecclesiasticum sacerdotium, non est in vniuersum culpabile, nisi quando illud quodammodò ad emptionem reducitur, scilicet cùm spectatur tanq̃ pretium obsequij. Nam vt articulo primo dictum est, cùm multifariàm quidpiã alteri conferri possit, scilicet per modum liberalis vel doni vel obsequij, & per modum reuerentiæ & honestatis, vel quasi debitum ex laudabili cõsuetudine, nihil istorum vitium simoniæ parturit, sed sola ratio pretij aut mercedis.

Ad secundũ argumentũ. D. Thomas.

¶ Ad secundum respondet D. Thomas negando eandem esse rationem de consanguinitate quæ de alijs carnalibus obsequijs: nã hæc quãdam habent rationem pecuniarij pretij, quæ non inest in consanguinitate. Quare qui alioqui gratis suis consanguineis sacerdotium confert, etsi id tali respectu faciat, erit quidem culpata collatio: haud tamen simoniaca. Secùs si in altero sacerdotium collocaret ea de causa vt suis consanguineis beneficium remuneraret.

Altisiodor.

¶ Huic autem sententiæ non desunt qui contradicant. Enimuerò Altisiodorẽsis antiquus autor. 3. parte, tractatu. 21. quendam refert Parisiensem cantorem collationem sacerdotij ratione consanguinitatis vitio simoniæ tribuentem, licet ipse eidem opinioni non subscripserit. Sequuntur autem eam Durandus & Bonaventura in. 4. distin. 25. & Adrianus. Quin verò & inibi D. Thomas in eandem opinionem inflexit. In cuius gratiã arguere sic possumus:

Durandus. Bonauẽtura. Adrianus.

Ratio præteritæ opinionis.

Beneficia debent gratis conferri: qui autem personam consanguinitatis respectat, non dat porsus gratis. Nam vt lib. 3. diximus, acceptio est personarum. Quin verò cõsanguinitas pretio videtur æstimabilis. Quis enim non super aurum æstimet, consanguineum illustri esse prosapia ortum. Quæstio ergo hæc quia scrupulorum nutrix est, subiectis propositionibus

Prima propositio.

eliquidatur, Prima est. Etsi conferre beneficiũ consanguineo indigno crimen sit genere suo mortale: digno autem propter consanguinitatem, peccatum etiam nonnullum: neutrum tamen est simonia. Prima pars lib. 3. satis proba

Probatio.

ta est: nam est peccatũ iniustitiæ contra fidem episcopalis officij. Mox & secunda etiam nota. Quoniã cùm sacerdotia pro illis qui dignè seruiant sint instituta, si conferantur alio respectu, acceptio est personarum. Haud tamen erit mortalis si digno fiat collatio, sed tantùm venialis, eò quòd nulla violatur iustitia. Tertiam autem partem bene asserit D. Thomas: nã vbi non est spiritualium venditio, nulla est simonia: illic autem nullum interuenit pretium. Id quod à simili vsuræ deducitur. Quod enim in tẽporalibus vsura est, id in spiritualibus, vt dicere solemus, est simonia. Et tamen mutuũ dare consanguineo, & tali respectu, nulla est vsura. Accedit quòd in cap. Saluator. vbi Vrbanus simoniæ causas enumerat, nullam consanguinitatis mentionẽ fecit. Idq̃; inde præterea confirmatur quòd propter talẽ personarũ acceptionem nemo incurrit pœnas iuris in simoniacos decretas. Propter argumẽtum ergo proximè factũ distinguitur q̃ qui dat consanguineo, nõ det gratis. Si enim intelligatur, nõ dat simpliciter ea ratione qua debet, verum est: si autẽ intelligatur pro pretio, id negamus: nam etsi præclara consanguinitas super aurum æstimetur, vt Sapiens de sapientia inquit, nullo est tamen foro vẽdibilis: sicuti possessiones & ministrorũ operæ. ¶ Secunda propositio. Conferre sacerdotiũ consanguineo digno ratione dignitatis ac probitatis, tantũ abest à ratione simonię, vt sit etiã laudabile: quoniã consanguinitas de genere honorũ est, veluti amicitia. Et ideo illius de causa nemo sit deterior qui aliàs dignus est. Imò cæteris paribus si scandalũ caueatur, ille præferendus est veluti cæteri honesti amici.

Vrbanus.

Cõfirmatio.

Secũda propositio.

¶ Vltima propositio. Antisiites qui in proposito habẽt aut vniuersa sacerdotia, aut cũcta q̃ pinguiora sunt in cõsanguineos & affines profundere, etiã si adiunctã habeãt intentionẽ nõ cõferendi nisi dignis, nõ habent conscientiã tutam: imò vix possũt à mortali macula eluti. Primũ, q̃ q hoc pacto affecti sunt, facilè à suo affectu decipiũtur, vt eos pro dignis ducãt qui verè nõ sunt. Mox quòd nõ possũt non scandalũ dare. Deinde quòd alijs qui digni sunt, & forsan digniores: nõ parũ iniurię irrogãt. Quin verò illis occasionẽ offerunt: nẽ cùm fauore & præmio sint destituti, segniores sint ad literarũ studia, atq; ad probitatis studia exercẽda. Quare bene inter alias iniquitates veterũ sacerdotum ac iudicum deplorabat Micheas, capite tertio, q̃ ædificarent Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. ¶ Ad tertium plura Diuus Thomas respondit: nempè tria. Primũ est, quòd qui in collatione sacerdotij munus prin-

Vltima positio.

Ad tertium argumentũ. Prima assertio D. Thomæ

principaliter à lingua intẽdit, puta vel laudem aucupari, ac perinde humanum fauorem, vel preces, aut ex quibus idem fauor humanus acquiritur, aut contraria inuidia vel odium caue

a. tur, simoniacam labem contrahit. ¶ Quòd si contrà quis arguat: Qui dat propter laudes, aut precibus victus, gratis dat: quare neq; pœnas meurrit iuris, perspectè ponderet verba. Non enim D. Thom. laudis intẽtionem, etiam si sit principalis, nec precum causam simoniæ simpliciter tribuit: sed quãdo per hæc aliquod emolumentum temporale pretio æstimabile contenditur: vt si episcopus sacerdotiũ regis famulo, aut eius precibus ductus conferat qui se apud regem laudibus efferat, quo hamo pinguiorem Ecclesiam possit expiscari. Imò verò neq; tunc est simonia nisi quando id principaliter intenditur, cuius indicium est quando collatio fit indigno: nam cùm tunc principalis intentio non sit idoneitatis personę, cõmunicatur esse emolumenti temporalis. Quare crimini tunc iniustitiæ & infidelitatis adhæret insuper simonia. Atq; adeò recipiens præbendam tenetur eã relinquere, nisi denuo integretur pro uisio. Quando verò non nisi simpliciter laudes Antistes affectat, aut per preces amicitiã & gratiam, tunc nulla est simonia. Imò verò quando quis confert digno, præcipuè propter dignitatem, licet sinister oculus non modo ad humanam laudem & fauorem spectet, verum & ad temporale emolumentum & lucrũ, simonia non inscitur. Quòd si Innocentium cõsulas super cap. Tuam. de ætate & qualit. ord. similia suo more docet. Cui & Caiet. in sua Summa, verbo, simonia. astipulatur. ¶ Secundum igitur assertum est, quòd dum preces pro digno porriguntur, tunc collatio non est ex genere suo simoniaca: quandoquidem legitima subest tam precandi quàm conferendi causa. Potest nihilo minùs illuc irrepere simonia mẽtalis si collatio non propter dignitatem fiat, sed præcipuè propter fauorem & emolumentum pretio, vt dictũ est, æstimabile. ¶ At quia in sermonem de precibus & fauore incidimus, altera nos occupat dubitatio: Vtrum collatio metu extorta sit simoniaca, itavt qui beneficiũ tale recepit, resignare ipsum teneatur. Idẽ enim præfatus cantor Parisiensis, referente eodem Altisiodorensi, tenet. Quoniam metus, inquit pecunia est redimibilis. At verò eodem modo quo de consanguinitate & amicitia, respondetur: videlicet quòd etsi metu conferre indigno peccatum sit genere suo mortale: digno verò, nonnulla etiam culpa, quia collatio non sit legitimo fine: neutrum tamen est simonia: quoniam dare metus causa non est dare pretio. Nam etsi quis pretium daret ad propellendũ metum, nihilo minùs qui metuit, nil recipit. Imò verò nec sacramenta cõferre propter metum vllo condemnatur iure: vt si quis metu cõfessionem audiret. Nec verò vulgò talis episcopus haberetur simoniacus. Sed tamen quando ille metus incuteretur qui esset modo expositio pretio æstimabilis, tunc esset simonia: vt si rex vel eius aulicus comminaretur episcopo quòd nisi sacerdotiũ tali personę conferret de gratia regia excideret, neque ad aliam esset ascensurus sedem. Qui enim tali metu sacerdotium conferret, id ad venandum episcopatum faceret: ac perinde simoniacus esset. Secùs si metus ei incuteretur amittendi vitam, aut temporalia bona quæ possidet: nam tunc metuẽs nullum habet respectum lucri. ¶ At quoniam dictum est ob metum indigno conferre, peccatum esse genere suo mortale, nõ quidem simoniæ, sed iniustitiæ & infidelitatis. Postremus

Scrupulus.

superest scrupulus: Vtrùm nullus metus talẽ culpam excusat. Respondetur tamen nullum

Respõsio.

esse in tali re excusantem metum: nam cùm & diuinum ius & naturale id vetet, atque adeò sacrum sit intrinsecè malum, potius gladio succumbendũ est, quam illud patrandum. ¶ Ter-

Tertium assertum.

tium dictum diui Thomæ est: Quenquã pro se rogare ad obtinendum sacerdotium cui animarũ cura subiungitur, præsumptuosum est, ac proinde per suas ipse preces indignus reddi tur: atque adeò peccat pro indigno rogans. Si autem sacerdotium absque tali sit cura, ipse autem vitæ sustentatione idigeat, citra simoniam potest id petere. Ratio prioris membri

Ratio assertionis.

est, quòd dignitatem quæ ad animarum curam requiritur, si quis in se non agnoscat, iniuste appetit: si verò habere se crediderit, insolentia turget: id quod libr. sequenti clariùs patebit. Secùs autem de alijs simplicibus sacerdotijs. ¶ Hæc veruntamen sententia Diui Tho-

Prima ratio in D. Tho.

mæ nil mirum si nimiũ appareat rigida. Enimuero si de sola episcopali cura illa fuisset prolata, maximam haberet probabilitatem, vt lib. sequenti visuri sumus. Exigit enim episcopalis professio in eo culmine perfectionem, vt possit episcopus cæteros perficere: vt Dionysius ait in lib. Ecclesiasticæ Hierarchię. Et ideo, vix non solùm procuratio, verùm appetitus potest esse sine culpa: aut iniustitiæ: si appetens non se agnoscat idoneum: aut præsumptionis, si id facilè credat. Cura autem animarum in parœcianis Ecclesijs non tam excellens expostulat perfectionis gradum. Et ideo non apparet tanta præsumptio si quis se dignum existimet.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda ratio. Secundò ad id arguitur. Potest esse tanta eorũ raritas, qui ad parœcias regendas sint idonei, tantaq; Ecclesiarum necessitas, vt viro cuius egregia in populo habetur existimatio tam do ctrinæ quàm vitæ, non modò non sit præsumptio, verùm sit charitatis virtus se ad id munus offerre. Tertiò. Potest etiam contingere tanta in prælatis corruptio, vt dignis posthabitis Ecclesias omnes indignis committant: quo certè casu non esset aliud quàm officium charitatis ad occurrendum tali pesti illum qui communi vulgi opinione idoneus habetur, & qui in se nullum crimen agnoscit, prodire, vt per sui ipsius electionem alij impedirentur. Nam quanuis nemini de se credere liceat, nec leue alicui quod peccatum habere: possunt nihilo minùs multi iustã habere probabilitatem suæ dignitatis, atque adeò ardore charitatis labores sitire qui administrationi Ecclesiæ sunt necessarij: ac perinde eum Isa. dicere, Ecce ego: mitte me. Accedit & cap. tua nos. de simonia. quòd pro se rogãtem vt in Canonicum eligeretur: reum non facit simoniæ. De hoc autem latiùs libro sequenti in tractatu episcoporum. Interim autem de parœcianis presbyteris sic est sententia Diui Thomæ moderanda. Primùm non

Tertia ratio

Moderatio sententiæ S. Thomæ.

ait, vt de episcopo dicturus est, quòd appetere talia sacerdotia sit præsumptuosum, sed pro se rogare: quod certè vix potest carere scandalo. Secundò id etiam sentit si res per se consideretur: nempe si prouisores sacerdotiorum diuinam legem ad vnguem obseruarẽt, digniores semper anteferẽdo. Item in prouincia bene instituta in qua viri non desunt idonei. Tũc enim rogare pro se quenquam, præsumptuosum esset & scandalo proximum: quia talem tunc virum non tam publica necessitas quàm priuata voluntas ad id adducere videretur. Imò verò nõ dicit Sanctus Thomas huiusmodi præsumptionem semper esse mortale delictum: quoniam potest esse leuius. ¶ Ad quæ tum respondetur secundum Diuum eundem, quòd hypocrita non confert spirituale propter temporalem laudem, sed solum seipsum talem demonstrat. Quare per talem simulationem potiùs furtiuè surripit laudem humanam, quàm emat: quapropter illa non est simonia. ¶ Huic autem responsioni affine est disputare, vtrum qui per hypocrisin aut aliam simulationem aliquid acquirit, teneatur illud restituere. Vt si quis nequã simulata sanctitate, aut dites effecta paupertate, eleemosynas aut beneficia acquirat, vtrum teneatur ea quę sic acquisiuit suis dominis refundere. Fuit enim assertio antiqui Alexandri & Altisiodo-

Ad quartum argumentũ.

Quæstio.

Alexander. Altisiodo.

rensis: illius quidem quarta parte. q. 86. membro. 3. huius verò lib. 4. capite. De restitutione. In quorum sententiam se contulit Adria. eo. lib. in titulo, De restitutione. Et fundamentum istorum est quòd hypocrita fraude seducit populum, atque adeò quicquid sibi illa vafricie ac quirit falso titulo adipiscitur, ob idque nullum sortitur dominium. Perinde ac si ego Petro pecuniam deberem cuius personam mentitus Paulus illã à me extorqueret. Nec omnino opinio hæc quibuspiã probabilitate carere videtur: tametsi nimiũ sit acerba. Arguunt autem contra se ipsi hoc pacto: Si episcopus occulto crimine so, aut alteri aliàs indigno, quem crederet esse legitimè idoneũ, beneficiũ cõferret, collatio teneret: quãuis falsus titulus in causa eius fuisset: ergo eodẽ pacto dominiũ acquirit hypocrita. Respõdet Alexãder antecedẽte cõfesso, inficiando consequentiã. Quoniã qui in idoneus est sacerdotio, nõ fingit probitatem illo fine sicuti hypocrita. Quapropter hypocrita fur est & latro. Alter verò etsi ecclesiã ingrediens indignus sit, ingressum tamen legitimũ habet. Ex hac tamen istorũ solutione duo sequũtur. Primũ cõtra ipsos, q nõ omnis hypocrita tenetur ad restitutionẽ eorũ quæ taliũ intuitu illi erogãtur, sed ille præcisè qui intẽtione & causa illius lucri hypocrita fit: nã par esse debet ratio illius atq; alterius qui sacerdotiũ suscipit. Quocircà ex eorũ solutione sequitur secũdo: Quòd si quis sanctitatẽ, qua caret ea intẽtione simulet vt ab episcopo sacerdotium aucupetur, simoniã similiter committat, restitutioni obnoxiã: quod re vera nõ esset assertu securũ. Aliàs multi essent qui mala fide præbẽdas possiderẽt, atq; adeò multi curati, quin verò episcopi qui verè non essent tales: quod qui cõcederet, multas Ecclesiasticas functiones suspectas redderet, atq; inualidas. ¶ Igitur prædicta opinio si quid veritatis habet, his est moderaminibus tẽperanda. Primùm de culpa nemo dubitat quin sit grauis, tali visco inducere populum ad extorquẽdã eius substantiã. Sed quantum ad restitutionẽ animaduertendũ est, aliud esse quicquã alteri porrigere sub cõditiõe: hoc est, do si fis talis qualis appares. Aliud verò absolutè donare: etsi motiuũ sit illa qualitas quæ apparet. Collationes autẽ sacerdotiorũ dignitatũq; ecclesiasticarũ ambigere nõ licet quin ablolutè fiãt, & absq; vlla prius cõditione: perinde atq; sacramẽtorũ dispẽsationes. Alioquin nihil esset in ecclesia firmum neq; solidũ. Quare qui aliter hæc munera dispensare cogitaret, nisi id faceret quod ecclesia intendit. Quo fit vt etiã si qui ad Ecclesiã assumitur, illa intentione men-

Adrianus. Fũdamentũ proximæ positionis.

Argumentũ cõtra præcitatam opinionem.

Solutio ad 1. argũ.

Replica contra solutionem.

mendosam sanctitatem venditasset, nihilo minus collatio teneret. Et quanuis post adeptionem dignitatis, aut cuiuscunq; sacerdotij quis vitam suam corruptis moribus contaminet, nihilo minus verè possidet, neque ad restitutionem tenetur fructuũ. ¶ Per hæc ergo fermè de eleemosynis iudicandum est. Enimuerò si qui eleemosynam aut hypocritæ aut diuiti personato pauperi largitur, sub tali conditione id faceret, si verè est quod apparet, certum est non transferre dominiũ, illa non assistente conditione. At verò non illo pacto conferri censentur, sed absolutè donantur: tametsi motiuum sit falsum: & ideo re vera credendum est transferri earum dominiũ, etiam si in hypocritas & falsos pauperes conferantur. Quod autẽ absolutè donentur inde apparet, quod homines propter Deum eleemosynas largiuntur. Imò quodãmodò Christo ipsi in pauperibus. Nam quod vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et ideo non debet tam exacta fieri inquisitio dignitatis personæ ad porrigendum stipem. Et confirmatur: nam vt Adrian. ipse concedit quando causa finalis est vera, licet motiua sit falsa, translatio dominij nõ impeditur: vt patet in alijs negotijs. Si enim quis famulum quem putat esse bonum conducat, licet nõ sit talis, nihilo minùs acquirit mercedis dominium: dummodò seruiat, quæ fuit causa finalis: quanuis non tam bene seruiat, vt herus putabat. Eleemosynarum autem finalis causa est charitas Dei, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: ergo licèt motiuum sit falsum, scilicet personæ dignitas, non impeditur dominiũ. Aliàs qualecunq; mendacium diceret pauper, submitteretur restitutionis iugo. Et postremò ex alio istorum asserto arguitur: Si hypocrita & mentitus pauper tenetur restituere, quæritur cui facienda sit restitutio. Respondet Alexan. non illis qui eleemosynas porrexerunt: quippe qui propter Deum earũ à se dominium alienârunt, sed facienda est reipub. vel alijs pauperibus quibus fuissent fortè collatæ. Sed cõtrà redarguitur. Si qui eleemosynas largiti sunt à se dominiũ abdicârunt, fit vt in ipsos transtulerint quibus tribuerunt: nã in Deum nõ transtulerunt nisi in istos quibus eius causã donârunt. Porrò ergo opinio illa nõ est necessaria. Quòd si nos rursus vrgeas: Illi eleemosynas porrigentes non sponte fecerunt & voluntarie: quandoquidem ignorantia fuit in causa, quæ secundùm Aristotelem, facit inuolũtarium. Quare D. Thomas ait hypocritam furtiuè surripere laudes. Inuoluntaria autem donatio non valet. Negatur prior præmissa: non enim omnis ignorantia facit inuoluntarium quando non ignoratur potissima causa operis. Sciunt autem omnes misericordiam officium esse charitatis, quod non indiget tanta exploratione meritorum personæ: quoniam licet pauper nõ sit dignus, nulla tamen fit meritorum iactura. Et ideo quanq; eadem dignitas ignoretur, nihilo minùs spontanea est misericordia. Hoc in quotidianus eleemosynis astruxerim: nam si insignis impostor eximiam vel sanctitatem vel necessitatem effingeret, vt graue æris pondus exprimeret, crediderim talem pessimum ad restitutionem teneri: nam tunc ingens eleemosyna illa non esset censenda spontanea, sed per fraudem extorta. ¶ Soluta ergo restant argumenta in contrarium. Conceditur enim talem hypocritã deceptorẽ esse, & quodammodò falso titulo qui in eo sit corrasisse eleemosynas: sed negatur nihilo minùs, propter rationes dictas, dominiũ non acquisiuisse: quoniam vltroneè in illum translatum est. Neq; simile est quando vna persona pro altera supponitur. Si enim quis mihi diceret esse Petrum, cui ideo id tribuerem quòd non nisi Petro largirer, si non est Petrus, non tenetur datio: sicut non teneret matrimoniũ. Error autem in moribus aut in bonis fortunæ non habet eandem efficaciam ad elidendum contractum.

Limitatio superioris dicti.

QVÆSTIO OCTAVA, De restitutione Simoniæ & pœna Simoniaci.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm quicquid per simoniã vel datur vel recipitur, sit restitutioni obnoxiũ.

Primum argumentũ.

DOSTREMA DEmum quæstio de simonia, vt restitutionem ac reliquas pœnas exploret oportet. Apparet nãque nõ esse necessarium vt quisquis per simoniã præbẽda aliqua aut dignitate potitur, debeat illã relinquere. Sunt enim spiritualia quędã quę semel obtenta abijci nequeunt: vt characteres qui per sacramentales cõsecrationes imprimũtur: ergo illi licèt simoniacè acquirantur, non sunt restituendi. ¶ Secundò. Contingit episcopum simoniacè esse promotum, cuius subinde pœna est suspensio: & tamen ipsum subdito sub anathemate iubere vt à se ordines suscipiat,

Argumen. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

piat, qui ideo videtur ad obedientiam obligari: nemo tamen ab eo qui potestatem non habet conferendi, intenta re debet recipere: ergo episcopus per debitum simoniæ ab illa epilco
Argumẽ. 3. pali potestate non suspenditur. ¶ Tertiò. Nemo pro illo delicto puniendus venit quod se neque sciente neque volente factum est: siquidem pœna soli voluntatio delicto debetur: cõtingit autem nonnunquam vt quis spirituale quidpiam accipiat, alijs clam ipsum id procurantibus: ergo non est quòd ille debeat collatione sibi facta priuari. ¶ Quartò. Nemo pro
Argum. 4. sua culpa debet commodũ reportare: vsu tamen venire assolet vt si simoniacus id quod sic acquisitit resignaret, in rem eorũ cederet qui fuerunt simoniæ participes: vtpote quando prælatus aut totum collegium cui facienda est restitutio in simoniam consensit: ergo tali euẽ
Argumẽ. 5. tu nulla est restitutio facienda. ¶ Quintò. Dum quis per simoniam ad solemne votum religionis admittitur, non potest ab eodem se voto religare: ergo ab eius restitutione quod
Argumẽ. 6. per simoniam adeptus est absoluitur. ¶ Sextò. Exterior pœna in hoc sęculo non debet ꝓ intimo cordis motu infligi: quippe q soli Deo patet: accidit autem simonia non solùm foris in opere, verùm & intus in corde: qua ratione, vt suprà patuit, per voluntatem delinitur: ergo eiusmodi simonia nulli est restitutioni ob
Argumẽ. 7. noxia. ¶ Septimò arguitur. Multò plus est ad altiora ꝓmoueri quàm in susceptis permanere. Quandoq; autem cum simonia fit dispẽsatio vt ad sublimiora euehãtur: ergo non semper debent susceptis orbari. ¶ In contrarium est sententia illa canonis, Si quis episcopus. 1. quæst. 1. Qui ordinatus est, nemo ex ordinatione vel promotione quæ est per negotiationem facta proficiat: sed sit alienus à dignitate vel solicitudine quam per simoniã acquisiuit.

Conclusio responsiua. A D quæstionem vnica conclusione respõdetur: Quicquid per simoniã acquisitum est, siue pecuniario pretio siue munere alio perinde valente, restitutioni subiectum est: videlicet, neque qui spirituale emit retinere illud potest, neq; pretiũ ille qui vẽdidit. Proba-
Probatio cõclusio. tur cõclusio. Nemo id retinere potest quod cõtra voluntatẽ Domini acquisiuit: vt si dispẽsator res heri sui distraheret, neq; ipse posset retinere pretiũ, neq; res emptores retinere. Dns aũt, cuius dispensatores sunt Ecclesiarũ præfecti, lege cauit nè spiritualia quæ gratis ipsis in cõmune bonum collata sunt, pretio distribuerent: secundùm illud Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date: ergo si pretio eodẽ spiritualia dispensantur, neq; venditor pretiũ neque emptor spirituale retinere potest. ¶ Circa hanc Dubium.
conclusionẽ cum eius, quæ S. Tho. est, probatione, primũ dubiũ est quo iure vigorẽ habeat veritatis: diuino ne & naturali, an verò solo põtificio. De hoc nãq; nulla extat dubitatio. Totũ enim canonicũ iusid conclamat: vt patet canone citato, Si quis eps. vbi qui dignitatẽ per simoniã emit, ab eâdem iubetur esse alienus: & can. presbyterũ. eâ. cau. &. q. qui per pecuniã Ecclesiam obtinuerit, priuari ea iubetur. Et vice versa. cap. de hoc. de simonia. Reges qui pretium vt in electionem cõsentirent acceperint, Martinus.
idem pretiũ restituere coguntur. Et in Extrau. Martini. 5. quæ extat inter acta concilij Constantiensis, sessione. 43. Sancitũ est vt electiones, postulationes, & quæuis prouisiones simoniacæ nullæ sint ipso iure. Vnde fit vt neq; Paulus.
præbendæ neq; pretium pro ipsis pensum retineri valeat. Id quod & Paulus Secundus in sua Extrau. cùm destabile. constantissimũ esse voluit. Prętereaquàm quòd eiusmodi simoniaci prælati perpetuæ damnationi perpetuè adiguntur, & excommunicati ab ordinis officijs suspenduntur: vt patet ibidem, & cano. Si quis dator. & cano. Si quis episcopus. 1. q. 3. Quin verò mediatores, & intercurrentes, ac procuratores omnes excõmunicantur ibidem. Vtrùm verò iure etiã naturali, ac perinde diuino vtraque restitutio, scilicet tam præbẽdæ quàm pretij sit inssa, ambigitur. Et quidem quòd qui sa
Qualiscunq; tiũ vẽdit diuino ac iure rali iure teneatur, manifestè ex naturali, diuinoque iure colligitur. Nam cum spirituale non sit natura sua vendibile, sed gratis dari iussum, vt per verbum Christi proximè citatum constat, palàm est iniquè recipi: sicuti de vsuraria pecunia suprà monstratum est. Quòd autem ille qui præbendam vel quippiã spirituale pretio recipit teneatur diuino naturalive iure illud relinquere, nulla videtur ratio conuincere: nam vt in exemplo cõclusionis persistamus, bifariàm dispensator potest res domini contra eius voluntatem alienare. Vno modo quia dominus nullatenùs id præcepit: & tunc iure naturæ ille cui hæc traduntur non acquirit dominium. Altero modo quia herus præcepit, vt gratis dẽtur: verbi gratia, pauperibus distribuatur frumentum. Et tunc enim dispensator, id pauperibus diuendẽs teneatur pretiũ reddere: tamen pauperes qui gratis erant accepturi, etsi quidpiam pretij rependant, nullatenus tenẽtur res ipsas restituere. Pari modo Dominus præcepit dispensatoribus suis spiritualia gratis distribuere: ergo qui idonei erant, etiam si emerint, non tenẽtur id quod emerunt restituere iure diuino neq; naturali: sed ratione ecclesiastici iuris cessantis huiusmodi promissiones. Id quod exemplo vsuræ confirmatur. Etenim quanuis quidat ad vsuras restituere sit obligatus, qui tamen pro mutuo vsuram soluit, nõ tenetur. His rationibus probabile fortè quibusdam fiat in iure diuino & naturali nõ fundari, vt emptor spiritualium teneatur illa resi
Emptor spiri tualia tenet resignare iu re diuino. Intelligi gnare. At verò secus res habet: nam in primis diuus Thomas & Doctores ex illo diuino iure; Gratis accepistis, gratis date: inferunt spiritualia empta esse resignanda, imò non Doctores modò, verùm & iura ipsa. Demonstratur ergo non modò pretij, verùm & spiritualium restitutionem fundamentum à iure diuino ducere, licèt parum differenter. Spirituale non solùm vendere, verùm ipsum emere est simonia: ergo in iure naturæ eius fundatur restitutio. Probatur antecedens. Spirituale est meragratia Dei: Gratia autem non modò gratia esse definit: quia non gratis datur, sed quia non gratis recipitur: vt probè Leo Papa adnotauit in ca. Gratia. 1. q. 1. vbi ait: Gratia si non gratis datur vel recipitur, gratia non est. Et Vrbanus cap. Saluator. 1. q. 3. dicens: Qui Dei dona quę gratis accipiuntur vt gratis dentur propter sua lucra vendit vel emit, cum Simone donum Dei possideri pecunia existimat. Imò Simon in hoc priùs quòd spirituale emere voluit, contra Spiritus sancti gratiam, atq; adeò contra ius diuinum peccauit: licèt posteà eandem gratiam vendere cogitaret. Neq; solùm gratiæ emptio diuino iuri aduersatur, verùm & contra ipsam est rerum naturam: nam gratia non pretio, sed gratis possideri debet. Itaq; etsi Christus tãtùm dixerit, Gratis accepistis, gratis date: in eo tamen quòd dixit, gratis date, intellexit ꝙ omnes gratis debent accipere. Vnde non minori iniuria ei infert qui emit, quàm q dedit: nam vult Deus gratiã suam sibi soli debe
ris & qui emit, profitetur se non à Deo ipso, sed à venditore recipere. Quocircà nõ solùm vendere, verùm emere, quia est contra diuinã gratiam, peccatum est, vt suprà diximus, cõtra religionẽ. Atq; in hoc simonia ab vsura differt. Vsura enim solùm prohibetur in bonum proximi: puta ad cauẽdum iniustitiam nè pretiũ pro eo quod non est vendibile recipiatur: quarè vsurà solùm ex parte accipiẽtis, & nõ ex parte dãtis est iniustitia. In simonia verò ex vtráq; parte peccatur contra religionem & cõtra Dei iustitiam: quippe qui non tantùm dispensatoribus suis iussit gratis illa donare, verùm cũctis inhibuit nè aliter quàm

gratis illa reciperent, vt illa ratione consiterẽ tur à solo se Deo suscipere. Et per hoc lquẽt eorum argumẽtorum solutiones quæ proximè faciebamus. Igitur si spiritualia emere, simonia est, contra ius diuinum & naturale: nempe contra rationem gratiæ: & ideo ibidẽ iactum est restitutionis spiritualiũ fundamentum. Dixerim, iactum fundamẽtum: quoniã modò id solùm constitoimus, quòd tam emptio quàm vẽditio sit iure naturali ac diuino simonia: an verò eodem iure impediatur trãslatio tam præbendæ quàm dominij pretij, vt restitutio ipsa perinde atque in vsura sit de iure diuino, in responsione sexti argumenti inter enarrandum ea mandato. de simonia, dilucidabitur. ¶ Post hæc ad penitiorem conclu- Distinctio simoniæ.
sionis intelligentiam recolenda est, sicuti vsuræ, ita & simoniæ celebris distinctio, in realem ac mentalem. Simonia realis est illa quæ pacto fit, vel expresso vel tacito: hoc est nutibus significato. Quanuis nisi posteà re vera sequatur executio pacti: hoc est si non soluatur cõstitutum pretium, tunc venditor ad nullam in conscientia restitutionem tenetur: vt de vsurario etiam diximus: quandoquidẽ nihil recipit. Vtrùm verò qui præbendam recipit teneatur illam resignare, statim examinabitur. Simonia verò mentalis est internum ꝙ positum & intentio dandi aut recipiendi spirituale pro temporali: ad cuius percipiẽdum intellectum ad id recurrito quod lib. 6. de vsura mentali diximus. Est enim lubrica fallaxq; illa regula, quòd principaliter intendatur pretium aut minùs principaliter: sed est philosophico more ex obiecto mens perpendenda: Nimirum vt illa præcisè mentalis simonia cẽ Illa simonia mentalis cẽsenda est, cuius obiectũ est simonia realis.
seatur, cuius obiectum est simonia realis: scili cet intentio dandi recipiendive spirituale pretio temporali. Vnde si quis episcopo ex sua liberalitate ad conciliandã eius amicitiam seruit & certus sit neq; se recepturum neq; episcopum largiturum pro seruitio, sed speret ꝙ factus amicus fortè id gratis dabit, cuius ipse est dignus, nulla est mẽtalis simonia: quia obiectum ipsum, scilicet, dare ratione amicitiæ, nulla est simonia realis. Neq; si cogitet dare aliquid liberali honestaq; datione, quasi gratias referẽs, aut qua si aliquid ex laudabili cõsuetudine debitum. Neq; vice uersa si episcopus taliter intendat recipere. ¶ Colligit autẽ Caieta. in sua summa trinam simoniæ speciẽ. Prima consistit in sola intentione absq; vllo opere. Nempè cùm quis mente decreuit spirituale vendere aut emere: quam quidẽ certissimum est nõ esse pœnis iuris subiectã: cũ eccle

Universidad de Deusto
Biblioteca

sia de illis non iudicet: Secunda verò est, de qua Doctores loquuntur, dum quis foris munera offert intentione praua, sed latente. Dū scilicet celat qua intentione id facit. Et dum prælatus corrupta etiam intētione quā occult, spirituale confert. Tertia, inquit, quando pactū interuenit, sed non mandatur executioni. Imò antequàm collatio fiat vtrinq; à præcedenti cōuentione desistitur. Hæc autē non tam mētalis dicēda est, quàm realis nōdū perfecta. Propter quam licet peccatū sit graue, nemo pœnas iuris incurrit. ¶ Dubium hinc autē non dissimulandū exurgit. Vtrum sicuti contingit simonia mentalis absq; reali, ita vice versa cōtingere realis posit absq; mētali. Est verbi gratia, deceptor quispiā atq; impostor, qui pretiū episcopo, p sacerdotio pollicetur, idq; instrumēto cōfirmat: absq; vlla tamen implendi intentione. Apparet tūc ex vna parte simonia oriri: quatidoquidē si hoc immotuisset ecclesiæ, pœnis ille iuris adigeretur expoliaretur q; sacerdotio. Ex altera verò nulla videtur simonia: vtpote cū externa operatio ex intētione sit pensanda, à qua speciē sortitur. Dicēdū ergo re vera nō esse simoniā: neq; in foro cōscientiæ prębēda donatū tenēri eā relinquere: vt Caiet, ait q. 10. primo quod. Ecclesia tñ certior rei factæ, quia de exterioribus iudicat, legitima præsumptione eū cōdemnaret. ¶ His denique prælibatis cōclusio in primis restitutionē imperans, omnem complectitur realem simoniam, vbi pretium verè solutum est. Vbi autem pactū præcesit, sed non subsequutum est pretium, iam dictū est venditorem ad nihil teneri, sed solùm ad delicti pœnitentiam. Vtrùm verò emptor teneatur sacerdotium dimittere? distinguendū est. Si enim ante collationem explicat se pretium non daturum, non dubium quin collatio, si fiat, teneat: neque opus est dispensatione habilem eum reddente ad suscipiendum. Et vsque ad hanc veritatem intelligendū est veridicū illud dictū, cuius modò meminimus: Quod si pactum nō mādetur executioni, nō incurritur in pœnas iuris. Si verò sub tali pacto collatio fiat, nullatenus hæsitari debet quin collatio nulla sit. Id qđ propterea tam asseueranter affirmamus, quod video nonnullos de hoc deceptos. Et ni primis assertio fuit sancti Thom. in articulo præcedēti: nam ob id consultò expressit, quòd si aliquis det rem spirituālem pro aliquo temporali obsequio exhibito vel exhibendo, simonia est. Et ratio est manifesta: nam illic est expressa emptio & venditio. Qui enim creditò vēdit, verè vendit: Adde quòd collatio non dependet ex futuro cōtingēti, sed suppositio pacto, protinùs absolutè fit. Quare iam inde est simonia quidquid posteà subsequatur: videlicet siue pretiū soluatur, siue secus. Aliàs nunquam sub pollicitatione cōmitti posset vsura: quod est falsum. Neq; refert pactum scripto & cum iuris solēnitate fuerit celebratū, an solo verbo inter duos absq; arbitris: dūmodò fidem tuam impignores pollicitus te daturum pro præbenda: quādoquidē inde exoriretur ciuilis obligatio quæ in alia materia firma esset & valida: secùs si non interueniat talis obligatio, sed aliqua spes fiat alicuius referendæ gratiæ de honestate. ¶ De simonia verò mentali, obligetne ad restitutionem, in responsione sexti dicendum est. Interim ergo de reali dicere cōsequitur, cui, quomodo q; fit restitutio facienda. Et prius quidem de pretio, mox de præbenda aut re alia spirituali suscepta. Et quidem quando ante rei spiritualis collationem præcedens pactum dissoluitur, etiam si pretium fuerit solutum, nullum est dubium quin restitutio eidem sit facienda qui pretium largitus est: siquidem, vt modò dicebam, ob illam simoniam nemo fit reus pœnarum iuris. Confessio est Caietani in sua Summa. At verò si simonia executioni mandata sit, scilicet collatio tam pretij quàm præbendę facta, tunc est dubium. Omnes enim in hoc consentire videntur, etiam D. Thomas, in solutione quarti, q̄ restitutio pretij sit facienda vel ecclesiæ in qua simonia confecta est, aut pauperibus. Augustin. enim, vt habetur ca. Non sanè. 14. q. 5. restitutionem malè acquisitorū pauperibus adiudicat. ca. verò, de hoc. & ca. audiuimus. de simonia. ejusmodi pretia simoniaca ecclesijs restitui iussa legimus. Idemq; expresse Cæsar imperauit in authentica de sanctissimis episco. Attamē si res penitiùs inspiciatur, distinguendum est. Etenim post condemnationem, extra controuersiam faciendam esse constat restitutionem ecclesiæ vel pauperibus, aut quēadmodum Papa iusserit: quoniā & qui dedit ob crimen, mulctatur ære quod dedit: & qui recipit, dominium non acquirit. Verum tamen dum crimen non est delatum, sed in foro conscientiæ latet, persuadere aliud mihi non possum quàm quòd restitutio pretij facienda sit eidem qui dedit. Et ratio est q̄ lex pœnalis, vt lib. 1. disputauimus, ante condemnationem reum non ligat, vt ipse teneatur exequutorem esse sui supplicij aut mulctæ. Cùm ergo illæ prębendæ emptor ob crimen veniat suo pretio mulctandus, fit vt ante con-

Dubium.

Solutio.

Omnis simonia realis ad restitutionē obligat vbi pretiū solutū est.

Dubitatio.

Quādo autē restitutionem præbendæ facta dissolui restitutio accepti pretij ei facienda esse solet.

Caietanus.

Dubium. S. Thomas.

Augustinus.

Simoniacus post collationem tenetur dare ecclesiæ vel pauperibus aliàs ei quod dedit.

Nō probatur assertio.

te cōdemnationem de crimine non amiserit vel dominium vel possessionem, vt illic declarauimus: ac proinde cum dominium translatum nō fuerit in recipientē, fit vt suo sit domino redhibendum. Neq; quicquam refert iure diuino & naturali, an solo ecclesiastico impediatur translatio dominij. Posset enim forsan in præsentiarum quispiam cōminisci trāslationem pretij non esse prohibitam diuino iure aut naturali: nā licèt Dominus noster iusserit gratis spiritualia cōferri, nihilo minùs gaudet præbenda res est æstimabilis pecunia, quanquàm vendere peccatum sit, nihilo minùs iure naturali acquiritur pretij dominium, pariter vt præbendæ: sed quia ecclesia annullauit cassauitq; tales contractus, vt patet iuribus supra citatis, proclamantibus esse nullos, potuit ipso facto pretium applicare pauperibus. Hu iusmodi autem cōmentum bifariam, vt reor, peccat. Primùm enim arbitror iure diuino & naturali dominium pretij nō transmitti. Nā cum Deus gratis dare iusserit pretium, pro re non vendibili datur. Quidquid sit de collatione præbendæ. Secundò etiam si talis annullatio cōtractus ex solo statuto ecclesiæ ortum habuisset, non potuit eadem sancta ecclesia simoniacum emptorem in dicta causa in pœnam adigere, quousque esset de crimine condēnatus. Ex his ergo sequitur quòd qui tale pretium recepit, perinde atq; vsurarius debet absque vlla mora nullaque expectata iudicis sententia restituere illud tanquàm alienum, cuius dominium non habet: dūmodo cautionem caplat nè postea cùm fiscus resciuerit, cogatur iterato soluere. Quanuis illi qui dedit repetitio iure non permittitur: quādoquidē re cognita pretio mulctabitur. ¶ De restitutione autem præbendæ longè diuersa est ratio: ecenim si collatio facta est, restitui immediatè priori possessori non potest. Quoniā dum prælatus secundùm suam æstimationē Petro cōtulit, Paulo simpliciter abstulit. Quare neuter eius dominus est: videlicet neque Paulus, quia illi fuit adempta: neq; Petrus, qa ratione simoniæ inidoneus factus est recipiēdi. Quocirca Paulo restitui alternō potest nisi reliquatione in arbitrio prælati facta qui ei reddat: præuia tamē dispensatione super irregularitate per simoniam contracta. Quanuis detecta Papæ simonia, qui solos simoniacos habiles reddere valet, nihil obstat quo minus Petro denuò prouideatur. Sed est aduertendum quòd quāuis simoniacus solo iure pontificio irregularis sit atque inhabilis ad recipiendum sacerdotium vel rem spiritualem, atque adeò eodem iure impediatur translatio dominij, vt artic. proximo apertius fiet: nihilo minùs ius illud cogit vt nulla spectata sententia protinus resignet prębendam: vt potè cuius non est legitimus possessor. De fructibus autem perceptis in solutionibus tertij & quarti dicendum.

Ad primum argumentū.

AD primum igitur argumentum multa D. Thomas respondet. Primùm q etsi qui sacro ordine simoniacè initiatur characterem propter sacramenti efficaciam suscipiat, haud tamen sacramētali gratia propter obicem simoniæ suffunditur. Secundò subdit quòd ab ordinis executione suspenditur ob id quòd quasi furto contra domini voluntatem characterem surripit. Vbi id quòd anteà diximus recolendum est nempe quod non solùm dare, verùm recipere spirituale pretio, delictum sit simoniæ. Tertio addit suspensionem ordinis eo protendi vt non modò suspensis nō liceat ordinis munere fungi, verùm neq; alijs fas sit eis in tali executione cōmunicare, siue delictum publicum fuerit siue occultum. Itaq; dum quis pretio quātumuis occulto, hoc est nondum in ius foras delato, sacerdotalem ordinem suscipit, neque celebrare potest, neque alij, qui id sciuerint eius celebrationi interesse. Quartò subiūgit talem simoniacum repetere nō posse pretium. Intelligo hoc autē in publico foro, vt nuperrimè dicebam: nam priuatim ante cōdemnationem arbitror eidem esse restituendū. Quinto deniq; concludit, quòd simoniacus inde factus q̄ ordinē simoniacè cōtulit, aut præbēdā vel dedit vel recepit, vel mediator fuit, si delictum sit publicū, putæ iudiciali foro, iure suspenditur & quo ad se & quo ad alios: si verò secretum, tunc duntaxat est suspēsus quo ad se. Notanda ergo hic est differentia quòd in collatione beneficiorum, nec dans nec recipiens, quando delictum est occultum, est suspensus quo ad alios, sed tātùm quo ad se. In collatione autem ordinum, licèt conferens cādem liberetur lege: scilicet vt crimine occulto, non sit suspensus nisi quo ad se: recipiens tamē: etiam si sit occultū, vtroq; modo est suspensus. Sententia est antiqua, quam Panormit. a. super ca. tanta. de simonia. comprobat. Et arbitror eam esse rationem quòd cum in suscipiendo ordine ipsa infecta fuerit, non solum ipsum ab executione voluerunt iurā arcere, verum & quoscunq; priuatim id scientes: quanuis crimen occultū esset: hoc est non in publicum iudicium pertractum. Dator verò si legitimè erat ordinatus, satis duxerunt,

Panormit.

Rō assertū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ipse abstineret,teliqui verò non tenerentur eum euitare,nisi publicitus esset denūciatus.De istis suspensionibus extant iura in Extrauagante Martini suprà citata, Sacro. quæ est in concilio Constantien.& in Extrauag. Eugenius. dānabile,eiusdem Marti.& Eugenij,& in alia, Cùm detestabile.Illa autē quæ de aliorū cōmunicatione cum simoniacis hic recensentur ad seculum D.Thomæ referenda sunt:nā postea ad consulendum timoratis cōscientijs de Cōcilū Cō stantiense. cretum est in cōcilio Cōstantien.vt nemo excōmunicatum vitare teneatur,nisi nominatū vel eum qui fuerit publicus clericorū percussor.Nec satis est quòd sit nominatus generali nomine etiamsi:puta simoniacus,aut hæreticus:sed requirit q̄ sit de proprio nomine expressus.Alias non esset delicatis cōscientijs satis succursum. Quare cùm omnis excōmunicatio suspēsionem secum afferat,sit vt etiam á suspensis antequàm publica sententia nominati sint,possint legitimi subditi sacramenta suscipere,etiam absolutionis.Imò verò subdito suum ius petente parcendum potest sine culpa illi sacramentum administrare:quia hoc totūm in fauorem subditi indultum est. Dūmodò tamen non celebretur id quod peccator citra immane sacrilegij crimen facere potest.

Ad secundū ¶Ad secundum patet modo respōdetur quòd ab episcopo simoniacè promoto non solum propter præceptum,verum & propter eius excōmunicationem nemo debet ordines suscipere absq; dispensatione.Idq;,vt D. Tho. ait casu etiam quo subditus probare crimen non posset.Aliàs recipiens participaret cum illo in crimine.Hoc autem simili modo quo proximè dicebatur venit intelligendum.Loquebatur enim secundùm leges seculi.Iam quippe nunc nisi talis episcopus nominatim sit excōmunicatus,potest subditus iuxtà dictum decretum ab ipso petere sacramenta. Si tamen ei sit necessarium.Neq; verò episcopus tunc administrans delinquit.Secùs si sua se sponte ingereret:vel si subdito non petente præceptum ad recipiendum vrgeret,aut si extraneos ordinaret.Quare tunc subditus nō teneretur ei parere.Alij episcopi autem cōmunionem sui aliter quàm per sui promotionem simoniacus est,nisi criminē esset iuridicè publicatum,neq; secundum ius antiquum vllus Ad tertium tenebatur abstinere. ¶Ad tertium respondetur hi rationi quēquam,veluti de vsurario & fure dictum est,ad restitutionem teneri.Vno modo ratione acceptionis:quādo scilicet peccauit accipiendo.Altero verò ratione rei acceptæ,quando videlicet rem possidet quæ non est sua.Igitur dum quis sciens & prudens,suasu sōte vel ordines vel ordinibus adiunctas prębendas suscepit,tenetur tunc ratione acceptionis.Quapropter non solùm ijs priuatur quæ accepit:nempe ordinis executione & beneficio cum perceptis fructibus,verùm & alios quos fortè non percepit:potuisset tamē alius legitimè possessor percipere,restituere tenetur:quia cui niū damna per iniuriam dedit:deductis tamen expensis causa fructuū factis:etsi quos in ecclesiæ vtilitatem legitimè vt tenebatur,fecit Quando verò sc̄ie neq; volente per simoniā promotus est,tunc quidem solùm tenetur ratione rei acceptæ:& ideo cùm primùm resciuerit,ab ordinis executione suspensus esse debet:sed tamen eos tā tum fructus restituere,quib⁹ factus est ditior. Haud tamen eos insuper,quos suis vsibus bona fide insumpsit. Si verò ille qui pecuniam eius nomine obtulit in fraudem id fecit atque ästu,vt postea ipse expoliaretur,tunc nisi ipse consenserit nullatenus expoliandus est.

¶Ad quartum respondet D.Thomas quòd Ad quartum tam pecunia vel possessio,hoc est,prælato impensa,quàm etiam fructus simoniacè percepti sunt ecclesiæ restituendi,etiam dum prælatus vel aliquis collegij in simoniam consensit.Si autem totum collegium fuerit eodem contractu infectum,tunc per facultatem prælati facienda est restitutio,vel alteri ecclesiæ vel pauperibus.Et quidem id quod de fructibus asserit;ad verbum verissimum est secundùm antiqua iura:tamen si iam nunc mos habet Romanus vt Papę obtingant ad suos sustinēdos apostolicos sumptus.Quare cū illo fieri super eos potest compositio,ab illoque obtineri remissio. Quòd autem de simoniæ pretio addit,intelligendum arbiteor eo modo quo suprà à nobis expōsitum est:Nempe postquàm quis fuerit criminis condemnatus: nam dum res est occulta,existimo ei qui dedit retinendum. ¶In solutione ad quintum Mēs.S.Tho. Ad quintum Concilia Le teranēsia enarrat D. Thomas decretum Lateranensis concilij sub Innocentio Tertio quod proximè eius tempora celebratum est,referturq; ea.Quoniam.de simonia.vbi qui ad religionis professionem simoniacè sunt recepti,nisi fuerint tantorum gratia(vt suprà explicatum est) non quidem solennis voti obligatione liberātur:quia nic quiuerant:sed tamen de suo monasterio repulsi ad perpetuam pœnitentiam in arctiori regulæ subeundam addicuntur.Quod autem subsequitur,nihil ad præsentia tempora attinet,sed ad illos qui ante eius olij decretum fuerant delinquentes:qui scilicet tantū coge-

rogebantur in alijs conuentibus eiusdem ordinis commorari.

Sextum. SExtum denique argumentū quod in præsentiarum longè plus ambiguitatis affert, ad explorandam naturam mentalis simoniæ adhibitum est:obligetne ad restitutionē dum foras opere nō prodit. Et quidem si qui præbendam recepit nullius re verā tribuit pretium,tunc collator,etsi pretium ex pacto sperasset,ad nihil teneretur,vt de vsurario diximus. Sed dubiū est de illo qui præbendam suscepit si citra pactum credidit se eandem per simoniam reipere,videlicet vel quia collatorem spe pretij allectum arbitratur eandē contulisse,vel quia munera præmiserat prauæ intentione, quæ etiam prælatus nihilo faniori receperat. Tunc inquam dubium est neq; patūm molestum vtrum teneatur resignare prębendam:& pariter prælatus quicquid recepe rat restituere:nam si leges vsurarias consulas, dum vsurarius mente concipit id quod alteri sibi vltra sortem porrigitur,non gratis, sed ratione mutui porrigi ad restitutionem tenetur. Tamen in contrarium existit textus, vt multis apparet, expressus in ca.mandato. quod vltimum est tituli de simonia. Vbi habetur quòd quando sic inter duos contingit, vt alter ab altero spirituale quidpiam,scilicet locum in monasterio, alter verò scilicet cōuentus temporale recepit,vtrinque tamen corrupto affectu,videlicet quia vterq; apud se credidit id sibi simoniacè collatum,imò forte vterque eadem intentione largiebatur: dūmodò nullum exterius interuenerit pactum, nullaq; expressio corruptæ mentis,neuter ad restitutionem,vt plerique rentur, obligatur: sed satis vtrique est per solam pœnitentiā suo satisfacere creatori.Hoc ergo ca.quatenus aliter sentire videtur quàm de vsura definitum est,prægrande doctoribus facesit negotium ad explicandum.Vnde Hostiē. super eodem ca.distinguens ait,ea quæ per simoniam contra ius diuinum acquiruntur necessaria esse quæ restituantur:quæ verò per simoniam de iure positiuo,hoc est malam quia prohibitā, esse à restitutione libera. De quibus,inquit, Papa illic loquebatur.Cōsentit Henricus Gādensis quotlib.6.quæst.26.inquiens in dicto ca.sermonem haberi,non de illo qui pro ingressu religionis pecuniam cōtulerat,sed de illis monachis qui honorifica loca coemerāt, puta Abbati propinqua. Attamen si legitimum significatum introspicias,locus in monasterio pro eodem vsurpatur quod est admisto ad religionem. Quare illic proculdubio de simonia cōtra ius diuinum initus est sermo. Vndestatim subtexitur mentio resignationis spiritualium.Quocirca Panor. illic credens nullum simoniæ mentalis genus ad restitutionem obligare,etiam si munus sinistra intentione & detur & recipiatur,hoc discriminis inter vsuram & simoniam comminiscitur,quod in odium vsurariorum iussa est restitutio vsuræ mentalis:ne scilicet illo palliamento crimen obtegeretur:non autem restitutio simoniæ. At verò maiorem sanè deberet simonia inuidiam parere quàm vsura: vtpote quæ virulentior est.Addit ergo secūdò quòd forsan dictum capitulum est intelligendum quando principalis intentio nō est simoniaca.Verum tamen neque hæc valet solutio:quia in vsura,vt suo loco declarauimus, quacunq; intentione recipiatur aliquid vltra sortem pro vsu pecuniæ,est vsura. ¶Ioannes Andreas super dicto ca.aliud minoris probabilitatis affert discrimen:nempe quòd in vsura sola mens vsurarij est deprauata, exigentis aliquid vltra sortem:non autem alterius soluentis.Et ideo iubetur ei fieri restitutio. In simonia verò vtriusque animus est corruptus. Nam tam emi quàm vendi spirituale prohibetur:& ideo cæteris paribus melior est conditio possidentis vt vterque permittatur id possidere quod recepit.Præterquàm, inquit, quòd per vsuram magis vulneratur charitas. Sed tamen quòd hæc confícta interpretatio minùs sit ad rem accōmoda,inde patet quòd deprauata mēs nemini debet suffragari.Quare multò minùs simoniacus deberet dominiū acquirere,quàm vsurarius. Nam aliàs etiam si pactum interuenisset,deberet vterque dominium acquirere. ¶Caietanus ergo longè alia via procedit. Ait inquam secùs habere simoniam quàm vsuram:nam vsuram inquit qui soluit,inuitus dat.Quare alter neutiquàm dominium acquirit. In simonia verò vterque dat vltroneus: nam cùm præbenda suapte natura æstimabilis, vt ei videtur,sit pretio,lubenter eam recipiens pretium soluit:quare nisi ecclesia prohiberet translationem dominij,teneret vtrinque datio:& quia citra pactum non impedit,vterque euadit dominus.Sed neque ista solutio hærenti animo satisfacit:nam perinde simoniacus inuitus videtur conferre pretium,atque ille qui accipit ad vsuras:siquidem mallet gratis accipere,vt iure diuino alter tenebatur conferre. Innumeræ denique sunt expositiones aliæ huius textus,quod indicium magnæ eius obscuritatis est.¶Igitur vt rem quàm maximè ego

Panormita.

Solutio altera eiusdē Panormita. Obiectio cōtra solutionē

Ioan. Andr.

Refutatur interpretatio Ioan. Andr.

Caieta.solu.

Ratio in Caietan.

Sententia authoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possum perspicuè explicare: pergam, totum dubium ex illo pendet quod ex præcedentibus huc reposuimus enodandum: nempe vtrum restitutio tam pretij simoniaci quàm rei spiritualis, sit de iure diuino & naturali. Et primũ omnium hoc cõfessissimũ sit, quod vtrinq; cõtra ius diuinum cõmittitur simonia: scilicet tã ex parte ementis quàm ex parte vendentis. Qua ratione, vt suprà exposuimus, simonia differt ab vsura: quoniam non solùm vendens, verùm & emens aduersatur naturæ gratiæ spirituali: scilicet quæ grãtis debent non solùm dari, sed etiam tanquàm Dei donum recipi. Secundò & hoc compertissimum est, quòd restitutio ex vtraque parte in simonia hactenùs est de iure diuino: quod in talibus diuina prohibitione vendẽdi & emẽdi fundatur: sed hoc est quod apud neminem disputatum reperio: cùm ab omnibus huius capituli interpretibus examinari deberet, videlicet vtrũ iure diuino sit impedita translatio tam rei spiritualis, pretio recepta, quàm dominij eiusdẽ pretij. Nam si iure diuino simoniacus inhabilis sit ad recipiendum, tunc ecclesia nullatenus facere potuit ex simoniacus mẽtalis, puta credens aliquid sibi datum in pretium, dominiũ acquireret. Si autem translatio eiusdem dominij solo iure ecclesiastico est impedita, potuit quidem ecclesia illud impedire interueniente pacto: permittere autem vbi nullum intercederet, id quidem Caietanus hanc secundam viam est ingressus. Arbitratur enim quòd etsi spiritualia iubeantur gratis dari & recipi; nihilominus ex natura sua esse pretio æstimabilia. Quare qui pretium suis sponte pro illis confert, licèt peccet quidem contra diuinam prohibitionem, nihilominus dominium trãsfert, nisi vbi translationem ecclesia impediuerit. Et fateor hoc modo planã fieri textus intelligentiam. ¶ Porrò verò ex altera parte suadere contendam, nescio an persuadere potero translationem dominij, saltem pretij iure diuino impeditam: nam de re spirituali empta non est tanta persuasio. Et quo à prohibitione ipsa diuina auspicemur, Christus dicens, Gratis accepistis, gratis date: omne ius sublatũ voluit aliquid recipiendi pro spirituali. Si aũt nullum reliquit ius recipiendi, fit vt pretium recipiens, nullatenùs, deo vetante, efficiatur dominus: saltem cum nisi aliquo iure, nemo rei dominus constitui valeat. Secundò. Qui mutuum fiat propterea tenetur vsuras restituere quòd gratis mutuare debet. Tenetur autem prælatus diuino iure eadem pacto spiritualia conferre: ergo eodem inhabilis fit vt dominus fiat. Quòd si dixeris nõ ob id vsurariũ teneri, sed quia seorsum vsum pecuniæ vendit, cuius nullius per se est pretij. Pariter arguitur de spirituali re, nam neq; hæc quidem, vt oẽs fatentur, est pecunia æstimabilis. Quòd si respõdeas ex natura sua esse æstimabilem: saltem vbi est fructiferum sacerdotium, coarguitur nihilo minùs hæc nõ esse vendibilia. Nam dum quis pro aliquo magistratu administrando publicum suscipit stipendium, ea lege vt grãtis illum administret, si quid vltrà pretij recipiat, non fit dominus, sed ad restitutionem tenetur: Prælati autem ecclesiastici sunt huiusmodi: ergo si quis eorũ pro collatione spiritualium quidpiã recipiat, iure diuino reddere perstringuntur. Eò potissimũ q; neq; Papa, neq; Antistitũ vllus, dominus est spiritualium, sed merus dispensator rerũ domini sui: qui gratis id facere cunctis iussit. Quare nec tãquam domini nec tanquã dispẽsatores dominũ pretij acquirũt. Accedit huc præterea vigens admodùm argumentum, q si solo iure pontificio prohibita esset translatio dominij in simonia, sequeretur q si quis quid pro administratione sacramentorũ, præter sacros ordines, reposceret, vere perciperet dominium. Nam iure pontificio eiusmodi translatio solùm legitur prohibita, vt ait in præsenti articulo diuus Thom. in ordinũ & beneficiorum collatione & ingressu religionis, in quibus pro nullis habentur cõtractus, vt suprà dictum est. Profectò ergo quàm maxima probabilitate pollet, vt in hoc etiã sensu iure diuino fuerit in simonia restitutio instituta. Id quod antiqui semper crediderunt: vt Hericus Gãdensis quotlibe. 6. q. 26. & Armacha. lib. 10. cap. 23. quibus & quotlib. 9. articulo. 3, Adrianus adhæresci. Imò & sanctus Thomas idem hic videtur sentire: siquidem obligationẽ restituendi in simonia non aliunde deducit quàm ex verbo Christi: Gratis accepistis, gratis date. Quanuis Caietanus hic & in sua Summa, verbo, simonia: & illic Sylu. ester. §. 2. Panormitanum suprà citatum sequuti, contrarium censeant. ¶ Dixerim autem non tantã esse persuasionem de acquisitione simoniaca rei spiritualis, quòd nulla fit iure diuino. Tum q licèt dans pretium peccet contra naturam gratiæ, tamen dum id sua sponte, non videtur inhabilis fiebinde fieri ad recipiendum. Tum præsertim quòd si iure diuino nulla esset, nullatenùs posset Papa super eo dispensare; & tamen communis est omnium consensus, quòd fialicui simonia cẽ cõferat beneficium, licèt vterque pessimè faciat,

Caietanus.

Ratio prima Caietani.

Secunda.

Tertia ratio

Pretium rei spiritualis in re diuina restitui debet. Henricus. Gandensis. Armacha. nus. Adrianus. S. Thomas.

Caietanus. Sylvester. Panormitan.

faciat, collatio tamen teneat: vt articulo proximo disputabitur. Tenendo ergo, vt quàm longissimè certius censeo, iure diuino nullam esse in simonia restitutionem, restat ad allegatum capitulum respondere: quod non est facile. Alijs ergo prætermissis solutionibus, duę sunt quæ alicuius momenti haberi possunt. Vna, quòd etsi qui tanquàm pretium aliquid obtulit prælato, sed tamen nullo expresso pacto, dominium in ipsum non transtulerit: tamen quia restitutio non illi facienda est, sed ecclesiæ, potuit Pontifex illam eidem prælato indulgere, atq; adeò ipsum à vinculo liberare. At verò mihi nullatenùs sit probabile posse ecclesiam cõdemnare quẽquam ad pœnã ante cõdemnationem de crimine: & ideo neque illam qui pretium dedit priuare suo iure potuit quandiu eius lateret crimen. Ob idq; probẽ sit Adrianus loco citato quotlib. 9. Papam non posse restitutionem cuipiam remittere quæ facienda est parti quæ dedit, sed illã quæ facienda est ecclesiæ. Quanuis & hoc nõ prorsus improbabiliter potest ad textum applicari: nam illi monachi mentales simoniaci cum dispẽsationem peterent, delictum suum prodebant. Quocirca iam ecclesia poterat eos qui dederant eodem pretio mulctare, tribuereq; ecclesiæ, atque adeò restitutionem ei remittere qui possidebat. Attamen ob id solutio hæc non omninò quadrat textui, quòd illic Papa nullum indulgentiæ beneficiũ apparet conferre: sed prorsus id respondere qđ est de iure. ¶ Alia ergo est solutio Adriani loco citato quæ profectò attẽtè perspecta, vt meum fert iudicium, perplacebit. Ait siquidẽ illic Pontificem nullatenùs decernere in simonia mentali non esse necessariam resignationem spiritualium, aut temporaliũ restitutionem: imò contrarium docet: sed lectio quæ punctum & cõma inepte collocat, errorẽ generat. Vulgò nãque post narrationem casus, responsum in duo diuiditur: videlicet vt post verbum, extẽdi, fiat rubrica. & inde quasi noua clausula sic legatur: Et ad resignationẽ spiritualium & temporalium quæ nullo pacto sed affectu animi præcedente: cum quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori: eos pro simonia huiusmodi non teneri. Ita vt hoc vltimum verbum referatur ad præcedentia: scilicet nõ teneri ad resignationem temporalium & spiritualium. Quòd profectò Papa non apparet sensisse: qui erat Gregorius Nonus. Nam Gregorius primus, vt patet canone, Si quis neq;. quæs. 1. cõtrarium statuisse videtur: vbi ad

monet q qui fraudulẽto munusculo ecclesiasticam dignitatẽ accepit, tenetur illam sub pœna damnationis resignare. Fraudulentum enim munusculũ, plane significat illud quod fraudulẽta mente absq; pacto expresso supponitur: nã vbi conuentio interuenit, non est fraus, sed aperta iniquitas. Igitur nõ est credibile Gregor. Nonum contrarium voluisse decernere. ¶ Igitur vt rectè textus legatur, præmittendus est casus capitulo. Quidam enim dato praua intẽtione pretio absque pacto recepti sunt ad religionem: & forsan dederant monasterio aliquam præbendam, & insuper aliqđ temporale. Postmodum verò compuncti: Romam miserunt vt cum illis fieret dispensatio. Papa verò mãsit mandatum vt eadem fieret. Sed tamẽ dubitauit postea eius Abbas de extensione mandati quãtum ad duo: nempe vtrum extenderetur facultas vsq; ad abbates, vt ipse posset cum illis dispẽsare: item vtrum extenderetur etiam ad dispensandũ super resignationibus, nẽ ex alterutra parte fieret: vt scilicet conuẽtus resignare non teneretur, sed omnia posset retinere, quæ monachi contulerant. Respondet ergo ad vtrunq; Pontifex affirmatiue: dicens, Mãdato nostro recepto, vt cum monachis qui per simoniã dato aliquo (scilicet munere tam temporali q̃ spirituali) locum in monasterio sunt adepti secundum constitutionem generalis concilij (videlicet Constantiẽsis: vt habetur cap. quoniam. paulo ante in eodem tit.) & infrà. Sequitur respõsio: Consultationi tuæ breuiter respondentes dicimus, mandatum apostolicum (id est facultatem dispensandi) ad abbates extendi (vt scilicet ipsi valeant dispensare) & ad resignationes spiritualium & tẽporalium. Itaq; verbũ, extẽdi, fertur in hoc quod sequitur: sed interlita rubrica rem obscurauit, peruertitq; subinde lectionem, vt intelligeretur nõ teneri ad abbates vt ipsi possint dispensare, extendiq; ad resignationes, tam temporalium quàm spiritualium, si modò nullũ interuenerit pactũ: nempe vt abbas possit dispensare nẽ resignatio tam tẽporalium quàm spiritualium, quæ aliàs necessaria erat, non fiat. Addit verò: quę vtrinq; taliter acquiruntur: vtpote quòd dispensetur nẽ vel monasterium restituat quæ perceperat, neque verò monachi inde abire coganturid quod alioqui iusta tenorem dicti concilij facere tenebãtur, & transire ad aliud monasteriũ. Ait ergo Papa quòd in illo casu, id est facta dispẽsatione, delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori. Verbum ergo, solam, non ex-

Qualiter legendus citatus textus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cludit quin ex natura simoniæ facienda esset tam resignatio spiritualium,quàm restitutio temporalium.Imò cùm dicat mandatum dispẽsandi ad id extendi,palàm docet super his dispensationem fuisse necessariam: sed excludit illa quæ in dicto concilio iubentur:scilicet nè exeant monachi à monasterio,sed maneãt in suo loco cum sola pœnitentia.Profectò apud me perquàm abundè videtur responsio hæc, capituli vim explicare:atque adeò cùm cõmunis opinio,quòd simonia mentalis nõ obliget ad restitutionem in eodẽ solo ca.fundetur,non est cur ei adhibeatur fides. ¶ At S. Thom.est cui respondendum superest:quippe qui in præsenti solutione ait sufficere simoniaco mentali de mala intentione pœnitere.

Obiectio ex S. Thoma.

Solutio.

Cui igitur respondetur nõ loqui de simonia mentali vt cõmunis opinio intelligit dictũ ca. mandato.aliàs cùm inter põtificia decreta iã tunc extaret,ipsum citasset. Sed vocat simoniacum mentalẽ eum qui intendit pretio dare aut accipere rem spiritualem,tamẽ verè nõ dat.Colligam⁹ ergo id quod sentimus.Si præ latus aliquid pro collatione rei spiritualis receperit,etiam sine pacto,credens illud in pretium sibi dari,profectò non magis dominiũ quàm vsurarius acquirit:atque adeò restituere tenetur eidem qui dedit:si tamen posteàre sciuerit id nõ sibi datum in pretium, retinere potest. Atqui si quando confert beneficium scit in pretium sibi munera esse impensa, nõ tenet collatio.Si autem quando cõtulit non credebat sibi dari in pretium,collatio ex parte sua tenet: sed tamen si posteà sciuerit ceu pretium sibi data,restituere tenetur:& collatio constat ob inhabilitatẽ ementis fuisse inualida.Et profectò quousque me vel ecclesia vel sapientes aliud docuerint,egomet mihi aliud persuadere nequeo.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm summus Pontifex possit super pœnis simoniæ dispensarẽ.

Primũ arg.

Secundum

POstremò denique quæritur vtrũ pœnæ simoniæ sint per pontifices dispẽsabiles. Et arguitur negatiuè. Quidquid Papa potest in tota familia Christiana, potest antistitum quicunque in sua dioœcesi: nullus autem ipsorum dispensare super eiusmodi pœnis valet:ergo neque Papa. ¶ Secundò. Vna,potissimaq; pœna,vt articulo proximo differebamus,est spiritualium resignatio,temporaliumque restitutio. Super hoc autem dispensare nullus videtur mortalium posse:cùm eiusmodi restitutio iure apparet diuino imperata. ¶ Accedit tertiò, Tertium. si talis esset in Papa facultas,indeperuius pateret aditus ad simoniarum barathrum: nam & Papa secum ipse dispensaret vt dum vellet sacerdotia venditaret: querum nihilo minùs collationes tenerent. ¶ In contrarium est textus in capit.mandato,proximè expositum,de simonia.vbi Papa facultatem indulsit dispensandi super simoniam.Id quod celeberrimo vsu confirmatur.

AD quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Vna.Pœnę vitio simoniæ decretæ, sunt numero quatuor aut quinque. Prima,si vera pœna dici potest,est spiritualium resignatio, temporaliumq; restitutio. Hoc patet ca. suprà citatis, si quis episcopus.& ca.presbyterum. 1.quæst. 1.& ca.de hoc.& ca.audiuimus. de simonia. Et in extrauagantibus Martini, Eugenij, & Pauli Secundi, cùm detestabile.quibus cõtractus simoniacus habetur vt nullus:siue declaratio ea sit diuini iuris,vt arbitror, siue ecclesiastica sanctio.Vbi autem contractus est nullus, inde protinùs restitutionis vinculum exurgit. Quare non propriè censenda est,sed naturalis obligatio vt quisque alienum reliquat. Quam ob rem nulla est (vt suprà diximus) expectanda sententia.Secunda pœna est, Papalis excommunicatio: vt eisdem Extrauagantibus patet: & cano. reperiuntur. 1.quæstio. 1.quæ quidem(vt lib. 1.expositum reliquimus)ipso facto incurritur per sententiam ipsam iuris,eiusdẽq; admonitionem.Tertia est,suspẽsio ab ordinum functione qui per simoniam recipiuntur:vt patet eodem ca.si quis episcopus.&,reperiuntur.& in eisdem Extrauagantibus Martini & Eugenij. Atqui excõmunicationis pœna communis est etiam mediatoribus: vt inibi patet. Itaq; illi qui suo negotio causam præbent,vt alij simoniacè contrahant, sunt ipso facto excommunicati. Quin verò & quotquot certa scientia testes essent simoniæ, iure antiquo tenebantur sub anathematis pœna reuelare: neque antequàm reuelarent absolui poterant: vt in Extrauagant. Martini legitur. Sed tamen,vt in verbo, simonia. §. 19. Syluester admonuit, de illis tantum intelligebatur qui præsentes essent in Curia Romana.Imò verò neque illo modo temperata lex viuunc, inquit,habet vllam: quoniam est per

Probatio

Extrauagantes quotquot certa scientia testes essent simoniæ, iure antiquo tenebantur sub anathematis pœna reuelare. Syluester.

est per vsum iam abrogata. Pœna autẽ irregularitatis non est sub hoc termino iure expressa,neq; in Extrauaganti,cùm detestabile.vbi omnes pœnæ percẽsentur,exprimitur. Nihilo minus suspensio ab officio illius qui ordines simoniacè suscepit aut cõtulit, quoddã genus irregularitatis est.Prætereà cũ simoniaci omnes sint excõmunicati,si posteà celebrent,tunc lege cõmuni excommunicationis manent irregulares.Imò verò quãuis nõ celebrent,quãdiu excõmunicati sunt nequeũt ad alios ordines promoueri:quæ est alia irregularitas.Quare D.Thom.articu.6.in respõsione septimi maximã dispensationem quę cum simoniaco fieri potest,arbitratur, vt in eadẽ ecclesia maiores ordines cõsequatur:vbi denotat simoniacos esse irregulares. Postremadeniq; pœna est infamiæ, vt habetur. 15.q.3. cano.Sanè.& de accusationib.ca. inquisitiones. ¶ Posterior conclusio.Cum eo qui simoniæ labe infectus est summus Pontifex,idemque solus dispensare valet.Prior pars inde patet q̃ cùm plenissimam habeat potestatem remittendi peccata,sit vt eorum quascunq; pœnas valeat pro causa remittere:alias Christiana familia remedio esset orbata. Accedit q̃ pœnæ quæ verè sunt pœnæ,videlicet vna excepta restitutione, omnes sunt ecclesiastico iure decretæ:in quod ipse plenissima fungitur potestate.Posterior verò cõclusionis pars nõ est vsq; adeò certa:imò D.Thom.loco ,p ximè citato artic.6.dis.6.secus censet.Ait q̃pe solùm Papam cum eo qui scienter est simoniacè beneficiatus dispensare posse. In reliquis verò casibus posse etiam episcopũ.Quin verò ordinaria potestate episcop⁹ valet à quouis cõmisso crimine absoluere:nisi Papa id sibi reseruans eius coerceret potestatem. Quo circà vt cõmunis habet Doctorum sententia quos Syluester refert,verbo,dispensatio.§.14. contra canonẽ Papæ aut cõcilij episcopus dispensare nõ potest.Cùm ergo simoniacę pœnæ omnes sint conciliorũ aut summorũ Pontificum decretis cõstitutæ:v̄sus iam habet vt solus Papa vel concilium dispenset.Saltem in simonia ordinis aut collati beneficij scienter acquisiti non est dubium quin soli Papæ hoc sit reseruatum:vt habetur in Extrauagã. cùm detestabile.Pauli.2.&idem arbitrandum est de ingressu religionis:vt patet in dicto .c.Mãdato.vbi constat ad solum Papam de hac re fuisse recursum,& Martinus.5.in sua Extrauag.etiam receptionem monasterij simoniacam anathematis mucrone iugulat:cui⁹ ideo absolutio ad solum attinet Papam. Sin verò simonia susceptione aut ministratione aliorũ sacramentorum quidpiam simoniacè aut detur aut recipiatur,sanctus Thomas posse censet episcopum dispensare. Attamen recentior Extrauagans, cùm detestabile.omnem prorsum simoniam excommunicatione ferit sibi soli reseruata. Ait enim:qui quomodolibet dãdo vel recipiendo simoniam commiserit, aut q̃ illa fiat mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excõmunicationis incurrant: à qua nisi à Romano Pontifice absolui non possint,nisi in articulo mortis. Cum ergo ait, quomodolibet, nullius prorsus simoniaci conscientiã pacare auderem, antequàm summum Põtificem vel eius vicarium adiuerit. ¶ Sunt autem dispensationis gradus,super simonia quondam cõsueti,numero quatuor: quos duus Thom. eodem articul. 6. recenset.Erat enim parua dispensatio,magnaq;,maior,& maxima. Parua quidem vt ad laicorũ communionẽ simoniacus admitteretur: Magna, vt post pœnitentiã in alia ecclesia in suo ordine remaneret: Maior verò vt remaneret in eãdẽ ecclesia, sed in minoribus ordinibus: sed maxima vt in eãdem etiam permaneret, atque ad maiores ordines posset promoueri: nusquã tamẽ vsq; ad præfecturæ dignitatem. Hæc enim olim nũquàm cõcedebatur. Quin verò,vt illic ait idem sanctus Doctor, nullum de dispensatione verbum audiebatur, priùs quàm,tum temporalium, tum etiam spiritualium restitutio fieret. Nunc verò temporis su per his omnibus facilè dispensator.

Excõmunicatio omnis simoniaci Papæ reseruatur iure nouo.

Quatuor gradus dispensationis super simonia.

AD primum igitur argumentum respondetur: Quidquid episcopi ordinario iure possũt,Papa nihilo minus meritò huiusmodi dispẽsationes & absolutiones ad seipsum in odiũ simoniæ aduocauit,nè si diœcesani eãdem omnes potestate fungerẽtur, hiatus simoniç ,ppter dispẽsandi facultatem patẽtior fieret. ¶ Ad secundũ respõdetur dispẽsationẽ super simoniã bifariã considerari posse. Vno modo post factũ:Altero verò vt fiat. Et quidem post factum nullatenùs cõtrouertit quin possit Papa super omnib⁹ pœnis dispẽsare,simoniacũq; in pristinũ restituere honorẽ & locũ. Atq; adeo non solùm de fructibus,verùm & de pretio simoniaco arbitratu suo disponere.Nã postq̃ crimẽ in suum est forum delatum,restitutio non est ei faciẽda qui dedit,sed cui Papa constituerit. Posteriori autem modo neutiquàm sic Papa dispẽsare potest vt quis rem spiritualem pretio emat, quin talis emptio & vẽditio sacrilegiũ sit &,immane scelus:quãdoquidem iure sit di

Ad primum argumentũ.

Ad secũdũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uino & naturali interdicta: siue cum alio, siue secum dispensare ausit. Imò quotiescunq; solitualia pretio venderet, tam ipse quàm emẽs eodem complicaretur simoniæ execrabili vitio. Potest tamen dispensare super excõmunicatione & infamia, atque aliis ecclesiasticis pœnis: vt scilicet citra earum reatum possit cõtractus simoniacus celebrari. ¶ At verò de restitutione dubium restat, vtrum scilicet si vel ipso vel alio pretiũ recipiẽte spirituale cõferret, eatenus dispensatio valeret, vt collatio teneret, & pretium maneret à restitutione liberum. Et re vera nescio an antiqui patres id confiterentur. Nã sanct. Tho. non aliter dispẽsationem admittit, quàm præmissa resignatione spiritualium, temporaliũq; restitutione.

Solutio. Quamuis dici posset non esse locutum nisi de legitima dispensatione. Dicẽdum ergo quòd si ea sententia vera sit, quòd iure diuino sit simoniacus inhabilis ad recipiendum præbendam, nõ est in Pontificis facultate illam collationem efficere validam. Et ideo qui antecedẽs crediderit, eum necesse est id quod sequitur confiteri. Et fateor nisi communis opinio reclamaret, sic dicerem. Nihilo minùs admittamus, vt suprà hæsitantes insinuauimus, collationem illam pretio emptam, atque adeò iniquã, non vsq; adeò iure diuino impediri, quin teneat: esset tamen insigniter iniquus, vt absit impietas verbo, Põtifex ille qui tale patraret scelus. Quòd si venderet, ambigere nequeo quin pretium semper restituere teneretur: quandoquidem (vt sæpenumerò dictum est) illius trãslatio dominij, iure diuino est nulla. Hinc ergo gradus fit ad solutionem tertij.

Ad tertium Concedendum enim est huiusmodi facultatem dispensandi, vt sacerdotiorum collatio simoniaca firma sit, suapte natura præcipitiũ esse ad simoniacum barathrum. Est tamẽ hoc Deo fidendum, quòd nunquàm vel quàm rarissimè in tam absurdum sacrilegium suum vicarium collabi permittet. ¶ Vtrùm verò eo ipso quòd Papa secum dispenset vt sacerdotium vendat, pariter cum emptore dispenset, vt percipiat: nõ dico quantum ad culpam, quia non potest, sed vt verus sit possessor: iam quæst. 7. affirmatiuum cum Palud. contra Adrian. responsum reliquimus. Caieta. verò hic eidem sententiæ priùs refragatur, licèt posteà videatur suffragari. Nam re vera ratio quam contra potissimam obmolitur, nõ est præcipui momenti. Arguit enim quòd cùm illa Papæ venditio non sit expressa dispensatio, nõ est præsumenda, nisi recta id ratio persuadeat, quæ quidem potiùs suadet oppositum: quoniam ex tali præsumptione fieret cõsequens, vt omnes passim adirent Pontificem ad emẽdũ sacerdotia: quo nihil esse perniciosius potest. Quare etsi iniquitas sit, inquit, in Papa, vendere, peior esset si vendens præsumeretur dispensare: quia peccatum duplaret. Respondetur autem rationem rectam potiùs suadere quòd eadem semper præsumatur dispensatio: quoniam si sine dispensatione præsumpta vẽderet, peius ei duplaretur facinus. Non enim tantùm sacerdotiũ vendere attentaret, verùm & iniquiorem adhiberet fraudem: scilicet q̃ pretium recipiens nihil conferret: siquidem nisi emptorem ab excõmunicatione immunem redderet, & habilem constitueret, collatio non teneret. Neque isto modo patentior fit aditus ad simoniã. Tum quòd si dispensatio ipso facto non præsumeretur, qui iniquus Pontifex esse vellet, tam facilè venderet, vnaque expresè dispensaret, quàm sine dispensatione venderet. Tum præcipuè quòd etsi tãta insit in Papa facultas, tamen cùm eius vsus tam sit detestandus, non est de ipso tam malè timendũ, vt per talẽ occasionẽ fiat ad ipsum, vt sacerdotia vendat, sacerdotũ concursus.

Hæsitatio.

Solutio Caietani.

Ratio Caiet.

Solutio.

FINIS LIBRI NONI DE IVSTITIA ET IVRE.

LIBER

LIBER DECIMVS De Iustitia & Iure.

PROOEMIVM.

DEcimum decimũ, qui huius nostri destinati operis conclusio est, de Episcoporum ordine, deque eorum potissimum in suis diœcesibus residentia polliciti sumus. Nam postquã in septem prioribus cunctas iustitiæ iniustitiæque species quæ illi generi directè subsũt, absoluimus, in tribus subsequentibus religionis materiam, eidem iustitiæ annexam, subtexere tulit animus. Sic enim arbitrati sumus totum negotium de iustitia & iure, quem titulum eidem operi inscripsimus, pro viribus nostra ad iustum pertractare. Non ergo, tum vtilius ac pulchrius, tum etiam ad rem accommodatius colophonem operi adhibere duximus, quàm si extremam manum ad Antistitum dignitatẽ & functionem admouerimus: in quibus sacro sanctum iustitiæ columen super omnes qui Christiana censentur religione eminentissimè prouincare condecet. In quatuor ergo membra & quæstiones præsentem librum dispertiti sumus. In quarum prima, dignitas institutumque episcoporum quale sit, quoque iure institutum, elucidatur. In secunda de episcopali prouincia adeunda disseritur. In tertia de eorum residentia. Ac denique in quarta de ratione & modo quo tenentur ecclesiasticos prouentus dispendere ac dispensare.

QVÆSTIO PRIMA, De episcopali instituto & iure quo institutum est.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm episcopalis dignitas fuerit in ecclesia super sacerdotalem necessaria.

NItium ergo disputationis nostræ inde nobis aucupandum est, vt rationem Episcopalis culminis perpendamus. Appareat nãque præter sacerdotalem dignitatẽ neutiquàm fuisse episcopalem ecclesiæ necessariam. Dignitas enim facultasq; ministrorum ex eorum functione perpenditur. Functio autem sacerdotalis est sacrosanctæ corporis Christi consecratio ac dispensatio, quo nullus sacer actus esse potest maior. ¶ Secundò. Si ad figuram id referrè lubet, sacerdos effigiem Christi in ecclesia gerit, quatenus is pro nobis in ara crucis obtulit: Christo autem in ecclesia nemo altior excogitari potest: vtpote qui caput eius est: atque adeò neq; re præsentatio esse potest sublimior: ergo nulla est præstantior sacerdotali potestas. ¶ Tertiò, vt ad quæstionis titulum alludamus, etiã si gradus ille superior possibilis esset, non erat necessarius: siquidẽ p̃ singulos sacerdotes omnia possent ecclesiastica munera administrari: ad quos perinde expeditior fòret accessus, cum quicunq; parœciani ad suũ Plebanũ facilinè accurrerent, qui suas causas definiret. ¶ In contrarium autẽ est traditio Dionysij apostolorum seculo scribentis: qui. 5. ca. Ecclesiasticæ hierarchiæ Pontificalem dignitatem sacerdotali præfert: dicens sacerdotum esse populum purgare, & illuminare: pontificum verò hæc ipsa & supra hæc, ipsum perficere.

Primum argumentũ.

Secundum

Tertium.

Dionysius.

INgressu statim præsentis tractatus proponendus ob oculos est pontificum gradus, institutumque adeò & functio. Quod quidem, vt de nomine primùm expendamus, ab Hierony. græcè perito, in epistola ad Eustachium, quæ refertur 93. cano. legimus episcopos superintẽdentes appellari. Ἐπισκοπεῖν nãq; idẽ est quod superintendere. Idemq; ait Augustinus super epistolam ad Timothẽum & refertur 8. quæst. 1. cano. qui episcopatũ. Quanquàm & vis verbi Græci vehementiam attentionemque mentis explicat: vt idem sit quod inspicere, & tota mentis acie atque animi solertia aduigilare: vt episcopũ esse, idem sit quod in perpetua specula pũstere indefessèq; iugi in-

Hieronymus

Quid vocabulũ, Epũ, Latinè sonet.

Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gi inuigilare ac prospicere. Quocirca vt ad residentiæ obligationem iam hinc oculos intendere ordiamur, nemo sese interpretamento Hierony. & Aug. seducat: videlicet arbitratus propterea episcopū superintendentē appellari, quod cùm sacerdotes simpliciter dicantur intendentes, satis sit episcopo super ipsos, hoc est eorū tantū mores intendere, gregēq; reliquū eis cōcredere: esset quippe hæc nocētissima fallacia. Nō enim hoc tantū illud, sup, significat: sed perspectiorē curā, vigilantiorēque solertiam, quam non solū sacerdotibus, verūm & toti gregi debent: quæ longe maior est, quàm illa quā simplices habere debēt Plebani. Quomodo enim aliter veritatē verbum Christi cōtineret, quo optimum pastorē inde cōmendat quòd de facie & voce, tum suas cognoscat oues, tum etiam vicissim cognoscatur ab ipsis. ¶ De nomine ergo propriū natiuumq; episcopi officium & munus deprehēditur. Est enim nihil aliud q̄ pastor: hanc cm metaphoram & analogiā Christus toto euangelio consultissimè obseruauit. Quin verò re perspecta non quidē solum metaphora, sed ꝓprietas forsan est: nam mentis eruditio morūque institutio verè pabulum animi est. Cùm multi ergo essent alij præfectorum subditorumq; ordines, neq; regēse neq; ducem, quod poterat, neq; prætorem neq; cōsulem, sed pastorem, quod verissimè existebat censeri voluit: videlicet qui rem de cælo & nomē detulit. Etenim cùm illic meridies sit vbi sanctę mētes ineffabili otio recubātes diuinitatis pastu perfruuntur, quē vtiq; meridiē ostēdi sibi spōsa inter Cantica efflagitabat, quasi pastor se Deus ipse, relictis illic reliquis. 99. ouibus, centesimam quę perierat quæsitum ad nos descē disse profitetur. Quare vt pastor fuerat ventu rus decantatus: Isai. 40. Sicut pastor gregem suum pascet. Ob idq; primū eius natiuitatis nuntium ad vigilantes pastores super gregē suum Angeli detulerunt. Ac subinde pastori se optimo solēniter assimilauit, qui etiā animam pro suo grege ponere nō dubitaret. In eadem igitur perlistens rei figura, non in aliā dignitatem vicarium sibi substituit, q̄ vt esset suarum ouium pastor. Pasce enim, inquit, oues meas: quo vtiq; verbo episcopale munus significantissime expressum est. Non ob id modò q̄ tūm cuncta beneficia quæ Antistites suis populis debent, tum & dāna quæ illis aut per auaritiam, aut per socordiam, aut per crudelitatem eis dant, cum illis quæ in pastoribus & opilionibus inſunt genuinam habet similitudinem, vt subsequēs sermo latissimus luculentiùs declarabit, verūm quòd pastorale otium præ cunctis reipublicę exercitijs pacem ac trāquillitatem suprēmā, quā Christus mundum docere instituerat, penitissimè referret. Regum enim & ducum nomina licēt magistratꝰ designēt suopte munere iustos, adeò vt Homerus Regem, pastorē etiā esse adstruxerit: tāmen non possunt horribilibus bellis perturbari. Si autem consulem dicas aut aliud iudicum genus, necesse illos est litibus obrui: Pastoris verò munus ab omni est tumultu longissimè alienum, ouium innocentia, taciturnitate, & simplicitate dulcissimum: ac sub inde præ se ferens tum silentium illud quo suam Christus familiam voluit à terrenis abstractam cœlestiū negotio vacare: tū & synceram & silentissimam obedientiam quam sine vlla responsatione oues suas Christus voluit suis administris exhibere. ¶ Igitur nè præter scopū procedentes cōsueti moris nostri obliuiscamur, ad quæstionē vnica affirmatiua cōclusione respondetur. Necessariū fuit ex sacerdotibus episcopos institui, qui dignitate, autoritate, & functione cæteris præminerent. Probatur. Duæ sunt natiuæ sacerdotali dignitati facultates. Altera scilicet prima & præcipua conficiendi ministrandiq; corpus & sanguinem Christi: quò tota ecclesiastica religio refertur. Altera verò eidē subseruiens ad præparandum adaptādumq; populum, vt pro rei dignitate sacrosanctam illam synaxim suscipiant: videlicet ad purgādum ipsum à peccatis, doctrinaq; illuminandum, atq; adeo gubernandum. Et quidem quātum ad primum, sacerdos eo ipso q̄ sacro illo ordine initiatus est, à nullo amplius dependet, sed characterē ipso Christi ad id muneris plenissimè pollet, vt quotiescunque consecrare tentauerit, verè sacrum conficiat: ad quod igitur nullo opus habet superiori. Sed quantum ad secundum decentissimum fuit iuriq; naturali consonantissimum, vt inter sacerdotes vnus in tota esset diœcesi qui totam gubernaret, atque adeò à quo sacerdotalis iurisdictio penderet: ne videlicet presbyteri quoscunque obuios à peccatis absoluere temere possent: quod ad facultatem præparandi populum attinet, nisi iurisdictione ab episcopo inter ipsos dispertita. Est ergo episcopus, licet non in consecratione corporis & sanguinis: tamen in iurisdictione sacerdotibus superior. Quòd autem hoc fuerit rationi naturali germanum, patet. Primùm si supracœlestia suspicias, inter beatas illas mentes ordines sunt hierarchiæque distinctæ: nempe vt inferiores per superiores illuminentur. Inter quas ideo sunt angeli, & archangeli, & principatus, &c. Rursus & corporalia Deus, qui prima est omnium causa, per sublimes cœlorum orbes & astra res sub lunares gignit & procreat. Et in ciuilibus politijs necessarij etiam sunt magistratuū ordines: vt videlicet plebis iudicibus: iudices autem principibus ac regibus subdantur. Sed ecce radicem vnde huiusmodi ratio ortum ducit. Ad populi gubernationem permagna necessaria est tum prudentia & sapientia, tum etiam morum probitas, atque adeò authoritas cogendi errantes in viam. Hæc autem tā tæ sacerdotum multitudini suppetere non possunt: necesse ergo fuit tum populo tum etiam ipsi clero episcopum præficere qui eis esset sicut sol ad illuminandū, & sicut norma ad regendum. Hinc ergo perpende quantum sit dignitatis ac sanctitatis culmen episcopo necessarium. Sed de hoc alius nos lōcus inferiùs expectat. Quòd si peculiare præterea exemplum ab antiqua lege petere lubet, eosdem illic gradus distinctos inspicies. Nam cùm tota tribus Leuitica, vt Magister Senten. in. 4. distinct. 24. adnotauit, diuino esset cultui mancipata: soli tamen Aaron & filij eius erant sacerdotes: neq; verò omnes patres: sed pater erat Pontifex, cui tantùm licebat semel introire in sancta: filij autē eius simplices sacerdotes. Quare alijs ornamentis indutus erat Aaron (sicut modò episcopi) alia quę vnctione consecrabatur, quam cæteri: vt Leuiti. 8. legitur. Cuius ideo in consecratione episcopi mentio fit per illum Psalmi versiculum: Sicut vnguentum in capite, quod descēdit in barbam Aaron, quod descendit in orā vestimenti ejus. Nam tanta erat vnguenti effusio, vt vsque ad ima defunderetur.

Pastoris nomē melius ēthis cæteris functionem ēpi exprimit Homerus. 1. Iliados.

Cōclusio responsiua.

Ratio cōclusionis.

Ratio cōtrarij.

AD primum igitur capitalium argumentum respondetur, quòd etsi sacerdotali functione in consecrando sacrosanctas species nulla esse queat maior, est nihilo minùs episcopalis dignitas superior quantum ad aliam facultatem præparandi populum. Nam sacerdos in absolutione à peccatis ab episcopo dependet quantum ad iurisdictionem. Solutio est sanctꝰ Thomæ in. 4. Senten. distinct. 24. quæst. 3. articu. 3. Vbi ergo non videtur concedere simpliciter episcopalem gradum superiorem esse sacerdotali, sed solùm quantum ad iurisdictionem. Scotus verò eādem distinct. arti. 2. & Durand. ibidem quæst. 1. atq; alij simpliciter concedere perguntꝰ ordinem episcopalem esse simpliciter digniorem: eò ꝙ includit facultatem sacerdotalem cōficiendi corpus. Nā vt. c. ex literis. de excessib. prę lat. cautum est, nemo antequàm sit sacerdos in episcopum potest consecrari. Addit autem tum superiorem in facultatem iurisdictionis, tū & potestatem conferendi ordines, cōsecrandique ac benedicendi templa, vasaque & vestimenta ecclesiastica. Attamē parum refert, & eodem recidit. Etenim si dignitatem nudam cōsecrandi consideres, nulla est in episcopo maior. Quare id quod episcopus supra sacerdotem habet, nō est sacerdotali dignitate præstantius. At quoniam idem episcopalis splendor sacerdotalem præsupponit, tota eius amplitudo maior est sua parte. ¶ Ad secundum verò respondetur quòd cùm Christus caput esset ecclesiæ, perinde erat omnium ecclesiasticorum munerum exemplar, atque Deus est omnium naturaliū rerum: vnde, vt Magister Senten. inquit loco supra citato, omnes ecclesiæ magistri, scilicet singuli suo ordine Christum secundum diuersa quæ gessit repræsentant: illi tamen perfectiùs, qui secundū altiorem qualitatem ipsum referunt. Sacerdotes ergo repræsentant ipsum secundum peculiarem actum & personalem, quo se in cruce pro nobis obtulit: episcopi verò non solū in hoc quatenus sacerdotes sunt, verūm quatenus episcopi, etiam secundum id quod caput erat, institutorq; ecclesiæ. Vnde & sacerdotes ipsos consecrant atque omnes ministros: qđ fecit Christus: & omnia alia ecclesiastica præparamenta benedicunt, quæ ipse instituit atque ex plenitudine Spiritus sancti baptizatos confirmant.

Ad secundū

ARTICVLVS. II.

Vtrùm episcopatus sit ordo natura sua a simplici sacerdotio distinctus.

NON satis est nosse episcopū excellētiori fungi munere quam simplicem sacerdotē: sed rimari oportet vtrum ex rei natura differant. Apparet enim nō esse ordinem ex natura rei distinctum à sacerdote. Ait quippe Hieronymus in Epistola ad Euagrium suprà citata: & rursus super epistolam ad Titum: quod refertur. 95. dist. can. olim. idem quòdam fuisse episcopum quod presbyterum. Id. quod multis sacrorum testimonijs confirmat. Ait nanque Paulus in salutatione epistolæ ad Philippen.

Primum argumentū. Hieronym.

Paulus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paulus & Timot. serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis cũ episcopis & diaconibus. vbi presbyteros (nã in vna ecclesia non erant episcopi plures) appellat episcopos. Quare simul componit episcopos & diaconos. Et Actuũ. 20. Attendite vobis & cuncto gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos. Et ad Titũ, postquàm inquit ob idipsum reliquisse Cretæ vt constituisset presbyteros p ciuitates, subdit: Oportet enim episcopum sine crimine esse. Et Petrus, qui erat episcopus, ait in epistola. 1. Presbyteros cõpresbyter precor. Haud ergo episcopalis dignitas à sacerdotali ex natura sua & instituto differt. ¶ Secundò arguitur: Si episcopus ordine à sacerdote distaret, eiusmodi ordo esset verum sacramentum, atq; adeò sicuti sacerdotalis character atque diaconi, sic differrent. Quod falsum esse inde constat, q tunc plures essent quàm septem ordines.

Secundum argumentũ.

¶ In contrarium est authoritas Augustini in epistola ad Hieronymum, quæ refertur. 2. quæst. 7. cano. Quanquã. vbi ait secundũ honoris vocabula iam tunc vsum obtinuisse quòd episcopatus presbyterio sit maior.

Augustinus.

AD præsentis quæstionis intelligentiam prænotandum est, bifariàm intelligi posse episcopum reliquis sacerdotibus dignitate præstare. Vno modo in eodem genere: nempe intra lineam sacerdotis. Alio modo ac si sit in altiori genere. Exempli gratia, sacerdos differt à diacono in alio genere: quia est distinctus character, distinctaque consecratio. Archidiaconus autem a diaconis, & archipresbyteri a presbyteris eodẽ genere: quia scilicet vnum eligunt qui sibi præsit. Nec refert quòd Papa illis an illi sibi eum præficiãt.

Distinctio.

Sua Hiero.

Hieronymus ergo hoc tantùm secundo modo, puta in eodem genere arbitrari videtur olim episcopum altiorem esse presbyteris: nẽpe quod in schismatis remedium factum est vt ex presbyterorũ numero vnus cæteris præponeretur: qui ideo nõ erat nisi magnus presbyter. Est enim presbyter nihil aliud quã senior, ac pro suæ ætate venerandus & colẽdus.

¶ Igitur nè per homonyma & æquiuoca procedamus, ordinis nomen bifariàm in vsu est. Vno modo secundũ eius significatus amplitudinem, quo latissimè omnẽ gradum & dignitatem significat. Dicitur enim senatorum ordo, & doctorum, & ducum. Vnde Cicero sæpissimè alium ordinem appellat consulum, atque alium tribunorum, &c. Alterovero modo per solennem vsum Christiani Theologi nomen accommodârunt ad significandum vnum ex septem sacramentis: quales sunt ordo sacerdotalis, diaconi, &c. ¶ Quo supposito ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior est: Secundùm priorem significationem episcopalis potestas natura sua semper fuit singularis ordo: hoc est gradus & dignitas sacerdotali sublimior.

Nomẽ ordinis bifariàm est in vsu.

Cicero.

Conclusio hæc primum omnium fundamentum habet in authoritate Dionysij, qui ætatem Apostolorũ attigit, Paulóq; institutore potitus est. Is enim loco suprà citato, de eccle. Hie. cap. 5. planè lateque distinguit ex rei natura inter episcopos ac reliquos sacerdotes. Nam ait pontifices integrè sacerdotalis perfectionis participes esse: quasi reliqui non habeant integram perfectionem. Et subdit: Pontificũ itaq; ordo sacratior, primus est diuina speculantium ordinum, idemq; & summus & vltimus: quippe in quem perficitur & impletur sacerdotij nostri distinctio omnis. Sicut enim Hierarchiam omnem in Iesum terminari conspicimus, ita vniamquanque functionem in diuinum Pontificem proprium. Vide quomodò instar Christi præfert Pontificem reliquo clero. Est ergo arctioris generis. Et apertiùs subdit secundũ aliam translationem: Discretè autem huic vltra cæteros ordines in sua operatione diuina lex distribuit diuiniores sacrificationes. Hæc autem sunt perfectrices diuinæ virtutis imagines: consummantes omnia diuina symbola & omnes sacras dispositiones. Quoniã neq; sacerdos sacrũ baptismũ operabitur sine diuinissimo vngnẽto, sed neq; ipse sacerdos erit, nisi à pontificibus id muneris fuerit sortitus. Vide q̃ latè & diserte explicat differentiã inter episcopũ & sacerdotẽ: idq; diuino iure: quãdoquidẽ nullus sacerdos sine episcopo ordinatur, neq; chrismate vti potest nisi ab episcopo cõfecto, neq; vestibus aut vasis nisi ab ipso cõsecratis aut benedictis: præter iurisdictionẽ quã altiorẽ habet. Quod demũ ait diuina lege esse sancitũ. Nã vt arti. 4. videbimus, diuina lege institutus est episcopatus: licèt chrismatis confectio & alię eiusmodi cæremoniæ traditione Apostolorum institutæ credantur.

Prima conclusio.

Probatio

Ratio aliter pro eadẽ

¶ Ex his ergo Dionysij verbis talis colligitur ratio: Ille est tenendus distinctũ ordo, hoc est gradus & dignitas in ecclesia, cui aliqua ppria inest & peculiaris spiritualis functio ad sacramentũ eucharistiæ ordinata: talis autẽ est episcopalis gradus: nam ad ipsum, vt dictũ est, spectat sacerdotes cæteros: q; ministros, ac dertq; & chrismata & tẽpla cõsecrare, atq; adeo & plebẽ cõfirmare: quæ quidẽ simplices sacerdotes per

ficere nequeunt: ergo suapte natura est ordo & gradus à sacerdotali distinctus. ¶ Et confirmatur hæc ratio: nam ordo & gradus huiusmodi ac potestas ex sua ipsius solennitate dignoscitur. Episcopus autem præter sacerdotalem vnctionem solẽnius inungitur & cõsecratur: quasi nouam in sacrorum administrationem potestatẽ suscipiens. Nam cùm sacerdotis solùm inungantur manus ad cõficerandum sacramentũ, episcopi vngitur caput: sicut Aaron: ad denotandum esse caput ecclesiæ suæ instar Christi: vt proximè Dionysius aiebat. Nisi q̃ Christus nõ solum hominibus, verùm & angelis vniuersæq; creaturæ ceu caput præfectus est. ¶ Tertiò id arguitur. Episcoporum cœtus status est perfectionis, longè altior quàm monachorum. Profitẽtur enim solẽniter, nõ doceri, sed docere perfectionem: est ergo per se ordo. Accedit & exẽplum antiquæ legis: nam dignitas Aaron diuino iure excelsior erat q̃ reliquorũ sacerdotũ. In summa, episcopalis dignitas nõ ratione solius iurisdictionis cõstituitur per se in altiori gradu, neque illa de causa opus habebat aut vestis aut vnctionis differentia, sed ratione spiritualium functionum. Quocirca episcopus ante cõsecrationẽ iurisdictione fungi potest: quãuis ordine tunc episcopali nõ polleat: vt habetur cap. suprà citato, ex literis. de excessibus prælatorum. ¶ De altero verò ordinis significatu cõtrouersum est inter Doctores, vtrùm episcopatus sit ordo, hoc est sacramentũ. Partem affirmatiuã credit Durãd. in. 4. Sent. dist. 24. q. 3. Et eadem dist. Scotus ait esse Canonistarum opinionem. Cõtra quos statuit posterior cõclusio. Episcopatus nõ est ordo, qui septem sacramentis cõnumeratur. Sentẽtia est Hugonis grauissimi autoris, qui post numerationem septem sacramentorũ vsq; ad sacerdotium, subdit: Hic gradus dispares in eodem ordine habet dignitates, vt episcopalem, &c. Eandem sequitur Magister Sentẽ. eadem dist. 24. ac D. Thom. ac reliqui eius interpretes. Et ratione cõprobatur. Episcopus nullum recipit characterem in ordine ad corpus Christi & sanguinem cõficiendum. ergo cùm in hũc fcopum omne sacramentum ordinis feratur, episcopatus non est ordo. Probatur antecedens. Quoniam si talem reciperet characterẽ, aut esset minor sacerdotali aut maior: nõ quidem minor, nam eiusmodi characterum functiones omnes sunt administratrices in consectione sacrosancti sacramenti: vt in diacono patet & subdiacono. Episcopus autem de sua natiuã ratione non sic administrat sacramẽtum. Neque verò esse potest excelsius character respectu eiusdẽ qui sacerdotalis est. Quoniam conficere sacramentum, quod quilibet potest sacerdos, fastigiũ tenet & culmen quò omnia referuntur sacramenta. ¶ Secundum huc adhibet D. Thom. argumentum loco citato. Natura sacramenti est q̃ à præcedenti quantũ ad eius necessitatem non dependeat: episcopatus autem dependet à sacerdotio: nã vt iam anteà dictum est, cõsecratio episcopi, antequàm sit sacerdos, nõ valeret. Hoc autẽ argumentũ Scotus in. 4. dist. 24. eludit potiꝰ quàm impugnat. Ait quippe inde quòd episcopatus sacerdotium prærequirat, argumentum potiꝰ sumi q̃ sit perfectior. At verò hoc nihil ad rem. Haud enim de perfectione hic disputamus, sed de natura sacramenti ostendimus inde nõ esse sacramẽtum, quòd aliàs etiã absq; præuio sacerdotio cõsecratio episcopi esset valida: sicuti cõsecratio sacerdotis, etiam si non fuerit diaconus suum imprimit characterem: vt dist. 52. can. solicitudo. & extrà, de clerico per saltũ ordina. ca. vt tuæ literæ, decretum legitur. Accedit huc & ritus ecclesiæ, q̃ sacramenta ordinis in sabbatho cõferuntur: episcopus verò, tanquã legitimus eius sponsus, die Dominica cõsecratur. Est ergo opinio hæc, vt dictum est, non modò D. Thom. sed Alexandri & Bonauent. & omniũ cõmunis. Scotus verò loco citato ait Canonistas cõtrarium tenere propter hoc argumentum, q̃ nisi episcopatus ordo esset, posset funditùs auferri: nam tunc nõ restat quid aliud sit quàm iurisdictio, iurisdictione autẽ quicunq; priuari potest: quandoquidẽ propter crimen hæreticos atq; alia, priuatur sua ecclesia episcopus. Et quidẽ Scotus deinci hac ratione videtur. Annuit enim concedere q̃ si nõ sit sacramentum, nihil in eo supereset nisi auferibilis iurisdictio. At verò profectò nulla est rerum consequentia. Imò quãuis nõ imprimatur sacramẽtalis character, nihilo minùs adhibeẽ sacerdotalis habilitas quædã & facultas indelebilis, atq; ab episcopo inamobilis, vt ait loco citato Bonauẽtura. Quare depositꝰ episcopus si iterũ in suũ ordinẽ restituat, nõ opus habet denuò cõsecrari. ¶ Sed & Durãd. quoq; eadẽ dist. q. 3. alia via negat hanc nostrã conclusionem. Cõcedit inquã episcopatũ sacramẽtum esse: non quidẽ à sacerdotio distinctum, sed illud ipsum perfectum. Itaq; simplex, inquit, sacerdos, licèt simpliciter habeat characterem sacerdotalem, non tamen est omninò completum & perfectum. Et subtexit exemplum, quòd sicut confectiones corporis & sanguinis vnũ

Secũdario sancti Tho.

Soluitio Sco

Refutatio.

Postrema ratio.

Alexander. Bonauentu. Argumentũ Scoti.

Solutio.

Durandus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis vnum cõstituunt perfectum sacramẽtũ, ita consecratio sacerdotis & consecratio episcopi. Quare subsequenter cõfitetur episcopatum characterem imprimere perfecti completiq; sacerdotij. Argumentũ autem quo sibi hoc habet persuasũ, est quòd pariter, imò perfectiùs episcopalis dignitas ordinatur ad sacramentum Eucharistiæ quàm diaconatus aut subdiaconatus cùm ministros ipsos instituat. Ex quo concludit esse perfectius sacramentum. ¶ Ad ipsum autem atque ad suã rationem pariter respondentes fatemur ingenuè dignitatẽ episcopalem perfectionẽ sacerdotio adhibere, quod supponit & includit: sed illa tamen perfectio non est de essentia sacerdotij, sed illa accidẽtaria & accessoria: quæ ideo non constituit vnà cum illo verum sacramentum, neq; est pars integralis eius. Nec verò est intellectu facile duos imprimi sacerdotales characteres, alterum simplici sacerdoti, alterum verò episcopo. Quocirca nulla est rationis eius illatio. Episcopatus est in ordine ad corpus Christi verum: ergo est sacramentum. Requiritur enim amplius quòd sit potestas ad id proxime pertinens: nempè quòd eius functio sit vel missæ celebratio: vel eius ministratio, ceu diaconat⁹ & subdiaconatus. Functio autem episcopi non est eiusmodi, sed instituere ac præparare ministros. ¶ Quòd si cõtrà rursus arguas: Episcopus quatenus episcopus aliqua sacramenta confert, putà ordines: quæ non posset inquantum sacerdos: ergo eius propria potestas est sacramentum: quoniam potestas in vnum sacramentum, tũ, si sacramentum alterum est. Negatur consequentia: sed solùm cõcluditur quòd episcopalis potestas sacramentum sacerdotale præsupponat. Nisi enim esset sacerdos, nequiret ordines conferre. Porrò autem Altisiodorensis non solùm eodem quo Durãdus inclinat, verùm vlteriùs progressus ait q̃ archiepiscopatus est etiam sacramẽtũ distinctum ab episcopatu: qui ideo in articulo sequẽti in disputationem est accersendus. ¶ Per has igitur cõclusiones conciliantur iura sanctorumque asserta quæ variare videntur. Quoties enim legeris quempiam in episcopum ordinari, non ita propriè intelligas atque ordinantur sacerdotes. Atque id pariter quod. 21. distinct. cano. cleros. ait Isidorus: quòd scilicet ordo episcoporum quadripertitus est. Sed tamen, vt in priori conclusione asseruimus, nil est cur cunctéris verè vocare ordinem. Tametsi alij ad ambiguitatem tollendam non ordinem, sed dignitatem appellent: vt Hugo de sacramentis suprà citatus. Et Magister Sen. lib. 4. d. 24. vbi extra numerum sacramẽtorum ait, Sunt & alia quædam, non ordines, sed dignitatum nomina, vt episcopus.

Argumentũ Durandi.

Solutio argumẽti facti.

Obiectio.

Solutio.

Altisiodorẽsis opinio.

Hugo. Magister.

Sententia.

AD primum igitur argumentum respondetur, fortassè Hieronymum illa suisse affectum opinione, quòd episcopus & presbyter solo diuino iure consulto, eadem esset res, sed humano arbitrio vnum ex presbyteris fuisse cæteris præfectum. Nàm prætercitata testimonia subdit quòd Alexandriæ à Marco Euangelista vsq; ad Heraclam & Dionysium presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiore remq; gradum collocatum, episcopum nominabãt. Et subdit exemplum: vt diaconi eligunt archidiaconum. Tametsi Hieronymum non planè intelligam: quandoquidẽ subdit, episcopum conferre ordines posse, nõ autem sacerdotem simplicem: vbi distinctionem ex natura rei insinuat: nisi velit hoc tantùm esse ex ordinatione ecclesiæ: vt in fine eiusdem citati cap. olim. ait. Cuius verba, vt ait Durand. maiori sunt admiratione digna. Ait siquidem episcopos consuetudine magis quàm dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in cõmuni regere debere ecclesiam. Cùm tamẽ citatus suprà Dionys. iam tempore Apostolorum diuina lege astruxerit episcopum à simplici sacerdote distingui. Quin verò August. in libro de Hæres. Arrianos inquit ea fuisse infectos quòd dicerent presbyteros ab episcopo nulla differẽtia debere discerni. Haud tamen tã infami nota verba Hierony. inurenda sunt: nam ipse, quocunque id iure factum sit, differẽtiam & in conferendis ordinibus & in loci eminentia agnoscit. Sed in hoc tamen lubentiùs Augustinum atque alios sanctos patres auscultare debemus, quòd illa realis differentia ex institutione diuina per apostolos originem traxerit. Ad ea verò loca sacra quę Hieronymus affert, Respondetur, hoc inde tantùm concludi quòd olim nomina episcoporum & presbyterorum promiscua erãt: vt tam episcopus diceretur presbyter, quàm presbyter, episcopus. Itaque vtrunque erat commune nomen ad significandum duas diuersas dignitates. ¶ Ad secundum satis superque secunda conclusione satisfactum est. Concedimus enim episcopatum esse ordinem secundùm amplitudinem suæ significationis. Negamus verò esse sacramentum.

Ad primum argumẽtum.

Augustinus.

Hieronym⁹.

Ad secundi argumentum.

ARTI.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm episcopi inter se perinde differant atque ipsi à simplicibus sacerdotibus.

POSTQVAM visum est episcopalem dignitatem à sacerdotali suopte instituto differre, explorare consequens est an episcopi similiter inter se differãt. Apparet enim sic esse: nam archiepiscopo ex proprio incumbit officio episcopum consecrare, quod episcopo non nisi ex cõmissione videtur competere: vt patet ca. Quod sedẽ. de offi. iudi. ordi. vnde & pallio vtitur, quod episcopo non est indultum: ergo specie differunt. ¶ Secundò: Papa saltẽ dignitatis specie cæteris est excellentior: quandoquidem Petri successor est, cui peculiariter Christus vniuersum gregem commisit. Quare & singulariter etiam si fuerit aliàs episcopus in Papam cõsecratur, singulariq; Tiãra vtitur. Quocircà distin. 21. ait Pelagius Romanã Ecclesiam non Synodicis constitutis cęteris ecclesijs esse prælatam, sed Euangelica voce Domini Saluatoris nostri primatũ obtinere. ¶ Sed in contrarium est q̃ in ijs quæ ad confectionẽ corporis & sanguinis attinẽt, nihil potest vnus episcopus quod singuli non possint: vt patet in ordinum collatione atq; in ipsorum mutua consecratione: nam vnus alterum consecrat. Quin verò Hostiẽ consecrat Papam, & tamen si inferioris esset potestatis id nequiret: iuxta illud ad Hebræ. 7. Sine vlla contradictione q̃d minus est à meliore benedicitur.

Vtrum archiepiscopatum.

Quæstionis huius duo insinuantur membra. Primum de episcopalibus officijs & functionibus. Atq; alterum de ipsorum distinctione: quippe quorũ posterioris cognitio à prioris notitia pẽdet. Duabus ergo cõclusionibus ad quæstionem respõdetur. Prior est: Vniuersæ functiones quæ ad perfecti pastoris officium attinent, sunt episcopo peculiares & propriæ. Iam enim suprà artic. 1. ostensum est, genuinum episcopi munus, officium esse pastoris: in cuius testimonium dum consecratur traditur ei baculus pastoralis. Imò verò antè designatur esse pastor, quàm anulo fiat sponsus Ecclesiæ. Omnes ergo functiones quæ pascendo gregi accommodantur sunt dignitati episcopali, quatenus cunctis cõmunis est. partes & qualitates. ¶ Sed ais, nunquid non & plebani sacerdotes suarũ sunt etiã parœcialium ecclesiarũ pastores? Sunt quidẽ. Haud tamen vndequàq; absoluti & perfecti. Quare non omnibus vniuersa pastorum officia ratione suæ dignitatis incumbunt: sed quædam. Ad cuius intellectum notandum primũ pastoris officium esse vitã præbere gregi, eumdemq; alere, sanare, & sustentare. Functiones autem huiusmodi ad tria genera & ordines reducuntur. Primum nanq; id potissimùm fit per administrationem omnium sacramentorum. Baptismo enim regeneramur: deinde cõfirmati eucharistia alimur: & per pœnitẽtiam sanamur, &c. Illa ergo sacramenta quæ ad huiusmodi sunt vitam prorsus necessaria & congrua, incumbit cuicunq; plebano sacerdoti administrare. Qualia sunt baptismus, eucharistia, pœnitentia, & sacra vnctio: & præterea benedicere sponsos. Attamen ordinare ministros incumbit episcopo: & præterea ob vberantiorem copiam Spiritus sancti confirmare plebẽ. In administratione ergo sacramentorum primùm incipit pastorale officium locupletius ac perfectius esse in episcopo quàm in plebano sacerdote. Tum scilicet quòd sacerdotes non omnia conferre possunt: tũ etiã quòd quæ possunt, ex sola iurisdictione ab episcopo cõcessa habent. ¶ Secundum ad idem pertinẽs pastorale officium est, fidem docere populum. Huius autem functionis duo sunt gradus. Alter illos explicare articulos qui sunt ad salutem necessarij. Et hoc propriè parœcianis sacerdotibus curam gerentibus animarum incumbit. Quare profectò huius muneris, vbi grandis est negligentia, peccatum est illis mortale. Tenẽtur enim plebem Articulos docere fidei & Decalogum. Imò verò & orationem Dominicã: illa videlicet quæ pœnitentes, an sciant, sunt interrogandi. Scire enim debet Christianus quisque quidnam sibi credendum, quidq; agendũ, & quid à Deo petendũ. Alter gradus est altiora fidei mysteria explicãdo sacrã scripturã prophanare, ac morũ probitate gregẽ imbuere & instituere. Et hoc propriè pertinet ad officiũ episcopi. Cui ideo in consecratione tradito Euangeliorum libro sub forma præcepti dicitur: Vade & prædica populo Dei. ¶ Tertium quod ad idem pastoris officium spectat, est gubernatio & correctio: nam & hoc pacto vita gregis seruatur. Et facultas hæc, planum est, quàm sit in quolibet episcopo plenaria: nisi sit per Papam coercita: in Plebano verò nulla est aut quàm tenuissima. Potest enim plebi vt statis temporibus sacra audiat, sacramentaq; suscipiat, præcipere. An verò excommunicatione

Solutio.

Pastoris officium.

Ad officium pastorale pertinet docere populũ.

Gubernatio & correctio ad pastorem spectant.

EE aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

Explanatur Dionysius.

aut alia pœna in foro exteriori cogere, paulò inferiùs dicemus. ¶ Et per hæc intellectus est capiẽdus doctrinę Dionysij suprà citati, distinguentis tres hierarchicas, hoc est sacri principatus actiones, puta purgare, illuminare, & perficere. Quorum primum ait ad diaconum pertinere: secundum ad sacerdotes: ac tertium ad episcopos. Purgare enim est purum ab impuro separare: vt triticum cribro, & furfurẽ discerniculo. Venientes enim ad baptisma diaconus examinabat, an vellent vitam pristinam deserere, errores{que} abiurare: & sic separabat illos qui baptismo digni erant ab alijs. Sacerdos verò si dei catechismo illos erudiens, fonte sacro tingebat: vbi per gratiam gratum facientem illos illuminabat. Sed eos cõfirmabat: hoc est gratia perficiebat. Deinde autem ipsorũ prædicatione quæ de sacra scriptura hauserat, illos peramplius ad diuinum amorẽ inflamabat, in quo Christiana perfectio consistit. Haud ergo negandum est quin sacerdotes plebani curã verè gerãt animarũ, quarum etiam exhibituri Deo sunt exactã rationẽ, vere{que} sint pastores. Perfectum tamen absolutum{que} nomen solum cõgruit episcopis: vt de suo ipsorum nomine admoneantur. ¶ Per hæc subinde fit etiam liquidum quemadmodum episcopi omnes sint ac soli qui propriè loco Apostolorum successerunt eorum{que} funguntur vicibus: vt habetur can. in nouo. distin. 21. & can. ecclesiæ principes. d. 35. Id quod can. quorum vices. d. 58. authoritate Augustini fulcitur, inquientis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Patres nisi sunt Apostoli: pro apostolis filij nati sunt episcopi. Ad huius tamen intelligentiã notandũ est, tria esse munera in quibus res & ordo Apostolorum consistit: vt Diuus Tho. super illud verbũ Pauli. 1. ad Corinth. 12. Quosdã posuit Deus in ecclesia, primò apostolos adnotauit: Videlicet authoritatem gubernandi fidelem populũ, facultatem docendi fidẽ & Christianos mores. Tertiò potestatem miracula faciendi ad cõfirmationem doctrinæ, secundùm illud Lucæ. 9. Conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia dęmonia, & vt languores curarent, & misit illos prædicare regnum Dei. Quo postremo verbo intelligitur vt eos q verbũ susciperẽt, gubernarẽt: secũdum illud Lucæ. 10. Qui vos audit: me audit & q vos spernit, me spernit. Et quidẽ quãtum ad primum munus, episcopi sunt illis subrogati. Tametsi illorum singuli in vniuersum Christianorũ orbem potestatẽ haberent. Episcopi verò non nisi in suas diœceses: sed solus Papa qui substitutus est Petro vniuersalem rę tinet iurisdictionem. In secunda aũt eiusdẽ potestatis virtute, quæ est prædicare fidẽ, gradus sunt dignoscẽdi. Apostoli nãq; eousq; illa polebant virtute, vt (quod in sua. 2. Canonica Petrus ait) firmissimum habentes sermonem propheticum, quicquid ipsi prædicarent, eo quod ipsi id assererent, fides esset: vtpote qui eãm or gana essent, per quæ Spiritus sanctus loqueretur, nõ opus haberent cogitare quomodò aut quid loquerentur. Qui quidem gradus in Ecclesia post Apostolos & Euangelistas nõ permansit. Potest quidem Papa & Concilium articulos fidei explicare: sed tamẽ eos qui in sacra scriptura impliciti sunt, vel ex traditione Apostolorum ore tenus firmissimè habentur: vtendo scilicet fundamento Christi, ac subinde Apostolorum. Illi verò sine scripturæ perscrutatione à Spiritu sancto mouebantur. In singulis verò episcopis neque ista quę in Papa & concilio est facultas inest, sed tantum prædicandi, interpretandi, amplificandi, persuadendique ea quæ Christus per se perque Apostolos docuit. ¶ Tertia verò facultas faciendi miracula non perinde in ecclesia modò est atque in Apostolis extitit: quia non eadẽ est prorsus necessitas. Quamuis vbi ratio id fidei modò exigeret, non haberet Deus manũ occlusam. Ecce differentiam inter pastoralem episcopi functionem & eam quæ est parœcianorum sacerdotum. Et ideo, vt cap. in nouo. suprà citato legitur, vt episcopi Apostolis quos Christus Luc. 9. legitur, elegisse successerunt, sic & reliqui sacerdotes parœciani successerũt. 72. discipulis: quos, quia messis multa erat, in auxilium episcoporum idem Christus suffecit: vt Luc. 10. legitur: nempè vt eorũ essent auxiliares administri. Quare de lege cõmuni episcoporum est in ecclesijs parœcialibus presbyteros instituere: vt legitur cap. Sicut. 16. quæst. 7. ¶ Sed rogas nunquid & prædicare plebanis etiã cõuenit & aliqua iurisdictionis imago? Respondetur, priùs de prędicatione certum est nihil amplius eis ex officij necessitate incumbere quàm doctrinam, vt dicebamus, Christianam populo necessariã docere. Vtrùm verò sit salutare cõsiliũ illis id muneris iniungere, in Tridẽtino Concilio fuit in publicum cõcilium prolatum: & prima fronte sic nõnullis patribus apparuit: sed non defuit, qui vt sententia pensicu latiùs agitaretur supplex orauit: à qua postea decernenda superseſsum est. Enimuero vt decõrum & salutiferum est illis parœcialibus sacerdotibus qui vere Theologi sint id muneris suis plebibus impendere: sic pestilentissimum est Theologiæ ignaris id cõmittere. Iam enim & eo

Sacerdotes plebani verè sunt pastores.

Soli epi successerunt loco Apostolorum.

Tria in quibus ordo Apostolorum consistit.

D. Thomas.

Facultas faciendi miracula non perinde modo in Ecclesia atq; fuit in apostolis.

Quæstio.

Solutio.

& eo miserabili loco iacet ecclesia, vt in animarum cura cõmittenda, vix vlla habeatur dignitatis ratio: præterquàm quòd neq; proprij plebani suas Ecclesias administrant, sed per vicarios id faciunt, vix Latinè scientes: nempè per eos quos quàm minimo possunt pretio cõducunt. Adde q in aliquibus quas lustraui prouincijs, illi sunt plebani, qui cum neq; de limine Theologiam salutauerint, tamen latinè & forte Grece deturgẽtes putant fœliciter prædicare posse. Et isti sunt qui pestilentiores disseminant errores. Salubrius ergo populo est eiusmodi concionibus carere, quàm infici. ¶ Ad secundum interrogationis membrum respondetur. In sacerdote secundùm suam propriam authoritatem nullã existere vim coactiuã quãtum ad forum iudiciale. Nam maximè per excommunicationem quæ pœna pastorali baculo annexa est. Excõmunicare autem propria authoritate solius est episcopalis muneris: vt habetur. 24. q. 3. can. corripiantur. & apud Diuũ Thomã. 4. sen. dist. 18. q. 2. Excipit illic tamen idem doctor Sanctus furtum & rapinam, pro quibus inquit cõcessum est à iure vt possit parœcianus sacerdos excommunicare. Iam tamen non est in vsu concesio illa. Est nihilo minus peccatum inobedientiæ illi non parêre in ijs quæ suprà diximus iure posse præcipere. Nempè vt festa Ecclesiastica celebrent, & statis temporibus sacramẽta suscipiant, & doctrinam Ecclesiasticam discant. At nisi adsit contemptus, non est mortale aliud nouum præter transgressionem Ecclesiastici præcepti. De officijs functionibusq; episcopalib⁹ plura hìc essent eademq; scitu perutilia adhibenda: sed vsque ad quæstionem tertiã ea duximus referuãda: vbi inter tractandam obligationem qua episcopi tenentur in suis Ecclesijs residere, cõmodius differentur. ¶ Posterior conclusio. Episcopales dignitates quamuis archiepiscopũ & patriarcham, iinò & summum ipsum Pontificem cõmemores, non sunt specie diuersæ, sed solo iurisdictionis ambitu aliæ alijs superiores aut inferiores. Ait quippe Isidorus, vt suprà ex can. cleros. 21. d. citatum est, quod episcoporũ ordo quadripertitus est, Nempe in Patriarchas, Archiepiscopos, Metropolitas atque Episcopos. Est enim patriarcha patrum summus, atq; princeps: archiepiscopus vero episcoporũ princeps. Nam ἀρχὴ Græce, idẽ est quod princeps. Metropolita qui certis ciuitatibus circũscriptam habet iurisdictionem: episcopus verò qui vnam regit cathedralem Ecclesiã. Iam verò metropolitã nullus est sub archiepiscopo, sed ipsi sunt metropolitani. Patriarchæ verò, vt Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus, plures sub se singuli habẽt archiepiscopos. Imò & Romanus olim etiam appellabatur Patriarcha. Horum ergo dignitates ait libro. 4. cap. de ordinibus, Altisiodorẽ. saltem episcopalem & archiepiscopalem (nam de alijs non meminit) verè esse sacramenta: eademque distincta. Nam vt argutum primo loco est vt episcopus sacerdotes atq; alios ministros ordinat & consecrat, sic & archiepiscopus ex proprio officio habet ordinare episcopum. Episcopi autem non nisi ex commissione. Nihilo minùs conclusio à nobis assẽrta in dubia esse debet. Primum siquidem quantum ad id quod ait episcopalem dignitatem esse sacramentum, iam suprà satis reprobatũ est. Cæterùm & q eiusmodi ordines episcoporũ inter se genere non differant, sed sint eiusdem generis & speciei, probatur. Nam quicquid potest archiepiscopus & Patriarcha, potest episcop⁹ in sua diœcesi, etiam episcopos consecrare & Papam. Et quanuis hoc faciant forsan ex commissione, hoc accidit propter iurisdictionis defectum: non autẽ ex defectu episcopalis dignitatis. Quemadmodum ob solum defectum simulem non potest sacerdos quenquam absoluere cum virtute characteris quotcunq; posset indiscriminatim. Et per hoc solutum restat eius argumentum. ¶ Ad secundum autem de Pontifice maximo pariter negatur dignitatis specie cæteris sibi subditis antecellere. Sed quãtum ad iurisdictionis vniuersalitatem, iura omnia illi primatum perhibent. Nam quantum ad dignitatem etiã episcopus Hostien. ipsum consecrare consueuit. Neque quidpiam spirituale est ad corporis Christi consecrationem relatum, quod Papa efficere potest, quod non queat etiam simplex episcopus quantum ad suam spectat dignitatem, nisi sit ratione iurisdictionis ab ipso Papa cohibitus. Itaq; habet se inter episcopos summus Pontifex (quantum ad dignitatem episcopalem) sicut Petrus inter Apostolos, quorum quatenus ecclesiam repręsentabant, caput erat: Tametsi quatenus erant Apostoli essent pares: vt can. in nouo. suprà citato habetur, distinct. 21. Neque verò quatenus episcopi ordinati ab ipso fuêre, sed à Christo constituti. Præminent ergo episcopi sacerdotibus altiori dignitatis genere: Papa verò episcopis in eodem genere: sed tamẽ quatenus Christi vicarius, omnium est caput: vnde illi singulariter priùs dictum est, Tibi dabo claues regni cælorum. Matthæ. 16. licet postea Ioan. 9. omnibus datæ sint: eisque peculiariter dictum est, Pasce oues meas: licet in ipso

Altisiodor.

Probatio assertæ conclusionis.

Ad secũdũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunctis sit episcopis dictum: qui per ipsum erant ratione iurisdictionis in orbem distribuēdi. Decuit enim maximè vt Christus suā potestatem vni cōmitteret capiti, vt tota Christiana politia imaginē regni spiritualis præ se ferret, quæ omniū est politiarum optima.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm institutio episcopalis dignitatis sit de iure diuino.

POST hæc tandem vt hæc tota quæstio absoluat, Quæritur vtrùm episcopi sint iure diuino instituti. Apparet enim aliter res habere. Primùm, quia præter Apostolos nemine legitur Christus instituisse episcopum: sed Apostoli ipsi sua authoritate illos instituebant: vt patet de Timotheo & Tito, quos Paulus constituit: ergo pariter episcopi non debent censeri iure diuino creati: sed à Papa iure positiuo, penes quem diximus summā iurisdictionem ecclesiæ esse. ¶ Secundò, id cōfirmatur facto ipso Christi, Petrum sibi substituentis. Ipse enim singulariter iussit dicens, Pasce oues meas. Ac si dixisset: Tibi summam rei huius concredo: tu ipse pro tuo arbitratu de illa dispone: ergo episcoporum institutio non Christi, sed Petri est, eiusq; successoris. Vide vox illa ipsius in. 1. eius cano. capit. 5. Pascite qui in vobis est gregem: non diuina, sed humana, nempe Petri præceptio apparet. In contrarium est illud Pauli Actuum. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiā Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

CONstitutum quidē suprà reliquimus dignitate episcopalē ab Apostolorū sæculo à sacerdotio propria dignitate & nūmeribus fuisse secretā. Desideratur autē quàm maximè ad rei præsentis elucidationē, nosse quo fuerit iure instituta. Nam cum Papæ sit episcopos eligere, videtur eius institutio. Id quod ad persuadendam ipsorum residentiam tanti refert scire, vt inde sint præcipua argumenta petenda. Et qui cauillari eludereq; rationes pertēdunt, quibus saluberrimū illud ac diuinum residentiæ ius fulcitur, non alio se protegunt eneclypeo, quàm quòd aiunt non à Deo immediatè, sed à pontifice episcopos fieri. Sic enim quidam ecclesiarum se defensionē, vt ipse arbitratus est, episcoporū videlicet vt eos à iure diuino residēdi liberaret: vt q. 3. fusiùs luculētiusq; patebit. Quēadmodùm enim inquit episcopus iure diuino residere teneatur, cū nullus à Deo immediatè fiat episcopus, sed à Pōtifice? Ipsius enim est diuidere diœceses & particularia ouilia, & imponere curā. Multaq; alia id genus subdit quæ illic ampliùs differemus. ¶ Hic ergo more nostro duæ sunt conclusiones asserendæ & irroborandæ: vtpote quæ basis futuræ sunt ac fundamentum illius disputationis.

Primum argumentum.

Duobus enim modis cōmiscei quis potest episcopatus particulares: nempè summo inferiores, non esse de iure diuino. Vno, quòd dignitas ipsa non fuerit à Deo ipso instituta: veluti sunt sacramenta, sed à Papa, vt est quadragesimalis abstinentia, particulariumq; observatio festorū, & annualis cōfessio. Altero verò, quòd eorū electio quæ per pontificē fit, nō sit diuina: hoc est de iure diuino: quorum vtrumque est apertè falsum. ¶ Sit ergo prior cōclusio. Episcopalis ordo, hoc est gradus & dignitas, institutio prorsus diuina est, quam Christus ore suo proprio fecit: hæc iam satis in superioribus est demōstrata. Christus enim ipse Apostolos elegit, eis muneri annexa est episcopalis dignitas, puta Christianum gregē pascendi. Illam autem dignitatem, præter spiritū propheticum quo illos imbuit, non in tempus instituit, sed vt perpetuò in Ecclesia perduraret: ergo episcopalis dignitas & gradus, qualis nunc in ecclesia perseuerat, ipsissima est Christi institutio. Posterior quidem præmissa nemini in dubium venire potest: quandoquidem Christus Ecclesiam fundauit perpetuò duraturam, perpetuoq; pastu gubernationisq; administriculo indigentem: cui adeò in singulis prouincijs fides morumq; norma perpetuò esset elucidanda: non ergo in tempus, sed in perpetuū hanc instituit dignitatem. Huc secundò accedit testimonium Paulinum ad Ephes. 4. Et ipse dedit quosdā Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores, ad consummationē sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei. Pastorum aūt nomine episcopi potissimùm, vt dictum est, censentur: ergo illi necessarij sunt in ædificationē corporis Christi: atq; adeò à Christo instituti sunt: vt quātum Ecclesia, tantū essent duraturi. ¶ Tertiò Sacerdotiū Euangelicum præstantius est Mosaico, plusq; adeò necessariumi illud autē in pontificē & sacerdotes diuisum, p toto legis tēpore diuinitùs institutū est: ergo & nostrū sacerdotiū in quo episcopi sacerdotibus præferuntur à Christo est vsq; ad finem mundi institutum. Id quòd Paul. ad Hebræ. cōtestatur, dicens: Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat. Nisi q cùm sub illa lege vnus duntaxat populus vnaq; tantùm synagōga degeret, vno præcise opus erat pontifice: ecclesiæ verò Euangelicæ in totum orbem latè patenti, quàm plurimis. ¶ Id etiā quartò ratione patet. Christus fuit solus Ecclesiæ fundator. Vbi enim ait Paulus fundamentum neminem posse aliud ponere quàm quod positum est, quod est Christus Iesus: non solum personam designat, verum & eius leges & politiam. Vnde ad Petrum ipse ait: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ad fundationem autem ecclesiæ non solum necesse erat fidem sperandarū rerū, quo ceu in scopum tendendum nobis erat, docere, & leges illuc ducentes condere, verum & magistratus instituere, qui ecclesiam secundùm eadem leges gubernarent. Qui quidem non alij sunt q̄ episcopi, qui secundùm verbum Augusti. pro patribus Apostolis nati sunt nobis filij: ergo episcopalis functio institutio Christi est: alias non satis firmiter fundasset ecclesiam. ¶ Quinto: Sacramēta & quę illis necessaria sunt, Christus ipse per se instituit, ac perinde sacramentorum ministros, quare ipse sacerdotes ordinauit. Episcopi autem soli proprio nomine habent quædam sacramenta administrare: nempe ordines & confirmationem. Haud ergo dubium est vllum quin Christus, non solum Papatū, verum dignitatem episcopalem quā latissime ad omnes Antistites patet, instituit.

¶ Sexto. Dignitas episcopalis, vt in præcedētibus monstratum reliquimus, eiusdem generis est in omnibus episcopis: nam sola iurisdictionis latitudine inter se distant: ergo quatenus Papę & reliquis episcopis cōmunis est, eodem autore Christo institutus est. ¶ Septimo: Episcopalis dignitas inter charismata numeratur, quibus Christus sponsam suam Ecclesiam dotauit. De quib⁹ nimirū ait Paul. 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarū sunt, idē aūt spiritus: & diuisiones ministrationū sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus, ergo episcopalis dignitas donū Dei est p ipsum ecclesiæ donatum secundùm verbum Pauli. 1. ad Tim. 4. Noli negligere gratiā quæ in te est, quę data est per prophetiā, cū impositione manuū presbyterij. ¶ Postremò denicq; id cōfirmatur. Cum Papa episcopum eligit aut confirmat, non magis instituit episcopalem dignitatem quàm instituitur Papalis, dum ipse eligitur, sed sola persona ad eandē dignitatē applicatur. Accedit tū demū & Pius Papa qui can. quæs. 6. q. 1. contestatur hanc veritatē, dicens q̄ episcopos Deus sibi oculos elegit. Est ergo certo certius, & si sic de his quæ sunt fidei loqui licēret, luce euidentius Christum instituisse dignitatem episcopalem, quæ modò in ecclesia viget. Ecquis enim credat tam insignem magistratum in arbitrio Papę posuisse vt ipse illum crearet? Et ita omnes Theologi tenēt in. 4. dis. 24. omnesq; iuris canonici interpretes, qui id plum confessissimū habent. Qua vtiq; ratione Paulus non hominis ministros, sed Dei prorsus Apostolos, ac perinde eius successores episcopos, ac demū sacerdotes existimandos docet. Sic enim, inquit, nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorū Dei, cum Papa episcopos creat aut episcopi sacerdotes ordinant, nil aliud faciunt quàm ceu Christi ministri, Dei mysteria dispensare.

¶ Hanc ergo conclusionem tam multis duximus asserendam, non quòd vllus de illa dubitare credendus sit, sed vt per illam falsitas apertius innotescat assertionis illorum quos suprà citauimus: in quibus est Catharinus, qui aiunt episcopales functiones eorumq; obligationes ad residendum ob id esse de iure duntaxat pōtificio, quòd Papa est qui illos eligit applicatq; ad suas singulorum ecclesias. Cuius contraria in præsentiarum asseritur talis conclusio. Episcoporum electio, atque adeò obligatio ad sua exercenda munera, est de iure diuino. At vero sunt qui hanc conclusionem, quanuis veram, non satis ex suis principijs deducunt: quorum est Torrensis ille, alioqui non pœnitendus author, quem suprà libr. 8. citauimus. Qui quidē plus inferunt quàm veritas permittat. Existimarit inquam ob id eiusmodi episcoporū electiones esse de iure diuino, quod fiunt à Papa quatenus est Ecclesiæ minister. Quæ profectò causa ad id colligendum non satis est firma: neque exemplum quod subdunt talem habet in vniuersum efficaciam. Aiunt enim quod sicut baptizatio, quia fit à ministro Dei eius ipsius nomine, est de iure diuino: sic electio episcopi, quam facit Papa. Sed possent qui cōtrariū defendunt hoc pacto rationem hanc debilitare, Christus Papæ & Concilio non modò administrationem commisit eorum quæ ipse instituerat, verum & facultatem tradidit nouas eōdendi leges & ritus. Quare obseruatio quadragesimæ festorumq; multorum mere sunt positiui iuris: nempe pontificij. Et idem meritò censeri solet de consecrationibus ecclesiarum altarisq; ornamentorum. Quocirca nulla est colle-

Pius Papa.

Secunda cō clusio.

Torrensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

collectio hæc si in vniuersum fiat, Pontifex quasi Dei minister hoc aut illud facit: ergo est de iure diuino: nisi antecedenti adhibeas illa facere tanquam institutione ipsius Dei, vel quã Apostolis ipse explicuit vt ecclesiæ verbotenus traderent. Quocirca ceu fundamentum huius posterioris conclusionis priorem anteiecimus. ¶ Est autem prius nostra nobis explicanda conclusio. Episcoporũ enim electiones esse de iure diuino, bifariam intelligitur. Vno modo ita genere quod singulis eccl'sijs secundum ecclesiasticam diuisionem fuã applicentur episcopi. Alio modo quòd hæc Petrus aut Paulus huic aut illi. Et quidẽ in hoc secũdo sensu notũ est hunc huius personæ electionem nõ esse de iure diuino eo pacto quo electio Mathiæ ac subinde Pauli: sicuti aliorum Apostolorũ fuit à Deo facta: sed ex humano eligentium iudicio, aut Papæ. In priori ergo sensu intelligenda est conclusionis veritas. Quæ quidem facile ex præcedenti sic colligitur. Dum Dei minister id quod ipse instituit ipsius nutu dispẽsat, actio est de iure diuino censenda: cum autem Papa episcopum cõfirmat & consecrat, aliquẽq; attribuit ecclesiæ, id exequitur quod Christus in genere instituit, quodq; ei facere iussit: ergo id iuris diuini censendum est. Posterior quidem præmissa superiori conclusione satis est demonstrata. Prior verò in sacramẽtorum administratione perspicua fit. Baptizatio nanq; & sacramẽtalis absolutio & similia licet per ministros ecclesiæ immediatè (vt isti loquuntur) fiat, nihilo minus ob id iuris diuini sunt, q Christus illa instituit, eiusq; nomine fieri sic ac dispẽsari iussit. Et hoc est quod Paulus in prima ad Corinth. epistola admonitum esse curauit, vbi illi sacrillat diuersa symbola: Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo. &c. Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? & infrà cap. 3. Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? ministri eius cui credidistis? & vnicuiq; sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Deus ergo per ministros sacramentorum gratiam dispensat. Et pariter omnino de episcoporum electionibus censẽdum est: pariq; modo nos docuit Paulus loqui. Sic enim locis suprà citatis ait: Christus posuit quosdam Apostolos, alios verò pastores & doctores. &c. Et alibi: Attendite vniuerso gregi in quo vos posuit Spiritus sanctus. Et cum Exod. 28. Deus Moysi iussisset dicens: Applica ad te Aarõ & filios eius vt sacerdotio fungantur mihi: Nũquid propterea quòd per ministrũ Dei illa facta fuerint applicatio, continuò

Bifariã intelligi potest eorum electiones esse de iure diuino.

Probatio cõclusionis.

fit consequens nõ fuisse diuina? Nonne & de episcopis qui à Pontifice summo creatur assertio vera est quòd sint serui quos dominus cõstituit super familiam suam? Vide consecrationis verba. Ait enim inter alias benedictiones ad Deum loquens: Sit fidelis seruus & prudens, nõ quem ego aut Papa, sed quem cõstituas tu Domine super familiam tuã: vt det illi cibũ in tempore opportuno, & exhibeat omnem hominẽ perfectũ. Hæc est enim episcopalis functio, perfectionem tam docere, tum etiam persuadere. Seductorium ergo argumentum est, Electiones episcoporũ distributionesq; ecclesiarum per pontificem fiunt: ergo id nõ est de iure diuino. Enimuerò cùm Christus permansurus nobiscum nõ esset in æternum, vt nos exteriori functione, vt dum inter mortales agebat, gubernaret, sed Spiritus sanctus quem nobis in hoc misit vt intima mentis tantùm motione ecclesiæ assideret, fieri nequiuit aliud q vt quæ Christus instituerat, ministris committeret, q exterio foro & iudicio nomine ipsius perhiberent. Vnde Paulus non simpliciter, sed per externam cæremoniam: nempè per manuum impositionem Timotheum ac Titum ordinauit. Id quod cõmentarijs super Isai. adnotauit Hieronymus, inquiens ordinationẽ non tantùm precibus, sed manus impositione perfici, nè vocis tacita imprecatio clericos ordinet nescientes. ¶ Addẽ, id quod isti aiunt, immediatè eiusmodi electiones per pontificem fieri, à quouocatione laborare. Imò verò secundum Philosophum lib. 1. Posteriorum Analyticorum, illa causa dicitur immediata quæ est omnium prima: sicuti immediata principia sunt in quæ vltima fit resolutio. Quare Deus est qui immediatè huiusmodi facit electiones per suos ministros. Sed tamen esto causa secunda dicatur immediata, eò quòd inter ipsam & effectũ nihil mediat. Sicut dum quis baculo mouet lapidem: baculus dicitur immediatè tangere lapidem: nam & hoc quoque pacto permittitur inter philosophos, locutio, inepta tamen est illatio: Quicquid Papa immediatè faciat, continuò excludere à iure diuino: tunc falleret, quando Deus quicquid instituit & fieri præcepit, & tanequã primus author charismata potestatesq; confert: velati episcopo vsu venit qui eligitur & consecratur. Sed alia consideranda est ratio ad explorandum sit ne id quod Papa facit de iure humano: nempe vt suprà dicebam, sitne institutio ecclesiastica per potestatem à Deo traditam nouas instituendi, tum leges, tum etiam cæremonias. ¶ Et quo tandem aduersarios de sua ipsorum confessione reuincamus, quæ-

Hieronym.

Deus immediatè facit episcoporũ electiones.

Ratio alterius ad idem.

quæritur: Cùm episcopus ex Papæ cõmissione aliũ eligit & cõsecrat, vtrùm illa electio & cõsecratio censeatur Papæ, an illius episcopi q eius fungitur vicibus. Profectò non negabunt quin sit potiùs Papæ delegantis, quippe cuius authoritate fit, quàm delegati. Pari ergo modo dicendum quòd cùm Papa eligit, vel consecrat, illa electio est de iure diuino. Id quod postremo isto testimonio corroboratur. Nam si dignitas episcopi effectus esset Papæ, posset quidem eum illa priuare: vt potest cum eum deponit, ecclesiastica spoliare iurisdictione. Et tamen quicquid Papa post cõsecrationem attentet, nõ potest dignitatem illam auferre: per inde ac si character esset sacramẽtalis. ¶ At fortè non desit qui ex nostra nos cõfessione hoc pacto coarguat. Quamuis electio in genere sit de iure diuino, nihilo minus hæc quę fit huius personæ, non fit nisi humano arbitratu: ergo hoc sufficit vt electiones simpliciter dicantur de iure positiuo. Id quod inde confirmatur, q sicut multi reguant, vt Deus per Prophetam conqueritur, & non per ipsum: ita Hieremiæ 23. lamentatur, q pastores dilacerant gregem Pascuæ suæ: & in Euangelio quòd intrant non per ostium, sed vt fures & latrones aliũde: qui ideo non Dei numine, sed humana voluntate eliguntur: atq; adeo non diuino iure, sed humano. ¶ Ad hoc respondetur, aliud esse ius, aliud iuris vsum. Ius enim est facultas & præceptio faciendi id quod Deus ipse instituit. Quod ideo diuinum est. Vsus autem est exercitiũ qđ in facto consistit: & hoc relinquitur prudentię & iudicio eligentiũ & cõfirmantium. Quocirca potestas episcopalis, nisi fiat claue contra iura errãte, vt puta q irregularis nõ eligatur, seu per iure diuino confertur. Quòd autem bonus vel malus eligatur, hoc dependet ex facto & vsu humano: ex quo procedere contra Dei voluntatem potest electio mala. Atq; in hoc de quo nos aduersarij decipi arbitrantur, ipsi falluntur. Cẽsent inquã nos inde seduci, quòd ex eo q episcopatus est de iure diuino, elicimus electiones episcopales eodẽ fieri iure. Hæc aũt nõ nostra est fallacia, sed sua: qua ex eo q vsus iuris sit arbitrio & iudicio humano, inferũt electiões esse de iure humano. Audiãt quęso Leonẽ põtificem in sermone de assumptione sua. Dignatio, inquit, cœlestis gratiæ gignit Antistitẽ. Et Ambrosius in Pastorali cõtra eos q ptio ordines cõferunt, Quis, inquit, dat gratiã episcopalẽ, Deus an homo? Et respondet, Sine dubio Deus: sed tamen per hominẽ dat Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiã. Epus iniciat ordinẽ, & Deus tribuit dignitatẽ. Si homo in ordine nihil ampliùs operatur, nisi seruitiũ, qđ ei creditur, cur Deo totũ negatur q ipsum ordinẽ tibi largitur? Hæc ille. Electio ergo iure diuino sit. At nè de noie disputare videamur, dicimus q quicquid potestatis Papa eligẽs cõfert, iure diuino Deiq; nomine cõfert, tq; adeò quicquid tũc ei præcipit, iure diuino præceptũ est existimandũ. Exẽpli gratia, cùm consecrator ait: Accipe Euangeliũ, & prædica populo tibi cõmissũ. Illi cõtrarij nobis autores vocẽ ei se aiunt nõ Dei immediatè, sed Papę. Quare ordinatus inquiũt episcopus arbitrio Papę id exequi tenetur: vt si Papa voluerit nè ille resideat, aut si nõ curauerit vt episcopale munus rectè exerceat, ipsi Papæ imputãdũ est, nõ aũt eẽpo. Atq; in hoc pũcto status litis consistit. Ecquis aũt hoc ferat audire? Ecquis inquã vllo modo ambigere queat quin vox illa perinde habeat ac si illã Christus proprio ore protulisset? quã doquidẽ quod ipsissimus instituit, iussuq; suo, ore sui organi profertur: Deũ ergo id loquentem debet episcopꝰ auscultare: diuinoq; subin de id iure sibi imperari. Nã retrocedamus paulò antè in cõsecratione. Cùm ait cõsecrator: Accipe baculũ pastoralis officij vt in corrigendis vitijs piè sequias, iudiciũ sine ira teneas, &c. Quo nomine illa proferũtur? Nonne Dei? Nũquid nõ ipse est, qui per suum ministrũ illam cõfert potestatẽ & charismatis donũ quòd ipse instituit? Vide quemadmodum id planissimè subiuncta precatio explanet, quæ ad Deũ funditur. Subdit nãq; qui cõsecrat: Creator & cõsecrator humani generis, dator gratię spiritualis, largitor æternę salutis: Tu Domine emitte tuã benedictionem super hunc anulum, vt quicunq; hoc sacrosanctæ fidei signo insignitus incesserit, in virtute cœlestis defensionis ad æternã sibi proficiat salutẽ. Et quasi iam Deus ad precationem annuerit: Accipe anulum: fidei sciliget signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctã videlicet ecclesiam intemerata fide ornatus illibatè custodias. Deus ergo est cuius nomine fit electio, & potestatis donatio. Id quod ex illo verbo Numero. 11. fit notius. Iussit enim Deus Moysi dicens: Cõgrega mihi septuaginta viros de senibus Israël. &c. & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis vt sustineant tecũ onus populi, & nõ tu solus grauereis. Re vera, illa institutio fuit diuina. Quòd aũt ait, Auferã de spiritu tuo, non sic est audiendũ q donũ Moysi collatum curtandũ esset, sed q de eodẽ spiritu quo illum donauerat, donaret etiã suis auxiliatribus. Quare idem genus gratiæ cõfertur omnibus episcopis. Vnde consecrator: Propitiare, inquit, Domine supplicationibus nostris: & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

clinato super hunc famulum tuũ cornu gratiæ sacerdotalis, benedictionis tuæ in eum infunde virtutem. ¶ Ex his ergo fit planè cõsequẽs, episcopum non Papæ, sed ipsissimo Deo fidẽ suam obstringere. Quare facta electione, non Papæ, sed ipsi redditurus est animarum rationem sibi commissarum. Ecce in quo veritas ab eorum opinione quos hic redarguendos duximus distat, & quo quæstionem præsentẽ perducere constituimus: Videlicet electionẽ quæ fit à Papa eatenus esse de iure diuino, vt eius vinculo ille qui personam induit episcopi, & residere teneatur in sua ecclesia, & alia exhibere perficereque munera quæ suæ pastorali dignitati incumbunt. Atq; adeò hinc sumendũ nobis restat initium quæstionis tertiæ de eorum residentia.

Ad primum argumentũ

AD primum igitur argumentũ eorum quę in fronte quæstionis propesita sunt, respondetur: quòd etsi neminem Christus legatur instituisse episcopum præter Apostolos, vbi eos prædicatũ misit: nam illi functioni episcopalis erat annexa: & singulariter Petrũ sub pastoris nomine: tamen cum eandem authoritatem, vt dictum est, perpetuò permansuram fundasset, eo ipso facto in Apostolis, & singulariter in Petro singulis futuris episcopis locutus est. Itaq; quod Petro dixit, Pasce oues meas: cunctis qui per ipsum creandi essent episcopi dictum voluit: nempè vt eo ipso quod quisq; creatus esset, idem sibi datum diuinitùs præceptum intelligeret. ¶ Ad secundum respondetur, propterea singulariter dictum fuisse Petro, Pasce, quòd quantũ ad iurisdictionis plenitudinem singulariter ipsum caput constituebat. Quocirca sicut illi peculiariter permissæ sunt claues regni cœlorũ. Matth. 16. quas posteà Ioan. 9. cunctis dedit Apostolis: quin verò & Ioan. 20. cunctis suo gradu sacerdotibus in foro cõscientiæ: sic hoc quod ipsi dixit, Pasce, cunctis fassus est. ¶ Ad aliud autẽ verbum eiusdem Petri, Pascite qui in vobis est gregem Domini: negamus catholicè idẽmq; firmissimè vocem esse præcipuè Petri. Imò id nomine Dei admonuit. Quin verò mirari satis istos nequeo qui contrariũ putãt: videlicet vocẽ esse perinde à Petro prolatã ac si ejus suis præciperet subditis, aut prælatus monachis aliud quidpiã quod sua esset ordinatio & præceptio. Cùm planũ sit ac perspicuũ ceu diuinũ organũ esse locutũ: perinde nimirũ atq; Paulum vbi aiebat: Attẽdite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit. Consulto nanq; dixit, Pascite gregem Domini. Nã si oues sunt Dñi, cuiusnam pastores nisi Dñi, & cuius præcepto pascere tenentur, nisi Domini? Vnde Hieronym. ad Nepotianũ: & refertur, distin. 95. can. esto. Petrus secundùm Domini præceptum illud dixisse.

Ad secundũ argumentũ.

QVÆSTIO SECVNda, De episcopatu optando, ineundo, & cõferendo.

Sanctus Thomas, 2.2. quæst. 185.

ARTICVLVS I.

Vtrùm liceat episcopatum appetere.

CONSTITVTO ergo quidnam sit, quótq; iure dignitas episcopalis fuerit instituta, subsequitur secundùm rerum ordinem de eius desiderio, optationeq; & collatione sermonem subtexere. Et nè Diuo Thomæ honorẽ quẽ hactenus detulimus adimamus: nempè vt vbi ipse loquitur eius interpretemur mẽtem, exponẽda nobis est quæstio eius. 185. secundæ secundæ. Arguitur enim quòd desidera re affectareq; episcopale munus, sit ipsũ modò licitum, verum & laudabile. Ait enim primum omnium Paulus. 1. ad Timoth. 3. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: desiderium autẽ boni operis, dignũ est laude: ergo & episcopatũ optare. ¶ Secundò. Episcoporum status præstantior est & excellentior q̃ monachorum religio, monachatum autem expetere pietas est & religionis officium: ergo operatius erit ad episcopatum anhelare. ¶ Tertiò. Prouerb. 10. legitur: Qui abscondit frumẽta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium: ille autem qui vita & scientia pollet, atque adeò episcopali muneri idoneus est, videtur spiritualia frumẽta abscõdere, si se eidem muneri subducat: cui si se subdat, eadem spiritualia frumenta salubriter dispensare potest: ergo idem munus retractare vitio dandum est, optare verò laudi tribuendum. ¶ Quartò. Sanctorum exempla ceu documenta nobis ad imitandum proponuntur, secundùm illud ad Roman. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt: legitur autem Isai. 6. eundem Prophetã ad munus se prædicationis obtulisse: vbi ait, Ecce ego: mitte me. ergo illud nulla reprehensione,

Primum argumẽtũ.

Argumẽ. 2.

Argumẽ. 3

Argumẽ. 4

sione, imò præmio dignum est. ¶ In contrarium facit verbum illud Augusti. 19. de Ciuit. Dei: Locus superior sine quo populus regi nõ potest, etsi administretur vt decet, tamen inde ceter appetitur.

Ista in episcopali munere consideranda

AD quæstionem, vt literam sancti Thomę consueto more in conclusiones colligamus, supposita triformi diuisione, quinq; conclusionibus respondetur. Est enim in episcopali munere tria considerare. Primum scilicet, quod omniũ est caput & finis, episcopalis operatio & functio, per quã communi salutẽ populi cõsulitur: id quod verbo illo designauit Christus, Ioan. vltimo: Pasce oues meas. Secundum est, ordinis gradusq; celsitudo & eminentia, ad quã episcopus assumitur, secundum illud Matth. 25. Fidelis seruus & prudens quẽ constituit Dominus super familiam suam. Tertium denicq; in eodẽ munere tanq; consequens annexũq; attenditur, honor reuerentiaq; ac temporaliũ prouentũ affluens copia: secundum illud Apost. 1. ad Tim. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt: nempè & apud Deum, & apud homines. ¶ Hac ergo subtrata distinctione, prima cõclusio, vt à postremo membro exordiamur, est: Episcopatũ intuitu affectuq; temporaliũ bonorũ appetere, manifestariũ crimen est: ambitiosę cupiditatis: nam cùm bona temporalia nõ sint nisi subsidia & fulcimenta, ad finem administrationis instituta, eadẽ temporalia præcipua intẽtione appeti, peruersa appetitio est. Cuius quidem criminis obiurgabat Pharisęos Redẽptor, Matthæ. 23. vbi aiebat: Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. ¶ Secunda conclusio circa secundũ distinctionis membrũ. Episcopatum ratione celsitudinis & eminentiæ ambire nihilo minùs est criminosum: nam eiusmodi gradus altitudo, consequens est ad operis functionem: quare cùm illa primùm appetitur, præpostera est appetitio. Vnde & idem Seruator noster, Matth. 20. vituperio illud tribuit, vbi ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: vos autem nõ sic: sed qui maior est inter vos, sit tanquàm minister. Vbi Chrysostomus, per hoc, inquit, ostenditur gentile esse primatum cupere, & sic gentiũ comparatione eorum æstuantem animam conuertit. ¶ Tertia conclusio. Episcopatus functionem ad animarũ salutem illũ qui dignus existimatur appetere, studiosum officij est, egregiaq; laude cõmendandum. Hoc enim est quod Paulus laudat: quoniam affectus ex obiecto perpẽditur: & illud per se opus, charitatis existit officium. ¶ Quarta conclusio. Eiusmodi opus episcopale etiam ad cõsulendum proximorũ vtilitati expetere: ob id q̃ gradus celsitudo illi adiungitur, præsumptuosum videtur: atq; adeò reformidãdũ est. nisi vbi manifesta id necessitas exegerit. Vnde Gregor. 1. parte Pastoralium, cap. 8. Tunc, inquit, laudabile fuit episcopatum quærere, quando per hunc quenquam dubiũ nõ erat ad supplicit. gratiora pẽr uenire. Quibus verbis scienter expiritus, ipsum per se bonum opus esse, vbi culmẽ celsitudinis non habet annexum. Quare tunc temporis rari erant qui id oneris sibi imponi cuperent: nẽpe illi duntaxat qui charitatis zelo ad id diuinitùs excitabantur. Qua vtiq; ratione ibidẽ Gregor. cap. 7. Isai. zelum offerentis se commẽdat. ¶ Quinta conclusio. Nihilo minus potest quispiam absq; illa præsumptione appetere se esse episcopatu dignum, prouinciamq; illã dignè administrare, siue in fula insignitus sit, siue anteàquàm ad id muneris assumatur: ita vt desiderium non in celsitudinem & primatum, sed in obsequium ipsum Dei, gregisq; beneficium feratur. Conclusio est tertiæ appendix. Vnde sit per Matth. Chrysost. Opus quidem desiderare bonum, bonum est: primatum autem, hominis vanitas est concupiscere: primatus namque fugientem se desideratq; desiderantẽ se horret. ¶ Assertiones tametsi veræ sint, plusculum tamen lucis appetunt. Et primùm circa duas priores ambigitur, quantumnã culpæ in eo inmoderato affectu insit, dum quis aut temporales prouentus, aut humanos honores præ ipsa episcopali functione desiderat: vtrum scilicet genere suo mortale sit crimen. Apparet enim hic esse, eò q̃ est peruersus affectus erga res sacras: Sed nihilo minus ab altera parte pugnat argumentum, quòd cùm illa iusta sint illius officij præmia, moueri eorum affectu ad optandum episcopatum: dummodo paratus homo sit, recte & rite ipsum administrare: nulla videtur aut perexigua culpa. Nam cùm honos, vt ait ille, alit artes, eòsulto eiusmodi præmia proposita esse videntur, vt homines ad studia allecti, digni fiant huiusmodi dignitatibus adeundis. ¶ Respondetur bifariàm cõtingere appetere episcopatum propter cẽporalia bona. Vno modo vt hæc ordinis peruersitas sit obiectum appetitus. Itaq; vox, propter, designet bona tẽporalia esse finem episcopatus. vt cùm dicis, Appeto episcopatum propter bona temporalia, affectus appetẽdi ferat in illum, inuersum ordinem, scilicet episcopatus propter bonum temporale. Et re vera hoc genere suo existit peccatum mortale: quia rerum ordo eis diuinitus

Quarta conclusio.

Gregor. lib.

Quinta conclusio.

Dubitatio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tùs inditus peruertitur. Est enim debitus ordo, vt episcopatus propter functionem legitimã appetatur. Subsidia verò temporalia ad sustentationem, vt rectè possit iniunctũ onus administrari. Quod quidem S. Tho. statim in cap. D. Thomas. quæstionis docere cogitauit, dicens, Principale & finale in episcopatu esse episcopalem operationem, per quam proximorum vtilitati intenditur. Quare ad argumentum proximè factum respõdetur. Primùm q̃ etsi eiusmodi homo in animo habeat rectè episcopatum administrare, nihilo minùs præsentissimo exponitur periculo præcipuã habendi curam deglubendi gregem, procurandiq; honorem & fastum, posthabendiq; animarũ curam: nã qualis ordo est in appetitus obiecto, talis est in opere metuendus. Præterea, Etsi nullũ tale immineret periculum, appetitio ex suo ipsius obiecto peruerso vitiaretur. Secundo autem modo contingit episcopatum appeti ratione tẽporalium quæ ei annectuntur: non q̃ ratio illa constituatur finis episcopatus qui concupiscitur, sed quòd fuerit prima ratio mouendi appetitũ. Et huiusmodi affectio nõ apparet genere suo mortalis: cùm per illam non constituatur peruersus ordo in rebus. Possunt enim bona temporalia mouere hominem ad appetendum episcopatũ: etsi ipsa functio episcopalis nõ ordinetur in finem illum. Imò potest amor temporalium mouere hominem ad amandũ Deum propter se, atq; adeò episcopatũ. Sicuti & timor inferni potest quenquã mouere ad diligendum Deũ ipsum propter seipsum. Nihilo minus quia concupita nõ eodẽ ordine appetitum mouent, quem inter se habent: eiusmodi appetitio non caret culpa, saltem veniali. At quanq̃ hæc in scholis vtcũq; explicari valeãt: tamen in affectu & vsu ægrè distinguũtur. Etenim q̃ primo à tẽporali præmio mouetur, adeò facilè ordinẽ peruertet, vt discerni nequeat, quin episcopatum propter huiusmodi præmia concupiscat: atq; adeò in periculo sit peccati mortalis. Quare alia est cõsulenda regula: nempè vt qui certus sit in ecclesiæ administratione nullũ propter bona tẽporalia admissũ ire crimen, sed officio suo secundũ leges seruitũ ire, licèt temporaliũ appetitu moueatur, extra metũ est peccati mortalis. Sed tamen profectò rarò ista cohærent. ¶ Secũda ambiguitas est in distinctione duarũ istarũ conclusionũ: videtur q̃ppe in idẽ coincidere. Nã etsi appetere bona tẽporalia ad auaritiã spectet, appetere verò dignitatis celsitudinẽ ad præsumptionẽ: tamẽ appetere honores q̃d primẽ cõclusioni appositũ est, ad præsumptionẽ etiam attinere videtur: cuius mẽtio fit in secunda. Respõdetur autem diuersum esse appetitũ honoris, q̃ est ambitio, ab appetitu celsitudinis, qui est præsumptio. Nã altitudo & honor habent se vt causa & effectus. Est siquidẽ honor excellẽtiæ effectus ac subin de testimoniũ. Quare ambitio, vti 2. 2. q. 31. ait S. Th. est inordinatus appetitus honoris: vt puta vel cũ quis testimonium excellẽtiæ appetit quã non habet, vel nõ ad vtilitatẽ aliorũ appetit: nã honor non propter se, sed tanq̃ aliorũ cõmodũ appetendus est. Præsumptio autẽ, est immoderata spes: nempe concupiscẽtia alicuius dignitatis aut loci, q̃ vires appetẽtis excedit: Quę quidẽ vitia in appetitu episcopat⁹ diuersa sunt. ¶ His tũ sic expositis insurgere quis cõtrà poterit: nempè q̃ huiusmodi bona propter ipsa appetere nõ sit peccatũ. Quoniã, vt ab auaritia incipiam⁹, duplex est ei⁹ species, vt S. Th. 2. 2. q. 118. docet. Altera scilicet quę opponit iustitiæ: Nimirũ cũ quis alien a iniquè cupit: quæ quidẽ ex genere suo est mortalis. Altera verò est quę opponit liberalitati: cùm quis scilicet nimiũ q̃ pit bona tẽporalia: quod sanè nõ est peccatũ, nisi quatenus periculũ affert, aliquid cõtra charitatẽ appetẽdi. Potest autẽ quispiã bona tẽporalia spiritualibus annexa concupiscere: qui tũ firmũ habeat propositũ, rectè eadẽ bona tẽporalia dispẽsandi. Eãdẽ ratione aliquis potest cognoscere in se virtutis ac sciẽtiæ dignitatẽ, in cuius excellẽtiæ testimoniũ potest rectè appetere honorẽ, atq; adeò poterit in se vires præsentiscere, vt citra præsumptionẽ valeat appetere celsitudinẽ loci. ¶ Hæc veruntamẽ argumenta ex superioribus soluũtur: nisi q̃ luculẽtiùs eandẽ elucidãt. Etenim loci altitudo natura sua nõ est propter se appetẽda: sed vt quis super cãde labrum erectus luceat oĩbus qui in domo sunt. Et suo modo est de secularibus magistratibus sentiendum. Enimuerò ad hoc huiusmodi loci sunt instituti. Qui ergo in hũc finẽ talem locũ concupierit, genere rei nihil mali cõmittit nisi propter periculũ, vt quarta cõclusio declarauit. Qui autẽ propter celsitudinẽ episcopatũ appetierit, eo ipso se indignũ profitetur: quãdoquidem peruersum habet affectũ, atq; adeò supra vires id appetit suas: quod est præsumptio. Pari modo de honore sentito: q̃ nõ est nisi ob testimoniũ virtutis expetẽdus, vt alijs profis. Et pariter de bonis tẽporalibus rei spũali annexis quæ nõ debẽt appeti nisi in sustẽtationẽ vt possis officio in aliorũ cõmodum fungi. ¶ De tertia cõclusione nulla apparẽre potest dubitãdi ratio, adeò perspicuum est licitũ esse appetitum consulendi vacãdiq; animarum saluti. At verò quarta est meditatè cõsideranda, qua ait

Respon.

Obiectio.

Soluitio.

Secunda ambiguitas.

D. Tho.

D. Thom. idipsum propter annexam gradus celsitudinẽ præsumptuosum videri: nisi vbi manifesta necessitas extiterit. Etenim quis non omnino eiusmodi appetitum cõdemnare videatur, ait tamen præsumptuosum videri. Subsequitur ergo ex his conclusionibus, Præsulatus appetitum si ad salutem animarum non referatur, genere suo peccatum esse, vel mortalẽ, vel veniale, vt explicatum est. Attamen ad huiusmodi salutem relatus, genere suo nec malitiam habere innatam, nec verò esse per se bonum: nam si per se bonus esset, nulla egeret circumstantia quę ipsum excusaret. Si verò per se malus, nulla eum redderet excusatum. Quocirca propter annexum periculum, nisi causa aliud exigeret, malus est: causa verò exigente sit licitus. Quẽadmodum si quis in rapidũ flumen aut alium quemuis periculosum locũ sine causa se inferret, peccatum committeret: cuius tamen culpam nonnũquam causa posset abstergere. Causam verò Dominus Thomas non aliam agnoscit quàm necessitatem: non quidem personæ propriam, sed communem ecclesiæ.

¶ Quod si quis eum redarguat, præter illam accidere posse alteram: puta si quis sobrium se & pudicum & doctum, ac denique irreprehensibilem nouerit: qualem Paul. 1. ad Timoth. 3. depingit episcopũ. Hic enim nihil culpæ contrahere videtur si episcopatũ salutis gratia animarum concupiuerit: etiam dum necessitas ecclesiæ non ingruat. Ad hoc respondetur, consultò Diuũ Thomam hanc causam subticuisse: eò quòd nemo id de se credere debet nisi diuinitùs, vt ait in solutione quarti argumẽti, fuerit attactus: vt patet exemplo Isai. nam vt capite eius. 6. refertur, prius angelus tetigit os eius, vt omni cum iniquitate permũdaret, quàm diceret: Ecce ego: mitte me. Et de Samuele legitur. 1. Regum. 3. diuinitus esse à somno excitatum, vt faceret verbum Domini in Israël. Et de cæteris Prophetis similiter est sancto numine dispositum. Et in lib. Dialogorum de Equitio monacho refert Gregor. sensisse linguam sibi à Deo tangi vt deinceps continere se à diuinis eloquijs non valeret. Hæc autem supernaturalia & rarissimè contingentia, non sunt in ordinem doctrinæ redigenda. Adde quod neque diuina ista prouidentia nisi necessitatis tempore nunquàm accidit. Igitur quòd rationem summotum colligamus, cur episcopatus desideriũ, aut iniquum semper sit, aut de præsumptionẽ suspectum. Primum ante oculos constituenda eius est sublimitas. Est enim status non vt cunq; perfectionis, vt religiosorum qui perfectionem discũt: sed qui illud requirit perfectio. ei culmen vt gregem suũ eandem doceat. Sane eum tanq̃ Apostolorum successores, vt dictũ est, sint animarũ custodes quas Christus proprio sanguine redemit. Ob idq; eãdem esse debent tum scientia, tum etiã vitæ eminentia instructi: vt quod de Christo ait Paul. valeant ecclesiam suã sine ruga & macula Deo in die illi dicti præsentare: pro quo perfoluẽdo mihi nere, mortem etiam, si oportuerit, oppetere. Hoc ergo scopo ob oculos posito si quis hoc munus propter bona tẽporalia cupit, iam dictum est q̃ peruersum habeat affectum. Si verò id propter animarum salutẽ appetat, time aut dignus se atq; idoneum sentit, aut secũs: si nõ se arbitratur idoneum, iniquus est: para inuolutitia crimine implexus. Si autem idoneum se esse censet, vix liber esse debet à præsumptionis metu: nam vix vllus citra culpam valeat tantum sibi dignitatis adscribere, quantũ munus hoc expostulat. Quando verò palàm est ecclesiam virorum inopia laborare, qui ei prò rei dignitate inseruire possint tuẽ qui planè se videt ad eandẽ pronunciam aptum, licèt illam ob salutem animarum opter, eadem necessitate poterit exequi. Igitur si episcopatum merito expetere peccatum est, quanto q̃ deformius illud opere procurare & ambire? Porrò ergo dependendum est quòd tam licenter tanq; perfecta fronte præfecturæ huiusmodi petantur, procurentur, & ambiantur.

Ad primum igitur argumentum ex dictis colligitur solutio, quæ bifariam exponenda venit. Primo vt illo loco Apostolus legitimum episcopatus desiderium definire voluerit: quasi dixerit, qui rectè & rectè episcopatum desiderat, non nisi opus desiderat quod bonum est, nempè operas suas saluti animarũ nauare: quod in tertia conclusione tanquam licitũ allertũ est & laudabile. Vide Aug. lib. 19. de Ciuita. Dei. Apostolus illic, inquit, quid episcopatus sit exponere volens: Est enim nomen operis, non honoris. Græcè namq; ἐπισκοπὴ dicitur, id est, superintendentia, & intendere atq; adeò episcopus id quod superintendẽs: de quo iam suprà nos diximus. Quare vt paulò antèa dixerat, non episcopatus honor unus ille est & potentia, quæ per se vana sunt: sed opus. Quare Gregorius, in Pastorali. Tunc, inquit, Apostolus illud dixit quãdo ille qui plebibus præerat, primus ad tormenta martyrij ducebatur. Quapropter nihil tunc episcopis quàm bonum opus inuentio erat. ¶ Secundo autem paulò differentius idem Apostolicum verbum & forte fructuosius interpretandum est: vt tanq; admonitio fuerit, gatur, qua illi maneries sapientibus patrocinia cutiat

Augustinus.

Gregorius.

Ad primum argumentũ.

Interpret alio altera Paulini loci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cutiat. Ac si dixisset: Qui episcopatū desiderat, sibi caueat, sibiq; quidnā desideret prouidenter videat. Desiderat enim opus non vtcunq; bonum, sed eōusq; egregium, vt vix vllus sit q illi obeundo sufficiat. Quem quidem sensum subiuncta verba planè commendant. Subdit enim: Oportet episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem. &c. Vnde Gregor. ibidem laudans, inquit, de siderium boni operis in pauorem vertit proti mus quod laudauit. Quare prudenter Diuus Thomas tertię conclusioni quartam adiungit.

Ad secundū argumentū. ¶ Secundum pariter argumentum in superioribus solutum est. Sanè vbi diximus aliter prę sulum statum quàm monachorum perfectionis esse: nam religiosi solum tanquàm discipulieiusq; sequaces illam profitentur: Episcopi vero tanquā doctores quasi illam iam assecuti. Nam adolescentulum quem Christus ad religionem inuitauit, non est scisciatus an perfectus esset, sed vtrum vellet esse perfectus. Petrum vero non anteà pastorem sui gregis instituit, quàm tertio interrogaret, an se plus illis diligeret: hoc est an cæteris esset perfectior?

Dionysius. Vnde Dionysius elicuit perfectionem episcopo actiuę tanq perfectori cōgruere, monacho verò passiuę tanq perficiendo: velle autem perfici non est præsumptuosum, vt velle perficere, neque eidem periculo expositū. Adde præterea q monachus alijs se subdit ad spiritualia capessenda. Quod secundùm Augusti. 19. de

Augustinus. ciui. Dei, cuicunque est laudabile: à studio enim, inquit, cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod laudabile otium est. Ille autem qui personam episcopi induit alios eligit sibi esse subiectos, à quo appetitu omnes dehortatur Apost. ad Hebræ. 5. vbi ait: Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo. Et

Chrysosto. Chrysosto. super Matth. Primatum ecclesiæ cōcupiscere, neque iustum est, neq; vtile. Quis enim sapiens vult vltrà se subijcere seruituti & periculo tali, vt det rationem pro omni ecclesia, nisi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatu ecclesiastico sæculariter: vt scilicet seipsum conuertat in sæcularem. ¶ Ad ter-

Ad tertium argumentū. tium optimè etiam D. Thom. respondet, q frumētorum dispensatio fieri non debet cuiuslibet arbitrio, sed primùm diuina dispensatione, mox & maiorū iussu & ordine: secundum illud. 1. ad Corinth. 4. sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū Dei. Et ad Rom. 10. Quomodò prædicabūt nisi mittātur? Quapropter cui neq; ex munere proprio incumbit, neq; id à superiori iniunctum est, is nō censetur abscondere frumē-

ta: sed ille prorsus qui vel officium quod assumpsit negligit, vel pertinaciter recipere renuit: vnde Augustinus. 19. de Ciuit. Dei: Otium sanctū Augustinus. quærit charitas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quā sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atq; iuuandæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. ¶ Ad quartum deniq; iam suprà responsum est. Sanctorum enim exempla nihilo nos amplius docent, quàm quòd nemo se ad episcopatum ingerat antequàm diuinitus sit accersitus, nisi sit diuinitùs ad id purgatus: vt in Isai. exemplo videre est.

Ad quartum argumentū.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm episcopatum iniunctum liceat omninò recusare.

QVONIAM à virtutis linea versus vtrumque extremum declinare contingit, & visum est quātum in episcopatus appetitu insit aut peccati aut periculi, subsequitur vt videamus an in eius refutatione peccatū esse contingere possit. Arguitur enim à parte negatiua ex Grego. in Pastorali: vbi ait per actiuam vitam prodesse proximis cupiens Isai. officium prædicationis appetit. Per contemplationem verò Hieremi. amori conditoris sedulò inhærere desiderans, nè mitti ad prædicandum debeat contrà dicit. Ex his nanq; verbis sic arguitur. Amor Dei amori proximi præstat: sicuti & vitæ actiuæ contemplatiua: nemo autē vt meliore potiatur fruge inferiorē renuēs culpa denotatur: ergo omnino licet episcopatum contemplationis gratia refutare. ¶ Secundò. Argumen. 2
Ex definitione superioris articuli arguitur. Nemo nisi purgatus, quod Isai. exēplo mōstratū est, debet episcopalem subire prouinciā, sed id quemquā de se cognoscere, velut ibidē inquit Grego. perdifficile est: ergo nemo tuto nisi forte id diuinitùs nouerit debet se permittere episcopali functioni addici. ¶ Tertiò de beato Marco in eius prologo ait Hiero. q dicitur post susceptā fidem amputasse sibi digitū vt illa orbitate ineptus sacerdotio fieret. Nec desunt qui emisso voto sese arcēt, nè epi creari possint. Obstacula autē huiusmodi sibi quenquā obtendere, grauius est q̄ dignitatē ipsam recusāre: ergo vnicuiq; subducere se licet nè eligatur. ¶ In cōtrarium occurrit Augustin. in epistola ad Eudoxiū, quæ est numero. 81. hisce verbis: Si qua, id est,

Primum argumentū. Gregorius.

Argumen. 3

Argumen. 4

Augustinus.

est, aliquā ratione, operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione inanda suscipiatis, nec blādiente desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis Deo: cum mansuetudine portantes eum qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrum otium necessitatibus ecclesiæ præponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quo modò nasceremini, non inueniretis.

Conclusio quæstionis. AD quæstionem vnica conclusione respōdetur. Quemadmodùm ad inordinationem voluntatis pertinet vt proprio motu sese vllus gubernandi periculis subdat, ita & eius prauitas est superioris iudicio & præcepto se subducere. Probè enim hīc Diuus Thomas duo in episcopatus assumptione meditāda dignouit: nempe quid hominem deceat sua spōte appetere, quidque maiorum iussu acceptare. Propria enim voluntas hominis illuc debet esse mente intenta, vnde sua propria pendet salus: quia hæc sibi proprie cura incumbit, atq; adeo cauere nē se illuc immergat, vnde sibi periculum imminet. Sed tamen cum superioris vigilantia ad bonum commune debeat potius attendere, ex eius arbitrio & dispositione debet subditorum quisque publicam administrationem capessere. Hinc ergo fit nostra conclusio nota: videlicet vtrunque subditi voluntatē perlustrari, nempe & dum proprio motu ad episcopatum sese infert, & dum à superioribus iussu se aufert. Quare optimè post citata verba subdit Augusti. Sicut inter ignem & aquā tenēda est via, vt neque exuratur homo, neq; demergatur: sic inter apicem superbiæ & voraginem desidiæ iter nostrum temperare debemus. Sicut scriptum est: Non declinantes neque ad dexteram neq; ad sinistram. Duo autē iniuriosa incommoda Diuus Thomas refert illius qui se plus nimio subtraxit. Primum quòd charitatem repudiat proximorum, quibus frugi esse potest. Nam vt ait suprà citatus Augusti. Negotiū iustum suscipit necessitas charitatis. Secundum, quòd humilitatem violat; & obedientiam quam superioribus debet. Vnde Gregor. in Pastor. Tunc inquit ante Dei oculos vera est humilitas, cùm ad respuendum hoc quod vtiliter subire præcipitur, pertinax non est. ¶ Sunt autem hæc digna quę paulò altius expenduntur. Primum enim differentia illa de propria subditi & aliena superioris voluntate non videtur rationi consona. Nam cum bonū commune præstantius sit particulari, non solùm magistratus & persona publica, verum quicunq; priuatorum debet illud suo priuato commodo anteferre. Vnde licet quis maiore recreationem & dulcedine in oratione sentiat & abstinentia, vbi tamen nouerit bonū publicum periclitari, suum proprium otium debet sua sponte etiam inuitus deserere, vt ad prædicandum prodeat, vel ad aliud commune bonum: etsi opus ad id fuerit solidiori cibo vti. Ad hoc respondetur, q etsi bonum cōmune sit præstātius particulari, tamen cura eius ex proprio officio soli personæ publicæ incumbit. Salus autem spiritualis cuiuscunq; sibi ipsi propriè cōmissa est. Et ideo subditus quicquid suā propriā authoritate inceptauerit, debet facere secundū quod expeditius conducentiusq; ad suam propriam animæ salutem fuerit arbitratus. Quare licet videat q̄ maximè posse bono communi prodesse: si tamen prudenter timeat, periculū suæ salutis spirituale inde offerri, quod vtique putat non posse vincere, nequāquam se debet illi committere. Prælatus verò econuerso secūdùm indigentiam boni communis iudicare debet quid cuiq; imperet. Et ideo metuēda est illinc vtique superbia atq; hinc rursus inobediētia. ¶ At vero scisciteris vtrum vtriunq; timendum sit tanquam genere suo malum. Apparet enim non sic esse: quoniam non obedire, genere suo peccatū est mortale: & tamen quod sua se quis sponte ad episcopatum offerat, suprà dictum est, non esse suo genere peccatum. Imò potest id fieri licitè, si circumstantiæ suprà explicatæ concurrant. Ad hoc duas subdit Caietan. solutiones. Primam q̄ forsan Diuus Thomas nolult similitudinem secundùm omnia constituere, sed satis est quòd vtrobique possit esse peccatum. Secunda quòd fortasse in priori membro loquebatur de appetitione episcopatus peruersè: vtpote non propter opus, sed propter honores aut fructus: quod genere suo est mortale. Hæc autem posterior solutio menti Diui Thomę non congruit: quia in priori membro non constituebat peccatum propter peruersionem finis, sed eo quòd quis sua sponte se ingerat. Neque prior adeò est vera proxima: nam vtrobique videtur aliquid ex genere malum agnoscere. Et ideo forte dicere voluit quod quia episcopatus nullatenus esse potest sine periculo, ex genere suo habet quandam malitiam: scilicet q̄ quis se periculo obijciat: licet non sit adeò innata quin per alias circunstātias possit omnino excusari. Eodem modo de inobedientia est censendum. Est enim genere suo peccatum, quare esse non potest inobedientia quin sit peccatum: sed tamen concurrere possunt in persona tales circumstantiæ propter quas nulla sit inobedientia non parere prælato, subditum id episcopatum adi gen-

Dubium.

Duplex solutio Caiet.

Refelluntur solutiones Caietani.

Solutio auctoris.

tiut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti: vt in solutionibus argumentorum explicare festinamus.

Ad primum argumentū. D. Thomæ.

AD primam igitur trimembrem solutionē affert Diuus Thomas. Cuius prima pars est, quòd etsi vita contemplatiua excellē tior sit quàm actiua: tamen ex altera parte bonum commune præstantius est particulari: & ideo tenetur homo cùm ad episcopatum accersitur, etiam cum aliquo spirituali otij detrimento iussa capessere. Quod si responsio hęc cōclusiōi ipsi eiusque nostræ expositioni aduersari cuipiā appareat, eò quòd diximus priuatæ personæ magis proprie: incumbere custodiam propriæ salutis spiritualis, quàm boni communis etiam spiritualis intelligat nullam esse repugnantiam. Illud enim solum concludit quòd spontaneè nullus se debet ingerere. At vero quando superioris mandato accersitur, iam tunc saluti suæ magis expedit obedire: tum quòd etsi ratione actus contemplatio sit melior, tamen ratione obiecti seruire communi bono excellentius est: tum etiam q virtus non solum ex obiecto existimanda est, sed ex necessitate, quæ in tali casu ingruit.

Mens sancti Thomæ.

Quemadmodum eleemosyna esse potest præstantior virtus quàm oratio. Vnde Paulus ad Philippen. 1. Coarctor, inquit, è duobus: desiderium habens dissolui & esse cū Christo: multo magis melius. Permanere autem in carne, necessarium propter vos. Quare Augustinus in verbis citatis: Non otium, inquit, vestrum necessitatibus ecclesiæ præponatis. Additur autem secundò ad maiorem huius explicationem hoc ipsum ad maiorem dilectionem Dei pertinere. Optatius enim Deo est & charius vt cura suarum ouium quas suo sanguine redemit impensè habeatur, quàm vt suæ ipsius cōtemplationi vacetur. Vnde Augusti. super illud Ioann. vltimo, Christi ad Petrum: Pasce oues meas: Sit, inquit, amoris officium pascere dominicum gregem, sicuti fuit timoris indicium, negare pastorem. Adijcitur demum tertio quòd neque episcopus sic est addictus vitæ actiuæ, vt à contemplatiua sit prorsus alienus. Imò debent esse sicut nubes volantes: nempe diuinorum contemplatione pluuiam concipientes, qua prædicando subditorum animos fœcundent. ¶ Inter respondendum autem ad secundum, primum omnium Diuus Thomas præiacit fundamentum, conclusionem scilicet, quòd nemo tenetur in his quæ illicite sibi præcipiuntur, dicto obtemperare: nam obediendum est Deo magis quàm hominibus. Subdit autem tria impedimentorum genera obedientiæ obstantia. Primum scilicet qđ subditus ipse amouere potest: vt si sit in peccato mortali, quod quidem tunc amouere tenetur, vt obediat. Secundum quod non ipsi, sed prælato auferendum incumbit: quale est irregularitatis aut excommunicationis. Et tunc debet eidem prælato ipsum patefacere vt iudicet si expedit dispēsare. Quemadmodum de Moyse legitur Exod. 4. Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudiustertius. Cui Dominus: Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. Tertium verò est, cui neque subditus neque prælatus mederi potest, vt si archiepiscopus cum electo super irregularitate dispensare nequeat: & tunc ad Papam conuolandum est.

Ad secundū argumentū. D. Thomæ

Existens in peccato mortali indignus est episcopatu durante peccato.

¶ Et quidem circa duo vltima nihil restat dicendum. De primo autem id primùm animaduertendum est, quòd qui in peccato est mortali, quod Paul. crimen vocat, indignus est qui episcopatum anteà suscipiat quàm animū ab illo diuellat: nam qui Dei iussu probitatem debet eius gregem docere, contra eius voluntatem prouinciam subit, qui, vti ait Paulus, non est sine crimine. Vnde non dubito quin ille qui cum animo perseuerandi in peccato episcopatum acceptat, eodem ipso facto mortaliter peccet. Sed nihilo minùs si aliàs idoneus est & nō vult sibi sordes abluere vt obediat, etiam in hoc admonet diuus Thom. ipsum peccare: quandoquidem ait ipsum teneri peccatum amouere. Sed hoc profectò paulò accuratiori indiget meditatione. Primum enim non est intelligendum nouum esse peccatum ab inobedientia distinctum: sed vult quòd qui vt in peccato persistat, obedire renuit, non habet legitimam causam vt inobedientiæ crimine abluatur.

Dubitatio.

¶ Quæstio hæc tamen illicò legentis animum mouere potest: Vtrùm si homo ille qui eligitur ea est affectuum pertilētia corruptus, quanuis latenter, vt turbulentiam sitæ conscientiæ pacare nequeat, sed prudenter timeat se identidem ab illis fore superandum, proponēdo vtcunque exire à peccato, teneatur electori parēre. Apparet enim ratio id conuincere, quandoquidem impedimentum habet primi generis: nempe quod ipse potest excutere.

Solutio.

¶ Re vera ambigua rés est. At verò cum possibile in præsentiarum non dialectice, sed secundùm prudentiæ regulas, &, quod aiunt, moraliter sit vsurpandum: pro eo etiam quod perquàm difficile est, ille qui sentit se posse fœditatem suorum affectuum non edomare, profectò non teneretur parēre: imò delictum esset apud Deum tanto se discrimini obijcere. Secus autem si inidoneum se quantum ad scientiam vel alias qualitates, quæ foris patescunt, præ

præ suā modestiā existimaret: nam si hæc prælatus prudens & probus cognoscit, illi deferendum est iudicium: atq; adeo obtemperādum.

Dubitatio.

¶ Sed percontaris quinam censendus est prælatus cui est de necessitate in hac parte auscultandum: an solus Papa electionis episcopi confirmator, & episcopus in collatione sacerdotij, an etiam electores? Videtur quòd soli Antistites: nam electores non sunt Prælati. Imò reges iā sunt qui electorum loco præsentant. Respondetur quòd quantum ad rigorem iuris solus prælatus qui fit confirmationem habet necessitatem infert vt eitra inobedientiæ crimen nequeas eius iussa retractare: imò cunctantem quandoque in virtute obedientiæ id præcepit. Attamen quando electores viri sunt probi qui sancto zelo electione faciunt, nō opus est electum difficilem se gerere. Imò cōsultius est electionem acceptare: dummodo religiosus id ne faciat nisi facultate prælati præmissa: quandoquidem suū sic habet institutum. Enimuerò in eiusmodi honoribus fugiendis circūspectus esse quisque debet: nam solent vt Scythæ fugientes in tergū periculosius vulnerare: solent inquā sæpe istarum dignitatū despectores peiori inde superbiæ raptu corripi, quàm si acceptarent metuerēt. Adde quòd etsi huiusmodi celsitudinis loca omninò respuere actus esse possit heroicæ virtutis, nihilo minus potest fidelis seruus & prudens in administratione ecclesiæ crebrima præstare officia quæ simul multò sint apud Deum cumulatioris cōmendationis q̄ vnica humilitatis actio. Viris igitur probatæ vitæ sic est prudentia modestiaq; in amplectēdis magistratibus exhibēda, vt in nihilo sit minor in renuendis adhibenda cautio. Tunc vel maxime, dū præsulum, qui digni sint, inopia laboratur, atq; adeò ecclesia Christi bonorū opùs habet obsequio: vt paulò nos anteà citatus August. admonebat.

Ad tertiū respōdetur.

¶ Ad tertiū respō detur. Cùm episcopatus sanpliciter non sit de necessitate salutis, vt sacramenta ac virtutū officia; sed tunc tantum quando ratio id obedientię exegerit, nihil per se implicat iniquitatis vt voto quis aliòve obice sese præpediat, nè capiat. Quemadmodùm transitus ad secundas nuptias non ideo est illicitus q̄ ordinibus suscipiendis obstat: dummodò votum nunq̄ acceptandi episcopatum sic habeat restrictā intentionem quòd hoc quantum in se fuerit neque procurabit neq; accipiet. Nam si proponeret nulli prælato de illa re obedire, delictum esset: neq; tale votum eousque esset obligatorium. Ad id autem quod de beato Marco allatum est, si res ita habuit nam Hieronymus nō pror

Concilium Nicænum.

fus affirmat, sed ait, dictum: necesse esse fateri diuina id reuelatione fecisse: nam quis impium de tali sine membrorum mutilare, delictū esset, vt ex concilio Nicæno, si quis de eo inuoluntarie.

Dubitatio.

¶ Hoc autem hic non est silentio prætermeundum. Vtrùm licitum sit desiderare & exoptare cum qui creditur omnium optimus vtilissimusq; ecclesiæ in præsulem eligi. Quamuis propter rei arduitatem vehementissimè de ipsius salute timeatur. Est enim casus creberrimè contingens: nempe quod quis in magistratus administratione non sit totum factus quod debet, & tamen inter omnes qui esse possunt sit minimè malus, & reipublicæ maximè vtilis. Apparet ergo id expetere non esse licitum. Nam quippiam alicui optare quod illi est ad salutem tam periculosum, & probabilissimè nocuum, videtur ad odiū pertinere.

Solutio.

¶ Ad hoc nihilo minus respōdetur. Primū quòd nemini licet cum tam ingenti periculi publicam prouinciam subire: neq; vero in illa perdurare si metu excutere non potest. Nam quid prodest homini si vniuersum mundū lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Imo, vt diametro repugnat charitati Dei salutem spiritualem propriam saluti totius orbis posthabere. Secundum assertum sit: Non solùm licitū est, imò laudabile desiderium, vt ille sit Antistes qui ecclesiæ est magis idoneus, seu minus incōmodus, quantuscunq; desius salute habeatur motus. Non dico quod possis hoc illi consulere vt accipiat: nam ipse tunc nequiter acciperet aut retineret, sed quòd licitū sit tibi id de altero desiderare: quin verò & procurare: & ideo quantumuis tibi alter esset amicitia aut alia necessitudine coniunctissimus, id debes optare. Et ratio est manifestissima: quoniā bonum vniuersale præstantius est particulari: atq; adeo, proprio excepto, magis est optandum quàm bonum spirituale cuiuscunque amici. Atque hoc ipsum confirmatur: nam si electores essent, deberes illum eligere: ipsi cum electo examinare incumbit quid sibi expediat.

Laudabile est eū expetere id Antistitē qui ecclesiæ est magis idoneus, etiā cū forma valetudinis.

Ratio asserti

ARTICVLVS. III.

Vtrùm oportet eum qui ad episcopatū assumitur, esse cæteris meliorem.

POST appetitum episcopatus & temperatam obedientiā eius qui eligitur, subsequitur de electoribus, & cōfirmatoribus explorare, vtrū semper tenēatur eligere eum qui sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primum argumentũ.

sit cæteris omnibus melior. Apparet enim q̃ hoc nos Christus facto docuerit. Petrum enim non anteâ ecclesiæ suæ præfecit, quàm trina interogatione examinaret an se plus cæteris diligeret. Meliorem autem simpliciter sola facit charitas: ergo nunquàm nisi melior eligendus est. ¶ Secundò: Symmachus Papa. 1. q. 1. vilissimus inquit cõputandus est nisi scientia & sanctitate præcellat qui est dignitate præstantior: sed quisquis scientia sanctitateq; præcellit melior simpliciter censetur: ergo nemo nisi qui morum probitate cæteris præstet, est eligendus. ¶ Tertiò: In quolibet genere minora gubernantur per maiora, sicut corporalia per spiritualia, & inferiora per superiora: vt. 3. de Trinita. August. est author. Sed episcopus assumitur ad regimen aliorum, ergo debet esse cæteris melior. ¶ In contrarium est textus Decretalis: de elect. cap. scriptum. dicens quòd sufficit eligere bonum, neq; oportet eligere meliorem.

Secundum.

Tertium.

Distinctio.

ETsi quæstionem istam libro tertio de omnibus ecclesiæ magistratibus latissimè discusserimus, tamen quia hîc à diuo Thom. de episcopis peculiariter inscritur, ordo nos rerum, cogit illam repetere. Summa ergo respõsionis diui Thom. supposita distinctione duabus conclusionibus continetur. In electione enim, inquit, ad episcopatum, aliud est ex parte eligentium, atq; aliud ex parte electi pensandum. Est ergo prior conclusio: Nemo eligere tenetur meliorem, si nomen melioris secũdùm proprium significatum vsurpes: sed eum qui ad mun⁹ pastorale fuerit expediẽtior & aptior. Bonus enim nemo simpliciter nisi ob solam charitatem existit. Potest enim, vti aliâs diximus, esse bonus artifex sine virtute morali: sola autem hęc facit hominem simpliciter bonũ. Vnde cùm charitas sit omnium virtutum forma, ab illa homines apud Deum boni denominantur & sunt: & quo quisq; sit illa proue ctior, eo melior est. Probatur ergo conclusio. Electio personæ ad sedem episcopalẽ ex eius functione perpendenda est, vtpote quæ finis est propter quem persona eligitur, & bonitas medij est à fine. Latissimè nanq; lib. 3. q. citata ostendimus decimas stipendiaq; ecclesiarum non tanquàm premium qualitatis bonitatisq; personæ fuisse instituta. Illud enim præmium in cœlis nos apud Deum manet, sed tantum, vt ecclesijs recte administretur: secũdùm illud. 1. ad Corinth. 14. Ad ædificationem ecclesiæ petite, vt abundetis. Vnde non, inquit, qui boni sunt presbyteri, sed qui bene præsunt, dupli ci honore digni sunt. Ad eiusmodi autem obsequia obeunda & perficienda non solùm morum probitas & charitas, quæ simpliciter facit meliorem, necessaria est, verum & virtutes aliæ tam intellectuales quàm naturales: vt scientia, prudentia, efficacia, & grauitas. Non ergo necessum est simpliciter eligere meliorẽ, sed eum qui ad ecclesię regimen est expediẽtior. Vnde Hieronym. Quidam, inquit, non quærunt eos in ecclesia columnas eligere quos plus cognoscãt ecclesijs magis prodesse, sed quos plus ipsi amant. Hactenus ille. Quod quidem ad acceptionem personarũ attinet. Vnde super illud Iacõbi. 2. Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini gloriæ. Ait Augustin. Quod si ad honores ecclesiasticos referatur, non est putandum leue peccatum.

Prima conclusio.

Probatio cõclusionis.

Augustinus.

Posterior cõclusio.

¶ Posterior cõclusio. Ille qui ad sedem assumitur, nõ se tenetur cæteris meliorem reputare. In superbiam enim & præsumptionem talis cogitatio hominem adigeret: sed satis est si nõ in se crimen aliquod agnoscat, per quod nefas ei sit sedem occupare. Quare etsi Petrus per cõparationem fuerit interrogatus, an plus cæteris diligeret: non tamen nisi simpliciter respondit, Domine tu scis quia amo te. ¶ Hæc omnia adeò latè ac fusè libr. 3. q. 6. per decem conclusiones elucidauimus, vt nil ad rem pertinens possimus nunc adhibere: sed satis fuerit textũ diui Thom. in eius gratiam non præterijsse.

Elector electo officij tenetur explere ac põderare rita eligẽdo rũ, & meliorem ecclesię tribuere.

¶ Duo verò aut tria sunt in eius verborum textura mẽte perspiciẽda. Primum quòd cùm ipsa electionis vox collationẽ inter plures designet, quorum reliquis posthabitis vnus assumitur, elector de suo nomine admonetur non satis habere eum explorare quem idoneum eligat, sed pluriũ debere merita expẽdere põderareq; vt præstantiorem ecclesiæ tribuat: non solùm probitatis vitæ ratione habita: verùm reliquorum quæ ad publicam functionẽ sunt expediẽtia. Tametsi loco citato admonitũ curauimus quòd primũ idoneitatis fundamentũ probitas esse debet. Nam eum qui prauus est, nullæ aliæ qualitates efficere possunt, vt eligatur, idoneum. Vnde Paulus tanquàm necessarium in episcopo requirit vt sufficienti testimonio fine crimine habeatur. Quod quidem n omen non leuioris est culpæ, sed mortalis. Quæ autẽ præter charitatem in episcopo requirantur, ad tria quæ hic sanctus Thom. refert reducuntur: quæ sunt instruere plebem fide & moribus, & ab hæreticorum aliorumq; periculis, qui mores peruertunt defendere, ac demum pacificè gubernare. Nam scopus gubernationis est pax mentium & corporum. Hac enim ratione Dei filij suũ retinẽt nomẽ. Nam, beati

Tria præter charitatẽ in episcopo requisita.

beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. ¶ De illo autẽ notando verbo quo ait sanct⁹ Thom. diuina mysteria, atq; adeò stipendia nõ dari hominibus quasi præmium suæ charitatis & probitatis, dubitare quis posset: eò quòd & naturalis ratio, & ecclesiastica iura reclamare videntur: quippe quæ volunt clericos qui de ecclesia bene meriti sunt, ab ipsa remunerari. ¶ Respondetur autem dictam sententiam nullo opùs habere interpretamento. Nam vt iacet est vera. Nõ enim negat eos qui integræ sunt vitæ præbendarum ac dignitatum ecclesiasticarum dignos esse, verùm id tãtùm, quod nos loco citato lib. 3. nõ leuiter demonstrauimus: nempe sacerdotia, eorumq; stipendia non esse instituta ad remunerationem bonorũ, sed duntaxat ad ecclesiarum seruitium. Si enim hoc in familia Christiana necessarium non esset, certè, neq; essent imperatæ decimæ, neq; stipendia cõstituta. Quare si hæc tribuenda sunt dignis, non est ea suprema causa quòd suæ bonitati sint debita, sed quòd elector debet ecclesiæ idoneum ministrum pro ratione sui stipendij prouidere.

¶ Reliqua loco citato lib. 3. si lubet reuise. Demonstratum enim illic curauimus quòd etsi quantum ad rigorem exteriorꝭ fori & restitutionis vinculum satis sit dignum eligere, tamen quantum ad forum poli necesse est eligere digniorem. Quod si in omnibus sacerdotijs & præcipuè in habentibus animarum curam necessum est, quanto id magis necessarium in episcopis præficiendis? vtpote quorũ administratione tota salus spiritualis christianæ reipublicæ periclitatur: ac perinde ipsissimus Christi sanguis, qui per ipsorum, nõ modò iniquitatem & fraudem, verùm insciciam, ignauiam, & socordiam frustrari potest, & sæpissimè solet suæ redemptionis fructu. Sibi ergo videant quibus id muneris incumbit quantùm debeãt solerter oculis perlustrare eorum merita quos Apostolis ipsis diuini tus electis substituunt. Atqui eos præsertim cauere debent qui huiusmodi honores ambiunt. Illi enim non pastores ouium habendi sunt, qui pro ipsis sanguinem fundere anhelent: sed lupi qui ipsarum sanguinem sitientes nihili pendunt eorum animas extinguere.

Secunda solutio.

Ad secundũ

Scitẽtia theologię maxiẽ in epo desideranda.

Ad tertium

Primum argumẽtũ.

AD primum igitur argumentum respondet D. Thom. quòd cùm Christo notissimæ essent aliæ Petri qualitates ad ecclesiæ gubernationem idoneæ, ob id de amplitudine dilectionis eum præcisè examinauit, q̃ vbi aliæ insunt cõditiones, hæc debet existimari præcipua. Sed potest huic altera etiam supponi solutio, quòd cùm aliæ partes Petri ad regimen requisitæ, cunctis circunstantibus propatulæ essent, charitas autem in corde intus delitescat, hanc voluit cunctis etiam cõstare: vt, quẽadmodum lib. 3. diximus, manifestum in foro exteriori fieret optimi electionẽ fieri. Hoc autem loco citato lib. 3. fusiùs explanauimus. ¶ Ad secundum respondetur, verbum illud Symmachi nõ de illo intelligi qui eligendus est, vtpote quòd nisi sanctitate & scientia præcellat vilissimus sit in electione existimandus: sed de illo qui iam electus est. Quo ideo verbo episcopi admonentur quòd etiam si dum in minoribus agebant, nõ prorsus ea sanctitate fulgebant quę episcopum decebat. Tamen postquàm in candelabrũ erecti sunt, satagere prorsus debent vt nomen & lucem sunm re ipsa expleant: aliàs non possunt non in cõspectu populi vilescere. ¶ Quæ autẽ scientia in episcopo sit requirenda. Theologiæ scilicet an Canonici iuris, loco citato lib. 3. vtcunq; disputauimus. Haud enim res digna est quæ in disputationem deberet accersiri: est siquidẽ indigna sententia quæ audiatur, illic præcisè theologum esse præferendũ, vbi hæreses serpunt. Tum quòd cùm oporteat hæreses esse, vbique & semper timendæ sunt, atq; adeò docta prædicatione coarmandus populus, ne vnquam labasci possit: tum præcipue quòd Christus episcopos pastores instituit qui doctrinæ pabulo quam ipse docuit suum gregem saginarẽt, moribusq; quos ipse instituit intingerent: non præcipuè Doctores legum quas homines posteà adiecerũt & litium iudices. Eò præcipuè quòd canones ex Theologiæ fonte deriuati sunt. Id quod eius bicornis mitra designat. Vt enim in eius consecratione patet, caput episcopi cornibus non vtriusque iuris, sed vtriusque Testamenti armatur: vt terribilis appareat, nõ aduersantibus sibi mutuo in foro, sed aduersarijs veritatis. ¶ Ad tertium respondetur discrimen esse inter regimen rerum naturalium & gubernationem in spiritualibus quæ ad supernaturalem gratiam spectant. In naturalibus enim eo ipso quòd res sit simpliciter sublimior, suapte natura magis est ad regendum idonea: vt cæli quàm elementa: & alia elementa quã terra. In donis autem gratiæ, quę vt in priori ad Corinth. ait Paulus, Spiritussanctus diuidit pro vt vult, nil prohibet vt qui inferior simpliciter est secundùm charitatem, cumulatioribus gratijs ac donis sit ad regendum instructus. Et ad hunc gratiæ ordinem pertinet ecclesiasticum regimen. Imò verò non hoc solùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

lùm sed etiam ciuile. Quare neq; in magistratibus ciuilibus eligendis solùm, vt in. 3. Politicorum ait Aristo. attendenda est integritas viri, Inquantũ persona est priuata, id quod charitas facit: sed quòd sit bonus ciuis. Quare alię qualitates regum & iudicum suo etiam gradu ad gratiarum diuisiones attinent.

Aristot.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm episcopo liceat cura episcopali desserta ad religionẽ se conferre.

POST qualitates eorũ qui eligendi sunt & eligentium obligationem, sequitur disputare vtrùm episcoporũ status ita sit firmus, quem postquàm episcopus assumpserit, deserere nequeat. Arguitur enim id ei nõ licere: nam maximè religionis intuitu: sed hoc non licet: quoniam à perfectiori ad minùs perfectum retrospicere damnabile est: secundùm Domini sententiam, Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Episcoporum autẽ status altior est monachorũ instituto, vt paulò antè dicebamus: ergo sicut de monachatu ad seculum nefarius est regressus, ita & de episcopali ad religionis claustrum. ¶ Secundo. Ordo gratiæ decentior est ordine naturæ, secundùm autem naturam nihil contrarijs motibus cietur: vt lapis qui naturaliter descendit nequit ascendere naturaliter: at secundùm ordinem gratiæ à monachatu ad episcopatum licitus est ascensus: ergo contrarius descensus, illicitus. ¶ Tertiò. Nihil in operibus gratię debet esse otiosum: ille autem qui semel in episcopum consecrátur, perpetuò retinet potestatẽ ordines conferendi, aliaq; id genus perficiendi. Hæc autem potestas si quis curã pastoralem deferret, otiosa remaneret: ergo id minimè licet. ¶ In cõtrarium est quòd nemo ad id quod illicitum est cogi potest: qui autẽ cessionem à pastorali cura petit, postea si cedere cunctetur, ad id cogitur: vt patet capit. Quidam. de renunciatione: ergo non est episcopo illicitum episcopatu abscedere.

Primum argumentum.

Secundum.

Tertium.

AD quæstionem quatuor cõclusionibus respondetur. Prima quæ cęteris vt fundamentum substernitur, est: Tam diu obligatur episcopus pastoralẽ retinere curam, eiusque agones perferre, q̃ diu spes aliqua illi datur quòd possit plebi prodesse. Probatur. Episcopalis status in hoc consistit quòd aliquis ob diuinam dilectionem proximorum saluti curandæ seipsum mancipat: id quod Christ⁹ dum Petrum elegit planè docuit. Haud enim præmisit, Diligis gregem plus his: sed, diliges me. Nulla enim dilectio nisi ex diuina deriuetur, sufficit ad subeundos labores, perstistendũque in vigilia & solicitudine quæ episcopali functioni est necessaria. Quare episcopus nõ ecclesiæ tantùm aut popu o, sed Deo ipsi fidem suam obligat: vt tanqnàm fidelis dispensator & prudens gregem suum gubernabit. Quæ quidem obligatio genus voti est, vt sanctus Thom. in calce quæstionis ait. Atq; huc ille consecratoris interrogationes alludũt: Vis ea quæ ex diuinis scripturis intelligis plebẽ & verbis docere & exemplis? Vis beato Petro apostolo eiusq; successoribus fidem & obedientiã exhibere? Itaq; licèt nõ emittatur nouum votum castitatis præter sacerdotale, neque vllum aliud quod sit solenne super quod Papa dispensare nequeat: emittitur tamẽ obedientiæ votum quod à solo summo Pontifice est dispensabile. Quòd si votum est, vt Diuus Thom. ait, non Pontifici tantùm, sed deo ipsi fit. Atq; adeò, vt conclusio asserit, perpetuo vinculo obligatus restat episcopus ecclesiæ suæ quam sibi per annulum fidei desponsat. Quapropter diuortium esset, si non cum illa perpetuò permaneret. ¶ Secunda conclusio. Nequit eandem ecclesiam neque propter dulcedinem contemplationis, neque propter quoduis euitandum incõmodum, neque propter cõmodum proprium lucrandum relinquere. Probatur: nam Paul. quẽ suprà ad Philip. 1. citauimus, quasi duobus perplexus & quid illorum eligeret nescius, etsi iudicaret dissolui & esse cum Christo multò melius: tamẽ videns necessarium esse manere in carne propter fratres, subdit: Et hoc confidens scio quia manebo. Et Christus Ioan. 10. Bonus, inquit, pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Meditatiùs ergo perspexeris quãta cùm energia omnia cõmoda atque incõmoda quę personam episcopi proprię tangere possunt, excludantur. Nam si fruitionem sempiternæ felicitatis, quæ etiam in paruum tempus omnia quæ desiderari possunt indicibiliter exuperat, iustam causam Paulus non iudicabat vt posset fratres in eorum necessitate suo præsidio & munere destituere: quænam excogitari potest propria cõmoditas quæ episcopum excuset? Et si Christus vitam etiam ipsam admonet pastorem vt exponat p̃ grege, quod sit reliquum detrimentũ, cuius cauendi causa

Prima conclusio.

Ratio cõclu.

Secunda conclusio.

Probatio.

possit grex deseri? ¶ Tertia cõclusio. Possunt nihilominùs aliqua accidere impedimẽta quę propter cedere episcopus possit episcopatui: quæ quidem Innoc. Tertius ca. Nisi cùm pridem. de renuntia. percenset. Sed hæc tamẽ impedimenta pensanda sunt respectu functionis quæ fieri nõ potest debitè: vt si sit spiritualis defectus personæ: aut corporalis: nempe crimen, vt simonia, aut homicidium, aut hęresis, aut aliud quodcũq; propter quod episcopus deponi debet: aut per quod infamiam contrahit: qua quidem respersus, quanuis pœnitentiam egerit, autoritate caret ad regẽdũ: cuius gratia plus officit quàm prosit. Enimuerò si purgare infamiam potest, tenetur quidẽ sub pœna peccati mortalis si in dignitate vult pristere. Nam quo iure tenetur ad rectam administrationem, tenetur & obstacula amouere dum potest: etiam si citra suam culpam eã contraxerit. Quãdo verò infamię sordes eluere non valet, tunc si absq; sua culpa illis infectus est, non tenetur episcopatum renuntiare. At si causam verè dedit eiusdem infamiæ quæ tam obscura sit vt verè sit functionis impedimentum, profectò tenetur præsulatu decedere. Et idem est si sit vir seditiosus aut scandalosus. Nam vt ait apostolus. 1. ad Corinth. 8. Si scandali zauero fratrem meum, nõ manducabo carnes in æternum: Dũmodo sit scandalum datum, non acceptum: nam qui scandalum leuiter accipiunt, relinquendi sunt, ait Christus, tanquàm cæci & duces cæcorum. ¶ Vel potest esse defectus in scięntia & prudẽtia. Haud enim sibi se vllus persuadeat si omninò sacerdotio indignus sit, propterea habere conscientiam securam, quòd à legitimo iudice sic fuerit ei collatum, vt collatio teneat. Imò vt acceptatio peccatum est, maximè si curam habeat animarum, sic & illud retinere in dies sit absurdius crimen, & ascendere ad aliam ecclesiam multò scelestius. Vnde Oseæ 4. Tu, inquit Dominus, scientiam repulisti: & ego te repellam, nè sacerdotio fungaris mihi. Si autem irregularis tunc erat quando ad sacerdotium assumptus fuit, non dubium quin collatio fuerit nulla: si autem postquàm obtinuit illam incurrit, iam dictum est, quemadmodum sine dispensatione non possit dignitatis munere fungi. ¶ Si autẽ impedimentum est corporale, vt puta aut senectus nimia aut infirmitas, non est necessaria abdicatio ecclesiæ: sed posset esse consilium, retenta aliqua sustentatione. Sed ad minus secundum antiqua iura debet persona digna in adiutorium illi adiungi. Tanta tamen posset esse autoritas in sene, vt consultius esset in magistratu persistere & sua vmbra gubernare, quàm alte ri cõmittere: vt codẽ titu. de renun. cano. literas. ait idem Innocentius. ¶ Postremò denique ex parte subditorũ potest esse defectus non quicunque: nam propterea q̃ aliquantulo sit populus durior, non illicò per desperationem respuendus est, sed diutino præsidio cõsidẽdum. At tunc relinquere eos licet, tãetsi ad id nulla emergat obligatio, quãdo nulli sunt inter improbos probi: sed labor omninò existit infrugiferus ac perinde superuacuus. Solet enim ob defectum populi inepta esse Præsulis prędicatio: secundùm illud Ezechie. 5. Linguam tuam adhærere faciã palato tuo: quia Dominus exasperans est. Quocirca secundo dialogorum Grego. Ibi æquanimiter portandi sunt mali, vbi inuenitur aliquis qui adiuuentur boni. Vbi autem omninò fructus de bonis deest, fit aliquando de malis superuacuus. Vnde sępe agitur in anima perfectorũ, q̃ cùm laborem suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant: iuxtà illud Pauli: ecce convertimur ad gentes: quia verbi dei vos indignos fecistis. ¶ Quarta cõclusio. Quantũuis eamet ad sint ad iustè cedendum, nihilominus cessio contra autoritatem prælati fieri nõ potest: puta Papę, si episcopus vult cedere: quippe cui soli facultas suppetit, vt ait D. Thom. in illo voto dispensandi. Particialis autem sacerdos posset de licentia episcopi cedere. Sententia est eiusdem Innocẽ in vltimis verbis eiusdem capituli, vbi ait: Etsi pẽnas habeas quibus satagas insolitudinem auolare, ita tamen strictæ sunt nexibus præceptorum, vt libertam non habeas absq; nostra permissione volatum. Imò neq; ad religionem demigrare absq; Papæ facultate episcopo liberum est: vt patet ea. licet, de regula. Et ratio est, quòd sicut nemo ad ecclesiam absq; iudicio superioris assumendus est: ita neq; absq; eius arbitrio vlli licet illam destituere. Sed est demum meditanda cautio capit. quidam. suprà citati. Quòd si quis cessionem petit retrocedit, cogendus est. Consueuerant enim aliqui & consuescũt episcopatum renunciare pauperiorem, aut aliàs sibi minùs commodum, vt vberiorem possint expiscari. Et ideò cum vident suis technis frustrari, retrocedunt. Meritò ergo illi cedere cõpellendi sunt, & ab ecclesia repellendi.

Quarta conclusio.

Ratio conclusionis.

AD primum igitur argumentum respondetur. Cùm perfectio monachi sit propriæ saluti studere: Episcopi verò perfectio eò sit excellentior, quòd proximorum

Ad primum argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

salutí debeat incumbere: consequens fit vt quandiu vtilis esse possit ecclesiæ, eidem muneri debeat impensè suas nauare operas. Ob idque si tunc ad religionem commigraret, retrocedere censeretur: nempè quòd cum non ad suam tantùm, verùm & ad subditorum vtilitatem procurandam se obligaret, fuę solum vacare studeat. Vnde Innocen. ca. citato, Facilius, inquit, in dulgetur vt monachus ad prę sulatum ascendat, quàm præsul ad monachatum descendat. Attamen quando iam ecclesiæ inutilis fit, aut fortè pestifer, consilium est vt quò suæ salubrius conscientiæ consulat, in monasterium sese recipiat. ¶Ad secundum per idem fundamentum respondetur: quòd per nullum impedimentum homo curam ppriæ salutis præterire debet, quod ad religionis statum pertinet. Potest tamen à negotio alienæ salutis impediri: Et ideo monach⁹ quidem ascendere ad episcopatum potest, vbi propriæ saluti periculum non paratur. Et paritèr episcopus vbi cohibetur nè alienæ saluti absq; propriæ detrimento incumbere quiuerit, intra claustra monasterij sese conferre. Cessante autem impedimento, potest rursus ad prius institutum remeare: nisi forsan ob crimen aliquod fuerit episcopatu priuatus, & in monasterium ad peragendos pœnitentiæ fructus obtrusus. Quemadmodum illud intelligitur decretum. 7. quæstio. 2. Præcipit sancta Synodus vt quicunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam & pœnitentiæ descenderit, nequaquam ad pontificatum resurgat. ¶Ad tertium demum respondetur, quòd quemadmodum in naturalibus infirmitas efficit vt potentia maneat suo vsu orbata, vt caligans oculis. ita neque incongruum est vt episcopalis potestas propter spirituale impedimentum maneat ab vsu colligata.

Innocēt.

Ad secundū.

Ad tertium.

QVÆSTIO TERTIA, de Episcoporum residentia.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Episcopi in suis diœcesibus residere iure diuino teneantur.

TErtio loco libri præsentis quæstionem polliciti sumus hanc insignem, de residentia episcoporũ ac sacerdotum curã habentium animarum. Apparet enim diuino iure non esse indicta. Ius enim hoc, illud præcisè censetur quod in Euangelio aut loco alterutrius Testamenti, tanquàm diuinum præceptum legitur: vt est præceptum baptismi: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salu⁹ erit: aut quod inde planè colligitur. Huiusmodi autē residendi præceptio nō est huiusmodi: ergo non est sanctio diuini iuris. ¶Secundò, Soli Petro cōmissæ sunt claues regni cælorum: illique soli dictum, vt vniuersum Christi gregem pasceret: ergo illi soli commissa est summa rei huius, ac subinde pascendi modus. Admodum autem pascendi attinet residentia: atque adeò non est de iure diuino. ¶Tertiò. Timotheus Ephesinus Episcopus crebrò Pauli iussu impulsus est per alias ecclesias diuagari diutiusque proprię abesse: ergò id non est de iure diuino. ¶In contrarium autem est quòd Episcopi sunt pastores: secundùm illud Euangelicum: Pasce oues meas. pascere autem gregem officiũ personale est quod personæ præsentiam expoſcit: ergo eodem Euangelico iure tenẽtur suis ecclesijs residere.

Primum argumentum partis negatiuæ.

Secundum.

Tertium.

QVæstionem hanc temporum iniquitas celebrem fecit: nam eius affirmatio, si vel de solo pastoris nomine existimetur, adeò perspicaciter veritatem suam oculis obijcit, vt in quæstionem euocari penitùs renitatur. Quare apud antiquos, admonitã quidẽ vbilibet videre poteris, disputatã verò vix vspiam. Atcùm ecclesiastici mores de florido illo priscorum loco tam miserè deciderint, eandem veritatẽ eousque in quæstionẽ reuocarunt, vt iam non sit persuasu facilis. Atqui Caieta. loco præsenti, scilicet. 2. 2. q. 185. veluti rem cõpertam breuibus absoluit. Tẽpore autẽ Tridentini concilij peregregius frater Bartholomęus Miranda necessitudine religionis, ac ibi tunc tẽporis sanctitatis mihi cõiunctissimus, eandem quæstionem tum plurimis sacrorum testimonijs, tum etiam rationibus adstruxit: idq; ita locupletè ac disertè, quod suum ingenium est ac solertia, vt laborem alijs potuisset excusare: nisi reuerendus Catharinus Minorẽsis ad contradicendum prodijsset. Haud inquam negauit quin præsides residere teneantur: sed tamen asseuerare perstitit, humano quidem iure, hoc est

Caietanus.

Bartholomeus Miranda.

Catharinus.

est pōtificio, ad id obligari: nō autē aut naturali aut diuino. Ex quo inferre perrexit, curã illam soli Papæ incũbere: vt illos residere faciat: ipsos autē non aliter teneri q̃ ipse disposuerit. Ego verò litem cũ homine cõtestari nolo. Est enim vir, alioqui quidem religiosus, attamen acerrimi ad contradicendũ ingenij: cũ quo mihi priùs de certitudine gratiæ, & post ea in Cõmentarijs super Paulũ de prædestinatione cõtrouersia fuit. Qua de re, vt audiui, nam legi nunq̃, multis me, quæ sibi genuina sunt & natiua, scõmatum figuris respersit. Et re vera si tantùm suis assertis cõfirmandis insudaret, quantũ huiusmodi innectendis cõuitijs assolet, fœliciùs suum celebrasset nomen. Sed putat simpliciter suis dictis veluti oraculis auscultandum. Et cũ ægrè ferat q̃ omnes velint esse magistri, nil ipse veretur omniũ ppdire magister. At verò non cõstituo, quia neque theologicum neq; Christianũ est, malũ pro malo reddere. Et ægriùs fero q̃ episcop⁹ similia de aliquo euomat, q̃ q̃ de me quisquã. Eò præsertim q̃ neq; ea in me expuit mala q̃ multa opus habeant ad ferendum longanimitate. Rem ergo tantũ pro meo ingeniolo dilucidare satago: non cũ homine contendere. ¶Igitur quo lineam aliquã omnibus cõfessissimam præstituamus, vnde disputationem aspicemur, cõclusionem primã vniuersis literarum professoribus receptissimã præfigamus. Constantissimũ est ecclesiarũ Præsules, imò & animarum omnes pastores vsque ad parœcios inter suos greges residere teneri: Sed q̃d in quæstionem vertitur est de iure ad id cogẽte, sitne tantùm humanum, an verò diuinum etiam & naturale. Ecquis enim mente sanus in quæstionem compellet, vtrum ianitor cui iurã claudẽdi recludendiq; commissa est, ad ianuam assistere debeat? & cui nauis gubernatio incumbit, ad clauũ sedere? Et vtrum dux in bello, dum geritur, & miles in acie debeat existere? Quin verò non modò humanę leges hoc de episcopis in quæstionem traduci non sinũt: verùm & diuina & naturalis dementiæ nobis, certum est, adscribunt, quòd ipsum intentamus, sitenim si Deus, vt ipsi contrarij fatentur, quia differi nequeunt, episcopalem dignitatẽ, quã latè in ecclesia patet, instituit, nõne & officium ipsum pascendi instituit? Pascere autem num non naturale ius aperte clamat personalem requirere præsentiam? ergo quanuis illis largiremur electiones iure tantũ humano fieri, nunquã inde obtinerent vt Papa mutare posit quin officium pastoris sit iure diuino per se pascere, ac subinde residere.

Primum argumentum partis affirmatiuæ.

At nè dicendi impetus sine dispositionis atq; œconomiæ luce in viscera nos disputationis inferat, suppositа prima fundamentali cõclusione, quod in quæstionem accersitur est. quo iure hæc residendi obligatio innitatur. Et primus articulus est de diuino. Debet autem sicrorum tractator, vt primo de doctrina christiana autor est Augustin. documentum patris familiãs auscultans, de thesauro scripturæ, pferre, primùm noua, deinde vetera. Qua de causa peculiarem hic titulum fecimus, de diuino iure tam euangelico quã antiquo: ex quo primum petẽdum est rei præsentis fundamẽtum: & articulo proximo de naturali: ac tertio de humano. Tametsi adeò istæ iuris species sibi inuicem meritæ sint, adeoq; se vicariè elucident, vt testimonia sacra, nisi naturali statim ratione & iure explicẽtur & cõfirmẽtur, debiliora videri possint: & ideo necesse erit sę penumerò permistim ab omni iure argumenta accersere. ¶Ad horum autem perspicacem intelligentiam meminisse ex libr. 1. & 3. opus est, primùm diuidi ius in naturale & positiuum: deinde positiuum in diuinũ & humanum. Ius enim naturale est quod nos ipsa natura docuit. Ius autem positiuum quod vel ex hominum condicto, vel ex principis iussu legis habet vigorẽ. Et quia summus princeps Deus est, fit vt ius positiuum diuidatur in diuinum & humanum. Quo fit consequẽs vt minimè repugnet aliquid esse de iure naturali simul & diuino: vt patet in decalogo, quę, etiam si Deus non scripsisset, natura nos ipsa docuisset. Sed tamen quia scripto Dei expressus est, censetur etiam de iure diuino. Vnde fit vt distinguatur ius diuinum in naturale & positiuum. Vt positiuum sit quod nos Deus præter aut supra cognitionem naturæ docuit: vt sunt sacramentorum mandata. Et de hoc genere diuini iuris loquimur in hoc articulo: nempè quod in sacra pagina scriptũ est. Id quod bifariàm contingere potest: nempe aut quod expressis verbis sit scriptũ, vt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salus erit. Et. Quorum remiseritis peccat, remissa erunt: & quorum retinueritis, retenta. Aut quod ex verbis scripturę expressis planè colligitur. Et quidem quod iub hoc verborum tenore expressum sit in Euangelio vt episcopi residęat, nemo affirmat: quia nusquàm legitur. Sed tamen quòd verbis æquipollentibus eandem profesus habentibus significationem, id sit in eisdem sacris Biblijs assertum, hoc persuadere contendimus. ¶Sit ergo secunda conclusio. Obligatio. Antistitum ad residendum,

Augustinus.

Secunda cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium q; pastorum parœcialium ecclesiarum, est de iure diuino. Et cum primis, post q D. Thom. interpretes agimus, sua est conclusio præsenti quæstione, quam exponendam hic duximus, arti. 5. Vbi ex testimonio Christi quòd bonus pastor animam suam teneatur pro ouibus suis ponere, infert, ob nullum temporale periculum licere præsuli de sua ecclesia decedere. Materiam autem illius articuli, in. 4. nos huius quæstionis disputaturi sumus. An videlicet aliquæ sint causæ quæ huiusmodi decessum excusatum faciãt. Interim autem conclusio præsens affirmatiùs est demonstranda. Atqui solet quidẽ ab officio pastoris initium demonstrationis sumi: est tamen illud altiùs petendum. Episcopus nãque non est propter quem ecclesia est constituta, sed ipse potiùs est propter ecclesiam institutus. Mundum quidem Deus fecit propter hominem, nempe vt ei esset subsidium vitæ: ipse autem non propter ipsum, sed creatus est tãquàm eius dominus. Et patres familias seculares diuitijs suas domos propter suos successores amplificãt. Itaque in eiusmodi familijs nõ personæ propter domos, sed domus propter personas sunt extructæ. In rebus autem publicis diuerso modo se res habent. Regnum enim non est factum propter regem, sed rex propter regnum. Et in hoc, vt li. 1. dicebam, rex differt à tyranno, quòd ille omnibus ob publicum bonum vtitur: hic verò regno propter se abutitur. Multò id autem certius est in episcopis. Christus enim qui propter nos homines descendit de cælis, propter seipsum ecclesias fundauit & propter ipsas, tum alios pastores, tum præcipuè episcopos. Nisi q est discrimen duplex inter ciuilem & ecclesiasticã rem pub. Vnum scilicet ex parte finis ex quo in modo ministrandi alterum deriuatur. Finis nãq; proximus ciuilis rei publicæ, vt in superioribus adnotauimus, est pacificus tranquillusque eius status, etsi in supracœlestem subinde referatur. Finis autem proximus ecclesiasticæ est sempiterna felicitas, ad quam nos Christus ecclesiæ fundator p suos ministros perducere expetit, & omnimodè contendit. Alterum autẽ discrimen est, q seculares principes in modo sui regiminis effigiem habent dominorum: episcopis verò nullam præ se ferre licet, nisi ministrorum atq; omninò seruientium. Principes enim gentium, ait Matth. 20. dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem p multis. Vnde Augustinus super Isaiam homil. 7. Qui vocantur ad episcopatum, non ad principatum vocantur, sed ad seruitium totius ecclesiæ. Ecce ergo episcopalis institutionis fundamẽtum quod constitutissimum est esse de iure euangelico: nempe quòd vt seruus quidquid est, domini est, sic episcopus quidquid est, sit ecclesiæ. ¶ Hinc cõsequitur episcopalẽ dignitatem non esse institutam nisi propter officium. Est enim dignitatis pastoralis officium, pascere. Ad quam veritatem penitissimè cõmendandam nunquàm dignitas in sacra pagina nisi officij nomine designatur. Nã vt cõclusionem ab eo primum loco demonstrare ordiamur, qui est Ioan. 20. Pasce oues meas, vt pote quo episcopalis dignitas planissime declaratur, non ait Christus, Sis præsul aut episcopus. Imò nec, sis pastor: nam & pastores socordes esse possunt, & gregi indormientes. Sed pasce: hoc est doce, institue, atq; adeò guberna exemplo meo meas oues. Et vbi apostolos prædicatum dimisit non dixit: Messis quidem multa est: ij autem qui meten di docti sunt, pauci: sed operarij: nempe qui vsu potestatem exercẽt. Nil enim refert qua doctrina aut facultate prædití sint sacerdotes, ni si munere suo fungantur. Misit ergo deus nõ qui operari possent, sed qui operarentur. Similiter enim instituerat Deus Aarõ, Leui. 28. Applica enim, inquit, ad me Aaron & filios eius: Non ait vt sacerdotes mihi sint, sed vt sacerdotio fungantur mihi: & vt suprà in Paulo adnotauimus, Qui episcopatum, inquit, desiderat, bonum opus desiderat: id est si legitimum est eius desiderium, nõ ad dignitatẽ, sed ad opus referendũ est. Quare illicò subiunxit, Oportet episcopum doctorem esse: quo nomine non designatur habitus seu facultas & dignitas, sed vsus: hoc est oportet vt doceat. Vnde ad Paulinũ supra citatus Augu. & refertur. 8. q. 1. can. qui episcopatum. Exponere, inquit, voluit apostolus quid est episcopatus, quia nomen est operis non honoris. Et ad Honoratum Hierony. Qui episcopatum desiderat, opus desiderat: hoc est non dignitatem aut delicias, sed opus & laborem. ¶ Ex hoc se cundo, vt per gradus descendamus, tertiũ colligitur: nempe decimas & primitias: vt libr. 3. latè demonstrauimus & sepissimè repetimus, non esse in hoc populo imperatas vt sint bonorum præmia, eo quòd vel boni vel docti sunt. Sed in hoc potiùs vt bene ecclesijs præ

sint, vt

S. Thomas.

Augustinus.

Episcopalis dignitas non est instituta nisi propter officium.

Prima ratio cõclusionis.

Duplex discrimẽ inter ciuilẽ eccle siasticáq; rẽ publicam.

Corolla

sint, vt ait Paulus, & inseruiant. Haud em̃ me pigebit hoc inculcãtissimè repetere quod ad rem penitissimè attinet: q si hoc ecclesiasticũ seruitium Christianis nõ fuisset necessarium, nulla fuisset à Christo habita personarũ, quæ idoneæ sunt, ratio, quantũ ad decimarũ impositionẽ. Haud ergo arbitrẽtur vel nobilissimi vel doctissimi vel sanctissimi sibi vlla rõne deberi ecclesiastica stipẽdia neq; eorũ gra tuisse instituta: sed eo prorsus q ad ecclesiarũ obsequia Dominus ipsis personis opùs habet. Requisito, nè sim morosus, quæ lib. 3. q. 6. arti. 2. in huius demonstrationẽ attulimus. Etenim Num. 18. non alia de causa Deus decimas legitur instituisse, q̃ pro ministerio quo Leuitæ ac potissimũ sacerdotes tabernaculo seruiebant. Et cùm Christus apostolos dimisit vt messores esse voluit qui pro operis digni sunt mercede sua. Et Paul. 1. ad Corin. 9. omnia naturalia exẽpla ad hoc prepositũ congerit. Vt de milite qui nõ militat suis stipẽdijs: & de triturãte boue, &c. Et. 1. ad Tim. 1. Presbyteros nõ censet præmio ecclesiastico dignos quia boni sunt, sed quia bene præsunt. Et si ius cõsulas canonicũ, Innoc. 3. c. cùm secũdùm apostolũ. de prẽben. eisdẽ vsus sacris oraculis idẽ prorsus cõstituit q̃ stipẽdia ecclesiastica atq; adeò dignitates solũ propter opus cõferuntur ac tandẽ. c. fin. de rescrip. beneficiũ asseritur nõ dari nisi propter officiũ. Communia sunt hæc: sed in præsentiarũ etiã vsq; ad nauseam repetenda. ¶ Ex his ergo colligitur nostra cõclusio illatione illa quã paulò antè insinuabamus. Christus nõ alia prorsus ratione quàm propter ecclesias, hoc est propter earum obsequia atq; administrationes pastores instituit, quorum subinde officiũ propriũ esse voluit pascere: & in huius tantùm mercedem & stipendia populo imperatæ sunt decimæ: ergo quantum est ex rei natura diuinaq; institutione, ipsis per se incumbit gregem pascere. Hoc autem abisq; personali præsentia fieri nõ potest: ergo residentia est de iure diuino: nã quo quisq; iure obligatur ad finem, obligatur ad medium sine quo nequit illum cõmodè attingere. Primum antecedens nemo est qui neget, sed primam consequentiam inficiari moliuntur aduersarij. Quoniã inquiunt Papa episcopos creat: illi ergo incumbit disponere vt per se vel per alios pascere debeant. Quod autem cauillus hic nullum præ se ferat vel probabilitatis colorem, palã ex superioribus colligitur. Primũ enim iam satis cõstitutum est, creationem episcopi, licèt fiat per Põtificem, nihilominus iure diuino fieri: quippe cùm institutio Dei sit, per ipsumq; fieri iussa, perinde atque sacramentorũ administratio. Sed nè de nomine nos angat disputatio, esto Papa immediatè vt aiunt electionem faciat, nũ consequens subinde sit vt naturam ipsam quam dignitas à Deo instituta proprio significato declarat, possit Papa mutare? Vñ rogo duarum rerum cõsequentia quę tam sunt disparatæ? Nunquid dum Papa episcopum eligit & cõsecrat efficere potest vt non sit pastor, magis quàm cùm sacerdotem initiat efficere vt nõ sit sacerdos? Potest ne, inquam efficere vt functio episcopi nõ sit sacramenta ordinũ administrare, populumq; docere, ac moribus instituere: &, quod nomen eius sonat, gregi inuigilare? Quisnam hoc vel fari queat? cùm hæc omnia episcopali muneri sint diuino iure annexa: quin verò ipsissima eodẽ iure sint dignitatis substantia. Profectò si Dei institutio eandem vim habeat quam natura per ipsum instituta, planè sit vt sicuti qui morum serit efficere non potest vt prunus inde aut alia arbor germinetur, q̃ morus: ita neq; qui episcopum facit efficere potest vt eius natura diuinitus instituta non sit per se pascere. Haud enim modò disputamus an vlla de causa efficere iustè possit vt ipse per se non pascat, sed p alium. De hoc enim alia nos disputatio manet. Sed rei tantum naturam cõstituimus: docentes vt quẽadmodum qui scãnum fabricat aut arcam, efficere nõ potest quin figurã habeat scãni aut arcæ: aut qui facit calceum, efficere non potest quin rem factat formã habentem pedistita qui facit episcopũ, quæ res diuinitùs instituta est, efficere non potest qn eodem iure quo est, instituta officiũ habeat, atque adeo obligationem per seipsum pascendi ac subinde residendi: quidquid posteà forsinecùs accidere possit. ¶ Etenim ne nobis pastoris homonymia & æquiuocatio negotiũ amodò facessat, intelligere episcopus debet pastorem esse secundũ propriã nominis notionem, & non secundũ illam abusiuã qua gregum domini pastores dicuntur. Solent enim & pastores nuncupari, pecudum, armentorũ q̃ domini, eo q̃ sua substantia & peculium pecorarium sit: quẽadmodũ rogati filij Iacob à Pharaone quid haberent operis responderunt, Pastores sumus: puta hæc est nostra diuitiarum possessio. Et isti per se nullam exercent ouilis curã, nisi per suos famulos: sed dũtaxat vellere, caseo, foeturaq; fruentes, delicatè ac molliter vitam degunt. Episcopi autem non sunt sic instituti pastores gregis Christi, sed prorsus velut ministri, qui gregum vigilias

Illustrat am pl uscõclus.

Eps pastor est secundũ propriã nois notionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perferre tenẽtur,& per prata scripturæ sacræ gregem deducere,eiusq; fontibus potare,atque oleo scabiẽ inungere,eisq; lupum cauere, & quidquid vllo pacto nocere poterit. ¶Neque enim est quod huic sanctæ veritati quis obmoliatur,soli Petro dictum esse, pasce: in hoc eñ verbo aliquid est singulare Petro dictum,aliud verò cunctis præsulibus generale. Singulare inquã vt tanquã vniuersalis pastor suo gradu & ordine vniuersum gregem pasceret:non quidem vniuersis assistendo eccle sijs,sed suis cõstitutionibus & fidei ac morum sententijs vniuersos illustrando & instituẽdo: dignosq; adeo ministros euicũq; ecclesiæ adscribendo. Generaliter autem explicata est episcopalis functio,quæ in apostolis & in ipso per ipsissimũ Christum ecclesiæ institutionem cõstituta est: vt scilicet cũ primum vnusquisq; crearetur,iussum ab eodẽ Christo putaret vt similiter suũ peculiarẽ gregem pasceret. Ait quippe Augu. ca. 13. in libr. de pasto. ob id Petro singulariter Christũ id quod omnibus erat cõmune,iussisse,vt vnitatẽ commendaret. Multi enim erant, inquit, apostoli, & vni dicitur: Pasce oues meas. Hactenus ille. Ac si dixisset: In vno cunctis potestatẽ dedit. In vno cunctis generalẽ regendi formam expressit,atq; adeo in vno cunctis idem iussit. Et Ambros. in Pastora. Nobis,inquit, in verbis diuinis credita est dispẽsatio, gregẽq; Christi alendũ suscepimus. In verbis inquit diuinis: Alludens ad illa Petro dicta. Et infrà: Repetitũ est à Domino tertio, Pasce oues meas. Quas oues & quem gregẽ non solũ tunc beatus suscepit Petrus,sed nobiscum illa suscepit: & cum illo nos suscepimus omnes. Iussit Dominus Petro pascere oues,per quẽ ad reliquos omnes potestas & auctoritas pascẽdi manat à Deo. Hæc ille. ¶Ex his ergo fit consequens,peruersam esse,calumnioſamq; interpretationem,vt vox illa cõsecratoris, Vade prædica populo tibi cõmisso: perinde intelligaẽ, ac si solius sit Papæ. Est enim illius tanquã organi Dei,atq; adeo expressio & quasi repetitio verbi ipsius Christi, Pasce oues meas. Quòd planè alludit Paul. Actuũ. 20. dicẽs, Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, &c. Haud enim ad nerfariorum glossa vilius est pretij, qua scilicet aiunt præterea tantum dixisse, Spiritus sanctus posuit, q ecclesia etiam quo ad ius positiuum eius nutu gubernatur. Nã. 1. ad Corin. 7. distinguit inter ea quæ Deus præcepit & quæ ipse: & hic propriam actionẽ & iussum Dei designat. Nõ enim ait se illos posuisse, sed Deum. ¶At verò quò res etiã num patentior fiat,explicare paulò amplius opus est spiritualis pastoris officiũ. Dictum enim iam suprà reliquimus esse spirituales ouium vitæ impensissimã curam gerere. Quæ quidem cura tripertita est: videlicet vt episcopus sacramentis plebem in vita spirituali generet & nutriat atque adeò prædicatione foueat & prudẽtia gubernet. Quæ sub alijs nominibus sanctus Thom. expressit, puta instituere, defendere, & gubernare. Nomine autẽ sacramentorum etiam sacramentalia quædã intelligũtur, quę quidem cano. quauis, distinct. 68. Leo Papa recenset. Incumbit enim eis presbyterorũ pe diaconorũ cæterorũq; ministrorũ altaris, & virginum consecratio. Mox constitutio altaris, & benedictio & vnctio, atq; adeò omniũ vasorum indumentorũq; ad idem altare pertinentium, ac denique baptizatos chrismate cõfirmare. Omnium autẽ maxime proprium eius munus est prædicare: hoc est nõ de suggesto modò, sed peculiariter etiam sacra oracula interpretari, & de ambiguitatibus respõsa dare. Vnde super illud Paul. ad Ephes. 4. alios pastores & doctores: adnotauit Hieronymus consulto nõ dixisse alios pastores atque alios doctores, sicut dixerat alios apostolos & alios prophetas: sed alios pastores & doctores scilicet q idem est in ecclesia pastor, qui & doctor. Idemq; Augu. in epis. 58. Paulino scisitanti quo pastores à doctoribus differrẽt, respondet: videlicet nullo differre discrimine: quod eodẽ apostolico verbo confirmat. ¶Tertium demũ eiusdem muneris mẽbrum est gubernatio, quibus nõ infirmè adiungitur pauperum, viduarum ac pupillorũ cura. Hæc autẽ expressiùs, tum Gregorius li. prio. Pastor. tum etiã alij sancti patres per Ezechie. propheta explicari autumant ca. 34. vbi ait Dominus: Filij hominis propheta de pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Nõne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, lanis operiebamini. His enim ducibus cuncta designantur quæ ad victũ vestitũque spectant. Quæ quidem ad sustentationẽ episcopis populus suppeditat. Sed ad designandam eorum luxuriẽ subditur: Quod crassum est occidebatis: vbi summa iniquitas pastoris insinuatur. Cum enim officium eius sit gregẽ doctrinæ ac morum pinguedine sãginare & pinguescere: eius potiùs substantia ipsi curant pinguescere. Et gregem meum non pascebatis. Quid autem sit pascere, explicare, prosequitur, dicens: Quod infirmum est, non consolidastis: quod ægrotum, non sanastis: quod cõfractum, nõ alligastis, quod abiectũ est, nõ reduxistis, & qd perierat, nõ quæsistis. ¶Hic autẽ primũ omniũ animaduertendũ est, oracula antiquæ legis nõ eandẽ prorsus energiã ad rem præsentẽ habere quã testimonia nouæ. Etenim sacerdotiũ nostrũ lõgè ab illo differentius ac perinde sublimius existit q quo illi fungebãtur. Nã cũ illorũ sacramẽta nullã cõferrent gracificantẽ gratiã (nil de illa loquimur quæ sub ligno circũcisionis cõferebatur) nec; clanũ illi potestatẽ habebant ad remittenda peccata, neq; subinde curã, vt nostri sacerdotes, gerebant animarũ: quę potissimum est fundamentũ vt nostri prælati relidere teneantur. Petuntur autẽ inde ad propositũ argumenta. Tum ratione figuræ, in qua, vt ait Paul. omnia cõtingebant illis: nẽpe q illud sacerdotium præsagium erat nostri. Tum etiam per modũ exemplũ: nã frillis tanto vitio tribuebatur quod curã nõ gererent gregis, & in excubijs tẽpli perpetuò essẽ cogebãtur. Iusũ enim legitur Num. 18. Aaron filijsq; eius ac Leuitis: Excubate in custodia sanctuarij: multò efficacius cõuincitur pastores nostros animarũ custodes, debere semper præsentes gregi prospicere. Quãuis, vt ad præsentẽ locum Ezechi. reuertamur, nõ solũ sacerdotes illic, pastorum nomine, denotãtur, sed omnes iudices & gubernatores populi. Tametsi iam tunc temporis, gubernationis sceptrum penes sacerdotes esset. ¶Affabre ergo prophetã illa quinaria oratione pastoris munus delineat, quantum ad ea saltem quæ in gregẽ medenda sunt. Quinque enim incommodis Christianus grex periclitari cõsueuit. Primũ est in fide quæ totius Christianæ vitæ fundamentũ est: nam sine fide impossibile est Deo placere. Primum autem detrimẽtum fidei est, languor & imbecillitas: quãdo scilicet homo propter magnitudinem credendorum nutabundus vacillat. Quare Paulus ad Roma. 4. laudi tribuit Abrahæ qñòd non fuit infirmatus in fide. Et ad Roma. 14. Infirmum in fide assumite, (id est) nè cadat sustentate. Hæc ergo Antistitis, qui doctor est fidei, prima functio est: nempe vt fidei scrupulos mentibus gregis eximat, dubia scilicet explicando: ac subinde animos affirmando & consolidando vt intellectum, quem adiundum ait Paulus, captiuet in obsequium fidei. Aegritudo autem ad mores attinet, cuim quis corruptis affectibus infestus est. Etenim, vt intellectus scrupulis fidei infirmatur, sic & appetitus, affectuum tumultu ægrotat. Quare sicut illud doctrinæ luce est consolidandum, ita & hoc

Solut. tacitę obiectionis.

Gregoriꝰ.

Prior locus veteris instrumẽti pro hoc conclusione

salutaribus monitis sanandum. Confractio verò iam ad discordiam inter fratres attinet: videlicet cum populus aut varijs opinionibus, aut litibus & iurgijs inter se dissidet. Tunc enim ligamine pacis atque vnitatis conseruandus est: amicitia que conglutinandus. Ex his enim fracturis, nisi in tempore colligantur, hæreses solent intumescere, Quod re vera vecordia & inertia præsulum, ac potissimum absentia à suis ecclesijs creberrimè accidere, præsentia tempora docuẽto nobis sunt. Quocircà id quod subditur, abiectum, ad manifestariã hæresim & apostasiam refertur. Dissensio enim populi seminarium est hæresum: per quas ab ecclesia exitur, & vsq; ad huius etiã medicamina prælati curã protẽditur: vt saltẽ vna atq; altera monitione, vt docet Paulus, enitendũ ei sit abiectos in ecclesiã reducere. Cõcludit demũ, Et qd perierat nõ quæsistis: exẽplo illius qui de cœlo quę situm venerat quod perierat. Perit autem homo per quodcunq; mortale delictũ: insigniter verò per obstinationẽ. Sed neq; de illo prorsum desperandũ est, quin omnis adeatur quærendi ipsum via. Atqui effectus porrò isti, gratiæ Dei eiusq; singulari fauori referuntur accepti. Attamẽ quia ipsi eiusmodi gratiã ministerio sacerdotũ nobis suppeditat, sit vt propter eorũ negligentiam vsu veniat vt populus eãdẽ gratia priuetur. Id quod protinùs ibidem Deus apertè admonet, dicens, Et dispersæ sunt oues meæ eò quod nõ esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarũ agri: hoc est ab omnibus vitijs pessundatę sunt: omniq; errore conculcatæ. Qua de causa statim comminatur pastoribus: Requiram gregem de manibus eorum. Hac eãdem enim ratione ait ad Hebræos vltimo Paulus, præpositos sic debere super gregem inuigilare, quasi rationẽ pro eius animabus sint reddituri. Porrò ergo nisi hæc episcopi munera & officia tam essent obliuione sepulta, nemo esset arbitror, qui vel hæsitare posset, tenerentur ne iure diuino episcopi per se illa præstare, ac perinde in suis diœcesibus residere. Etenim non solùm publica concione, si suum bene nosscunt institutum, hæc perficere debent, verùm priuatis visitationibus, exhortationibus, recreationibus, consilijsq; adeo & consolationibus. Imò non verbo tantùm, verum & exemplo, ac denique re ipsa iuuando: nempe egentium causas negotio etiam tuendo, & eleemosynis adiuuando. Ecce sacerdotis officium qua parte debet nocumenta gregi cauere. ¶At verò qua parte

Paſtores ecclesiæ Iun monũt.

Pastor ecclesiæ vnius ius supra suos politos. Ide ius iuris

Sacerdotes iuris pro ecclesia

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum ad perfectū promouere tenetur, altiùs eius prominet functio. Hac quippe ratione appellat eos in suis antecessoribus Christus lucem mundi. Vide quāta largitate sua ipsius nomina illis impartitur: vt si in officio nō per stiterint, eos peiùs in die iudicij pudefaciat.

Pastores ecclesiæ lux mundi.

Pius papa.

Quin verò, vt suprà diximus, Pius Papa, can. oues. 6. q. 1. veluti oculos Deum illos instituisse ait, siue per quos Deus ipse gregi suo prouidet, siue per quos populus quę diuina sunt suspicit. Appellat etiā illos ciuitatē supra montem positā: quia nō solùm doctrinæ lumine de candelabro lucere debent, verùm prominēti vitæ exemplo in cōspectu populi: & veluti sal terræ mores cōdire. Perpende an eiusmodi officia absentes exhibere, vt decet, valeant. Quin age vt cuncta complectamur, episcopi in ea perfectionis sublimitate esse debent, vt perfectionem nō discant, sed quēadmodū in sua cōsecratione admonētur, omninò doceāt. Quid demum perfectionē doceant? ceu Christi ministri ecclesiā suam sic expurgent, sic, p moueant, sic itaq; exornēt, vt sine macula, vt Christi sponsam decet, Deo patri offerant. Ec ce primū locum euangelicū. Pasce oues meas,

Pastor ecclesiæ ciuitas supra mōtem posita. Idē sal terræ

Secūdus locus pro conclusio.

¶ Secūdus locus ex quo veritas præsentis cōclusionis elicitur, extat Ioan. 10. vbi Christus naturā boni pastoris sub hac verborū exaggeratione cōmendat: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animā suam dat pro ouib⁹ suis: mercenarius autē fugit. Intelligere autem ne queo qua vllus fronte deludere hunc possit locum, dicens nō intelligendū esse generaliter de pastorū vniuersitate: quippe q Christus de seipsō particulariter, vt aiunt, id asseruit.

Refellit quorūdam interpretatio.

Haud enim opūs est sanctos huc interpretes cōpellare, qui hunc sensum recutiant. Præstat nāq; semper scripturā sacram, vbi id fieri possit, ex suis ipsius verbis elucidare. Perpēde ergo verborū contextū: Ego sum pastor bon⁹. ecce assertionem. Haud verò satis duxit simpliciter id asserere, sed demonstrare perrexit. Quomodo autē demonstrauit? Quia bon⁹ pastor animā suam pro ouibus suis dat. Hoc ergo nō de se peculiariter & propriè asseruit: aliàs id quod dixerat per idem ipsum probasset: nempè, ego sum pastor bonus, quia ego ipse pastor bonus animā pro ouibus meis pono. Per illam ergo probatoriā propositionē naturā ingeniūq; & substantiā boni pastoris definitione patefecit: nempè vt sic colligeret: Ille prorsus qui animā suam dat pro ouibus suis, bonus est pastor: ego autem animā meā hoc est vitam do pro ouibus meis: ergo ego sum bonus pastor. Generalem ergo regulam præfixit per quā bonus pastor ab ijs qui nō sunt boni, discernendi sunt. Vnde Gregori. in homila: Eius, inquit, bonitatis formam quam nos imitemur adiunxit: dicens, Bonus pastor animā suā pro ouibus suis ponit. Fecit quod monuit: ostendit quod iussit, &c. Et Augustinus de verbis Domini, sermo. 5. pastor bonus, Christus. Quid Petrus? nonne bonus pastor? nam & animam suam pro ouibus suis posuit: Quid Paulus? quid cæteri Apostoli? &c. Itaq; si attentè verba respicias, non tantū Christus exēplum se se perhibere oculis nostris voluit quod imitaremur, secūdum illud Ioā. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniā ille pro omnibus animā suam posuit: & nos debemus pro fratribus nostris ponere. Et sicut ait ad Honora. August. q instante persecutione episcopus non potest fugere: quia exemplo Domini tenetur bonus pastor animam pone re pro ouibus suis. Hæc cū quodāmodò possent aduersarij cauillari, dicentes q licèt Christus de se peculiariter id diceret, posuit nihilo minùs de se imitandum exēplum. Sed iusu per affirmauus posuisse regulā & definitionē, per quā se probauit esse bonum pastorem quāq; adeò licèt ipse per impossibile non seruasset, tenerentur vniuersi præsules iure diuino & naturali seruare. ¶ Agedū idem ex subiunctis verbis corroborem⁹. Subdit cēm: Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupū venientē & dimittit oues & fugit. Quomodò rogo illic vsurpauit mercenarij nomen? vtrùm peculiariter pro aliquo? Re verā non nisi generaliter: ergo eodē modo acceperat vocē boni pastoris. Aliàs non è regione apponeret illi mercenariū. Vtriusq; ergo naturā amborū oppositione explicuit. Nisi admittere absurdè malis q naturā explicuerit mali pastoris: nō autē boni. Neq; contētus fuit id simpliciter enuntiare, sed natiuam subiungit causam: Mercenarius, enim, inquit, fugit: quia mercenarius est, cuius non sunt oues propriæ: & ideo ad eum de ouibus non pertinet: quia non sunt, inquit, eius propriæ: vt pote q cū ei non sint à Christo cōmendatæ, fit vt eas non diligat, nimirū ea dilectione qua ex Petro requisiuit an se præ cæteris diligeret. ¶ Sed & vrgentissimum præterea argumentum quòd hoc Dominus ac Redemptor noster non de se tā tùm propriè, verùm tanquàm cūctis qui legitimi sunt episcopi necessarium enuntiauerit, est, quod ex hoc loco Sancti omnes & Doctores colligunt (vt articulo. 4. videbimus) teneri episcopum dum necessitas gregi suo ingruerit

Augustinus

Roberatur amplius proxima ratio.

gruerit, vltam exponere antequàm inde recedat. Quam quidem veritatem cùm ipsi aduersarij negare profectò non auderent, inde deberent colligere residentiam esse de iure diuino: idéque adeò ex hoc loco inferri, aliàs ecclesia non cum tanto periculo eos residere constringeret. At de hoc illic prefsiùs. ¶ Hic ergo pedem sistere cuperem, si pro rei dignitate mihi facultas ad persuadendam suppeteret, rogareq́ne colendissimos episcopos, expenderent, vtrùm potuerit Christus significantiùs rem aperire, vehementiusque ipsos nè mercenarijs suos greges cōfidere nè dehortari. Quo modo enim diligere animas vsq; ad sanguinis effusionem possunt, quas vt proprias non habent? & nisi ita charas in Domino habeāt, quomodò possunt eis legitimè prospicere? Abundè se nāque mercenarij fecisse arbitrantur, quando pro ratione stipendij quod recipiunt audiēdis litibus horas aliquot insumūt. ¶ Prosequitur autem Christus eandem boni pastoris naturam etiamnum patefacere. Ego, inquit, sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Haud ergo locus iam vllus sit reliquus deflectendi, vt quis dicat de se propriè Christum loqui. Imò eandem demonstrationē insinuat: nempe ob id quòd ingenium, fides, & cura boni pastoris sit, vt mutuò se de facie & voce ipse & oues cognoscant: se, in quē hæc competunt, bonum esse pastorē. vbi Theophylactus: Hoc loco, inquit, agnosco differentiā pastoris & mercenarij. Nam mercenarius quidē nescit oues: quod cōtingit, quia nō sæpe illas inuisit, &c. Qui enim per dilectionem non sibi ecclesiā desponsauit, non potest eius cōspectu & familiaritate magnoperē se oblectari. Præterquā q neq; officium pastoris gregi præstabit, nisi cuiusq; ouis faciem & balatū nouerit, vt non per relationem aut per alium, sed de vultu, gestu, & voce animi morbū deprehendat. Neq; verò grex eum vicissim satis diligere, eiusque tum exemplū imitari, tum & auscultare mandatis valet, nisi de vultu & sermone eū agnoscat. Quocirca hoc quod isti dicunt Christū de se propriè affirmare, q̄ sit falsum inde constat, q fortasse ad illud prouerbiū Salomonis alluserit quod ipse tum propter priscos pastores, tum in nostrorū figurā illius ore iampridem protulerat. Ait enim ille Prouerb. 27. Diligenter cognosce vultū pecoris tui, tuosque greges cōsidera nō enim habebis iugiter potestatem: sed corona tribuet tibi in generatione & generationē. Vbi Hebraicè habet, Cognoscendo cognosces seu cuiderer agnosce facie pecoris tui &, vt dicitur, facie ad faciē, & pone cor tuū ad greges. Vbi nō adeò ad rem accōmodè quidā cōminiscūtur, verbo illo apponе, alludionē fieri ad illud Christi, Bon⁹ pastor animā suam ponet. Nā preterq̄ q verbū euangelicū non significat nisi, dat, manifesta est rerū discrepantia: nā verbū Salom. ad interna cura & solicitudinē quā pastor habere debet erga gregē, refertur: vt scilicet eor impēsissimè habeat ad singulariū ouiū necessitatē attētū. Vox autē Christi ad testimoniū amoris: vt scilicet si opus fuerit mortē eius gratia oppetat. Nā si cura bruti gregis illā mutuam agnitionē exposcit, quāto magis studiū qd erga Christianā familiā impendendū est: sanè eū quot sunt subditi, tot sint & morborū genera. Alius em̄ consolatione indiget, alius cō silio, alius reprehēsione, alius dentq; alio electosynæ subsidio. Quare protinus in initio e- Cōfirmatio.
iusdē ca. Ioā. vbi se Christus ostium esse ouiū dicere adornabat. Qui nō, inquit, intrat per ostiū, sed aliundē, fur est & latro: qui autē intrat per ostiū, pastor est ouiū. Hulē ostiarius aperit, & oues vocē eius audiūt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas: & cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illū sequuntur, quia sciūt vocē eius. Vide quomodo lex boni pastoris non tantū in hoc cō sistat q quis ad dignitatē secundū Christi leges accedat, verùm & q eius exemplo eandē administret. Nēpē cognoscēdo oues singulas de nomine, easq; exēplo vitę antecedēdo, quā ipsę sequātur. Id quod absentes quòmā pacto præstare perficereq; possint, ipsi viderint. Vnde sequitur: Alieqn autē non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocē alienorū. Vbi alieni appellatione nō solū eos qui non legitimè ingressi sunt censet, imò & qui illegitimè rē administrāt: scilicet tā mercenarios, q̄ eos qui illa quæ præmiserat nō seruāt. Et quidē Apostoli nō cognouerunt quid loqueretur eis, scilicet mysteriū fidei ipsius: per quā solā ingressuri erant quotquot veris pastoribus essent potituri: quia nō est aliud nomen sub sole in quo possint homines salui fieri. Nobis aūt qui illud iā certò per eandem fidē cognoscimus, aliud restat cōstantissima fide tenere: nempe quòd qui ab ipso instituti sunt pastores, eius instar necesse habent munere suo perfungi. Vnde Damasus Papa in aurea sua epist. 4. vbi de depellendis chorepiscopis locupletè disseruit, hoc Christi testimonio vehementer inuehit in episcopos qui alienis suas plebes educandas concredunt: cū Christus bonum pastorem asserat vitā pro ouili

Damasus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ouili suo ponere: mercenarium autē ingruente lupo oues destituere. Sed de hac epistola statim artic. proximo. ¶ Habēt ergo aduersarij & contrà sic arguant: Quidquid homo p suos administros facit, per seipsum censetur efficere: ergo cùm episcopus vicarium ecclesiæ suæ deleget, residere non tenetur, sed pro sua satisfacit obligatione. Videant autē huiusmodi argumentatores quanta eos responsa persequātur. Primū omniū, vt suprà dixim⁹, hic nō disputamus an causa possit aliqua intercedere propter quā dispensari cū episcopo absenti queat: de quo art. 4. repetēdus est sermo: sed rei naturā constituimus, & ea quæ diuina lege episcopo iussa sunt. In primis ergo si factum spectemus, absentes episcopi nō sibi vicarium ad omnia sua munera substituūt, sed cum tantū qui ad lites audiendas sedeat: quod re vera nō est præcipuum. Et præterea visitatorem quū diœcesim circūuolet: cùm neque ista in ipsorum absentia fieri possint cōmodè, neq; alia vllo modo, ad quæ præcipuè tenentur. Potissima enim pars spiritualis pastoralis, vt in concilio Cartha. 4. dicet, breuioribus verbis admonetur: nēpe cui etiā animarum longè maior cura incumbit, q̄ tēporaliū, in hoc posita est, vt lites quæ sine iudiciorum strepitu definiri possunt, cōponere satagat, paceq; & extinguere procuret, vt tempus secundum Christi mādatū redimat, quod oues in Christianis exercitijs collocent. Quod quidem nemo sine episcopi authoritate & grauitate & amore quo gregem prosequi tenetur, atq; adeò sine eius p̄sentia perficere valet. Item neq; visitationes, longissima experientia testatur per aliū quàm per ipsum fieri cautè posse. Haud eñ criminibus sola pecunia rum mulcta aut excōmunicatione medendū est, sed profectò verbo, nunc placido, nunc acerbo, ac alijs deniq; adhibitis remedijs, quorum visitatores, quia mercenarij sunt, nulla tā git cura. Adde quòd eleemosynæ quæ inter episcopales operas tam altum locum tenent, Oportet enim episcopum, vt ait Paul. esse hospitalem, nisi per præsentes Antistites fierine queunt cōmodè. Conspectus nāque pauperis, egenorūq; clamor viscera cōmouens, vel eleemosynam exprimit, vel aliam saltem consolationem qua suam possit miseriam leuare. Huc enim illa spectant quæ modo circa verbum Christi tractabamus: nimirum quanti referat vultum pecoris visu agnoscere, & vocē auditu. Sed als, quid si episcopus hæc omnia atq; alia per alium rectè dispenset? Accidere enim potest vt alij efficaciores sint prædicatores ipso⁹ episcopo: atque alij ad alia munera doctiores & aptiores: quos cùm sufficerit, nunus suum expleuit vt absens ecclesiæ suæ viuere possit. Huius autem vna rēspōsio est, esse impossibile. Altera præcipuè notanda quòd episcopi vicarij non sunt perinde cōstituti ac si sint futuri præsules, sed quasi præsulum adiutores. Et ideo non per hoc excusatur eorum residentia. Debēt enim vicarij esse sicut membra in corpore, ipse verò sicut anima. Christus eñ non eos vt operariorum cōstitutores, sed vt operarios misit. Et Paulus nō ait oportere episcopū esse doctoris substitutorem, sed esse doctorem: & 2. ad Timo. 2. Solicitè, inquit, cura teipsum probabilē exhibere Deo, operarium inconfusibilē, & rectè tractantē verba veritatis. Vbi confusione eum Antistitem aspergit, qui operarius nō est. Et alibi admonet vt qui nō operatur, nec manducet. In summa, non vident isti qui munus episcoporū, in hoc collocāt, vt bonos sibi habeāt subrogatos ministros: quemadmodū leges vniuersas electionis episcoporū & pastorū de medio tollāt. Quid eñ opus est tātam solicitudinē & vigilantiā adhibere ad dignior em eligendū, quantā iura omnia clamāt, si satis episcopo est alios ecclesiæ suæ ministros delegare? Ergo si iura illa certa ratiōe cōstituta sunt, planè colligitur personalē industriam in episcopo eligi, atq; adeò per se residendo teneri munia sua explere. Quare non est cur nobis Valeriū obijciant qui Augustinū sibi substituit. Id eñ fecit ingraueſcente iā ætate quādo vires sibi non suppetebant. Imò nec tunc credendus est sic cessasse, quin id quod posset efficeret. Imò hinc sumitur argumentum q̄ sit necessaria præsentia personæ. Hac enim de causa Petrus Apostolus vt Theodorētus refert in lib. de. 70. discipulis: & antiquissimus Epiphanius to. 2. c. 26. nēpe quia illi ne cesse erat tanq̄ Apostolus per alias ecclesias diuagari, substituit sibi episcopū Romanum: nō qui esset Papa, sed qui sibi esset auxiliaris vicarius. ¶ Ad eorū ergo argumentationē respondetur quòd etsi vnicuiq; liberum sit de suis proprijs bonis, vt libuerit, per famulum disponere, in quo casu quod quis per alium facit, ipse facere censetur: in publicis tamen administrationibus longè res secus habent. Publici enim magistratus, atque illi potissimum quibus ob personalem functionem iusta stipendia decreta sunt, non ad iustum per vicarios administrantur. Ecquis enim in consulem, aut prætorem, aut ducem creatur, vt per alium rem administret? imò verò in rebus

Obiectio aduersariorum

Solutio.

Visitationes non possunt cāstè fieri p aliū quā p ipsum epm.

Obiectio altera.

Prima rēspōsio.

Secunda.

Paulus.

Ad argumentum factum.

bus priuatis quis œconomum, pincernam, imò vel coquū, vel qd rei magis arridet, nauclerum vel certè aurigam conduxit, qui non munus eiusdem personæ requirat? Quòd si magistratus alij hanc habent residendi naturam, quis nō videat episcopatū, qui animabus prospiciendis, quas Deus & ad suum ipsius cōfortium condidit, & proprio vitæ dispendio redemit, primū huius legis obtinere locum? Vnde Paulus. 2. ad Corinth. 9. Væ mihi si nō euangelizauero: necessitas mihi incumbit.

¶ Sed vide quomodo aduersarij cauere hanc plagā contendunt. Aiunt enim apostolis per seipsos necessarium fuisse prædicare: quoniā in ipsis personalis industria electa fuit. Episcopi autem non illis successerunt in apostolatu sed in episcopatu. At verò, vt fateamur vrgētiorem fuisse in apostolis prædicandi obligationem propter reuelatam eis doctrinam, tamen quis neget in episcopis personalem etiā industriam, quatenus in episcopatu ipsis succesſerunt, eligi? Sed neque aliud istorum commentum illis admittendum est, nempe quòd apostoli iussi sunt solis infidelibus prædicare episcopi verò solis subditis: imò Paulus sæpe prædicauit cōuersis, quòd certè ad eorū confirmationem facere debebat. Nec episcopo dicitur, vt aiunt, vade prædica populo dei: sed populo tibi cōmisso: cui non repugnat quin aliquando possit & debeat infidelibus prædicare. ¶ Alius verò cauillus istorum est, quòd etsi Papæ dictum sit, Pasce oues meas, nō tamen inde colligitur quòd residere teneatur in omnibus ecclesijs: atque adeò neque de singulis colligitur quod teneantur in suis residere. Quòd autem cauillatio hæc peiori sit nomine digna, quis nō planè videat? Iussus eñ est Papa per seipsum pascere, atque adeò in sua ecclesia, quæ Romana destinata est, residere: vel vbi expedire visum esset. Decet autē propter confluxum orbis illuc nē per alias diuagetur, sed suos singulis vt Deus ei iusſit, episcopos cōsignet: qui eodem diuino iure teneātur in suis diœcesibus residere. Vnde Paulus ad Thessa. 5. Rogamus, inquit, vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos vt habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus illorum. Non ergo propter dignitatem, sed propter opus quod residentes personaliter exercent. ¶ Alia deniq; eorū argutia non est rēsponso digna. Arguunt eñ quòd cū Papa possit episcopum à sua diœcesi dimouere atq; alteri adscribere, sit vt despōsatio episcopi cum hac ecclesia nō sit de iure diuino, atq; adeò nec residentia. Iā enim suprà ostensa est infirmitas consequentiæ: nempe q̄ licet Papa possit episcopos summutare, nō tamen eorū naturam & functiones quæ iure diuino annexæ sunt dignitati. ¶ Sed rogas nonne multa episcopus potest per ministros dispēsare? Apparet enim posse: vt ordines conferre, & confirmare: benedicere tēpla, & ornamenta &c. Item pmulta sunt episcopalia officia quę nō nisi statis temporibus eademq; raro fiunt: vt chrisma conficere, & sacris initiare: quæ ideo iugem residentiā non exigunt. Rēspōdetur inter episcopalia munera gradus esse dignoscēdos. Quædā enim sunt quæ licēt nō ita decenter fiant, tñ non vsq; adeò absurdū est per substitutos illa exercere. Vt sunt chrismatis cōfectio, & templorū ornamentorūq; cōsecratio. Est inquā in his, dum per titulares episcopos fiūt, indecōrū quiddam q̄ non tāta grauitate, vt decet, celebrātur, Præterq̄ quòd ansa inde porrigitur titularibus episcopis introducendis. Verū tamen nō ista sunt munera quæ vrgentissimè residentiā episcopi requirunt: sed alia suprà cōmemorata quæ assiduā præsentiā, sedulamq; diligentiā exposcūt. Imò verò, vt iam diximus, propterea episcopi obligationis residendi obliti sunt, q̄ non putāt alia sibi incūbere onera, q̄ lites audire, & semel in anno ordines conferre. Si enim se ignorantiū lucē, delinquentiū regulā, afflictorū suffugiū, egentiūq; subsidiū ac præsidiū (vt verè sunt) esse cognoscerent, nō grandi opūs esset negotio, vt ius residendi psuasissimū haberēt. Multa alia hic missa facimus scripturarū testimonia: minimirū satis rati ea quę prætipui sunt momenti attulisse. Multasq; aduersariorū argutias silētio prætermittimus: ad quas vtiq; molestius esset respōdere, q̄ vtile. ¶ Quod autem de episcopo assertū curauimus, de cūctis etiā parœcialibus pastoribus subinde est intelligēdum. Sanè cùm & allata testimonia idem sibi velint: licet multò efficaciùs episcopos vrgeāt. ¶ In apice autē istorum quæ dicta sunt, hoc licet per seipsum euidentissimū sit, nō erit admonitu supervacanū: nempe q̄ residēdi obligatio sic præceptū est, vt non sit præcepti finis. Videas enim præsules in suis quidē ecclesijs residentes: sed tñ adeò oscitanter & segniter in administratione verbi, in gubernatione, in afflictorū consolatione, & pauperū subsidio sese gerentes, vt nihil referat absentes nē sint an præsentes. Residentia eñ propter hęc necessaria est, quæ si non fiant superuacanea, imò quandoq; causā vt episcopus maiori opprobrio & vilipendio à sua plebe habeatur.

Scrupulus.

Solutio.

Etiam pastores parœcię residere tenentur.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primum argumẽtum.

AD primum igitur argumentũ respõ detur,verba illa formalia quod episcopi residere teneantur, nullã fuisse necessitatem,vt in Euangelio exprimerẽtur. Sane cũ euidentissimè ex ipsa episcopali functione diuinitus instituta colligantur: quod etiam secundum aduersarios satis est vt eadẽ residentia sit de iure diuino. Nam vbi Christus ceu operarios misertit prædicatũ apostolos atq; alios.72. discipulos quibus episcopi & parœciales sacerdotes successerunt: & vbi iubet in Petro cunctis episcopis vt gregẽ pascant:& vbi docet bonum pastorem esse qui nominatim cognoscit oues:& vbi ait Paulus episcopum esse doctorem & hospitalẽ:& vbi admonet Timoth.vt seipsum operarium in cõfusibilem,verbum veritatis rectè tractantẽ exhibeat:& vbi admonet præsules vt vniuerso gregi attẽdant in quo eos spiritus sanctus posuit episcopos ad regendum ecclesiam dei: atque in id genus alijs locis vsqueadeò luce clarius residentiam pastorum præcepit: vt fatuum sit expressiora verba requirere. ¶Ad

Ad secundũ argumentũ.

secundum iam satis responsum est, quòd etsi summã ecclesiæ iurisdictionem Petro eiusq; successoribus singulariter cõmiserit, vbi ait, Pasce oues meas:atq; adeò facultatem eligendi pastores:modum tamen pascendi non reliquit suo arbitrio vt eũ mutare posset. Haud enim in arbitrio est Papæ facere vt episcopus non sit doctor,nõ sit hospitalis,nõ sit vigilator super gregem,quibus muneribus intimũ

Ad tertium argumẽtum.

est vt resideat. ¶Ad tertium deniq; respondetur quòd si Timotheus & alij forsan episcopi iussu Pauli à suis nõnunquàm ecclesijs peregrinati fuerint,id tamen ob ecclesiæ vniuersalis necessitatem factum est,atq; adeò per interpretationem eiusdem diuini iuris & naturalis. Haud enim secum pugnant residentiam esse de iure diuino,& nihilo minùs posse casus accidere in quibus non solum licitum,verum expedientissimum sit episcopum à sua ecclesia in tempus abscedere.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm residentia episcoporum iure naturali fundetur.

Primũ argu.

GVM monstratum sit residentiã episcoporum de iure esse diuino, subsequitur vt videam⁹ an ius etiã natura sua rationes eidem veritati submini-

gelicus episcopatus,ordo est supernaturalis: quippe cum fundatio ipsa ecclesiæ supernaturam fuerit à Christo instituta:non ergo episcoporũ residentia in iure naturali fundatur.

Argumẽ.

¶Secundò: Si iure naturali eiusmodi residentia iuberetur,nulla ratione posset super eo dispensari.Nam vt lib.2.de Decalogo pronuntiauimus, ob id indispensabilis est, q̃ indiuiduum habet à natura obligandi vinculum:& tamen,vt in cap.4.patebit, ingruere ea necessitas potest, vt legitimè à sua ecclesia episcopus absens fiat. ¶Tertiò deniq; arguitur. Esto de residentia præceptum agnoscamus:natura tamen præceptorum affirmatiuorũ est vt nõ obligent,(quod aiunt)pro semper: Nõ ergo iugis continuaq́ue residentia necessaria est. ¶In contrarium est quòd cùm ius naturę autore Deo mẽtibus nostris insculptum sit, explicandis etiam fidei legibus ab eodẽ Deo promanantibus multum inseruit. Nam diuinæ leges naturalium perfectrices existunt.

Argumẽ.

IAm suprà dictũ est naturale ius esse quod natura nos docuit:atq; adeò minime repugnare,vt quod diuino iure sancitũ est,naturali etiam quadantenùs robo retur.Respõdetur ergo ad quæstionẽ affirmatiua hac cõclusione. Obligatio residendi q̃ proximè est naturali iuri affinis.Enimuerò quãuis episcoporũ institutio iure sit facta diuino:tamen vt suprà dictũ est,rationibus naturalib⁹ eius cõgruentia innotescit:atq; adeò modus episcopalis administrationis eisdẽ rationibus elucidatur: quas quidẽ in superioribus adeò insinuauimus,vt hæc non sit nisi explicatior repetitio. Primũ igitur argumentũ sumitur ab officio.Enimuerò cum pastoris officium, vt dictũ est,sit spirituali animarũ saluti prospicere:functio hæc bipartita est. Nẽpe vel respectu gregis infirmantis ac deficientis, vt iuuet sanetur q̃:vel respectu eiusdem sani,vt ad perfectionẽ promoueatur. Defectus autẽ & quãtum ad intellectũ accidere potest, & quantũ ad affectũ. Est ergo pastor ignorantium lux. Nam Vos,inquit,estis lux mundi. Lucem autem natura docet nisi præsentẽ lucere nõ posse. Illis autẽ qui de via decedunt,est ciuitas supra montẽ posita, cuius vitæ sydus aspiciens populus recto tramite incedere debet: in cõspectu autẽ populi nisi resideat esse non potest. Cõdiendis verò corruptis affectibus est sal,qui in operibus virtutis ostẽdere saporẽ debet.Deniq;ægrotis est medicus. Nã tale se appellauit Christus, vbi ait:Non est opus valentibus medicò, sed malè habentibus. Perspice ergo quæso te vtrùm si rex selectissimũ

Prima ratio.

medicũ

medicum eligat,cui iusta stipendia pro ratione suæ facultatis exoluat, ferre queat vt vbi corporalis sibi vita periclitatur per alium seruiat? Si ergo in medico corporali industria personæ expetitur & optatur,quis neget tãto id iustiùs in medico spirituali,quanto temporali vitæ spiritualis præstat?Est deniq; episcopus,vt suprà diximus,auriga, nauclerus, dux,fidelisq; seruus ac dispensator mysteriorum Dei.Et tamen si ad rem publicam ciuilẽ spectes,quisnam mortalium permitteret hęc per vicarios exhiberi?Cur ergo Deus id permittat?Re vera naturæ ius apertè reclamat.

Cõclusio re sponsiua.

Sunt etiam ad arcendum hostes, custodes & vigiles,quòd absentes esse nequeunt. Respectu autem gregis etiam si sanus esset & ab hostibus tutus,summũ episcopi officiũ est,vt iã suprà diximus,& in sua cõsecratiõe habetur, ad perfectum plebẽ perducere,quod de Baptista Luc.1.legitur:vt sit sine macula & ruga: ac perinde digna quæ in conspectu Dei appareat.Ad hæc autem ratio naturalis manifestè demonstrat industriam,atq; adeò præsentiam personæ requiri.¶Secundus locus idem naturaliter demonstrãdi sumitur ex stipendio,quod,vt suprà satis probatum est,nõ pro scientia aut morum probitate,aut nobilitate,aut dignitate episcopali,sed pro præsidentia & functione,atq; adeò pro exercitio ipso & opere & vsu penditur:vt Numer.18. admonitio diuina habet:& 1.ad Corinth.9. docet Apostol.Vbi nanque stipendium pro opere penditur, naturalis ratio illicò demonstrat non satis esse vicarium constituere, etiã si digniorem teipso substituas. Est enim ille velut auxiliarius,qui ideo episcopum nõ excusat quin præsens quod valuerit efficiat.

¶Sed tertius loc⁹ sumitur ex detrimẽtis quæ episcoporum absentia progignit,& parturit. Horum autem potissimum est,idque nisi omni sensu careant pastoribus extimescendum, quòd propter eorum negligentiam creberrimè multæ animæ perpetua morte pereunt: quæ quidem si secundum suam obligationẽ diligentes essent,sempiterna fœlicitate fruerẽtur. Reuise illud suprà citatum oraculum, Ezechielis.34.Postquàm enim ait Deus, Væ pastoribus Israel.eorumque negligentiam in consolidandis infirmis, &c.recenset, subdit: Et dispersæ sunt oues meæ:eo quòd non esset pastor:& factæ sunt in deuorationem omniũ bestiarum agri.Ecce,eò quòd nõ esset pastor. Nõ q̃ nullus esset:aliàs nõ dixisset, Væ pastoribus Israel:sed q̃ nullus legitimè suam expleret curã.Et ideo subdit:Et ego de manibus pastorum meorũ oues meas requiram.Huc vellem attentos habere Christi pastores.Si Rex charissimos filios negligẽtia pædagogi custodisq; eorũ trucidatos conspiceret,quisnam regiam iracundiã ferre posset? Cùm ergò Deus (quod sæpe & sępiùs ac sæpissimè vsu venire solet) pastorũ incuria priuatum se viderit animarum cõtubernio, quas vt sua ipsius gloria fruerentur condiderat.quorumq; gratia filiũ suum qui pro illis moreretur huc demisit,easdemq; in infernorũ abysso perpetuò trucidãdas conspexerit, quænam rogo nõ supplicio rum genera ab infidis illis & tam insigniter sacrilegis pastoribus non reposcat? Quin verò non solùm in pastores ipsos prauos indignari solet Deus, verum & ob ipsorum praul tatẽ indignatio eius diuãnat in populum.Sic enim legitur Nume.18.Excubate in custodia sanctuarij & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio mea super filios Israel. Non q̃ ob alienam culpã populus æternaliter puniatur, sed q̃ vel ex eo q̃ in populo nunquam ingentissimus delinquentium numerus deest, qui pra latorum suffragijs sustẽtari debet, illis cessantibus indignatur Deus in populũ ob sua ipsius crimina:vel q̃ cessantib⁹ episcopis manus cum Moyse ad cœlũ cum precibus leuare,atq; adeò negligẽtibus populi curã, facilè à suis hostilibus cupiditatibus prosternatur, dignusq; adeò fit indignationis Dei.Cùm ergo ex absentia pastoris tam præsentaneum moderando gregi emineat negligẽtiæ periculũ, naturalis profectò ratio planissimè demõstrat,q̃ debeant præsentes aduigilare.¶Mox & præter gregis detrimentũ eadem præsulũ absentia indecõrum aliud in Christiana republica peperit.Nã cùm ob personalem residentiam ius cogat vnicuiq; ecclesiæ suum manifestare episcopum,vbi persuasum habent licẽre sibi absentes esse,pro incõuenienti non ducitur vt quis plures habeat ecclesias quarum si multfructus vnus percipiat.Id quod in Concilio Lateranensi prohibitũ est:vt patet.c.Quia nõnulli.de reg.&.21.q.1.can.clericos.Ac deinde protinùs mos in ecclesiã ingestus est episcoporũ titularium: per quos quemadmodùm ordines atq; reliqua episcoporum sacramẽtalia perficiantur, experientia ipsa testimonio est.Inde enim emanauit vt eusmodi spiritualia vænundentur,adeoq; tractẽtur abiectè, vt in conspectu Christiani populi despectui habeãtur.¶Accedit quarto q̃ cùm episcopi cultores instituti à Deo sint animarũ, messoresq; adeò spiritualiũ frugum missi,ipsi per se deberent in cõspectũ Domini portare manipulos

Proficua ac salutaris meditatio Ecclesiasticis pastoribus iugiter meditẽ versanda.

Concilium Lateranense

Quarta via ad demõstrãdam præteritam conclusionem.

suos:

Universidad de Deusto
Biblioteca

suos: quod re vera qui per alios gubernāt minimè faciūt. Ipsiq; talenti tui vsuras quas per se accumularent Deo reddere, & tanquā legitimi pastores exēplo cælestis illius qui illos instituit, oues suas proprijs humeris baiulare, proprijsq; manibus cōtrectare. Sic enim de illo præcantauerat Isa. ca. 40. Sicut pastor gregem suum pascetur brachio suo cōgregabit agnos, & in sinu suo leuabit: fœtas ipse portabit. His nāque atq; id genꝰ alijs exēplis Damas. papa. Damasus papa. vt in illa suprà citata epistola. 4. videre est, chorepiscopos explodere sanctè curauit: qui quidem nō ita multū ab istis titularibus differebant, vt. 68. d. cano. ecclesijs. & duobus sequentibus explicatur. Et potissima causa eos abigendi & extinguendi fuit quod legitimi episcopis illis suos greges pascendos cōuitt: ebant: vt otio ipsi torpescerent: instar vt ait ille sanctus Pontifex, meretricū: quę statim vt pariunt infantes suos alijs nutricibꝰ tradunt educandos, vt suā citius libidinē explere valeant. Sic enim miserandi episcopi faciūt dum sibi cōmissos populos vicarijs educādos cōcredunt, vt liberius ipsi secularibus curis inhient. Perspice ergo q̄ ratio naturalis persuadeat, vt qui ecclesiæ despōsantur, proles Christi sanguine per se progignant, sutsq; pprijs vberibus lactent. Nam sponsa, vt in Canticorum capite legimus, sponso vbera tribuebat: eademq; super vinū vnguētibus optimis fragrantia. Quæ profectò cum in episcopo sine vsu sunt, vitore Deo, desiccantur. Sed ò temporum calamitas? Istarum nāq; omniū necessitudinē oblitus obligationē residendi obscurauit. Quis enim tam se vt sponsum ecclesiæ gerat, & vt subditorū patrem? Paul. quidem inter suos episcopales labores & ecclesiarum solicitudinem id potissimū. 1. ad Corint. 9. cōmemorat, quod & Iudæis fieret, & gentilibus gentilis, & infirmus infirmis, ac denique ad omnium se accōmodaret affectus, vt omnes Christo lucrifaceret. Et in posteriori ad eosdem Corinth. Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego nō vror? Iam vero nunc tēporis hic charitatis gradus adeo abolemt ab vsu, vt nullibi zizaniorū seminator peiora scandala, quàm inter episcopos & capitularia sua collegia seminauerit. Id quod episcoporum multi cautantes sibi prætexerunt, vt suam absentiam excensent. Cum tamen emendum illis summopere primum esset canonicos paternis visceribus lucrari: qd si perficere nequirēt, nō ideo illis esset de diœcesi decedendum. Nam propter paucorū culpam non esset grex totus deserendus. Imo adeò vigilanter curandus & colendus, vt clericorū proceres pudore cōuicti deuinctas eis manus offerrent.

Paulus. Paulus.

Epi qui absunt à grege instar mercatricum. Epi qui absunt à grege instar mercatricum.

Cōfirmatio. Cōfirmatio.

ET per hæc ad argumenta in capite quæ Ad argumenta in principio capitis quæstionis. stionis proposita responsum nobis censetur. Prioris enim solutio est, tū quod episcopalis dignitas ita vsq; adeo est supranaturalis, quin sit rationi naturali germanarum etiam quòd etsi sit supranaturalis, illa tamen supposita, tunc ratio naturalis modum quo administranda est plurimùm elucidat. Posterioris autem responsio arti. 4. patebit: vbi cōstabit ius etiā ipsum naturale ac diuinū nonnunquam causas efferre, ob quas liceat episcopis suas diœceses exire. ¶ Ad tertium denique respondetur, præcepta affirmatiua propterea non obligare pro semper quod obligant pro loco & tempore & cum reliquis circunstantijs: quam ob rem nec episcopus obligatur semper prædicare aut ordinare. &c. Attamē quia multa eius munia sunt quæ nō habent determinatum tempus, sed crebrerrime & præter spem eorum necessitas offertur, tenetur in sua semper esse diœcesi, nisi in casibus quibus ius ipsum diuinum & naturale ei absentiam indulget.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm Episcopi iure humano, hoc est pontificio, residere teneantur.

QVanuis post diuinū ius & naturale nō ita multū nosse de humano referat, conducit tamen ad omnimodā obtinendā victoriā. Arguitur nihilominus de more ab vtrāque parte. Aut enī residendi obligatio iure diuino ligat, aut secus: si iure diuino, superfluebat ius ecclesiasticum: cūm humanū vinculū vrgentius esse non potest diuino: sin minus, videtur ecclesia rigidius iusto id præcepisse. Nam cùm res sit tā grauis, vt præsules arbitrantur, non debuit ecclesia diuinū ius onerosius reddere. ¶ Secundò arguitur. Si residētia, iuris diuini est, tunc præceptiones de illa pontificiæ, esse nō possunt nisi eiusdē iuris declarationes, atq; adeò dici nō potest vt sit de iure humano. ¶ In contrariū est totus titulus de cleri. nō residēt. nempe. c. Quia. & cap. relatū. & reliqui. vbi qui absentes à suis sunt parœcialibus ecclesijs, anathemate atq; alijs pœnis plectūtur. Quò tandē nullum suffugium reliquum fiat, sed palàm pastoribus sit citra vllā controuersiam ad residendum esse perstrictos, adhibetur in hoc. 3. articu. postrema cōclusio. Residentia episcoporum ac perinde sacerdotum animarum curam gerentium iure humano, puta ecclesiastico sancita est, & sub pœna peccati mortalis constituta. Hæc autem conclusio non perinde intelligēda est, vt quòd singulis annis fiat confessio, & quadragesima lis abstinentia, singulorumq; festorum, multarumque cęremoniarum obseruantia. Ista enim licet ab Apostolorum sæculo censeantur instituta: haud tamen ab ipso Christo immediatè, sed ab ecclesia per potestatem illi ab ipso collatam condendi leges. Præceptum autem Ecclesiasticum residentiæ est explicatio diuinæ institutionis. Distinguit enim Paul. 1. ad Corinth. 7. inter hæc duo vbi ait: Ijs qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus. Nam cæteris ego dico, non Dominus. Est ergo differentia quòd quæ sunt de iure humano, etiam si per potestatem diuinitùs tradi tam sint constituta, nulla tamen vi pollerent obligandi nisi ab ecclesia essent præcepta. Quę autem sunt de iure diuino, etiam si ecclesia de illis nihil decreuisset, obligasset. Huius ergo secūdi generis est obligatio qua præsules ac pastores residere coguntur: quidē vt dicebamus, lex diuina est. Dicuntur autē de iure humano propterea quòd Ecclesiasticis sanctionibus ius idē diuinum explicatur. Imò vsque adeò eisdem sanctionibus iubetur, vt etiam qui proterua obstinatione ius diuinū agnoscere noluerint, cogantur nihilo minus ius pōtificium fateri. De hoc enim nemo doctorum aut Theologię aut canonici iuris hæsitauit vnquàm: sed solum pastores quorum id nosse confiteriq; potissimū refert, facto ipso diffitentur. Nam vsq; adeò, non quidem tuti, sed securi à suis ecclesijs pererrinantur, ac si omni essent iure liberi. Cum tamen hoc citra vllam controuersiam confessissimū esse debet, quod etiam si solo iure pontificio residere tenerentur (quod ius procul dubio planum ac firmum est) nequeant absq; dispensatione, eademq; ob legitimam causam petita & obtēta notabilem moram extra suas diœceses protrahere. ¶ Conclusio ergo pluribus iuris testimonijs irroboratur. Primò enim vt dicebamus, extrà, de cleri. non resident. cap. quia nonnulli. Concilij Lateranen. sancitū est vt ecclesiasticum ministerium neutiquam cōmittatur nisi personæ, quæ residere in loco, & curam ecclesiæ per seipsum valeat exercere. Quam ob rem arctissimè illic inhibetur, vt nemo duas parœcias quibus per sese residere nō possit, retinere valeat: neque fructus earū percipere. & in cap. 32. eiusdem concilij eadē probibitio repetitur: nempè vt qui parœcialem ecclesiam habuerit, non per vicarium, sed per se, ipsum illi deseruiat: nisi forsan præbendæ vel dignitati parœcialis ecclesiæ sit annexa. De qua quidem exemptione statim cap. proximo redibit sermo. Idemq; subinde Alexā. Tertius, cap. relatum. eodem tit, cōfirmat. Idemq; Cœlestin. cap. ex parte. & Innoc. cap. qualiter. & alijs duobus subsequentibus. Et in Cōcilio Antiocheno, cap. 21. strictissimè inhibetur episcopus à sua diœcesi exire. Et in Concilio Sardicē si, canon. 14. prohibetur, nè episcopus in aliena prouincia vltra tres dominicas commoretur. Idemq; habetur in Concil. Agathen. quod refertur. 7. q. 1. can. si quis. Et can. 9. Et duobus sequentibus eiusdem Concilij Sardicen. prohibentur accessus episcoporum ad principū curias. Sanè quæ sine inuidia hominum & reprehensione esse non possunt. Adeoq; illud prohibitum est, vt si quæ iustæ emerserint causæ: videlicet pro pauperibus, aut viduis, aut pupillis tuendis, tunc diaconum mittāt vt ipsi in suo grege permaneant. Idemque habetur in sexta synodo. cap. 18. & 80. Atque in Concilio Romano sub Syluestro & Constantino, can. 17. arctissimè idem accessus ad curiā interdicitur: quia curia, inquit, à cruore dicitur: quoniā immolatio est simulachrorū. Et in Concilio Calcedonen. can. 17. quod. 92. distin. refertur. Si quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & præesse populo cōstitutus ministerium subire neglexerit, neq; acquieuerit ad ecclesiam sibi commissam redire: hunc oportet cōmunione priuari donec susceperit coactus officium. Hæc autem pœna ingentis criminis indicium est. Et. 21. q. 1. can. Clericus. residentiæ gratia prohibetur nè quis in duabus ecclesijs connumeretur. Idq; diuino testimonio cōfirmatur: quia nemo scilicet potest duobus dominis seruire. Et in. 8. synodo, can. 19. prohibetur nè quis archiepiscoporum aut metropolitanorum relinquat propriā ecclesiam, vt sub occasione quasi visitationis ad alias accedat. Et in Concil. Carthag. 5. quòd refertur. 7. q. 1. can. placuit. habetur, vt nulli sit facultas, relicta principali cathedra, in aliquam ecclesiam in diœcesi constitutā se conferre: vel in re propria diutiùs quàm oportet constitutum curam & frequētationem propriæ cathedræ negligere. Et eadem cau. & quęstione can. Scisciteris. ait Nicolaus Papa, perinde iuri naturali aduersari episcopum in persecutione ecclesiā deserere, ac si nauta insanientibus fluctibus nauim destitueret. Et. 10. q. 1. can. decreuimus. iubetur episcopi annuatim diœcesim visitare.

Conclusio resoluta. Conclusio resoluta.

Stabilitur obiectio. Stabilitur obiectio.

Alexander Tertius. Alexander Tertius.

Cœlestinus. Cœlestinus.

Concilium Agathense. Concilium Agathense.

Concilium Sardicen. Concilium Sardicen.

Sexta Synodus. Sexta Synodus.

Concilium Romanum. Concilium Romanum.

Cunctiunt Calcedonēse. Cunctiunt Calcedonēse.

Octaua synodus. Octaua synodus.

Concilium Carthaginense quintum. Concilium Carthaginense quintum.

Nicolaus Papa. Nicolaus Papa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quin verò 82. d. can. episcopis. iubẽtur saltem die Dñica esse in ecclesia. Plura deniq; sunt iura q̃ vt possint referri. Et quò rem tandem cõcludamus, eadem demum veritas nouissimo decreto sancita est in Concilio Tridẽtino, sessione. 6. quo definitum est, nullos episcopos, quouis gradu & dignitate, fulgentes (vt Cardinales etiam cõprehenderentur) excusari à personali residentia episcopali in suis ecclesijs nisi legitima habeant impedimenta: nempe quæ iure ipso naturali probẽtur. De quibus statim art. proximo. ¶ Iuri insuper canonico appendi tur & imperatoriũ. Primo in Authentico, quo modò oporteat episcopos, &c. coll. 1. §. & hãc. versicu. & illud. vbi sic legitur: & illud etiam de finimus, vt nemo deo amabiliũ episcoporum foris à sua ecclesia plusq̃ per totum annum desse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussionem. Idq; latiùs cauetur in authentico. de sanctiss. episcopis. colla. 9. §. interdicimus. vbi arctissimè prohibentur suas proprias relinquere ecclesias, nisi de consensu patriarcharum aut mẽtropolitani. Similis eñ sanctio habetur in Cõcilio Antiocheno, can. 11. Permittitur tamen vt possint per annũ manere in curia Cæsarea. Sed de hoc statim articulo proximo. ¶ Quòd si post cõcilia sanctos etiam patres de hac re audire non piget, vide Damasum in epistola citata de exigẽdis chorepiscopis. & August. in lib. de pastor. & Grego. Nazian. in oratione de statu episcopali: & Chrysost. in lib. de sacerdotio. Et Grego. atque Ambro. in suis Pastoralibus. Sed latissimè Hieron. in. 2. epistola ad Oceanum, super illud Pauli ad Titũ oportet episcopum sine crimine esse. Vbi multa ad propositum disserit: concludens quòd non sat est episcopis innocentibus esse, nisi & latratu sint canes. Absentes autẽ latrare non possunt. Vnde Bernardus sermo. 77. super Cãtica. Qui dimittit, inquit, oues in pascua absq; custode, pastor est, non ouium, sed luporum. Ibidemq; complura præclarè aduersus pastorum negligentiam disertè congerit: qui re vera successores, inquit, Apostolorum esse cupiunt, sed imitatores non item: quia neque sunt tam vigilantes ad curam quàm alacriter currentes ad cathedram. Et lib. citato de pastori. August. cap. 10. docet quòd episcopi non laborantes in prædicatione verbi non debent percipere fructus ex ouibus: nam Paul. Si Euangelizauero, inquit, mercedem habeo: nempe tam apud Deum q̃ apud homines. Quasi dicat: Si non Euangelizauero, non sum mercede dignus. Et Origen. super Iosue, homilia. 7. cessantes esse cum ouibus reprehendit exẽplo pastoris Christi, qui relictis. 99. ouibus in cœlo, quæsitum venit illam quæ perierat. Sed pergo esse molestus: cũ omnia persequi quæ de hoc argumento apud patres scripta sunt, sit prorsum impossibile: & sic frustatim pauca decerpere, parum vtile. Cõcludamus ergo cũ Bernardo de persecutione sustinẽda. c. 31. super illud, Mercenarius videt lupũ venientẽ, & fugit: Vtinam hodie quicũq; pastores non sunt, mercenarios gregi vellent se exhibere, nõ lupos: vtinam ipsi non læderẽt! Vtinam non fugerent nemine persequẽte! vtinam non exponerent gregem donec venientem lupum viderent! ¶ Taceãt ergo qui aiunt quæstionem istam nouã esse. Fuit enim, vt ex locis citatis apparet, antiquissima, ac potissimũ ex Athana. epistolis, quas articulo proximo appẽdere pergimus. Antiqua inquam: non q̃ in dubio apud probos, versaretur: sed q̃ quidã contrà faciebant obiurgãbantur.

Concilium Antiochen.
Damasus.
Augustinus.
Grego. Nazianzenus.
Chrysosto.
Gregorius.
Ambrosius.
Hieronym.
Bernardus.
Augustinus.
Origenes.
Bernardus.

Ad primum argumentũ.

AD argumentũ ergo prius à parte negatiua præpositum respõdetur, q̃ quãuis ius diuinum sit quo eiusmodi residẽtia iubetur, non tamen fuit superuacaneum, imò ex re plurimùm cõmuni ecclesiasticis constitutionibus explicari vt nemo sibi eius ignorantiam prætexere posset. Præterquàm quòd etiam si diuinũ ius non extaret in sacris literis, natura ipsa pastoralis officij ecclesiam admonebat vt idipsum strictissimè præciperet. Neq; verò huiusmodi præceptio tã est rigida, quàm vel auaritia & ambitio, vel luxus & socordia episcopis mentiũtur. Nam præterq̃ quòd fructuũ tẽporalium pinguedo digna est illo labore, Christi charitas qui illis suos greges concredidit deberet in primis rem illis dulcorare. Ecquid eñ cuiq; suauius quàm in domo propria spõsum cum sponsa, patremque cum filijs cõmorari? ¶ Ad posterius verò argumentũ iam responsum est quomodò hoc dicatur ius humanum. Haud enim intelligẽdum est per exclusionẽ, ac si non sit diuinum aut naturale, sed quòd sit horum explicatio.

Ad posterius argumentum.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm aliqua emergere possit causa ob quã liceat episcopo à grege sibi commisso abesse.

Sanct. Thom. 2. 2. q. 185. artic. 5.

EN calce demum præsentis disputationis ad expositionem Diui Thomæ reuertendum nobis restat: nẽpe ad articulum. 5. eiusdem quæstionis. 185. vbi

vbi disputat vtrùm aliqua possit causa interceder propter quam liceat episcopo gregem sibi cõmissum deserere. Sumitur enim argumentum à parte negatiua: primũ ex illo loco Ioan. 10. suprà iam expositi: vbi ait Christus bonũ pastorem animam suam dare pro ouibus suis: Mercenarium autem viso veniente lupo gregẽ relinquere & fugere. In cuius homilia Grego. Lupus, inquit, super oues venit, cùm quilibet iniustus & raptor fideles quosq; atque humiles opprimit. Si ergo episcopus ingruente tyranni persecutione gregem suo præsidio destituat, mercenarius & nõ pastor reputabitur. ¶ Secundò. Inter Prouerbia. cap. 6. sic legitur: Fili si spoponderis amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Et subdit: discurre, festina, suscita amicum tuum. Quod quidem idem Gregor. in Pastoral. ad propositum exponens: Spõdere, inquit, pro amico, est animã alienam in periculo suæ conuersationis accipere. Qui autem ad viuendum alijs in exẽplum præponitur, non solùm vt ipse vigilet, sed & vt amicum suscitet, admonetur: hoc autem facere nequit nisi qui corpore præsens adsit gregi: ergo tempore persecutionis nemini pastorum licet se subducere. ¶ Tertiò. Ad perfectionem episcopalis status pertinet animarum curam gerere: nemini autem perfectionem professus licet ea quæ ad perfectionem attinẽt ob vllum periculum deserere: ergo episcopo, cùm statum perfectionis profiteatur, nullatenus neque in periculo mortis cõstitutus potest, vbi suum officiũ exigitur, terga vertere. ¶ In cõtrarium est illud Christi mandatum Matth. 10. ad Apostolos: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.

Bernardus.
Gregorius.
Prouerbia. 2.

Secunda cõclusio.

AD quæstionem Diuus Thomas duabus conclusionibus respondet. Prior. Neutiquàm episcopo aut pastorũ vlli vbi subditorũ salus eorum exigit præsentiam, licet illis se personaliter subtrahere: neque propter aliquod cõmodum temporale, neque propter quoduis periculum imminens. Probatur conclusio. Obligatio cuiuscunque personæ ex fine eiusdem obligationis (quod cuiusq; medij natura est) debet perpendi: finis autem episcopalis muneris, atque adeò obligationis episcopi est spiritualis salus populi: ergo vbi illa præsentiã eius exegerit, nullũ periculum eum excusabit, quo minùs adesse teneatur. Id quod testimonio Christi cõfirmatur: nam si animam pro ouibus ponere tenetur, quod, vbi ait Philosophus, terribilissimum est omnium terribilium: nullum minorũ periculorum culpam excusabit: atque adeò neque vllum tempora-

Ratio cõclusionis.

lium commodum: quandoquidem natura facilius indulgeat detrimenta euitare corporalia, quàm commoda procurare. ¶ Secunda conclusio. Quando legitimus pastor satis potest saluti plebis per alium prouidere & consulere, tũc non erit ei nefas, etiam vt proprium personæ periculum euitet, à sua ecclesia in tẽpus secedere. Imò verò vbi id ex re fuerit ecclesiæ, expediens erit vt faciat. Conclusio ex superioribus colligitur: nam tunc fini obligationis nullatenus aduersatur. Vnde in epistola ad Honoratum August. Fugiant, inquit, de ciuitate in ciuitatem serui Christi: quãdo eorum quisque specialiter à persecutoribus quæritur: vt ab alijs qui non ita quæruntur non deseraẽ ecclesia. Cùm autem omnium est commune periculũ, hi qui alijs indigent, non deserantur ab his quibus indigent. Idem suprà citatus admonet Nicolaus. 7. q. 1. can. scisciteris. vbi nõ negat quin quandoq; liceat præsuli per fugam cauere tyrannum. Attamen quando populus sua præsentia indiget, perinde, ait, delinquet, ac si nauta in periculo nauim deserat. Quin verò tanto enormius, quanto salus spiritualis præstantior est corporali. ¶ Hic primùm omniũ animaduertenda est sententia S. Thomæ quæ ex visceribus Euãgelij desumpta est. At quò perspicacius fiat, quæritur, vtrum fides quam episcopus ecclesiæ suæ, imò Deo suo obstrinxit, vsque ad mortis perpessionẽ eum, vt resideat, obliget. Apparebit enim hoc sciolis prima frõte creditu durum: quoniam obligatio subeundæ mortis, quę mortalibus summa est, affirmari non debet nisi diuinum de hoc mandatum palàm constiterit. Et tamẽ vbi ait Christus, bonum pastorem pro ouibus suis animam dare, consilium magis significare videtur quàm preceptum. Verbum enim illud, Bonus pastor, nõ videtur necessitatem sed supererogationẽ præ se ferre. Accedit quòd martyrium tunc duntaxat vbi fides periclitatur confessionemque sui exigit, necessarium est. Obligare autem episcopos ad martyrium vbi fidei tale periculum nõ imminet, temerariũ apparet. ¶ Nihilo minùs indubiè tenẽda est pars affirmatiua quam hic expressè Diuus Thomas in priori conclusione affirmat: quandoquidem ait propter nullum imminẽs personale periculum licẽre episcopo ecclesiam suam tempore necessitatis deserere. Idque confirmat testimonio Christi: q̃ ideo in sensu præceptorio intelligit, sic scilicet, quòd nemo sit bonus pastor bonitate quę ad gratiam amicitiamque Dei retinendam necessaria est, nisi vbicũque necessitatis casus occurrerit, cum periculo vitæ gregi suo fauore & auxilio

Dubitatio.

Ratio hæsitandi.

Tenetur epus propriæ vitę discrimẽ subire ingruente necessitate vt gregi prospiciat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& auxilio præsens vsque ad mortem adfuerit.

Augustinus. Idéque August. suprà ad Honoratum citatus asseueranter enuntiat: dicens quòd instante persecutione episcopus non potest fugere, sed exemplo Christi debet animà pro ouibus suis ponere. Verbum nanque, non potest, necessitatem præcepti significat. Vnde sanctus Thomas. 2.2.q. 26.art. 5.ad tertium argumentum, vbi ait non semper charitatis necessitatem obligare hominem ad offerendum vitam pro amico, casum excipit, quo tenetur eius saluti prouidere: Ad officiū potissimè episcopi alludens.

¶ Ab hac ergo veritate, de qua nemo vnquam ambigere quiuit, peregregium argumentum

Argumentū. sumitur, residentiam esse de iure diuino. Nam si non esset nisi de iure positiuo, cùm pontificia præcepta, vt quadragesimale ieiunium, & festi obseruatio, vt lib. 1. scriptum reliquimus, nō consueuerint vsque ad periculum mortis obligare, non facilè persuaderes teneri episcopum in periculo mortis residere. Eò potissimum quì, vt suprà visum est, prædicti autores verbum Christi de se proprie assertum arbitrantur: & tamen si illud verbum neges vim habere præcepti, nullum relinquis, vnde inferatur teneri episcopū tempore necessitatis vitam pro suo grege ponere. Quæ tamen omnium est generalis confessio.

Ad argumē rum factū. ¶ Ad argumentum ergo in cōtrarium respondetur, huiusmodi præceptum non esse censendum atrox; quin verò cùm tota salus temporalis orbis medium sit ad spiritualem promouendam, idque vsque adeò sit certum, vt Deus ipse temporalem vitam, corporalium præstantissimum, pro salute nostra posuit, naturalis ordo diuinusque postulabat, vt qui pastores animarum futuri essent, eodem tenerentur præcepto. Neque vllus anteà ad id muneris eligeretur, quàm idoneus esset inuentus qui illud optima fide compleret. Imo verò & rex tenetur pro sua republica vitam ponere. Quocirca sicuti vbi fidei confessio id monuerit, martyriū est mortē oppetere: sic & vbi hæc ratio iustitiæ idipsum postulauerit. Cuius nobis Ioannes Baptista documētum reliquit, qui iustitiæ defendēdæ caput obtulit. ¶ Hinc facilè ad posterioris conclusionis expositionē descenditur: nàm ex his quę dicta sunt elicitur,

Causæ legitimę ob quas licet epō ab esse à grege nō respectu ipsius sed ecclesiæ pensandæ sunt. causas omnes ob quas licitè præsul potest à sua ecclesia abscedere, nullatenus existimādas esse respectū suæ propriæ personæ: quandoquidē & vitam ipsam ecclesiæ debeat, sed tantùm respectu boni ecclesię, cui fidem habet obligatā. ¶ Quare etsi Caietan. in præsentiarum eaidem causas sub tribus generibus complectatur, quę sunt necessitas impedimenti: quahtas negotij:

Prima cōclu absentiā ho nestam.

& conditio personæ: ad cōmodum tamen ecclesiæ sunt omnes referendæ. At qui impedimentum, aliud est quod ab intrinseco prouenit, & aliud quòd ab extrinseco. Ab intrinseco scilicet vt est aduersa episcopi valetudo: ratione cuius solum & aëtem mutare debet. Et q hoc etiam debeat respectu ecclesiæ pēsari, patet. Nam si etiam tunc ecclesia necessitate præsentiæ Antistitis premeretur, occumbere potiùs deberet morti, quàm exire, secundum legem boni pastoris à Christo præscriptā. Quando autem non vsque adeò ecclesia afflictatur, in rē eius vergit quòd episcopus suæ saluti consulat, vt expeditius ei seruire possit. Neque verò solius valetudinis gratia, verum & animi recreandi suosque visitandi necessarios ius naturale indulget, vt possit exigua tempora succidere, quæ his, aliisve id genus suis negotijs possit impendere. Nam eiusmodi obligatio non est intelligenda ac si deberet esse in carceribus, compedibus vinctus. ¶ Pari modo censendum si impedimentum forinsecus ingruat: vt cùm tyrannus ecclesiæ infestus est. Nam si nō singulariter in odium præsulis, sed in ecclesiam ipsam grassatur: tūc persistendum illi est vsq; ad mortem. Et ad hanc necessitatem applaudunt exempla August. ad Honora. suprà allata. Et de verbis Domini ser. 5. de Petro & Paulo, ac cęteris sanctis martyribus qui pro suis ecclesijs exemplo Christi tyrannorum gladijs occubuerunt. Si autem ob particularem inuidiam prælati tyrānus est infestus ecclesiæ, tūc etiam ex re eiusdem ecclesiæ est vt in tempus sese inde auferat: sicuti ibidē idem ait August. nè subditi fugere cogātur. Cuius exempla nobis extant in Ioanne Euangelista, qui precibus suæ ecclesię, vt expediebat, secessit. Et in Canuarienſi Thoma. Sed tamē posteà dum opus fuit ad easdem sedes cum periculo vitæ remearunt. ¶ Qualitas autem negotiorum similiter Secunda. respectu eiusdem ecclesiæ pensanda est, vt legitima inde petatur absentię excusatio. Est enim triplex particularis ecclesiæ habitudo animaduertenda. Consideratur inquam generalis vtilitas Salmanticensis ecclesiæ ad singula eius ministeria, vt prædicare, visitare, &c. vt totum ad singula membra. In ordine autem ad vniuersalem ecclesiam Romanam: sicuti membrum ad caput, seu ad totum corpus. In ordine autem ad alias ecclesias, sicut vnum membrum ad reliqua eiusdem corporis. Et omnes istæ necessitudines, iustas possunt ¶ episcopo afferre causas secedendi ab ecclesia: etiam iure diuino & naturali. Quando ergo ecclesia particularis in aliqua est calamitate constituta, tunc ob priā

mam habitudinē totius ad partes potest eius episcopus ab alijs muneribus & officijs cessare, & accedere curiam vel Romanam vel regiā ad protegendam suam ecclesiam idque iure diuino & naturali. Quandoquidem non solum alia particularia officia, verum etiam hoc, idem que præcipue ei debet. Dummodo per alios id perficere non possit. Si autem necessitas vniuersalis ecclesiæ absentiam episcopi expetierit; nemini dubium, quin diuino iure & naturali cogatur abscedere. Nam sicut membrorum singula naturali ordine sē saluti tuendæ capitis obijciuntur: & ecclesiæ particulares sese tenentur offerre, atque adeò suos episcopos communi bono. ¶ Perplacet autem hic adnotamentū domini Caietani: non solum ob suam doctrinam, verum & ob suam dignitatem, qui Cardinalis erat Romanus. Ait quippe iudicium hic esse adhibendum quo discernatur an personalis opera & industria episcopi sit ecclesiæ vniuersali necessaria. Nam si necessaria nō est, non excusatur eius absentia. Exempli gratia: Dum Cōcilium œcumenicum aut prouincialis synodus indicitur, constantissimum est debere iure diuino episcopos illuc cōmeare. Nā Concilium est ecclesiarum cœtus: & nomine ecclesiæ venit episcopus. Pari modo si citra cōcilium expedierit Papæ propter egregiam doctrinam aut singularem authoritatem personæ aliquem episcopum accersere, cuius consilium in commune bonum capiat, licebit quidem ad tempus cum e ius sede euocare. At verò si quia eleganter scribit aut psallit vult illo pro amanuenti aut cantore vti: vel vult eum esse auditorem cameræ aut rotæ, cùm id nō sit necessarium per episcopum exequi: imo abundant qui eiusmodi prouincijs obeundis præsto adsint, profectò non est legitima apud Deum excusatio. Eò potissimùm si residentia, vt vere res habet, iure diuino sit necessaria. Nam inde certū fit non posse Papam dispēsare nisi idem ius naturale ac diuinum interpretando: quod quidem nisi in vera & legitima necessitate neminē excusat: qualis in similibus casibus neuti quam occurrit. ¶ Haud equidem nescio nonnullos iuris prudentum huc nobis obuiam exituros, qui aiunt eos qui Romæ residēt residentes censeri in suis ecclesijs: nempe quod qui residet in capite, resideat in membro. Attamen hoc esse verum figmentum, neque Caietanus, iuris non ignarus, affirmare veretur, neque vllus iuris aut Theologiæ peritus non plane videt. Cum enim ius diuinū sit vt vnicuiq; diœcesi suus mancipetur episcopus: idq; vt demōstratum est propter peculiarem curam & vigilantiam quæ eidem ecclesiæ est necessaria, planè colligitur quòd residere Romæ, non solum non sit residere Salmanticæ, verum neque absentiam non residentis excusaret nisi legitima id exigente necessitate. Quam ob rem frūn Germania nonnulli episcopatus, quos ego vidi, instituti sunt, vt episcopus nullos habeat alios fructus præter victum & honestissimam suæ familię in omnibus necessarijs sustētationem dum fuerit præsens absenti verò nihil tribuitur. ¶ Per hæc vtique de reuerendissimis Cardinalibus episcopis censendum est: suа enim se ipsi lege iudicare debent. Haud enim frustrà lege ab ipso sacro senatu cautum est nè episcopi ad illam insignem dignitatem assumātur: nempe quòd iudicarunt residentiam episcoporum esse de iure diuino: cuius idcirco dispensationem nisi alia eiusdem iuris interpretatio, puta grauitas necessitatis, non admittebat. Quæ quidem lex vsque adeò summo pōtifici sancta habetur, vt nullatenus super illam dispensare in animā inducat. Et nihilo minùs electo Cardinali commendatur sine titulo ecclesiæ: quod, vt lib. 3. dicebam, si fas est minimo monacho, Christiano tamen, de re fari Christiana, apertam præ se fert legis eluſionem. Quasi non tam stricto iure obligetur; cui ecclesia commēdatur, illic residere, ac si esset legitimus episcopus. Auferatur Cardinali ecclesiæ titulus eò solùm quod residere non potest, & tamen non timetur eandem ipsissimo commendare. Vtinam hoc non sit Deo imponere! Porrò ergo qui diuinum ius cōsuluerit, primùm hoc æquissimè iudicabit, vt nemo episcoporum Cardinalis creetur. At verò si contrarium fiat, multò minor est culpa: imò forsan nulla, si vt in sua ecclesia perstitens, nunquam Romam visat, quàm vt in curia commoretur, suam deserat ecclesiam. Si quis diœcesin proximam haberet Romæ; quam crebrò visitare posset, & ea esset doctrinæ authoritatisq; excellentia vt plurimum ad ecclesiæ bonum referret sacro interesse senatui, forsan suam posset defendere causam: hac nanque ratione, vt aiunt, permittūtur sex episcopatus, Romæ circumiacentes, Cardinalibus esse mancipati. Extra hos tamen casus ipsi sibi viderint: nobis enim nō licet os ponere in cœlum, nisi quatenus ipse cœli Dominus perstrinxerit. ¶ Huic demum sententię maxime abstipulatur decretū Innocentij tertij in cap. Bonæ memoriæ. 1. de postulatione præla. vbi noluit exhibere Cardinalem in archiepiscopum Rauennatem: quia necessarius erat ecclesiæ Romanæ. Quo fit vt nisi in tali casu, scilicet propter excellentiam, tum autorita

Cardinalibus inhibitū est ne fiāt episcopi.

Limitatio superioris assertionis.

Innocentius Tertius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis tum etiã probitatis personæ, & propter ecclesiæ vicinitatẽ, non sit audienda sententia Panor. super eodem. c. nempe Episcopatũ & Cardinalatũ esse dignitates cõpatibiles. Quã ratione in cõcilio nuperrimo Tridẽtino (vt suprà dicebamus) vbi decretũ est nullos episcopos excusari à personali residentia, adiectũ est, Quouis gradu vel dignitate fulgeant. ¶ Præter hæc necessitas etiam vnius particularis ecclesiæ potest alterius episcopo charitatis iure in animum inducere vt illi succurrat: quando id sine detrimento propriæ plebis facere potest. Sumus enim omnes, vt ait Paul. eiusdem corporis membra, atq; adeò cùm singuli aliorum ope indiguerint, mutuò se possunt ac debẽt iuuare: vt quod in Symbolo de sanctorũ cõmunione scriptum est, opere referatur. Maximè cum præstantius membrum inferioris auxilium expostulat. Atque hac de causa Paul. Titum ac Timoth. aliosq; discipulos nõnunquam à suis ecclesijs abire in alias iusit: ppter raritatẽ quæ tunc erant similiũ suppositorũ ecclesiæ, & propter necessitatem promulgandæ fidei. ¶ Per hæc respondetur aduersariorum argumentis, fictis potiùs quàm legitimis. Arguũt quippe nõ nunquam episcopos necesse habere ad concilij ire, aliaq; pontificis capessere iussa: & Apostolorum discipulos à suis ecclesijs diuagatos. Sed hæc nihil cõclusioni aduersant: sane cùm residentia propter salutem ecclesiæ sit instituta. Quare vt eidem consulatur fini, ipsum naturale ius ac diuinum eiusmodi exceptiones, non solùm permittit, sed iubet. Eâdẽ ratione potest episcopus ad infideles in tempus transire & legatus ad componendam pacem, aliûdue id genus exequẽdum munus ecclesiæ necessarium abire. Secus si legatio de re esset temporali, quę per aliũ posset absolui. Tunc enim abusus esset episcopalis dignitatis in detrimentum ecclesię: quãdoquidem vetitum sit nẽ Deo militans implicet se negotijs sæcularibus. ¶ Tertium demũ causarum genus quibus potest episcopus non nunquam se ecclesiæ suæ subtrahere, est conditio personę, adiunctis tamen temporis ecclesiarumq; qualitatibus. Vt si raritas esset personarum quibus ecclesiæ demãdari possent, & persona existeret excellenter idonea, & ecclesiæ proximæ, quibus fructuosior esset vicisitudo visitationis talis præsulis, quàm perpetua alius residentia. Tunc enim vni personæ duarũ possent ecclesiarũ tituli cõmitti: vt patet can. Illud. 21. q. 1. vbi archiepiscopus Tarraconensis permissus fuit episcopus esse Fundensis. Hoc autẽ accidentarium est, & quàm rarissimè vsu cõtingens. Præter hæc de iure concessum est dũ paroecia annexa est superiori dignitati, vt qui in superiori ecclesiæ residet per vicarium seruiat paroeciæ: vt habetur in Cõcilio Lateranen. cap. 32. suprà citato: iubetur tamen idoneũ & perpetuum habere vicariũ canonicè institutũ, & vocè perpetuum, designari videtur vt sit quasi curam habens animarũ. ¶ In calce demum præsentium exceptionum scisciţabitur quis forsan vtrum possit Papa præter has causas super hoc iure dispensare, penuia tamen est solutio: quippe quæ ex superioribus planè colligitur. Quẽ enim opinio tenuerit hoc esse tantum de iure humano, subsequẽter respondebit, perinde Papam super hoc dispensare posse, atq; super ecclesiastico ieiunio, aut quauis alia id genus lege. Itaque non solum poterit interpretari ius, nempe quòd ad talem casum non extendatur, verum & obligationem prorsus singularis per sonæ tollere. Qui verò ius hic diuinum & naturale confessus fuerit, quod non solùm probabilius, verum certo certius est, subsequẽter respõdebit, pontificem dispensare non posse, sed ius interpretandi diuinum ac naturale: scilicet declarando talem casum ab ipso eodẽ diuino iure excipi. ¶ Quod si quis sic contrà redarguat: Reddere votum simplex est etiam de iure diuino, super quo tamen Papa dispensare potest: ergo poterit residentię vinculum pariter dissoluere. Negatur consequentia: nam etsi redditio voti manente voto sit de iure diuino, cuius contrarium Papa permittere non potest: tamen quia obligatio voti nascitur ex peculiari vouẽtis voluntate, super illo Papa potest dispensare: videlicet, vt factum votum, pro infecto habeatur. Lex autẽ diuina iubet episcopũ residere. Quare dum manet episcopus, per nullã potest pontificis dispẽsationẽ ab eodem residẽdi nexu religari. Vide quãti referat sic aut sic loqui. Attamen licèt in illa vix probabili opinione persistas ęp residentia tantum sit de iure humano, nihilo minùs Papa pro libito dispensare non valet, sed legitima id causa exigente. Neq; aliter ille cũ quo fuerit dispensatũ, tutò potest eâdem dispensatione vti. ¶ Iuxta hoc ergo documentũ hæsitabit quis forsan, vtrum ratione ciuilis administrationis reipublicæ possit episcopus licitè in curia regia vel alibi vitã agere. Et arguitur à parte affirmatiua. Primùm iuris autoritate in Authẽticis suprà citatis, Quomodò episcopos. &, de sanctis episcopis permittitur vt possint per annũ in curia manere, atq; diutius de Cęsaris facultate. Et ratione id patet: quia bonũ, quo cõmunius est, eo præstantius. Administrare autem rempublicam regni vniuersalius est, quam ad gubernaculum vnius eccle

Concilium Tridentinũ.

Argumentũ aduersariorum. Solutio.

Tertium genus causarũ quibus se potest episcopus ecclesiæ subtrahere.

Quæstio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Hęsitatio.

Ratio hæsitandi.

clesiæ sederet: vt exempli gratia, si episcopus fiat prorex, aut curiæ præses. Nam verisimilius est per episcopum eiusmodi magistratus sanctiori fide & iustitia, vigilantioriq; cura administrari quàm per seculares administratores. Et suprà hæc si fiat generalis fidei protector àduersus hæreticam prauitatem: nam eiusmodi prouinciæ præfici commodius ac decentius nemo potest quàm ecclesiasticus præsul propter illustrem autoritatem ecclesiasticã ad idem munus requisitam. ¶ Ad hoc autem discreta distinctione respondendum est. Quòd enim episcopus ob causam componendæ pacis aut aliam non fictam, sed verè honestam, regia legatione fungatur ad aliũ principẽ. Item ęp inquisitor fiat hæreticæ prauitatis, profectò nullum refragatur ius: imò æquitas ipsa suffragatur. Quòd verò annorum curriculo maneãt ciuilibus magistratibus, atque administrationibus mancipati tum iura citata consentienter reclamant: tum & ratio sublimitatis, ac perinde fidei qua se suis ecclesijs manciparunt, & iustitia insuper suscepti stipendij nullatenus ferre possunt. Primũ enim eiusmodi administrationes non solùm necessarium non est vt per episcopos fiant, verùm neque suum statum decet. Possunt enim in primis viri seculares illas optimè exequi. Antistites verò non satis dignè. Cum Timotheum Paulus admoneat neminem qui Deo militat implicari debere negotijs sæcularibus, ecquis rogò ratum duceat episcopum qui tam sancto spirituali muneri addictus est, in discordijs ac litibus sæcularibus audiendis totum tempus prodigere? Quod re vera vel altissimo contemplationis silentio deberet vel, suis ouibus docendis educandisque impendere? Euocauerat Romam Nicolaus Papa episcopos quosdam qui erant apud Carolum Cæsarem: causante verò Imperatore quòd cõtra maritimos piratas immigularet & ideo ire nõ possent, respondet, vt patet. 23. qu. 8. Quod reprehensibile id valde esse cõstaret nam cùm militum, inquit, Christi sit Christo seruire, militares seculares debent seruire sæculo. ¶ Pertissima tamen ratio quæ huic abusui reclamat, est, quòd etiã si eiusmodi munia melius ac salubrius per episcopos quàm per alios exhiberẽtur, non tamen hoc est tale tantum quod Deus illis attendam ea remisit, neque id quod eis iussit: & pro quo tam ampla decimarum stipendia ipsi per ecclesiarum quas tam sancto spirituali muneri addictus est, in discordijs ac litibus sæcularibus audiendis totum tempus prodigere? Quod re vera vel altissimo contemplationis silentio deberet vel, suis ouibus docendis educandisque impendere? Euocauerat Romam Nicolaus Papa episcopos quosdam qui erant apud Carolum Cæsarem: causante verò Imperatore quòd cõtra maritimos piratas immigularet & ideo ire nõ possent, respondet, vt patet. 23. qu. 8. Quod reprehensibile id valde esse cõstaret nam cùm militum, inquit, Christi sit Christo seruire, militares seculares debent seruire sæculo. ¶ Pertissima tamen ratio quæ huic abusui reclamat, est, quòd etiã si eiusmodi munia melius ac salubrius per episcopos quàm per alios exhiberẽtur, non tamen hoc est tale tantum quod Deus illis attendam ea remisit, neque id quod eis iussit: & pro quo tam ampla decimarum stipendia ipsi per ecclesiarum quas tam sancto spirituali muneri addictus est, in discordijs ac litibus sæcularibus audiendis totum tempus prodigere? Quod re vera vel altissimo contemplationis silentio deberet vel, suis ouibus docendis educandisque impendere? Euocauerat Romam Nicolaus Papa episcopos quosdam qui erant apud Carolum Cæsarem: causante verò Imperatore quòd cõtra maritimos piratas immigularet & ideo ire nõ possent, respondet, vt patet. 23. qu. 8. Quod reprehensibile id valde esse cõstaret nam cùm militum, inquit, Christi sit Christo seruire, militares seculares debent seruire sæculo. ¶ Pertissima tamen ratio quæ huic abusui reclamat, est, quòd etiã si eiusmodi munia melius ac salubrius per episcopos quàm per alios exhiberẽtur, non tamen hoc est tale tantum quod Deus illis attendam ea remisit, neque id quod eis iussit: & pro quo tam ampla decimarum stipendia ipsi per

Christus ab illis in die iudicij effusi sanguinis sui rationẽ repoposcerit, quo animas redemit, quas illis seruandas confidit: respondebunt se alijs vacasse negotijs, non sibi ab ipso commissis. Perpẽdant si rex à suo duce malè ductũ exercitus rationem interrogaret, cui ille responderet, rei aulicæ dedisse operam, quomodo responsum ferret? Si qui in agõne sæculari contẽdunt, se ab omnibus abstinent, vt ad Corinth. 9. ait Paul. vt se totos suo muneri tradant: qui Christo tam insigniter militãt, perpẽde quàm se debeant à cunctis alijs subtrahere vt tãto negotio integri adsint. Et si qui inuitati ad nuptias male in Euangelio ob id audiunt, quòd quia vel villas vel iuga boum emerant conuiuium detrectauerant, quanto putas peiùs sint apud Dẽum audituri præsules qui ad conuocandum cõuiuas missi sunt: imo qui secundũ Christum sponsi & ipsi existunt ecclesiæ qui sunt conuiuium celebraturi, si alijs sese inaniciant negotijs, quibus illa vel defraudetur vel remittatur curæ Regi Oziæ, vt legitur. 2. Paralipo. 26. conuitio & sacrilegio dabatur ęp thuribulo incensum adoleret Domino. Cui sacerdotes improperantes aiebant, Non est tui officij Ozia vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum. Sed longe iussus vice versa sacerdotibus ac maximè episcopis opprobrio tribuendum est ęp officium suum adolendi incensum deserentes thurificent sæculo. Non enim est ille spiritus quẽ Deus illis dum cõsecrantur fugerit, sed quo spirituales proles progignant ac nutriãt. Audi Moysen Numero. 11. quãta vehorũ significantia similes curas quas Deus animarum pastoribus committit exaggeret. Cur enim, inquit, posuisti pondus vniuersi populi hunc super me? Nunquid ego concepi omnẽ hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum: & efferes in terram pro qua iurasti patribus eorũ? Profectò multo maiorẽ curam & solertiam requirit Christus à præsulibus, animabus quas suo ipse sanguine prógignit impẽdendam: ad quod propriè spiritum sacrosanctum quę suppeditat. Quocirca illic statim subditur: Congrega mihi septuaginta viros. &c. & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis vt sustentent tecum onus populi. Aliqui volunt imminutũ fuisse tunc spiritum Moysi, sed forsan, vt suprà diceliam, non ille est sensus: quandoquidem in illi nõ fuit culpa auxiliares sibi posceret: & ideo neq; pœnam commeruit. Sed sensus est sortẽ, Auferam, id est, capiam eiusdem generis spiritum quem illis infundam. Nam, vt ait Paul. diuersa sunt gratię & spiritus munera,

Paulus.

Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que Deus suis dispertitur iuxta officiorũ necessitatẽ quæ illis cõmittit. Quare in episcoporũ consecratione ab ipso petitur vt super eum qui consecratur de oleo sacerdotali infundat. Hortsum ergo horum meminimus, vt episcopi intelligant non sibi diuinitùs aliam gratiam & fauorem atq; spiritum impertiri, quàm quo ad suã regendam ecclesiam opus est. Sed humanę appetẽtię & conatus sunt: qui illos in alia sæcularia negotia submergunt: vt nauim quam illis Deus ceu prorẽtis, vt ait in quadam epistola Clemens, ad regendum concredidit summergi sinant. ¶ Neque verò diffitendum est hanc pestem quæ ecclesias præsentia suorum pastorũ expoliat, inde latiùs inserpsisse, ex quo episcopi à suis capitulis eligi desierũt, cœperuntq; in curijs, vel Romana vel regijs creari. Nõ quidẽ est quod prorsus contra principũ indulta obmurmurem. Nam cõiam vsque euasit humana malitia, vt si penes capitularia collegia potestas electionis duraret, omnia essent discordijs plena, cruentisq; dissensionibus dilacerata. Sed tamen quia, vt est humanum ingeniũ nullum remedium rebus adhiberi potest, quod se cum non aliquid incommodi afferat, inde cœperunt curiæ, tum Romana, tum potissimùm regiæ episcopis crebrescere, qui sponsis pauperioribus neglectis, cum ditioribus adulteria cõmittere semper inhiant. Quod quidem malum non est recens. Hæc enim de causa, vt Hieron. in epistola citata ad Ocean. refert, in concilio Nicen. cautum fuit nẽ isti episcoporum ascensus ecclesiarumq; cambia permitterẽtur. ¶ Porro autem quo ad finem iam demum quæstionis properemus ex huiusmodi episcoporum, tum absentia à suis ecclesijs, tum frequentia in curijs, cœpit vulgus eorum dignitatem despicari. Cœptũ inquam eis est, & à sæcularibus parũ reuerentiæ, & à clericis minus obedientiæ exhiberi, & à ciuilibus curijs & foris plurimum iudiciorũ adimi. Nã, vti ait super vltimum cap. ad Hebræ. Athanasius, quemadmodum necesse est vt præsidentibus populus obsequentem se præbeat, ita & sacerdotem oportet vt aliorum animas curet, & noctes ducat insomnes. ¶ Aequissima ergo est vindicta vt qui suum negligunt locum sensim de illo decidant. Hæc enim vltio fuerat de sacerdotibus à Malachia præcãtata cap. 2. vbi ait: Et nunc ad vos mandatum hoc, ô sacerdotes: Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris. Ecce ego proijciam à vobis brachium (seu armum) & dispergam super vultum vestrũ vẽtriculum solennitatum vestrarũ. Et infrà: Ego dedi vos contẽptibiles & humiles in omnes gentes pro eo q̃ non custodistis vias meas. Perpẽde maledictiones: Mittam in vos egestatẽ, hoc est subtraham vobis doctrinæ lumen & gratię fauorem quibus vberes fructus ferre soletis in populis. Et maledicã maledictionibus vestris. Fortasse idem est. Nam sacerdotum benedictiones sunt fructus quos populus per ipsorum doctrinam & fauorem captat. Quare maledicere benedictionibus, est vt malignos fructus ferant. Quanuis etiam si ad sacramenta id referatur, quodammodo verum est. Nam etsi sacramentorum fructus, mali esse non possint, tamen sæpe cùm per ignaros & auaros dispensantur, non tenent: nempe ordines quos conferre attentant propter irregularitatem non verè conferunt, & crebrò quos non possunt, à delictis absoluunt: quod sæpenumerò propter absentiam prælatorum accidit. Ad de quòd maledicere idem quoque sonare potest quòd permittant vt maledicantur. Quod lamentabili vsu accidisse in Germania & Anglia atq; alijs regionibus experti in malum nostrum sumus. Nam propter ignauiam & pernicios issimam episcoporum aliorumque pastorum incuriam cũcta sunt hæreticis plena, qui sacramenta omnia execrantur, blasphemijsq; cõspurcant. Vnde sequitur: Et ecce proijciam à vobis brachium seu armum, quod est robur dignitatis vestræ, & regiminis baculum. Ac demum dispergam super vultum vestrum ventriculum solennitatum vestrarum. Alia litera pro ventriculo impudentiori voce, sed tamen significantiori, habet, stercus. Et fit alluſio ad Mosaica sacrificia, quibus animalia mactabantur, nam iam apud hæreticos adeò sacramenta nostra fœtere cœperunt, vt sacerdotum vultus stercore fordescere existimentur. Simile est apud alium Prophetam: nempe Zachariæ. 11. O pastor & idolum derelinquẽs gregem. Ad viuum profectò exprimit naturam ingeniũque pastoris derelinquentis gregem. Est enim nil aliud quàm pastoris idolum: nempe imaginem tantum præ se foris gerens & personam pastoris: vt sculptus lapis, re tamen ipsa carens. Gladius super brachiũ eius: hoc est super regiminis potestatẽ & super dextrũ oculũ eius: puta super rectũ sensum & iudiciũ. Nã postquã libido sua eos cogit ecclesię gubernaculũ desere re, illicò eis suadere incipit nõ ea obligatione teneri quam sapientes docent: quod est oculum dextrum eis eruere. Vtinam ille qui lux venit in mundum quotquot super candelabrum ecclesiæ suæ erexit, sic illuminet & inflammet, vt iura

Ex quo epi nõ à capitulis sed à regibus eligi cœperũt pastoris est ecclesia dispẽdiũ residentiæ.

Incõmoda quæ ẽpis ex frequẽtatione curiæ obuenium. Athanasius.

Radix & origo Germanicæ Anglicęque stragis hoc nostro sæculo editæ.

vt iura sui muneris, tum clarè cognoscant, tum & charitatis ardore moribus exhibeant!

¶ Argumenta ergo in fronte quæstionis proposita, quoniam ad id militabant, quòd neutiquàm episcopo liceat de diœcesi sua decedere, facilimæ sunt solutionis. Ad primum enim respondetur quòd non omnis qui à sua ecclesia sese in tempus aufert, fugere vt mercenarius cẽsetur, sed ille prorsus qui ob peculiare commodum id facit: videlicet salutem spiritualem populi corporali suæ post habens: secũdum illud Gregor. in eâdem homilia: Stare in periculo ouium nõ potest, qui in eo quod ouibus præest non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Et ideo opponere se contra periculum trepidat, nẽ hoc quod diligit amittat. Ille ergo qui absque detrimento gregis recessu suo periculum sibi cauet, non est mercenarius. ¶ Pariter ad secundum ex Prouerb. 6. respõdetur quòd qui fidem suam alteri spondet, si legitimè est impeditus, satis per alium seruit. ¶ Ad tertium denique respondetur quòd cùm episcopus in altiori sit gradu perfectionis quàm monachus, dum ab illius functione impeditur, non tenetur se religioni mancipare.

Ad primum argumentũ.

Secundũ argumentum.

TAmetsi pro captu nostro disputationem hãc & fortè prolixiùs iusto absoluerimus, non suppudebit fragmenta quarundam epistolarum Athanasij subscribere, quæ ante nos alij, tum traduxerunt, tum præsenti quæstioni appensas curârunt. Sũt enim profectò dignissimæ quas præsules vniuersi cordi altissimè inhærent impressas. Quem ergo legere non pigebit, eundem profectò neque pœnitebit legisse. Qui verò tædio iam confectus legere recusauerit, non grauabitur scriptas habere. Sane vt cõstet quàm hæc quæstio fuerit antiqua, quamque sanctissimis illis patribus affirmatiua eius veritas sanctissima, quamque duxerint episcoporum residentiam ad animarum salutem & perpetuitatẽ Christianismi necessariã. Irrepserat enim iam tunc mos vt episcopi Imperatoriam vrbem Constantinopolim, cuius Athanasius patriarcha erat, frequentare. ¶ Primam ergo scripsit episcopo Cretę: qui dum absens à sua esset ecclesia proponebat illuc proficisci: quod quidem propositum præcipuis laudibus & rationibus commendat. Charissime enim, inquit, mi frater & comministe, gratia tibi & pax à Deo. Consilium istud tuum ac voluntas quæ ad aures meas perlata est, fortis virilisque animi, ac sursum tantum aspicientis, vere ac legitimæ certantis, & nomini ac vocationi suæ respondentis visa est; non autem mercenarij, &

Epistola Athanasij mandãs remigrãdam Cretæ.

fugientis, non solùm si lupum videat, sed si vulpem: vnde gregi Christi principis pastorum damnum caret, & animæ suæ infinitos præparet cruciatus. Attende verborum emphasim. Et sequitur: Cur enim iste, scilicet, qui in sua nõ permanet diœcesi, nõ potius vitam priuatam viuere maluit, si cogitabat succumbere, seque, non oues pascere, pro quibus sanguinem suũ Christus profudit? Quemadmodum non venit huic in mentem eius qui maledicto eum affecit qui opus Domini facit negligenter? Quãuis facere nomine simulet, in cuius alioqui animo insidet, quod de insipiente scriptum est, qui dixit in corde suo, non esse Deum. Neque enim Deum ponunt, qui hæc in cõspectu eius facere audent. Audi, Deum non ponunt, quia eum factis esse negant. Ex quorum numero & ordine faxit Deus nè simus, adscribatque nos inter fideles dispensatores, concedatque benignè, vt præstò simus principi pastorum ad perficiendum quæ oportet, ponamusque animas pro ouibus eius qui simul id & exemplo demõstrauit & edicto sanxit. Præceptum ergo in verbis Christi Ioan. 10. agnouit. Et paucis interiectis: Quam ob rẽ, inquit, veris pastoribus non est tutum non vigilare, & nõ circumquãque omnia lustrare, ouesque errantes solum quærere, ac nõ magis solicitos esse pro ijs quæ non errant, perterritos horum temporum tenebris, quæ iusto Dei permissu ac iudicio nobis illatæ sunt: quia scilicet non ita viuimus, vt eum decet, qui nos vocauit. Sed ô animarum nostrarum detrimentum! O ingentes pœnas nobis ob nostras libidines, & perturbatas voluntates, quæ hoc malum pepererunt, infligendas! hoc inquam malum vt gens sancta, per omnes campos & montes vitio pastorum absentium dispersa ac dissipata esset! Debent ergo hoc facere, (hoc est in suis diœcesibus residere) omnes boni pastores, quicunque hoc nomine digni sunt: ita vt qui cessârit, non sit impune cessaturus. Etenim si quisque pastor in diœcesi quæ sibi obtigit, vel biduum moretur, experiri liceat permulta peccata, & damna non esse futura in populo. Perinde nãque esse videtur gregem abesse à pastore, vt cæcum duce carere. Sane augentur oues, & in tuto sunt, cum præsunt veri pastores: non autem qui solùm ebibant lac, & lana tegantur: omnique studio, & arte scipsos, non oues pascant. Hæc atque alia id genus multa in illa epistola. ¶ Secundam misit episcopo Sardensi: vbi statim à proloquio sic incipit: Scio te non ignorare, quę à sanctis Apostolis de cõstitutione rerum Ecclesiasticarum sancita sunt. Ex qui

Secũda eius dẽ epistola missa episcopo Sardensi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus vnum est, vt quisque pastor, intra suos fines insistat propter pacem, & charitatem, quarum est Iesus arctissimum vinculum, quod solui non potest. Scis præterea, vt quales nos essemus apparet, quibus nobis verum pastorem designantibus magnus ille Pontifex Christus munus pastoris definierit: nempe mutua in illum charitate. Alludit ad illud, Diligis me plus his? Deinde non ignoras ornatum egregij pastoris, qui sit animas suas euidenter cognoturus, Hoc est de facie: de quo in Prouerb. scriptum est quòd bonus pastor de facie cognoscere gregem debeat. Et infrà: Intellexisti etiã quis sit mercenarius & qualis, de quo pudet me tuni dicere, tum tacere: cum satis ipse status temporum, & rerum, eum ostendat, atque coarguat. De quo si attentè audiam prophetas, cum in mei similes pastores his verbis inuehuntur. Pastores pascunt seipsos non oues. Et illud: O pastores qui perditis oues pascuæ! Item sacerdotes legem Domini occultârunt, & legem meam violârunt, & sancta mea prophanârunt. Item illud, Lanis ouium indui, & mactare quod pingue est, lac bibere. Hæc inquam attentè audiens, quid faciam, nè metuam eos, qui me redarguunt, & clarè ob oculos mihi ponunt, qualis sim? Quæ si fabulas putat, qui in ignem illum extremum non intuetur, mihi fabulæ non certè, sed ita horribilia omnia esse videntur, vt horrore exedant, consumantque medullas. Neque tamen curamus, facere pro viribus, nè propter aliquod ex his vitium, ac scelus, constricti vinculis arctissimis, pœnis sempiternis afficiamur. Sed quod subinde sequitur est notatu dignum. Ait nanque quòd cùm à principio constitutù esset vt bis quoquo anno synodus haberetur, postea commodius visum est haberi semel, nè oues propter crebram absentiam pastorum facile à lupis inuadi possent. Vide quantæ illis patribus curæ erat residentia, vt eius gratia à synodo celebranda abstinerent. Et sequitur ad mores nostrorum temporum accommodè cõtra illos episcopos qui desertis suis gregibus in Curia Constantinopolitana versabantur: de quibus ait, Denique maluerunt breui voluptate contenti carni indulgere, quàm cum populo Dei laborare contemptis legibus diuinis, quæ prohibent nè paulisper quidem impunè à grege abesse. Auscultа, lege diuina eam sic esse iussam residentiam, vt ne paulisper quidem liceat impunè à grege abesse. Et subdit: Ac nisi, vt Apostolus ait, inimicus viderer, verum eloquens, possem aliquid verè dicere: Quid, quæso, iuuat istos episcopos, & pastores in vrbe morari, nisi (omittant alia) vt patriarchas, alios moueant, alios eligant, nè si idem diu sit patriarcha, res omnes ecclesiasticæ compositæ sint: quod præclarum facinus ex eo tempore facere isti consueuerunt, ex quo Constantinopoli potiti sumus. Quod quidem cum reliquis malis non est ambiguum & incertum quin iram Dei nobis augeat. Certum enim est pastores qui gregem negligunt non impunitos inultosque discessuros: tamen si fortasse non ita videatur ijs qui sponte velamen obtendũt, nè limatam Euangelij veritatem aspiciant. Hæc ille. ¶ Et in alia tertia epistola ad episcopum Apameæ, inter alia sic illum admonet: Vt debet verus episcopus residere sanctè ad sanctam aram, de qua tibi participandum est, sicuti Dominus pronuntiauit, Dignum esse operarium mercede sua. Quam ob rem non est existimandum, licére tibi diu quamis de causa abesse: quin potius faciendum tibi est, vt celeriter ire possis ad eam ecclesiam, quæ tibi addicta est, & commendata vt ei præsis. ¶ Sed in alia ad eundem quæ quarta est, verba etiamnum maioris emphasis accumulat. Ait quippe: Ego verò eum, cui grex Christi commissus est, si dignitatem muneris nõrit, iniquum esse arbitror, non vsque ad sanguinem ei studere & incumbere, nisi fortè ignoraueris Deum esse qui dixerit, Petre amas me, pasce oues meas. Sed hei mihi non iam pastores oues pascunt, sed ouibus tanquàm pane pascuntur. Iam horribilia illa mala pastorum, quæ propheta Ezechiel describit, summa licentia irrepserunt. Quę si talia tamque grauia vobis videntur, agè optime vir contentus esto tua diœcesi, permane in ea, fac sis cum ouibus tuis, vt vsque ad sanguinem illis affixus, quas quidem nunc in frutetis, inter ficus & rosas, atque in montibus diuina prouidentia custodit. Neque enim quòd certissimum est, virga, & baculo tuo pastorali sit, vt in pascuis virentibus pacis, & bonorum cœlestis Hierusalem eæ sint. Scis enim qui amplius sex mensibus à diœcesi abfuerint, nisi eos grauis morbus teneat, canonibus & legibus firmatum esse, vt sacerdotium & gregem amitterent. Verum noluni consilium, & sceleratum hũc à nostræ ætatis hominibus excogitatum est, scilicet mittitis aliquę qui sciat mulgere gregem; ipsi verò in vrbe Constantinopoli spectatis, ppter præfecturas ciuiles, subscriptiones, intempestiuas ordinationes: adde etiã bullas, & decreta. Nostra hęc sunt tempora. Et tã quiã impune sit vobis futurũ, ita pecul à diœcese si vobis cõmissa recedatis, & alia huiusmodi vt cuiq; libet cõmittitis: oportebat potius cũctis episco-

Tertia epistola eiusdẽ.

Quarta epistola.

episcopis vndique in vnum congregatis, suam cuique diœcesim funiculo distributionis circumscribi, atque ita patriarchæ partem suam à vobis assignari, aut vos à patriarcha priuari. ¶ Alias præterea de eâdẽ re subnectit epistolas, quas nè fastidio esse persistam, missas faciam. Sed & ad Imperatorem qui Cõstantinopoli sinebat episcopos degere, nec cogebat eos ad suas ecclesias abire, multa etiam commemorat: inter quæ ait: Si tu oues pastori committeres, deinde illas quidem derelictas cerneres, illum verò quieti suæ, suisque cupiditatibus indulgere & seruire, dic obsecro, relinquerèsne pastorem impunitum? Non patimur oues pecudes impunè negligi, & patiamur pastores animarum impune seipsos pascere, non oues? Quid quæso apud Deum excusabimus? Vtinamne illud nobis exprobretur: Omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. ¶ Deinde aliam de eâdem re ad eundem hoc tenore subtexit: Si verum est quod dici solet, qui gregem pastore priuat, vtrique periculum creare, profectò graue supplicium manet eum, qui pastorem arcet ab ouili: debetque qui pastor est, vsque ad sanguinem pro grege Christi nõ relinquendo labores perferre: nisi cum opus fuerit in synodo singulis annis ad agendum de rebus necessarijs paulispen abesse: quibus conclusis celeriter redeundum illi sit, si crediderit se redditurum rationem summo pastori Christo, & si dignus est nomine pastoris. Nisi forte etiam propter necessitatem ad vtilitatem animarum pertinentem, ab Imperatore aut à patriarcha statim reditурus vocetur. Quòd si aliter episcopis aut Imperatori videatur, siue quid secùs fiat, minimè ipse sequar, neque assentiar vllo modo. Neque enim rationem habebit Deus causationum nostrarum & cupiditatum, sed rationes reposcet de veritate, iustitia, diuinisque legibus, & statutis. ¶ Ac demum in alia breuiori sic habet: Memento scripturæ quæ iubet contristari potiùs homines quàm Deum, tibi verò Imperator, cur graue videatur iustitiam, temperantiam, misericordiam populis tuis sancire, & inde non modò nullum incommodum reportare, sed potiùs operibus bonis conciliare Dei misericordiam? Quid iustius, quàm si episcopus quisque iubeatur, velit, nolit, ad diœcesim suam redire? an non hoc debitum soluere tenentur ídque canone sancitum est? Video fusius rem hanc diduxisse, quàm cuiquàm fortè par censebitur: haud me tamen prolixitatis pœnitet.

QVÆSTIO QVARTA. De vinculo & modo quo episcopi & sacerdotes tenentur sua bona dispensare.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm episcopo liceat aliquid propriũ possidere.

QVARTAM PRÆsentis libri quæstionem proposuimus de vinculo & modo quo sacerdotes, & præcipuè parœcij ac potissimum episcopi bona ecclesiastica dispensare tenentur. Quæ quidem quæstio vsque adeò me diu multumque ancipitem habuit, vt maluerim alios audire qui me satis docerent, quàm meam explicare sententiam. Verùm tamen ea proferam quæ de hac re meditatus sum: alij verò iudices sunto. Est enim res abstrusa & perplexa, vtrinque porrò suis subnixa rationibus ac testimonijs. Præterea cognitu perquàm necessaria. Primus ergo articulus est, vt ordinem Diui Thomæ non deseramus, vtrum episcopo liceat aliquid proprium possidere. Est enim Christi oraculum apud Matth. cap. 19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni & sequere me. vbi paupertas voluntaria ad perfectionem requisita docetur. Episcopi autem statum perfectionis profitentur: ergo non iustius possunt propria possidere quàm monachi. ¶ Secundo episcopi, vt suprà satis comprobatum est, & glossa habet Luc. 10. Apostolorum locum tenent: Apostolis autem rerum dominium Christus interdixit Matth. 10. Nolite enim, inquit, possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris. Cuius obedientia Petrus Matth. 19. confessus est dicens, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: ergo episcopi nullum possint habere dominium rerum. ¶ Tertiò. Cleros Græcè, vt ad Nepotianum Hiero. author est, & refertur. 12. q. 1. can. Cleros, idem est Latinè quod sors, vnde clerici ideo sic

Primum argumentum.

Argumẽ. 2.

Argumẽ. 3. Hieronymus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic appellantur, vel quòd de sorte Domini sunt, vel quòd sors eorum Dominus: cuius autem possessio Dominus est, nihil extra ipsum possidere debet. Nam si autum, si argentum, si possessionem, si variam suppellectilem habet, cum istis participibus non dignatur Dominus pars eius fieri. Hæc ille, ergo videntur episcopi rerum dominiò interdicti. ¶ In contrarium est can. Episcopi. Concilij Agatheñ. eâdē causa & quæstione: vbi habetur quod episcopi de rebus proprijs, vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus suis si voluerint relinquant.

Concilium Agathense.

TItulus præsentis quæstionis, generalis est: quippe quo non distinguitur inter ecclesiastica bona atq; alia quę naturali ciuiliq; iure obtinere potest episcopus. Duo nāq; sunt bonorum genera quæ episcopus possidet: videlicet alia quæ iure, seu hæreditario, seu donationis, seu quouis alio sæculari, illi obtingunt, atq; alia ecclesiastica. Et de illis prioris generis nulla est ambiguitas, quin propriè ac priuatim illa possidere valeant, sed de posteriori erit tota rei disputatio. In hoc ergo primo articulo solum disputatur an episcoporū status sit status paupertatis sicuti monachorum, ita vt nequeant proprium possidere. Ob idq; perspicua est ac facilimæ solutionis, quæ vnica conclusione cōtinetur. Episcopi quamuis status perfectionis profiteantur, non tamen quemadmodum monachi vt absq; proprio viuere obligentur. Cōclusio nequam plana est & constantissima: ob id quod nihil in particulari de bonis Ecclesiasticis affirmat. Quare inde potest veritatē sortiri, quòd iure sęcularis acquisitionis potest episcopis dominium rerum competere: At verò consultò cum. D. Thom. est à nobis generaliter asserta. Arbitror nanq; vt in solutione secūdi plane quisq; ādnotare potest, & artic. sequēti planius fiet, veram etiam illam sensisse de bonis ecclesiasticis, pro ea portione quæ ipsis ratione stipendij obtingit. Probatur ergo secundum istiusmodi generalem sensum. Ad ea quę sunt supererogationis nemo nisi specialiter se ad illud voto astringat cōstringitur. Ait enim in epistola ad Paulinam & Armentarium Augustinus. Quia iam vouisti, iam te obstrinxisti: & aliud tibi facere non licet. Prius quàm esses voti reus liberum fuit quod esses inferior: viuere autem absq; proprio, opus est supererogationis: nempe non sub præcepti vinculo, sed sub optione consilij comprehensum: vt patet Matthæi. 19. Nam post necessitatem mādatorum, Si vis ad vitam ingredi, adiectum est vt qui vult perfectus esse, omnia quæ habet relinquat vt sequatur Christum: episcopos autem manifestum est non se eiusmodi voto irretire: quia neque id ad pastorale munus necessarium est: sed satis est vt Christum egregiè diligant: ergo episcopus secundum leges suæ dignitatis non arcetur quo minus dominio possit rerum fungi. ¶ Hic nulla emergit dubitandi ratio, sed hoc solum est memoriæ mandandum quòd cum episcopus religionis votum non emittat, fit vt nec votum faciat peculiare castitatis, præter id quod sacerdotio adiunctum est, neque votum paupertatis: sed tantum promittit obedientiam Papæ, fidemq; suam huic ecclesiæ, à quo ideo vinculo nisi authoritate ipsius pontificis dissolui nequit. Et ideo quatenus episcopus quisque est, non ei repugnat proprium possidere: non solum hęreditario vel alio quouis ciuili iure, verum neque ecclesiastico. Haud enim ex parte suæ dignitatis ei repugnat iustum stipendium pro ratione suæ functionis percipere, cuius sit vere dominus, sicuti olim erant sacerdotes & Leuitę: Vtrum verò tale ecclesiasticū dominiū alia ratione sit eis prohibitum: nempè vt nullū in decimarum portionem habeāt quæ sibi proueniat, articulo proximo & subsequenti examinandum est. Nunc ergo satis sit constitutum, habere dignitatem episcopalem non esse paupertatis statum, atque adeo neq; episcopo repugnare habere dominium rerum quæ possidet.

Duo bonorum genera quæ episcopus possidet

Conclusio responsiua.

Probatio.

Augustinus.

Documētū

AD primum igitur argumentum negatur propositio illa quod ad naturam perfectionis aut ad perfectionis statum generaliter & absolutè necessaria sit paupertas, sed tātum est necessaria ad peculiarem perfectionis statum religiosorum. Quod enim ad perfectionē non sit necessaria, iam suprà lib. 8. satis constitutum est: vbi monstrauimus perfectionis rationem in copia charitatis consistere, ad quam quisque quocunque statu progredi potest. Ad statum autem religiosorum ob id est paupertas necessaria quod profitētur perfici (hoc est) perfectionem discere & comparare, cui quidem instituto rerum possessio oneri est & impedimento. Episcopi autem non profitentur perfici, sed perficere. Quocirca eas debent in charitate radices fecisse, vt à nullo vento possint inde euulsari: nempe neque ab amore diuitiarum, quas possident, neque ab alio quouis humano affectu. Exemplo Grego. in cuius vita ad Heremitam responsum diuini oraculi refertur, quod plus ipse suam eatam quàm suas ille diuitias diligeret. Quare adolescentu non dictum est, Si perfectus es: aut, si vis esse perfector: sed, si vis perfectus fieri, vade & vende

Ad primum argumentū.

Gregorius.

vende: &c. A Petro verò dum pastor instituitur nulla exigitur paupertas, sed charitatis culmen. ¶ Ad secundum tres applicat diuus Thomas respondendi modos. Vnus est Hieronymi, idemque mysticus: vt sub nomine auri & argenti prohibiti sint prædicatores sapientiæ atque eloquentiæ huius sæculi inniti. Alius verò est Augustini. in lib. de consensu Euāgelistarum: nempe vt illud: Nolite possidere, &c. non habeat vim præcepti, sed potius permissionis. Ac si dixisset: Non opus est vobis auro & argento. Permittitur enim vobis tanquàm operarijs victum suscipere. Vnde subdit: Dignus est operarius mercede sua. Nam quod noluit Paulus, vt. 1. ad Corinth. 9. refert, aliquando vti oblata sustentatione, opus erat supererogationis. Sed tertia responsio est Chrysostomi. vt inhibitio illa intelligatur peculiariter facta discipulis dum ad prædicandum Iudæis mittebantur: tum vt populus ille facilius alliceretur, tum etiā vt ipsi firmiorem haberent fiduciam, quòd diuina subsidia non essent eos defectura. Ex quo ideo neque ipsi neque eorum successores obligantur absque proprijs sumptibus euāgelium prædicare. Quare Paulus, vt. 2. ad Corinth. 11. de se memorat, ab alijs ecclesijs stipendia mendicabat, quò posset gratis prædicare Corinthijs: quæ ideo aliunde sibi missa iure possidebat. Confirmat præterea inde diuus Thom. solutionem, nempe posse episcopum propria possidere, quòd stultum esset sanctos illos Pōtifices Athana. Ambro. & August. eiusmodi præceptum sanctitatis fuisse transgressos.

Ad secundū Hieronym.

Augustinus.

Chrysosto.

¶ Duo hic tamen circa hanc solutionem non sunt dissimulanda. Vnum est quòd solutio neque vera in totum apparet, neque argumento satisfaciens. Apparet enim negare vere apostolos fuisse professos paupertatem: quod falsum esse ex authoritate ab ipso citata constat: Ecce nos reliquimus omnia. Quare nec satisfacit eidem authoritati quam in argumento assumpserat. ¶ Ad hoc respondetur hic diuum Thom. non disputare de apostolis vtrùm tria vota, vti modo religiosi, emiserint, tāquàm religionum futurarum exemplaria: quod quidem idem diuus Thom. vt lib. 8. vidimus. 2. 2. quæst. 88. art. 4. concedit: sed modò tantùm de illis differit quatenus apostoli erant & episcopi, ad quem quidem statum nō necesse attinet paupertas. ¶ Alterum hic maximè adnotādum est quod hic affirmare videtur: imò plane affirmat ep potest episcopus habere dominium, non solum rerum alio iure acquisitarum, verùm stipendij ecclesiastici quod suæ functioni deputatum est: Nam argumentum erat quod epi-

Solutio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm episcopi mortaliter peccent si bona ecclesiastica quæ procurāt pauperibus non largiuntur.

NE filum diui Thom. rumpamus quæritur secūdò vtrum episcopus mortaliter peccet si bona ecclesiastica quę procurat pauperibus non largiatur. Apparet enim Ambrosius id definire inter exponendum illud Lucæ. 12. de homine diuite cuius ager vberes attulit fructus. Ait quippe, Nemo proprium dicat quod est commune: plus quàm sufficiat sumptui, violēter obtentum est. Et paulò pòst, Neq; minus est criminis habenti tollere, quàm cum possis & abundas denegare indigentibus: alienum autē violēter tollere criminale delictū est: ergo episcopi qui quę sibi supersunt in pauperes nō effundunt, lethaliter delinquunt. ¶ Secundò super illud Isai. 3. Rapina pauperū in domo vestra. ait Hieron. glossa ep bona ecclesiastica sunt bona pauperū. Idē ad Dama. 16. q. 1. cano. quoniā. quod iam ceu prouerbiū vulgò susce-

Primum argumentum Ambrosius.

Secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

susceptum est: quicunque autem id quod alterius est, vel sibi vsurpat, vel in alios vsus dispendit, mortaliter peccat, atque ad restitutionem tenetur: ergo cùm episcoporum bona, ecclesiastica sint, fit vt si quæ sibi redundant, aut sibi retinent, aut consanguineis largiuntur, ad restitutionem teneri videantur. ¶ Tertiò. Multò magis sacerdotibus licet de rebus ecclesiæ ea accipere quæ sibi necessaria sunt, quàm superflua augere. Ait verò in epistola ad Damasum Hierony. & refertur. 1. quæst. 2. clericos illos commodè stipendijs ecclesiæ sustentari, quibus parentum & propinquorum bona nulla suffragantur: qui autem bonis parentum & opibus proprijs sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium committunt & incurrunt. Hæc ille. Vnde apostolus. 1. ad Timph. 5. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur ecclesia: vt ijs quæ verè viduæ sunt sufficiat: ergo multò est certius tunc episcopos mortaliter delinquere, cùm ea quæ sibi de bonis ecclesiasticis exundant, pauperibus non profundant. ¶ In contrarium est episcoporum quorundam vsus qui ea quæ supersunt non cuncta pauperibus erogãt: sed ad ampliandos reditus ecclesiæ, idq; (vt appareat) laudabiliter expendunt.

Tertium.

Hieronymus.

OPeræ pretium est in fronte disputationis nostræ textum diui Thom. in cõclusiones distribuere, quas explicationis lucis gratia septem numero constituemus. Persistendum autem est in ea distinctione inter episcopi bona quæ propriè, puta aut hæreditario aut alio ciuili iure possidet, & bona ecclesiastica. Est ergo prima conclusio. Proprijorum bonorum, hoc est quod iure sæcularis episcopi possidẽt, verum habent dominium. Hæc iam suprà artic. 1. satis est confirmata ex eo, quòd status episcoporum non est paupertatis professio. Quo fit vt ex rerum ipsarum conditione & natura non teneantur iustitiæ lege ea pauperibus vel alijs erogare, sed & retinere possunt, & vt libuerit elargiri. ¶ Secunda conclusio. Quanuis possint in earum dispẽsatione sicuti sæculares ciues peccare, nempe aut propter auaritiam contra debitum charitatis eas retinendo, vel indigne prodigendo, nemini tamen ad restitutionem obligatur. Enim uerò vt. 4. libr. sæpe diximus, vbi iustitia non violatur, nulla inde restitutionis obligatio emergit. ¶ Tertia conclusio. Episcopi bonorum ecclesiasticorum sunt dispensatores vel procuratores. Hoc patet ex verbis August. ad Bonifacium Comitem: quæ referũtur. 2. quæ. 1. can. vltimo. Si priuatum possidemus quod nobis sufficiat, non illa bona nostra sunt, sed illorum quorum procurationem gerimus: proprietatem nobis vsurpatione damnabili vindicemus. hinc fit bona illa optima fide esse ab illis dispẽsanda, secũdùm illud primæ ad Corinth. 4. Hic iam quæritur inter dispẽsatores vt fidelis quis inueniatur. Hæc de bonis in communi possessis intelligitur, vt subsequentes declarabunt.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio. Augustinus.

¶ Et ideo de eorum distributione subtexitur quarta conclusio. Eiusmodi bona ecclesiastica non solùm in vsus pauperum, verùm & in diuinum cultum, & in ministrorum supplendis necessitatibus sunt expendenda iuxta tenorẽ decreti Simplicij Papæ. 12. quæst. 2. qui ait, De reditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium solis episcopis ex his vna portio remittatur. Duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi pauperum profuturæ à presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: vltima clericis pro singulorũ meritis diuidatur. ¶ Quinta conclusio. Vbi distincta sunt bona quæ debent in vsum episcopi cedere ab alijs tribus quæ pauperibus ac ministris & cultui addicũtur, si episcopus aliquid de his tribus portionibus retinuerit, non dubiũ quin contra fidem dispẽsationis mortaliter delinquat, & ad restitutionem teneatur. Conclusio per legem commutatiuæ iustitiæ innotescit: nam in tali casu verè furtum alienæ rei cõmittit. ¶ Sexta conclusio. De his quæ specialiter vsui episcopi deputata sunt eadem ratio videtur quæ de proprijs bonis: vt scilicet per immoderatũ affectum & vsum peccet quidem si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat, sicuti requirit debitum charitatis. Corrigẽdæ sunt impressiones quibus deest vltimum hoc verbum. Sicut requirit debitum charitatis. Imò vehementi opinione teneor deesse etiam quod ad restitutionem non teneatur. Contra quam dixerat in superiori conclusione: quamdoquidem ait. Eadem ratio videtur quę de proprijs bonis: quorum prodiga consumptio restitutionem non exposcit. ¶ Septima conclusio. Si verò non sint prædicta bona, distincta, eorum distributio fidei episcopi committitur. Deest etiam in multis impressionibus totum illud, Si vero non sint prędicta bona: in quibus ideo legitur, non subueniat distincta. quare fit litera inintelligibilis. ¶ De his ergo indistinctis adhibetur expositio cõclusionis: nempe quòd si in modico distributio vel deficiat vel redundet, potest id quidem fieri absque bonæ fidei detrimẽto: Siquidem nequit homo punctum vbique virtutis tam certum tenere, quin pro humana conditione in alterutrum vergat extremum. Si verò sit multus excessus, tunc neque latere potest, neque à peccato mortali excusari: quoniam tunc bona fides violatur atque adeò distributiua iustitia. Vnde tres denotantur maculæ infidelis serui, Matthæ. 24. vbi sic legitur: Si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit Dominus meus venire: quod pertinet ad diuini iudicij contemptum: & cœperit percutere conseruos suos: quod pertinet ad superbiam: Manducet autem & bibat cum ebriosis: quod pertinet ad luxum, cuius gratia mala fide fit dispensatio: veniet dominus serui illius in die qua nõ sperat, & diuidet eũ, scilicet à societate bonorũ: & partem eius ponet cũ hypocritis, scilicet i inferno. Ecce literã diui Tho. quam in fronte disputationis expediebat ob oculos ponere. Enucleanda verò est in articulo sequenti, vbi inter alia & argumenta quoq; ex Ambrosio & Hieronymo in capite quæstionis proposita dissoluentur.

Quarta conclusio.

Simplicius Papa.

Quinta conclusio.

Sexta cõclusio.

Correctio literæ. D. Th.

Septima cõclusio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm episcopi ac reliqui sacerdotes verum ac legitimum habeant dominium fructuum ecclesiasticorum qui illos pro sua portione contingunt.

PRæiacta ergo sentẽtia sancti Thom. subsequẽter circa singulos eius articulos, q generales sunt, mouentur singuli in particulari. Et primò circa priorem, quo disputatum in genere est, vtrùm episcopi possint habere rerũ dominiũ, qtiæritur in particulari circa sextam conclusionem, vtrùm tam ipsi quàm reliqui sacerdotes verum legitimumque habeant dominium eorum fructuũ ecclesiasticorum qui sẽ pro sua portione contingunt. Sunt enim innumeræ authoritates quæ à parte negatiua militare videntur. Hæc; in primis sacræ paginæ. Nam etsi status clericorum non perinde atq; monachorum votum habeat paupertatis annexum, saltem eorum quæ ipsis proi clericali functione ministrãtur, nihil eis videtur cõpetere, præter victum & vestitum: iuxta verbum Domini, Dignus est operarius cibo suo, & verbum Pauli. 1. ad Timo. 6. Habẽtes alimenta & quibus tegamur, his cõtenti sumus: ceu boues, quod ait alibi, aream triturantes. Quocircà apostoli missi sunt ad prædicandum sine pera, iussi non possidere aurum neq; pecuniã. Atq; eam ob rem in libro præcedenti sub titulo de simonia monstrauimus, nihil debere clericis, neque ipsi quicquam aliò iure posse à plebe pro administratione sacramẽtorum & reliquis spiritualibus functionibus percipere, quàm iure sustentationis. ¶ Secundò accedit huic & sanctorum patrum innumerosissima testimoniorũ turba. Nam præter loca Ambrosij, Hieronymi, & Augustini proximè citata, grauissimus Prosper. 12. q. 1. can. expedit. ait, facultates ecclesiæ non esse proprias, sed in communi possideri. Et in concilio Agathen. vt illic refertur, can. episcopi. habetur, quòd quidquid de prouisione ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in iure ecclesiæ sunt seruanda. Et Vrbanus Papa ibidem in can. res. ait, Res ecclesiæ non quasi proprias, sed vt communes, non in alios quàm in præfatos vsus, puta in subsidium pauperum, & ministrorum, & cultus diuini esse dispensandas. Et eãdem causa & quæstione, cano. episcopus qui est concilij Antiocheni, habetur, quòd episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum in omnes qui indigent cum summa reuerentia & honore Dei: participet autem & ipse quibus indiget: si tamen indiget. Et inter Canones Apostolorum est trigesimusnonus, talis: Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & eadem vt Deo contemplante dispenset: neque illi liceat ex his aliquid omninò contingere, aut parentibus proprijs quæ Dei sunt condonare: quòd si pauperes sint, tanquàm pauperibus subministret. Et suprà citatus ad Nepotia. Hieronymus ait clericorum hæreditatem solum esse Deum, cum quo nihil aliud debent possidere. Et ibidem eãdem causa & quæstione, cano. quia. aiunt Imperatores Carolus & Ludouicus: iuxta sanctorum patrum traditiones nouimus res ecclesiæ vota fidelium esse, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Et cano. decimæ. ait Augustin. quod qui decimas dare noluerit, quanti pauperes in locis suis vbi ipse habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit: quia rem à Deo pauperibus erogatam, suis vsibus reseruauit. Quare idem de sacerdotibus censendum erit si illas non dispensauerint. Multa huiusmodi sunt sanctorum loca. Et Hieronymus ad Damasum: & refertur cap. quoniam. 16. quæst. 1. clerici qui sæcularibus bonis affluunt, non possunt bonis pauperum ali. ¶ In contrarium autem facit textus in cap. vnico,

Hieronymus.

Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnico, de clerico non residente, vbi habetur q̃ qui diuinis officijs non intersunt, nisi infirmitas seu iusta & rationabilis necessitas, aut euidens ecclesiæ vtilitas releuet, non sunt domini quotidianarum distributionum: neque faciunt eas suas, sed ad restitutionem sic perceptorum obligantur. Vnde è contrario sensu colligitur quòd residentes verum dominium earundem distributionum acquirant, atque eadem ratione aliorum ecclesiasticorum fructuum.

QVæstio presens, vt initio dicebam, nimiũ ambigua est. Sanè cùm sanctorum testimonia primo verborum sonitu diuersè appareant illam definire quàm ratio penitius inspecta videtur permittere. Missa ergo hinc faciamus episcoporum ac sacerdotum bona sæcularia: de quibus, vt articulo proximo conclusum est, nemo ambigit: sed omnes consentiunt priuato dominio à sacerdotibus posseri. De ecclesiasticis verò tres, vt sæpe numerò assolet, versantur opiniones. Vna est Alexãdri de Hales grauissimi authoris. 3. p. q. 36. mẽbro. 5. ar. 2. Et Richar. in. 4. dist. 45. ar. 3. q. 1. qui expressè aiunt fructuum ecclesiasticorum clericos solùm habere vsum, & non proprietatẽ. Atque hanc fermè amplexi sunt doctores iuris canonici: vt Archidia. super cap. statutum. §. assessorem. de rescript. lib. 6. vbi ait hæreticum esse in iure quòd ecclesiasticus acquirat sibi verum dominiũ fructuum præbendæ vel ecclesiæ. Cui accedit Panormit. in. c. cùm esses. de testamen. Et Dominicus in. c. presenti. de offi. ordin. Et, qui nõ est in postremis habendus, eidem opinioni adstipulatur, Tho. Waldensi tomo. 1. lib. 4. cap. 42. & quatuor subsequentibus. Vbi multis patrum testimonijs videtur sibi constantissimè probare nullum penes clericos esse ecclesiasticorum bonorũ dominium. Secunda nihilo minùs opinio est quam hic tenet sanctus Thomas: videlicet quòd illius portionis quæ particulariter applicata est episcopo perinde videtur dominus atq; aliorum bonorũ quæ sæculariter possidet: vt patet in sexta conclusione. Secus si omnia bona ecclesiæ in communi possiderentur, & eius essent dispositioni mãdata: vt patet in tertia & septima. Et eandem opinionem amplectitur Adrian. in. 4. in materia de restitutione. Tertia est Caieta. loco præsenti, quam etiam suprà insinuauit, vt lib. præcedenti sub titulo, de decimis, vidimus. Partim enim tenet cum sancto Tho. nempe q̃ regulariter episcopi sint domini suę portionis. postquàm facta est bonorũ distributio in quatuor partes. Meditatus est tamẽ eam exceptionem, quòd quando portio illa quæ ipsos contingit est notabiliter abundans, tunc teneantur duas partes eiusdem portionis in pauperes & fabricam refundere. Et quamuis expressè non affirmet vtrùm teneantur iure charitatis an iustitiæ: tamen sentire videtur quòd teneantur de rigore iustitiæ, sicuti anteà quàm essent diuisa bona. Ex quo fit consequens secundùm eum nentiquam esse verè dominos eiusdem portionis, sicuti non erant tũc totius acerui. ¶ At verò secũdà opinio adeò mihi semper pro meo exili iudicio persuasa fuit, vt quandiu ecclesia contrarium nõ definierit, nescio an de illa decidere possem. Eò potissimùm cùm sanctus Tho. eam teneat: neque vllus eiusdem ordinis pater contrarium expressè dicat. Non q̃ clerum aut certè episcopos ab eleemosynarũ vinculo absoluere moliar. Imò quàm eos crediderim eidem mandato esse obnoxios, art. sequenti expromam. Sed quod vbiq; cuperem vnã quamlibet rem suo loco & iure pro meo modulo collocare. ¶ Ad plenam ergo rei intelligentiam duo statim præ foribus prænotare oportet. Vnum scilicet de diuersis ecclesiæ bonis, atque alterum de varijs eius statibus. Hæc enim summoperè rem dilucidat. Et quantum ad primum, quatuor sunt bonorum temporalium genera quibus fruũtur clerici, vel olim in penu ecclesiastico reponebantur. Prima videlicet erant quæ Christi fideles in primordijs ecclesiæ in commune cõferebant vt inde tam clerici quàm pauperes alerentur. De quo ritu Actuum. 4. scriptum est, non fuisse quenquam egentem inter illos. Nam quot quot possessiones agrorum aut domorum habebant, vendẽtes offerebant pretia eorum quæ vendebant, & exponebant ante pedes apostolorum. Diuidebantur autem singulis prout cuique opus erat. Et quanuis illud institutum Hierosolymis ortũ habuerit, inualuit mos tamen inde in christianismo vt partem saltem bonorum in cœtũ clericorum eodem fine Christiani conferrent, neque possessiones venderentur, sed permanerent in ecclesia. Ait enim Melchiades Papa in can. futuram. 12. q. 1. c. cùm apostoli futuram ecclesiam in gentibus præuidissent, idcircò prędia in Iudæa minimè sunt adepti, sed pretia tãtummodò ad fouendas gentes. At verò cùm ecclesia succresceret, omnes, vt maximè de Cõstantino Cæsare constat, non solùm pretia, sed possessiones ecclesię conferebant. Et Vrbanus eano. statim proximo: Videtes, inquit, summi sacerdotes plus vtilitatis posse conferre si hæreditates & agros quos vendebant ecclesijs quibus præsidebant episcopi traderent, eò quod ex sumptibus eorum tam præsentibus quàm futuris temporibus plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam du centibus, quàm ex pretio ipsorum, cœperunt prædia & agros quos vendere solebant matricibus ecclesijs tradere, & ex sumptibus earum viuere. Hæc ille. Forsan enim tũc nondum per totam ecclesiam inoleuerat tam exacta decimarum solutio, sed illis fortè distributionibus contentus erat clerus, parcissimè tunc viueris. Alia sunt bona quę postmodùm offerri etiam ecclesiæ cœperunt: non solùm in fabricæ aut pauperum subsidium, sed tanquàm stipendiũ alicuius perpetuæ capellaniæ. Imò verò fortè præcisè ad hoc tantum onus: quæ quidem in ecclesijs nunc collegialibus dicuntur anniuersaria, quorum institutiones extant: in quibus nullius oneris habetur mentio aut fabricæ aut pauperum, sed solius anniuersariæ memoriæ perpetuò celebrandæ. Quibus adiunguntur & quæ episcopalibus sedibus denotata sunt: nempe castra & vassallos de quibus articulo. 5. redibit sermo. Tertium genus bonorum ecclesiasticorũ est quotidianæ pitantiæ & oblationes vel pro sacris celebrandis, vel quæ ad pedem altaris fiunt. Quartum denique idque solennissimum est decimarum quota iuri clericorum adicta: vt habetur cano. decimas. 16. quæst. 1. & alijs illic pluribus. Et extrà, de decimis, per totum. ¶ Secundò & id quoque meminisse opus est, quòd nascens clericorum ecclesia, cœpit in communi viuere: in quo vitæ instituto nonnihil temporis adoleuit. Ille enim erat decentissimus eorum status si perdurare posset: vt patet ex cano. Clementis. dilectissimis. & cano, citato Vrbani, Videntes. & cano. Scimus. & multis alijs. 12. quæstio. 1. Nam cùm paucitas tunc existeret clericorum & ecclesiarum, poterant sic commodè viuere. Imò & in multis ecclesijs cathedralibus etiam nũc specimẽ aliquod eiusdem vitę communis retinetur. Quãdo autem omnia erant in communi, tunc facultati & potestati episcopi tanquàm legitimi distributoris erant mancipata, vt clero & fabricæ & pauperibus secundum cuiusque necessitatem illa distribueret: eaque etiam sibi quibus egeret perciperet: vt habetur can. citato, episcopus. 12. quæstio. 1. Vbi legitur, quòd episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatẽ ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum omni reuerentia & timore Dei. Et cano. statim proximo. Præcipimus. qui est inter canones Apostolorum, habetur, quòd si animæ episcopo traditæ sunt, multò magis oportet eum curam de pecunijs agere: ita vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur. Idemque continet can. citatus trigesimus nonus eorundem Apostolorum. At verò exacto paulò plus clericorum numero, vix illa communis vita tolerari poterat. Vnde tempore iam Augustin. in lite erat & sub iudice, vtrùm deberẽt sacerdotes initiari nisi qui vellent in communi viuere. Quoniam vt primo articulo definitum est, eorum institutum id necessariò nõ exigit. Sanè cùm paupertatis votum non habeat annexum: neque verò obedientiæ, quam non quisque in domo sua præstare episcopo possit. Vnde idem Augustin. vt citatur tãdem causa. 12. quæst. 1. can. certè fatetur de se statuisse, nullum ordinare clericum, nisi qui secum vellet manere: aut si vellet à proposito recedere, illi clericatum tollerat. Sed ecce, inquit, in conspectu Dei & vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium quibus non sufficit Deus & ecclesia eius, maneant vbi volunt & vbi possunt: non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas, &c. Cùm autem clerici non cum suo capite vitam communem degerent, cœperunt episcopi infideliter communia illa distribuere. Quare videntes Pontifices non posse vitam retineri communem, facta bonorum ecclesiæ partitione in quatuor portiones singulas singulis addixerunt. Episcopo scilicet vnam, reliquo verò clero alteram, & fabricæ necessitatiq̃ ecclesiæ tertium, ac denique quartam pauperibus. Idque fieri cœpit circa annum Domini quadringẽtesimum septuagesimum: nempe in confinibus temporum Hieronymi, & Augustini. Tũc enim sedit Simplicius Papa, cuius est ille can. de reditibus. 12. quæst. 2. vbi hæc habetur diuisio. Et post viginti annos sedit Gelasius, cuius sunt canones, Vobis enim. &, Quatuor. quibus eadem diuisio cõfirmatur. & postea anno fere sexcentesimo sedit Gregorius, cuius sunt canones, cognouimus. &, mos. quibus eadem refertur partitio. Hæc tempora eò denotauerim, vt sententiæ quæ de hac re August. & Hierony. extant de tempore illo intelligantur quando in communi viuebatur, omniaque erant sub episcopi dispensatione. ¶ His præmeditatis ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima est. Si quæ modò alicubi extant illius generis bona quæ Christianus populus in subsidium pauperum offerebat, certum est neque illa neque eorum fructus posse vel ab episcopo vel à clero in totum vsurpari, sed lege iustitiæ debere distribui quæ si non distribuantur, ille qui distributionem omittit, ad restitutionem tenetur. Libro enim quarto declarauimus iuxta verbum

Prima opinio Alexan. Halen. Richardus.
Archidiaco.
Panormita. Dominicus.
Tho. Vvald.
Secũda opinio. S. Tho.
Adrianus. Tertia opinio Caieta.
Probatur opinio. S. Tho.
Quatuor bonorum tẽporalium genera quibus clerici fruuntur.
Melchiades Papa.
Vrbanus.
Augustinus
Partitio bonorũ ecclesię facta est anno Domini quadringẽtesimo septuagesimo.
Prima conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancti Tho.2.2.q.62.art.1.quòd qui ex debito distributionem omittit,illico fit lege commutatiuæ iustitiæ restitutionis reus. Idem & quidē certiùs asserendum est de bonis quæ hospitalibus sunt mancipata. Et hic est vnus verus sensus quintæ cōclusionis sancti Thomæ. Quocirca si quippiam bonorum istorum reperiantur episcopi vsurpasse,suæque applicuisse sedi, ambigi non potest,quin ipsa cum fructibus restituere teneantur. Hæc tamen censura limites præsentis negotij exit. Vbi enim contraria iustitia non constat, ille qui bona fide possidet, ab omni restitutione est liber. Quamuis nōnulla sit suspicio quòd castra,& villæ, & aliæ ecclesiarum possessiones fortasse aliquo respectu pauperum fuerit ecclesiæ tributa. ¶ Secunda conclusio ad rem magis pertinens: Prædia, & castra,& vniuersæ possessiones,siue episcopali sedi siue canonico collegio siue cuiuis alij præbendæ ecclesiasticæ annexæ,non transeunt in absolutum dominium episcopi neque sacerdotis præbendam possidentis:sed tantum sunt earundem possessionum administratores. Probatur conclusio. Quia illa neq; vendere neq; alienare possunt nisi de consensu episcopi & capituli, atque eorum quorum interest: imò sæpe nisi Romanæ sedis accedente consensu: idque in bonum & perpetuitatē ecclesiæ. Hic est sensus canonis Bonifacij.12.quæst.2. Nulli liceat ignorare, Omne quod Domino consecratur, sanctum sanctorū erit Domino, & ad ius pertinet sacerdotum: propter quod inexcusabilis erit omnis qui illud à Domino vel ecclesia aufert,vastat,inuadit,&c. Et.12.q.1.can.expedit.ait Prosper,facultates ecclesiæ nō proprias, sed communes esse. Vnde eâdem causa & quæstione,cano.multi.&.16.q.1.can.possessiones. & per totam quæstionem:& extrà, de reb.eccle.non alienan.arctissimè cauetur earum alienatio. Hæc conclusio intelligitur de quibuscūque bonis quomodocunq; ab ecclesia possessis:seu ratione anniuersariæ capellaniæ seu cuiuscunque alius clericalis obsequij. Res est clarissima:& de istis in vno sensu intelligenda venit conclusio tertia sancti Thom. Nam de duobus primis nil restat disputandum. ¶ Tertia cōclusio. Fructuum ex possessionibus prouenientiū,quæ ratione alicuius obsequij clericalis annexæ sunt ecclesiæ: nempe anniuersarij aut capellaniæ, clerici pro sua quisque portione sunt verè domini: sicuti & quotidianarum pitantiarum quæ illis pro Missis vel alijs diuinis exequijs offeruntur. Et hic erit vnus sensus sextæ cōclusionis sancti Tho. Conclusionē hanc nescio quis inficiari potest. Enimuerò si eleemosynarum quæ pauperibus erogantur dominiū acquirunt pauperes, nō est cur dubitetur quin & eleemosynarum quę fiunt sacerdotibus fiāt & ipsi domini. Eò potissimùm quòd, vt dictū est,nullum susceperint paupertatis votum. Dominia nanque,vt lib.4.diximus, nō alio æquiori titulo transferuntur quàm libera voluntate transferētis:sed qui eleemosynam pro missa celebrāda vel pro exequijs mortuorum largitur, liberrimè pro illo spirituali obsequio confert: ergo clericum in vero dominio constituit. Neque vllo pacto refert temporalésne sint tales eleemosynæ & quotidianę,an verò perpetuæ: scilicet fructus prædiorum & possessionū quæ pro talibus obsequijs mācipatæ sunt clero absque vlla pauperum ratione aut ecclesiæ fabricæ. ¶ Item stipendia quæ magistratibus ciuilibus pro suis laboribus dantur, vt iudicibus,prętoribus, quin verò & regibus & alijs dominis, verè trâseunt in ipsorum dominiū: ergo & illa quę clericis pro suis obsequijs & muneribꝰ erogātur:cùm ipsi multò pretiosiùs reipublicę seruiant, ¶ Quod si arguas, spiritualia non esse vē dibilia,iam tibi superiori lib. respōsum est posse clericos ad sui sustētationem stipendia suscipere,& iura quę sibi pro mortuorum exequijs & alijs officijs stata sunt percipere, atque adeò eorum dominium acquirere. ¶ Ex his colligitur quarta conclusio de episcopis. Quòd si castra & prædia quæ habent, de quibus artic.5. dicturi sumus,constet illis non esse adiudicatas sub conditione & modo vt pauperes alant,sed absolutè ad deferendum eorum sedi honorem & authoritatem: quanuis collatores credidérint beneficos eosdem fore Antistites in pauperes, nihilo minùs fructuum earundem possessionum sunt veri ac legitimi domini: neque contra rigorem iustitiæ faciunt quomodocunque illas dispendant. Et in hoc sensu etiam verificatur eadem sexta conclusio sancti Tho. Et probatur. Quoniam si eiusmodi possessiones dono illis datæ sunt absq; vlla conditione & oneris vinculo,nisi quòd maneant in perpetua possessione succedentium in sede, nulla est ratio iustitiæ quæ illis prohibeat esse annuorū fructuum dominos. ¶ Contra hæc profectò nescio qs firma aliqua ratione reclamare possit. De decimis autem tempora distinguenda sunt. Nam de illo quo pro indiuiso possidebantur, & sicubi nunc temporis eo modo possidētur,statuitur Quinta cōclusio. Tunc non erat penes episcopum ita plenum dominium quin distribuere partem pauperibus teneretur: sicuti & suam clero,& fabricæ suam. Hæc fuit septima conclusio diui Thomæ. Nihilo minus ambiguitate non caret vtrùm totum decimarum dominium esset tunc penes clerum,an pars penes pauperes. Itaq; tam æquum ius pauperes haberent ad partem suam tanquàm verè illius domini,quàm clerus ad suam,an potiùs totum dominium esset penes clerum, cum illo tamen onere, vt vel misericordiæ iure,vel etiam iustitiæ,tenerentur illis dare partē. Et quantū conijcio,communis opinio priorem modum tenere cogitat. Tum quòd tāta fructuum copia nō censetur soli clero esse addicta: tum quòd diuisio quæ posteà facta fuit attestari videtur,partem semper fuisse pauperum. At verò re oculatiùs inspecta, posterior modus non solùm est multò credibilior, verùm, vt arbitror, certissimus: nempe quòd dominium non erat nisi penes clerum. Atque huius prima ratio hæc est quæ ex superiori lib. colligitur. Decimarum finis alius non fuit quàm ecclesiarum seruitium, sacrorumq; ac sacramentorum administratio. Hoc enim sublato quòd ecclesię nō essent, profectò nullæ essent populo imperatæ decimæ. Atqui eadem ratio inde confirmatur, quòd ea de causa exiguntur à populo euangelico decimæ,quo à Mosaico: illic autem, vt Numer.18. constat,solùm soluebantur Leuitis & sacerdotibus,neque alia ratione quàm ob ministerium templi: atq; illius legis instar taxata est ab ecclesia decimarum quota: nempe quòd ecclesiæ nostræ ministri excellentiores sunt antiquis,vt ait sanctus Tho.2.2.quæst.87.artic.1.vbi nullam assignat rationem pauperum. Hinc ergo planè colligitur decimarum dominium penes clerum etiam tunc fuisse. Nisi dicas nullum habuisse dominium præter Deum: quod profectò falsum est: quia Deo non nisi clericis confertur,& pro eorum obsequio. ¶ Secundò ad idem arguitur. Ius petēdi decimas, vt omnium est vna confessio, ius ecclesiasticum est: quod ideo penes solos sacerdotes existit: non autem penes pauperes. Imò, vt suprà diximus, neque ipsi quantumcunque inopes ab earum solutione liberantur: nullū ergo vnquàm penes pauperes fuit decimarum dominium. ¶ Accedit huc tertiò inuincibile argumentum. Quod si intentio ecclesiæ tunc temporis fuisset pauperes in partem dominij decimarum mittere, profectò non solùm signata esset illis sua quota, verùm neque episcopo fuisset eius solutio commissa. Imò populo præciperetur vt singuli ex suis decimis partem adimerent, quam pauperibus elargirentur. Sicuti in antiqua lege, vt libro superiori vidimus, quilibet seorsim parabat decimas prò peregrinis. Quidnam enim opus erat id quod verè erat pauperum, nempe cuius ipsi erant domini episcopo cōmittere vt illis refunderet? Nunquid non Spiritus sanctus cuius nutu regebatur ecclesia bene nouerat nō ita multos fere antistites qui fideles essent futuri dispensatores? Quid ergo illis alienum committeretur? ¶ Accedit deniq; quod eleemosynarum ratio, alia est à decimarum. Illa enim,vt eleemosynæ vox testatur, tota est posita in misericordia: cùm decimarum solutionem ipsissima iustitia exigat. ¶ Ex his ergo fit consequens, decimarum dominium penes clerum semper fuisse, perinde atque in antiqua lege fuit penes Leuitas. Nam cùm neque alio paupertatis voto sint sacerdotes nostri impediti, neq; eis minores, imò multò maiores,si vigilanter seruiant,labores incumbant, non est cur non perinde atque illi efficiantur suorum stipendiorum domini. Attamen cùm tunc clerus non esset multùm numerosus, & in communi viuens paucis esset contentus, quàm æquissimum erat vt pauperes pro sua facultate alerent: & ideo tenebatur episcopus illam facere distributionem. ¶ Sed adhuc non sedatur animus quo minùs scisciteur quo ad id iure teneantur: iustitiæ ne an misericordię. Ex vna enim parte videtur nomen distributionis iustitiæ legem insinuare: ex altera verò, si dominium penes clerum erat, nō apparet qua iustitia pauperibus deberentur, sed sola misericordiæ: quæ solet etiam sub reatu mortalis delicti obligare. Enimuerò lex iustitiæ tunc solùm locum habet quando aut alienum possides,vt apparet in furto, aut sub ea susceptisti fide,vt reddas,vt apparet in mutuo: quorū neutrū locū habere in præsentiarū videtur. Respōdetur ergo quòd radix illius distributionis ex misericordia profecta est, non ex iustitiæ debita. Nec parum hoc scire refert, vt in subsequentibus liquebit. Sed tamen quia de superfluo eleemosynam dare præceptum etiam est misericordiæ, vt.2.2.quæstion.32.author est diuus Thom. & clericorum collegijs superfluere tūc decimarum quota videbatur, adiunctum præceptum creditur, vt sicri canones docere videntur, vt illo modo fieret distributio nulla pro tunc designata quota pauperibus. At quia præceptum semper intra limites misericordiæ continebatur, vehementer suspicor, libenterq; crederem quòd omissio pro tunc eiusdem distributionis non obligabat ad restitutionem. Et nè videar primus id asserere, non modò Adrianus instruere videtur, verùm & mihi sanctus Thom. in præsentiarum insinuare. Nam cùm in quinta conclusione asseruisset quòd vbi distincta sunt bona & sua singulis adiudicata, si

Secunda cōclusio.

Probatio cōclusionis.

Explicatio proximæ cōclusionis.

Tertia conclusio.

Ratio primę cōclusionis.

Quarta conclusio.

Probatio.

Quinta conclusio.

Secūda ratio.

Obiectio. Solutio.

Decimarum dominium ante diuisionem penes solū est clerū. Prima ratio ultimæ assumpti.

Confirmatio.

Declaratio

Postrema ratio.

Corollariū.

Dubitatio.

Ratio dubitandi.

Responsio.

S. Thomas

Adrianus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

episcopus quod alienæ sortis est sibi surripiat, non solùm mortaliter peccat, verùm ad restitutionem tenetur: in explicatione tamen septimæ, quæ vbi non sunt distincta loquitur, primùm ait, quòd modicus defectus non creat culpam: secundò quamuis grandiorem defectum culpæ attribuat mortali: tamē de restitutione nullum adiecit verbum. Quod quidem etsi Caieta. nescio quò aliorsum diuertat, certò tamen crediderim cōsultò de restitutione subticuisse: eò quòd vbi bona indistincta sunt, solum præceptum misericordiæ agnouit: non autem iustitiæ. Sicuti vbi portio aliqua hospitalibus adiudicata est, aut fabricæ, aut aliter pauperibus.

Sexta cōclusio. ¶ Sexta cōclusio ad quam præsens disputatio festinabat, tandem constituitur. Post factam ecclesiasticorum fructuum diuisionem episcopus verè est dominus portionis quæ sibi contigit: neque vllo iustitiæ vinculo quicquam illius pauperibus aut cuiuis alteri debet. Conclusionem hanc, vt suprà dicere cœperam, non eo animo affirmauerim, vt ad minores eleemosynas eos crediderim obligari, q̄ qui in diuersa sunt opinione, vt articulo sequēti patebit. Sed quòd legitimum ius ab eo quod legitimum nō est pro meo captu discernam. Est autem contra duas non nihilo differentes opiniones asserenda: primùm videlicet contra primam recitatarum Alexandri & quorundam iurisconsultorum, qui hæreticum in iure arbitrantur vllūpenes clericos esse ecclesiasticorum fructuum dominium. Deinde contra tertiam Caieta. qui opinionem diui Thom. moderatus, excipit casum, vbi decimarum copiæ exuberās est. Et primùm quòd hæc fuerit sancti Tho. opinio, clarissimè ex sexta eius conclusione constat: quæ ferme idē est quæ hæc nostra: quippe vbi ait: De his quæ specialiter episcopi vsui deputata sunt, eadem esse videtur ratio quæ de proprijs bonis: vt illic declarauimus. Et vt art. 6. vt in solutione tertij adnotauimus, cùm argutū esset episcopos, saltem quantum ad stipendia suatū functionum, debere esse voto pauperes, id negauit, ac perinde concesit eorum habere proprium dominium, quod voto paupertatis opponitur. At verò non est sola diui Tho. authoritas, quanuis sola esse possit quæ hanc opinionem persuadeat. ¶ Arguitur ergo primò contra primam opinionē quæ omne prorsus eiusmodi dominium denegat, ex ipsa iuris diuisione. Diuidere nanque ecclesiasticos fructus in quatuor partes, nihil aliud effingi potest fuisse, q̄ suæ cuilibet dnium adiudicare: ergo sicut reliquus clerus dominium habet suæ partis, & fabrica suæ, & pauperes suæ (vbi designata est) ita & episcopus habebit suæ: Nam profectò diserimē excogitari nequit vllum. Sed probatur antecedens. Etenim quia ecclesia, vt dicebamus, more & vsu experiebatur episcopos in distributione fidem frangere, ablatulit eis distribuendi arbitrium: & ideo nè plus iusto caperent, consignata est illis portio qua viuerent: atque adeò suo dominio addicta, sicuti & suæ singulis aliorum. Et ita tenet glossa super cap. duo sunt. 12. quæst. 1. Et facit ad id cap. peruenit. extrà, de fideiuss. vbi præcipitur de beneficiorum fructibus satisfieri clerici creditoribus: q̄ si non essent fructuum domini, non præciperetur. ¶ Secundò arguitur. Si per illam diuisionem non esset episcopo suæ portionis dominium adscriptum, sed perinde teneretur eandem distribuere, atque anteà totam, frustranea profectò esset diuisio. Cùm ergo non frustrà facta sit, sed vt cuique sua certa esset portio, manifestè colligitur perinde ei applicatum esse dominiū suæ sortis, ac reliquis dominja suarū. Vnde in cap. citato, vobis enim. 12. quæst. 2. eisdē verbis explicatur episcopi portio atque aliorum. Ait enim Gelalius: Antistes, de quatuor portionibus vnam sibi tollat, aliam clericis pro suo iudicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus, fabricæ verò quartam. Quid ergo est, sibi tollat, quàm sua sit? sicuti & reliquæ aliorum. Vnde posteà successu temporis factum est, vt episcopo prorsus fuerit adempta distributio, sed ex ipso cumulo fabrica suam partem capit, & clerus suam. ¶ Tertiò arguitur. In cunctis reipublicæ magistratibus creandis illa semper habetur ratio vt stipēdia eis discernantur iusta, quorum porrò domini fiunt. Cùm ergo episcopatus inter omnes tam ciuiles quàm ecclesiasticos præstātissimus sanè sit, ac maximè necessarius, iniquissima esset eius cōditio si non eodem iure episcopo decretum esset stipendium cuius vere esset dominus. Neque obstat q̄ sit ipse pater pauperum. Necessitudo enim hæc eam illi obligationem adiungit, quemadmodū articulo proximo explicabimus, vt in pauperes sit de sua substantia præ cæteris diuitibus beneficus & misericors. Nam & diuites huius sæculi, vt ait Paulus, tenētur etiam in pauperes esse benefici: de suo tamen. Quin verò si in similitudine persistere voluimus, pater etiam omnium quæ tribuit filijs, verè dominus est. ¶ Quartò, idque porrò vehemētissimè, arguitur. Si vera est opinio omninò negātium episcopis ecclesiasticorum fructuum dominium, consequens subinde sit (q̄d ipsi liberè fatentur) nullam eis certam partem esse applicatam, sed tantùm indultum vt pro

Prima ratio cōtra priorē opinionē negantem episdominiū suę portionis.

Gloſſa.

Secunda ratio.

Gelaſius.

Tertia.

Quarta ratio ad idem.

pro ratione sui status fructibus vicitent: quicquid autem superesset rigore iustitiæ tanquàm veris dominis, egenis conferant: hoc autem cōsequēs profectò incredibile est. Fac enim quartam partem fructuum episcopi attributam, decem millia ducatorum valere. Et quæro an totam summam possit suis vsibus insumere? Concedis forte vbi pro ratione sui status illud fuerit necessarium: sin minus, non potest, nisi quātum est ei necessarium. Quòd autem solutio hæc consistere non possit probatur. Primùm non constituis certam regulam per quam debeat status decentia iudicari: nam si regula sit, ecclesiæ amplitudo & maiestas, profectò illa non est certa: nam solet aliqua ecclesia esse magnę authoritatis, ac numerosissimi populi, quę tamen non ita est prouētuum temporalium diues: atque alia multo minoris authoritatis, longè tamen ditior. Quapropter episcopus qui ditior est, non est cur non possit ampliorem alere familiam, & maiores facere sumptus. Ecquis enim renuat, qnin episcopi Hispaniæ possint splendidiorem domum sustentare, quàm Itali? quippe qui bis & ter decuplò locupletiores habent ecclesias. Si autem decentia status pro ratione fructuum æstimari debeat, profectò neque illa est satis fida regulania posset vice versa ecclesia esse tam paruæ authoritatis, vt non requireret in episcopo maiorem: etsi ditior esset. Sed hoc admisso neque inde potest haberi certitudo. Nam quis debet sumptus quos episcopus potest facere admetiri. Etenim si dicas ad prudentiam boni viri id esse deferendum, inter bonos & prudentes est opinionum varietas. Exempli gratia de episcopo Salmātino forsan quis prudens satis iudicabit, vt sumptus faciat quatuor millium ducatorum: & alius cōcedet ei sex, & alius octo. Cuinam ergo sententię debet episcopus stare? ¶ Imò, quod euidentius est argumentum, demus secūdum omnes prudentes posse cōsumere octo millia: quare si habeat duodecim, satis est vt in mēdicos quatuor millia effundat. Forsan vult parcius viuere, & non expendere nisi sex millia. Tunc vtrùm illa duo millia quæ supersunt teneat de iustitia dare pauperibus? Si negatiuè respōderis, iam illū concedis habere plenum dominium octo millium ducatorum qui ad suum statum sunt necessarij, atque adeo si voluerit fraudare genium suum, illam superstitem quotā poterit pro suo libito expendere, vel in consanguineos, vel in alios licitos vsus citra scādalum: quod nos probare contendimus. ¶ Si vero respōderis quòd dum non consumit nisi sex millia reliqua, duo debet de iustitia pauperibus: eādem ratione affirmare poterexeris q̄ si octo millibus quæ expendere in proprios vsus licitè poterat, non vult, quia parcissimus est, expendere nisi quatuor, continuò debet pauperibus reliqua quatuor: & si non vult expendere nisi duo, debet reliqua sex. Exoquo consequitur, episcopum respectu suorum bonorum nihil aliud esse quàm conuiuam sedentem ad alienam mensam, cui tantùm comedere licet quantum libuerit, sed nihil amplius percipere: quod profectò nescio quis quantumuis ad rigorem iustitiæ concesserit. Nam de officio misericordię nihil modo loquimur. Porrò enim si ecclesia cum bona in quatuor partes diuisit, hoc facere cogitasset, non illam præstitisset prudentiam, quā certum est instinctu Spiritus sancti habuisse: nam legem iustitiæ quæ constitutissima esse debet, in ambiguo reliquisset: vtpote in humano arbitrio, quod maximè est variabile. ¶ Sed ecce aduersariorū Achilles: Populus Christianus ad nihil amplius sacerdotibus tenetur quàm illos alere ac sustentare: ergo non aliter illis debuit prouideri quàm q̄ necessaria caperent: reliqua verò pauperibus redderent. At verò illatio hæc ialia cissima est: nam etsi nihil plus eis debeatur q̄ sustentatio, tamen ratio prudentię exigebat vt certum stipendium arbitrio ecclesiæ illis ad eādem sustentationem destinaretur: porrò cuius essent veri domini, vt illis neq; liberum sit quātum libuerit capere, neq; rursus inquieta conscientia metum inquitat an plus capiant, q̄ sibi congruat. Sic enim res habet in republica ciuili. Nil inquam amplius publicis magistratibus nempe senatoribus, ac iudicibus, quin vero regibus debetur q̄ sustentatio pro ratione & obsequio quod reipublicæ impendunt: & tamen singulis decreta sunt præscriptaq; certa stipendia: aliàs enim non esset bona prouidentia.

Obiectio aduersariorum

Solutio.

¶ Quintò arguitur. Si episcopis omne adimitur ecclesiasticorum fructuū dominium, eâdē ratione & reliquis sacerdotib⁹ & toti clero adimi debet: quod profectò nemo audet dicere: imò Caie. huc reliquos sacerdotes fatetur habere verum dominiū, nec teneri de iustitia sua distribuere bona. Quòd tamē eadem sit ratio, patet: quīn non est cur episcopus villoris huic parte sit conditionis q̄ reliqui parœciani sacerdotes, atq; alij aliarū dignitatum. Eò vel maximè q̄ sua eis quarta addicta est, sicut reliquis suæ. ¶ Item vix percipere istorum possum opinionem. Aiunt enim episcopos nō esse dominos suæ portionis: nihilo minus satis esse vt quartā partem dent pauperibus. Quid ergo vbi pauperes suam habent quartā? Imò si non habeāt, cur nō ex toto cumulo illa quarta succidatur,

Quinta ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iustificum aduersariorum.

vt antè quàm fieret diuisio, sed ex sola episcopi portione. Adde quòd iam aliarū trium faciunt cum dominum. ¶Sed aiunt: Creduntur episcopi sortem pauperum sibi applicuisse. At verò hoc non ita certa ratione constat. Imò (quod non crediderim ratione vacare) cùm illa quarta pars pauperum, fundamentum vt suprà diximus, non habuerit in decimarum iustitia, sed tātùm in misericordia: vtpote quia ipsarum cumulus superfluere cēsebatur, fortasse in alia ecclesiastica beneficia mutata est: & ideo disperijt. Est enim hoc ad istorū intellectum apprimè obseruandum, quòd alere ex decimis pauperes, non est ius diuinum, neque naturale, sed merum ecclesiasticum positiuum, idque misericordiæ: ob idq; ecclesia potest illud variare. Nam pauperes naturali ac diuino iure alia via sunt præter decimas sustentandi. Ad cuius quidem coniecturam accedit, quòd præter sortem episcopi, & fabricæ, & clericorum, videmus plures alias à decimarum aceruo decisas: vt sunt sacerdotia quæ appellant præstimonia: quæ quidem multò maior pars est, quàm quæ episcopum contingit. Nam esse plurimùm consueuit tertia pars totius acerui: quæ quidem beneficia nulla extat memoria qua fuerint ratione instituta: sed suspicari solet (nam certa coniectatio nulla est) quòd ad alendos pauperes in studio fuerit destinata. Etenim quid aliud in ecclesia isti facere teneantur, non legitur. Vnde coniectura fit quòd illic fuerit portio pauperum assumpta. Imò verò forsan etsi sub prætextu studij fuerint illæ præbēdæ institutæ, suspicione mininè caret, non aliam habuisse radicem, q̄ quòd exuberantibus ecclesiasticis prouētibus ambitio humana ad illos anhelauit, & sedē apostolicam improbitatibus deuicit, vt illas præbēdas ex decimarum trunco amputaret. Præterea iam in Hispania & alijs prouincijs bona portio pro regibus excipitur. Nō ergo est cur iam modò totum onus alendi pauperes ex fructibus ecclesiasticis, quātum ad rigorem iustitiæ attinet, in episcopos reijciatur. Quanuis suauissimo, eisdemque peculiari misericordiæ onere, non sint exonerandi. ¶Postremum denique, & quod rem concludat argumentum contra aduersam opinionem informetur aduersus restitutionem ad quam isti aiunt episcopos teneri, si quidqd illis supereſt, pauperibus non restituant. Qui enim dicunt rigore iustitiæ, tāquàm veris dominis, pauperibus id deberi, subsequenter dicere coguntur quòd aliter facientes ad restitutionem teneantur. Quòd autem consequens ineptè, atque, vt bona venia dixerim, inaniter concedatur, arguitur. Valeat verbi gratia, vt dicebamus, Salmātinus episcopatus pro quarta parte quę sibi sorte obtingit decem millia ducatorum, quorum sex ad suam sustentationem secundùm suam dignitatem necessaria sunt. Et fac reliqua quatuor quę pauperibus debebat, illis præsenti anno subtraxisse, & in alios prodegisse proprios vsus: Tūc anno subsequēti vnde restituet? Nam sex pro sua sustentatione indiget, & alia quę supererunt quatuor, pauperum sunt: nil ergo habet vnde restituat. In summa. Si quidquid episcopo quotannis supra necessarium redundat, pauperum lege iustitiæ est, vnde quæso episcopus, quod pauperibus semel ademit postea restituet? Nisi forsan alia habuerit bona patrimonialia: aut nisi dicas debere de parte sibi necessaria suum fraudantem genium illa quæ pauperibus debet abscindere: quod non est concessu dignum. Porrò ergo opinio hæc nullatenus videtur rationi consona. ¶Ex his diluta euadit alia quæstio: videlicet, vtrum illi quibus episcopus sua bona fuerit malè elargitus, siue cōsanguinei fuerint, siue alij extranei, ad restitutionem teneantur. Illi nanque qui episcopum non faciunt dominum, id quidem affirmāt: nisi illi tanquàm pauperes illa receperint. Attamen si episcopi verè sunt domini, vt probatum est, quanuis contra præceptum misericordiæ, exiguitate & nimia parcitate eleemosynarū mortaliter delinquāt, & sua bona aliter profundant, etiam in malos vsus, verè dominia transmittunt. Quocircà qui illa recipiunt, ad restitutionem minimè tenentur. Atque idem ante nos sensit Adrianus. Et patet exemplū. Dum enimquis cuipiā in extrema necessitate constituto succurrere prętermittens, id quod illi præbere tenebatur, alteri diuiti prodigè contulit, neque ipse neque ille qui recipit vllatenùs fit restituendi reus. ¶Restat ergo examinanda Caietani opinio quam suprà diximus mediū tenere locum. Vtitur enim hac distinctione: nempe quòd dum reditus episcopales aut tenues sunt tantūq; sufficiētes episcopo, aut mediocres, ita vt sint parum abundantes, non tenetur de iustitia illos distribuere. Sed omninò inquit iudicandum est tūc de istis ac de præbendis aliorū clericorum, quę ad ipsorum sustentationem deputatæ sunt. Atque hactenùs videtur tenere cum sancto Thoma: videlicet quòd perinde illorum bonorum sint episcopi verè domini, vt aliorum quæ sunt sibi propria. Quando verò huiusmodi fructus supra id quod eis necessarium est, multum redundant, tenentur, inquit, etiam quotam quæ sibi obtingit, in tres partes diuidere, quarum vnam largiatur fabricæ, atque alteram pauperibus::

Postrema ratio.

Eps bona suæ portionis prodigēs ad restitutionē minimè tenetur, neque illi quibus sunt collata.

Opinio Cai.

tio prima Caietani.

randa.

ninus.

num argumentum Caietanū

ribus: siquidem clerici iam habent suam. Probatio eius est duplex. Prior, quòd tunc in sapientis animum cadere non potest, quòd tanti fructus episcopo sint assignati pro sua sustētatione: & ideo fabrica & pauperes non sunt, inquit, fraudandi in sua quota. Posterior verò ratio est quam tetigerat. 2.2. quæst. 87. artic. 1, vbi censuit decimam partem fructuum longè illam proportionem exuperare, qua se habent clerici ad Christianum populum: quippe qui vix sint quadragesima eius pars. ¶At verò opinionem hanc in primis Caiet. ex diuo Tho. elicere nequiuit: quippe qui in sexta conclusione simpliciter ait, de his quæ episcopi vsui sunt deputata, eandem videri rationem quæ de proprijs bonis. Et diuus Antoninus. 3. part. titu. 20. cap. 8. idem simpliciter sentit. Quin verò hæc opinio Caietan. noua est, quæ præter ipsum neminem habuit authorem. Siquidem omnes in altero duorum extremorum simpliciter persistant: nempè aut quòd episcopi nullum habeant dominium, aut quòd suæ portionis simpliciter dominio fungantur. Prætereà diuersa Caieta. immiscet in hac opinione. Primùm enim ex eo solum quòd fructus episcopi sint multùm abundantes, videtur colligere quòd teneatur illos in fabricam & pauperes dispertiri. In ratione autem qua id probat aliorsum diuertit: nempe quòd fabrica & pauperes non sunt defraudandi à suis partibus: nimirum insinuans, fabricam tunc & pauperes nullas habuisse partes. Quò ergò perspicuè cōtra ipsum arguamus, interrogatur ab illo quomodò intelligat fructus episcopi esse nimium abundantes. Aut enim intelligit quòd eius quota maior sit quàm quarta: nēpe quia fabrica & pauperes nullam habent portionem, vt ratio eius insinuat: & tunc ratio quæ illum cogit & fabricæ & pauperibus prospicere, non est quòd fructus eius nimium abundent, sed quòd præsumatur portiones fabricę & pauperum sibi iniquè applicuisse: cuius tamen non inde semper coniectura comperta sit. Nam forsan portio pauperum, vt suprà diximus, in aliud beneficium fuerit mutata: aut fortasse canonici sibi surripuerunt: aut fortasse fabricæ & pauperibus aliter fuerit prouisum. Hoc autem accidentarium est ad propositum. Si autem intelligat eiusmodi fructus nimium esse abundantes, non ratione diuisionis: nempe quòd maiorem quotam habeat quàm deberet: sed quia ecclesia ipsa est pinguis, & ideo portio episcopi crescit sicut alię portiones: tunc grauare potius episcopum quàm clerum vt de sua portione rigore iustitię debeat prouidere fabricæ aut pauperibus magis quàm alij clerici, nulla persuadet ratio. Nam id quod accidentarium est, non mutat substantiam iustitiæ: quod autem fructus vno anno sint benigniores, alio verò maligniores, aut quod vna ecclesia sit alia pinguior aut exilior: poterit quidem augere aut minuere vim præcepti misericordiæ, si plùs minúsve superfluit: non autem rationem iustitiæ. Ecclesia nanque non fecit diuisionem ex futura varietate pendentem, sed absolute dedit episcopo quartam, quidquid in futuro foret euentu: & ideo vbi pinguiores sunt decimæ, pinguior etiam est episcopatus: & pluris episcopus secundùm suam decentiam indiget. Quocircà, vt ad priorem rationem Caieta. respondeamus, negatur hoc non posse cadere in sapientis animum. ¶Secundo arguitur. Si eiusmodi fructuum exuberantia iustitiam mutaret, sequeretur quòd etiam si pauperes haberent suam portionem & fabrica suam, nihilominus de iustitia eps teneretur de sua illis portione cōferre: Imò verò si postquam semel eis contulit, id quoq; quod restat esset superfluēs, eadem lex iustitię cogeret vt iterū daret: & sic relabendum esset in primam opinionem, quæ omne episcopo dominium denegat: sed asserit quidquid illi supereſt, de iustitia deberi pauperibus. Quare profectò illa media opinio Caiet. ægrius sustineri potest, quàm prima. ¶Ad secundum autem argumentum Caietan. in hoc persistentis quòd decimarum quota exuberans sit respectu proportionis quam clerus habet ad reliquum populum partim libr. 9. sub titu. de deci. partim nunc proximè responsum est. Vellem enim ab illis qui hoc opinantur cōsiderari quòd eum in illo tam numeroso populo qui iustum faciebat regnum non nisi vnicū esset templum in quo nec sacramenta gratiam conferentia administrabantur, neque corpus sanguisque Dei adorabatur, & nihilo minùs duodecima gentis pars eius seruitio erat mancipata, decimaque pars fructuum non in subsidium pauperum, sed liberè tanquàm eius stipēdium addicta, cur in nostra sacrosanctā religione in qua tam innumera sunt templa, & in quibus tam longè excellentius Deus colitur, excessus existimabitur si tot sint episcopi, eaque dignitate & authoritate viuant, tam amplisque nutriatur clerus qui non tantum administrandis sacramentis, curæque animarum gerendæ sufficiat, verum ecclesijs assistendo cantandoque seruiant. Tolle maiestatem illam sacerdotum in cathedralibus reliquisque ecclesijs, illosque cantus qui sine sacerdotum numero modulatus esse nequit: & animo perspice

Secundum argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo loco haberetur Christiana religio. Quod si talis religionis apparatus necessarius est, profectò neq; decimarum quota superfluit: Eo vel maximè q, vt proximè dicebamus, tantæ iam portiones ad seculares titulos sint inde succisæ. Fateor equidē, vt illic dicebam, tum in ordinatione sacerdotum, tum etiā in sacerdotiorum præbendarumq; prouisione, quàm maximè abusus patêre. Attamen si pro rei dignitate secundumq; diuina iura hæc fierent, ipsiq; ministri loca sua fideliter tenerent, atq; in pauperes essent misericordes, nulla fieret occasio reliqua aduersus decimarum quotam & nonnullas ecclesiarum diuitias obmurmurandi. ¶ Per hæc rursum quæstio dissoluitur, quæ ad me aliquādo perlata est. Sunt enim multa bona ecclesiastica in titulū sæcularem transmutata: vt patet de regijs tertijs. Quin verò totę decimæ aliquarum ecclesiarum: vt patet de templariorum bonis & multis alijs quæ illustribus dominis adiudicata sunt, ac iure successionis à sæcularibus possidentur. Dubitari ergo potest an illa de iustitia sint pauperibus pro sua portione obnoxia. Sed est responsio negatiua. Nam totum ius quod pauperes ad decimas habent est positiuum & ecclesiasticum, super quo Papa dispensare potest: & ideò cùm ratione aliqua bona ecclesiastica sæculari titulo asscribit, libera relinquit.

Bona ecclesiastica in titulū sæcularem trāslata pauperibus nullatenus sunt obnoxia.

Ad primum argumētum

PRo solutione autem argumentorū: nempe authoritatum sanctorum quas vim magnā ostentare prima facie fateor, Notādum est primò quòd cùm anaritia, vt aliàs diximus, altera sit iustitiæ contraria, quæ propriè furtum & rapina nominatur, altera verò liberalitati, sanctis patribus illa familiaris est Hyperbole, vt auaritiam contra liberalitatem ac misericordiā, quæ est erga pauperes exercenda, rapinæ etiā nomine denotent: propterea quòd in necessitate omnia communia censeant quo ad vsum. Idque non tantùm in clero, verùm etiam in sæculari populo. Quanuis de hac re acerbiùs meritò sugillent clericos, ac potissimùm episcopos, vt articulo proximo videtur: eò quod eleemosynarum pręcepto arctiùs perstringuntur. Quare hoc genus rapinæ, restitutionis vinculum minimè secum affert. Item notādum, multa apud sanctos patres reperiri dicta de statu clericorū in communi viuentium, quæ tempori factæ diuisionis non cōgruunt, multaq; alia quæ consilia dūtaxat sunt, licèt illa sint emphasi exaggerata vt formā præ se ferāt præceptorum. ¶ Per hæc ergo argumenta dissoluuntur. Nā vt ab authoritate Ambrosij exordiamur, in fronte præcedentis articuli citata, & dist. 47. cano. Sicut hi. quæ reni plurimū elucidat, quā ait: Proprium nemo dicat, quod est commune: manifestum est non proprie de clericis aut episcopis loqui, sed generaliter, vti ait diuus Thom. de omni Christiana familia. Ad quemcunque enim auarum ait, Quid propria dicis quæ in hunc mundum non attulisti? Ad omnes ergo subdit: Proprium nemo dicat, quod est commune: Plus quam sufficiat sumptui, violenter obtentum est. Cuius simile ait Hieronymus, vt refertur. q. 42. canon. hospitalem. Aliena, inquit, rapere conuincitur qui vltra necessaria retinere probatur. Erat enim illorum sanctorum idiōma vt quidquid superflueret, commune censerent, quātum ad vsum. ¶ Quo circà id etiā quod in secundo argumento eiusdem articuli citatum est, ex eodem Hieronymo. super illud Isaiæ: Rapina pauperum in domo vestra: videlicet quod bona ecclesiastica sunt pauperum, propemodùm de sæcularibus etiā dixisset: nam verbum Prophetæ de omnibus intelligitur qui eleemosynas subtrahunt, quando erogare debent. Quanuis alia sit glossa quā diuus Thomas insinuat: nempe quod nomine pauperum non solùm sæculares pauperes veniant, verùm & clerici ipsi. Vnde sicuti dum in communi episcopi cum suis viuebant necessaria sibi capere poterant, ita dum facta est diuisio, de qua Hieronymus non loquebatur, episcopus dominium acquirit suæ portionis, sicut & reliquus clerus suarum sortium. ¶ Similiter respōdendum est ad ea quæ in fronte præsentis articuli nos obiecimus. Ad primum namque respondetur verbum Domini, Dignus est operarius mercede sua, aut cibo suo: non tollere quin possit episcopus dominium acquirere illius portionis quæ arbitrio ecclesiæ pro eius sustentatione taxatur. Verbum autem Pauli quòd habentes alimenta & quibus tegamur contenti simus, non de clericis tantùm, sed vniuersaliter de omnibus etiam sæcularibus intelligitur. Loquitur enim illic contra diuites huius sęculi. Ad aliud autem q apostoli sine pera missi sunt, iā suprà responsum est. ¶ Ad secundum, nempe ad authoritatem Prosperi, cano. expedit. 12. quæst. 1. videlicet facultates ecclesiæ non esse proprias, sed in communi possidendi & ad similes canones eiusdem causæ & quæstionis respondetur intelligi quantum ad possessiones, quas, vt dictum est, neque distrahi neque alienari licet nisi in bonum ecclesiæ. Quòd si intelligatur de fructibus, vt loqui videt can. episcopi. vt scilicet q quidquid de prouisione ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue

S. Thomas

Ad secundū

siue de oblationibus, omnia, iure ecclesiæ sunt seruanda: referendum est ad tempus quo clerici in communi viuebant. De quo etiam loquuntur canones. res. &, episcopos. ¶ Dictum autem Augustini, quod est ad Bonifaci. comitē, & citatur. 12. q. 1. cap. final. Profectò etsi ad ecclesiasticos illud applicet, etiam ad sæculares propemodum attinere sentit. Nā induci in illa misericordiæ præceptum quo singuli quæ propria possident, communia quantum ad vsum facere debent: sed quia loquebatur illic cō tra Donatistas qui conquerebantur bonis suis multari, ait, quod si ad ecclesiam reuerti voluerint, omnia illis fient communia, etiam illa quæ priuatim ecclesia possidet. Quod autem ipse ait in cano. decimæ. 16. quęst. 1. nempe q qui decimas non soluit pauperes enecat, ad tēpus referendum est quo in communi viuebat. Tunc enim decimis pauperes tam sæculares, quàm clerici alebantur. ¶ Postrema auctoritas Hieronym. ad Damasum. quæ refertur. 16. q. 1. cap. quoniam. singulare iurisconsultis negotium faceśit, vtrùm non solùm episcopi, verùm alij clerici qui bonis paternis aut alio ciuili iure acquisitis abundant, possint de bonis ecclesiasticis viuere. Ait quippe illic Hieron. clericos qui sęcularibus bonis affluūt, non posse bonis pauperum ali. Imo sacrilegiū committere, & per abusionē talium iudicium manducare & bibere. Cuius simile habetur in can. clericos, & can. pastor ecclesiæ. 1. q. 2. Est autem apud Panor. dubium quartum. q. 4. in libello suarum quæstionum. Sed profecto nō erat quæstio digna tam longa disputatione: quandoquidem vniuersalis ecclesiæ vsus illam affirmatiue decidit. Prętерquam quod & rationes & canones eandem sententiam confirmāt. Enimuerò cùm ecclesiasticæ præbendæ constipēdia sint ecclesiasticarum functionum, nil obstat quò minùs clericos, et si aliunde valeāt vitam ducere, possint, vti ait Paul. tanquàm triturantes boues de area pasci. Vnde. 1. q. 2. ex cōcilio Agathen. can. clerici. habetur sine exceptione, q clerici omnes qui ecclesiæ fideliter vigilanterq; deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita cōsequantur: iuxta verbum Apostoli, Qui spiritualia seminat, non est magnū si tēporalia metat. Et iure permittitur vt sacerdos propria bona possit, si libuerit, hæredibus relinquere, & de euāgelio viuere. Imò sic habet vsus. Quare episcopi debent illa quæ ad sua patrimonia pertinēt scribere, vt habetur can. manifesta. & can. sint manifestę. 12. q. 1. vbi permittitur vt eis si libuerit liceat ea suis agnatis ac necessarijs relinquere. Accedit & diutio facta in cap. quatuor. &, de reditibus. vbi absq; discrimine episcopo adiudicata est quarta pars.

Ad Augustī.

Panormita.

Clerici aliū de idoneum habentes vitā possunt de bonis ecclesiasticis viuere.

Concilium Agathen.

¶ Duabus ergo solutionibus, licet Panor. plures congerat, dicti canones sunt contenti. Prima est quam diuus Thom. arti. 7. reddit: nempe dicta illa Hieronym. intelligi in extrema pauperum necessitate. Cùm enim tunc etiam sæculares teneantur quidquid possint elargiri: multò æquiùs episcopi patrimonijs pollentes debent ecclesiastica pauperibus imperti ri. Altera forsan est solutio quæ colligitur ex dicto cap. sacerdos. 1. q. 2. ex ca. illi autem. 12. q. 1. nempe quod Hieron. loquebatur de illo ecclesiæ statu, quando clerici in communi viuentes omnia sua bona in vnum acerum conferebant. Dabatur enim eis optio vt vel bona quæ habebant parentibus suisque necessarijs relinquerēt, & de ecclesiæ fructibus cū reliquis pauperibus vitam ducerent, aut si mallent, sua retinerent quæ illis sufficerent: sed tamen sumptui parcerent eorum quæ in communi possidebantur.

Gemina solutio citati canonis. D. Thomæ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm singulari iure teneā tur episcopi præ sæcularibus diuitibus ad eleemosynarum subsidium.

POst quàm de dominio ecclesiasticorum fructuum visum est, sequitur vt de eleemosynarum iure quo episcopi tenētur, quartus subdatur articulus. Arguitur enim quòd non arctius ecclesiastici teneātur quàm sęculares: nam si per inde veri sunt suorum fructuum domini ac sęculares suorū, nulla superesse videtur ratio quę illos arctiùs perstringat quàm sæculares. ¶ Secundo: Officium misericordiæ extra extremā necessitatē non obligat nisi de superfluo: sunt autem multi sæculares diuites, quibus affluentiora sunt bona, plusq; suo statu superfluentia quàm episcopis: ergo non ipsi in vniuersum districtiori eleemosynarum iure tenentur. ¶ In contrarium autem est quòd episcopi peculiariter sunt patres pauperum. Vnde ad Nepotianū Hiero. quod refertur. 12. q. 2. Gloria episcopi est, pauperū opibus ꝓuidere, ignominia sacerdotis est, ꝓprijs studere diuitijs.

Primum argumentū.

Secundum.

HActenus de rigore iustitiæ loquuti sumus: secundùm quem pro captu nostro aliud cēsere nequiuimus, quàm quod episcopi suæ sint portionis domini. Nam propter nul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum misericordiæ opus veritas iustitiæ, aut neganda est, aut occultanda: sed nihilo minùs, vt illic dicebam, non erat nobis animus in eâdem confirmãda veritate, episcoporum, sacerdotumque conscientias eousque eleuare vt maligniores sint, cordisque durioris in pauperes. Imò verò, vt meum de hac re iudicium expromam, longè eos vrgentiùs, si id mihi auctoritatis arrogaretur, astringerem, quàm multi alij quos vidi alteram opinionẽ sequutos. Conueni inquam multos tenentes, episcopos non esse dominos, sed de iustitia quidquid eis exundat debere: pauperibus nihilo minùs satis esse asseuerãtes si sextam aut quartam partem egenis largiantur. Imò audias aliquos qui prælatum habentem centum millia ducatorũ, satis fecisse existimẽt, si sex aut decẽ millia tribuat: quod profectò ego mihi persuasum habebo nunq.

Prima conclusio. ¶Tribus ergo cõclusionibus ad quæstionem respondetur. Prima est quæ ex superiori articulo subinfertur. Neq; episcopus neq; sacerdotum vllus illius portionis quę sibi contingit, ea iustitiæ lege ad eleemosynas quàm de alijs bonis: vt sexta nostra conclusione, quam etiam monstrauimus esse sancti Thom. adnotatum à nobis est. Exceptus hinc tamen censends est emper casus quo vehemẽti suspitione laboratur, episcopum aliqua bona seu fabricæ seu hospitalibus aut alia ratione pauperibus consignata, sibi applicuisse. Tunc enim certum est, iustitiæ lege ad restitutionem teneri. Extra tamen eiusmodi casus liberi sunt ab illa distributionis forma & vinculo, quo dum in communi viuebant tenebantur: atque adeò nullo constringuntur iustitiæ præcepto.

Secunda cõclusio. ¶Secunda conclusio. Mandato misericordię quo vniuersi, vti. 2.2.q. 32. autor est sanctus Thom. & grauium Theologorum plerique, ad eleemosynas coguntur, episcopi inter omnes Christianos, ac subinde inter omnes mortales arctissimè perstringũtur. Cõclusio hæc multis nominibus cõprobatur. Primũ

Prima ratio cõclusionis. vt modo dicebam, q̃ episcopi esse tenentur viduis tauore & auxilio ceu mariti, orphanis tãquàm patres, ac deniq; vniuersis mendicis & inopibus singulare præsidiũ ac suffugiũ. Enim uero cum virtutum cultus animarumq; subinde salus sępenumerò in rerum tẽporalium egestate periclitetur: qua ratione Salomon, vt diuitiarum abundantiã, sic & rerũ inopiam metuebat: & episcopi pastores sint animarũ, nõ modò verbo & exemplo pascere promouereque gregem tenentur, verum & re ipsa indigis suppetias ferre. Viduarum enim honestas ac virginum pudor, rei familiaris penuria vehementer arietatur: & famem patientes, furandi, peierandi, decipiendi, multaque id genus incommoda intentandi periculis sunt expositi. Quibus cauendis Antistites pro sua quisque facultate prospicere vigilantissimè debent.

Secũda ratio ¶Secundò accedit quòd quamuis propter collabentẽ clericorum vitam facta sit illa diuisio, qua cuique sua portio adiudicata est, nihilo minùs episcopi exuere non debent antiquam illam ecclesiæ pulchritudinem, quæ in subsidio pauperum elucebat: nimirum quando Apostoli diaconorum ministerio tam impensè viduarum, orphanorum, indigentiumque curam gerebant. Neque verò debent prorsus de memoria delere ecclesiasticos fructus spirituales esse, gratiaque diuini cultus, & peculiariter in honorem Christi impensos: cui tam cordi fuit pauperes suæ familiæ commendare, ac potissimũ pastoribus quibus illam fidenter commisit.

Tertia. ¶Tertiò accedit huc quòd caput ipsum præcepti misericordiæ, nempe rerum redundantia & superfluitas, cæteris paribus, multò maior est aut esse debet in episcopis quàm in sæcularibus. Primùm enim frugaliùs viuere debent, multoque cum minori pompa quàm diuites huius mundi. Neque enim conuiuiorum splendor & lautities illis est licita, neque alius domesticus apparatus. Nam, vti ait Hieronymus, de altario illis viuere fas est, non luxuriari. Præterea cùm vxoribus careant, eximio inde sumptu eripiuntur, quo mariti premuntur. Atque adeò cùm neque proles habeant quibus debeant maioricatus instituere, aut aliter in perpetuum prouidere, non alios debent habere filios quàm pauperes: neque cõsanguineis aliter prouidere quàm pauperibus. Haud enim his debet erogare, quibus sua sufficiunt: vt habetur cano. pastor ecclesiæ. 12. quæstio. 1.

Moderatio proximæ assertionis. ¶Quanuis documentum hoc non summo rigore intelligendũ est, sed grano salis, hoc est naturali ęquitate condiendũ. Haud enim, vbi scandalum caueri potest, vitio est prorsus vertẽdum si episcopus qui pingui ecclesiæ prę fectus est, consanguineos anteà indios quadam victus mediocritate honestet: nõ pro sua tantùm vita, sed pro suis successoribus in perpetuum. Non inquam vt locupletia creet primogenitorũ iura, sed vt quadantenus statum illi mutare possint, vt absque necessitate deinceps vitam ducant. Si enim qui viginti aut eo plura, imò qui decem vel quindecim habet ducatorum millia, quartam partem in pauperes & pios vsus erogauerit: profectò ab omnibus cẽsebitur suo debito fecisse satis. Et si tertiam in tales vsus dispensauerit, nihil ab eo amplius, quantum ad cauendam culpam res attinet, deliberabitur. Cùm ergo reliquum absq; vllo scandalo possit licitè in proprios vsus consumere, cur non ei licebit ex reliquis sumptibus tantillum quotannis adimere, vt possit honestam sustentationem, eandemque perpetuam alicui cõsanguineo relinquere? Sed fateor scãdalum attentè semper esse cauendum. Quod tunc vtiq; cauebitur, dum subditi amplas pro eius facultate viderint Antistitẽ eleemosynas profundere, & quod dat consanguineo de suis proprijs sumptibus succidere: neq; verò ipsum eousq; locupletare, vt de humilimo statu ad illustrem subleuet. Hoc igitur non quòd superbis & ambitiosis velim indultum ire dixerim, sed vt quod mihi rei veritas offert, nõ diffitear.

Tertia conclusio. ¶Tertia conclusio. Præceptum hoc eleemosynarum quo episcopi perstringuntur, non potest vniuersim secundùm quartam aut quintã, maiorem aut minorem aliquotam partem existimari: sed secundùm iudicium prudentum, pensata tum prouentuum quantitate, tum & pauperum indigentia, ac temporum calamitate. Conclusio cũctis liquida fiet, qui rationem præcepti misericordiæ fuerint perscrutati. Est enim vt de superfluo fiat: superfluum autem respectu status tam possidentis quàm indigentis venit existimandum. Exẽpli gratia: sunt Itali episcopi, qui cum decimas non habeant, vix habent vnde viuere queant. Illis ergo nullus aut perquàm exiguus iniciendus est scrupulus, si eleemosynas non faciant. Imò & præter illos sunt etiam qui quamuis decimis fruantur, proueniunt illis tamẽ adeò tenues & malignę, vt si sextam aut minorem partẽ in pauperes refundant, satis sint fecisse censendi. Qui autem duo triãue millia ducatorum, & eo amplius habent, profectò nisi vel quintam vel saltem sextam partem distribuant, non debent existimare, se abundè præceptum compleuisse. Quorum autẽ reditus viginti aut triginta millia exuperant, profectò maiorem deberent elargiri partem. Hæc autem exempli gratia dicta sunt: nam & temporum calamitas, vt dicebam, & pauperum frequentia, rigorem potest augere præcepti. Quod autem de episcopis dictũ est, id de reliquis etiam sacerdotibus suo gradu intelligendum: ac de ijs præsertim quibus animarum cura incũbit: atque adeò de religiosorum monasterijs quibus prouẽtus redũdat.

Explanatur conclusio. ¶Quo circà non debent episcopi ob id securius pacare conscientias, si in eleemosynis erogandis remissiores sint, quòd vinculo iustitiæ ad restitutionem non teneantur, satis se proinde facturos arbitrantes, si in mortis articulo sacramento pœnitentiæ eiusmodi culpas abluant. Nam cùm etiam præceptum misericordiæ, de quo præfati sumus, sub reatu mortalis criminis obliget, inde satis debẽt exterreri, vt fidem Deo suo illæsam seruent. Præter quàm quòd quamuis lex eos iustitiæ ad restitutionem non obliget, debent profectò eorum confessarij tam durante vita quàm in mortis articulo, eis quos pauperum negligentes nouerint, per modum sacramentalis satisfactionis largissimas eleemosynas imponere, vt eodem propemodùm res incidat, ac si lege iustitiæ ad restitutionem tenerentur.

Modus eleemosynarum Deo gratissimus. ¶Modus autem eleemosynarum Christo gratissimus est, vt in præsentes pauperes sint diuites benigni. Non quidem insicias ierim, quin vbi hospitalia extructa non sunt, laudabile episcopo sit eorum fabricis vacare: atque adeò ecclesiarum ruinas reficere. Attamen quòd vt suum nomen perpetuò celebret, in ædificijs ampliandis & peror nandis ea insumat, quibus præsentibus pauperibus succurri posset nè fame perirent, non solùm vanum, sed profectò pernicioſum & Christo ingratissimum est. Quòd enim ait. Pauperes semper habebitis vobiscum: id moniti auribus exhibet, vt cura nos eorum pauperum angat qui nobiscum sunt, futuris enim miseris per futuros Deus misericordes prospiciet.

Ad secundũ argumentũ. ¶Atque ex his argumentorum solutio colligitur, quæ in vertice quæstionis proposita sunt. Ad primum nanq; respondetur, quòd etsi lege iustitię non magis episcopi vinciantur quàm diuites sæculares, tenentur tamen strictiori misericordię nexu.

¶Ad secũdum autẽ respõdetur, quod etsi accidere possit vt laicus præ nimia diuitiarum exuberãtia vrgentiùs ad eleemosynas obligetur quàm episcopus, tamẽ episcopi, cæteris paribus ratione sui status prælsius ac vehementius vrgentur.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm ecclesiastico statui condecens sit inter alias possessiones castra, vassallosq;, ac iurisdictionem ciuilem habere.

Quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVoniam articul. 3. inter alia ecclesiastica bona de oppidis meminimus, nõ abre fuerit de hoc possessionum genere articulum quintum adhibere. Apparet nanque ecclesiasticis. Antistitib⁹ atq; alijs dignitatib⁹ minimè cõgruere castra & oppida possidere, aut vasallos ciuili iurisdictione gubernandos. Primùm quòd ecclesiasticus status, spiritualis est, atq; adeò Christi obsequio totus mancipatus: ciuilis autem status totus est sæcularis, atque in rebus temporalibus positus, vbi plurimum iniquitatis cõmittitur. Quare vt lux & tenebræ, differre videntur. Ait autem Paulus. 2. ad Corinth. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? ¶ Secundò ecclesiasticus ordo in secessu potissimũ filetioque contemplationis positus est: ciuilis autem litibus, fraudibus, atq; alijs id genus negotiorũ turbinibus expositus, quibus necesse est Antistitum mentes à sua quietè sæpenumerò deturbari. Eò potissimum quòd causæ sanguinis in illo foro agitantur: quibus nè fe cruentet omnis clericus prohibetur: non ergo illis congruit eiusmodi turbulentis rebus præsse, sed illa omnia posse habere. ¶ Tertiũ de prisco more antiquæ legis sumitur argumentum. Leuitis nanq; nulla possessionum sors consignata fuit, sed solùm decimarum subsidium. ¶ Sed & de Christi exẽplo quartum adhibetur. Nam, vt libr. 4. sub titulo de dominio, dicebamus: & super cap. primum Matthæi, latius cõmonstrauimus, nullum ipse sæculare regnum huius mundi accepit, sed tãtùm fuit rex regni cœlorum. In res autem temporales ea fuit præcisè, quatenus homo, potestate contentus, vt in ordine ad finem redemptionis quando ad eũdem finẽ opus esset, quibúsuis temporalibus vteretur. Id quod illic significauit, vbi dixit, Regnum meum nõ est de hoc mundo. Et vbi Lucæ. 12. petenti vt inter se & fratrem iudicaret, respondit: Quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Et alibi sæpe: ergo neque suos administros ciuilis iurisdictio decet.

Primum argumẽtũ

Paulus.

Argumen. 2.

Argumẽ. 3.

Argumen. 4

Argumẽ. 5. ¶ Quinto: Eiusmodi iurisdictio & sæcularis in vasallos potestas ad superbum fastum & mũdi extollentiam episcopos exagitat, quæ humilitati ac modestiæ qua illos Christus instituit e diametro aduersantur: secundum illum eius admonitu, Matth. 20. Scitis quia principes gẽtium dominãtur eorum: & qui maiores sunt potestatẽ exercẽt in eos. Nõ ita erit inter vos: sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Non ergo ecclesiasticis dignitatibus decõrũ est eiusmodi sæcularibus iurisdictionibus splendescere: multoq; minùs conuenire videtur religiosis monasterijs per quorum ingressum sæculo renũtiatur, omnesq; sæculares põpæ post terga relinquuntur. ¶ Sexto demum arguitur. Ciues illi sunt præsidibus in causis ciuilibus & criminalibus committendi, à quibus decentius gubernẽtur. Sæculares autem nõ possunt in eiusmodi causis per ecclesiasticos ritè & rectè gubernari. Tum q illos non decet ciuilibus legibus esse imbutos, tum præsertim q illa authoritate non pollẽt vt subditi sint terrori, qui ad arcẽdam humanã audaciã perquàm necessarius est. Imò vsq; adeò videntur pecario in rebus ciuilibus præsidere, vt despicientes eos subditi ad regias curias suas causas deuoluãt. Qua ratione admonet in Timotheo nos Paulus vt nemo militãs Deo implicet se negotijs sæcularibus. Et Christus duobus gladijs fuit contẽtus qui essẽt distincti: & sicut in cœlo, ita & in terra voluit duo esse luminaria: nempe authoritatẽ sacrã Pontificũ, & regalẽ potestatẽ: vt habetur. 96. d. can. duo. haud ergo expedit ciuilẽ iurisdictionẽ cum ecclesiastica cõmisceri. ¶ In contrariũ est Christianorũ vsus à Syluestri & Cõstantini sęculo per sanctissimos patres atq; orthodoxos Cęsares & reges approbatissimus, per quẽ constat non solum primã ecclesię sedem, verũ & alias inferiores eiusmodi dotationibus esse decoratas: in quibus permulti habentur vasalli, non solùm episcopis, verùm & monasteriorum abbatibus subiecti.

Argumẽ. 6.

Paulus.

Conclusio respondetur.

Syluester. Constantinus.

QVæstionem hanc non solùm quia præsens tractatio eam exigebat hic attexere statuimus, verùm quia hisce diebus de illa cõtrouertitur. Duo tamen sunt eiusdem quæstionis membra. Vnum vtrùm ad ecclesiæ decõrum condecens sit eiusmodi ciuili authoritate fungi. Secundò vtrum propter aliquam emergentem necessitatem reipublicæ ecclesiasticæ vel ciuilis expediat eadem castra & vasallos sæcularibus vendere. Et quidem de secundo non constitui ad dicendum me ita multùm insinuare: quia cùm negotium sit ad Summum pontificem atque ad Cæsarem attinens, non est meum nisi interrogatum respondere. ¶ Ad priorem ergo quæstionis partem vna eademque affirmatiua conclusio ne more nostro respondetur. Consentaneum ecclesiasticæ ãutoritati fuit inter alias rerum temporalium dotes & hac quoque insigniri, vt ca-

Duo quæstionis mẽbra.

vt castra, imò verò vrbes cum potestate vtriusque gladij sub suo habere dominio. Conclusio hæc vel inde maximè probatur, q Christianissimi Imperatores tempore sanctissimorũ Pontificum eiusmodi dotationibus ecclesiam honestârunt. In primis Constantinus ille Magnus, maximusq; Christianæ religionis cultor & fautor, inter alia priuilegia quibus ecclesiam accumulauit, & hac etiam eam auxit authoritate, vt Romam cũ alijs vrbibus Apostolicæ sedi donauerit. Et Theodosius posteà tempore Ambrosij, atq; alij deinceps multi catholicorum Cæsares id genus donationibus ecclesiam locupletârunt: quas quidem nisi vt sanctum haberetur, neq; ipsi obtulissent, neq; illi sancti antistites accepissent. Accedit quòd, vt nostratium Annales tradũt, Christiani Hispaniarum reges cum Mauros ex prouincia bellis depellebant, pro partis victorijs de eisdem castris atq; opibus quæ de hostium manibus eripiebant offerebant ecclesiæ, non solùm episcopales sedes illo modo augẽdo, verùm & monasteria vtriusq; sexus fundando & ditando. Quod ergo illi Christi amantes fecerunt, omni potiùs ratione defendendum est, quàm aliquo pacto condemnandum. ¶ Ratio ergo quam illi ecclesiarum fundatores sibi in animum induebant, hæc erat, quòd cùm temporalia omnia propter spiritualia, in eorumque seruitium cõdita sint: & homines (quod nostrum ingeniũ est) rerum illarum splendore maximè moueã tur: nam cognitio nostra, vt natura docet, à sensu incipit: operæpretium existimârunt ecclesiam non solùm sanctis legibus instituere, verum, & rerum facultatibus instruere & fulcire, vt Christiano populo illam repræsentans maiestatem, maiori haberetur in pretio & veneratione. Eâdem enim de causa, vt nobiles atque illustres sacris initiarentur qui ecclesię essent stabilimentũ, iura permittunt, vt duo possint habere sacerdotia: vt habetur cap. de multa. de præben. ¶ Haud equidem nescio statim obmoliri quenquam posse huic sententiæ argumenta. Primum ab apostolorum exemplo & priscorũ præsulũ qui huiusmodi fastus præ nimia sua humilitate abigebant. Secundò ab absurdo: vsu nãq; & experimento cõpertũ est huiusmodi sæculares episcoporum possessiones multa attulisse incommoda: videlicet non solùm bella & eorum defensionem, sed etiam hæresium turbas & rebellionũ insultus: aduersus ecclesiã Germaniæ nanq; atq; Angliç hoc in causa etiam pontur turbatarum rerum, q neq; principes sæculares ferre æquo animo poterant episcoporum potentatus, neq; vulgus monasteriorũ diuitias. Imò & religiones ipsas inde plurimum videmus labefactatas, q immo dicis diuitijs abundant. ¶ Ad primum autẽ respondetur, vt lib. 9. sub titulo de decimis, dicebam, quòd si omnes episcopi & ecclesię prælati essent, vel sicut Petrus vel sicut Augustinus aut Martinus aut Nicolaus, vt sua sanctitate possent à Christiano populo benevolentiam ac reuerentiam captare, forsan non esset opus ecclesiæ eiusmodi subsidijs tẽporalibus fulciri. Sed tamen quia tam numerosam multitudinẽ episcoporum ac sacerdotum quàm est ecclesiæ necessaria, illa religione pollere, nõ est possibile, consultum alio modo est, vt existimatio ecclesiæ conseruetur: & sint qui quodam modo ad virtutum, literarumq; culturam horum respectu animentur. ¶ Ad secundum autem respondemus, vt sæpe contigit animaduertimus, quòd humanis moribus nõ potest vlla vel ratio vel prudentia ita prouidenter mederi, quin temporũ iniquitas omnia corrũpat. Negari enim nõ potest, quin ecclesiarum diuitiæ multa spiritualibus rebus pericula conflent: sed forte maiora crearet paupertas: nisi, quod impossibile est, sacerdotes & populi omnes sancti essent. Experimur enim vbi episcopi pauperes sunt, in nullo haberi pretio: & mendicantes sacerdotes præter eos qui intra claustra nutriuntur, vilipendio haberi: & sic omnia ecclesiastica pessundari. Et re vera antistites nisi vllam sæcularem etiam habeant potestatem, vix possent vitia castigare. Imò etiam in Germania, nisi catholici ecclesiarum præsules potentatibus sæcularibus subnixi essent, omnia essent iam fortassè à tyrannis & hæreticis obtrita, & cõsumpta. Quocircà, vt argumento respondeamus, principum sæculariũ ambitio & inextinguibilis sitis, qui ecclesiasticis sua bona semper inuident, quibusq; eos expoliare armis ac technis cupiũt, licet causa fuerit vt ecclesiasticum statũ contenderint demoliri, nullum est argumentum quòd ecclesiam nõ deceat eiusmodi facultatibus pollere. Tametsi diffitendum non sit, quin excessus in hoc, sicuti in omnibus alijs rebus accidere possit: videlicet vt nimiũ plusque iusto locupletẽtur ecclesię. Nã vt historia Exod. 36. prodit, cùm videret Moyses tãta animi prõptitudine populũ aurũ, & purpuram, & reliqua ad ornatũ & cultũ tabernaculi necessaria afferre vt exuberarent, præconis voce cantari iussit ac, phiberi nè vir aut mulier quicquã vltro amplius offeret in opus sanctuarij. ¶ Ad

Ad primam obiectionẽ.

Ad secundã.

Ius naturale patrocinatur præteritæ assertioni.

Duci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ducibus, Comitibus, atque alijs potentatibus partem iurisdictionis committere, dum tamen semper penes eos suprema potestas resideat, non est cur ecclesiastici Antistites ab huiusmodi functione abigantur. Sanè cùm ipsos si eorum statum spectes, credendum est, tum iustiùs & æquiùs, tum etiam mitiùs & maiori cum benevolentia subditorum lites & causas, aut cõposituros, aut iudicaturos: maioriq; ex charitate vitia vindicaturos. Hac enim confidẽtia freti antiqui reges, huiusmodi iurisdictiones illis committebant: nempe quia fore certò sperant vt tanquam patres filios, essent subditos tractaturi. Quapropter præclarè secum agi ciues existimabãt, cùm ecclesiæ iurisdictioni subdebantur. Et re vera, vt absit inuidia verbo, nisi vbi ecclesiasticus dominus corruptissimus est, experimento didicimus multò minoribus exactionibus ecclesiasticorum subditos premi quàm sæcularium dominorum. Nihil in reges obloquimur, penes quos est summa potestas. Atque adeò ecclesiastici qui secùs faciunt in peiori sunt crimine, maioriq; digni reprehensione. His veruntamen nihil obstantibus, diffitendũ non est, quin plures multò ciuiles iurisdictiones sint sæcularibus cõmittendæ, quàm ecclesiasticis: nam illis ratione sui status natiuum est illud regimen: ecclesiasticis verò, accessorium. ¶ Accedunt huc & sanctorũ testimonia. Aug. nanque in illa quinquagesima citata epistola ad Bonif. comitem, egregiè laudat Constantini religionem, vel inde etiam quòd ecclesiam eiusmodi donationibus locupletauit: idèq; latiùs Hom. 6. super Ioan. & Melchiades Papa eiusdem factum plurimũ commendat, can. futuram. 12. q. 1. nempe q̃ sedem imperialem relinqueret, & beato Petro suisq; successoribus profuturam concederet. Et Vrban. in canone statim proximo, videntes. itidem institutum laudat, quòd possessiones ecclesię traditæ non vendantur. Inter quas non dubium quin etiam essent vassalli. Patrocinantur eidem conclusioni & omnia testimonia suprà citata, obnixè prohibentia nè ecclesiæ bona alienentur. Idemq; commendatur vtroq; can. Cõstantinus. 96. d. & Iustinianus in Authentico, de rerum ecclesiasticarum alienatione. collatione. 5. mirificè constabilire consolidareq; studet immobiles cunctas ecclesiarũ possessiones. ¶ Imò vero adeò sancta habenda est hæc veritas, q̃ ecclesię liceat immobiles possessiones nullo excepto genere habere, vt Vuicleff, vel de hoc etiam habitus fuerit hæreticus q̃ Constantinum eò vituperabat quòd ecclesiam tam amplè dotasset: vt refert Thomas Vvaldens. Tom. 1. libr. 4. cap. 39. Aiebat enim impius ille quòd cùm voluntas supremi Domini Christi ex Euangelio non constaret huiusmodi approbãtis donationes, vituperio potiùs quàm laudi dandum esset Cõstantino factum illud. Ex quo subinferebat ex illo tũ temporis articulo ecclesiam cœpisse labascere. At verò cùm vnicuiq; liberũ sit sua bona donare, & ecclesia non sit recipere inhibita, quanuis aliud non esset in Euangelio testimonium, hoc satis esset ad illius egregium facinus commendandum. Eò potissimùm quòd vt iterum diximus, tam sancti Pontifices non solùm eas susceperunt, sed & conferentes vt facerent animãrunt: & nè vllus illas vel alienare vel inuadere auderet, sanctissimè dehortati sunt. Malè ergo de fide Catholica audire illum necesse est, qui eiusmodi ecclesiasticas possessiones, aut contra ius diuinum donatas ecclesiæ dixerit, aut non omni rationi & religioni esse consentaneas. Id quod per solutiones argumentorum clariùs elucebit. ¶ Si autem hæc, vt res habet, vera sunt, attentas oportet, Christianasq; considerationes adhibere antequàm ecclesiasticæ sedes & sacra collegia de eiusmodi possessionibus deturbentur. Nihil enim aduersus reges obmurmurandum est, quẽ non est credibile aliter quàm extrema necessitate constrictos quippiam quod aliquem mali colorem præferat, à sede apostolica petere: neque contra Pontificem Maximum, quem minùs est opinabile quidpiam aliquid quàm maturo consilio concedere. Attamen res est vsque adeò magni momenti, vt nisi permultis priùs in consilium adhibitis cõsiderationibus non sit decernenda. Fateamur equidem calamitosa tempora, ea posse Christianæ reipublicæ creare pericula, vt etiã ex ecclesiasticis reditibus sint ad illa propulsandum authoritate Apostolica cõquirenda subsidia. At verò antequàm huiusmodi ecclesiæ dotationes sæcularibus diuendantur, primùm omnium explorandum summa fide est, an causa ingruat verè necessaria. Mox oculatè meditandum an aliquo modo inde decoloretur ecclesia, aliquod ve honoris detrimentum accipiat: nam si res ita habet, omnia sunt temporalia posthabenda: eis potissimùm temporibus, quando hæretici, & verbis & factis ecclesiam suis dotibus denudare contendũt: atq; adeò paupertate obscurare. Si enim catholicorum facta eorum ausibus respondeant, approbare eorum dogmata videbimur. Deinde & id quoq; cõsiderate attẽdendum, vtrũ regia maiestas & ciuilis respublica inde magis capiat emolumẽtũ: nam si quæ ecclesijs auferuntur, regi aut reipublicæ accrescerent, inde posset ratio huiusmodi venditionis vires aliquas acquirere. Tamẽ quòd in alios sæculares dominos transfundantur, videndum est an expedientius sit regi. Eò potissimùm quòd illa pretia quæ ecclesijs refundũtur, ex regijs possessionibus subtrahunt, sed magnates sunt qui illa ratione pinguescunt. Tertio, & id quoque ex charitate pensandum, vtrùm eiusmodi venditiones in rem sint subditorum: Nempe an credendum sit cum tanta benevolentia & charitate tractandos fore à sæcularibus possessoribus, quàm ab ecclesijs supportantur. Et quarto nihilo minori consilio perpendendũ, quòd cùm Papa pater sit ecclesiarum, reges autem patroni, licèt possint ab ecclesiasticis subsidia poscere, id tamen tunc fas erit quando sæcularium tributa nõ sufficerint. Sunt enim præomnibus qui vel ratione sanguinis vel alijs privilegijs à tributorũ exactione eximuntur, immunes custodiendi. Supra hęc aũt omnia quãdo ad ecclesiasticos recurrere necesse esset, deberet ab omnibus æqua libra eiusmodi subsidium exigi. Vnde si qui vasallos habent ob id præ alijs grauentur, nulla id ferrè valebit æquitas: nam cùm vasalli pretio neque modico æstimentur, illos suis dominis eripere, non repenso pro illis pretio sed præcisa prouectuum compensatione facta, iustitiæ lex ferre nõ videtur. In summa cõsulendi sunt sanctorum canones, qui, vt suprà diximus, istiusmodi alienationes omnimode vetant. Ait enim Bonifa. 12. q. 2. Nulli liceat ignorare, omne quod domino cõsecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctũ sanctorum esse Dño. Et ideo inexcusabilẽ qui illud eripuerit vel inuaserit: nempe quia nõ hominibus tantum, sed Deo ipsi consecratum est. Quare Gregor. capite subsequenti, excommunicationi eum vult subiacère, qui etiam cõcessio ne regis quidpiam tale possederit. Idèq; sanctissime cauit Nicola. Papa, can. de rebus, eâdem causa & quæstione: videlicet vt si quæ semel Deo contributa atque dicata sunt, & postea sub occasione principum inuadũtur atq; diripiuntur excõmunicationis vindicta vsque ad emendationem possessor coërceatur. Hæc non dubium quin sanctissimus Papa & iustissimus quisq; regum diu ac multùm sint meditaturi, antequam tam antiquis tamque sanctis iuribus ecclesiam expolient: nimirum inter alias Dei vltiones & hanc quoque extimescentes, nè & ipsos de suis permittat Deus deturbari. Nam si olim reges hæc suarum victoriarum vota esse ducebãt, vt tum Deo gratias referrent, tùm ecclesiasticum ordinem, qui pro se preces funderet, gratum haberent, timẽdum est nè si eodem honore, & rerum possessione, ecclesiæ priuentur, & orationes priuatorum tepescant, & regum victoriæ non sint adeò frequentes.

Ciuiles iurisdictiones frequentius sæcularib⁹ quã ecclesiasticis cõmittendæ sunt.

Augustinus.

Melchiades.

Vrbanus.

Iustinianus.

Vvicleff.

Vvaldensis

Bonifacius.

Gregorius.

Nicolaus.

AD primum igitur argumentum respondetur quòd quanuis ecclesiasticus ordo spiritualis sit, atque in hoc à ciuili temporaliq; republica distans: nulla inde tamen repugnãtia emergit, quo minus possit ecclesiasticus præsul ciuibus ciuiliter præsidere. Nam virtus iustitiæ, adeò rebus spiritualibus non obuersatur, vt inde maximè vires splendoremq; accipiat. Neq; locus Pauli adductus huc pertinet, sed ad commercium fidelium cum infidelibus. Ait enim, Nolite iugum ducere cum infidelibus, Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? &c. vnde concludit, Aut quæ pars fideli cum infideli? ¶ Vnde similiter ad secundũ respõdetur, quòd etsi episcopalis dignitas plurimum debeat contemplationi vacare, potest nihilo minus homines probatæ vitæ ac eruditionis causis sæcularibus audiendis præficere, qui ad se sæpè recurrant. Debet enim episcopus & Mariam agere, & Martham. Quod quidem sine hoc quod sanguinis sententiam per se proferat perficere potest. ¶ Ad tertium autem respondetur disparem rationem inter legem nostram & Mosaicam intercedere. Etenim cum terram illam Deus populo donasset, voluit tribum Leui, vt templo esset totus addictus, à negotio agriculturæ subleuare, atq; hac ratione nulla est consignata eis sors. In nostra tamen præter decimas possunt Christiani sua bona ecclesiæ donare. Et quantum ad iurisdictionem non vetabantur sacerdotes illam habere. Imò multum temporis penes sacerdotes regimen populi perduraut: quoniam sacerdotium illud non illum gradum spiritualitatis annexum habebat quem nostrum. ¶ Quartum autem quòd de Christi exẽplo sumitur argumentum, maiorem præ se fert energiam: quippe qui ciuile regnum mundi non accepit. Ad id nihilo minus respondetur, illud dũtaxat inde colligi quòd potestas spiritualis non consistit in republica ciuiliter administranda. Haud tamen subinde interdicitur, quo minus ecclesiastici præsules annexas habere possint suis sedibus eiusmodi iurisdictiones. ¶ Ad quintum respondetur, quòd etsi ab eiusmodi potentatibus quadantenus pateat ad superbiam præcipitium, tamen res de sui natura existimanda est. Natura autem & conditio eorum qui ecclesiastica dignitate pollent, vt suprà diximus,

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ argumentũ.

Ad tertiũ argumentum.

Ad quartum argumentũ.

Ad quintum argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, est perfectionis status. Et ideo omnia hęc caduca & lubrica sæcularia sic debent possidere, vt omnia inde pullulantia pericula vincere possint. Quod autem de religiosorum monasterijs subditur, quibus minùs cõgruere eiusmodi fastus apparet, respõdetur, in primis monachales ordines, quibus claustra mendicatum exire non licet, necesse est auctioribus opibus abundare: nè eos inopia de suæ quiete pertur bet. Fuerunt enim semper illa religionis instituta quàm maximè ecclesiæ vtilia, quæ si suum decõrem seruent, maximo sunt fauore fouenda. Et inter alias ratio cur illis oppida cùm iurisdictione oblata sunt, fuisse creditur, vt expeditiùs possent ac quietiùs suos prouentus colligere. Neque profectò eorum instituto repugnat eiusmodi vasallos per idoneos ministros gubernare. De qua re quam plura loquuntur iura.

Ad cõfirmationem.

Ad sextũ argumentũ.

¶ Ad sextũ denique & postremum quod rem districtiùs videtur vrgere, respondentes fatemur, quòd nullatenus ecclesiastici valent suos vasallos, nisi regio fauore regere ac gubernare. Nam si rex penes quem summa sita est potestas, iurisdictionibus sua inferioribus nõ fauet, necesse est omnes corruere. Sed si hoc argumẽtũ alicuius esset energiæ, pari vigore probaret quòd neque antistites decet ecclesiasticas habere iurisdictiones: quoniam nisi per regiam authoritatem fust ententur, satius esset de medio tolli. Si autem rex ecclesiasticorum tribunalia, siue ciuilia siue ecclesiastica, perinde atq; reliqua omnia, quasi sua propria, à suisque prædecessoribus indulta confoueret, nihilo minori decentia & autoritate ecclesiastici suos subditos gubernarent, quàm sæculares. In vtroque enim ordine sunt qui bene, sunt quoq; qui malè suos magistratus administrent.

QVÆSTIO QVINTA, De Clericorum debito officio.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm inter officia eorum qui sacris initiantur, peculiare, ad quod omnes generatim tenentur, sit constitutos Psalmos statis horis persoluere.

QVM præcedẽs quæstio de ecclesiasticis bonis ac stipendijs fuerit instituta, res ipsa postulat, vt clericorum officia, quorũ gratia eadẽ ecclesiastica bona constituta sunt, quibusq; ea promereri debent, perpendamus. Apparet nanque clerum, neq; qui in sacris est, ad statas horas persoluẽdas minime teneri. Enimuerò cùm horarum canonicarũ pensio grauminijs censeatur iugum, non apparet ab ecclesia vniuerso clero licitè imponenda nisi talem Christi aut Apostolorum institutionẽ priùs in sacra pagina legisse: quæ tamen nusquam inibi reperitur. Imò vero Christus, Matth. 6. non aliam nos orationem docuit quàm, Pater noster. Non ergò tenentur clerici ad horas Canonicas pendendas. ¶ Secundò arguitur. Oratio in hoc seruit vt mens in Deum eleuetur, Deoque nostra desideria aperiamus, quæ largitate suæ misericordiæ expleat: ad hoc autem nulla opus est voce, cùm Deo nostra patẽtia sint corda: ergò non opus est vocali oratione: Sed satis est, vti Christus docuit, Ioan. 4. adorare Deum in spiritu & veritate. Et vt ait. 1. ad Corinth. 14. Paul. Orare spiritu, orare & mente. ¶ Tertiò. Clerici, saltem quibus animarum incumbit cura, ad hoc potissimum munus instituti sunt, vt sacramenta populo administrent, verboque eum ac doctrina pascant, & prudentia gubernent ac moderentur: illi ergo saltem non est cur alios persoluere Psalmos obligentur. ¶ In cõtrarium est textus concilij Agathẽ. extra de celebratio. Missarum. c. presbyter. vbi omnes presbyteri iubentur, vt expleto manè matutinali officio, pensum seruitutis suæ, videlicet primam, tertiam, sextam, & nonam, vesperamq; persoluant. Et postea demum additur Completorium: vt iuxta verbum Prophetæ, Septies in die laudes dicamus Deo.

Primum argumentum.

Argumen. 2

Argumẽ. 3.

Concilium Agathense.

CVm multa sint obsequia & munia quibus clerus sua stipendia meret: qualia sunt sacramenta administrare, prædicare, visitare, iudicare, & id genus reliqua: de illis, vt potequæ ad rem præsentem nullam afferunt difficultatem, sed alia poscunt quibus disputentur loca, non fert animus in præsentiarum dicere. Esset enim opus in immensum protrahere: sed tantum de Psalmorum pensione, quas horas Canonicas appellant: quæ quidem obligatio vniuersum clerum in sacris agentẽ comprehendit. Cuiusq; ideò omissione dominium prouẽtuum ecclesiasticorum, modo inferius explicãdo, amittitur: de quibus præcedenti quæstione disputatũ est. Affirmatiua autem huius quæstionis veritas, & aduersus hæreticos asserenda est, & pro catholicis differenda. Nunquam enim à primordijs nascẽtis ecclesiæ hęretici defuere qui hoc sacrosanctum institutum concusserint, demolirique contenderint. Fuit quippe antiquissima hæresis qua Pelagiani infecti sunt, vt Aug. lib. de hæresibus, c. 88. refert, q orationes ecclesiasticas destruebant. Imò omnem necessitatem orandi negabant, sed satis existimabãt bonã ducere vitã, eò quòd gratiam non Deo referebant acceptam, sed proprijs viribus tribuebant. Eandẽque hæresim sustinuit Vuieleph, vt Thomas Vualdensis in inicio quinti tomi de sacramentalibus refert, dicens, satis esse bonam vitam. Primus autem qui in mundo semen illius hæresis iecit, fuit famosus ille Nemrod, de quo refertur Gene. 10. De illo enim suis q; asseclis legitur Ecclesiast. 16. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes qui destructi sunt, confidentes suæ virtuti. De quo Nẽrod Iosephus etiam li. 1. Antiquitatum sic ait: Cũ esset audacior & manu fortissimus, suadebat suis vt non Deo ascriberent quòd hominib⁹ per illum fœlicitas eueniret, sed quòd hoc eis propria virtute præberetur. Cùm enim orationis vis illic subnitatur quòd nihil nobis boni nisi à Deo prouenire potest: qui necessitatem diuini subsidij diffitẽtur, nullam possunt in oratione religionem agnoscere. ¶ At verò non est præsentis instituti de oratione in genere, quatenus ad priuatas & solennes ac publicas cõmune nomen est, disputare. Hoc em̃ alius est locus: sed tantùm de publicis quas ecclesia clerum persoluere iubet. Qui enim religionem orandi Deum diffitetur, non est dignus qui inter rationales creaturas asscribatur. Haud enim humanam tantũ naturã ignorat, quæ à Deo prorsum est pendens, verum & diuinæ propriam gloriam adimit: imò deũ ipsum de rebus sublatum contendit. Prima enim supremaque orationis virtus non est respectu nostri æstimanda: nempè quòd per eam cuncta nobis bona impręcamur & obtinemus, tam temporaria quàm æterna, sed respectu Dei: videlicet quòd per ipsam confitemur profitemurq; perennem omnium bonorum fontem in Deo existere: vtpote qui totius bonitatis substantia sit: ex cuius nutu cũcta dependent, quæ extra ipsum existunt. Hanc enim cõfessionem qui oraturus ad deũ accedit, debet primum caput orationis cõstituere. Quę quidem maxima omnium est quę Deo possunt esse gratissimæ, per quamque adeò summa ab ipso beneuolentia captatur. Vnde quòd tãoperè à nobis efflagitat vt ab ipso aliquid petamus, & quòd Christus tam sitiens optat vt in nomine eius quicquid nobis opus fuerit postulemus, *non* tã ob nostrũ cõmodum, quàm ob ipsius gloriã desiderat. Vnde Ioan. 16. ægrè conqueritur, dicens: Vsque modò nõ petistis quicquam in nomine meo: petite & accipietis. Quasi dicat, nõdum mihi istam tribuistis gloriam quæ tanquam vero deo ab omnibus mihi debetur. ¶ Respõdetur ergo Pelagianis & Vuicleffistis, quòd non solum bona vitæ sine oratione non sufficit, imò neque existere potest. Nam bona vita quæ Deo grata est ex sola gratia & fauore ipsius supernaturaliter procedit, quæ quidem per orationem impetramus. Ipsi autem quia tale supranaturale auxilium vt suis viribus subnixi, necessarium esse negant, virtutẽ subinde orationis ignorant, sed proprijs meritis fidunt. Horsum ergo hęc dixerim, quòd qui orationem abnegant, vel diuinam prorsus de medio tollunt prouidentiã, vel omnia putant ex necessitate contingere: quare digni non sunt cum quibus vlla ineatur disputatio.

Primum argumẽtum.

Bona vita sine oratione existere non potest.

¶ Ad rem ergo præsentem reuertentes, cùm duplex sit oratio: vna priuata, ad quam quisque præcepto illo, Petite & accipietis, tenetur: atq; altera publica quæ per ministros ecclesiæ fit: non de illa, sed de hac peculiariter præsentem inuius quæstionem. Hanc autem idem Vuicleph, vt ibidem Vualdẽ. refert, hac ratione repudiabat, quòd ceu sanctissimum fundamentũ ducebat, vt primo argumento, quod suum est, significabamus, nihil esse prorsus inter ecclesiasticas cæremonias permittendum, quod in sacra pagina non sit expressũ. Quod quidem fundamentum fuit ante ipsũ Lollordorum, & multò anteà Arrianorum, & nũc etiam est Lutheranorum. Reliqua em̃ omnia appellant Pharisæorum traditiones. Quapropter præcisa verba consecrationis totam esse Missam aiunt: cætera verò, adiectitia: nempe tam vestes quàm lectiones atque orationes inuenta esse hominum: atq; adeò horas canonicas penitus è suis ecclesijs eradicarunt. Quare esto, inquiunt, orare bonũ sit tanquam pars bonæ vitæ, debet esse tamen in cuiusq; libertate tam tempus orandi q̃ modus. Quam quidem hæresim Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum antiquioribus Vualdensibus impingit: qui dicebant in horis canonicis cantãdis frustrà tempus teri.

Duplex oratio.

Motiuum Vuicleph ad exterminandam orationẽ publicã.

Aeneas Syluius.

¶ His ergo præcensitis catholica veritas quinque cõclusionibus constituitur: tum quantũ

Fit planum quæstionis titulus.

Augustinus

Vuieleph. Thom. Vualdens.

Iosephus.

Oratio virtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad substantiam rei spectat: tum etiam quantum ad orationum numerum, & statas horas attinet. Prima sit: Impendiò quàm decentissimum ecclesiæ decoro fuit, & ad salutem Christiani populi quàm maximè necessarium, clerum instituere, cui præter sacramentorum administrationem id etiam proprio munere incumberet, vt quotidie Psalmos Deo nomine totius populi offerret. Ratio nāque naturalis manifesta est. Enimuerò cùm inter omnia rei publicæ munia & functiones religio cultusque diuinus apicem teneat: cuius præcipua pars est Deum laudibus extollere, precibusq; nobis placare, multò sanctissima æquitate psuasum esse debuit Christianis, vt sicut militiæ milites mancipati sunt, & iudicatibus iudices atque alijs functionibus sui magistratus & ministri, sic & clerici deputati sint, vt non solùm sacramentis populū sanctificent, doctrinaq; & exemplo promoueāt, verùm qui publico populi nomine, qui alijs artibus, opificibusq; & muneribus ac negotijs occupatus id iugiter facere nequit, incessanter Deo laudes dicant, precesq; fundant, tanquam inter Deum & populum mediatores: qui videlicet vt ministerium gerunt deriuandi ad populum gratiam per sacramenta, sic & nomine populi gratias illi vicissim repēdat: & quę illi necessaria sunt subsidia poscant, ac potissimùm peccatorum remissionem. Hac enim de causa, vt est ca. 4. apud Oseā, Sacerdotes peccata populi comedūt: hoc est populi eleemosynas, quas in peccatorum remissionem offert. Accedit huc ratio secunda, quòd cùm huiusmodi laudum precumq; celebratio ea debeat lingua, arteq; ac rerum peritia celebrari qua tota plebs pollere non potest, necesse est personas esse destinatas quæ sicut in cæteris artibus fit, doctæ sint faciendi. ¶ Secunda cōclusio. Non solùm personas apprimè decuit esse huic muneri destinatas, verùm & statā tēpora & horas quibus Psalmi eiusmodi & laudes celebrentur. Cuius plures existunt rationes. Prima q̄ quādo temporis articuli cuique negotio fixi non sunt, neq; ordo esse potest, neq; vlla subinde perpetuitas. Est enim hoc ingenium nostrum, quòd vbi tempore nō cōstringimur quod nos rei faciēdæ admoneat, libertas statim laxatur differēdi negotia: qua ratione mos facilè disperijt. Quare qui perpetuò durare constituit, vt tempora figat opus habet. ¶ Secundò & illic nos huius ad Thessalonic. admonitos curauit, vbi ait: Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione. Et ex presiùs ca. 5. Sine intermissione orate. Hæc enim intermissionis prohibitio intelligi negt adeò absolutè, vt nullum tēpus refectioni aut somno tribuamus, sed sine intermissione intelligitur, hoc est nulla hora ad id cōstituta prætermissa. Vnde cùm singuli plebis eundē ordinem, euocātibus alijs curis, tenere nequeāt, necesse fuit certo hominū ordini eandem demandare curam sine intermissione orandi. ¶ Tertiò. Id patet: quoniam, vt ait Sapiens, omnia tempus habent, atque vnaquæque res suum proprium: quod profectò orationi quā maximè congruit. Cùm enim inter omnia negotia altissimum silentium exigat, nō omnia tempora talem habent ad orandum aptitudinem. Noctis enim tranquillitas ad orationem inuitat maximè, qua ratione Dauid: Media, inquit, nocte surgebam ad confitendum tibi. Quo fit, vt horæ antemeridianæ quo sunt aurorę viciniores, eo sint orationi congruentiores: pomeridianæ verò: quo nocti magis accedunt. ¶ Quartò demum id potissimū inde cō firmatur, quòd cùm populus ad eundē laudum celebrationem concurrere debeat, nisi tēpora statā essent quibus ad eundem cultū accederent, non possent omnes simul concurrere: neq; scirent quomodò negotia familiaria deberent disponere vt orationum religioni non essent impedimento. ¶ Ex his demum consequitur conclusio tertia: nempè quòd & loca sita esse decet quibus eiusmodi laudum Psalmorumq; oblatio fiat: tum quòd cū cultus res sit sacratissima, locus ille cōsecrari debet, atq; adeò vasa vestimentaq; & alia ornamenta quibus maiestatis quę adoratur repręsentatio fiat: tum etiam quòd cùm oratio in cōmuni fieri debeat: nam vbi sunt vnus, duo, vel tres, nomine Christi congregati, illic se ipse astiturum pollicitus est: nisi locus designatus sit, cōmodè orari non potest. Hanc enim tertiam cōclusionem adiecimus, eò quòd brutalis Vuicleph, vt Vualdē. to. 5. de sacramētis. titu. 17. ca. 43. refert, templa abominabatur. At quando historiæ tam phanæ quàm prophanæ eum non vincerent, inde tamen deberet conuinci, quòd cùm reliquis publicis actibus sua sint loca destinata, vt forum ad iudicandum, senatus ad cōsilia cōferenda, & schola ad docendū, quin & theatra ad ludos spectandum: nulla ei restabat ratio templorū religionem abnegandi, quibus populus in vnū cōgregatus deū suum adoraret. ¶ Sed ecce argumentum suum. In statu innocētiæ nō fuissent templa sicuti neq; vestes, vt nuditas primorum parētū ante peccatū attestatur: Christus autem voluit nos ad illum statum reuocare:

Prima conclusio.
Ratio conclusio.
Secūda rō.
Secunda cō clusio,
Prima ratio
Secūda rō.
Tertia rō
Quarta rō.
Tertia conclusio.
Vuicleff. Vualdenſis.
Probatio cō clusionis.
Argumentū Vuicleph.

care: ergo neq; nostrum statum eiusmodi fabricæ decent. ¶ Vide quàm sit brutus hominis syllogismus. Primum quāuis in illo statu aeris inclementia nullam necessitatem tegumentorum induxisset, forsan propter pulchritudinem & artium exercitium aliqua fuissent opificia fabricata. At esto templa non fuisset structa, nihilo minùs mortales illi Deum coluissent: atq; adeò, vt plusquàm credibile est, in vnum ad Deum adorandum laudandūq; conuenissent. Quare secundùm nostræ naturæ statum necessaria sunt templa quibus eandem religionem colamus. Sed de huiusmodi probationibus statim latius. ¶ Quarta conclusio, ad rem maximè propriam. Quēadmodū personas, templaq;, & reliqua ornamenta definita esse condecuit & præscripta, sic & Psalmos, orationes, ac preces cōstitutas esse, fuit ad eundem cultum necessarium. Probatur: quoniam eiusmodi laudum cultum oportuit doctrina maxima & prudentia esse præfinitum: quæ quidem eruditio in singulis esse nō potest. Quare opus fuit ab ecclesiæ primoribus, imò à toto cœtu, cui spiritus sanctus præest, fuisse inuentum legeq; firmum, sicuti & reliquas leges necesse est non à singulis ciuibus, sed à tota republica institui. ¶ Secundò: quia vt in reliquo cultu, sic præcipuè in gratiarum laudumq; actione, atque in orationibus, & precationibus, necessarium fuit vt totus Christianus populus vnitatem repræsentaret, vt hac maximè ratione, quod ait Paul. vnam fidem, vnum baptisma, atq; vnum deū profiteremur. Hæc autem concordia & vnitas seruari non potuit, nisi Psalmorum corpus & substantia lege constitueretur, quæ esset vniuersis Christianis seruanda. Dixerim corpus & substantia: quia nihil incongruit: imò est cōgruentissimum vt variæ prouinciæ in horarum solutione nonnihil varient: vt ecclesia, quēadmodum eam Sapiens depinxit, reginam referat à dextris sponsi assistentem circumamictam varietate. ¶ Hæc de publicis orationibus quātum ad personas & reliquas circunstantias temporis, loci q̄ue & modi, tenuiter affirmata, ante quàm ad quintam conclusionem de septenario horarū numero descendamus, operæpretium est firmiori antiquitatis molimine & vallo confirmare ac prę munire. Hæc enim omnia naturali iure & vtri usque testamenti diuino, ac subinde humano corroborantur & cōstabiliuntur. Primū quippe omnium natura ipsa quæ figmentum est Dei, vniuersos mortales sola eius lege viuēres, vtcunq; de deorū varietate perditè ac impiè opinarentur, nihilo minùs docuit quicquid deorum colerent, sacerdotes esse necessarios, & lucos, templaq;, & designatas aras, quibus statis horis constitutisq; cæremonijs religionem colerent. Cuius bona pars erat psalmos suo more concinere, precesq; tam in bellis q̄ in quibuscunq; alijs negotijs rebusque gerēdis ad Deum fundere, tum vt eum sibi propitiarentur, tum vt eidem gratias referrent. Cuius ritus tum alij, tum Maximus Valerius lib. 1. ca. 1. cōmemorat, vbi ait: Maiores statas solennesq; cæremonias Pontificum scientia explicatas curasse, vt prisco instituto rebus diuinis daretur opera: videlicet cùm aliquid cōmendandum esset precatione aut exposcendum voto, aut gratulatione exoluendum. Neque solùm prophanæ historiæ, imò & sacra id contestatur: quippe quæ non solùm de Abraham, Isaac, & Iacob ante scriptam legem refert altaria Domino extruxisse, verum & Melchisedec diuerso sacerdotij genere fuisse perfunctum: de quo ambigendū nō est quin statas Deo laudando haberet horas & cæremonias. ¶ At nè diu in profanis percēsendis immoremur, mos antiquę legis abundè deberet omne os hæreticorum obstruere. Porrò cùm illic Deus tam attenta cura, etiam dum per desertum illi mortales castrametantes diuagarentur, tabernaculum fabricari iusserit.

Ac mox terra promissa potitis magnificentissimum templū quod omni auro omnimodaque gēmarum varietate splendesceret. Deinde summum sacerdotem vestium ornamento insignire, alios q; sacerdotes ac numerosissimam Leuitarum multitudinem, vt Exod. 26. & subsequentibus legitur: qui quidem nō solùm sacrificandi muneri, verùm & orandi addicti erant. ¶ Sed aiunt omnia illa, cęremonialia fuisse, atque adeo cessasse. Fatemur equidē id quod cæremoniale erat ab vsu aboleuisse, sed tamen cū hymnis, laudibus, & precationibus deum colere in iure sit naturali positum, non solùm hoc aboleri nō debuit: imo tanto maiori religione lege euangelica retineri, quāto excellentius veritas quàm vmbra id deposcebat. Omnia enim illis in figura contingebant diuinæ veritatis corporis & sanguinis Christi, quæ sub sacramento nostris templis continetur, adoratur, & colitur. ¶ Quo autē ex his ad nostram Euangelicam legem descēdamus, à tēplorum religione sumamus exordiū, quę cùm sint publicarū orationum loca, hæreticis non placent. Attamen quàm Christo placuerint, testatus ipse est, non solū parnulus ad templum crebrò delatus, & cùm esset

Valerius Maximus.
Secūda rō.
Euasio hæreticorum. Replica,
Hæretici tēpla auersantur.
Prima ratio. in præteritū errorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

set vir illuc ad festa creberrimè conscendens: verùm & flagellorum verbere negotiatores inde depellens, eisque improperans quòd domum patris sui domum negotiationis faceret: Ioan. 2. Et apud Lucam expressius, Domus mea domus orationis est. Eadem enim est domus patris & sua: quia eadem orandi religione trinitas in ea colitur. Nam quàm fuerit Deo gratum in templis habitare, patefecit ipse. 2. Regum. 7. vbi quasi conquestus ait: Neq; enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi filios Israel de terra Ægypti vsq; in diē hanc: Sed ambulabam in tabernaculo & in tētorio per cuncta loca quæ transiui cum omnibus filijs Israel. Qua ergo fronte hæretici negare possunt orationis domos quas Deus olim tanti fecit, & Deus idem Christus ab omni negotiatione semotas huic muneri sacratas esse voluit? Quin verò & ipsum proculdubio creditur constituisse habuisse orationes quibus vtebatur. Cōsueuerat enim, vt habetur Luc. 6. pernoctare in oratione Dei. Et Matth. 26. habetur quòd hymno dicto exijt in templum orare. Quibus verbis certus designatur hymnus quo in gratiarum actione vtebatur. Et Luc. 18. Oportet, inquit, semper orare & non deficere. quod vt suprà de alio Pauli, Sine intermissione orate, diximus, intelligi nequit nisi de orationibus quæ statis horis dicuntur. Et. 1. ad Corinth. 11. ait idem Apostolus quòd omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum: mulier autem non velato. Vbi secundùm Ambrosium & alios interpretes iam tunc tempore Apostolorū mos erat Christianis præscriptis verbis tum fidem confiteri, cuius Symbolum ipsi constituerunt: hoc enim appellat prophetare: tum etiam certis orationibus orare. Idq; manifestè confirmatur ex illo Lucæ 11. quòd Apostoli tanquàm rem arduam neq; omnibus peruiam vno ore petierunt à Domino: dicentes, Domine doce nos orare sicut docuit Ioan. discipulos suos. Et subdit: Sic autem vos orabitis: Pater noster, &c. Haud ergo negari potest quin Apostolorū tempore essent certæ orationes constitutæ. ¶ Sed aiunt hæretici, Non fuit nisi illa quam Christus docuit, Pater noster. Profectò falsum est. Alias enim quaspiam designat Paul. 1. ad Timoth. 2. vbi ait: Obsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones pro omnibus & pro regibus, &c. Duo enim illic designantur. Primum quòd essent differentes orandi modi iam tunc constituti. Secundū quòd hoc clero potissimùm incumberet. Vnde Chrysostomus eodem loco: Quod, inquit, est hoc? Primum omnium, hoc est in cultura quotidiana & hoc primū sciūt presbyteri qualiter orationes per vnāquanq; diem fiunt, & serò & manè. Et Isidorus libr. 1. de officijs, ca. 8. precibus nobis Dominum de precari Christus Dominus & docuit & constituit. Cùm enim Apostoli nescientes orare petierunt à Christo, dicentes, doce nos orare: id est compone nobis preces, quas Christus statim docuit, exinde producta est consuetudo ecclesiæ: scilicet vt precibus: instar earum quas instituit Christus: quas quidem primi Græci cœperunt componere. Per hæc ergo Isidori verba diluitur hæreticorum argutia: videlicet non esse vtendum alia oratione præter illam quam Christus protulit. Haud enim intentio Christi fuit, ad illam præcisè sic populum constringere, vt neutiquàm aliam adhibere fas esset. Sed illud ecclesiæ proposuit exemplar, vt quicquid orationū aut precationum & laudū instituerent, ad aliquod illorum membrorum reduceretur. Quare laudum Psalmodia refertur ad id, Sanctificetur nomen tuum: Petitiones autem gratiæ & remissionis peccatorum ad illud, Adueniat regnum tuum, &c. Christo ergo rationem toti populo necessariam congruebat instituere: reliquas verò ecclesiæ instituēdas illius instar cōmisit. ¶ Hic aūt publicus orandi modus, cū, vt suprà dicebam, doctrina & arte esset persoluēdus, certas personas quibus id incumberet exigebat, quales sunt clerici. Vñ idēipse Apostolus in priori ad Corinth. ca. 14. Cum conuenitis, inquit, (nempè ad publicas orationes) vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, &c. Quasi dicat, vnicuique diuersum incumbit munus: vt scilicet alij psalmos intonent, alij doceant: alius, scilicet concionator, Apocalypsim, hoc est, reuelationem interpretetur. Vnde subdit: siue lingua quis loquatur secūdum duos, aut multum secundum tres: id est illi qui publicè horas soluunt, ordine, numero, & vicissitudine id exequantur. Si verò nō fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur: id est, qui non habuerit munus loquendi aut cantādi, alios auscultet, tacitus Deum oret. Ecce circa conclusiones quatuor in capite præfixas quàm omnes ab antiquo fundamenta trahāt: nimirum ab Apostolorum tempore: nempè & personas fuisse ad orādum deceretas, & psalmos, & templa, atque orationes certas. ¶ De temporibus autem atque diei horis ad orandum constitutis, quod præsentis disputationis

Ambrosius.

Cōfirmatio.

Suffugiū hæreticorum.

Chrysosto.

Isidorus.

Quinta conclusio.

Hieronym⁹.

nis præcipuum est punctum, adhibetur demum cōclusio quinta. Septenarius numerus horarum Canonicarum, vt antiquissima est Ecclesiæ institutio, ita & congruentissima atque decentissima: nempè vt post matutinarū nocturnum officiū horæ diurnæ sex sint numero: videlicet prima, tertia, sexta, nona, vesperi, & completorium. Et primùm quòd nocturnum officium ab Apostolorum seculo originem duxerit, testatur Hierony. super illud Matthæ. 25. Media nocte clamor factus est. Ait enim quòd cùm traditio Iudæorū esset Messiam media nocte venturum, in similitudinem Ægyptij temporis quando Pascha celebratum est & exterminator venit, traditio Apostolica vt retur permansit, vt in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceret spectantes aduentum Christi. Vnde & Psalmista dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ. Hæc ille. Sed quando in hunc Psalmi versiculum incidim⁹, multi alij sunt eiusmodi, quibus nocturnarū laudum officium cōmendatur. Ait enim alibi idem Psaltes, Laudabo per singulas noctes lectum meum. Et alibi: Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissimè. Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Atque alibi: Memor fui nocte nominis tui Domine. Et quod in Completorio canimus, In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino. Non ergo ab apostolis tantùm mos nocturnæ orationis originem duxit, sed à Prophetarum oraculis. ¶ Præterea & eundē nos morem Christus institutor noster re ipsa docuit. Erat enim in oratione pernoctans, vt Lucæ. 6. refertur. Et, vt habetur Matth. 26. media nocte in montem Oliueti ad orādum exiuit: vbi discipulos increpans quòd nō possent vna hora secum vigilare, & à Iuda traditus est, & à Iudæis captus. Quæ quidem mysteria omninò deberent Christianum populū in nocturnis orationibus continere. ¶ Igitur quoniam Vuicleffistæ: vt eodem ca. 25. idē Tho. Vualdens. refert, huiusmodi nocturnos psalmos cōtrectant, causantes quòd cùm nocte ad quietem nobis Deus indulserit, nos eam vigilijs insumentes, religionem Christianā grauem reddimus: vt eorum blasphemiam conteramus, respondemus: Primum, eandem nocturnam quietem, vt suprà diximus, ad cōtēplationem, atque adeò ad orationem natura liter inuitare: eo quòd tunc sensibus a suo vsu cessantibus mens introrsum pacatior est. Secundò & Prophetarum oracula & Christi exemplum eiusdem rei nos admonent. ¶ Sed tertiò, quod in primis ducendum est, id antiqui patres ob id sanctum duxerunt, quòd in primitiua ecclesia infestissimæ erant nocturnæ dęmonū incursiones, contra quas ideo nocturnas vigilias orationibus instructas instituerūt: vt lib. de Offic. ca. 19. peregregiè tradidit Isidorus. Milites nāque in exercito, sicuti & in naui nautæ, quatuor stationes nocturnas ordinant, quas vigilias appellant: nimirū singulas tribus horis durantes. Tres enim horas ab occasu solis quando sopor cubare homines cogit, primam vigiliam appellant: tresque deinceps vsque ad mediam noctem, secundam: & à media statim nocte appellāt tertiam: atque deinde vsque ad diluculum, quartam. In quibus, alijs dormientibus, alij excubantes inuigilant. Huius ergo instar, in primitiua ecclesia, nimirum ab apostolorum seculo, clerus in tres partes diuidebatur: quarū vna in prima vigilia primum canebat trium psalmorum nocturnum, & alia in secunda secundum, atque alia in tertia tertium, vt tani in singulis quàm in omnibus trinitatem profiterentur: ac demum diluculo in quarta vigilia omnes simul ad laudes concinendas conueniebant. Vnde Augustinus de verbis Domini, sermo. 14. Venit inquit ergo Dominus ad visitandum discipulos suos qui turbabantur in mari quarta vigilia noctis. Quarta vigilia noctis, extrema pars noctis est: vigiliaq; na tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias. ¶ Et nè hæretici putent eiusmodi vigilias sanctorum patrum inuentum fuisse, perspiciant in ipsissimis Christi verbis fundamentum habuisse: vt est videre & Lucæ. 12. vbi secunda & tertia vigilia nominatur: & expressiùs, Marci. 13. Vigilate enim, inquit: nescitis enī quando Dominus veniat: serò, hoc est prima vigilia, an media nocte, an gallicantu, hoc est secunda aut tertia, an manè, hoc est hora laudum: nē cum venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate. His ergo instructa edoctaque ecclesia, suas stationes atque vigilias colegit. Vnde Valerian⁹ lib. 1. c. de matutinis. Vigilias, inquit, tribus horis dispertimus nocturnis, vt non solùm verbo, sed & facto tres vigilias prædicemus: de quibus ait Dominus: Beati sunt serui illi quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes, &c. Qua de re cùm Vigilātius hæreticus illius esset perfidiæ author, q̄ nox quieti & somno indulgenda esset, nō autem orationibus terenda: ista occasione Hie-

Obtectio Vuicleffistæ circa nocturnum officiū quantum.

Tertia.

Isidorus.

Rō decātandi officiū diuinū in primitiua ecclesia.

Augustinus.

Valerianus.

Vigilantius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronym. rony.vt in epistola ad Riparium videre est, peruerso nomine pro Vigilantio eum Dormitantium appellauit.Ait quippe:Quòd dicis eum execrari vigilias, facit & hoc contra vocabulum suum,vt velit dormitare Vigilãtius:& non audiat Saluatorem dicentem sic, Non potuistis vna hora vigilare mecũ? Quapropter sequenti statim epistola appellat eũ Dormitantium.Vnde idem Hierony.ad Eustochium virginem:bis, inquit, nocte terq; ad orandum surgendum est. At verò quoniam postmodum aucto clero tantum pondus humana imbecillitas ferre nequiuit, vicissitudo illa cessauit,& à toto simul clero tres omnes nocturni cum laudibus vnà cani cœpti sunt:idq; in diebus festis:nam in profestis non canitur nisi vnus,sicuti & in Paschali tempore.Et quanuis alij primam vigiliã elegerint,alij verò tertiam,plurimæ tamen ecclesiarum ac religionum mediam noctem constituerunt tanquàm orationi, iuxta Dauidis Ambrosius. testimonium,aptiorẽ.Haud quippe,vti Ambros.super Psalmum centesimum decimumoctauum author est, inconsultò dixit,Media nocte. tũc enim feruet carnis illecebra,coquitur cibus,potusq; digeritur.Qua occasione tentator multis tẽtamẽtis & carnem illidit,& animum occupat.Hæc ille.Vnde Petro inter punctum mediæ noctis & gallicantum ardor fidei refrixit,& calori temporalis ignis admotus Christum negauit. Quocircà huius temporis relaxatio non tam facilè aut peti aut cõcedi deberet.Ferè enim iam cathedrales ecclesiæ sanctum illum priscorum rigorem remittentes, indulta ab apostolica sede impetrant matutinos psalmos appetente nocte soluendi. Sic enim nimia labascunt. ¶ De horis autem diurnis testimonia quoque sunt & rationes non minoris energiæ.In primis tres horæ, nempe tertia,sexta,& nona, viuentibus ipsis apostolis celeberrimæ erant ad orandum. Extat enim Actuum. 1.memoria:quemadmodũ post ascensionem Domini Apostoli essent Hierosolymis vnanimiter in oratione perseuerantes,neque dubium sit quin in oratione solenni, quæ sicut modò in choro ab omnibus celebrabatur. Vnanimiter eñi non tantũ cordium vnitatem,verùm & vocum concordiam designat:ac tandem hora tertia,vt.2.ca. legitur,Spiritus sanctus illis apparuit, linguarum cordiumq; inflammator. Quocircà ambigi non debet quin illa tunc hora destinatos psalmos dicerent. Qua de causa ecclesia illo tunc vtitur hymno:Nunc sancte nobis Spiritus,&c.De sexta vero legitur Actuum. 10. ni

De horis diurnis testimonia è sacris literis ac cersita.

mirum vbi Petrus refertur circa horam sextam in superiora,vt oraret,ascendisse.Sed de nona mentio etiam sit Actuum. 3. Habetur enim quòd Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Quin verò easdem horas more & vsu Hebræis fuisse celebratas,præter coniecturam,quæ maxima est,authores non desunt,qui astruant.Cy Cyprianus. prianus nanque in calce lib.de oratione Dominica:In orationibus,inquit,celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes,& in captiuitate victores, horã tertiam,sextam,nonam.Alludit tum ad illud Danielis.2.quòd illi tres quasi ex vno ore laudabant,glorificabant,& benedicebant Deũ. Et ad id potissimùm Danielis. 6.vbi refertur, quòd cõtra Hierusalem ter in die flectebat genua sua,& adorabat confitebaturq; corã Domino Deo suo,sicut & antè facere consueuerat.Erat enim prophetis solẽnis,fixis statisq; horis concinendi vsus. Vnde Primi Regum 10.ait Samuel Sauli:Cùm ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem Prophetarum descendentiũ de excelso,& ante eos psalterium,& tympanum,& tibiam,& citharam, ipsosq; prophetantes:hoc est spiritu prophetico psallentes.Et insiliet in te Spiritus Domini,& prophetabis cũ eis. Vnde in prouerbiũ exijt,Nunquid Saul inter prophetas? Addit prætereá illic Cypria.illis tribus horis mysterium trinitatis fuisse præsignatum, quod in nouissimis temporibus manifestandum erat. Horarũ diurnarũ numerus in veteri testamento fundatus. Isidorus. Hieronym. Eundem prorsus horarum numerum, scilicet tertiæ,sextæ,& nonæ,in eodem Daniele fundat Isidorus lib. 1.de Offic.capi. 19.Illo ergo tunc apostolorum seculo non reperitur mentio nisi illarum trium horarum ante meridiẽ, prima subtacita.Quare Hierony. super eodẽ loco Danielis.6.Has,inquit, tres horas, scilicet tertiam,sextam,& nonã, ecclesiastica traditio intelligit.Hæc ille.Conijcio nãq; quòd illo tunc tempore quo ter ad nocturnos psalmos surgebatur,laudesq; in aurora cantabantur,superflua ducebatur alia hora vsq; ad tertiam. Vnde idem Hieron.ad Eusto.de horis ad orandum diuisis loquens,horam inquit tertiam,sextam,nonam,diluculum quoq; & vesperam,nemo est qui nesciat. Vbi diluculi nomine laudes forsan intelligit.Et quò coniecturis agere pergamus, Cassianus hbr.3.de Cassianus. institutis monachorum,ca. 4. cuius Isidorus Isidorus. meminit lib. 1.de Offic.ca.23.Sciendum, inquit,hanc matutinam quæ obseruatur in occiduis vel maximè regionibus,canonicã functionem nostro tempore nostroq; monasterio pri

rio primitùs institutam.Matutinã ergo fortè appellat quam nos primã.Quo etiam referri videtur verbum Cypriani loco citato:scilicet,Sed nobis fratres dilectissimi præter horas antiquitùs obseruatas orandi,nunc & spatia & sacramenta creuerunt:nam & mane orandum vt resurrectio Domini in matutina celebretur.Antiquas ergo horas appellat tertiam,sextam,nonam:cui addit & primam.

De horarũ diuisione & nomẽclatio. ¶ Atqui horæ istæ per diuisionem artificialis diei sunt intelligendæ vt quocunque anni tempore ab ortu solis incipiat prima. Tertia autem finitur in tertia diei hora:& sexta etiã ab eodem solis ortu.Sic enim intelligẽdę sunt illæ horæ,Matth.20.nempe q̃ paterfamilias exijt summo mane cõducere operios:deinde hora tertia atque hora sexta.¶ Devesperis autem & completorio ait loco citato D.Hieron.neminẽ esse,qui nesciat:quasi res esset antiquissima & vniuersis Christianis receptissima. ¶ Atqui de completorio ait loco citato Ambro.venire illi in mentem auium recordationem quæ cùm cunt cubitum quasi peracto lætè munere æthera cantu mulcere consueuerunt.Quod velut à surgente & occidente die semper instaurare consueuerunt,vt vel decursu vel adorto nocturno diurnoq; tempore,iustas laudes suo referant creatori. Vnde magnum incentiuum excitandæ deuotionis sumendum nobis est. ¶ Igitur vt quæ dispersim commemorauimus,collectim ad nostram confirmandam conclusionem applicemus.Tribus de causis septenarius iste numerus canonicus instinctu spiritus sancti sanctissimus est Christianæ familiæ. Prima scilicet eademq; ad literam potissima,vt iuxta Christi præceptum & Paul.monitũ,iugis neq; intermissa in nobis persistat Dei memoria,laus que & gratiarum actio, ac demum deprecatio & fauoris petitio:Nam cùm in die naturali sex sint horarum ternarij, cùm in singulis statos habemus psalmos, perpetuo circulo in oratione persistimus.Mox & Trinitatẽ quæ nostræ est fidei confessio,trinis quibusq; horis profitemur:nam pari ratione eodem numero & psalmos & orationes distribuimus. Accedunt deinde tertiò & mysteria,tum alia tum etiam Christi:quę glossa colligit super.c. presbyter,de celebra.Missar.Quod quidẽ est Cõcilij Agathen,celebrati sedente Zozimo Papa,sub anno Domini quadringentesimo vigesimo:vbi prædictæ omnes horæ tã diurnæ quàm nocturnæ persolui iubentur. Cauẽda autem est deceptio ne quis putet,vt hæretici blasphemare attentant,tunc primum fuis

De septem horis canonicæ & ecclesia institutę.

De completorio.

Glossa.

se institutas.In hoc enim superiora adduximus testimonia vt eas de antiquitate & tempore Apostolorum deduceremus. Quare illic tanquàm res antiqua confirmatur.Mysteria autem sunt quòd septem existunt hebdomadæ dies,quibus mundus fuit creatus:septẽque Spiritus sancti dona,quibus recreatur:ac septem mundi ætates,quibus duraturus est: septemq; adeò petitiones Dominicæ orationis,quibus eadem dona postulam⁹. Christus autem matutinali hora captus est,& per reliquas dici passus. Vñ Versus:Hęc sunt septenis propter quæ psallimus horis:Matutina ligat Christum,qui crimina purgat:Prima replet sputis,causam dat tertia mortis: Sexta crucì nectit,latus eius nona bipertit. Vespera deponit,tumulo completa reponit.Ex his ergo cunctis quæ dicta sunt colligitur,septẽ esse Canonicas horas: secundum illud Psalm. Septies in die laudem dixi tibi.Accipitur eñ illic dies pro naturali,vt noctẽ includat.Quare non sunt audiendi qui matutinum à laudibus separantes,octo connumerant.

Ad primum argumentũ. AD primum igitur argumentum suprà obiectum Vuicleff,vsq; adeò negatur horarum canonicarum pẽsum graue esse,vt affirmemus esse suauissimum. Ad illud autem quod insinuat non esse in ecclesiæ facultate aliquid sancire,quod in altero duorum testamẽtorum expressum nõ sit, plura respondemus.Primum illud est hæreticum fundamentum,atque illius bestiæ quã Ioan. Apocly.3.vidisse scripsit, quæ cùm agnus videretur cornua gerens in fronte, draco tamen erat.Super quo loco ait Augu. ser Augustinus. mo. 11.hæreticam illic ecclesiam significari: quæ cũ,ceu agnus Christi,duo in fronte cornua,hoc est,duo testamenta præ se ferat,draconis tamen morsu Ecclesiã Catholicã dilacerat.Hæc ille.Habet enim ecclesia catholica potestatem à Christo apostolicã qua leges possit condere,quas vel ex sacra pagina elicit,vel ad Christianorum ornamentum necessarias ducit.Instar nimirum apostolorũ qui sais vestimentis iumenta illa strauerũt quibus Christus Hierosolymã ingressurus molliùs incederet . Ait quippe super eodem loco Hierony. quòd vestis apostolica,vel doctrina virtutum vel editio scripturarum intelligi potest : sicut ecclesiasticorum dogmatum varietas, quibus nisi anima instructa fuerit , sessorem habere Dominum non meretur.Et Anselmus: Vide Anselmus. inquit quòd super iumentum ponebant apostoli vestimenta sua, sed cætera Iudaica turba sub iumenti pedibus:quia mandatis apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctolorum instruimur & ornamur: legis autē antiquæ mandata conculcamus, dum carnales obseruationes & circuncisiones reprobamus. Adde q̄ Ecclesia nō solùm intus per spiritum sanctum edocta, sed viua voce apostolorum & Christi illustrata eiusmodi horarū religionem amplexa est. ¶ Ad secundum respondetur quòd in orationibus priuatis non opùs est voce, sed satis est mente orare, nisi ad excitandam deuotionem. Quod autem Christus & Paul. secundùm ipsum ait, Spiritu & mente orandum, nihil aliud edocent, quàm q̄ orantis psallentisq́; vox non debet esse sicut auium garritus: sed mente & spiritu plena.

Ad secundū argumētum

Ad tertium argumen.

¶ Tertium argumentum articulo tertio pleniùs dissoluetur, vbi monstrabitur clericorū sacris initiatorum officium, etiam si curā gerant animarū, esse horarū munus persoluere.

ARTICVLVS. II.

Vrùm congruens sit & decorum vt horæ Canonicæ, Psalmorū, Hymnorūque alto cantu psallantur.

POST horarum Canonicarum substantiam & institutionem subsequitur modò explorare vtrùm canticis & hymnis sint persoluendæ. Nam idem Vuicleff, vt eodē tomo. 5. ca. 16. Thom. Valdē. refert, & de hoc catholicos subsannabat, quòd alto cantu laudes & preces ad Deum inclamarent. Quam quidem hæresim Lutherani suscitarunt, obrideutes ceu ridiculis nobis quòd vocibus in tēplis obstrepamus Deo. Argumentum istorū est quòd Deus non est surdus aut dormiens, vt clamoribus nostris, quibus excitetur, indigeat. Quocirca nos Baaliticos appellant, hoc est sacerdotibus Baal similes: quos vt. 3. Regū 18. refertur, deridens Elias vt altiùs inclamarent irritabat, subdens: Deus enim vester forsitan cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur. Et me dum inter illos agerem quandoque de eadem re sic conueniebāt: Nunquid si tu cum Cæsare cantando colloquereris, aut aliquid ab illo altissimis vocibus & musico artificio deposceres, non deridiculus esses? Quid ergo coram Deo facere non veremini quod nō auderetis coram Cæsare? ¶ Secundò arguitur exemplo illius matronę Samuelis matris, quę vt initio li. 1. Regū refertur, presis labijs adeò silenter orabat, vt temulēta appareret. Quod quidem exemplum quasi orantium figura inter sanctos celebratissimum est. Vnde author in perfecti homilia. 13. Possumus inquit intelligere, vt ostium domus, os corporis, vt nō clamosa voce oremus Deum, sed desiderio tacito. Nam ex clamosa inquit oratione multa mala nascuntur: maximè hæc tria. Primùm quòd clamosa voce orans non credit Deum vbique esse & secreta audire. Secūdùm quòd mysteria secretarum suarum petitionum, quę fortè non oportebat alterum præter Deum scire, auribus bonorum & malorum audienda cōmittit. Tertium denique quòd clamosè orans alterum iuxta ipsum astantē orare non sinit. Id quod experientia testatur. Nam dum in ecclesia canitur, non possunt astantes orare, vocibus eorum sensus rapientibus. Accedit postremò quòd musica quæ seculares in suis festis vtuntur, sacra prophanare videtur. ¶ In cōtrarium est autem illud Dauidis Psal. 149. Cantate Domino canticum nouum. Et rursus: Laudent nomen eius in choro. Cui accedit & Concilium Toletan. quartum, de cōsecratione, dist. in. 1. cuius verba sunt, De hymnis canendis, & Saluatoris & apostolorū habemus exemplum.

Vuicleff. Vualdens.

Primū argu.

Argumen. 2

Postremum argumentū.

Concilium Toletanum.

CVM tantoperè isti rerum nouatores & ecclesiasticarum rerum perturbatores ecclesiasticos cantus, vt modò dicebam, propelere à Christiano cœtu contendant, non satis rei præsenti fecissemus, nisi hunc addidissem⁹ articulum. De quo Sanct. Thom. 2. 2. q. 91. nō nihil tetigit. Ad quem vnica eademque ecclesiæ receptissima respondetur conclusione. Cantus ecclesiastici quibus horæ Canonicæ solenniter celebrantur, vt in ecclesia sunt optima ratione cōstituti, ita sunt & antiquissimi. ¶ Et quòrationibus testimonia clarescant, ab ipsis est nobis sumendum exordium. Sed est cum primis adnotandum, horas Canonicas in quibus religio colendi Dei cōsistit, tres habitudines inter nos & Deum continere. Prima est diuina laudatio, quam quidem ei propter seipsum tanquā summo bono debemus. Hac enim de causa illa à nobis debetur confessio, quòd sit summè infiniteque bonus, iustus, misericors, &c. atque adeò cunctipotens, omniscius, & quicquid boni in rebus existit immensa sua continet essentia: & propterea canimus ei hymnos & Psalmorum laudes. Secunda earundem horarum ratio est, vt quicquid nobis ad vitam salutemque tam temporalem quàm spiritualem necessa-

Conclusio respondens.

cessarium est, ab ipso petamus: confitentes nos suas ipsius esse creaturas, atque nil nobis boni nisi ab illo posse cōtingere. Tertium denique officium quod illi orando persoluimus est gratiarum actio pro receptis beneficijs.

Prima ratio cōclusionis.

¶ Hoc autem supposito, rationib⁹ pluribus demonstratur conclusio. Primùm enim omniū, laudum conditioni adeò cantus nō repugnat vt maximè ei congruat. Nam si naturale hominum ingenium consulamus, inde heroica carmina ortum habuere, vt ipsis sonoro metro decurrentibus, Heroū laudes & gesta canerentur. Quod & Poeta Æneidum principio significans ait: Arma virumq́; cano. Quare Aristo. 8. Poli. ca. 5. & Boet. in Prolo. Musicę, permultum Musicā cōmendant, ceu rem ad morum affectus plurimū conferentem.

Secunda ratio.

¶ Imò verò, vt secundum subnectamus argumentū, symphonia in eiusmodi canendis laudibus adeò est naturalis, vt etiam authori ipsi naturæ in cælis eodem modo cōcini referantur. Vnde Apocal. 4. de sanctis animalibus refert Ioan. quòd requiem die ac nocte non habebant, dicentia, Sanctus, Sanctus. Vnde in Missæ Præfatione seipsam ecclesia cohortatur, vt quēadmodùm cæli cælorumque virtutes, Cherubim quoq; & Seraphim socia exultatione clamare nō cessant: ita ipsum cum eis concinat. Quare & Deo supplicat vt suas etiā cum illis voces admitti iubeat, dicentis: Sanctus, Sanctus, &c. Quapropter non immeritò sunt qui fateantur veris vocibus, licèt supernaturalibus, Deum in cælestibus laudari. Atque rei huius testimonium terris angeli desuper attulerunt: vbi pastoribus nato Domino, non solùm cum splendore diuinæ gloriæ affulserunt, verùm & cantantes intonarūt: Gloria in excelsis Deo. Vnde circa finem secundi lib. de Epipha. Grego. Cum pastoribus, inqt, venerare, cum Angelis hymnū dicito, cū Archangelis choros ducito. Sit nobis ista communis solēnitas terrestribus cum cælestibus cōmunis. Qua ergo oris impudentia hæretici hęc laudum pręconia negare possint? Hac enim de causa militans ecclesia, nempe quòsocietatem cum triūphante initam referat, in duos choros clerum partitur, qui alternis vocibus laudes intonent, atq; altero sedente alter stet: videlicet vt qui stat, militantiū aciem repræsentet: qui verò sedet, triumphantium requiem. Quare cùm vterq; alteri respōdeat, ambo, nempe angelicus atq; humanus chorus eundem Deum pulcherrima concordia venerantur. ¶ Tertium post mortalium naturam & immortalium conditionem argumentum sumitur ab antiqua lege. Eundem nanq; canendi ritum eodemq́; diuino numine afflatus Dauid, psalterium cithara cōposuit, quo canere diuina mysteria consueuerat. Cantabiles enim, inquit, mihi erant iustificationes tuę in loco peregrinationis meæ. Quo quidem ritu non solùm Deo quicquid animo gerebat intimabat, verùm & ad depellendos obsessores dæmones vtebatur, vt patet. 1. Reg. 16. Nimirum futuram ecclesiam admonens, vt Psalmorum cōcentu insultantes dæmones fugaret. Quocircà & in domo Dei, vt legitur. 1. Paralipom. 23. quatuor millia Psaltes constituit, canentes Domino in organis quæ fecerat ad canendum. Obidque Psalmo. 148. & duobus sequentibus omnimodè sanctos Dei admonet, vt hymnis & canticis, omniq; musico instrumēto Deo laudes resonent. Ac cedunt & in rei confirmationem celeberrima illa spiritualia cantica quæ sancti Prophetæ & Patres illius legis spiritu sancto dictante ceciniſſe leguntur, & nunc ecclesia per hebdomadam cōcinit. Vt cantica Moysi, Annę, Delborę, Isaiæ, Ezechiæ, cæterorūq; Prophetarū. ¶ Neq; est cur quispiā reclamet, cantiones illas templo illi non nostro cōgruere: nā cùm illud figura fuerit nostri, multò nos magis condecent. Vnde, quod quartum sit argumentum, cùm Christus Hierosolymam ingreditur, vbi ingressus in ecclesiam nostram designabatur, concentu puerorum psallentiū & cantantium, Hosanna fili Dauid, exceptus est. Atque obmurmurantibus Iudæis Domino numque interpellantibus qui illos tacere iuberet, respondit: si tacuerint, lapides clamabunt. Igitur si horæ Canonicæ quatenus laudes diuinæ sunt existimentur, congruentissimum est vt canticis persoluātur. ¶ Quòd si, vt gratiarum actiones proferantur, nō minùs eis cantio congruit. Id quod Christo ipsi, ex quo quintū sumitur argumentum, in more & vsu fuisse testatur: Matth. c. 26. vbi postremam enarrans cœnam ait: Et hymno dicto exierunt in montē Oliueti. Vnde colligitur Christum cum suis gratiarū actiones cantando fecisse. Ait enim Isidorus lib. 6. Etymolog. cap. 34. quod hymni sunt cantica laudantium Deum. Quare si sit, inquit, laus, & non Dei, non est hymnus: & si sit & Dei & laus, & non cātetur, non est hymnus. Qua de re Augustinus in illo libello quem de laude spiritualiū canticorum inscripsit, ex eo quòd Zacharias hymni voce prophetauit, & Angeli Gloria in excelsis Deo, intonârunt, & pueri Hierosolymitæ Hosanna inclamauerunt, & Christus

Tertia ratio

Gregorius.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Isidorus.

Augustinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hymnum cum discipulis concinit, sic colligit: Quis iam habito tali documento de psalmorum & hymnorum religione dubitauerit: quando ille qui à cælestibus adoratur, & psallitur, ipsum cum discipulis hymnum cantasse perhibetur? Et Ioan. inquit in Apocalypsi, refert se spiritu reuelante vidisse & audisse vocẽ aquarum multarum, & tonitrum multorum dicentium Alleluia. Hæc Aug. ¶ Neq; verò si solẽnem orandi religionem sub precũ ratione mediteris, deerit Apostolicum exemplum vt canora melodia fiat. ¶ Est nanque sextum argumentum, id quod Actu. 16. legitur: nempe quòd cùm Paulus & Silas in carcere custodirentur, adorantes media nocte laudabant Dominum, nimirum suam causam illi proponentes. Et audiebant eos qui in custodia erãt, & subitò terræmotus factus est magnus, omniaque ostia aperta & omnia soluta vincula. vbi secundùm Bedam alia litera habet quòd hymnum dicebant. Quo loco hymnorũ psalmorumq; vim idem doctor admonuit: admonens vt quicunq; fidelium in tentationes varias inciderit cum Paulo & Sila, inter carceris tenebras hymnizet, & cum Psalmista Domino canat, Tu es præsidium meum à pressura quæ circundedit me. In qua item Apostolica autoritate illorum trium differentia meditanda est: nempe hymnorum, psalmorum, & canticorum, quam & ad Colossẽ. 3. repetit vbi ait: Cõmonentes vosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris. Quo loco in suis annotationibus Hieron. Hymnis, inquit, vt trium puerorum, psalmis vt Dauid, canticis vt Moysi & aliorum. Hæc ille. Canticum enim simplicem vocum intonationem designat: hymnus carmen: psalmus verò est, qui instrumento musico psallitur. ¶ Adde & quod ad Ephes. 5. idẽ admonet apostolus: Implemini enim, inquit, spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, gratiam agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi. Vobis inquit metipsis, id est in choro vestro alternis vocibus: & in cordibus vestris, hoc est vt spũs ex corde, pfectus cantũ viuificet. ¶ Antiphonas verò, vt Isidorus lib. 1. de offic. ca. 7. autor est, Græci primi cõposuerũt: quos posteà Ambro. imitatꝰ latinas excogitauit. Sicut & hymni, vt Eusebius li. 1. Ecclesiasticę historię, c. 18. refert, in cõuentibus sancti Marci in Alexandria cõpositi sunt multiq; bus & idẽ Ambr. & Hilarius plures addiderunt, vti illic. c. 6. ait Isidorus. Rũsoria verò ibidẽ Isidorus. c. 8. tradit ab Italis longo antè tempore sunt reperta, & inde sic vocata qꝛ vno canẽte chorus cõsonãdo respondeat. Lectiones eñ, vt de institutis clericorũ, c. 80. ait Rabanus, antiquissimæ religionis à Iudæis deriuatæ traditio est vt choro sedente, ab vno stante legantur: qua finita chorus concinendo respondeat: & inde dicta sunt responsoria. Quin verò, vt Cassiodorus lib. 20. historię partitæ refert, Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post apostolum Petrum episcopus, atq; adeo cum ipsis Apostolis conuersatus, vidit angelorum visionẽ quomodò per antiphonas sanctę Trinitati dicebãt hymnos. Itaq; modum visionis Antiochenæ probatur tradidisse ecclesiæ: & ex hac ad cũctas trãsiuit ecclesias. Multa deniq; alia cõmemorari possent, quibus antiqua hęc ratio laudãdi Deum canticis cõfirmaretur, quatenus ad naturam rei attinet laudandi, deprecandi, & gratias agendi. Sed illis prætermissis ad alios arguendi locos descendamus, qui ex parte nostra sumuntur. Cãtus eñ ecclesiastici præterquàm qꝛ sic cõmodè Deus laudatur, permagnam habent energiam ad nostram excitandã deuotionẽ. Nam cùm sensus sint mentis organa quos musica suapte natura demulcet, illa ratione mens in sublime rapitur ad diuinam maiestatem contẽplandã. Vnde Rabanus de institutis clerico. cap. 76. Psalterium inquit idcirco cum melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequentatur, quò faciliùs animi ad cõpunctionẽ flectantur. Et August. lib. 9. confessio. cap. 7. refert quemadmodùm tẽpore suo Mediolanẽsis ecclesia genus hoc cõsolationis & exhortationis celebrare susceperit, vt fratres vocibus & cordibus magno studio concinerent, ad depellendum mœrorẽ quo propter hæresim Arrianorum Christiani animi tabescebant: tũc enim, inquit, & psalmi vt canerentur secundùm morem Orientalium partium, nè populus mœroris tædio contabesceret, institutum est. Quod non est sic intelligendum ac si noua tunc fieret institutio: Imò erat instauratio illius quã illi hęretici depulerant. Et libro. 10. cap. 33. voluptates inquit aurium tenaciùs me implicauerant & subiugauerant, sed resoluisti & liberasti me nũc in sonis quos animãt eloquia tua, cũ suaui & artificiosa voce cantatur. Et infrà cùm Athanasij Alexãdrini episcopi morem meminisset, qui tã modico flexu vocis faciebat sonare lectorẽ psalmi, vt pronuntianti vicinior esset quàm canenti, subdit: verum tamen cum reminiscor lachrymas meas quas fudi

Argumẽ. 6. pro conclus.

Beda.

Argumẽt. 7.

Antiphonas primi Græci cõposuerunt teste Isidor. Eusebius.

Responsoria vnde instituta.

Rabanus.

Cassiodorus

Ratio prima pro cãtibus ecclesiasticis ex parte hominis sumpta.

Rabanus.

Augustinus.

fudi ad cantus ecclesiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipse cõmoueor, non cantu, sed rebus quæ cum liquida voce & cõuenientissima modulatione cantãtur, magnam instituti huius vtilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis & experimentum salubritatis, magisq; adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. ¶ Quin aliam egomet mihi rationẽ adhibeo eiusmodi cantiones extollendi. Valent enim & ad amorem erga nos Dei magnificandum: nam quis non vel de hoc Deum suum amet, qui religionis officium tam necessarium, sed tamen quòd ex alia parte nonnihil posset afferre molestiæ, suo sancto numine instituit, vt talis â nobis melodia impenderetur, quæ & laborem leuaret, & animũ recrearet ac demulceret. Adde quòd & clementiorem eum nobis eiusmodi spirituales cantilenę exhibẽt: nam qui fert vt crimina nostra quibus suam iustitiam offendimus, quæque adeò lugenda potiùs essent & omni mœrore plangenda, harmonico cantu ad suas perferamus aures, quomodò eum non credamus patentissimis esse in nos visceribus, atque ad nobis indulgẽdum paratissimum? Vnde Lactant. libro. 6. Diuinarum institutionum. ca. 22. Postquàm secularem melodię suauitatem, quę humanos animos labefactare solent, reprobauit, paulò inferiùs subdit: Itaque si voluptas est audire cantus & carmina, laudes Dei canere & audire iucundum sit. ¶ Postrema verò horum nostrorum argumentorum clausura, quæ sanè rem planissimè pandit, ab experientia sumitur. Qui enim has cantandi cæremonias cõdemnant, interesse catholicis ecclesijs cuperem, in quibus concentus cum venustate & religiosa modestia canitur, & posteà vt hæreticorum templa viserent, vbi silentium nihil aliud quàm ecclesiarum cadauera refert, vt illo discriminis interstitio de vtroque iudicarent. ¶ Hęc verùm tamen in calce demum quæstionis silendum non est, quòd, vti in reliquis sanctis cæremonijs accidit, ita & in hanc potest absurdus excessus obrepere: nempe si profana inter spirituales cantiones admittãt, vel aliqua quæ pias aures offendant, vt in nataliti js Domini & in alijs festis diebus alicubi consueuit. Aut si ex præfectorum incuria neptissimi ad canendum admittantur qui aures obtundant, & attentionem perturbent. Quæ quidem Hieronymũ vt distinct. 92. can. Cantantes. refertur, reprehẽdit. Quanuis hoc pro ratione populi expendendum est. In vilis enim & rusticanis oppidis etsi haberi non possit vrbicus canticus, non ideo est absurdus existimandus. ¶ Organorum autem vsus nõ tiquàm est repudiandus, cùm & sacris testimonijs comprobetur, & vbique sit celebris. Tametsi in Capella Pontificis Summi non sit admissus. Alia verò instrumenta neque prorsus approbanda sunt, neque omninò respuenda, sed consulenda est prudentia, quęnam illorum locum sanctitatis deceãt. De quibus S. Thom. quæst. citata, nil aliud inquit, nisi quod antiquo populo magis quã nobis congruebant.

Ad primum igitur argumentum respondetur, vel de hoc hæreticos esse blasphemos, quòd ecclesiasticos cantores cum sacerdotibus Baal componunt. Haud enim de hoc Elias illos irridebat quòd canerent, sed quòd lapides, & marmora, & mortuos homines, ac denique dæmones illa ratione colerent, quos arbitrabantur clamoribus esse ad audiendum excitandos. Qui verò ad animi lætitiam & deuotionem excitandam canunt, seu vt Deo illum referant honorem, laude digni sunt, non vituperio. Sicuti Hierosolymitæ Christo acclamantes Hosanna. Et pueri in fornace, angelorũ instar, Hymnos psallentes. Quare neque aliud simile quod ab humana maiestate ad diuinam afferunt: quid piam ad rem attinet. Eò enim non decet corã humanis principibus preces cantando fundere quòd non sunt vt dij colendi: tametsi & heróum laudes, vt suprà diximus in ipsorũ præsentia, cani soleant. ¶ Secundum autem argumẽtum ab Anna Samuẽlis parente deductũ, de priuatis tantùm orationibus procedit, atque adeò sanctorum documẽta quibus iubemur silenter orare. Secùs autem se res habet de solennibus quæ nomine publico fiunt. Neque vllum est absurdum, vt dum in choro canitur, populus, si orare nequit, auscultet. Ad postremum autem verbũ respondetur quòd secularis musica in ecclesijs non est licita: ecclesiastica verò non est profana.

Organorum vsus.

Iudicium de alijs instrumentis musicis.

Ad primum argumẽtum

Adsecundũ.

Ad postremum.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm tam illi omues qui sunt sacris initiati quàm qui titulum habent ecclesiastici sacerdotij, ad horas dicendas teneantur.

IN

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN primo articulo monstratum est quēadmodùm ad orandum solēniter necessārium fuerit quatuor esse cō stituta:nempe personas,orationumq; substantiā, loca, & tēpora:quibus & ex ipsa natura rei quintum intelligitur adhiberi,videlicet intētionē atque attentionem. De primo ergo,scilicet de personis, in isto articulo:de reliquis verò in subsequentibus dicendum est.At quòd nō omnes qui sacris initiati sunt teneantur ad diuinum officium,arguitur argumento illo qđ suprà tetigimus.In ecclesia dispertita sunt clericorum munia:alij nāque animarū curę sunt mancipati,alij verò vel ad prædicandum, vel ad alia negotia quæ ad rem ecclesiæ attinent: ergo illi qui aliis sic impediūtur,nō est cur ad horas canonicas obligentur. ¶Pari modo arguitur secundò,quòd neq; omnes sacerdotia habentes ecclesiastica ad horas soluendas teneantur:tum quòd beneficia propter diuersa officia sunt instituta:vt præstimonia,quæ, vt fertur,ratione studij constituta sunt:tum etiā quòd eadem ratione qui in religione ante ꝓfessionem probantur, canonicum officium pendere tenerentur,eò quòd illis fructibus pascuntur,quibus populus ꝓpter eiusmodi spiritualia officia religiosis erogat.Quod tamen non est rationi consonum. ¶Tertiò denique arguitur.Si eiusmodi clerici ad horas dicendas tenerentur,id maximè esset de iure diuino,in quo religionē horarum canonicarum fundatam esse suprà monstratum est. Quod si verum est,consequens fieri videtur vt Papa super his dispensare nequeat:cuius tamen cōtrarium mos habet & vsus. ¶In contrariū autem est ca.Presbyter.de celebratione Missarum.quo omnes presbyteri obligantur ad diuinum officium:vbi nomen presbyteri secundùm glossam extenditur ad omnes clericos: iuxta tenorem ea.Si quisquam. de cohabitatione cleric. & mulier.

Primū argumentum.

Secundum.

Tertium.

DE hac quæstione quædam sunt inter doctores cōstituta,quædam verò quę vix possunt certa ratione definiri.Duę inquā causę pro certis habentur,quarū per se vtraq; ad pensum horarum canonicarūobligat:nempè ordo sacer & ecclesiasticū beneficium. ¶Ad quęstionem igitur duabus conclusionibus respondetur.Prima:Omnis clericus in sacris,puta subdiaconus & vllo superior tenetur officium persoluere diurnum ac nocturnum. Cōclusio est quā tenet gloss. complectiturq; Panor.& reliqui Doctores canonici iuris præcipui nominis, super dicto cap.presbyter. de celebratione Missarum. Est & sententia diui Thomæ quodlibeto. 6. art. 8. & vnanimiter Theologorū.Nā quanuis in dicto cap.quod, vt suprà diximus, est concilij Agathen.de solo presbytero mentio fiat:tamen Innocent. cap.dolentes.minores etiā clericos exprimit. Et dist.92.c. final. expressiùs obligantur presbyter,diaconus, & quilibet clericus ad quotidianum officium. Ratio autē,quę optima est iuris interpres,inde emergit, ꝙ qui sacris initiatur,singulari Dei cultui mācipatur,atq; in illo cōstituitur statu qui ad diuinas laudes instítutus est:iuxta illud Isai.43.Omnem ilium qui inuocat nomen meum,in laudem meam creaui illum. laudum autē ordo & modus, vt suprà diximus,ab ecclesia lege sancitus est:ergo eo ipso quod quis in clericorū ordinē suscipitur,tali est vinculo obligatus.Quapropter, hoc quàm maximè cupio cunctis clericis esse persuasissimum, vt quidquid negotij eis incūbat,siue literarum studium, siue gubernandi aut legendi munus,aut etiam prædicandi, cōstitutissimum habeant nunquàm vllam interpollare canonicam horam:certò videlicēt scientes hoc esse proprium genuinumque eorum officium,atque adeò cunctis alijs præferendum.Eò præsertim quòd tempus statis orationibus dicatū, ex quocunque alio succidatur negotio,nunquàm impedimento est, Deo sic disponente,quo minùs bene expediatur. ¶De clericis autē qui in minoribus sunt ordinibus constituti,quique nulla potiuntur ecclesiastica præbēda, quāquàm Panor.loco citato in alteram partē pendeat,absq; dubio credendum est ad nullas teneri canonicas horas.Neque eius ratio vllius est momenti: videlicet quòd,vt ipsum nomen clerici sonat,assumuntur in sortem domini. Haud enim sic assumuntur, vt statū firmiter mutent:nā quandiu integrū illis est matrimonio se copulare statum non mutant.Item quia functio illorū ordinum in solo præparamento templi vasorumque finitur: neq; ordinem habet proximum ad eucharistiæ sacramentum: ceu officiū diaconi & subdiaconi. Et quāuis Palud. in.4.distin.15.q.5.dicat quòd ad aliquid plus teneātur quàm laici, non est credendum de præcepto: ita vt eius omisio aliqua sit culpa;sed forsan de honestate si voluerint.Quare non solùm qui prima tantùm tonsura ordinati sunt, verùm neque alij aliorum graduum infra subdiaconatum tenentur ad cāticum graduum.Neque vlla est lex & consuetudo quæ talem injiciat scrupulum:neq; epi-

Duæ causæ ex quibus oritur obligatio ad persolūēdas horas canonicas.

Prima cōcl.

Glossa. Panormita.

Innocētius.

Ratio conclusionis.

Clerici in minoribus constituti, ad nullas horas canonicas tenentur,contra Panormi ta.

Paludanus.

scopus ad hoc potest obligare. ¶Secunda cōclusio. Quicunque habet ecclesiasticum beneficium aut præbendā sub clericali titulo,tenētur sub reatu lethalis criminis ad plenū horarū canonicarū officiū.Et est intelligēda cōclusio cum præcisione sicut præcedens. Itaq; sicut sacer ordo sine beneficio obligat, ita & beneficiū absq; ordine sacro.De hac quidem cōclusione expressum iuris textum non vidi: annotatur tamē. c.fi.dist.92.cuius verba sunt, quòd presbyter,aut diaconus,vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus,ad quotidianum officium teneatur:vbi verba, deputatus, intelligunt per titulum alicuius beneficij,vt distinguatur à prioribus membris presbyter,& diaconus.Facit & verbum ca.fina.de rescrip.lib. 6.Beneficium nō datur nisi propter officiū: nam peculiare ac propriū clerici officium, vt suprà diximus,est horarum canonicarū pensum.Facit & ca.cùm secundum Apostolū.de præbendis.vbi sancitur,clericos omnes ad onus eligi,atq; adeò non esse à mercede depellendos.Ac subinde iubetur neminem sine titulo aut beneficij aut patrimonij esse ordinandum:aut si secùs fiat,ꝙ episcopus ei victū præbeat.Cùm ergo merces propter onus debeatur,& proprium onus clerici sit dicere officium,fit vt ex quacunq; præbenda nascatur hæc obligatio.Atque hac de causa sic fumus cōclusionem moderati,vt talis præbenda possideatur clericali titulo:nam qui titulo seculari decimas percipiunt,vt reges & equites: & cōcionator & lector:non tenentur ad huiusmodi horas soluendas.Quam obrem eos qui præstimonialia sacerdotia possident,licēt alij aliter sentiant,excusare non auderem ab officio diuino persoluendo.Eò quòd ille titulus, clericalis est,& non secularis. Nam ꝙ dicunt illa fuisse ínstituta tantùm ratione studij,non ea pollet iuris autoritate,vt ob id sint ab eiusmodi munere exonerandi.Quare de concess. præben.cā.quoniam.lib.6.præstimonia inter cæteros ecclesiasticos titulos cōnumerantur. Quocircà non tenetur opinio Laurētij,vt bene ait Sylvest.verbo,hora.§.3.dicentis, clericos in minoribus ordinibus beneficiatos qui per alios seruiunt,excusari posse ab officio diuino:imò satiùs ait Panor.loco citato ꝙ cùm horas pendere,officium sit personale,semper ad illud tenentur.Et quanuis Ioannes Andr. in Nouellis dicat ꝙ libenter videret,si ecclesiarationestudij liberaret huiusmodi beneficiatos in minoribus,non habentes animarū curam,vt tantùm recitarent officium Virginis, profectò non esset salutare consiliū:eò quòd ecclesiastica stipendia præcipuè,vt diximus, propter huiusmodi officia penduntur. ¶Illos autem qui tantùm habent pēsiones,quia nullum habent ecclesiasticum titulū,sed merum ius petendi ab illo qui titulū habet, iam sæpe diximus minimè ad canonicas horas teneri. ¶Dubium autem restat quando præbenda est tenuissima. Sunt enim qui eatenus hanc conclusionem affirment, vt etiam dum beneficium tenuissimum sit, adeò vt neque ad miseram ducendam vitam sufficiat, nihilo minùs obligare censeant. Imò verò & si merū titulum sine fructibus quis habeat,non excusent à culpa si horas canonicas prætermiserit.Atq; hoc sequitur Sylvest.ver.hora. §.3. Et quidem è recētissimis Theologis. Sed profectò multò libentiùs in contrariam sententiam subscriberem. Nam cùm clericus citra subdiaconum ad officium non alia ratione quàm stipendij ad officium diuinum teneatur, quando beneficiū adeò est exiguum vt ferè pro nihilo reputetur:non est cur talē obligationem inducat. Neq; vincit obiectio dicentium illi esse imputandum,qui illud recepit:nam tenuissimum beneficium ex natura sua non obligat. Quare qui illud recipit non obligatur. Dixerim tamē tenuissimum, vt ferè pro nihilo reputetur:nēpe si his tēporibus summā saltem octo ducatorū non attingeret:nā si ditius est, quāuis non sufficiat ad victum: si tamen pauperi clericò bona esse posset pars sustentationis, nō omninò possidēs excusatur. De hoc ergo sapientū prudentia cōsulenda est. ¶Pari modo de illo censendū qui vel litigiosam, vt ait Palu. merū habet titulū præbendæ sine fructibus, idq; ex concessione Pontificis,eosdē fructus alteri reseruātis?itaq; in sua potestate nō sit illos percipere:vt ait Caieta. in Sum.verb.hora. quādoquidē obligatio nō emergit nisi ex sacro ordine,vel ex perceptione mercedis. Neq; in contrariū solida est superior obiectio, videlicet illi esse imputādū qui tale beneficiū accepit:nā quod autoritate sit Papæ,alteri nō imputatur. Cū ergo sacerdotiū fructibꝰ suis priuat,videt possessorē ab obligatione absoluere dicēdi horas. Secùs res haberet si per illū qui præbendā possidet staret vt fructus non perciperet: vt pote si vel alteri gratis daret, aut ꝓpter excōmunicationē,aut quia nō residet, illis priuaretur: tunc enim nō esset ab orandi ligamine absolutus. ¶Petrus de Palude loco citato eos propterea excusat qui Breuiarium non habent neque emere possunt. Quāuis dicat quòd debent officium addiscere.

Porro

Probatio pri æ conclus.

Declaratio præsentis conclusionis.

Quę præstimonialia sacerdotia possideant ad officium diuinū teneantur.

Improbatur opinio Laurentij.

Sylvester.

Obiectio.

Andr.

Pēsionarius tantū nō tenetur ad horas.

Dubitatio.

Sylvestri solutio.

Refellitur solutio Sylvestri.

Qui solum habet titulū beneficij sine fructibus non tenetur ad officiū diuinum. Caietanus.

Limitatio superioris assertionis.

Palud.

Exploditur præterita sententia Paludani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porrò verò eiusmodi excusatio nō est cur admittatur. Etenim cùm nemo sit in clericalem ordinem admittendus, qui non habeat vnde viuat, nemo clericorum excusatur si Breuiarium non habeat: imò antequàm haberet, nō esset ordinandus. Eò potissimum quòd Palude loquebatur antequàm essent impressiones. Modo nāque vilius emuntur. Diuersa verò est ratio vbi fortuito casu quis Breuiariū perdidit: neq; est in loco vbi haberi possit. ¶ Addiscere verò officium vt memoriter dici possit, nemo lege cogitur: qa res est nō oibus bene possibilis: satis enim est si legere sciat. Quare si quis esset aut inter infideles aut in puincia vbi Breuiarium neutiquàm reperiretur, legitima obtegeretur excusatione. Eadē ratione excusantur & cæci, aut ita oculis caligināres vt legere nequeant. Tametsi dum aliquas horas memoriter proferre possent, fortasse tenerentur. Quanuis neque omninò sim certus an essent rigore cogendi: quandoquidem tenacitas illa memoriæ accidentaria sit: licet tutius esset vt se obligatos censerent. ¶ Pari modo qui sic esset impeditus aut circa infirmos, aut aliter, vt nullatenus posset orare, itidem excusaretur. Quanuis fraus semper cauenda est, eò potissimum quòd huiusmodi obligatio arctissima est, à iureq; diuino descendens. Imo verò si vlla mihi adhibenda est fides, conijcio vt qui ex choro mittuntur ad thurificādum altari, simpliciter non teneantur Magnificat & Antiphonam dicere: quia neque coguntur memoriter scire, nec alium tūc secum portare librum. Eò præsertim quòd dum illi in reilla ad celebritatem eiusdem officij occupantur, totus chorus pro illis supplet: imò nescio an ille qui organis choro respondet teneatur postea officium pendere: quia in primitiua ecclesia tantùm erat vnus liber in choro. ¶ Infirmis autem atq; in alijs similiter impeditis manifesta est excusatio, dum modò absq; omni fraude ad prudentiam boni viri impedimentum existimetur esse legitimū. Quanuis re dubia consilium medici, autoritasque prælati vt in ieiunijs, intercedere debeat. ¶ At de alijs iuris impedimentis hæsitare quis posset: videlicet vtrum excōmunicatus, irregularis & degradatus, ab orandi vinculo immunis fiat. Apparet enim inde sic res habere quod ab alijs officijs iure cohibentur. Sed nihilominus respondetur nullatenus excusari. Nam vt habet glo. can. legi. 16. quæst. 1. nemo ex suo delicto facit conditionē suam meliorem. Et ideo isti tenētur ad ea quæ sunt oneris, licet illis priuentur quæ sunt honoris.

Impediti nō tenētur, &c.

Infirmi ab horis recitādis excusant

Quæstio.

Solutio. Glossa.

Debet tamen excōmunicatus solitariè officium soluere: quia non potest se publicis officijs ingerere. Tametsi nisi sit nominatim excōmunicatus, aut manifestus clericorū percussor, non tenentur alij, vt aliàs diximus, ipsum euitare: sed potest quisque cum illo orare. Irregularis verò & degradatus qui excōmunicatione nō est irretitus, in choro etiam potest cum alijs officium soluere: quoniam solum impediuntur ab administratione sacramentorū, & executione ecclesiasticę iurisdictionis, & à susceptione ordinum. ¶ Post hęc autem, quod omniū maximum dubium ingerit, est de religiosis, qui nondum maiores ordines susceperunt. Maximum inquam dubium: non quòd non sit omnium opinio, vt ait Sylvester, loco citato, & Panormita. & omnes iurisconsulti: & diu⁹ Antoninus. 3. par. tit. 3. c. 4. Neq; est qui contrarium asserere audeat, neq; ego auderem. Sed dubiū est de iure, aut ratione. Nam cùm neutrum superiorum capitū: nēpe neque ordo sacer, neque beneficium illos cogat, nulla apparet fieri reliqua obligationis ratio. Quapropter Caieta. in sua Summa verbo, hora: Certè inquit nisi consuetudo illos obliget (de qua nihil scio) non tenetur ex professione. Hactenus ille. Quòd enim aiunt teneri ratione voti ex cap. licet. de voto. nō satis habet cogendi vim. Illic enim solum habetur q̄ si qs quid vouit, teneat illud soluere: religiosi autem tria tantùm suscipiunt essentialia vota: & pollicentur viuere secundùm suas constitutiones. Vnde Hieronym. ad Heliodōrum: & refertur. 16. quæst. 1. Alia est inquit causa monachi, alia clerici: illi de altario viuunt &c. Et ad Rusticum monachum: Sic viue in monasterio vt clericus esse merearis: cùm in clericum te populus elegit, age ea quæ sunt clerici. Hoc ergo differt religiosorum ordo à clericali, quòd clerici deputantur ecclesiarum seruitio: religiosi verò non nisi contemplationi. Cui quidem discrimini applaudit diuus Thom. 2. 2. quæst. vlti. art. 8. ad secundum. Secunda verò ratio, quæ omnibus est celeberrima: videlicet quòd viuunt ex eleemosynis, quæ propter diuinum cultum ipsis à plebe erogantur, nihilo maius habere videtur vigoris pondus. Decimæ namque sunt propria merces seruientium ecclesijs: reliquæ verò eleemosynæ non habent illud onus annexum: atqui rari sunt Cōuentus ex decimis viuentes. Præterquàm quòd tales decimæ potuerunt illis, sicut reliquis pauperum hospitalibus absque tali onere adiudicari. Et qui absque decimis viuunt, licèt

Dubium de religiosis.

Sylvester, Panormita, Antoninus.

Ratio prima inefficax ad colligēdū religiosos vt teneātur diuinū officium persoluere.

Hieronym.

S. Thomæ

Secūda ratio etiam ineffi cax.

licèt eleemosynas percipiant, erogantur illis, tamē sicut cæteris pauperibus. Et esto pro benefactoribus orare teneantur, nō tamen ideo canonicum persoluere officium. ¶ Quod autem mihi argumentū occurrit, omniū molestissimum est. Si religiosus choro deputatus, qui tamē non est in sacris, teneretur ad officium, non posset absq; Papæ dispensatione illo onere eximi: & tamen si in eadem religione fiat laicus, quos nos Conuersos vocamus, non tenebitur amplius ad officium canonicum: illa autem mutatio nulla indiget Papæ dispensatione, sed per solum prælati assensū fieri potest. Mirabile ergo cuipiam forte apparebit quòd solus prælatus possit monachū liberare ab officio persoluendo, ad quod tenebatur. Nam si dicas pariter qui beneficiū habet, teneri, à qua tamen obligatione si illud relinquat, liberatur, nullam præ te fers rei nostræ similitudinem: nam illa obligatio tantū erat propter mercedem: obligatio verò monachi debet esse ratione status quē relinquere nequit. Quare qui ex choro subductus fit cōuersus, statum religionis nō mutat. Si ergo cōuersus nō tenetur, apparet q̄ neq; ille qui deputatus est choro: nisi sit in sacris. Et simile argumentū, imò validius fit de sanctimonialibus quæ ex choro distractæ fiunt laicæ.

¶ Quod si nos vicissim redarguas, saltē eiusmodi religiosos teneri vinculo suæ regulę, de hoc nō contēdimus. Obligabuntur enim tūc saltem in ordine nostro, non ad culpam, sed ad pœnam: vt de religiosis laicis illico diximus. Quæstio autem est de præcepto quale est in subdiaconibus & suprà. ¶ His verò non obstātibus, etsi negari nequeat, si vim tātū rationis consulas, permultū mouere, haud tamen negandum est celeberrimā, eandemq; laudabilem cōsuetudinem, vno antiquorum patrum cōsensu approbatā, vim habere præcepti: videlicet vt nullus religiosorū, qui choro dedicati sunt, ab eiusmodi obligatione soluēdi diuinum officium excipiatur. Imò verò neque nuda hic confitenda est cōsuetudo, verū & lex etiam est agnoscenda. ¶ Arguitur ergo in cōfirmationē præsentis sententiæ. Vniuersi & singuli monachorum conuentus cuiuscunque spiritualis ordinis qui sub ratione solennis voti ab ecclesia sunt approbati, tenētur in cōmuni diuinū officium celebrare: ergo quotquot eidem muneri addicti sunt, quoties choro defuerint, tenentur idem officium pendere quod illic publicè canerent. Antecedens profectò nemo posset, neq; vllus auderet negare: nā vbi ecclesia religiones secundū euangelium instituit, eas videlicet quas rei spiritualis gratia admisit, easdē diuinis laudibus mancipauit: quippe cùm illud sit præcipuū contemplationis munus: atq; adeò, si vbi fieri potest, præfecti negligentia tale officiū in communi non fieret, citra dubium mortale illi esset crimen. Loquor de religionibus antiquis: nā si alius religionis modus citra huiusmodi obligationem admittatur, certè vix nomen religionis meretur: quippe quæ maximo splendore religionis careat. Consequentiam verò argumenti fortasse quis neget, cogitans sat esse eos qui sunt in sacris tale officium soluere reliquos verò dum affluerint choro. Attamen consequentia inde maximā habet probabilitatem, quòd tota religio eidem muneri mancipata est: atque adeo sicut clericus ratione ordinis, ita & religiosus choro mancipatus, ratione religionis ad officiū tenetur. Quare S. Tho. loco nuper citato. 2. 2. q. vlti. in sol. ad secundū quicquid Caieta. autumet, solos laicos monachos excipit ab officio clericorū. ¶ Quòd si hoc de viris religiosis verum habeat, idem est & de sanctimonialibus censendum. Nempe quòd teneantur in communi, vbi fieri potest, ad officium diuinum: sin minus, priuatim. ¶ Quocirca ad primū argumentum respondetur, q̄ etsi monachorum status sit contemplationi addictus, contemplatio tamen in officio diuino persoluendo potissimùm cōsistit. Saltē ille, potissimus est contēplationis effectus. ¶ Ad aliud verò argumētū qd̄ fateor esse difficile, respōdetur q̄ ea ratione quo quis est choro deputatus obligatur statas horas persoluere: sed quomodocūq; inde amoueatur, ab eodē fit vinculo liber. Hanc enim liberandi facultatē apostolica sedes in institutione religionum, earum præfectis indulsit. Et quādo rationes satis dissolui nequirent, nihilo minus præualere deberet, tum cōsuetudo quæ vniuersis religionū patribus vim censetur habere præcepti: tū etiam quòd hac facta licētia vt religiosi ac potissimū sanctimoniales ad diuinū officium nō tenerentur, nullū eis fieret reliquum exercitium spirituale, quo tempus pro ratione sui instituti expenderent. Et re vera de me fateor nescio quid erroris præsentiscere dum mihi cogitatio animum subit negandi tam illustrē consuetudinē vim habere præcepti.

¶ Eos autem qui nondum professi sunt, quānis Petrus de Palu. loco citato. in. 4. dist. 15. q. 5. duplici capitē eosdē obligari censeat, videlicet & q̄ eleemosynis sustentētur, & quòd priuilegijs religiosorum gaudeant, vt patet de sent.

Argumentū

Solutio pro q̄ cōclus.

Audetur p̄ma assertio

Prælati negligentia circa soluendū diuinū officium, non, nisi peccatū mortale est.

Ad primum argumentū.

Ad secundū

Paludan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de senten. ex cõmu. lib. 6. ca. religioso. tamen cũ hæc assertio nullo iure fundetur, vt proba ait Sylvest. loco citato, nõ est cur recipiatur. Enimuerò cùm nec religionis habeant statũ, neq; clericalem, nulla superstes sit causa illos obligandi. ¶ Similiter & de religiosorum laicis Augu. de Anchona, quem D. Anto. 3. par te. titu. 13. ca. 4. citat & sequi videtur, censuit: videlicet quòd sub reatu mortalis delicti teneantur ad diuinum officium sibi præscriptũ. Melius tamen rem alij conijciunt, quorũ sententiam Sylvest. illic amplectitur: nempe quòd non teneantur: quãdoquidẽ non sunt diuino officio dedicati. Quapropter quod præfecti religionis illi laicorum ordini orandi iniũxerit, non aliam vim habebit præcepti, quàm q̃ in tali religione exprimitur. Quare in nostro ordine illud vinculum non obligabit ad culpam, nisi vbi cõtemptus irrepserit, sed ad pœnam pro arbitrio prælati.

Sylvester. Monachinõ professi non tenẽtur ad officiũ diuinũ, cõtra Paluda. Augustinus de Anchona Antonius. Sylvester. De monachis laicis autoris iudiciũ

Ad primum argumẽtum, capitale.

Ad primum igitur capitale argumentum respondetur, q̃ vtcunq; dispertita sint alia clericorum officia, vniuersis tamen cõmune est horarum canonicarũ pensum. Et pariter respondetur ad secundũ, q̃ qualecũq; quis possideat sacerdotiũ sub titulo clericali, etiam præstimoniale, tenetur ad officium persoluendum: vt circa secundã conclusionẽ mõstratum est. Et de religiosis non professis iam declaratum est, q̃ non teneantur. ¶ Ad tertiũ denique, in quo de dispensatione super hoc vinculo interrogabatur, Respondetur obligationem hanc partim esse de iure diuino, partim de iure positiuo. Nam in genere quòd omnes clerici sacris initiati ad aliquod officium diuinum persoluendũ teneantur, ius diuinum est, super quo Papa dispensare non potest. Quòd autem hoc aut illud dicatur, ius est positiuũ ecclesiasticum, vt statim articulo proximo patebit, super quo adeò Papa, ratione id legitima exigente, dispensare potest.

Ad secundũ

Ad tertium

ARTICVLVS. III.

Vtrùm ordo & modus sit aliquis persoluendo diuino officio necessarius.

Primum argumentũ.

Secundum.

Prima conclusio.

Gregor. 7.

Postquàm visum est quinã sint illi qui diuinum dicere officium tenentur, sequitur de alijs tribus circũstantijs: nẽpe quid, quãdo, vbi: nam de modo articul⁹ subsequẽs adhibendus est. Et quòd quantum ad substantiam nullum sit officium determinatum, arguitur: nam, vt habetur can. in die. de consecratio. dist. 5. diuersæ ecclesiæ & religiones diuersa canunt. Et cano. placuit. dist. 12. prohibetur monasteriorum consuetudines cum sæcularium ecclesijs commiscere: nil ergo certi statutum est omnibus necessariò canendum. ¶ Secũdò. Nec tempora sunt necessaria: quia ordo non est de essentia, vt ferè vsus habet clericorum: & cap. presbyter. de celebrati. Missarium. insinuat, præcipiens vt ruralis sacerdos post matutinum officium pensum statim aliarum horarum persoluat, antequàm infirmos visitet & in rus exeat: non ergo temporalis horarum ordo necessarius est. Imò neque circunstantia loci: quia vbicunque quis officium soluat, etiam extra ecclesiam implet præceptum. ¶ In contrarium tamen faciunt canones, de his. & placuit. 12. distinct. vbi præcipitur vt idem ordo psallendi secundùm metropolitanã ecclesiam ab omnibus teneatur. Et in dicto cap. Dolentes. præcipitur deuotio & attentio.

QVinque proposuimus in superiori articulo de horis canonicis disputanda: nempe qui teneantur, ad quid, quando, vbi, & quomodò. Vnde cùm primum illic fuerit expeditum, & quintum singularem articulum exigat, supereſt vt ad præsentem quæstionem secundum aliorum numerum tribus conclusionibus respondeamus. Prima, ad orationum substantiam spectans, est: Ea quæ horis canonicis canẽda recitãdáve statuta sunt, non eadem prorsus in omnibus ecclesijs & religionibus existunt. Radix conclusionis est illa quam articulo proximo tetigimus, videlicet quòd etsi pensio officij diuini iure diuino ac naturali præcipiatur, tamen quòd hęc aut illa dicantur, ius pontificium est: quę ideo pro diuersis anni temporibus, pro diuersisq; prouincijs & hominum ingenijs variantur. Vnde cano. in die. de consecratio. dist. 5. ait Gregorius Septimus, in tẽpore paschali tres tantum psalmos totidemque lectiones cantari. Cuius causa intelligenda est duplex aut triplex: scilicet ad recreandos animos à quadragesimali labore: & ad significãdum tum dies quibus Christus in sepulchro remansit: tum etiam resurrectionis lętitiam. Alijs verò festis nouem psalmi cum eodem lectionum numero: in professis autem satis sunt lectiões tres. At monachi nigri duodecim psalmos canũt, & alij octodecim: sed alij toto anni circulo tribus

Lex canonica de psallendo horis.

Non est libe rũ singulis personis sequi vsum Romanũ in recitandis horis absq; superioris autoritate.

Directorij documẽtum nullũ habet iuris fundamentum.

tribus cõtenti sunt psalmis. Quod, vt ille ait Papa, non ex regula sanctorum patrũ, sed ex fastidio & negligentia cõprobantur facere. Vnde cap. nouit. dist. 12. idem Gelasius Augustinus Anglorũ admonet: vt ex multis ecclesijs colligere curet atq; quibus ecclesiã illam nouã salubriter instituat. ¶ At verò etsi ecclesiæ nonnihil varient, nihilo minus lex illa firmanda est quæ extat de distinc. can. de his. & can. placuit. cõstituit: nempe vt vnus sit psallendi modus secundùm morem ecclesiæ metropolitanæ: atq; in religionibus secundũ sua cuiusq; statuta. Et quãuis nõ nullorũ opinio sit vt possit quisq; sequi vsum ecclesiæ Romanæ: nõ facilè crediderim id singulis personis sine autoritate Pontificis esse libẽ: nam quod in cap. nouit. citato admonetur Augustin. Anglorũ vt de consuetudinem ecclesiæ Romanæ consulat, id intelligitur ad faciendas leges illius nouæ ecclesiæ: non aũt vt eandem quisq; licentiã priuatim accipiat. Quare licẽt nõ prorsus cõtradicere nullus Caieta. sentẽtiæ, inquientis in sua Sũma non esse reatum mortalẽ solui officiũ de sanctis, die qua deberet de feria: neque solui iuxta ritũ Romanæ ecclesiæ dum deberet iuxta monachale institutũ: haud tamen; culpa omnino caret: nec tã laxè remittenda fallit in re eiusmodi habenda. Imò debet Antistites & religionũ præfecti omninò eiusmodi ausus cohibere: videlicet nè vllus clericorũ aut religiosorũ aliter priuatim officiũ pẽdat q̃ in choro faceret. ¶ Illud nãq; Directorij documentũ, q̃ ejus ad titulum patrimonij ordinatus est potest quod libuerit officiũ diuinũ soluere, nullum habet iuris fundamentum. Obligatio enim orandi nõ nascitur solum ex beneficio, sed ex clericatu: & ideo tenetur quisq; & in hoc quoq; matrici ecclesię suę esse subiect⁹, nisi dum in alia ecclesia sacerdotiũ obtinuerit: nam tunc illius more canere, atque adeò orare debet. Et si in pluribus ecclesijs habeat beneficium, illam debet sequi cui magis tenetur seruire. ¶ Fateor equidem prolixitatem nimiã psalmorum, inolescentissimamq; precationum inculcationem aliquarum ecclesiarũ subditos sæpenumerò ab officio illo pacto soluendo abterrere, atq; adeò in causa esse vt compendiosius Breuiarium exquirant. Hoc enim, vt lib. 1. diximus, cùm primis latores legum animo prospicere debent, nè illas leges ferant, quastempo ris longinquitas propter ipsarum intolerantiã corrõdat. Putãt enim homines magis pij q̃ prudẽtes bene rei cõsulere, si psalmos ad psalmos, orationesq; ad orationes lege accumulẽt: cùm tamen occasionem potius offerant, vt breuius eiusmodi orandi instituta pereant. Fuit olim sanctissimè institutũ vt crebrimè de tempore pederetur officium: quarationẽ totum Psalterium hebdomatim recurrebat. Aucta tamen postmodum sunt tot vtriusq; ac mortuorũ suffragia, preces, ac litaniæ, vt iam iam fuerit ad breuissima sanctorũ festa excogitanda: adeò vt neque in Quadragesima vel tribus diebus officium de sanctissimo tempore celebretur: qđ profectò, præsertim inter religiosos, ne que ratione studij decorum est. In ordine aũt nostro sic consultum semper fuit mediocritati, vt officium nobis temporis vsu sit frequentissimum. ¶ Per hæc, si vera sunt, perpendere ea quisq; potest quę de nuperrimo Breuiario Romano libr. 1. admonere cœpimus. Primum q̃ finis orandi non est Psalmos addiscere, aut sacrarum scripturarum studium, vt illic habetur, sed laudes Deo dicere, precesq; fundere. Quare non sunt respõsoria, antiphonæ que, & hymni, atque aliæ cantiones asperneda, quæ nõ solùm tam longa sanctorum patrum ſenes, tãta cum meditatione & cõsultatione pro singulorum temporum rationibus cõstituit, verum & angelicus chorus cœlitus attulit. Enimuerò si, vt eodẽ loco dicebamus, ciuilis legis antiquitas tantum sit honoris digna, vt nisi vrgentissima necessitate sit mutãda, multò id minus permitti debet in sacrorũ legibus & institutis quibus populus ab antiquo imbutus est. ¶ Sed aiunt, Breuiarium illud non esse excogitatum, vt publicitus in ecclesijs cantetur, sed vt priuatim quisque horarum pensum soluat. Hoc aũt obtendiculũ multorum profectò est incommodorum causa. Primum enim cùm clericorum cœtus ex omnibus cõstet, si singuli semel illo orãdi modo assueuerint, facilè eũ admittẽt in publicum. Quod iam in aliqua ecclesia Hispaniæ intentatum est. Quod Tridenti in concilio nõ sine mœrore & scandalo fuit auditum: nam cùm populus in Quadragesima & sancta hebdomada consueta officia non audiret, non potuit nõ vehementi tristitia & scandalo perturbari. Et quando hoc non existeret periculum, vsq; adeò iam canonicis ecclesiarum vsu receptum est domi per illud Breuiarium horas pendere, vt in choro muti sedeant, & vtinam tã attenti quàm sæculares: nimiũ oblũi stipendia, non vt adsistant, & dũtaxat sint numerus: sed re vera vt psallant, recipere. Nam beneficium, vt ait lex, non datur nisi propter officium. Imò verò eò res peruenit, vt canere dedignẽtur, iuxtaq; suæ maiestati derogari: sed capellanis inferioris classis id cõmittunt. Vide q̃ sint sui officij immemiores: ego ipse ab eorũ quibuspiã rogatus sum, vtrùm debito soluendi horas satis

Cęsura Breuiarij Romani

Obtẽdiculũ.

Reiicitur proximum suffragium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciant si domi eas nō soluant, sed in choro cā-tando. Quod profectò audiens, hinc risu, inde mœstitia afficiebar. Perspice ergo quanta sit habenda cura vt nemo aliter priuatim diuinū officium soluat, quàm in choro soluitur. Præterquàm q tres tantum psalmos canere, quod illud habet Breuiariū, vt cano, in dic. supra citato ait Gregorius, ex negligētia nascitur & fastidio diuini officij, contràq; sanctissimū antiquissimumq; ecclesiæ morē trium nocturnorum quem primo articulo cōmonstrauimus. Nunc ergo maximè temporis quando hæretici sanctissimum orandi institutū ab ecclesia deturbare contendunt, omni cura & vigilantia esset asserendū, & si qua parte claudicat, instaurandū.

De officio beatæ Virginis controuersia.

¶ De officio beatę Virginis controuertitur itidem inter Doctores, vtrum etiā sit in præcepto: eo q hac de re nullum extat ius, sed sola consuetudo. Imò verò si historias consulas, res non est antiqua, sed forte à trecentis hinc annis. Nam ante Bernardi tempora & religionū Mendicantiū institutiorem, nō increbuerat tā ta Virginis deuotio. Quocirca si conijecturis agere licet, hæc cōsuetudo nō cœpit tanquàm vim habens præcepti: aliàs alicubi legeretur sed ex pietate & deuotione, qua sanctissima Virgo dignissima erat. Atq; huius nonnullū indiciū est, q in institutione nostri ordinis iussum est vt surgentes fratres, illic in Dormitorio officium Virginis nocturnū recitando soluāt: quod si præceptum esset ecclesiasticum, in choro iuberetur solui. At verò decursu temporis consuetudo adeò inualuit, vt nullus doctorum aut sanctorū patrum negare audeat vim habere præcepti. Quare neq; debuit omninò ab ecclesiastico more abigi: quamuis Breuiariū illud citatū, eiusmodi vinculū dissoluerit. Iam enim clerus adeo sacerdotia ecclesiastica quasi sæculari sibi iure possident: videlicet quia vel successores à prædecessoribus hæreditant, vel propria solertia & pecunię dispendio conquirunt, vt vix arbitrentur ad officium teneri: sed illud cunctis alijs negotijs posthabentes, in dies procurent leuius reddere.

Officiū beatę Virginis subpræcepto debetur.

De officio mortuorum. D. Thomas.

¶ De officio autē mortuorum idem est censendū: quanuis mos iste, vt diuus Thom. quotlib. 6. artic. 8. insinuat, potius introductus est ratione præbendarū quas clerici possident, quàm ratione meri ordinis.

Ad officium nāq; animarū postridie festi omnium sanctorum manifestum est omnes clericos in sacris teneri, cùm sit illius diei proprium: sed ad aliud officium quod secundum diuersarum ecclesiarum consuetudines diuersimodè aut dictim aut hebdomadatim soluitur, appareat non teneri nisi eos qui decimis viuunt: puta beneficiatos, vt illic censere sanctus Tho. videtur, etiam illos qui in scholis existunt nū retribuitur pro bonis quæ mortui ecclesijs reliquerunt. Et ideo in religionibus tenentur singuli clerici secundùm sua statuta, vt reor, sub pœna peccati mortalis illud exoluere. Sæculares aūt clerici qui nullum ecclesiasticum habent beneficium, non est ita constans ad eiusmodi onus lege cogi: tametsi cùm iam sint sacris mancipati, videntur more teneri ecclesię cui subduntur.

De litanijs nocturno officio adiectis

¶ De litanijs demum quæ in profestis diebus nocturno officio adhibentur, bene arbitror cēsere, qui aiunt eiusmodi consuetudinem nō habere vim præcepti. Non enim habent formā vt sint pars diuini officij, sed sunt precationes quædam ad sanctos adhibitę, qui solutum munus Deo offerunt. Et fortè ortum habuerunt inter religiosos propter satisfactoria flagella q bus tunc vapulabant. Quare iam nunc in ordine nostro sancitum est, vt chorus duntaxat Litanias dicat: qui autem priuatim orant, abillis dicendis sint absoluti.

Secunda cōclusio.

¶ Sequitur de tempore & ordine horarum Secunda conclusio. Quanuis in cōmuni adeó sit necessarium, officiū statis per ecclesiam horis persolui, vt eius omissio culpa sit mortalis, tamen priuatim tempora & ordinem mutare, licèt culpa nonnulla esse possit, non tamen mortalis. Prima conclusionis pars inde constat, quòd, vt articulo. 1. monstratum est, sanctissimis rationibus ecclesia horas publicis dicendis laudibus statuit: & præsertim vt sciret populus, quo tempore in ecclesiā confluere deberet. Qua ppter si ordo ille intermitteretur, prægrauem offensam ecclesia pateretur: ex grauitate autē obiecti æstimatur culpæ magnitudo: esset ergo mortalis. Vnde Clemēti. 1. de celebratio. Missarum. Graui, inquit cōcilium, turbatione mouemur, quòd nonnullorum rectorum negligentia &c. Quo fit, vt eius modi delictum præfectis esset impingendum: atq; illis quibus cura publica incumbit vt officium diuinum in cōmuni fiat. Vnde ad significandum quantum hoc referat, subdit concilium: Sancimus vt illi ad quos id pertinet &c. Et infrà: vt cathedralibus, regularibus, ac collegialibus ecclesijs horis debitis deuotè psallatur.

Probatio prioris partis cōclusionis.

Suadetur altera conclusionis pars.

¶ Secunda verò pars conclusionis probatur. Nam quòd à priuatis personis tempus & ordo mutetur, cùm in conspectu populi nō fiat, non præ se tantum fert absurditatis vt lethalē obducat maculam. Imò verò licet cùm sine causa fit, leui saltem culpa non careat: tamē aliquando nullam prorsus affert. Qui enim inquam absque vlla causa horam constitutā prę termittit, absq; dubio saltem venialiter peccat.

Nam

Explicatur celebris Summistarū asser tio.

Nam quod sæpe & sæpiùs inculcare non vereor, cùm hoc sit propriū clerici munus, illud debet cunctis alijs negotijs anteferre: nēpe vt quando in choro canitur, ipse officiū soluat: vt cum alijs orare cēseatur. Eo vel maximè quòd si semel horam legitimā prætermittas, periculum imminet, vsq; ad noctem rem prolātes, & tunc potius murmurando q orando debitum indignè soluas: qđ fœdū est. Quare vt notatur. cap. presbyter. de celeb. Missa, satius illi est q impedimentū timet, horas præponere q post ponere. Igitur cum apud aliquē Summistam legeri horarū ordinem non esse in præcepto, duobus moderaminibus illud attempera: scilicet quantum ad eos qui priuatim orant. Et rursus quod illos sub mortali reatu non obligat. Attamē qui vel ex culpa vel absq; illa horam, exempli gratia, primā aut tertiam; imò etiam nocturnū officiū dicere quando debuit omiserit, si posteà occurrit tēpus quo potest choro interesse, consultius est vt inibi posteriores priùs persoluat, & postea priuatim priores, q̄ si vt ordinē seruet, choro absit.

Vernecēsis. Syluester.

¶ De ordine præterea missæ inter alias horas meminit Veruecensis, que Sylues. refert, verbo, Missa. 9. 6. q ait eum qui ante nocturnū officiū, puta matutinos Psalmos & laudes, Missam celebrat, mortaliter peccare: quod idem Sylues. ait omnes Summistas tenere. Et Antoni. 3. par. titu. 13. c. 4. citat in eandē sententiā Hostien. & alios, quibus non refragatur. Hoc aūt absq; vllo iure & rationis fulcimēto dictū est. Nec cōsuetudo cē senda vllo pacto est tale præceptum inuoluere: nam sacrificiū Missæ non cōnumeratur inter canonicas horas: cùm tantùm sint septem: sed per se antiquitus sua habebat stata tēpora, saltem Missa solennis, quam maiorē appellāt, scilicet diebus festis post tertiam. de consecratio. dist. 1. cano. nocte. & in profestis post sextam, vt illic can. solent. & in diebus ieiunij post nonam. De priuatis aūt nihil est cautum, præter quàm quòd nisi ex priuilegio, neque post meridiem celebretur, neque ante lucem, excepta nocte Natalis Domini. Si ergo soluere nocturnum officium sexta aut nona hora diei non est mortale, nescio vnde inferatur quòd celebrare prius Missam sit mortale: quandoquidē distincta sint officia, neque vnum habeat necessarium ordinem ad alterum. Forsan ob consuetudinem, venialis esset culpa, vbi fieri posset cōmodè, si non priùs nocturnū solueretur officiū: nam ob causam aliquam ordinem anteuertere, nulla est culpa: vtpote si illi qui nondum matutinas dixit, causa incumbit celebrandi: qa vel prælatus præcepit, vel aliquis eleemosynā

Antoninus. Hostiensis. Mō est mortalis culpa Missam celebrare ante matutinū officiū persolutum.

offert vt statim dicat. Imò verò si quis propter morbū aliquem legitimam haberet excusationem soluendi officium diuinū, non video cur non posset sacrum missæ facere, quanuis neq; dixerit neq; dicturus esset cæteras horas.

Melius est post Missam celebratam choro interesse ad primā quā illā ante Missam soluere.

¶ De prima autem nullus restat scrupulus. Qui enim in conuentu auroræ Missam & reliquas ante primam dicere iubentur, melius facient post Missæ celebrationem interesse choro ad primā, quàm illam ante Missam soluere: nisi eos obligare velis vt bis eandem dicant: qd esset ridiculum. Igitur ordo legitimus est vt diuinum officium suis horis persoluas, priuatam verò missam quando fuerit expedientius. Quāuis decōrum est, vt si post primam celebraueris, illam priùs soluas.

Tertia conclusio.

¶ Post hæc de loco vbi horæ dicendæ sunt, tertia conclusio superioris fere instar constituitur. Horæ quidem in communi & solemniter in ecclesia sunt de præcepto celebrandæ: priuatim verò vbiq; dici possunt. Prima pars similiter vt superior nota est: nam templa in hoc extructa destinataq; sunt, vt illic horę celebrentur sicuti & Missarum solennia. Quare in Clement. graui. de celebratio. Mis. in ecclesijs iubentur horæ pulsari. Nihil tamē obstat quo minus in aulis principum eadē canantur officia, atq; alibi ex priuilegio. Quāuis Missa profectò non deberet domi permitti. De hoc autem aliàs. Priuatim verò nulla est culpa, vbiuis, dum modo locus non sit adeò indecens, horas pendere. Quanuis Innocen. & Hostiensis, quos Sylvest. verbo, hora. 9. 3. refert, censeat beneficiatum clericum teneri singulis diebus horas dicere vel audire in ecclesia, nisi iusto impedimēto excusetur: aliàs si in camera dicat, debitum inquit non reddet. Sed re vera vsq; adeò hoc est rigidum, vt non sit tenendum. Verùm tamē eatenus Innocentij sententia verum habet, quod qui stipendio ecclesiastico fruitur, quod propter officium ei suppeditatur, non debet causas absentię excogitare & fingere, vt ecclesia suo seruitio defraudet ad quod tenetur, cuius alimentis viuit. Alioqui iniustitiam committeret: imo tam aperte hac parte posset esse iniustus, vt ad restitutionem teneretur.

Innocēt. Hostiensis. Sylvester.

Diuinæ res honestè persoluendæ.

¶ Nihilo minus tamē etiam illi qui priuatim diuinum officium canonicè soluunt, curare debent vt si non in ecclesia, saltem domi oratorium habeant pro sua facultate destinatum, vbi attente & deuotè tam egregium religionis officium Deo valeant exhibere. Nam illud in foro aut in vicis more aliorum negotiorum sæcularium præstare, præterquàm q attentioni impedimentum obijcitur, non habet illam honestatem quam res pro sua digni

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate depoſcit. Adde quòd locis indecentibus, vt vbi profana fiunt & inter computandum, & dum naturæ ceditur, eſſe non poteſt abſque culpa. Quare multo eſt conguentius, tempus orandi differre, q̃ illis locis aut temporibus orare. ¶ Argumenta igitur initio quæſtionis obiecta, ſoluta reſtant.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm ad ſoluendum canonicè diuinum officium requiratur attentio.

OVINTVM denique circa orationem meditandum, eſt orandi modus: qui in deuotione attentioneq; adhibenda poſitus eſt. Arguitur ergo quòd huiuſmodi attentio ſit per totum officium neceſſaria. Oportet enim, ait Redemptor Ioannis. 4. cùm Deus ſpiritus ſit, vt ij qui adorant eum, in ſpiritu & veritate id faciant: quare oratio dicitur aſcenſus intellectus in Deum, vbi autem non eſt attentiò, neque ſpiritus adeſt quo in Deum conſcendi poſſit: ergo illa eſt ſemper neceſſaria. ¶ Secũ dò arguitur: Orationi, quippe quæ actus religionis exiſtit, neceſſarium eſt vt omni careat peccati macula: qui autem abſque attentione Deum aliquid oraret, potiùs eum deridere appareret quàm honorare. Cuius exemplum Baſilius in libro de vita perfecta, capite ſecundo, à principe humano depromit. Attentione enim, inquit, oranti in primis opus eſt: nam ſi ante principem conſiſtas, negligentiùs te habendo, minimè audiendo, minimè reſpondendo, minimeque aſpiciendo: ſed aliò verſũ oculos flectendo, non ſolùm non placabis, ſed ad iracundiam eundem prouocabis. Quanto magis ante Deum, qui tuam cõſcientiam intus & in cute nouit, & qui ſi quid vacillas, ſtatim deprehendit. ¶ Tertiò, & eidem conſonat præceptum Innocentij cap. Dolentes. de celebrati. Miſſa. vbi diſtrictè præcipit in virtute obedientiæ vt diuinum officium quantum nobis Deus dederit ſtudioſè celebremus pariter & deuotè. ¶ In contrarium tamen eſt quòd id quod in hominis poteſtate ſitum non eſt, neutiquàm nobis ad culpam imputatur. Tenere autem fixam mentem vt non diuagetur, non ſemper nobis eſt poſsibile: imo propterea Dauid lamentatus aiebat, Cor meum dereliquit me.

Primum argumentum.

Secundum.

Basilius.

Tertium.

Innocentius

POtiſsima orationis conſideratio eſt de deuotione & attentione, quæ illi partim neceſſaria, partim verò maximum ornamentum eſt. Et vt res eſt pretioſiſsima: ita tũ difficilima, tum ſubinde rariſsima. Ea enim natura eſt omnium rerum quæ excellentiſsimæ ſunt. Formauimus autem articulum de attentione orationis in genere, eo tenore quo eum diuus Thomas tractauit. 2.2. quæſt. 83. cuius eſt articulus. 13. vt inde ad attentionem horis canonicis neceſſariam deſcendamus. Vnde quò eius mentem præmittamus, aut bifariè aliquid eſſe neceſſariũ, vt. 5. Metaphyſicor. Philoſophus author eſt. Vno modo per quod meliùs & decètiùs peruenitur ad finem: ſicut equus ad peragendum iter. Atque altero ſimpliciter: vtpote ſine quo res ſuum finem attingere nequit: veluti cibus ad vitam. Pari modo attentionis neceſsitas duobus modis exiſtimatur: Vno, vt tam diu perſeuerẽt, quandiu oratio durat: atq; altero, vt cum quis ad orandum ſe accommodat, attẽdat quid facere aggrediturꝫ. ¶ His præhabitis, ad quæſtionem ſeptem cõcluſionibus reſpondetur: quinque ad genus orationis vniuerſim ſpectantibus: & duabus ad horas canonicas propriè attinentibus. Prima, Attentio priori modo, hoc eſt per totam orationem neceſſaria eſt ei: ſi neceſſarium, priori etiam ratione vſurpetur. Eſt enim ſplendidiſsimũ orationis ornamentum & decus ſingulis verbis attendere, quis, quid, cum quo loquaris. ¶ Si autem poſteriori modo, hoc eſt ſimpliciter neceſsitatis nomen accipias, tunc in oratione trinus eſt cõſiderandus effectus. Primus, vt actus ſit moraliter bonus ſi extra gratiam fiat, idemque meritorius ſi ex gratia procedat. Et de hoc ſtatuitur ſecunda concluſio. Vt actus ſit moraliter bonus, atque adeò meritum apud Deũ, non eſt ſimpliciter neceſſarium vt attentio toti orationi aſsiſtat: ſed ſatis eſt vt qui oraturus accedit, animaduerrat quid operis inceptet: tunc enim vis illius attentionis virtute per totũ durat, vt faciat illum actum eſſe humanum. ¶ Secundus orationis effectus eſt impetratio. Et de hoc ſimilis conſtituitur tertia concluſio. Neque ad iſtũ effectum ſimpliciter neceſſaria eſt attẽtio quę totã orationẽ comitetur: imò ſi quis initio attendat quid petit, impetrare poterit. ¶ Tertius denique effectus orationis eſt, idemq; præcipuus, ſpiritualis quædã mentis refectio, dulciſsimaq; recreatio quę ab eloquio cum Deo initò inſtillat. Et de hoc adhibetur quarta concluſio. Ad huiuſmodi effectũ aſſequendũ neceſſaria ſimpliciter eſt attentio quę ſit totius orationis indiuiduꝰ comes. Eſt enim attẽtio huiuſce effectus cauſa coqua: quippe q̃ cùm primùm illa ceſſat, effectus quoq; euaneſcit. Et ratio eſt q̃ huiuſmodi mentis refectio nõ in habitu, ſed in actu ſpiritualis vitæ conſiſtit: Quæ niſi attentione præſenti, extare nequit. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 14. Si orem lingua (ſcilicet ſola) mens mea ſine fructu eſt.

S. Thomas.

Bifariam dicitur quid eſt neceſſarium.

Prima concluſio.

Secunda concluſio.

Tertia concluſio.

Quarta concluſio.

¶ Quinta cõcluſio attẽtionis explicatoria eſt. Triplex eſt attentio, quæ vocali orationi adhiberi poteſt. Prima vt quiſque ad verba dunta-xat attendat, ne prolatione erret. Secunda qua attenditur ad verborum ſenſũ. Tertia qua attenditur ad finem orationis: ſcilicet ad Deum & ad rem pro qua oratur: quæ quidem eſt maxime neceſſaria. Et hanc etiam poſſunt habere idiotæ. Imo vero & docti ſic per hanc Deo poſſunt mente affigi, vt aliarum obliuiſcãtur. Hæc diuus Thomas, quæ generalia ſunt omni vocali attentioni, ſcilicet tam ſpontaneæ populi, quàm clericorum canonicæ. ¶ Quo autem antequã ad eam quæ horis canonicis neceſſaria eſt deſcendamus, iſta explicatius euoluantur, notandũ quòd attentionis quæſtio in vocali oratione locũ habet: nam in mentali, cum ipſa eadem attẽtio ſit ipſiſsima oratio, vanum eſt quærere vtrum illic requiratur attentio. Eſt enim repugnantia, mente orare & non attendere: cùm enim primùm diuagari mens incipiat, orare deſinit. Imò ob id mentalis oratio ſæpenumero optatior eſt, quòd cum mens ad verba non effunditur, diuinis hauriendis myſterijs liberiùs vacat. Quare ſola vocalis oratio eſt quæ attentione carere poteſt: nimirum dum aliorſum cogitatione diffluente, lingua dat ſine mente ſonum. ¶ Secundò notandum q̃ attentio & deuotio, præſertim vt vulgus nomen deuotionis vſurpat, res ſunt diuerſæ. Vulgus nanque deuotionem eam eſſe putat, quam in quarta concluſione diximus mẽtis eſſe refectionem & recreationem: cum tamen Latinè aliud auribus inſonet. Deuouere nanq; eſt aliquid ſanctè promittere. Vnde deuotio (vt. 2.2. quæſt. 82. ait ſanctus Thomas) eſt quædam animi in alterius obſequium propenſio, & applicatio: nempe dum quis paratiſsimus eſt & promptiſsimus, Deo vel diuo obſequi. Sic enim dicitur quiſpiã ſacroſanctæ Virginis deuotus. Imò cùm morti ſe quiſq; prore aliqua deſtinauit, dicitur animum deuouiſſe. Attendere verò nihil aliud ſonat quàm mentem habere præſentem ad id quod dicitur: nẽpe vt quod lingua foris perſonat: mens ſimul intus concipiendo loquatur. Et, q̃d ait Auguſ, hoc verſetur in corde, quòd profertur in ore. Vnde illic Paulus mentem appellat verborum animam. Quæ ſine anima inquit ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cithara. &c. Eſt enim ceu vox tubæ, ille qui ſine attentione orat. Et ideo ſubdit inferius: Orabo ſpiritu, orabo & mente. Diſtinctę ergo res ſunt deuotio & attentio. Stat enim aliquem deſtinatum habere animũ ad Dei ſeruitium, qui tamen mente dum orat non ſit attentus: & fortè vice verſa. Tametſi deuotio ſuapte natura cauſa ſit attentionis. Nam qui animum procurat diuinis obſequijs habere preſentem, ille & in oratione attentum eum habebit. At verò quoniam ex illa mentis præſentia & attentione deſtillat, vt diximus, ſpiritualis quædam dulcedo qua anima reficitur & recreatur, hanc vulgus appellat deuotionem: cùm tamen potiùs ſit deuotionis attentionisque effectus & fructus. ¶ Ex quo fit illarum rẽ attentionis ſpeciẽ poſtremam eſſe fructuoſiſsimam. Prima nanque, puta attentio ad verborum prolationem infimus eſt attentionis gradus: quem habere non poteſt niſi qui linguam nõrit. Ob idque clerici omnes ſaltem debent eſſe Latini: aliàs rectè & cõgruè efferre verba nequibunt. Secundus autẽ gradus, puta ad ſenſa attendere, non omnibus Latinis congruit, niſi Theologiæ peritis. Tertius verò ſpiritualibus eſt familiaris: etiã ſi ſint idiotæ. Iſti nanque qui alia myſteria non callent, attendunt dum orant, tum ad diuinã maieſtatem cum qua loquuntur, tum ad ſuam exiguitatem qui loquuntur: & præterea ad eorũ neceſsitatem quæ poſtulant. ¶ Supremus autem ſcopus orandi eſſe debet, cor & mentem quàm maximè fieri queat deificare. Quocirca ſi poſsibile eſſet, in deitatem ipſam, ſatius ſemper foret attendere. ¶ Quòd ſi vel in alios ſanctos vel in ſacram Virginem attendatur, non ſic debet illic mens gradum figere ac ſi vltimus eſſet ſcopus: de quo indocta plebs ſæpiſsimè errat: ſed debet id tanquàm mediũ accipi per quod ad diuinitatem, quantum Deus dederit, aſcendatur. ¶ Quapropter oratio à ſanctis ſic deſcribitur, vt ſit aſcenſus mentis, non in diuos neque in alias ſupremas ſubſtantias, ſed in Deum ipſum. Quin vero meditatio paſsionis Chriſti cæterorumq; eiuſdem humanitatis myſteriorum dum oratur, etſi ſanctum ſit conſilium, haud tamen illic ſiſtenda eſt mens tanquàm in fine, ſed tanquàm medio vtendum, quod omnium ſupremum eſt ad diuinorum amorem. Cuius quidem nos meditatiſsimè eccleſia admonet in præfatione Natiuitatis. Per incarnati enim, inquit, verbi myſterium, noua

Primũ documentum.

Secundum.

Tertium.

Ratio cõcluſionis.

Paulus.

Quinta concluſio.

Deuotio & attẽtio res diſtinctæ.

Corollarium

Supremus oratiõis ſcopus.

Orationis ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis nostræ oculis lux tuę claritatis infulsit: vt dum visibiliter Deũ cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. ¶ Ex quo fit rursus q̃ attendere ad id quod petis, si temporale est, quanuis quadantenus liceat, periculo tamen non caret, nẽ diuinam maiestatẽ illuc referas. Et ideo non est illic diutiùs immorandũ. Imò verò cùm inter ea quæ à Deo nobis est flagitanda sunt, sempiterna gloria, ac subinde gratia & virtutes quibus illuc promouemur, apicẽ & culmen teneant: tamen neq; in istis est finis orationis cõstituendus. Etenim, etsi propterea q̃ Deus ipse eorum obiectũ est, saluberrimum sit postulare: tamẽ intentionis vertex in Deũ ipsum, eiusq; gloriã, qua ipse beatus existit, referendus est. Videlicet vt id ipsum q̃ eius cõspectu frui expetimus, nõ tam ad nostrũ bonum, quod ad amorẽ attinet cõcupiscentiæ, quàm ad suũ ipsius, quod amor est benevolentiæ, referamus: nempe nõ tam ad id quòd nostra voluntas, quàm ad id quòd sua expleatur, qua voluit suam propriam fœlicitatem in nos effundere. Quam ob rem in horis singulis dũ inchoantur, post petitionem diuini adiutorij statim initio canitur, Gloria Patri &c. tãquàm scopus quò tota referatur oratio. Hæc autem alius est loci, fusiùs disserere. ¶ Hinc ergo ad propositum reuertentes, statuimus sextam cõclusionem. Attentio est in præcepto, non solùm clericis canonicè canentibus & orantibus, sub reatu mortali obligante, verùm & suo modo sæcularibus, dum spõtaneas fundunt preces. Vtriusq; partis ratio ex ipsa rei natura proficiscitur: nam cùm orare sit actus virtutis, neque verò cuiuslibet, sed religionis, necesse est vt fiat, quando, & vbi, ac potissimùm quomodò oportet: quibus circumstantiarum ornamentis vnaquæque virtus secundùm Philosophũ vestitur: modus aũt nullus est naturæ orationis germanior, quàm attentio. Quatenus aũt ad horas canonicas res attinet, conclusio peculiariter probatur ex verbis Innocentij in cõcilio generali: cap. dolentes. de celeb. Miss. vbi ait, Districtè præcipimus in virtute obedientię, vt diuinum officium nocturnũ pariter & diurnum, quantum eis (nempe clericis) Deus dederit, studiose celebrent pariter & deuotè. Verba namque illa, districtè in virtute obedientiæ, planissimè ostendunt præcepti vim, obligantis sub reatu mortali. Neque vllius est apparentiæ eiusmodi cauillatio quòd præceptum illic non fertur super modum attentè deuoteque orandi, sed super substantiam, vt diuinum officium integrè persoluatur. Nullius, inquam est apparentiæ: nam cum præceptum illud iam pridem, vt dictum est, in ecclesia extitisset, nulla erat in Concilio oborta de illo quæstio: sed quia modus dicendi sensum in præceps ibat, curatum est sub præcepto illum instaurare.

¶ Adiectio autem illa, quantùm eis Deus dederit, ansam prima fronte offerre potest dicendi quòd attentionis modus relictus fuerit orãtis arbitrio. Attamen non sic se res habet; sed sensus eius est quòd nemo teneatur summam adhibere attentionem ac deuotionem: sed tamen apparare sese, modo statim explicando, vt per se non stet quo minùs Deus deuotione atque animi refectionem influat. Quòd si aduersus huiusmodi sententiam inde arguas quòd ecclesia de actibus animi internis, vtpote quos minimè nouit, iudicare non debet: Respondetur quòd quanuis per se, si illos seorsum spectes, sub ecclesiæ iudicium non cadant, nihilominus tamen quàm exteriorum radicem aut circũstantiam, mandare de illis potest. Dum enim annualem confessionem indixit, subsequenter iussit vt mente de peccatis cogites, illaq; in memoriam reuoces. Imò in Clementi. multorum. de hæretic. eos qui odio vel amore hæreticos inquirunt, aut inquirere prætermittunt, excommunicatione ferit: quam non incurrẽt nisi ex huiusmodi affectionibus delinquant. Pariter ergo præcipere potuit attentionẽ quę orationis ingenio & conditioni natiua est.

¶ At ne quis nimium mãdati rigore perterre fiat, adhibetur conclusio septima. Præceptum attentionis in officio diuino canonicè persoluendo, duo includit: videlicet vt orandi initio quisque attendat quid agere aggrediatur. Præterea vt talem attentionem inter orandum cõsultò & ex professo non interrumpat: hoc est nil consultò & meditatò agat per quod animũ à priori attentione distrahi deprehendat. Quin verò ad prius membrũ satis est vt virtute alicuius præcedentis intentionis & consuetudinis fiat. Vt si quis, dum signum ad horas datur ad chorum de more vadit, aut secum priuatim, faciendo id quòd solet, recitare inchoẽt per illud satisfacit præcepto. Secundum autem membrum declarat diuus Thomas articulo citato in solutione tertij. Si quis enim inquit ex proposito in oratione mente vagetur, hoc peccatum est, & impedit orationis fructum. Peccatum inquit est: vbi præceptum denotat. Et fructum orationis amittit, puta non solùm animi refectionem, quam suprà diximus non durare nisi quandiu attentio durat, verùm & meritum & impetrationem: quia studio dimouetur ab attentione. Et in hoc, inquit, sensu accipiendum est illud Augustini in regula, Psalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Euagatio verò mentis quæ fit præter propositum, orationis fructum non tollit. Intellige meritum & impetrationem, vt suprà expositum: nam animi refectio non prouenit nisi dum ad rem attendis. Vnde Basilius loco citato de vita perfecta: Si debilitatus, inquit, à peccato fixè nequis orare, quantumcunque potes, teipsum cohibeas, & Deus ignoscet: eo quòd nõ ex negligẽtia, sed ex fragilitate non potes vt oportet assistere coram Deo. Hæc ille. Vbi nota quòd ex negligentia crassa mentem diuagari permittere, eodem relabitur ac si consultò id faceres.

¶ Est enim diuagatio mentis cùm cogitatio à proposito aueria absque vllo scopo oberrãdo discurrit. Cuius quidem causa multiplex est. Prima quidem quam Basilius significat, scilicet mentis debilitatio & languor quem expectato originali contraximus, per quod frænum originalis iustitiæ amisimus. Vt enim qui non est poplite firmus non potest fixè incedere: ita neq; mens nostra firmiter propositæ meditationi adhærescere. Et sicut sol dum fluctuantem aquam irradiat, non potest radios solidè illic infigere, sed videntur titubare, sic se habẽt diuini radij in mentibus nostris. Præterea & praui habitus nostrorum scelerum & inolita consuetudo mundana cogitandi. Nam sicut corruptus humor corporeus quò semel fluere incipit, illuc semper ac pertinaciter decurrit: sic & lubrica nostra cogitatio. Accedit & suprà hæc omnia dæmonum infestatio, quæ nobis in oratione qua cum Deo tam familiariter cõuersamur, infestissimi sunt. Quapropter nec nobis demirandum est quòd mentem in oratione retinere non possumus, neque tamen desperandum: sed tanquàm in re, vt pretiosissima, ita & difficilima omni potius diligentia enitendum, vt orantes præsentes animo simus. Primùm diuinum fauorem contra dæmones imprecãdo. Hac enim ratione nos instruxit ecclesia quæ canendi exordium inde auspicatur: Domine labia mea aperies. Et, Deus in adiutorium meum intende. Deinde & cogitatricem mentem aliunde, quantum in nobis est, dimouentes, ad diuina alliciendo. ¶ Quò autem ad rem redeamus, quoties quis dedita opera mentem ab attentione non dimouet, præceptum orandi non omittit. Vt autem rei perspicuitate timoratis conscientijs consulamus, nemo censendus est ab attentione ex professo distrahi, nisi hæc concurrant: videlicet vt dum horas pendit, alio negotio occupetur, quod suapte natura orationis attentioni aduersetur. Vt si quis, verbi gratia, tunc legat, aut scribat, aut pingat, aut id genus aliquid faciat, quod attentionem requirit. Quare si dum quis orat manus lauat, aut se induit, aut aliud quidpiam facit, quod non tantam animaduertentiam exposcat, etsi contra orationis dignitatem malefaciat, & forsan venialiter peccet, haud tamẽ contra præceptum mortaliter. Dixerim, forsan venialiter, quoniam non semper est peccatum. Imò in ordine nostro præceptum nobis est vt surgentes officium Virginis dicamus. & vt antiqua indicat Dormitorij dispositio, inter induendum se fratres illud inchoabant: videlicet vt iniqua fantasmata quæ in ipsa expergefactione occurrere assolent, abigerentur. Rursus requiritur quòd qui aliquid facit aut cogitat, quod ab orationis attentione extraneum est, aduertat per illud ab eadem attentione dilabi. Quare etsi vltrò & voluntariè alia cogitet (vt bene ait in sua Summa Caietanus) quousque inspiciat se distrahi, semper reputatur inaduertenter diuagari, atque adeò excusatur ab omissione præcepti de attentione, impletque adeò subinde orandi mandatum. Tametsi diffitendum non sit, propter dignitatem orandi & propter periculum, crebrò venialem culpam irrepere. ¶ Suprà hæc autem adde quod non quoties per attentionis omissionem mortaliter delinquitur, necessitas incurritur restituendi: vt articulo proximo dicturi sumus. Emergit autem obligatio iterum eandem horam repetendi. Quòd si contra hoc postremum verbum sic arguas: Qui ecclesiam ad audiendum sacrum die festo intrat, cum animo tamen mortaliter corrupto, si sacrum audiat, præceptum implet: ergo qui psalmorum substantiam profert, etsi sciens & prudens vagamente id faciat, pari ratione satisfacit debito. Negatur consequentia: quia præceptum audiendi Missam non obligat, nisi taliter audire vt sit actus humanus: qualis esse potest, etiam si aliud simul adsit simile huic propositum. Soluere autem officium diuinum obligat vt fiat attentè. Quare sublata attentione præceptum non implẽtur. Comincit autem præfata argumentatio, quòd si quis attentè oret, quanuis id faciat adiunctam habens vanam gloriam, imò quanuis simul habeat propositum aliud mortale, satisfaciet præcepto, quantum ad substantiam: ita vt non teneatur officium iterare. Hæc ad pacandas conscientias dicta sint: nihilo minùs nemo esse debet contentus sic orare, imo: vt nuperrimè dicebamus, adhibenda est cura & diligentia vt attentio per totam orationem perseueret, &

Secundũ corollarium.
Sexta cõclusio.
Ratio conclusionis.
Innocentius
Basilius.
Obiectio.
Solutio.
Quid mẽtis diuagatio.
Multiplex causa præfatæ diuagationis.
Septima conclusio.
D. Thomas.
Quoties quis dedita opera mẽtẽ ab attẽtione non dimouet, nõ omittit præceptũ orandi.
Augustinus.
Caietanus.
Obiectio.
Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sæculares etiã suo modo ad attentionẽ tenentur.

magis ac magis mens reficiatur. ¶ At verò quoniam conclusionis tenore sæculares etiam liberè orantes complexi sumus, adnotandum est & illos suo modo ad attentionem teneri. Primùm quia aliquãdo occurit eis quoq; orãdi præceptum: vt.ca.6.&.7. super Matth. in illo Christi verbo, Petite, & dabitur vobis. admonuimus. Tametsi cùm sit affirmatiuum, non obliget pro semper, sed pro tempore & loco: quod non est præsentis loci discutere. Vnde quando quis in tempus incidit eiusmodi explendi præcepti, perinde ad attentionem tenetur atque clericus. Quare diuus Tho. loco proximè citato generaliter ait, ex proposito in oratione mente vagari, peccatum esse. ¶ At verò dubium est, vtrum dum quis liberè & suapte sponte orat, teneatur etiam mente attendere. Apparet nanque minimè teneri: nam si hoc ego tẽpore nullatenùs orare obligor, nulla apparet culpa si orare ad meum libitum velim: etiam consultò mentem aliorsum vertendo. Exempli gratia: Cùm opifex & mercenarius dum manibus operatur profana canit, cur non etiam tunc orare poterit: tametsi dedita opera totam attentionem manuali operi habeat defixam? Respondetur collectionem nullam esse: Non teneor orare: ergo quanuis orẽ, non teneor attendere. Nam quanquàm licitum mihi sit ab opere religionis nonnunquàm vacare, tamen dum facio, ex ipsa natura virtutis obligor debitè facere. Sicuti in operibus otiosis contingit. Nam licèt non teneat operari: tamen dũ operor, teneor sine aliquo honesto id facere: aliàs nonnulla est culpa. Pariter ergo dũ oro teneor pro rei dignitate orare: nè contemptor & irrisor apud Deum habear. Dixerim, dum oro: nam, si quis quidquid negotij faciat, vult Psalmos recitare vt alias caueat cogitationes, nõ est cur vitio detur: quia illud non per modum orationis eligitur, sed tanq; mentis retinaculum. ¶ Sed rogas nũquid perinde erit peccatum mortale, attentionem orationis aut negligere aut dimouere dum quis extra præceptũ orat, ac si clericus in horis canonicis id faceret? Apparet enim sic res habere: eò quòd, vt modò dicebamus, dignitas orationis attentionem exigit. Respõdetur nihilo minùs non perinde peccare: nam vbi præceptum interuenit orandi, eodem præcipitur attentio. Vbi autem liberè & extra obligationem oratur: sola est culpa venialis indecèter orare: quare distractio, etiam meditata, nisi contemptio adsit, nunquàm erit mortalis.

Dubitatio.

Solutio.

Hæsitatio.

Solutio.

ARgumenta ergo quæ in capite quæstionis proponebantur, nõ necessitate præceptiprocedunt: aliàs efficacia essent, vt conclusione sexta assertum est, & in septima declaratum. Sed dirigebantur ad probandũ attentionẽ necessariam esse per totã orationem: quod re vera non probant. Et ideo ad primũ respondetur, illum in spiritu & veritate orare, qui instinctu Spiritus sancti secundùm diuinam & ecclesiasticam sanctionẽ ad orandum se accõmodat: etiam si ex animi languore mens posteà aliorsum diffluat. Et idem sufficit vt oratio sit ascensus mentis in Deum. ¶ Ad secundum satis inter explicandam septimam cõclusionem responsum est: nempe q̃ nõ quicunq; mente dum orat diuagatur, Deum irritat: sed ille dũtaxat q̃ id vel cõsultò vel negligẽtia crassa facit. Authoritati autem capituli, Dolentes. sua est conclusio concessa: nempe, præceptum esse attentionis: non tamen quæ necessariò totam orationem debeat comitari.

Ad primum argumentũ.

Ad secundũ

ARTICVLVS VI.

Vtrùm episcopus & clericus id facere prætermittens quod facere tenetur, ad restitutionem aut præbendæ aut fructuum obligetur.

VM decimas clerici, vt suprà ostensum est, stipendij loco propter officiũ suscipiãt, ordo præsentis disputationis vt exploremus exposcit, vtrùm ecclesiastici, seu episcopi sint, seu inferiores sacerdotes & clerici, ad restitutionem toties teneantur, quoties id quod debent non faciunt. Et arguitur á parte affirmatiua. In primis cap. Licet. de electione. lib. 6. sancitum legimus in concilio Lugdunensi sub Gregorio Decimo, vt ille cui ecclesia patrœcialis demandata est, nisi intra annum sacerdos fiat, vt residere in ecclesia valeat, nulla prę missa monitione sit præbenda priuatus. Cui Bonifacius capi. commissa. eodem titulo, adiecit, vt si mentem non habuerit ad sacerdotium promouendi, teneatur ad restitutionem fructuum. ¶ Secundò. In Concilio Lateranensi sub Leone Decimo, sessione. 9. decretũ est, vt qui diminũ officiũ canonicè nõ persoluerit, pro rata teneatur perceptos fructus restituere: q̃ si suprà dimidiatum annum in eãdem negligentia perstiterit, beneficio priuetur: quippe quod propter officium datum erat. ¶ Tertio. Non solum qui horas canonicas non pendit, imò

Primũ argumentum.

Concilium Lugdunen.

Bonifacius.

Secundum.

Tertium.

imò qui corruptis moribus est, videtur ad restitutionem obligari. Sanè cùm fructus ecclesiasticos populus clericis tãquàm pretium suorum peccatorum & vota apud Deum ófferat: vt habetur. 12. quæstion. 1. cano. videntes. quare, vt Oseæ. 4. legitur: & refertur. 1. quæstio. 1. can. ipsi sacerdotes peccata populi comedere dicuntur. Qui aũt aliorum intercessores sunt apud Deum, tenentur pura mente integram vitam viuere. Quare si aliter viuunt, ad restitutionem tenentur: secundùm tenorem tituli, de condiction. caus. dat. & non sequuta. ff. ¶ In contrarium facit, quòd neque stipendia, neq; verò decimę conferuntur sub ea conditione vt quocunque actu stipendiatus famulus defecerit, ad restitutionẽ teneatur. Nemo enim, quæ fragilitas humana est, tam inculpatè famulari potest. Prætereà, quòd, vt libr. 1. disputabamus, qui pœnam incurrit, non tenetur ante cõdemnationem illam luere.

Quãtuor capita controuersiæ præsentis.

QVatuor capita sunt de quibus in præsentiarum controuerti potest, vtrùm clerici ad restitutionem, seu præbendæ, seu fructuum teneantur: quæ argumentorum ordine designata sunt. Primum cum qui sacerdotium possidet, in animo non fert sacerdos aut clericus fieri. Secundũ cùm prædictos ordines in tempore non recepit. Tertiũ cùm officium canonicarum horarum non pendit. Et quartũ cùm honestam vitam, vt clericum decet, non viuit. Haud enim hic de simonia, aut de homicidio, aut de alijs sceleribus, ob quæ vel irregularitas contrahitur ad obtinendum beneficiũ, vel priuationis mulcta incurritur. Illorũ enim disputationes ad alia loca spectant diuersa. Sed ea hic duntaxat disputamus, quæ ad promerendos decimarum fructus atque alia stipendia sunt clericis necessaria. ¶ Ad quęstionem ergo, licèt supra prædictum numerum, sex cõclusionibus respondetur. Prima est expressa assertio prædicti cap. commissa. de elect. lib. 6. Qui parœcialem habet ecclesiam, non intendens ad sacerdotium promoueri, ad perceptorum fructuũ restitutionem tenetur. Parœcialem inquam quæ curam habet animarum annexam: secùs de collegiata, vt habet illic glossa. Et ratio est: quoniam, vt cauetur in citato cap. licet. eodem titulo, tenetur eiusmodi clericus in ecclesia sua residere, per seque ecclesiæ famulari: quod antequàm fit sacerdos, non valet. Quocirca eãdem lege comprehenditur episcopus. Et quãuis textus loquatur de receptione, pari oratione intelligitur de retentione. Quemadmodũ inquã si dum parœciam suscipis promoueri ad sacerdotiũ non cogitas, fructus restituere cogeris, quandiu mentem non mutaueris: ita licèt dum illam suscepisti sanum habueris propositum, si tamen id posteà mutes, decernens non fore sacerdos, ab illo temporis articulo teneris fructus restituere. Itaq; quocunq; tẽpore non intẽderis sacerdotiũ suscipere, fructus illius tẽporis non facis tuos: nã par est de acceptione & retẽtione ratio, vt illic scitè in glossa notatum. est. ¶ Et nota, Non intendens: quo verbo comprehenditur etiã ille qui dubio est animo nam qui hæsitat, non intendit. Quocirca si qui parœciam suscipit nondũ de vitã deliberauit, sed pẽdẽs est ánimi: vt si res alia viã fœliciùs successerit, habitui clericali sit renũtiaturus, profectò nõ tuta cõscientia fructus recipit. Si autem intẽtionẽ quidem habuerit sacerdotij suscipiẽdi, sub cõditione tamẽ, nisi per mortẽ primogeniti fratris hæreditas paterna sibi obtigerit, aut aliud quippiã sęculare prosperè successerit, fortasse erit, qui dicat eũ posse cosdẽ fructus ecclesiasticos percipere: eò q̃ conditionalis intẽtio, quodãmodò est intẽtio. At neq; huiusce modi profectò cõscientiã sanã esse arbitrarer: quoniã cũ textus ait, Nõ intẽdens absolutã intẽtionẽ exposcit. Et ratio etiã suffragatur: nam qui absolutè percipit fructus, absolutã habere debet intẽtionẽ. Alioqui fraudulẽter, vt ait textus, eos recipit. Parẽthesis verò illa text⁹ (nisi volũtate mutata promot⁹ fuerit) nõ sic astutè intelligẽda est, q̃ cum volũtate mutata ad sacerdotiũ promotus fuerit, possit fructus illius tẽporis recuperare, quo propositũ sacerdotij non habebat: sed q̃ cùm proposuerit promoueri, iam inde suos illos faciat. ¶ Percontaris autem vtrùm in eiusmodi restitutione facienda expectãda sit iudicis condẽnatio, an verò nulla expectata sentẽtia sit exequenda. Apparet nanq; sententiam esse præstolandam: eò quòd lex illa videtur pœnalis. Respõdetur nihilo minùs nulla opùs esse iudicis cognitione: sed eo ipso quòd quis non habeat propositum suscipiendi sacerdotium, fructus nõ facit suos: quoniam lex illa nõ est pœnalis. Imò collatio parœcialis sacerdotij, licèt absolutè fiat, confertur tamen cum illa obligatione, vt cui cõfertur sacerdos fiat: aliàs fructuum dominium nõ acquirat. Quo ergo casu locum habet Digestorũ titulus suprà citatus, de cond. cau. data. & nõ sequu. ¶ Sed est prætereà adnotandum quòd etiam si ille non intenderit promoueri, imo licèt propositum habuerit rei se vxoriæ implicandi, titulum prębendæ secundùm rigorem textus non perdit. Imo quotiescunq; sacerdos esse voluerit, absq; noua prouisione eandem valet retinere præ-

Prima conclusio.

Quæstio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendam. Porrò verò, saltem ille qui firmato animo tanquam sacerdotale ordinem suscipiẽ di præcipialem ecclesiã possidet, præterquàm quod fructus, vt ait textus, non facit suos, non est immunis à delicto iudicandus: imò crediderim mortali, nisi illam reliquerit; quandoquidem ecclesiam occupat cui seruire non cogitat. quod profectò absq; exitiali animarũ detrimento, quarum cura eidem præbendæ annexa est, fieri non potest. ¶ De alijs autem beneficijs quæ extra animarũ curam sunt, etiam si seruitium habeant annexum, nihil sanctum est. Quare neq; tenere asserendum quod etsi absq; clerici alicuius intentione possideantur, obligatio restitutionis fructuũ inde emergat: nam odiosa iura, vt habet Regula iuris, restringenda potius sunt, quàm amplianda. At verò neque arbitror à culpa mortali esse mundum qui beneficium habet cui annexum est clericale obsequium, nisi propositum habeat, si non sacerdotalem, saltem illum ordinem suscipiẽdi qui ad tale seruitium necessarius est. Aut si nullus requiratur ordo, saltem intentio necessaria est, clericorum more viuendi. Absurdissimũ enim esset qui canonicatum aut aliud eiusmodi beneficium, obsequio ecclesiastico deputatum, retineret cum animo ad matrimonium conuolandi, aut sæculariter viuendi. Quin verò neq; præstimonia, quæ vocãt, absq; vllo culpæ cum eiusmodi sæculari animo & habitu possidentur: quandoquidẽ, vt sæpe anteà diximus, istiusmodi titulus, clericalis est. ¶ De pẽsionib⁹ aũt alia est ratio: quippe quæ sine ecclesiastico titulo cõferuntur. Quanuis nisi propter aliquẽ famulatũ ecclesiæ cõcedantur, absurditate nõ caret. Sunt enim qui cùm sacerdotiorũ potiãtur, mutato animo eadem, retentis pensionibus, resignãt, quas quidem coniugati retinent, quibus vxorẽ, & proles, & sæcularem fastũ sustentẽt. Quod quidem adeò est instituto ecclesiastico absonũ, vt cur ecclesia ferat nõ viderim. ¶ Secundum caput restitutionis quod posuimus erat, dum parœcialis clericus intra annum sacerdotium non suscipit. De quo in dicto cap. licet. de electio. lib. 6. extat conclusio, quæ huc sit nobis secunda. Qui titulũ habens parœcialis ecclesiæ intra annum ad sacerdotiũ nõ promouetur, nulla etiam præmissa monitione, eâdem est præbenda priuatus. Et est similiter intelligenda ac præcedens: nempe quòd non opus est alia priuatoria sententia: eò quòd lex illa non est pœnalis, sed conuentionalis. Enimuero cum nulli esset animarum cura demãdanda, nisi sacerdos esset qui illicò suã prouinciam administrare posset, sanctũ ecclesia duxit nemini eiusmodi præbendas indulgere, nisi cum illa conuentione, qua nõ seruata, eo ipso sit priuatus. Quòd si arguas: Ille facta prouisione vere & absolutè est præbendæ dominus: ergo nisi audiatur, nõ est expoliandus. Negatur consequentia: quia eiusmodi collatio semper quodãmodò est à futuro pendens. Sicuti si tuam tu pecuniã alicui sub aliqua obligatione & pacto conferres, eo ipso q̃ ille pacto non stet, tenetur eãdem tibi reddere. Illum autẽ canonem postmodùm Bonifa. ca. cùm ex eo. eodẽ titulo, sic moderatus est, vt duntaxat ratione studij, quo posset postmodùm sacerdos esse ecclesiæ fructuosior, valeat episcopus cum eiusmodi clericis per septennium dispensare. Nunc verò temporis quacunq; de causa dispensatur. Circa hãc ergo conclusionem nulla extat immorãdi causa. ¶ Tertium ergo caput restitutionis ecclesia slicorum fructuum ex omissione ortum ducit persoluendi diuinũ horarum officium, in quo plura complicantur dubia. Et primum est, An qui officium diuinũ non soluit, ad restitutionẽ teneatur, & quo iure. Et incipiendo à naturali & diuino, apparet in primis nõ teneri: quia in cap. presbyter. de celebr. missa. & alijs suprà citatis, vsq; ad Cõcil. Latera. sub Leone. 10. nulla extat restitutionis mentio: sed tantùm præcipitur vt soluatur officium diuinũ. Si autem restitutio diuini esset iuris, non fuisset ab ecclesia tãlongo silentio dissimulata, sed expressis verbis explicata: nam per hoc q̃ orare præuisum est, non satis exprimitur quòd aliter facientes ad restitutionem teneantur. Itẽ beneficia non propter horarum officiũ solùm, verùm & pro alijs impenduntur clericis: qui autẽ alia prætermisit, vt si plebanus in sua cura fuerit negligens, nõ ideo iure diuino ad restitutionem tenetur. ¶ His tamẽ non obstãtibus statuitur tertia cõclusio. Qui sub titulo clericali stipendiũ habet ecclesiasticũ, nempe ex decimis aut similib⁹ oblationib⁹, nisi diumũ officiũ soluerit, ad aliquã restitutionẽ tenetur. Hoc patet: quia huiusmodi stipendia licẽt non quantũ ad quotã, tamen iure diuino, quin etiã naturali, instituta sunt tanq̃ stipendia ecclesiasticarũ functionũ. Munus autem maximè propriũ clerici est, vt suprà diximus, officiũ diuinum certis horis pendere. Quare in Concil. Lateranẽsi. ad hoc propositũ allegatur quòd beneficium datur propter officium: ergo qui non pẽderit, iugo restitutionis eodem iure subijcitur: eò quòd non vtcunque, sed contra iustitiam deliquerit. Non dixerim, si hoc aut illo modo officiũ non soluerit, neq; q̃ ad talem aut talẽ restitutionem teneatur: nã hæc oĩa sunt de iure positiuo: sed q̃ sub pœna alicuius

Quid de ſtimonijs.

Quid de pẽſionibus.

Secunda cõcluſio.

Ratio concluſionis.

Obiectio.

Solutio.

Limitatio Bonifacij ad præteritum conclusionẽ

Argumẽt.

Tertia concluſio.

Probatio.

alicuius restitutionis teneatur clericorũ quisq; ad orandi munus. ¶ Atqui in huius conclusionis confirmationem facit, non esse aliud credibile, quàm quòd ante nuperrimum Lateranẽ. concil. mos fuerit ecclesiæ, vt qui officium diuinum non diceret, ad aliquam restitutionem teneretur: aliàs præfatum Concilium non sic repentè tam insigne præceptum protulisset: & tamen vt dicebamus, expressa restitutionis mẽtio non habetur anteà in iure: ergo præceptũ ipsum orandi, secundùm naturale ius & diuinum sub alicuius restitutionis pœna interpretabatur. ¶ Subtexitur nihilo minùs quarta cõclusio. Non quicunque defectus in persoluendo diuino officio, imò neque omnis qui culpã inducit mortalem, ad restitutionem obligat.

Confirmatio.

Quarta cõcluſio.

Probatio.

Vt, si incongruè proferas: aut versus aliquos, etiam ex supina negligentia & oscitantia interpoles. Probatur: quia hoc esset nimium irretire conscientias: cùm vix caduca, labilisq; hominum vita sine huiusmodi negligentijs transigi queat. Imò verò & si matutinale officium, aut aliam horã, seu ex culpabili obliuione seu dedita opera prætermiseris, quod fortè semper est mortale: aut si totum diem orare prætermittas, quod certè est lethale: non ideo ad restitutionem rigore iuris teneris. In primis enim qui non ratione beneficij, quia nullum habet, sed ratione ordinis orandi lege tenetur, non est quod restituat. Qui verò ratione beneficij fuerit obligatus, quanuis collatũ ei fuerit propter officium: non tamen adeò minutatim respondere debent stipendij portiunculæ singulis canonicis horis: vt cuiusq; prætermissio ad restitutionem illius portionis obliget. Quoniam neque in ciuilibus familijs tam exactè requiritur seruitium, neque Spiritus sanctus, cuius nutu ecclesia regitur, tales voluit suis ministris scrupulos injecere. Ex quo fit q̃ & si dum oras attentionem studio & meditatò inde dimoueas, licèt mortale crimen sit, vt suprà diximus, ad restitutionẽ tamen non obligeris: quoniam neq; esi officium prætermitteres, obligatus esset. ¶ At verò dubium de illis restat qui longiori tempore orare canonicè prætermittunt: maximè si præbendas habeant ecclesiasticas. Et dubitandi rationem nobis offert sessio. 9. citata Lateranen. Concilij. Cuius verba sunt: Statuimus & ordinamus, quòd quilibet habẽs beneficium cũ cura vel sine cura, si post sex mẽses ab obtento beneficio diuinũ officiũ nõ dixerit, legitimo impedimẽto cessante beneficiorum suorũ fructus nõ faciat, pro rata omissionis officij & tẽporis: sed eos tanquã inuste perceptos in fabricas ecclesiarũ huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si verò vltra dictum tẽpus in simili negligentia cõtumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur: cùm propter officiũ detur beneficium. Intelligatur autem officiũ omittere, quo ad hoc quòd est beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit. Hæc in Concilio. In hac verò, vt licet verborum serie partim nimia videri culpiam potest relaxatio, partim verò nimia perstrictio. Nã q̃ vsq; post sex menses ab obtento beneficio non cogatur clericus sub aliqua pœna officiũ dicere, nimia relaxatio est. Rursus quòd qui postea vno aut duobus diebus orare cessauerit, teneatur pro rata soluere, nimium apparet rigidum. Præterea, quod vrgentius est, nec verba concilij vt iacent satis sunt intelligibilia. Habetur enim priùs, q̃ qui post sex menses ab obtẽto beneficio non orauerit, pro rata restituat. Posteà verò subditur: Si vero vltra dictum tempus in simili negligentia cõtumaciter permanserit, &c. Quæ quidẽ verba prioris nõ gratè cohærent: nam hæc postrema, in simili negligentia, apertè denotant negligentiam, priorum sex mensium ad restituendum pro rata obligasse: quandoquidem post illos rigor exigendi per communicationẽ priuationis beneficij adhibetur. ¶ Conijcio ergo, imò certò crediderim illud verbũ Concilij non esse, post, sed, per: videlicet vt sensus sit, q̃ qui per sex mẽses ab obtẽto beneficio vel quãlibet eorum partẽ officium non dixerit, solùm teneatur ad restitutionẽ pro rata. Elapso verò semestri, si post admonitionem in quindecim diebus nõ bis orauerit, beneficio priuetur. Itaque primum semestre non datur tãquàm inducia, vt clericus non orans nulli subiaceat pœnæ: esset enim omni rationi dissonum: sed vt non priuetur. Et hoc pacto verba sunt intelligibilia: alioqui minimè. ¶ Colligitur ergo ex hoc Concilio q̃ quęcunq; horarũ omissio cùm primùm quis habet beneficiũ, cum ad restitutionem obliget: Imò si rigorem verborũ spectes, quanuis vnam duntaxat horam prætermittat, restituere compellatur. Potrò autem hic cẽsendi rigor, nimium ius apparet. Eò vel maximè quòd etsi præcipuum clerici officium sit horarum pẽsum, nihilo minùs beneficium pro alijs etiã officijs tribuitur, & ideo ratio nõ exigit vt vsq; ad huiusmodi minutias fiat restitutio. Neque ius diuinum ad id cogit, neq; synodus credenda est tã districto rigore sua protulisse verba. ¶ Igitur quòd tenim summatim comprehendamus: concilium, saltem hoc capitulum nondum plenè, quod sciã, vsu & more receptũ est.

Expendũtur verba Concilij Lateranẽ.

Explanatur Concilium iam modò citatum.

Concilũ Lateranẽse more & vsu receptũ nõ est

Fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ad restitutionē fructuū beneficij pro rata omissiōis officij diuini.

Fuit enim Synodus illa nimiū prixa, & aliqua cōtinens quæ nō erant tanti momēti. Quapropter salua illa authoritate quæ cōcilijs summa debetur, nescio án sit omninò necessariū ad rigorem sessionis huius omittētes vnū aut duos dies ad restitutionē obligare. Enimuerò neque altera pars, nempe q̄ qui vltra semestre officiū diuinum non soluerit, priuatione beneficij multetur, in vsu (quod audierim) vspiam est. Neque admonitio illa quæ illic fieri iubetur, fieri consueuit. Haud enim est ipso facto priuatus, vt de illo suprà diximus, qui in animo non gerit ad sacerdotium promoueri, aut non intra annum promouetur. Sed, si concilium seruare tur, esset priuandus. ¶ Quod ergo consilium egomet mihi ex his colligerē est, pro vno aut duobus diebus nemini restitutionis scrupulum injicere: quanuis peccatum sit mortale. Saltem eos qui relaxationibus cruciatæ Bullæ gaudēt, quibus ab horis male pensis absolutio continetur, satis crediderim esse tutos, quanuis eiusmodi partuas negligentias cōmiserint. Quando verò orandi omissio vlteriùs procedit, tunc compositio cum summo Pontifice, aut eius legato locū haberet. Id quod propter authoritatē Concilij dixerim. Nam stando iuri diuino, sū episcopo fieri posset. Enimuerò huiusmodi restitutiones, si idē diuinū naturaleq; ius, imò si pontificiū priscū consulas, ecclesiarū fabricis adiudicandæ essent, aut in pios vsus insumendæ. Etenim cùm decimarum stipendia res sint propriè ipsarum ecclesiarū, ministri qui nō seruirent, eisdem ipsis deberēt restitutionē. Quin verò idē Lateranen. concilij eisdē ecclesijs aut pauperibus fieri iubet. Attamen, iam nunc tēporis, vt aliàs diximus, summi Pōtifices suis vsibus necessarias esse ducūt: & ideo cum illis de restitutione paciscitur. ¶ Postremū deniq; dubium huc pertinens supereſt de illis qui ecclesijs famulari tenētur: non tamen pro dignitate satis inseruiūt. Nēpe de canonicis qui in intrando chorū, indeq; exeundo, constitutū signū punctim obseruant: videlicet vt neq; ante ingrediantur neq; post permancāt: vtrum ad restitutionē pariter teneātur. Petrus nāq; de Palud. in. 4. d. 15. q. 5. istorū cōscientias flagellat, dicens q̄ si residuū temporis negotijs ecclesiæ impendunt, bene quidem: qui autē otiosē & sine bona causa sponte abest, non est tutus, etsi ecclesiæ statutum aut consuetudo eum excusset. Quoniam tale statutum irrationabile erit: quod ideo conscientia sedare non sufficit. Maximè in anniuersarijs: eò q̄ qui sua bona sub tali vinculo ecclesijs legārunt, non ea censentur canonicorū statutis, nisi rationabilibus, subdisse. ¶ Nihilo minùs contra eiusmodi scrupulum subijcitur quinta cōclusio. Vbi nō est manifesta statuti peruersitas quicunq; choro iuxta tenorē institutionum suæ ecclesiæ inseruiēs bona fide & conscientia fructus facit neque ad vllam tenetur restitutionem. Cōclusio est per se liquida: nam postq̄ totum collegiū more & vsu legem condidit nisi manifestariè prauitatē & corruptelam præ se ferat, nemo eiusdem societatis, tenetur amplius de legis ratione discutere, sed eam seruādo satisfaciet. ¶ Quartum de niq; ac postremum caput restitutionis bonorum ecclesiasticorū ab aliquibus, vt suprà diximus, cōstituitur, si clericus moribus & vita nō sit ille, quem esse decet. Quam quidem opinionem Adrianus amplexari videtur in illa suprà citata quæstione de restitutione: vbi ait q̄ cleri cus perditè viuens & Deum continuo prauis moribus stimulans, aut officium debitū prætermittens tenetur restituere quicquid de fructibus ecclesiasticis expenderit. Cuius argumentum suprà in fronte quæstionis tertia sede collocauimus. Opinio tamen hęc esse non potest nisi quorumpiam forsan iurisc̄onsultorum, qui ex sancto potiùs zelo q̄ consulta ratione philosophantur. Nam Alexan. Halēsis. 3. p. q. 36. cui Adrianus illam inscribit, non loquitur nisi de eo qui ecclesiæ non seruit: de quo ait, quòd sicut conductus agricola non laborans nō est mercede dignus, ita neq; clerici non seruientes. Contra illam ergo opinionē subnectitur sexta conclusio. Quāuis clerici ratione sui status moribus inter sæculares effulgēre debeant, atque adeò tanto præstantiùs quanto quisq; altiori insignitur dignitate: tamē sola vitæ c̄orruptio eos ad restitutionē non obligat: nā eius stipendia minimè ei sub tali conditione, cōferuntur, sed vt ecclesiæ seruiat. Tenētur enim etiā & reges & quicunq; publici magistratus morū integritate præpollēre: tū quis dicat sub tali pacto eos stipendia susciperē? Adde q̄ si vlla esset in tali opinione probabilitas, laqueum hominum conscientijs injiceret: nam in tanta multitudine clericorū innumeri sunt qui in dies lethaliter delinquunt. Et quod res manifestè demōstrat, ecclesia præscribens crimina, nempe simoniæ, homicidij, aliaq; id genus de quibus clerici suis præbendis expoliantur, manifestè animū suum patefacit, non esse ab reliquorum quodpiam suo sacerdotio priuare. ¶ Ex dictis ergo colligitur responsio quæstionis quæ neque omninò est affirmatiua, neque omninò negatiua, sed media. Primo ergo argumento ex capitulis, licet. & quoniam. libr. 6. compositio, suas concessimus conclusiones, quæ fuerunt nobis

Consiliū autoris contra proximam dubitationē.

Postremum dubium.

Petrus Palu.

Quinta conclusio.

Quartū caput restitutionis bonorum ecclesiasticorum. Adrianus.

Alexander Halens.

Sexta cōclusio cōtra recitatam opinionem.

Ratio pro cōclusione.

bis prima & secūda. Tertiò verò id quod probare cōtendebat, in sexta negauimus: Atq; adeò eisdem argumentis satisfactum est.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm religiosi creati episcopi ad obseruantias regulares teneantur.

Solutio.

Sanct. Thom. 2. 2. q. 185. arti. 8.

QVONIAM in superioribꝰ quæstionem D. Tho. centesimā octuagesimam quintam de episcoporū statu tractare aggressi sumꝰ, sed tamen meditatio canonicarum horarum quam altera de clericorum bonis nobis obtulit, paulisper nos diuertere, licēt non abs re, compulit, operæpretium duximus ad postremum eiusdem quæstionis articulū, quem missum fecera mus, reuerti: vt decimum hunc librum, qui præcipuè de episcopis institutus est, consideratio monachorum, qui episcopali dignitate fulgēt, concludat. ¶ Arguitur ergo quod eiusmodi religiosi in episcopos proinoti ad obseruātias regulares non tenentur. Habetur enim can. sta tutum. 18. q. 1. quòd monachum electio canonica à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho episcopum facit: obseruantiæ autem regulares sub iugo monasticæ institutionis continentur: ergo illi qui episcopi creantur, ab illis eximuntur.

Primum argumentum.

Argumen. 2 ¶ Secundò. Ille qui ab infetiori ad altiorē gradum assumitur, videtur à vinculis inferioris absoluiꝰ: eò quòd homo non potest tot sarcinis esse onustus. Quemadmodum qui monasticam profitentur vitam ab omnibus votis religantur quibus erant in sæculo obligati: status autem episcopalis sublimior est monachali: ergo religiosus illuc promotus ab omnibus canonicis institutis liberatur. ¶ Tertiò. Insolubiliores monachorū nexus sunt obedientiæ & paupertatis: episcopus autem ab obedientia suorū prælatorum fit exemptus: & q̄ ab altero etiam paupertatis funiculo enodetur, apparet sentire præfatus canon: vbi ait eiusmodi monachum creatum episcopum, legitimè posse paternam hæreditatem adire. Adde quòd etiam illis conceditur testamēta cōficere: ergo & ab alijs etiam obseruantijs liberantur. ¶ In contrarium videtur facere canon Innocentij, de monachis. 16. q. 1. quo ait, De monachis qui diu immorantes in monasterijs posteà ad clericatus ordinē peruenerint, statuimus non debere eos à proposito discedere.

Argumen. 3

SEntentia Diui Thomæ de hac quæstione tribus cōclusionibus cōtinetur. Prima: Ad eas religionis obseruātias quæ pōtificiæ functioni nullo esse possunt impedimento, imò esse possunt adiutorio, perinde tenetur monachus sedē episcopalē adeptus atq; dū erat in claustro. Huius generis sunt, cōtinētia, paupertas, atq; adeò religionis vestitus: qui est eiusdē obligationis signum. ¶ Secūda cōclusio. Si quæ verò inter regulares obseruātias existunt quæ pontificis administrationi obstaculo esse possunt, ab illorū iugo eximitur per episcopatū religiosus. Cuiusmodi sunt solitudo, silentiū, grauesq; abstinentiæ, atq; vigiliæ, quę corpus debilitādo possent episcopum suo muneri ineptū reddere. ¶ Ambas has simul cōclusiones hac ratione cōmonstrat. Cùm vterq; locus tam religionis scilicet, q̄ episcoporum, sit status perfectionis, hoc tñ differunt, q̄ status religionis viam ad perfectionem sternit tanq̄ eius discipulatus: status autē episcoporum est ceu perfectionis magisteriū: dispositio autem ad aliquam formam per illius perfectionem nō cessat nisi quatenus eius fuerit impedimentum: vt lectio ac meditatio discipuli cessare non debet dum fit magister: imò hoc impensiùs facere debet. Non tn ampliùs debet audire, sed docere: quia illud esset huius impedimentū: Pari ergo modo illæ obseruantiæ religionis quæ functioni episcopali nō obstant, in monacho episcopo nō cessant, sed illæ prorsus quę obstant. ¶ Tertia cōclusio. Aliarū obseruantiarum à quibus nō absoluitur, potest eiusmodi episcopus dispensatione nonnunquam per suam authoritatem vti sicuti in religione id poterat authoritate prælati. ¶ Hæc Diuus Thomas: quæ quidem aliquando indigent maiori amplificatione. Et primùm omnium iuxta numerū conclusionum tria denotat in religioso operū genera, quę in eius assumptione ad episcoporum ordinem sunt meditāda. Quædam scilicet quæ non solùm non obstant, sed conferūt: vt castitas & paupertas atq; obedientia: quam non relinquit, sed mutat: vt qui præfectō religionis obediebat, deinde obtemperet Papæ. Quædam verò sunt manifestè repugnantia: vt solitudo, & silentium, & immodicæ abstinentiæ. Aliæ verò medij generis, quę scilicet nō semper obstant, sed aliquando: vt si dicas reliqua moderata ieiunia, & lanis ad cutē indui, in ipsisq; dormire. Ad illa ergo primi generis ait teneri episcopum monachum: ad alia verò secūdi, ipso iure absolui. Sed in reliquis, licēt non prorsus ab allis absoluatur, posse tamē secum dum expedierit dispensare. ¶ De singulis ergo nōnihil sese offert dubitatis. Primū enim

Prima conclusio.

Secunda cōclusio.

Ratio vtriusque cōclusionis.

Tertia conclusio.

Tria operū genera in religioso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim membrũ trinum includit votum: scilicet castitatis, obedientiæ, & paupertatis. Et de primo nullatenus dubitatur quin monachus illi maneat astrictus: non solum sacerdotum lege, verum & religionis. Quare licèt cũ alijs episcopis, vt lib. 8. explicuimus, dispẽsare ecclesia possit super continentia: non tamen cum episcopis monachis. Neq; de secundo vlla est ambiguitas. Nam sicut dum religiosus in generalẽ magistrum aut ministrũ ordinis assumitur, nõ obstante obediẽtiæ voto, soli Papæ manet subiectus: sic monacho accidit dum fit episcopus. Non inquam deserit, sed mutat obedientiam.

Dubitatio. ¶ De voto autem paupertatis restat sanè dubium, nec solutu facile. Primum enim sanctus Thomas in hac secunda secundæ, tum quæstione. 88. ad quartum argumentum: tum hic clarissimè defendit monachum factũ episcopum nullatenus à voto paupertatis absolui. Nam & in prima cõclusione exemplũ ponit continentiæ & paupertatis. Et in solutione tertij ait, religiosum episcopum non posse habere proprium. Et ratio apparet plana: nam, vt lib. 8. dictum est, votum religionis est indispensabile quod tria includit vota.

Argumẽtu. ¶ In contrarium autem est argumentum quod illic insinuauimus, & hic apertiùs vim suam demonstrabit. In episcopo, vt suprà dictũ est, duo cõsiderantur bonorum genera: nẽpe sæcularium & ecclesiasticorum. Omissis ergo modò sæcularibus, de ecclesiasticis arguitur. Reliqui episcopi ex sæculari clero assumpti post factam portionum diuisionem dominiũ habent suæ: vt. q. 4. multis modis confirmabamus: episcopis autem ex religionibus euocatis eâdem prorsus ratione & modo adiudicatur sua portio, sicuti & alijs qui ex reliquo clero eliguntur: ergo perinde ciusdẽ portionis dominium habent atq; reliqui. Fateor equidem ad hoc argumentum me respõdere nescire: quoniam neutram præmissarum video quomodò negare valeam. Nam q̃ eodẽ modo omnes fiant episcopi, dubitari non potest. Neq; verò D. Thomas quantum ad hæc bona ecclesiastica aliam paupertatem tribuit religiosis episcopis, quàm reliquis. Imò articulo sexto præsentis quæstionis, vbi constituit episcopum non teneri ad paupertatẽ, cùm secundo loco argumentatus esset quòd Apostoli fuerunt pauperes, respondet ad illam paupertatem non teneri episcopum. Idq; confirmat exemplo Athanasij, Ambro. & Augusti. qui fuerũt vnà monachi & episcopi, vbi palàm ostẽdit & monachos episcopos perinde possidere ecclesiastica bona ac reliquos sæculares. Cũ ergo idẽ Doctor sanctus articulo statim septimo dixerit q̃ de his quæ vsui episcopi deputata sunt, eadẽ esse videtur ratio quæ de proprijs bonis, profectò id monachis episcopis nõ denegat. At quoniã semper habuit oculum ad illud tempus quo clericis in cõmuni viuebãt, propter eã simpliciter ait monachũ factum episcopum, non absolui à paupertatis voto. Dicendũ ergo sub peritiorum censura q̃ sicut obedientia monachi dũ fit episcopus sic mutatur vt soli sit Papæ subditus, ita & eius mutat paupertas, vt de cimarũ portio reliquaq; episcopalia bona illi sicuti & reliquis episcopis adiudicentur. Nimirum vt & ipse sustẽtet, & singulari misericordiæ præcepto, quod præ alijs episcopis religiosos ligat, subsidio sit pauperibus.

Solutio. ¶ Quantũ ad aliud verò bonorũ genus, scilicet sæculariũ, dubitari nõ potest, quin etiã paupertatis votum quadã tenus ei mutetur: vt patet ex can. statutũ. 18. q. 1. vbi monachus qui in monachatu hæres paternus esse nõ poterat, idoneus declaratur eidẽ adeundæ hæreditati: quatenus q; potest superstite vita perfrui. Et in causam adducitur q̃ ipsum electio canonica à iugo regulæ monasticæ religionis absoluit: & sacra ordinatio de monacho episcopũ fecit. Quin verò si vsum qui iam receptissimus est, consulas, Papa cũ episcopis monachis nonnunq̃ dispensat vt sæcularia bona emant quæ postea quibus volunt relinquãt. Qui quidẽ mos si legitimus est, profectò ostendit nõ esse tam indispensabile paupertatis votum, q̃ continentiæ aut obedientiæ.

Paupertatis votum. ¶ Circa secundum autẽ obseruãtiarum genus, scilicet illorum à quibus monachus eo ipso quo fit episcopus absoluitur, adnotauit hic Caiet. non solùm illas cõprehendi quæ manifestè episcopali functioni aduersant, vt silentiũ & solitudo, verùm & quæ eiusmodi dignitati dissonant, aut congruentia non sunt: quod quidẽ concessu facile est: sed tamen exẽpla quæ subdit nescio an sint adeò congruentia. Ait enim q̃ absoluitur â cæremonijs habendi sociũ ordinis bibendi sedendo, cũ duabus manibus, & benedictione, & similibus. Attamen licèt forsan ita sit, propterea q̃ res sunt parui momenti: nõ tamen propter causam quam ipse affert: videlicet quia episcopum illa nõ decent. Imò verò cùm talis episcopus habitum religionis exuere nõ debeat nisi summus fiat Põtifex, adeò huiusmodi monachales cæremoniæ ipsum nõ dedecẽt, vt eius habitũ decorent. In Italia quidẽ vbi monachi ad quemcũq; pauperem episcopatũ assumantur, habitum vel prorsum abijciunt, vel alia figura incrustant, omnes monasticas cæremonias cũ illo deponunt: quia Itali non dignantur episcopos in habitu monachali videre: quæ quidem

Caietanus.

Non probatur ratio Caiet.

dem pestis ad alias iam nationes inserpsit. Et in de Caieta iudicij sumpsit. Tametsi nõ pro se, qui etiã Cardinalis cum habito monachali semper religiosissimè vixit. Igitur q̃ episcopus religiosus socium sui ordinis qui authoritate cogeat sibi adiungat, & cæremonijs quibuscunq; religionis ac religiosorũ idiomate vtatur, adeò non est indecens, vt qui contra faciunt, oculos prudentium sæcularium offendant.

Dubitatio. ¶ De tertio verò cæremoniarum ordine à quibus sanctus Tho. ait religiosum nõ absolui, licèt super ipsis secum posit dispensare: qualia sunt iuneis nõ vti, regularia ordinis ieiunia seruare, etsi ipse ordinis nostri vel Carthusiensium esu carnium abstinere, dubiũ est, idemq; in præsentiarũ præcipuũ, quo vinculo religiosi episcopi ad horũ obseruantias teneantur, vtrum scilicet legali debito, an solum morali. Legale enim debitũ est quãdo quis lege per vim coactiuã tenetur: ita vt qui cõtrà fecerit, legis pœnis obligetur. Vinculum aut morale est quando quis sola vi directiua legis obligatur: non aut pœnis subditur. Exemplũ est in principe qui nõ tenetur vi coactiua, sed directiua. Et quod monachus teneatur vtraq; vi legis, videtur hic D. Tho. sentire, dicens quòd in illis potest tantùm secũ dispensare, vbi insinuare videtur quòd perinde obligatur atq; quando erat in claustro.

Primum corollarium. ¶ Nihilo minùs placet mihi Caieta. sententia quã in præsentiarum protulit, sed expressiùs in singulari opusculo quod de hac re intitulauit: nẽpe in libello viginti unius quæstionũ. q. 19. Sentẽtia verò est q̃ non tenetur ex debito legis, sed ex morũ honestate: tum quia id significatur ca. citato, statutum illis verbis: A iugo regulæ monasticæ religionis absolvitur, & de monacho fit episcopus: iugum enim vim coactiuam designat. Item post q̃ eximitur à subiectione prælatorũ ordinis, quia nullatenùs nisi per Papam puniri potest, indiciũ est quòd neq; pœnis regulariũ statutorum subiaceat. Quod autẽ ex debito morali & de honestate teneatur, patet: nam post q̃ monachatũ professus est qui perfectionis est disciplina, condecens est, vt magister perfectionis factus, eandẽ seruet disciplinã: nam licèt non per vim coactiuam, liberè tamẽ: quemadmodùm discipulus licèt factus doctor ferulæ metu alijsq; coactionibus quibus ad studium cõpellebatur liberetur, debet nihilo minùs sua sponte eisdem studijs incumbere. Neque est ineptum exemplũ quod à naturalibus sumitur. Quandiu enim calor in ligno ad formam ignis disponit, vi quadam coactiua agentis retinetur: adueniente autem substantiali forma, fit naturalis, atq; adeò suapte spõte in igne permanet. Ex quo sit vt debitũ morale religioso episcopo propter eã q̃ de religione assumptus est maius sit q̃m episcopo sæculari.

Secundum. ¶ Sequitur nihilo minus secundò q̃ religiosus factus episcopus quantis ferijs sextis peculiari instituto religionis etiam si sub reatu mortali obligat, vt in ordine diui Fratisci obligari fertur, factus episcopus potest in die Natalis Dñi, si illa feria occurrerit, carnibus vesci, & ieiunium frãgere. Oppositum dicit in præsentiarũ Caieta. sed in opusculo, consultius mutauit sententiam. Nam cap. explicari, extrà, de obseruã. ieiuni. vbi cõctis Christianis illud priuilegium indultum est, non excipiuntur nisi qui ex voto aut ex regulari obseruantia ieiunare astricti sunt. Et intelligitur ex regularis obseruantiæ legali debito, quod nõ manet in episcopo nisi morale. Neque votũ abstinentiæ fecit singulare, nisi vouẽdo religionem. Igitur S. Tho. hoc pacto intelligendus est sensisse monachũ episcopũ non absolui à dictis obseruãtijs: scilicet quantũ ad morale debitum.

Argumẽtũ ¶ Sed cõtrà ergo neq; ad castitatem tenetur sub reatu mortalis criminis: quia debitũ morale nõ videtur sub tali reatu obligare. Negatur cõsequentia: quoniã votum castitatis expressè fecit: virtute cuius, etiã si cesset vis coactiua obseruãtiæ regularis, obligat. Cætera verò nõ vouit formaliter nisi vouendo religionẽ: cuius vis cessat in illo quo ad legale debitũ. Verũ est tamen q̃ pœnis quæ in religione decretæ sunt transgressoribus trium votorũ essentialiũ nõ manet subiecta. ¶ Sed vtrũ illud morale debitũ plus obliget epũm religionis D. Frãcisci, q̃ nostri ordinis: eò q̃ ipse ad aliquas obseruãtias teneat sub culpe mortali nos verò ad nullas. Et princeps q̃ nõ teneat vi coactiua, tenet tñ forte aliquibus suis legibus sub reatu mortali. Respõdetur quòd si vera est hæc opinio, episcopi Diui Frãcisci, non magis q̃ nostri obligãtur: quia æqualiter absoluuntur à legali debito. Quare de hoc nõnulla est in principe differentia: quia licèt nõ cogatur, lege tñ illa durante, si ad se pertinet, tenetur illa. ¶ Debẽt autẽ religiosi vt in adeundis episcopatibus multò esse cunctantiores q̃ sæculares: ita & in administrandis longiusimè vigilantiores. Qui enim sese in claustra, mũdo vale dicẽtes, abdiderunt, non debẽt sicuti vxor Loth retrò, hoc est, ad sæculares splendores respicere. Nam præter Dei offensam sæculari populo scandalo sunt, ac subinde vilipendio & ludibrio: nisi palàm constet tum renitentes vi fuisse à suis claustris extractos, cũ ecclesijs cum omni timore Dei famulari: alijsq; abstinere pompis quæ non fuerint ad ornamẽtum suæ dignitatis necessariæ.

Primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primum argumẽtum.

PRimũ igitur argumẽtum in capite quęstionis ex cano. statutum obiectum, iam sua declaratione solutum est. ¶ Ad secundũ respondet D. Thom. quod vota in sæculo facta non ex eo præcisè per professionem religionis dissoluuntur, quòd sit alcetissus ab inferiori ad superius: sed quod illa habent se ad religionem sicut particulare ad vniuersale: puta sicut ille q̃ partem sui Deo obtulit ad illum qui se obtulit totum. Pars autem inchoatur in toto, & ideo adueniente toto superfluit. Alcensus autem à religione ad episcopatu, est sicut à dispositione ad perfectionem: dispositio autem non cessat adueniente perfectione. Intellige, vt diximus, quantum ad debitũ morale, sicuti calor dispositus ad ignem permanet in illo. ¶ Ad tertiũ autem quantum ad id de obedientia iam respõsum est. quod non reliquatur, sed mutatur: & pariter quantum ad paupertatem. ¶ Restat nihilo minus dubium quod diuus Thomas ibi insinuat circa illud cap. statutum. de hæreditate paterna quam monachus episcopus acquirit, cuiũ post eius mortem obueniat, monasterione an episcopali ecclesiæ? Verba quippe capituli obscura sunt: nihil enim aliud explicant nisi q̃ quæ monachus acquisierat, monasterio relinquat: quæ verò factus episcopus acquisierit, ad altare ad quod sanctificatus est restituat. Sensus ergo illorum verborum est quem vsus declarat: nempe quòd quę acquisierat in sæculo, relinquat monasterio: quod autem episcopus factus adiecit, relinquat episcopali ecclesiæ. Bona verò religiosorum iure titulare episcopi sunt: quia sedem non habent, licet acquisita eis sint in episcopatu, monasterijs obueniunt. ¶ Testamenta autem condere inutile est non posse sine Papę dispensatione. Et tunc ait D. Thomas, si episcopus religiosus est, non sibi conce-ditur vt ęquam de proprio testamentum faciat, sed huic Papa eius ampliat facultatem dispensandi sua bona, vt eadem facultas duret post mortem. At verò postquam ita libere dispensatur cum illo atq; cum aliis episcopis, parum refert quomodo fiat.

Ad tertium argumẽtum.

Dubium.

Soluitur.

Episcopus religiosus testamentũ cõdere non potest absq; facultate Papę

Epilogus.

¶ Ecce Opus decem Librorum quod de Iustitia & Iure polliciti sumus: & in Quæstiones septuaginta tres, Articulos verò ducentos septuaginta vnum partiti sumus: per varia ac lubrica, perq; ardua ac difficilia rerum genera, afflante diuino flamine, ad optatum portũ perductum est. Anno Christianæ salutis Millesimo Quingentesimo quinquagesimo quarto. In quo si quid per inscitiã nostrã & ignorantiã, aut certè per negligentiam & oscitantiã à nobis peccatũ est (nam studio per Dei misericordiã certus sum neutiquam deliquisse) Deus ipse misericordiarum ignoscat. Si quid verò præstitimus quod in rem Christianæ familię esse possit, eidem soli Deo acceptum referendum est: Cui laus sit & perennis gloria per infinita sęculorum sęcula. Amen.

Tomi secundi, atque adeò totius Operis Librorum decem de Iustitia & Iure, exoptatus FINIS.

INDEX SVMMARIVS
generalis, Operis decem Librorum, De Iustitia & Iure.

Arnoldus Schurerius Corrector Candido Lectori Salutem.

NTibi syncere Lector Indices duos eximij huius Operis Librorum decem: quod ab vtilitate, cõmoditate, pietate, omnijuga eruditione disciplinæ Theologicæ, Philosophicæ, Iurisprudentiæ vtriusq;, ac denique authoris sui authoritate, nemini nõ summopere (si modò Christianè sapere volet) probatũiri haud est ambiguum. Porrò Indicum prior, Librorum, Quęstionum, atq; Articulorum, vna cum omnibus summatim pertractandis in singulis libris, seriem numerumq; edocebit. Atqui Articulorum quisque (id quod nosse, cum primis operæpretiũ fore existimauimus) membra plus minus tria complectitur: è quibus primum obijcit, alterum respondet, postremum autem decidit. Hic nanque Index in eum est adornatus finem, vt festinanti Lectori, nihil, quod illi negotium faceſſeret, in inquirendo quod optaret, se exhiberet. Alter indicum demũ, rerum & verborum, ac Sententiarum vniuerso Operi, ceu flosculorum, insperſarum, cornucopiæ vberrimum est futurus. Quare inæstimabile hoc Opus haud ita magno compara, vtere, fruere, ac vine felix, Lector amice mi tu. Salmanticæ Sexto Calendas Maias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶LIBER PRIMVS, EDISSERIT DE IVRE SEV legibus,quæ suprema sunt Iustitiæ regu la:hoc est de lege naturali & huma na,ab æterna deriuatis:p quas homo ad finem naturalē destinatur.

PRoœmium Operis. Pagina.1.
Operis Titulus ac Diuisio in Li bros decem:atq; adeò summa tim quid in singulis disceptetur.pagina.2.
¶Liber porrò primus in Quæstiones secatur Septem. pagina.2.
¶Prima agit de lege in cōmuni: Complectitur autem Articulos quatuor.pag.eadem.
Primus,An vlla definitionum Legis à Doctoribus constitutarum legitima sit, scisciatur.ibidem.
Secundus,Vtrùm ne lex semper in cōmune bonum destinetur.pag.6
Tertius,Sitne cuiuslibet ratio,legis effectrix. pagina.7
Quartus,Nunquid promulgatio sit de ratione legis.pag.9
¶Quæstio secunda,De legis effectibus,Articulos sortitur duos.pag.12
Primus,An effectus legis sit imperādo ac vetando reddere homines bonos.pag. eadē.
Secundus,Nunquid legis actus congruenter assignentur.pag.15
¶Quæstio tertia,De lege æterna,Articulis absoluitur quatuor.pa.16
Primus,An lex æterna à naturali,humana,ac diuina distinguatur.pag.eadem.
Secundus,Nunquid nam lex æterna sit summa ratio in Deo existens.pag.17
Tertius,Vtrùm leges vniuersę ab æterna promanent,an non. pag.18
Quartus,Creatāne cuncta,tā necessaria quā contingentia,æternæ legi subijciantur.pagina.20.
¶Quæstio quarta,De lege naturæ, articulos sibi vendicat quinq;.pag.25
Primus,An lex naturalis sit habitus in nobis existens.ibidem.
Secundus,Annè lex naturalis complura contineat præcepta.pag.24
Tertius, Omnesne virtutis actus sint de lege naturæ.pag.26
Quartus,Nūquid lex naturæ cunctis sit mortalibus vna. pag.28
Quintus,Vtrùm lex naturæ mutari abolerique posit,an non. pag.30
¶Quæstio quinta,De lege humana in genere:articulos habet quatuor.pag.31
Primus,An præter legem naturæ necessariæ nobis fuerint humanę.pag.eadem.
Secundus,Omnisne humana lex à naturali deriuetur.pag.33
Tertius,Nunquid legis humanę qualitates rectè ab Isidoro describantur.pag.35
Quartus,Conuenientérne Isidorus & qui illū sequuntur,ciuiles leges,iusq; humanum diuidant.pag.37
¶Quæstio sexta,De potestate legis humanę: articulos comprehendit octo.pag.39
Primus,An lex humana in communi debeat constitui.pag. eadem.
Secundus,Vtrùmne ad legem humanam pertineat omnia vitia cohiberi. pag.40
Tertius,Nunquid lex humana omnium virtutum actus præcipiat.41
Quartus,Lex humana imponátne subditis necessitatem in foro conscientiæ. pag.43
Quintus,Vtrum omnis pœnalis lex obliget ad culpam,an non.pag. 48
Sextus,Lexne pœnalis in foro conscientiæ ante iudicis condemnationem obliget ad pœnam.pag.51
Septimus,Omnes subijciantur legi nēcne. pagina.61.
Octauus,Subditóne liceat præter verba legis agere,necne.pagina.63
¶Quæstio septima,De mutatione & varietate legis humanæ,Articulos continet tres pagina.65
Primus,An lex humana debeat quoquo pacto mutari.pag.eadem.
Secundus,Vtrum consuetudo vim legis obtinere valeat an non.pag.67
Tertius,Nūquid Rectores multitudinis in legibus dispensare possint.pag.69

¶Liber secundus.

SEcundus,De lege diuina,qua ad supernam fœlicitatem promouemur:in Quæstiones finditur nouem.pag.73
¶Quæstio prima,De lege veteri:continet articulos quatuor.pa.eadem.
Primus,An præter naturalem legem & humanam quæ ab æterna derivantur, fuerit diuina hominibus necessaria.ibidem
Secundus,Anne lex vetus fuerit bona.pagina.75.
Tertius,Nunquid lex illa soli debuerit populo Israel poni, illumque duntaxat obliga

re.pag.79
Quartus,Vtrùm lex vetus congruenter data fuerit tempore Moysi, an non, pagina.83
¶Quæstio secunda,De pręceptis legis veteris in genere:Articulis constat tribus. pagina. 84
Primus,An lex vetus vnicum tantùm contiuerit præceptum.pag.eadem.
Secundus,Vtrúmne præceptorum legis veteris trina sit differentia:nempe moralium, cæremonialium, atque iudicialium.pa.86
Tertius,Nunquid lex vetus ad sui obseruantiam per temporalium præmissiones & comminationes debuit suos subditos inducere.pagin.89
¶Quæstio tertia, De moralibus præceptis Articulis superbit duodecim.pa.91
Primus,An omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.pag.eadem.
Secundus,Num præcepta moralia legis sint de omnibus actibus virtutum. pa.93.
Tertius,Nunquid omnia præcepta moralia veteris legis ad decem Decalogi reducantur.pag.95
Quartus,præcepta Decalogi cōuenienterne distinguantur.pa.96
Quintus,Vtrum præceptorum Decalogi numerus congruat,an non.pag.98
Sextus,Præceptā Decalogi debitóne sint ordine dispositā.pa.100
Septimus,Præcepta Decalogi cōgruenti modo tradantur,necne.pag.101
Octauus,Præcepta Decalogi sintne dispensabilia,an non.pag.103
Nonus,Num modus charitatis cadat sub pręcepto.pa.109
Decimus,Modus charitatis cadátne sub præcepto diuinæ legis necne.pag.111.
Vndecimus, An alia præcepta moralia quæ extra Decalogum vagantur, congruenter tum distinguantur, tum etiam ad eundem reducantur Decalogum.pag.115
Duodecimus,Num præceptā moralia veteris legis iustificarent.pag.117
¶Quæstio quarta, De præceptis Decalogi in singulari: Articulis conficitur sex. pagina.124
Primus,An pręcepta Decalogi sint præcepta iustitiæ.pagina eadem.
Secundus,Nunquid primum præceptum Decalogi congruenti sit modo traditum. pagina.127.
Tertius,Secundum præceptum conuenienti sit forma positum,an non.pag.125
Quartus,Vtrùm tertium præceptum de sanctificatione Sabbathi sit rectè positum, an non.pagina.127.
Quintus,An quartum præceptum de honorandis parentibus congruè tradatur. pagina.134.
Sextus, Nunquidnam sex reliqua præcepta conuenienti ordine & modo tradantur. pagina.135.
¶Quæstio quinta, De pręceptis cæremonialibus:Articulis est contenta quatuor. pagina.136.
Primus,An cæremonialia præcepta quadrisida fuerint: scilicet sacrificia,sacramenta,sacra,& obseruantiæ.pag.eadem.
Secundus,Nunquid singulis istis cæremoniarum speciebꝰ reddi possint legitimæ causę. pagina.138.
Tertius,Vtrum legis antiquę cęremoniæ,vel ante legem extiterint, vel sub lege iustificarent.pag.141.
Quartus, Cæremoniæ veteris legis sicne in Christi morte cessauerint,vt inde citra mortale crimen nequeant obseruari.pag.143.
¶Quæstio sexta, De iudicialibus mandatis: Articulos habet non plus duos. pagina.152.
Primus,Annè præcepta iudicialia rectè à cęremonialibus distinguantur.pag.eadem.
Secūdus,Vtrùm ne iudicialia præcepta cōuenienter sint in quatuor genera dispertita. pag.153.
¶Quæstio septima,De lege Euāgelica quantum ad eius substantiā, Articulis donatur quatuor.pag.156.
Primus,Vtrum lex noua sit lex scripta,an nē potiùs cordibus indita.pa.eadē.
Secūdus,Nunquidnā lex noua iustificet. pagina.158.
Tertius,An nō lex noua debuerit dari à principio mundi.pag.159.
Quartus, Lex noua sitne vsq; ad finē mundi duratura,necne.pag.160.
¶Quæstio octaua. De collatione legis nouæ cū veteri: Articulis perstringitur duobus: pag.162.
Primus, Nunquidnon lex noua sit veteris cōplementum.ibidem.
Secūdus,Lex noua grauiòrne sit quàm antiqua an non.pagin.165.
¶Quæstio nona,De his quæ in lege noua cōtinētur:Articulis est prædita tribus. pagina.166.
Primus,Annę lex noua actus exteriores sufficienti ordine instituerit.pag.eadem.
Secūdus,Nūquidnā lex Euāgelica interiores

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostros actus sufficienter composuerit.pagina.169.
Tertius, Vtrúmne congrue lex Euangelica consilia nobis quædam adiecerit.pag.171

¶ Liber Tertius.

TErtius, De iure, quatenùs obiectũ est iustitiæ:deq; virtutis huius substantia & sibi annexis, ad iustitiam distributiuam vsq;: Quæstionibus gloriatur Sex.pag.174.
¶Quæstio prima,De iure: Articulos possidet quatuor.pagina eadem.
Primus,An ius sit obiectum iustitiæ.ibidem.
Secundus,Vtrum diuisio iuris in ius naturale & positiuum,sit genere congruens, an nõ. pagina.177
Tertius,Nunquid ius gentium sit idem cum iure naturali.pagin.178
Quartus,An non ius paternum ac dominatiuum & à iusto politico & inter se vlla ratione distinguatur. pag.181.
¶Quæstio secunda,De Iustitia:Articulos cõplectitur octo.pag.182
Primus,An definitio iustitiæ à iurisperitis sit recte constituta.pag.183
Secundus,Iustitia sitne virtus quæ habentem ad alterum ordinat.pagina.184
Tertius,Nunquid iustitia sit virtus.pag.185.
Quartus,Vtrũne iustitia sit in voluntate. pagina.186
Quintus,An non iustitia sit generalis virtus. pagina 187
Sextus, Iustitia particularémne habeat materiam,an verò circa aliarum passiones & materias versetur. pagina.191
Septimus,Nunquidnam medium iustitiæ sit medium rationis quæ actus, ius vnicuique suum tribuere.pag.193
Octauus,Iustitia inter morales virtutes sit eminentissima,necne.pag.195
¶Quæstio tertia, De iustitia:Articulis dũtaxat tribus expeditur.pag.201
Primus,An ne iniustitia sit speciale vitium. pagina eadem.
Secundus, Nunquid quicunque iniustum facit, eapropter censeatur iniustus,an nõ? pagin.202.
Tertius,Vtrúmne quis possit iniustum pati volens.pagin.204
¶Quæstio quarta, De iudicio: articulos sibi vendicat sex.pagina.206
Primus,An iudicium sit actus iustitiæ,an non pagin.eadem.
Secundus, Nunquid iudicare sit licitum, an non.pag.208
Tertius, Anne iudicium temerarium,putà ex suspicione procedens, sit licitum. pagina.209.
Quartus,Dubia sintne in meliorem partem interpretanda.pag.214
Quintus,Vtrum semper sit secundum leges scriptas iudicandũ,an non.pag.216
Sextus, Nunquidnam vsurpatum iudicium sit semper peruersum.pag.218
¶Quæstio quinta.De diuisione iustitiæ: Articulos vult quatuor.pag.220.
Primus, An particularis iustitia rectè in distributiuam & commutatiuam diuidatur. ibidem.
Secundus,Nunquid idem sit medium distributiuæ ac commutatiuæ iustitiæ,an non. pagin.222
Tertius, Vtrúmne eadem sit materia distributiuæ ac cõmutatiuæ.pag.224
Quartus,eademne sit vtriusque iustitiæ forma,necne.pag.226
¶Quæstio sexta, De acceptione personarum: Articulos sibi poscit septem. pagina.229
Primus, Vtrùm personarum acceptio,iustitiæ distributiuæ contraria,crimen genere suo sit mortale.pag.eadem
Secundus,Nunquid in spiritualium dispensatione possit acceptio personarum contingere.pag.230
Tertius, Beneficiorum pluralitas sitne iure permissa.pag.240
Quartus,An in collatione secularium magistratuum subesse possit crimen acceptionis personarum,an non.pag.245
Quintus,Nunquidnã in iudicijs dicendis interuenire possit, personarum acceptio.pagina.249
Sextus, An non in priuatis honoribus deferendis interuenire, possit personarum respectus.pag.251
Septimus,In tributis exigẽdis peccarine possit acceptione personarum.pag.253

¶Liber Quartus.

QVartus, De præambulis ad iustitiam commutatiuam:nempe de dominio ac restitutione:Quæstiones sibi sumit Septem. pag.256
¶Quæstio prima,De dominio in genere: Articulis constat duobus.pag.eadem.
Primus,Vtrùm dominium idem sit quod ius & facultas rerum,an non.ibidem.
Secundus,an non tantùm Deo, intellectualibusque ac rationalibus creaturis competant rerum dominia.pag.261
¶Quæstio secunda,De rebus quarum homo est dominꝰ:Articulis explicatur tribus. pagin.263.
Primus, An rerum omnium quæ sunt in mũdo, sit homo iure aliquo dominus. pagin. eadem.
Secundus,Nunquid homo homini dominus esse posit.pag.265
Tertius, homo sitne vitæ suæ ac famæ dominus.pag.268
¶Quæstio tertia,De rerum diuisione, vnici est articuli.pagin.272
Vnus, An ne humano iure rerum dominia fuerint olim diuisa.pag. eadem.
¶Quæstio quarta,De peculiari quorundam dominio: duorum est Articulorum.pagina.276
Prior,An hominum quispiam totius sit orbis dominus.ibidem.
Alter,Nunquid Imperator sit dominus orbis.pag.279.&. 280
¶Quæstio quinta, De translatione dominiorum:articulis instituitur quatuor. pa.284.
Primus, Vtrũmne sua quisque voluntate, naturali iure valeat rei suæ dominium in alterum transferre.pag. eadem.
Secundus, Nunquidnam per ludum dominium transferatur.pag.288
Tertius,Per contractumne qui nullus est iure ciuili, transferatur dominium.pag. 293.
Quartus,An præscriptio dominium in possessorem transferat.pag.297
¶Quæstio sexta,De restitutionis substantia: Articulos continet quinq;.pag.302
Primus, Anne restitutio sit actus commutatiuæ iustitiæ.pag.eadem.
Secundus, Nũquid sit ad salutem necessariũ, rei quæ ablata est, restitutionẽ fieri.pagina.305.
Tertius, Vtrùmne omnia in vniuersum quæ quis vel ab alio abstulit, vel inuito domino retinet teneatur restituere.pag. 308
Quartus,satisne sit ad simplũ restituere qd iniustè sublatum est.pag.324
Quintus, Debeãtne aliquis id quod non abstulit restituere,an non.pag.328
¶Quæstio septima,De circunstantijs restitutionis:quatuor est articulorum.pag.329
Primus, semperne oporteat ei restitutionem fieri à quo res sublata fuit.pag. eadẽ.
Secundus,Ille qui accepit teneatur semper restituere,necne.pag.339.
Tertius,Vtrùm illi etiam qui nihil acceperũt restituere teneantur,an non.pag.344
Quartus,Nunquid qui debet,statim restituere teneatur. pag.349

¶Liber Quintus.

QVintus, De iniustitia,quę ex iniuriosa actione nascitur:nempe de homicidio & reliquis:Quæstionibus locupletatur duodecim.pa.354
¶Quæstio prima, De Homicidio: Articulis dotatur nouem.pag.eadem.
Primus,An aliquod viuentium quæ perfecta sunt,occidere liceat.ibidem.
Secundus,liceatne maleficos occidere . pagina.356
Tertius,Vtrùm sceleroſum hominem vnicui libet priuato occidere liceat,an nõ.pa. 360
Quartus,Nunquid clericis etiam maleficos liceat interficere. pag. 362
Quintus, Alteuine liceat seipsum occidere, an non.pag.365
Sextus,vtrumne liceat vitam pro defensione amici aut cuiuscunque virtutis exponere, necne.pag.367
Septimus,Nunquidnam liceat in aliquo casu interficere innocentem. pag.370
Octauus, Iusne sit vnicuique proprium inuasorem in sui defensam occidere,necne.pagina.371
Nonus, An qui casu alterum occiderit,fiat homicidij reus.pag.376
¶Quæstio secunda,De mutilatione mẽbrorum:trium est articulorum.pag.380
Primus, An quempiam suo mutilare mẽbro sit licitum.pag.eadem.
Secundus,Vtrumne liceat patri filios, aut dominis seruos verberari. pag.382
Tertius,Licitumne alicui sit carcere quẽpiam mancipare.pag.384
¶Quæstio tertia, De furto:Articulos continet sex.pag.383
Primus, An furti definitio sit bona . pagina eadem.
Secundus, Furtum & rapina specie differant necne.pag.388
Tertius,Vtrùmne furtum sit genere suo peccatum mortale.pag. 389
Quartus,Nunquid ei qui egestate premitur furari liceat.pa.396
Quintus, Anne rapina vllo pacto fieri possit citra peccatum.pag.397
Sextus, Rapina sitne grauius furto,an non.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pagina.400.
¶Quæstio quarta, De iniustia iudicis: Articulis peragitur quatuor.pag.401.
Primus,liceatne iudici eum qui sibi non subditur iudicare.pagina eadem.
Secúdus.An iudici liceat contra veritatē quā certò nouit,iudicare, quādo legitimè probatur contrariū.pag.403.
Tertius,Nūquid iudex ablq; accusatore possit quempiā iudicare. pa.407
Quartus,vtrumne iudici liberum sit pœnam iuris relaxare.pag.409.
¶Quæstio quinta,De iustitia accusatoris:Articulos possidet quatuor.pag.410
Primus, Anne quispiā teneatur aliū accusare.pa. eadem.
Secundus, Vtrùmne necessarium sit accusationē in scriptis exhiberi.pag.413.
Tertius,Nūquid accusatio per tria hęc redda tur iniusta,quę sunt calūnia,præuaricatio, & tergiuersatio.pag.414.
Quartus,An accusator qui in probatione defecerit,pœna talionis teatur.pag.415.
¶Quæstio sexta, De iustitia rei:Articulis fulcitur quatuor. pag.416.
Primus,Accusatóne liceat veritatē negare,an nō.ibid.
Secundus,Nūquid accusato liceat per calumniā se defendere.pag.418.
Tertius, An reo liceat iudicium per appellationē declinare,necne.pag.425.
Quartus,Vtrùm liceat cōdemnato ad mortē se quacunq; via defendere.pag.426.
¶Quæstio septima.De iniustitia testis:Articulis pertractatur quatuór.pag.430.
Primus,Vtrumne teneatur quandoq; homo testimoniū ferre,pag.eadem.
Secundus,Duorum vel triū testimonū, an iudicio sufficiat.pag.432
Tertius,Nūquid cauſpiā testimoniū citra eius culpā repellendum sit.pag.434.
Quartus,An nō testimoniū falsum semper sit peccatum mortale.pag.435.
¶Quæstio octaua, De iniustitia Aduocatorum:Articulos exigit quatuor.pag.437.
Primus,Aduocatus teneaturne gratis præstare pro ciuibus pauperibus in suis causis, pagina.eadem.
Secúdus,Vtrūne meritò sint aliqui ab aduocationis officio arcēdi.pag.439.
Tertius,Nūquid aduocato delictū sit iniustā causam defendere.pag.442.
Quartus,Licitūne sit aduocato pretio patrocinari,an non.pag.441.
¶Quæstio nona,De cōtumelia:Articulus declaratur tribus.pag.443.
Primus, an contumelia consistat in verbis.pagina eadem.
Secundus,Vtrùm contumelia, & generaliter conuitium, sit genere suo peccatum mortale.pagina.445.
Tertius,Nunquid debeat quisq; cōtumelias æquanimiter sustinere.pag.447.
¶Quæstio decima, De detractione, articulos postulat quatuor.pag.448
Primus, anne detractio sit denigratio alienæ famæ per occulta verba.ibidem.
Secundus, Vtrúmne detractio genere suo sit peccatum mortale. 450
Tertius,Nunquid detractio sit grauus omnibus peccatis quæ in proximum committūtur.pagina.454
Quartus, audiens volensque detrahentem, an mortaliter peccet.pag.456
Quæstio vndecima,De susurratione & derisione: articulorum tātùm est duorum.pagina.458
Prior,Vtrùm susurratio sit peccatum à detractione distinctum,an nō.pag.eadem.
Posterior, an ne derisio sit speciale pecatum à præcedentibus distinctum, atque adeò mortale.pag.460
¶Quæstio duodecima,De maledictione: articulis adornatur tribus.pag.462
Primus, Nunquid culpiam sit licitum alteri maledicere.eadem.
Secundus,an creaturæ etiam irrationali maledicere liceat.pag.464
Tertius, Vtrumne maledictio, peccatum sit genere suo mortale idemque detractione peius.pag.465.

TOMI PRIMI FINIS.

Tomus secundus.

¶ Liber sextus.

SEXTVS, disceptat de vsuris & contractibus,ac de cambijs: in Quæstiones distractus Tredecim. pag.467
¶Quæstio prima,de vsura: articulis exornatur Sex.pag.eadem.
Primus, an vsuraria mutatio genere suo sit peccatum mortale.pag.eadem.
Secundus,Nūquid ratione mutui aliqua possit expeti cōmoditas.pag.476
Tertius, Vtrúmne ratione damni emergentis aut lucri cessantis liceat mutuatori quippiam vltra sortem recipere.pag.482.
Quartus, Quicquid lucri pecunia vsuraria peperit, sitne restitutioni obnoxiū.pag.486.
Quintus,Liceâtne mutuo pecuniam accipere sub vsura.pag.493.
Sextus, Nūquidnam Mōs pietatis vsurarius sit.pag.497
¶Quæstio secunda,De generali ratione contractus emptionis & venditionis:Articulis enucleatur tribus.pag.500
Primus,An cōtractus emptionis & venditionis sit reipublicæ necessarius.pag.eadem.
Secundus,Nunquid negotiatio sit licita.pag.503.
Tertius,Vtrúmne rerum pretia,arbitrio mercatorū sint taxanda.pag.505
¶Quæstio tertia,De iniustitia quę in emptione & venditione cōmittitur, duorum est Articulorū.pag.508.
Prior,Nunquidnam licitè quis possit rempluris vendere quàm valeat.ibid.
Alter, Anne vitiū rei venditæ sic vēditionem reddat illicitā,vt necessariū semper sit illud detegere.pag.512.
¶Quæstio quarta, De emptione credito pretio, Articulos sortitur duos.pag.516.
Vnus,vtrùmne liceat rē cariùs vendere expectata,quàm numerata pecunia.eadem.
Alter,Anne liceat rē credito cariùs quā præsenti pretio vēdere, quādo rei dominus nō erat tunc venditurus.pag.520.
¶Quæstio quinta, De cēsibus:Articulis enodatur tribus.pag.522.
Primus,An censuū emptio ac vēditio sit vsuraria.ibid.
Secundus, Nunquid census tam tēporales q̄ perpetui sint liciti.pag.527.
Tertius, Vtrùm licita sit emptio censuum cū pacto retrouendendi.pag.529.
¶Quæstio sexta, De contractu societatis, Articulis est contenta duobus:pag.531.
Prior: Nūquid cōtractus societatis sit licitus. pag.eadem.
Posterior, An licitū sit pecuniā in societatem exponere saluo capitali.pag.533.
¶Quæstio septima,De cōtractu assecurationis:Articuli est vnius:pag.536.
Vnicus, Nūquid assecurationis cōtractus sit licitus.ibid.
¶Quæstio octaua, De cābio in genere,Articulis persicitur duobus.pag.537.
Vnus,Vtrùm ars campsoria sit licita, an nō. ibid.
Alter pluresne sint cābiorū species.pag. 539.
¶Quæstio nona, De cambio minuto, vnicū duntaxat vult articul.pag.441
Vnicus, Anne minutum cambium sit licitū. ibidem.
¶Quæstio decima, De cambio ratione loci & ratione temporis:sustinet articulos duos pag.542.
Prior, Nunquidnam cambium ratione loci sit licitum. ibidem.
Posterior,Vtrumne ratione temporis licitū sit cambij pretium. pag.544
¶Quæstio vndecima, De pretio soluendi numerata pecunia: gaudet Articulo vnico: pag.545
Vnicus, An campsori liceat,vt pecuniam in suo cambio consignatam in numero soluat,mereedem aliquam recipere.pag. eadē
¶Quæstio duodecima, De numorum cambio ratione diuersæ eorum æstimationis in diuersis locis aut temporibus: Articulis præfulget quinq;.pag.546
Primus,Vtrùm liceat pecuniam vnius regionis pro pecunia alterius vbi plus valet,commutare,an non.pag.eadem.
Secundus,An licitum sit monetarum cambium,quæ in diuersis locis propter copiā & inopiam totius generis monetæ, inæqualis sunt valoris.pag.549
Tertius, Nunquid cambiorum pretia inter campsores variari possint.pag.554
Quartus,Cābium ad incertamne solution is quantitatem sit licitum. pag.556
Quintus, Nunquidnon cambium huiusmodi, quid intercalatis ac prætermissis primis nundinis in alias subsequentes fit,sit licitū. pag.557.
¶Quæstio decimatertia, De reliquis cambiorum generibus, articul.finitur duobus pag.560
Prior, Vtrum cambia ad proxima loca eiusdem regni sint licita,necne. pag.eadem.
Alter, Nunquid cambia quæ licet ad primas nundinas fiant tempore & loco distantes, tamen quo longiùs distāt pretiosius sunt, sint licita.pag. 561

¶Liber Septimus.

SEptimus, De voto:quæstionibus adornatur Sex.pag. 563
¶Quæstio prima,de substantia voti: articulis excolitur tribus.pag. eadem.
Primus, An votum sit alicuius rei possibile, ad quam vi præcepti non tenebamur. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundus,Nunquid votum in solo voluntatis proposito perficiatur.pag.567
Tertius,Votum semperne fieri debeat de meliori bono.pag.572
¶Quæstio secunda, De voti vigore ac virtute:articulos vult quinq; pag.581
Primus,an omne votum obliget ad sui obseruationem.pag.eadem.
Secundus, Vtilene sit expediensque vouere. pag.592
Tertius,Nunquid votum sit actus latriæ siue religionis.pag.593
Quartus,Magisne sit laudabile & meritoriũ facere aliquid ex voto quàm absque illo. pag.595
Quintus,Vtrùmne votum per susceptionem sacri ordinis, perq; professionẽ religionis, fiat solenne.pag.598
¶Quæstio tertia,De his qui vouendi facultatem habent: duorum est articulorum.pagina.603.
Primus,an illi qui sunt alterius potestati subiecti,vouere possint.pag.ead.
Alter,Nunquid pueri religionis voto se possint obligare.pag.610
¶Quæstio quarta.De dispensatione & commutatione voti: articulos capit tres.pagina.613.
Primus,Vtrum ne in voto possit fieri dispensatio.pag. eadem
Secundus, An ne super voto solenni continentiæ religionis fieri possit dispensatio. pagina. 615
Tertius,Nunquid ad cõmutationem vel dispensationem voti requiratur prælati authoritas.pag.620.621.
¶Quæstio quinta, De religionis voto in particulari:articulos occupat quatuor. pagina.627.
Primus,An religionis votum ad statum perfectionis attineat.pag.eadem.
Secundus,Nunquid paupertas ad mendicitatem vsq; ad perfectionem vitæ monasticæ pertineat.pag.634
Tertius,Vtrùm votum castitatis sit de intrinseca ratione religionis,an non.pag.638
Quartus,Obedientiæ votum sitne de essentia religionis.pag.641
¶Quæstio sexta, De voto & continentia sacerdotum:duobus duntaxat articulis absoluitur.pag.643.
Prior, Nunquidnam ecclesiæ decoro & stabilitati, sacerdotale votum continentiæ congruens fuerit ac necessarium.pagina eadem.
Posterior,sacerdotalisne cõtinentia ab ipsis statim ecclesię incunabulis cœperit:an nõ?649

¶Liber Octauus.

OCTAVVS, De iuramento, quæstionibus tribus perficitur. pagina.657.
¶Quæstio prima, de iuramento, Articulis decem ornatur.ibidem.
Primus, Vtrùm iuramenti definitio sit bona. ibidem.
Secundus,Vtrùm iurare sit licitum.660
Tertius,Vtrùm congrue tres comites iuramenti assignentur.665
Quartus.Vtrùm iuramentum sit actus religionis siue latriæ.666
Quintus, Vtrùm iuramentum sit per se appetendum & tanquam res vtilis frequentandum.667
Sextus, Vtrũ liceat per creaturas iurare.670.
Septimus, Vtrùm omne iuramentum vim habeat obligandi.671
Octauus, Vtrùm maior sit obligatio iuramẽti quàm voti.684
Nonus, Vtrùm in iuramento fieri possit dispensatio. 685
Decimus, Vtrùm omnibus cuiuscunque conditionis liceat absque discrimine, quocũq; tempore iurare.686
¶Quæstio secunda, De periurio quatuor cõplectitur articulos.690
Primus, Vtrùm falsitas requiratur ad periurium.ibidem.
Secundus, Vtrum omne periurium sit peccatum.pag. 693
Tertius, Vtrùm omne periurium sit peccatũ mortale. 695
Quartus, Vtrùm liceat iuramentum ab eo petere qui peieraturus est. 704
¶Quæstio tertia, De adiuratione,articulos retinet tres.705
Primus, Vtrùm liceat hominẽ adiurare. ibid.
Secundus, Vtrùm liceat dæmones adiurare.708.
Tertius, Vtrùm liceat adiurare irrationabilẽ creaturam.714

¶Liber Nonus.

NOnus, De decimis ac simonia: quæstionibus ditatur octo.715
¶Quæstio prima, de sacrificio in genere:articulis fruitur quatuor.pag.eadem.
Primus, Vtrumne Deo sacrificare sit de lege naturæ

naturæ.ibidem.
Secundus, An soli deo sit sacrificium offerendum.pag.717
Tertius,Nunquid sacrificiorũ oblatio sit specialis virtutis actus.pag.719
Quartus,An ne vniuersi mortales ad sacrificia teneantur offerenda Deo.pag.720
¶Quæstio secunda, De ineffabili sacrificio altaris in particulari: vnum atq; alterum habet articulum.pag.721
Vnus,Nunquid sacrosanctum sacramentum altaris sit vere sacrificium.pag.eadem.
Alter,an altaris sacrificiũ pro pluribus oblatum perinde singulis ad satisfactionẽ prosit ac si dũtaxat offerretur pro vno.p.724
¶Quæstio tertia,De oblationibus & primitijs:Articulos obtinet quatuor,pag.731
Primus,An homines de necessitate præcepti ad oblationes teneantur.pag.eadem.
Secundus,Nunquid oblationes solis sacerdotibus debeantur.pag.734
Tertius,Vtrũne oblationes de rebus omnib⁹ que licitè possidentur facere liceat.pa.735
Quartus,Ad decimarum solutionem an homines teneantur.pag.738
¶Quæstio quarta,De decimis: artic. quarto persicitur,pag.740
Primus,Hominesne teneantur dare decimas ex necessitate præcepti.pag.eadem.
Secundus, An de omnibus teneantur Christiani decimas soluere.pag. 746
Tertius, Nunquid decimæ solis clericis debeantur.pag.748.
Quartus,Vtrũ clerici etiam ipsi decimis soluendis sint astricti,an nõ?pag.750
¶Quæstio quinta, De peccato Simoniæ in genere:duorum tantùm est Articulorum. pag.753
Vnus,An Simonia sit studiosa voluntas emẽdi vendendiq; aliquid spirituale,vel spirituali annexum.pag.eadem.
Alter,Vtrumne vitium Simoniæ genere suo sit peccatum mortale.pag.757
¶Quæstio sexta,De materia Simoniæ: articulos est nacta duos.pag.761
Primus,An quadoq; liceat pro sacramẽtis pecuniam seu dare,seu accipere.pa.ead.
Alter,Nũquid pro spũalibus actionibus dare accipereq; pecuniã sit licitũ. pa.767.
¶Quæstio septima,De Simonia,in sacerdotijs ac dignitatibus conquirendis,articulos est adepta tres.pag.771
Primus,An pro sacerdotijs atq; alijs præbendis quæ spiritualib⁹ sunt annexa,liceat pretium percipere.pag. eandem.
Secundus,Nunquid præbendarum permutatio absq; Simonia fieri possit,pa.776
Tertius,Vtrùmne liceat spiritualia pro munere cõferre,quod est vel a lingua, vel ab alio quouis obsequio.pag.778.
¶Quæstio quinta,De restitutione Simoniæ & pœna Simoniaci, Articulos sortita est duos.pag.782.
Vnus, An quis quid per Simoniã, vel datur, vel recipiat, sit restitutioni obnoxium. pag.eadem.
Alter,Nunquid nõ Sũmus Pontifex possit super pœnis simoniæ dispensare.pag.791.

¶Liber Decimus.

DEcimus deniq;, ac postremus, de statu,ordine,atq; residentia Prælatorũ,ac de horis Canonicis: Quæstionibus absoluitur quinq;.794.
¶Quæstio prima,De Episcopali institutore,& iure quo institutum est: Articulis cõtenta est quatuor.pag.eadem.
Primus, Anne episcopalis dignitas fuerit in ecclesia super sacerdotalẽ necessaria.ibid.
Secũdus, Nũquid episcopat⁹ sit ordo natura sua à simplici sacerdotio distinct⁹.pa.796.
Tert⁹.Episcopi inter se perinde ne differãt atq; ipsi à simplicib⁹ sacerdotib⁹.800
Quart⁹, Vtrũne institutio episcopalis dignitatis sit de iure diuino.pag.803.
¶Quæstio secunda, De episcopatu optãdo, ineundo,& conferẽdo, Articulos sibi vsurpat quatuor.pag.807.
Primus,Liceatne Episcopatum appetere,necne.pag.eadem.
Secundus, An Episcopatum iniunctũ liceat omninò recusare.pag.811.
Tertius, Nunquid oportet eum qui ad Episcopatum assumitur,esse cęteris meliorẽ. pag.814.
Quartus, Vtrùm episcopo liceat cura Episcopali deserta ad religionem se conferre. pag.817.
¶Quæstio tertia,De episcoporum residentia Articulos exposcit quatuor.pag.819.
Primus, Nũquid episcopi in suis diœcesibus residere iure diuino teneãtur. pagina.ead.
Secundus, An residentia episcoporum iure naturali fundetur.pag.829.
Tertius, Vtrùm episcopi iure, humano, hoc est, pontificio, residere teneantur, an non. pag.831.
Quartus, Aliqua emergerenè possit causa ob quam liceat Episcopo à grege sibi commis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

so abesse.pagin.833
¶Quæstio quarta, De vinculo & modo quo episcopi & sacerdotes tenemur sua bona dispensare:numero articulorum quinario concluditur.pag.842.
Primus, an episcopo liceat aliquid proprium possidere,an non.pag.eadē.
Secundus, Nunquid episcopi mortaliter peccent si bona ecclesiastica quæ procurant, pauperibus non largiuntur.pag. 844
Tertius, Vtrúmne episcopi ac reliqui sacerdotes verum ac legitimum habeant dominium fructuum Ecclesiasticorum qui in illos pro sua portione contingunt. pag.846
Quartus singularine iure teneantur episcopi prę secularibus diuitibus ad eleemosynarū subsidium.pag.856.
Quintus, Nunquidnam Ecclesiastico statui condecens sit inter alias possessiones castra, vassallosque ac iurisdictionem ciuilē habere.pag.858
¶Quæstio quinta, quæ nouissima, de clericorū debito officio:articulis clauditur fœliciter plus minus septem.pag.863
Primus, An inter officia eorū qui sacris initiantur,peculiare,ad quos omnes generatim tenentur,sit,constitutio Psalmos statutis horis persoluere.pag.eadem.
Secundus,Nunquidnam congruens sit,& decorum,vt horæ canonicę,Psalmorū, Hymnorumq; alio cantu psallantur.pag.871
Tertius, Vtrumne tam illi omnes qui sunt sacris initiati quàm qui titulum habent ecclesiastici sacerdotij, ad horas dicendas teneantur.pag.874
Quartus, anne ordo & modus sit aliquis persoluendo diuino officio necessarius,necne pag.879.
Quintus, Ad soluendum canonicè diuinum officium, requiraturne attentio.pag.883
Sextus, Episcopus & clericus id facere prætermittens quod facere tenetur,ad restitutionem,aut præbendæ,aut fructuum obligetur,necne.pag. 887
Septimus, isque postremus,qui omnibus finem ac colophonem imponit. Nunquid religiosi creati episcopi,ad obseruandas regulas teneantur,an secus.pag.892.

Indicis Prioris, qui Librorum, Quæstionum, & Articulorum, Finis.

INDEX ALPHABETICUS librorum decem de Iustitia & Iure Fratris Dominici Soto. Numerus paginam indicat. A. columnam priorem, B. vero posteriorem.

A
Abigeatus,furtum de grege dispersо.387.a
¶Abraham non suo merito,sed Dei misericordia electus est, vt inde Christus originem duceret.81.a
Abraham & Sara probabilius est fuisse fratres quàm fratrueles.108.b
¶Abrenuntiatio seculi non solùm diuino iure existit per Christum constituto, verùm ex iuris naturalis visceribus depromitur.631.a.b
¶Abrogatio quid sit:& vtrùm differat à dispensatione & irritatione.70.b
¶Acceptio personarum nomen est apud sacros interpretes latinitate donatum: quod & respectus personarum dicitur.229.b
Acceptio personarum est iniustitiæ crimen quo in distributione non causæ ad rē pertinentis,sed personæ ratio habetur:q̄ ideo genere suo mortale crimen est.230.a
Acceptio personarum non est qualitatē personæ considerare,quæ eius,vel meritū, vel crimen auget.230.b
Acceptio personarū in spiritualibus genere suo grauius est q̄ in temporalibus.232.a
Acceptio personarum tunc præ se fert manifestarium crimen quādo idoneo prętermisso eligitur indignus.233.b
Acceptionis personarū crimē dum magistratus indigno confertur ad restitutionē obligat,quæ facienda est populo.245.b
Acceptio personarum sæpe in iudicijs dicendis cōmittitur.250.a
Acceptionis iniustæ pœnam nemo ante condemnationem pendere tenetur.420.a
Acceptionis causa nouem modis potest aliquis esse.345.a
Acceptio rei trifariàm cōsideratur & dupliciter contingit.f.directè & indirectè,ibidem.
¶In actione praua aliter ratio mali consideratur quàm culpæ.351.b
¶Actus studiosus bifariàm censetur esse alicuius virtutis.592.b
¶Accusare quis & quando teneatur 411.a.b
Accusare excōmunicatis & infamib⁹ est semper prohibitum,licet dum crimen est reipublicæ pniciosū,denūtiare tenētur. 412.b
Accusare subditi suos maiores prohibentur & clerici in causa sanguinis.413.b
Accusationis forma est vt in scriptis fiat.ibid.
Accusatio tribus vitiatur,nempe calūnia,præuaricatione,& tergiuersatione.415.a
Accusatorem qui non habet,ab honoribus prohiberi non debet.408.a
Accusatore manifestarium crimen non indiget.ibidem.b
Accusatoris vicem habent infamia,& indicia, & clamorosa insinuatio.409.a
Accusatore opus non est vbi iuridica adest denuntiatio,sicut neque in fraterna correptione.ibidem.
¶Adam fuit princeps eo iure quo primus parens,atq; adeò totius orbis dominus.275.a
Adæ præuaricatione omnes pœnam mortis incurrimus.19.a.b
¶Adiurare quid sit.706.a.b
Differentia inter adiurationem & iuramentum.ibidem.
Adiurare potest superior sibi subditos in materia licita & honesta.ibidē. a
Adiuratio non actio eius est qui adiuratur: sed adiurantis.707.a
Adiuratio non idem est,quòd iuratio,ibidem
Et tamen aliquando captio iuramenti dicitur adiuratio. ibidem.
Adiurare Deum,& adiurare hominē in quo differunt.707.b.
Adiurare neutiquā licet dæmones per modū deprecationis.708.a
Per modum tamen cōpulsionis adiurare eos possumus.ibidem.b
Adiurare irrationalem creaturā, sic vt sermo ad eam dirigatur vanum est.714.b
Adiuraae irrationalem creaturam dupliciter iure possumus.ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Admonitio nulla requiritur cùm alicui de re propria accusare incumbit.431.b
Admonitio necessaria est,etiã si crimẽ reipublicæ sit pestiferũ,quando quis omni proculdubio certissimus sit per suam admonitionem emendandum fratrẽ, cessandum quæ publicum damnum.ibid.
Alioqui in ciusdẽ magnis sceleribus cõtra publicum bonũ reipublicæ absq; vlla admonitione ad iudicialẽ,seu accusationẽ, seu denuntiationem procedendum.ibid.
¶Adultera quæ falsam prolẽ marito supponit, quãdo, teneatur se prodere nè legitimos filios hæreditate defraudet.343.a. Et vtrũ teneatur cũ periculo mortis.ibid.
Adulterinus filius non semper tenetur matri credere,& ab se hereditatẽ abdicare.ibid.b
Adulter qui ex aliena vxore prolem suscepit quam ipsa marito supposuit,non tenetur rigore iustitiæ eidem marito ad restitutionem.344.a
¶Aduocandi potẽtia siue in sensu interiori siue exteriori carens,neutiquam patrocinari potest.439.b
Aduocatorum iniquissimus vsus impingentium testibus crimina quæ neq; suspicantur.435.b
Aduocati falsa crimina testibus impingentes præter illam quam personæ irrogant,reipublicæ quoq; iniuriã inferunt.ibidẽ.
Aduocatus nõ semper causæ pauperũ gratis patrocinari tenetur.438.a
Aduocatus etiam citra extremã necessitatem tenetur præstare pauperi patrociniũ in graui & vrgenti de superfluo,tam eius possibilitate,q̃ pauperis necessitate pẽsata. ibid.b
Aduocati requisita dignitas.ibid.
Aduocatus qui sciens iniustam causam defendit, & mortaliter contra iustitiam peccat, & ad restitutionem tenetur.440.b
Aduocato quoq; licitũ sit dubiã & infirmiorẽ causam defendendã suscipere.440.b
Aduocatus clientis causam ap̃pdere debeat, necne.ibid.b
Aduocato licitum est suum patrociniũ pretio æstimare,sed tamẽ per improbitatẽ aliquid vltra modũ extorquẽs,mortaliter cõtra iustitiam peccat.441.a
Aduocatorum pretium duplex.ibidem.b
Aduocatorum improbitas immoderata quæ sit.ibidem.a.&.b
Aduocatus de litis quota, aut de certa a quãtitate sub cõditione victoriæ pacisci nõ potest, sed de certa quantitate,in vtrãuis partem causa euaserit.442.b
Aduocati testis & iudicis discrimen quãtum ad recipiendam mercedem.443.a.
Aduocationẽ excellẽtia dignitatis, aut orbitas aliqua reddit indecẽtẽ,nisi adsit necessitas.441.a.
Aduocationis officiũ qui absq; vlla iuris peritia & negotiorũ experientia exerceret, nõ esset à mortali culpa immunis. ibidem.
¶Affirmatio omnis negationem includit, non ẽconuerso.102.a
¶Agere contra conscientiam, intrinsecè est malum.406.b
¶Aggressio quando sit, quando ve defensa, arbitrio prudentis dijudicandum est.373
Aggressorem occidere licet eligendo tanquã medium eius mortem,dum modo sit necessarium.372.a
Aggressorem occidere tenetur inuasus quãdo ipsemet est reipubi.necessarius.374.b
Aggressorem occidere non potest inuasus quando aggressor est reipublicæ necessarius.ibidem.
Aggressionis tres ordines.ibidem.
Aggredi & præuenire hostẽ,scelus est.373.a
¶Ambrosij factum vt se infamaret nè eligeretur in episcopum.271.a
Amicitia pecunia non æstimatur, ac subinde in mutuo illam conquirere non est vsura.477.a
Amicitiam turpem in mutuo intendere,non est vsura.477.b
Amicitia præstantius bonum est quàm fama & honor.459.a
Amicitia,fama,& honor,non sunt virtutes neque spiritualia bona,sed virtuti agnata.ibi.
Amicitia quę de bono honesto proficiscitur, verè est amicitia:quæ verò de vtili & delectabili.secundum quid.ibidem.b
Amicitia finis est famę & germanior virtuti quàm illa.ibidem.
Amicitiam aliquorum dissuere, vt ipse expulsi loco,in alterius sese insinuet amicitiã si illum nõ infamet,non est peccatũ.459.b
¶Angeli quibus rebus dominentur. 262.a.
Angelorum iuratio.690.b
¶Andabatarum pugna.361.b
¶Anima in corpus habet principatum dominicum.257.a.b
Anima operã dæmonis corpus resumere nõ potest.709.b
Animalia bruta homini in multis deseruiunt, 270.a. b.
¶Antichristi tyrannide defecturi non sunt Christi proceres,qui pro fide atrocissimas mortes oppetent. 161.b
¶Anti-

¶Antistitem appetere eum qui ecclesiæ est magis idoneus,laudabile est,etiã cum formidine aduersæ valetudinis. 814.b. vide, Episcopus.
¶Antiphonas primi Græci composuerunt. teste Isidoro.873.a
¶Apollonia q̃ se in rogum coniecerit excusatur.367.a
¶Apostoli singuli habebant iurisdictionẽ in vniuersum Christianorũ orbẽ.801.a.b
Apostoli à Christo fuere ordinati episcopi. 803.a.b
Apostoli docuerunt familiã Christianã omnẽ veritatẽ ad salutẽ necessariã.ibid.
Apostolis ratione status consilia necessaria erant.172.b
¶Appellare ad legitimũ iudicẽ licitum est ei qui iudicis grauamine premitur.425.a
Appellãs ad iudicem infidelem,excõmunicetur.ibidem.b
Appellare ad superiorem causa repellendæ aut differẽdæ iustitię,iniustũ est & iniquũ. ibidem.
Appellandi vsus in religionibus perniciosus. 426.a.
Appellare antiquitùs non licebat nisi intra biduum,aut triduum: modò verò indultũ est tempus decem dierum.ibidem.
Appellare tertiò super eodem articulo,interdictum est.ibidem.
Appellate tertiò Romę,iam introductũ. ibid.
Appellare à quocunq; iudicis verbo, stylus est nocentissimus & intolerabilis.ibid.b
¶Ars compsoria. Vide Cambiũ & Campsoria ars.
¶Archiepiscopus ex officio habet ordinare Episcopos.802.b
¶As dicitur omne totũ quod in duodecim vncias diuiditur.474.b
¶Assecurationis contractus omninò est licitus.290.a.b.&.536.a
Assecurationis contractus multis modis vitiatur,ibidem.b
Assecurationis contractus etiam in alijs rebꝰ quàm in mercibus,licitè fieri potest.537.a
Assecurationis cõtractus cum socio celebratus quo assecuratur sors illi in societatem tradita,vsuram sapit.534.a
¶Astrologi falsa sæpe vitia hominibus inferentes ferendi non sunt: sed tanquàm publici infamatores, essent in vltimas cruces adigendi.475.a
¶Astrologi non possunt pendelineationem & obseruationem cælestium corporum prospicere accidentarios eventus.712.b
Possunt tamen de affectibus naturalibus iudicare.ibidem.
Astrologi crimina reuelare non possunt, & quamuis possent,peccatum est reipub. perniciosissimum.713.a
¶Æthiopum seruitus quomodo illicita,vide, Seruitus.
¶Auaritia duplex est.290.a. sed latius.855.a
Auaritia inter iudicis delicta primas tenet. 246.b
¶Audacia apud sensuales homines pro indicio fortitudinis reputatur:& ideo fit,vt dũ factionibus perpetrãdis adhibetur, minùs de illa homines pudeant.400.b
¶Augustinus affirmat se vidisse in Italia stabularias mulieres quæ venenũ in caseo hominibus porrigentes, in iumenta conuertebant.709.a
¶Auferre alicui qppiã,stat dupliciter. 328.a
¶Auium tres sunt differentiæ.327.a.b
Auiũ venatio quarũ sit permissa. ibidem.b

B

Baptisma verisimile est institutũ à Christo cùm à Ioanne baptizatus est,non ipso facto,sed verbo.144.b.&.145.a
¶Beatæ,quas sic appellamus, votum solẽne emittunt q̃ clausuram seruãt,nõ alię.639.b
¶Bellum ex vtraq; parte non esse iustũ nisi forte ignorantia adsit.371.a
Bellum ex triplici capite iniustum esse potest. 398.b
Belli tumultus quàm pernicioſi sint saluti reipublicæ.ibidem.
Belli publici subditi num causas inquirere debeant.391.a.&.399.a
Bellandum vt in pace viuatur.6.b.&.200.a. &371.a
¶Benedicere irrationales creaturas, cõtingit in ordine ad hominem.465.a
Benedicere Deo quid sit.463.a
Benedictio per se proprie in solam potest ferri rationalem, aut intellectualem creaturam.464.b
Benedictionis relatio irrationalijũ creaturarũ in hominẽ,tribus modis cõsideratur.465.a
Benedictionem vulgò poni impreeatio est. 463.a
Benedictio vendi non potest.775.b
Benedictio ad professionem non semper est necessaria.589.b
Benedictio terminorũ,cãpanarũ,&c.465.b
¶Beneficia ciuibus & qui inde sunt oriundi distribuere æquum est:etsi extranei præstantio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtantiores meritis aliquando inueniantur. 237.b.
Beneficia nō ſunt conferenda pueris. 240. b
Beneficia plura habere talibus poteſt ornari circunſtantijs vt licitum ſit. 241.b
Beneficiorum pluralitas incommoda multa adducit. ibidem. &. 242.a
Beneficia eccleſiaſtica non dantur prælatis, vt præmia: quia boni ſint, ſed vt bene præ ſint. 821.b. &. 822.a
Beneficia plura citra diſpenſationē quæ poſſint obtineri, & quæ non. 243. a.b
Beneficia quæ reſidentiam requirunt etſi curam non habeant animarum, non debent eidem coaceruari. 243.b
Beneficia quæ curam habent animarum non poſſunt tutò in conſcientia plura poſſideri. 244.a
Beneficiorum mutatio aſcenſus gratia, vitanda. 236.b
Beneficiorum dominus non eſt Papa. 239.a Vide, Papa.
Beneficium reſignans vt indigno conferatur, peccat. 240.b
Beneficium propter officium datur. 232.a
Beneficium poſſidentis iniuſta ſententia, reſtitutioni eſt obnoxius. 217.b
Beneficium quod ſit ſpirituale, quod verò minimè. 749.b
Beneficium curatum non annectendum monaſterijs. 750. b
¶Bigamus cur irregularis. 50.b
¶Blaſphemia eatenus nefanda eſt quòd hac forte de cauſa Deus in lege eam non nominauit. 127.b
Blaſphemia gñe ſuo peior eſt periurio. 695.b
Blaſphemia grauior multò eſt culpa apud Deum quàm homicidium. 697
Blaſphemiæ pœna antiqua. ibidem.
Blaſphemia Deo vindicāda relinquitur. 41.b
Blaſphemiæ prohibitio. 117.a
Blaſphemo lingua abſcinditur. 382.a
Blaſphemia furto grauior. 390.b
Blaſphemus quando ſit detractor, vel deriſor. 461.a
Blaſphemus quādo ſit creaturis maledicens. 465.a
¶Bonū dupliciter dicitur ſimpliciter bonū. 215.b
Bonum commune priuato præſtat. 72.b
Bonum nomen melius diuitijs multis. 319.a
Bonum intellectus quomodo præſtat voluntati bono. 215.a
Bonitas quid ſit. 188.b
Bonus paſtor quo pacto animā ſuā pro ouibus ſuis ponere debeat. 834.b. vide Epſ.
Bonus vnuſquiq; ſemper preſumitur, niſi oppoſitum probetur: quando res non vergit in detrimentum alterius. 442. a
Bona eccleſiaſtica quare prohibeantur alienari. 286.b
Bona eccleſiaſtica quo anno partita ſint. 848 b. vide, Diuiſio.
Bona eccleſiaſtica multa ſunt in titulum ſecularem tranſlata, pauperibus nō ſunt obnoxia. 855.a
Bona eccleſiaſtica eſſe pauperum quomodò intelligatur. ibidem. b.
Bona animæ triplicia. 308.
Bona animę q̄ poſsūt & debēt reſtitui. ibid. a
Bonorum animę diuiſio. ibidem.
In bonorum temporalium defenſam licet latronem occidere. 375.a
Bonorum noſtrorū triplex eſt genus. 270.a
Bona incerta authoritate Papæ pauperibus addicta ſunt. 336.a
Bonorum præceptio nontā latè patet quàm malorum prohibitio. 102.a
¶Bulla nulla diſpenſat circa religionem & caſtitatē. 624.b
Bullæ irregularitatem non tollunt. 364.b
Bullæ cruciatæ compoſitio. 335.a

C

Calumniator eſt qui vel falſum crimen imponit, vel occultum in iudicio propalat. 434.b
¶Cambire cambium. 538.a
Cambiū quid ſit. ibid. & quomodò ab arte cāpſoria, ſeu numularia differat. ibidem. b
Cambiorum plura mala. ibid. 543.a.b
Cambij multiplex cōſideratiō, & quomodò à cæteris cōtractibus differat: & de eius diuiſionibus, & de Cambio ficto. 539.b. & 540.a
Cambiorum formę & modi ad tria capita reducuntur. 538.a
Cambium minutū quomodò licitū, & quomodò illicitū. ibidē. a. &. 540.a.b
Cābiū p literas. 540.a. &. b. latiſsimè. &. 541.b
Cambiū per literas in quo trāſmiſsio pecuniæ vera nō fit, niquā vſurā cōtinet. 543.a
Cambire diuerſas monetas ſecundùm metalli naturam, etiam ſi parum aliquid ſupra valorem ſignati numiſmatis recipiatur, iniquum non eſt. 541.
Cambiorum pretium quibus de cauſis legitimè augeri poſsit. 555.a

Cam-

Cambire numiſmata, qua ratione numiſmata ſunt, nōnullo ab alterutra parte conceſſo alteri pretio, licitum eſt. 539.b. & hoc etiam inter priuatas perſonas. ibid. a.b
Cambire an liceat numos eiuſdem ponderis & numeri, valoris tamen diuerſi in diuerſis regionibus. 547.a
Cambire pecuniam inferioris gradus auri, vel argenti cum alia ſupetioris, citra compenſationem, iniquitas eſt. ibidē. b
Cambire monetam hac lege etiā ſi tempore ſolutionis auctus fuerit valor, ſecundùm priorem valorem pendatur, vſura eſt. ibidem.
Cambire ita vt eadem pecunia reddatur vbi plus valet: minimè licet. ibidem. &. 548. a
Cambire pecuniam ab vno in alium locū habito reſpectu copiæ vnius loci, atq; inopię alterius, licitum eſt: modò temporis ratio nulla habeatur. 551.a.b. &. 552.a
Cambium ratione temporis licitum eſſe non poteſt. 544.b. &, 557.b. Neq; ibi eſt aliqua ratio lucri ceſſantis. 558.a
Cambium duarum rerum in diuerſis exiſtentium locis, neutiquam fieri licet, ſi pluris in vno quàm in altero eſtimetur. 548.b
Cambij pretium legitimè variat abundantia vt raritas pecuniæ. 555.a. & etiam frequentia & raritas indigentium. ibid.b.
Cambium ad incertam ſolutionē etſi aliquo modo licitum ſit, non tamen tutum. 556.a &.b. &. 559.a
Cambij legitima ratio. 560.a
Cambia an ad proxima loca eiuſdem regni ſint licita. 561.a
Cambiendi mos Luſitanorum, & Caſtellanorum. 562.b
¶Cāpſoriæ artis radix & initiū vnde. 545.b
Campſor qui Metinæ pecunias numerat, iuſtè cum lucro illas Romæ recipit, etiam ſi ipſi campſori expediret illuc aſportare. 543. b
In campſore induſtria pluris valet quàm labor: imò ſine labore multoties pretium recipit. ibidem. a
Campſori licitum eſt aliquid recipere vt pecuniam in ſuo cambio conſignatam in numerato ſoluat. 546.b. non tamen vltra id quod lege taxatum eſt. ibidem.
Campſor dominium pecuniæ in illum cui dat transfert. 553.b
Campſor nullo modo licet ob nundinarum intercalationem & prætermiſsionem pretium recipere, imò neq; propter illud tempus quod inter cambium interiſtet, & proximorum nundinas. 558. &. 560. a
Campſor ratione lucri ceſſantis nihil recipere poteſt. 558.b
Campſorum miniſtri quomodo ſint in culpa, & ad reſtitutionem teneantur. 563. a.b
¶Cantus eccleſiaſtici non ſtudij ſed diuinæ laudis gratia inſtituti. 66.b.a. vide Horas.
Cantus eccleſiaſticus ſi eſt immodicus eſt vituperabilis. 874. a.b
¶Canonicus non tenetur vi iuramenti primū præſtiti, noua ſtatuta ſeruare. 694.b
¶Capellaniam ſtatuere ad celebrandas Miſſas pro infidelibus, error eſt. 730.a
¶Capituli, nauiganti, de vſuris, optima expli captio 241.a.b. & aliorum capit. vide expoſitio.
¶Carcerum effractoribus pœna capitis decernitur propter præſumptionem illatæ vis. 428.b.
Ad carceres condemnati, tenētur ibi manere & nō fugere niſi immineret periculū mortis vel corporalis ſupplicij. 429.a
Ad carceres, & ad mortem ſimul condemnari nullus iuſtè poteſt. ibid.
In carcere ſpectare mortē aliquando tenētur martyres ob confeſsionem fidei. ibid.
Carceres quare adinuenti. 385.a
Carcer perpetuus morti æquiparatur. ibid.
Careeri mācipare quempiam niſi reipublicæ aut principi nō licet. 384.b. & 385.a
¶Cardinalis epiſcopali fulgens dignitate potiùs tenetur eſſe præſens ſuæ Eccleſiæ quā Romæ. 242.b
Cardinalibus inhibitum eſt nè fiāt Epiſcopi. 836.b
¶Celare vitiū rei & tacere, maximè differūt. 514.a
¶Cœli cauſæ per ſe eſſe nequeunt actionum liberi arbitrij. 712.b
¶Cenſus quid, & vnde dictus. 523.a
Cenſus bifariàm conſtituitur. Alius enim eſt reſeruatiuus: & alius conſignatiuus. ibē. a
Cenſum realem fructuariumq; vnuſquiſque poteſt in ſuos bona cōſtituere, dummodò ſint libera, nō ſolùm via donationis, verùm etiā venditionis. 524.a
Cenſus realis annexam habet perſonalē obligationem. 525.b. imò bona ſuper quę cenſus cōſtituitur rationē ſolùm habēt pignoris & hypothecæ. ibid. 526.b
Cenſus realis non ſolùm conſtitui poteſt ſuper certis ſignatisq; bonis, verùm & ſuper indefinitis, imò & ſuper re cuius fructus cēſum non æquant. 526.a
Cenſum realem emens non fructus rei obligatæ emit, ſed ius exigendi cenſum. ibid

Cenſum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Censum personalem,vt pote quem venditor supra suam cõstituat personã, iustè quisq; emere potest.524.b.&.525.a
Census personales & super incertis bonis etiã non fructificantibus constitutos, Extrauagantes Martin.& Calix.nõ damnant.526.b.&.527.a
Censum pecuniarium iure etiam quisque potest super suis facultatibus constituere nõ solùm donationis forma,verùm etiam venditionis.524.a.&.b
Census super vsum pecuniæ constitui potest. ibidem.b
Census pecuniarij temporales temporis certi,cuius pensio maioris valoris est quàm sit pretium,suspecti sunt & relegandi.529.b
Census perpetui non modò licitè emuntur, verùm in illis minor est vsuræ suspicio quã in tẽporalibus.528.a
Census perpetui obligatio quando census cõstitutus fuit super incertis, & indefinitis bonis ad hæredes pertinet:si verò cõsignatus fuit super certa re,non nisi re illa permanente:qua perempta hæredes amplius non tenentur. ibidem.
Census seu perales licitè emuntur.555.b
Census vitalitius licitus.529.a
Census redimibiles licitè emuntur: apposita conditione,vt non membratim & per partes,sed totum simul redimatur.531.a
Censum emere cum pacto retroëmendi, nequaquàm fas est:putà obligando venditorem,vt eundem redimat eodem pretio, vel minori.530.a
Censum emere cum pacto retrouendendi, licitum est.ibidem.a
Censum emere cum pacto retrouẽdendi constituto tempore,tam illo ante quod nõ sit venditori redimendi facultas, q̃ illo,citra quod si non redimatur,nulla fiet vltrà redimendi facultas,sed census maneat perpetuus,licitum est. ibidem.b
Census quod pretium dicatur iustum. ibid.
Censum multæ conditiones iniquum reddũt. 531.a.b
Census ius quod recipiat partem pretij,quia concedit facultatem vendẽdi iniquum est. 528.b
¶Cæremonia vnde dicatur.87.a
Cæremonialia ac iudicialia præcepta per quã illationem à iure naturali descendant.92.b
Cæremonialia legis opera non conferebant gratiam sicuti nostra.120.a
Cæremonialia præcepta & iudicialia quare ad decalogum non pertinent.122.a
Cæremoniæ veteris legis quæ ad Dei cultum pertinebant,Christum & eius legem figurabant.137.a.b
Cæremonias veteris legis multiplices fuisse condecens fuit:quæ ad quatuor capita reducuntur.137.b
Cæremoniæ omnes veteris legis quæ ex debito fine ducebant suas causas,literalem & mysticum sensum habebant.139.a
Cęremoniæ & ritus apud omnes gentes semper fuere ad diuinum cultum ratione naturali magistra.141.a.Quinimò multi proceres fuere inter gentes quibus supernaturalem instinctum diuinus radius affulsit. ibidem.b
Cęremoniæ veteris legis à solis carnis sordibus corpus emundabant.142.a. cuius emũdationis ratio potissima erat in nostro mysterio posita.ibid.b
Cęremoniæ veteris legis an in Christi morte cessauerint.143.a.b
Cęremonias legis veteris nullo modo licet post Euangelij promulgationem obseruare.144.a
Cæremonialia obseruando quomodò fuerit Petrus reprehensibilis.150.a.b
De cessatione legalium dissidium Augusti.& Hieronymi.144.a.b
¶Cæsio syluæ vetatur in bonum reipublicę. 326.a.vide,Ligna.Sylua.
¶Cædens ligna in nemoribus alienis furtim quando teneatur ad restitutionẽ.325.b
¶Cedere bonis quando liceat.352.b
Qui bonis cesserunt quando teneantur ad restitutionem.353.a
¶Circuncisio non conferebat gratiam visacramenti, sed per fidem quam populus protestabatur.120.a
¶Charitas quid sit.109.b. ad præceptũ charitatis requisita.438.a
Charitatis actus bifariàm cõsiderãtur.112.a
Charitatis actus vt singularis virtutis est, cadit sub singulari præcepto.ibid.
Charitatis actus vt est vniuersalis modus omnium virtutum, non cadit sub præcepto. ibidem.b
Charitatis lex iuxta D. Thom. sententiam statim obligat cum quis limen rationis ingreditur.114.a
Charitas cum sit omnium aliorũ præceptorum finis quare astruatur vt singulare præceptum.113.a.b
Charitatis præcepto occurrente tenemur cũcta quæ tunc facimus in Deum referre vt in finem supranaturalem.115.a
Charitas non est titulus rerum possessarum. pag.265.a
Charitatis præceptũ dupliciter impleri.438.b
Charitatis lex & ordo quando nos obliget. 374.a.
¶Christus vt homo non est rex potestatis secularis.277.b
Christus nunquam iurauit.664.b
Christus idem regnum quo functus est ipse, reliquit vicario suo Papæ.278.a
Christus quomodo fuerit rex inquantũ homo.277.b
Christus secundùm quòd homo iure redemptionis est rex regni cælorum.ibidẽ.
Christus caput ecclesiæ ac perinde omnium munerum ecclesiasticorum exẽplar.796.b
Christianis turpius est iurare quàm antiquis.664.b
¶Clericus inquantum clericus nullus tenetur soluere decimas.751.a
Clericus quatenus seculari iure terras possidet seculares debitor est decimarum.ibi ẽ
Clerici possunt recipere stipendium sustentationis.762.b
Clericus diues potest pacisci de stipendio sustentationis cùm non est lege cõstitutum. ibidem.
Clerici in monasterijs cõstituti ad nullas horas cano.tenentur contra Panor.875.b
Clericus non est simoniacus cum tantùm distributionum gratia diuinis interest, peccat tamen grauiter.769.a
Non omnis clericatus vsq; ad primam tonsuram est de iure diuino.773.a
Clerici quatuor generibus bonorum tẽporalium fruuntur.847.b
Clerici nascenti ecclesia cœperũt in communi viuere.ibid.b. Vide,Episcopus.
Clerici licèt aliunde victum habeant idoneũ, possunt tamen de bonis ecclesiasticis viuere.856.a.
Clericorum multa sunt obsequia quibus sua stipendia merentur.ibidem.
Clerici denunciare possunt in causa sanguinis cum protestatione,&c.413.b
Clericis quare non licet malefactores occidere.& quo iure.363.a
Clericorum sacrilegæ extorsiones aduersus monachos.768.b
Clerici qui dicantur.364.a
Clerici qui petunt bonorum suorum restitutionem in iudicio dũmodo protestentur se id nõ facere ad vindictã & sanguinis effusionem:nõ incurrunt irregularitatẽ,licèt malefactores occidantur.379.b
Clericorũ votum castitatis,vide,sacerdos.
Clericatus omnis vsque ad primam tõsuram nõ est de iure diuino cõtra Caietanũ.773.a
¶Cognitio diuinorũ in se ipsis soli Deo & beatis competit: nobis verò nõ sic, quo loco genuina Pauli loca explicantur optimè.18.b
¶Cõmercia humana bipertita sunt.354.a
¶Cõmutationum alia voluntaria,alia inuolũtaria.225.b
Cõmutationis nomen non simplicè dationẽ, aut receptionẽ importat sed dare vt recipiant,recipere vt reddant ibid.
Cõmutatio volũtaria spontaneã quandã & volũtariã actionẽ tam ex parte offerẽtis q̃ recipientis importat.ibid.
Cõmutatio inuolũtaria,inuoluntariã supponit actionẽ tam ex parte patientis q̃ auferẽtis.ibidem.
Cõmutationes inuoluntariæ diuidũtur & in eas quæ occultè & ignorante domino per fraudẽ fiunt,& eas quæ per vlolentiã manifestè.226.a
Cõmutationes volũtariæ per sua quæq; mẽbra subsecantur.ibid.
¶Cõpensatio quæ sit facienda pro vita ablata.372.a
Compensatio in fama optimè potest fieri. 319.b
¶Cõmunes debẽt esse res quantũ ad vsus pertinet misericordiæ & liberalitatis benignitatem. 274.
Communitas rerum triplex esse põt.ibid.b
¶Cõmodatũ & mutuũ quo pacto differimnentur.342.a
¶Concilij Apostolorũ Actuum.15. explicatio.ibid.a
Cõclusio practica quò est singularibus vicinior,eò minus habet certitudinis.29.b
¶Condẽnato ad mortẽ licet fugere & se ab impedimẽtis expedire.427.a.&.428.a
Cõdemnato ad mortem iustè nõ licet instrumenta cõferre vt se vinculis expediat & fugiat.428.b
Cõdemnatus iustè vt fame pereat potest abstinere à cibis sibi oblatis cõtra volũtatem iudicis.430.a
Condẽnato à legitimo iudice iustè & iuridicè nõ licet se defendere.427.a
Cõdẽnato iniustè fas est iudici resistere, vbi tamen nõ scãdalũ daret,ex quo grauis perturbatio timeretur.ibid.
Cõdẽnatus legitimis testimonijs, sed tamen sine causa aliqua,quia est innocens, si non potest se defendere nisi inflictis vulneribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenetur obedire sententiæ iudicis.427.b
¶Confessi crimen proprium, super aliorum cõscientias nõ interrogentur, excepto crimine læsæ maiestatis & hæreseos.421.b
¶Consilium non habet rationẽ legis vtpote virtute carens coercitiua.16.a
Consilia multa sunt de iure naturæ.172.a
Consilia Euangelica atq; adeò omnia naturalia, ad tria reducuntur genera, scilicet, paupertatis, continentiæ, & obedientiæ. ibidẽ.
Consilia noua in Euangelica lege adhibita sunt virginalis puritas, & confirmato voto cuncta relinquere. ibidem.b
Consilia illa quæ sunt de iure naturæ sæpe accidit vt sint in præcepto.173.b
Consilia ideò censentur minima quia ad salutem non sunt necessaria.629.a
Consiliũ præstans vsurario vt sub vsuris mutuet ad restitutionem tenetur.492.b. Vide, Vsura.
¶Consulere minus malum quomodo liceat optima disputatio.494.b
¶Consentire facientibus dupliciter contingit.457.a
¶Consuetudo quid sonet.68.a
Consuetudo trina pollet virtute. ibid.a
Consuetudo & mos qualiter differant. ibidẽ.
Consuetudo ex seipsa vim legis non habet nisi quatenus à principis consensu dimanat. ibidem.b
Consuetudo ligat non solũ tanquàm signum promulgationis nouæ legis, sed aliquando etiam est signum quod olim talis viguerit lex.68.b
Consuetudo tam legis robur nãcisciturvt cõmuni hominũ iudicio & arbitratu peccatũ esset facere contra illam. ibidem.
Consuetudo quæ ex principis socordia, aut impotentia obrepit, legi non derogat. ibidem.b.
Consuetudo quæ ex animi feruore ac pietate tantùm ortũ habet, non habet vim præceptiui: nisi postea vti sub præcepto custodiatur.69.a
Consuetudo quæ illicitum habuit ortum legem potest antiquare, quin & apud posteros vim legis obtinere, nõ tamẽ quãdiu per actus prauos increbrescit.69.b
Consuetudo iurandi non est status peccati. pag.702.a
Consuetudo licèt sit causa iurandi magnumq; secum afferat peierandi periculum, tamen neq; ipsa per se peccatũ est: nec specie mutat iuramenti.702.a
Caieta. tamẽ ait q; si quis propter continuã consuetudinẽ tã verè quàm falsò in cõmuni locutione iurandi non aduertit, non excusatur à mortali.703.b
¶Consulens minus malũ ad maius euitandũ non obstringitur restitutione.897.b
¶Constitutiones prædicatorum, id ad quod obligant non habent rationem pœnæ, sed conuentionis.511.a
¶Contemplatiua vita sitne melior quàm actiua.813.a
¶Cõtractui quãdo deest solẽnitas iuris essentialis, põt quis legis vti beneficio.294.a
Contractus ferè omnes iure gentium sunt introducti.180.a
Contractus est actio inter duos ex qua vtrinque obligatio nascitur.500.b
Contractus & pactum non conuertuntur. pagin.501.a
Contractus strictè actus est iustitiæ. ibidem.
Contractuũ species septem sunt. s. emptio, cãbium, mutuatio, emphyteusis, cõmodatio, permutata cõmodatio, locatio. ibid.a.b
Contractus assecurationis, 536.a.b. vide Assecuratio.
Cõtractus cãbij 537. vide, cãbium, cambire.
Contractus emptionis & venditionis, 500. vide, emptio & venditio.
Contractus ab vsurario facti qui sint validi. 489.a. Vide vsurarius.
¶Contrahentibus quomodò liceat ad inuicẽ se decipere, 506.a.b.&.510.a
¶Contumelia à conuitio & improperio differt.445.a
Contumeliarum modi omnes sunt eiusdem speciei. ibidem.
Contumelia genere suo est peccatum mortale, idq; atrocius q̃ furtũ aut rapina.446.a
Contumeliæ grauitatem, quantitas furti exuperare potest. ibidem.
Contumelijs ferendis animum habere paratum vnusquisq; tenetur.447.a
Contumelias illatas quando ferre teneamur, quando repellere oporteat. ibidem.b
Contumelia peior est furto.446.a
Contumelianti respondendum est quando ratio correctionis fraternę id decere demõstrauerit.448.a
Contumelianti honori fidei, & religionis, religio est acriori respondere obiurgatione. ibidem.
Contumelianti quæ crimina liceat obijcere, quando resistere licitum. ibidem.
Contumelianti alijs, respondere semper est officium. ibidem.
Contumelioſus quis dicatur.444.a

Contumeliæ & detractionis discrimina.443 b.&.445.a.b
Contumelia propriè loquendo in verbo consistit.444.a.b
Cõtumelia extenso nomine, etiã in factis posita est, quatenùs rationem habent significandi. ibidem.b
Contumelia esse potest etiam si vitium quod propalatur peccatum non sit, quãuis huiusmodi sit insignior.445.a
Contumelia esse potest etiam si occultum vitium non detegatur. ibidem.
Contumelia illa maior est in qua vitia imponuntur. ibidem.
¶Conuitium vnde dicatur.445.a.
Conuitij iactatio, quę sit præter intẽtionem contumeliandi quæ culpa sit.446.a
Conuitiari eatenùs est virtus quatenùs inter limites moderatæ faciei continetur. ibi.b
¶Cor prima pars in qua anima viuit. 122.b.
¶Creaturæ omnes irrationales lege Dei æterna aguntur.21.b
¶Criminator à susurrone & detractore differt.460.a
¶Culpa leuis quæ sit & quæ grauis.32.b

D

Ædmonum potestas.708.b
Dæmones vera miracula facere nõ possunt. ibidem.
Dæmones tripliciter potestatem exercent. 709.a.
Dæmonum odium in Deum atque humanũ genus.710.b
Cum dæmonibus nullum licet inire cõmercium, aut societatem, aut pactum. ibidẽ.b
Dæmoniaci consortij tres sunt gradus.711.a
¶Damnum emergens quid sit.482.a
Damnum emergens quando mutuatori inuito emergit, iustè exigitur.483.a
Damnum emergens iustè petit qui mutuare cogitur. ibidem.b
Damnum emergens præuisum & formidatũ, qui rogatus mutuat iustè potest à principio in pactum ducere. ibi.b
Damnũ datum in re quæ erat in potentia, nõ est perinde restituẽdum, ac si fuisset in actu quisq; tenet ad integrũ refarcire.328.a
Damnũ dantes graue iunctim quomodò cõtrahant restitutionis debitũ, vide restitutio
¶Dationes licitæ triplices sunt.333.b
¶Debiti duplex est ratio, secundum quod aliqua res dicitur hominis.221.a
Debita incerta naturali iure in vsus reipublicæ cõmunes cedunt, vide, Restitutio.
¶Decalogus compendium fuit totius naturalis legis.76.a
Decalogi & reliquorum præceptorum discrimen.95.b.
Decalogus non expresiè continet principia de dilectione dei & proximi: sed quare hoc. pag.96.a
Decalogi præcepta distinguuntur in tria prima tabulæ & septem secundæ.66.b
Decalogi primum præceptum licèt negatiui formam præ se ferat, affirmationẽ tamen amplectitur.98.a.b
Decalogi præceptorum numerus congruentissimus est.99.a
Decalogus nullum continet præceptũ de virtutibus, hominẽ in ordine ad seipsum componentibus. ibidem.b
Decalogi præcepta recto ordine sunt disposita.101.a. Et cõgruẽti modo tradita.102.a
Decalogi præcepta omnia, tã primæ quàm secundæ tabulæ sunt prorsus etiã per Deum indispensabilia.105.a
Decalogi præcepta non omnia includũt modum charitatis: ita quod sit peccatum nisi in gratia fiant.112.a.&.113.a.b
Decalogi præcepta data sunt nobis vt legis capita: sapientibus autẽ cõmisit deus vt de alijs nos erudirent.122.a
Decalogi præcepta ante legẽ scriptã vtcunq; de iure gentium poterant censeri tãetsi nõ nisi naturali: post verò de diuino dicũtur. 38.b. vide præcepta decalogi.
¶Deceptio intra dimidiã iusti pretij, permissa est, non tamen licita.510.a
Deceptor quare ad restitutionem teneatur. 510.b.&.611.a.b
Decepto quare nõ det actio in iudicio, 511.a.b
¶Decimarum aliarumq; oblationum discrimen.741.a
Decimæ quo iure debeantur. ibi.a.&.b
Decimę ad iudicialẽ ordinẽ olim spectabant. ibidem.
Decimarum quota nõ exuperat iustũ ministrorum ecclesiæ stipendiũ, etiã si; tanquã veris dominis eis adiudicentur.743.b
Decimarũ quota nõ est de iure diuino.745.a
Decimæ an per desuetudinẽ abrogari possint ibidem.b.&.747.a.b
Decimæ quibus de rebus debeantur.746.b
Decimæ aliæ personales aliæ reales.747.a
Decimas à seruitoribus de sua mercede exigere, nisi mos omni memoria vetustior ad id cogat, non est æquitas. ibidem.b
Decimæ soluendæ sunt ab agricola ita vt nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

possit ante decimationem operas suas & sumptus huc semina excipere.ibid.
Decimæ personales nõ exigebantur in veteri populo:& quare.ibid.&.748.a
Decimas ex minutis oleribus &c. Leuitæ nõ exigebant,secus autem Pharisei.748.a
Decimas põ debet agricola;si rabiq; sua negligentia ante decimationẽ granũ ei sublatũ fit.ibid.b
Decimã totam debet soluere agricola anteq, vel burorum mercedẽ,vel Regis tributũ exciat.ibid.b
Decimas soluere in integrũ tenetur colonus alient fundi antequã pẽsionẽ excipiat quã agri domino soluturus est,nisi aliter inter eos conuentũ fuerit.ibid.
Decimarũ nõ tenetur mercenarius qui ex decimatis mercedẽ recipit.ibid
Decimarũ nõ tenetur dominus fundi ex suis prouentibus quos colonus post decimationem ei soluit.ibid.
Decimas petere clericis dũtaxat proprio iure competit merito suo.749.a
Decimas exigere nõ est idem quod res ipsas quæ decimantur petere.ibid.
Decimæ in lege noua non solum in clericorũ victũ,sed etiã in eleemosynarũ vbertatem prouentis cõseruuntur.749.b
Decimæ personales illi ecclesiæ debentur vbi quisq; parœcius est.750.a
Decimæ prædiales videtur debere eidẽ ecclesiæ vbi prædia iacent. At ecclesia mauult se ad consuetudinẽ referre.ibid.
Decimas soluere nõ tenentur infideles præter Iudæos.752.a
Decimarum prouentus rectè vendi possunt. 776.a
Decimæ decimarũ congruẽter Dei præcepto in veteri lege summo sacerdoti Leuitæ pẽdebant.ibid.b
Decimarum ius est mere spirituale.773.b
Decimaroni dominiũ ante earũ partitionem solum est penes clerum. 850.a. quo iure. ibidem.
Decimæ multarũ ecclesiarũ totæ sunt in titulum secularẽ transmutatæ.854.a.b
¶Defensa vitæ & bonorũ temporalium quã diu duret.375.b
Defendere aliquando pro vindicare.376.b
Ob defensam vitæ & bonorũ temporaliũ licet occidere.Vide,occidere,& aggressores
¶Deliberatio cõprehendit consilium,& sententiam.569.a
Deliberatio quãta sit necessaria vt votũ obliget.ibid.a.&.b
¶Delicta triplici via à iure præscripta cognoscuntur.418.b
¶Denuntiatio fraterna quinque modis distat à iudiciali.419.a
Denuntiatio iudicialis quomodo differat ab accusatione.ibidem.
Denuntiatus fraternè tenetur prælato veritatem fateri,nisi grauiter timeat q; eum tanquam iudex machinatur castigare. Alioquin ad confessionẽ cogi potest.ibidem.
Denuntians fraternè si sit persona omni exceptione maior valere potest pro teste in iudicio inde futuro.ibidem.
Denuntiatio duplex est.419.a
Denũtiatus fraternè si rebellis sit & citra spẽ emendæ,excõmunicationis sententia ab ecclesia coram testibus denuntiationis est separandus.419.b
Sicuti denuntiationem fraternã debet præcedere admonitio,sic inquisitionẽ specialem vel infamia vel expressa indicia.420.a
¶Depositarius tenetur negare depositum quando dominus petit in abusum iniuriosum.331.a.b
Depositarius omittens rem citra magnã culpam suam non tenetur ad restitutionẽ.ibi.
Depositio nõ est contractus. 502.a
Depositum habens si quid sua industria deposita pecunia lucratur restituere non tenetur.569.b
¶Derisio à cõtumelia,susurratione,& detractione differt.460.b.&.461.b
Derisio sub ludi forma scommata sua tegit. 460.b
Derisio frequentissimè in ironiã vertitur.ibi.
Derisionis materia quæ sit.ibidem,
Derisioni exponere peccatum alienum, aut naturalem defectum tanquam paruum, genere suo est mortale,si inde alter pudefiat. 461.a
Vitio quod æstimatur secundũ se magnum, paruum verò respectu illi⁹ cui obijcitur alĩ quem denotare,peccatũ est mortale. ibid.
Derisiones eiusmodi grauiora peccata sunt q̃ contumeliæ:et si in deum, aut fidem euomantur enormissima blasphemiæ crimina. ibidem.
Derisionis gradus,ibidem.
Derisio & suhsannatio fine conueniunt, modo differunt. ibidem.&.462.a
Derisor dei quis dicatur.462.a
¶Detinere rem alienam inuito domino peccatum est furti.387.b
Detinere rem alienam nullam addit malitiã supra accipere,sed est cõtinuatio peccati. ibi.
¶Detra
¶Detractio quid sit.449.a
Detractio respectu famæ,non respectu veritatis dicitur.ibid.b
Detractio genere suo est peccatum mortale 450.a.b
Detractio per accidens quę sit. ibid.b
Detractio per accidens quãdo virtus, quandoue peccatum sit. ibidem.
Detractionis vitiũ quomodo vniuersis commune sit.454.a
Detractio secundum genus suũ graulus peccatum est quàm furtum:leuius homicidio & adulterio.455.a
Detractio in indiuiduo leuius peccatum esse potest quàm furtũ & grauius homicidio. ibidem.b
Detractionis propriũ obiectũ, est ratio inuoluntarij.ibid.
Detractione pcior est contumelia. 455.b. & 456.a
Detractio est inuidiæ filia.ibid.b
Ad detractionẽ aliũ inducẽs,aut qui propter odium illa delectatur,grauius peccare potest quàm detrahens..456.b
Detractor quis dicatur propriè.449.b
Detractores quare homicidæ peculiariter dicantur.456.a
Detractor quæ verè sunt mala culpa dissemi nat.451.b
¶Detrahenti alijs nõ resistens quãdo peccat quandoyè excusetur.457.a
Detrahenti dum vera dicit nõ est contradicendum sed reprimendum est illi verbum. ibidem.b
¶Deum velle aliquid extra se stat dupliciter. 106.b
Deus qua ratione dicatur iurare.661. a
Deus nõ potest iurare per aliũ à se.ibid.b
Deus tribus modis in rebus existit.104.a.b
Deus aliqua necessariò vult.106.b
Dei legislatoris & humani discrimen. 107.b
Deus duas habet potestates in vniuersum orbem.107.b
Deus legitima iudicis authoritate vsus est vasa Ægyptiorũ ludęis tradendo.ibidẽ.
Deus forsan conciliauit animos Oseę & mulieris fornicariæ vt in matrimoniũ cõsentirent.ibid.&.108.a
Deus iubẽs Abrahę filiũ immolare neutiquã in homicidio dispensauit.ibid.
Deus non solum vt dominus sed vt iudex potest innocentem à culpa actuali occidere. ibidem.b
Deus solus gratiã cõfert quã non adimit: sed homo ipse per ,ppria scelera.46.b.
Deus potest occultè rem alienam alteri donare nõ tamẽ princeps nisi dicta causa & lata sententia.391.a.
Deus solus est dominus vitæ.269.b.
Deus cùm absolutus sit dominus vitæ nunquàm tamen hac vsus est potestate, aut in vitam aut in bona reliqua.ibid.
Deus nemini relaxat pœnam præter quam in sacramẽto nisi secundum opera & fructus pœnitentiæ.410.a.
Deo primùm ac propriè per excellentiam competit maledicere per modũ causæ effectricis.463.a.
Deum benedicere ac maledicere qd sit.ibid.
¶Diaboli appellatio qui illum cui maledicitur importet,vixà peccato mortali excusari potest.ibidem.
¶Diaconi ac subdiaconi olim cõcessum erat post susceptum ordinem nuptias celebrare.650.b
Diaconatus olim non habebatur vt ordo sacer.758.b
¶In die festo quæ sint licita sex modis venari possumus.132.a.b
Dies festus quomodo spirituales actiones ꝓmittat,ibidem.a.&.b
In die festo opera corporalia quæ fiunt, licet fiant pro mercede,festũ nõ violant.ibidẽ.b
In festo quomodo licet segetes metere & texere & multitudibus & alijs iter agere.133.a
Dies festus ad audiendũ sacrũ (quod Missam dicunt) obligat.Multi tamen ex varijs causis ab auditione excusantur.ibid.b.
¶Diffamans aliquem de vero crimine cõtra iuris ordinem necessarium qualiter & ad quam teneatur restitutionem.316.a
¶Differentia inter potestatem ecclesiasticã, & ciuilem quo ad vinculum vtriusque.46.b.&.47.a
¶Dignioris non est habenda ratio, quando quis sacerdotium instituit vt certis personis obueniat.237.a.b
Dignum se esse ad præsulandum præsumere debet nemo,nisi diuinitus fuerit attract⁹ 810.a.
¶Dilectionis adinuicem debitum nunquam cessat.306.b
Dilectio proximi nobis notior est ad sensum quàm dei. Hæc autem illius ratio & causa est.101.b
¶Diligẽdus est à nobis deus plus quàm nos ipsi.198.a
¶Dispensatio quid sit.70.b
Dispensandi munus tametsi plenariè penes solum legislatorem sit,interdum tamen in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferioribus competit.71.a
Dispensationis legitimæ causæ.ibid.b
¶Difficultas ex natura rei promisse orta ido nea potest esse dispẽsandi causa:secùs si ex habitu prauo vouentis proficiscatur. ibidem.
Dispẽsatio citra causam in his quæ sunt iuris diuini nulla est: secùs in his quæ sunt positiui.72.a
Dispensatio voti purè cõditionalis, si sit religionis,ad Summum Pontificem spectat. 591.b
Dispensatio voti pœnalis ad Episcopum po test pertinere.ibid.
Dispensat Papa cũ emptore cùm ei vẽdit beneficiũ eo ipso quod ipse vẽdit,& efficitur emptor verus possessor.793.b
¶Dissensio populi seminarium est hæresum. 824.b
¶Distribui nõ potest semper ciuibus secundùm æqualitatẽ meriti.323.b
Distributiua iustitia in actione qua homines in suam gratiam primùm recipit, nullum locum habet. Secùs in meritis condigni. 230.a
Distributio fiet à Christo diuinorum bonorum in die iudicij,non solùm secũdùm proportionẽ geometricã, verum & secundum Arithmeticam.223.b
¶Diuisio aliqua dominiorum iure naturali facta fuit. 274.a
Diuisionem primam rerũ quis fecerit. 273.b
Diuisionẽ rerum negare hæreticũ est. 274.a
Diuisio rerum externarum facta fuit iure gẽtium licèt posteà ciuili iuri plures accesserint. ibid.b
Diuisoriæ sortes licitæ sunt.290.a
¶Dominium incepit ab orbe condito.274.b
Dominiũ non est tam vsu frequens q̃ dominatus,ac dominatio.256.b
Dominiũ fundatur in libertate.258.a.b
Dominiũ non transfertur in necessitate extrema.260.b
Dominiũ quarũ rerum habeat Deus, quarũ Angelus,quarũ homo.261.b
Dominiũ quadruplex,naturale,diuinum, iurisgentium,& iuris ciuilis.263.b
Dominiũ& ius in regnũ,quod habuit Dauid diuinum positiuum erat.264.a
Dominium est habitudo inter possidentẽ & possessum.257.a.b.&.258.a
Dominij legitima definitio & explicatio.ibidem.
Dominiũ,vsus,& vsus fructus quo pacto differant.259.a
Dominiũ habere rerũ solis, vigentibus intellectu & libero arbitrio conuenit.261.b
Dominiorum innumera genera statuẽtes explodantur.263.b
Dominio multiplici abundat homo etiam iure humano.264.b
Dominiũ differt ab eius titulo.258.b
Dominij,ac iuris nomen, pro eodẽ vsurpari non debent.257.a
Dominij ac iuris,nihilo plus habet in rem alienam existens in gratia, quàm in peccato.264.b
Dominium an tranferatur per actum interiorem.285.b
Dominium duabus tantùm modis transfertur.ibidem.&.284.b
Dominiorum diuisio necessaria fuit in statu naturæ lapsæ.273.a
Dominium habet homo naturale, nõ solùm in omnes terræ fructus,verùm etiam quodam pacto in elementa cælestesque orbes.264.a.b
Dominiorum translatio omni iure fieri potest.275.b
Dominij translationis,definitio.284.b
Dominij,aliena definitio explodituꝛ.257.a
Dominij, correlatiuum seruitus. ibidẽ.
Dominus est homo honoris:& famę.270.a
Domini quibus Rex oppida cum nemoribus largitur,quas possint condere sanctiones circa nemora.326.a
Dominiũ an acquirat vsurarius in ea quæ per vsuram corrasit.486.b.&.501.a.b
¶Donatio facta absenti non obligat antequã alter acceptet,ideoq; reuocari potest sine iusta causa. 225.b
Donatio si fiat absenti solenniter & coram testibus, obliget necne, standum est iuri ciuili. ibidem.
¶Dubitare de bonitate alterius vbi coniecturæ ad prauum iudicium inclinant laude dignum est.213.a
Dubitare de bonitate alterius ex leuitate cõiecturarum culpa est.ibidem.
Dubitare de bonitate alteriꝰ citra assensum, aliquando mortale est.ibidem.
¶Duellum illicitum. 698.a

E

Ecclesia non tenetur de suis possessionibꝰ reddere decimas.752.b
Ecclesia aliquid potest facere spirituale quod priùs non erat:qđ ideo si vendiderit plus, tatione consecrationis q̃

nis quàm valèt, contra ius est diuinum & naturale.758.b
Ecclesia non perinde habet modò potestatem faciendi miracula ac in apostolis extitit.801.b
Ecclesia potest omnes dies festos quos ipsa stabiliuit tollere vel mutare,aut saltẽ factũ teneret.quod tamẽ scilicet non permittet. 131.a
Ecclesia quare olim multis fuerit temporaliũ dotibus à principibus ditata.860.a
Ecclesiæ licet immobiles possessiones nullo excepto genere habere.861.a.b
Ecclesiæ bona optimo iure ei concessa sunt, & qui contradiceret, malè audiret de fide. ibid.b
Ecclesiæ conducens non est vt casus omnes de quibus dimicatur sintne vsurarij, eius authoritate definiantur.500.a
Ecclesiastica bona non mirum si ob nimiam temporũ calamitatem quãdoq; à regibus exigantur.ibid.
Ecclesiasticis consentaneum fuit castra vassalosq; habere in possessionem sicut alias dotes.859.b.&.860.a
¶Eleazarus tanquã vir fortis absq; vlla reuelatione diuina elephantem impetiuit. 108.a
¶Eleemosynam conferre in pretiũ orationis simoniacũ est:nõ tamen si detur in sustentationẽ pauperum.769.b
Eleemosynàm qui extorquet simulata paupertate non tenetur ad restitutionem. 782.a
Eleemosynam pro vna Missa offerendam taxare vt sacerdotes sub anathematis cẽsura inhibeantur nè minorẽ recipiant, execrabile est.765.b
Eleemosynarũ modus putà quòd fiant in presentes pauperes, Deo gratissimus. 858.b
Eleemosynas petere in honorem sanctorũ & eas porrigere licet.718.b
¶Eligere dignioꝛẽ in foro conscientiæ & poli præceptum est.233.b
Elegit Christus non alium qui suus sibi vicarius succederet, q̃ omniũ tunc temporis Apostolorũ optimum.234.a.b
Eligere dignum prætermisso digniore mortale non est, etiam in rebus maioribus quando excessus meritorum non est tantus,vt videatur ad rem̃ multum pertinere. 235.b
¶Electi sunt à Christo domino homines literarum rudes ad Euangelicam functionem duplicj de causa.238.b.239.a
Electio vt canonica sit solidaq; ac valida habenda secundùm exterum ius fori,sa tis est eligere dignum.233.b
Electionem,dum non est aliud medium licet pretio ab indigno remouere & ad dignũ inflectere.766.b
Electionis spiritualis beneficij,antequàm fiat, non licet obstacula pecunia propellere: tamen electione facta licet iniusta impedimẽta per pecuniam remouere. ibidem.a
Electionem perimere Papa,vel inferior in fauorem dignioris non potest,si electus ille sit quem iura non repellunt.233.b
¶Elector ex debito officij tenetur explorare ac ponderare merita eligendorum & meliorem ecclesiæ tribuere.815.b
Electores non debent suo calculo indigno suffragari.236.b
Electores licitè possunt prætermittere dignissimum qui eligi nos potest,vt dignior eligatur.ibidem.b
Electores episcopi,an teneantur meliorem eligere.815.a
Electores episcopi quid ex officio suo explorare debeant.815.b
¶Emere an liceat minoris quã ipsa in se sunt, vtique licet si sunt in periculo.414.b
Emere merces, vt lanas anticipata solutione vilius quàm in præsenti foro væneunt licitum est:si tamen coniectura est tempore quo tradendæ sunt plus minusve valituras etiam si pretio à principio taxentur. 420.b.&.421.a
¶Emptio & venditio sunt contractus reipublicæ maximè necessarij. 502.a.b
Emptio & venditio vnus reputatur contractus.ibidem.b
Emptio est rei pro pretio distractio.ibi.b
Emptio ab emphyteusi & locatione differt. ibidem.
In emptione & venditione pretia rerum non secundũ earũ naturã æstimanda sunt, sed quatenus in vsus veniunt humanos. 505.b Vide,Pretium.
In emptione & venditione fraude vti & dolo hoc est pluris vendere vel minoris emere peccatum est ex genere mortale.508.b.a
Emptionis quidam pessimus contractus & vsitatus.522.a
¶Emptor qui substantiam rei, vel quantitatem, vel qualitatem agnoscit, venditori nescienti tenetur veritatem manifestare.513.a
Emptor agnoscens thesaurum esse in agro

Universidad de Deusto
Biblioteca

absconditū an iustè emat agrū à vēditore nesciente absq; mysterij reuelatione.515.a
Emptor personales sensus etiā super nudam personam constitutos emendo iniquitatē non cōmittit.525.a
¶Epiceia quid sit.70.b
Epiceia ad solum principē spectat:nisi quando difficilis ad eū esset aditus, aut instaret periculū apertū & subitum.ibid.
Epiceia vt differat à dispensatione.70.a
¶Episcopus in ieiunijs dispensare potest in diem aut breue tempus,non tamē per totam vitam.71.b
Episcopus idem q̄ superintendens.794.b.&.795.a.& episcpalis dignitatis necessitas.ibi.
Episcopus nō solū ad sacerdotū mores debet attendere, sed ad reliquum gregem.ibidē.
Episcopus iurisdictionibus sacerdotum superior est,non tamē in corporis, & sanguinis consecratione.ibidem.b
Episcoporum sacerdotumq; diuersitas vnde sumatur.797.a
Episcopum reliquis sacerdotibus dignitate præstare bifariàm intelligi potest.ibid.
Episcopus die dñica consecratur.798.b
Episcopale munus tria includit considerāda. ibidem.
Episcopus depositus si iterum in suum ordinem restauretur,nō opus habet denuò cōsecrari.798.b
Episcopus reali differentia discernitur à presbytero, licèt Hiero. contrarium videatur asserere.799.b
Episcopales dignitates non sunt specie diuersæ.862.a
Episcopus solum ex commissione habet ordinare episcopos.802.b
Episcopalis potestas natura sua semper fuit dignitas sacerdotali sublimior.797.b
Episcopalis dignitas perfectionem adhibet sacerdotio,quæ tamē perfectio sacerdotio accidentaria est.799.a
Episcopalis dignitass institutio prorsus diuina est.803.b
Episcopalis dignitas electę personæ nisi fiat clauo contra iura errante semper iure diuino confertur.806.a
Episcopalis dignitas non nisi propter officiū instituta est, ad quam veritatem designādam,semper in sacra pagina dignitas officij nomine,designatur.821.b
Episcopu indignus est, existens in peccato mortali.813.b
Epatum desiderare quo casu liceat.808.a.b
Episcopatum desiderare,quod Paul.ait,quomodò intelligatur.810.a.b
Episcopatum iniunctum,licitum sit recusare necne.812.a
Episcopatum acceptans cum animo perseuerandi in peccato mortali mortaliter peccat.813.b
Episcopatum non acceptans quia sic est affectuum pestè corruptus vt conscientiæ suæ turbulentiam pacare nequeat, non peccat.ibidem.b
Episcopatum desiderare vt ait Paulus quomodo intelligatur.821.b
Episcopatuum & beneficiorum mutationes maximè cauendæ sunt,aliquando tamē expediens est vt vnus episcopus ad aliam sedem commigret.236.b
Episcopatus non est ordo qui septem sacramentis cōnumeretur.798.a
Episcopatus appetitus si ad salutem animarum non referatur, genere suo peccatum est mortale.810.a
Episcopatus,nomen operis est non honoris ac proinde non episcopatus honor,sed opus amandum est.ibidem.b
Episcopi verum habent eorum dominiū quę iure seculari possident.845.
Episcopi & reliqui clerici sunt verè domini fructuum ecclesiasticarum possessionum. 899.a.b.
Sunt itidem domini decimarum portionis quam post factam diuisionem illis obtingit.851.a.
Episcopi arctiùs perstringuntur præcepto eleemosynæ quàm seculares.855.a.b
Episcopi debent ea quæ ad sua patrimonia spectant scribere, vt eis liceat suis agnatis relinquere.900.aliàs.856.a
Episcopi vbi nimis sunt pauperes in nullo habentur pretio.862.b
Episcopi munus idem q̄d pastoris est, hanc eñ metaphorā Christus toto euāgelio cōsultissimè obseruauit.795.a
Episcopi dignitas ac sanctimonia quanta debeat esse.811.a.&b
Episcopi repræsentant Christum,vt caput erat ecclesiæ aliorum ordinum magistri singuli suo modo.796.b
Episcopi ac sacerdotis differentia explicatur 797.b
Episcopi functio est præparare ministros. 799.a.b
Episcopi soli successerunt loco Apostolorum.801.a
Episcopi præpollent sacerdotibus altiori dignitatis genere.802.b

Episcopi secundū propriam nominis notionem pastores dicūtur nō abusiuè, sicut gregum dñi pastores appellantur.822.b
Episcopi non solùm publicatione,verū etiam priuatis exhortationibus instruere debent plebem suam.825.a
Episcopi vt anima in corpore, vicarij autē eorum vt membra.827.b
Episcopi quædā sunt munera quæ ingē residentiam requirunt:alia non ita.828.b
Episcopi absentia quæ mala parturiat.830.a
Episcopi qui absunt gregi instar meretricū. 831.a.
Episcopi licèt statū profiteantur perfectionis non tamen vt monachi:ita vt absque proprio viuere obligentur.843.a
Episcopi verum habent dominium eorum quæ iure seculari possident.845.a.
Episcopi etsi peccare possunt sicut alij seculares in dispensatione bonorū suorum: nemini tamen tenentur ad restitutionem ea non distribuendo,nec de bonis ecclesiasticis pro sua portione sibi contingentibus, sed expressiùs.ibidem.
Episcopi bonorum ecclesiasticorum sunt dispensatores, quæ & quomodo habent distribuere.ibidem.
Episcopi habeant ne verum dominium fructuum ecclesiasticorum variæ sunt opiniones.754.a.b.ad quod respondetur. 851.a
Episcopo conueniebat bonorum ecclesiasticorum dispensatio quando clerici viuebāt in cōmuni.848.a
Episcopo dum consecratur quanuis non imprimatur sacramentalis character nihilominus adhibetur sacerdotalis habilitas ei indelebilis.798.b
Episcopo peculiares sunt & propriæ functiones vniuersæ quæ ad perfecti pastoris officium pertinent. 800.a
Episcoporū status longè altior est quàm monachorū.798.a.& 895.a.b
Episcoporū electio atq; ad sua munera exercenda obligatio est de iure diuino: quod bifariàm intelligi potest.805.b.
Episcoporū vita sine macula esse debet.800.b
Episcopo,cura episcopali deserta,ad religionem se conferre sit ne licitū.817.a.b
Episcopus in suis legibus eadem pollet authoritate qua summus pontifex in eas quas ipse condidit.72.b
Episcopus non facit peculiare votum castitatis præter id quod sacerdotio adiunctum est.843.b
Episcopus cui scientiæ incumbere debeat Theologiæ an iuri cānonico.816.
Episcopus quibus de causis possit cedere Episcopatui licitè.818.b.&.819.a
Episcopus propter ecclesiam institutus est, non vice versa.821.b
Episcopus religiosus testamentū condere nō potest absq; facultate papæ.895.b
Episcopus medicus est,cuius industria vti in medico corporali expetitur.ibidē.
Episcopus quibus de causis licitè gregi suo possit abesse.834.b.835.836.
Episcopus tenetur propriæ vitæ discrimē subire ingruente gregis necessitate.834.b
Episcopus religiosus quomodo ad obseruantias regulares teneatur.vide religiosus cps.
¶Esus carnium fuit in vsu hominibus ante diluuium.355.a.b
¶Euangelium Christi facultatē relinquit ecclesiæ addendi sanctiones nouas,qua temperatissimè vti debent antistites.165.b
Euangelium dupliciter intelligitur diuulgari.162.a.b
¶Excluſus à religione tenetur sese corrigere,& quantum in se est eniti, vt iterum admittatur.590.b.&.591.a
Excluſus à religione voto castitatis dūtaxat manet ligatus.ibidem.
Excluſus à religione fortè tenetur aliam religionem adire si votum religionis in communi admiserat.ibidem.
¶Excōmunicare propter furtum nō censendus est pater vxorem & filios.390.
Excōmunicare propria authoritate,solius est episcopalis muneris.802.a
Excōmunicatio quare ligat ipso facto absq; præuia causæ cognitione.63.a
Excōmunicatio omnis simoniaci Papæ reseruatur iure nouo.792.b
¶Exempla sanctorum quid doceant nos in euitandis præsulatibus.811.b
¶Exilium morti confertur. 385.a
¶Expositio ca.quidam maligni.5.q.1.421.b
Expositio optima ca.quoniā.303.a.&.652.b
Expositio ca.mandato.de simonia.790.a
Extrauagantes Martini & Calixti personales census etiā super nudas personas cōstitutos non dānant.527.a. vide Census.
¶Exorcismi non tam crebrò hodie sperandi sunt effectus, quàm adolescentis ecclesiæ.712.a.
Exorcistæ qui cum nubibus, locustis, bruchis,& cæteris bestiolis pugnant, sunt potius impostores & incantores quàm exorcistæ.714.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

F

FAbula de lupis petentibus canes ab ouibus.370.b
Facultas vnde dicatur.258.a
Falsitatis tres gradus.691.b
Fama læsa non est necessariò restituenda,nisi quando iniustè auferatur.314.b
Famę & honoris restitutio optimè potest fieri pecunia.318.a
Famæ restitutio vt obliget oportet necessariò fuerit ablata vel obscurata.314.b
Famæ alterius restitutio obligat,etiam cum famæ propriæ detrimento.317.a
Famæ restitutio postulat,vt læsor faciat plenam fidem coram quibus læsit.315.b
Fama lęditur iniustè quando verum crimen detegitur contra iuris necessarium ordinẽ. ibidem.
Famæ restitutio vt obliget requiritur quòd fuerit ablata per iniustitiã.314.b
Fama & honor differunt.320.a
Fama quid sit.ibidem.&.314.b
Fama sine honore esse potest & ediuerso.ibi.
Famæ splendor quot modis minuatur.449.b
Famam suam obscurãs præter charitatem,nõ contra iustitiam facit.451.b
Fama non protenditur latiùs q̃ amicitia.ibi.
Famæ læsionem illatam potest quisquis priuatus remittere.447.b
¶Famuli ab heris furtim accipere quicquam non possunt præter sua stipendia, causantes se minutissima accipere stipendia.395.a
Famuli fœneratorum,an ad restitutionem teneantur.493.a
¶Feras custodientes de damno dato in integrum tenentur.327.a.& de illis qui illas occidunt ibi,& in subsequentibus.
¶Festos dies fieri hos vel illos cæremoniale est,in quod subinde ecclesia ius habet.131 b.a. Vide,dies festus.
¶Fides est credere quod non vides, quomodò intelligatur.183.a
Fides non solùm de supernaturalibus articulis nos erudit,verùm & de alijs quos natura docet.93.a.b.
Fidei præceptum non est intra decalogũ, sed eius præambulum. 98.a
¶Filij quomodo debeant à parentibus corripi. Vide,Pater.
Filius quãdo clàm accipit rem aliquam à parentibus,si non sit tanti pretij non cõmittit furtum,neque excommunicatione cõprehenditur. 387.a
Filiorum libertas prædicata à Christo quando nam sit.279.b
Filiusfamilias luerans amplius quàm ludere poterat, an teneat ad restitutionẽ.345.a.b
Finis legis non cadit sub præcepto.
¶Fœnerator qđ sua industria pecunia vsuraria acquisiuit,restituere nõ tenetur.486. b
Fœnerator restituere tenetur cum fructibus & dãnis fructuum, vel domum per vsurã extortam.487.a.vide vsura
¶Fornicatio iure naturæ prohibita est,& oppositum asserere est error hæresi proxim⁹ 389.b.&. 390.a.
Fornicatio grauius delictum est, quàm furtum.390.a
Fornicatio in indiuiduo potest esse leuius delictum furto.390.b
Fornicatio ex natura sua nocet vitæ prolis futuræ.ibidem.
Fornicatio & contra temperantiam est & cõtra iustitiam.390.a.b
Fornicatio quare constituatur principaliter in specie intemperantiæ.ibid.a.b
Fornicatio non inde leuior est furto q̃ nõ de illa tantum pudefiunt homines.ibi.a
¶Fortitudo præstantior est tẽperantia.199.a
Fortitudo non est necessaria, nisi ad iustitiæ præsidium.200.a.b
¶Fratres mendicantes non sunt domini rerũ quas possident.299.b
¶Fraterna correctio habet pro fine particulari emendationẽ fratris.297.b
¶Fraude aut vi qui alterum in crimen coniecit tenetur docere veritatem & liberũ permittere.209.a
¶Furtum quid.386.b
Furti etymologia. ibidẽ.a
Furti definitiões iurisprudẽtiũ excludũt.ibi.a
Furtum & rapina specie differũt.387.a. b. & 388.b.
Furti diuisio in fraudulentã acceptionẽ,& rapinam inepta.386.b
Furtũ est species iniuriosæ acceptionis.387.a
Furtum in quatuor species diuiditur. f.sacrilegium,peculatus,plagium,abigeatus.ibidẽ.
Furtũ est detinere rẽ alienã inuito dño.387.b
Furtum est accipere rem propriã occultè quę penes alium est siue sit raptor siue depositum custodiens.ibidem.
Furtũ ex gñe suo peccatũ mortale est.389.b tãetsi minimũ peccatorũ cõtra decalogũ.ib.
Furtum non complectitur sub se rapinã: sed est species illi opposita.386.b
Ad furti rationem tria requirantur. ibidem.
Furtum non committit qui bona propria recuperat ab iniquo possessore si via iuris habere ea non potest.391.b

Furtum leuius peccatũ quàm fornicatio.389 b.& leuius quàm rapina.400. b
Furtum in indiuiduo potest esse fornicatione scelestius,quin verò grauius quàm adulterium vel homicidium. 390.b
Furti rationem non habet, spoliare quępiam priuatim & occultè,authoritate principis, dicta causa, lataque sententia condemnationis.ibidem.a
Furtim surripere à suis heris,quando liceat famulis quorumcunque dominorum,& quãdo non.391.b
Furtim sua recuperare quomodo liceat, etiã aliquando sit licitum palàm personæ priuatæ.ibidem.
In furto aliqua pecuniæ quantitas tanta est, quæ per se absque vllo personæ respectu, causa est peccati mortalis vt duo,tres vel aurei ducati.394.b
Furti grauitas augetur etiam si parũ sit quod ablatum est dum causa est maioris damni.ibidem.
Qui furatur minima ab homine pusilli animi, qui in minimis maximè offenditur, si habet animum ei nocendi per illa minima charitatem violat & peccat mortaliter ibidem.b
Furari à diuersis exigua tunc incipit esse peccatum mortale,quando quantitas accepta per se est magna absque vllo personarum respectu.395.a
Furum scelera, iure naturæ,respublica potest prout viderit salubrius expedire, punire. ibidem.b
Furtum,permanens sub ratione furti, fieri licitè nõ põt dispensatione diuina. 108.a
Pro furto secundũ Euangeliũ,etiam secundũ ius cõmune vita non exigitur. 395.b
Fures olim in Hispania non occidebantur, sed sacrilegi qui sacra deprędabant.ibid.b.
Quòd fures modò vltimo supplicio afficiantur,Baldus in causa fuit,ob idq; ab authore reprehenditur. ibidem.
Fur gaudere debet priuilegio,si se in sacrum recipiat.396.a
Furari bona aliena vel eripere etiã ab illo qui bonis affluit, nemo potest citra extremã necessitatem.397.a

G

GAlilæos cæteris mortalibus prætulit Christus in Euãgelica functione ꝓpter mysteriũ.239. a
¶ Gener fructus pignoris pro dote traditi in sortem non computando iniustitiam minimè committit. 506.a. & 441.a.b. 431.
¶Genus in peccatis quæ in facto consistunt ex solo obiecto perpenditur.446.a
Genus in peccatis quæ in verbis posita sunt ex obiecto adiũcto simul intentione, perpendendum est.ibidem.
Gentilibus solenne erat iurare per Iouem lapidem.697.a
Gratiam amittere non licet pro salute mundi spirituali.368.a
Gratiam licet exponere periculo aliquando. ibidem.
¶Gradus præceptionum & prohibitionum humanarum.40.a.b
¶Grauitas delictorum ex obiecto primo pẽsanda est.371.b

H

HAbens rem alienam apud se iniuste,tenetur de damno emergẽte & lucro cessante.341.a
¶Habitus principiorum naturalium non distinguuntur à potẽtijs quibus insunt.23.b
¶Hæredes vendentis censum perpetuum illo mortuo ad quid teneantur. 343.a. Vide Census.
Hæredes vsurarij ad quid teneantur.490.a.
Hæredes quib⁹ debeatur restitutio occisi qui censeantur.314.a.b.
Hæredes triplices sunt.335.a
Hæres personam veri domini defuncti gerit.330.a
¶Hęreses quibus damnis aut fracturis solent intumescere.824.b
Hæresibus nouis obortis temporum curriculo ecclesia magis,ac magis illuminatur. ibidem.
Hæresis stultissima est post Euangelium regni cęlorum aliud præstolari.162.a
¶Hæreticus verè dominus vsq; ad condẽnationem:tãetsi legis vigore impediatur bona alienare.57.b
Hæreticus quãuis ab articulo patrati criminis dominium perderet, possessionem tamen tutò retinet legis authoritate,quę cõfiscationem prohibet ante sententiam.57 b.&58.a.
Hæreticus ante condemnationem vtcunque punitur cum bonorum distractio sit illi inhibita.57.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæreticus iuxta iuris normam requisitus si in quę veritatem inficietur, fit reus pœnæ hæreticis decretę. 578.a
Hæretici condemnatio retrò agitur vsq; ad articulum quo omni ignorantia nudatus studio hæresim asseruit. 577.a
Hæretici aliqui negarunt missionem spiritus sancti quam Christus pollicitus est; completam fuisse in die Pentecostes. 161.b
¶Historiographis quatenus liceat aliorum gesta hominum memoriæ tradere. 452.a
¶Hypocrita irrisor dei interpretatiue habetur. 453.a
¶Homo vti perfectione susceptа optimum est cunctorum animaliũ: ita si alienus fiat à lege, omnium est pessimum, sęuissima enim est iniustitia quæ tenet arma: quæ homini per innatam prudentiam contingunt. 29.a
Homo in practicis æterna dei lege bifariàm illuminatur. ibidem. b
Homo beneficio protegendi vitam propriã priuari nequit, ac proinde neq; damnari, vt necem sibi inferat aliâmue læsionem corporalem; nisi esset earum quæ homines religionis, ac pœnitentiæ gratia sumere solent. 578.b
Homo qua de causa non tantùm verum bonum, sed speciem boni expetat: cũ id in cęteris rebus secus euenire cõpertum sit. 25.b
Homo peccato pollutus non est dignus pane quo vescitur per modũ meriti. 265.b
Homo non est dominus suæ vitæ sed custos. 268.b.
Homo priuatus aut respublica, aut princeps non sunt domini absolutè vitæ subditorum. 269.b
Hominum tres ordines secundum Socratem. 274.a
Hominum quisq; ius habet naturale donandi & quomodolibet alienandi res quarum legitimè est dominus. 285.a
Homo dominus est fuæ famæ. 318.b
Hominem ad supernaturalem felicitatẽ creari ineffabile beneficium est: licèt eam suo marte pertingere nequeat. 75.a
Hominum tres sunt ordines quantum ad tẽporalium cupiditatem distincti. 91.a
Homo hilari animo tenetur legem adimplere diuinam, humanam verò & cum tristitia adimplere potest. 111.b
Hominem occidere non est intrinsecè malũ. 359.b.
Hominem qui occiderit aliud agens si non debitam adhibuerit diligentiam siue dans operam rei licitæ siue illicitæ à reatu homicidij non est immunis. 377.a
Hominem qui occiderit aliud agens si debitã adhibuerit diligentiam ne homicidium sequeretur siue daret operam rei licitæ siue inuitæ non est reus homicidij. ibi.
Homo improbus fera bestia peior. 360.a
¶Homicidium grauissimum peccatum est inter vniuersa quæ homines aduersum se inuicem cõmittunt. 554.b
Homicidium dicit rem malã intrinsecè. 265.a
Homicidium quod prohibetur habet rationem indebiti. ibid.
Homicidium simpliciter causale qui committit non est reus homicidij. 377.a
Homicidium vt imputetur causale tres conditiones requiruntur. ibid. a.b
Homicidium si nõ sequatur ex actione mea non imputatur mihi. ibid.
Homicidium quod de per accidens voluntarium est quale peccatum sit expendẽdum est ex causa. ibid.
Homicidij pœna, vide irregularitas.
Homicidium quando subsequatur ex actione mea iudicio medicorum standum est. 378.a
¶Honor quid sit. 443.b
Honor dupliciter alicui tollitur. 444.a
Honor ille solus verus est qui virtuti debetur. ibidem.
Honorem fugientes circunspecti esse debent. 814.a.b
Honor satis ne restituatur petendo veniam, differitur. 320.a
Honorem acquirendi pulcher modus. 271.b
Honoris & famæ differẽtia cõstituitur. 320.a
Horas canonicas statis temporibus & locis clericos recitare quàm fuerit necessariũ populo Christiano, quibusq; hoc munus conueniat. 865.a
Horas aliquas soluere in cultum dei & ius naturale & diuinum, ac subinde ius humanũ nos docet. 866.a.b
Horas canonicas esse in numero septenario & antiquissima ecclesiæ institutio est, & ei quàm decentissimum. 868.b
Horas canonicas nocturnas damnant Witcleffistæ: eò quod Deus noctem nobis ad quietem indulserit. 868.a
Horæ canonicæ canebantur in ecclesia primitiua per certas noctis vigilias, cuius ratio assignatur. ibidem. b
Horarum quæ die recitantur numerus & ratio ex vtraque sacra pagina sumitur. 869.b &. 873.b.

Horæ

Horæ diuinę quibus horis singulæ recitandę sint. 870.a.
Horæ canonicæ trina de causa sunt in septenario numero. ibidẽ.
Horæ canonicę optima nomina minus quàm vetusta constitutione per cantus ecclesiasticos, solẽniter celebrantur. 871.b
Horarum responsoria vnde fuerint instituta. pag. 873.b
Horarum canonicarum antiphonæ compositæ sunt à Græcis, imo & per Angelos cælo delatæ. ibidem. a
Horarum canonicarum hymni vnde ortum habuerint. ibidem. b
Horis canonicis laudibusq; diuinis non sunt immiscenda profana, quæ vt in die Natalis domini cantari solent. 874.a
Horas canonicas soluere ex duplici capiteho mines tenentur. 875.a
Horas canonicas soluere qui teneantur. 921. a.&.b.
Horas canonicas non recitare in cõmuni in aliqua religione prælati negligentia peccatum mortale est. 878.b
Horas canonicas soluere tenentur monachi professi chroto emancipati, etiam si nõ sint in sacris, & sanctimoniales. 878.a. Nõ autẽ illi qui nõ sunt professi, nec laici. 879.a
Horas canonicas soluere partim de iure diuino partim est de iure positiuo. ibid. b
Horæ cæsaricæ non ijsdem Psalmis alijsq; ad hoc pertinentibus omnibus in ecclesiis, & religionibus, celebrantur: potest enim hoc iure Pontificio permutari. ibidem.
Horarum canendarum modus is esse debet qui in ecclesia Metropolitana seruatur, atque in religionibus secundum cuiusq; statuta. 880.a
Horas canonicas soluere sequendo morem Romanum. nõ singulis personis absq; pontificis authoritate liberum est. ibidem.
Horarum canonicarũ nimia prolixitas molestissima est, sicut breue nimis earum compendium esset fugiendum. ibidem. & hic ponitur censura Breuiarij Romani. ibidem. b
Horæ beatæ virginis recitandæ vim habent præcepti iam ex cõsuetudine. 881.a. Idem est de officio mortuorũ. ibidem.
Horas canonicas soluens, mentẽ, nõ dedita opera, dimouendo ab attentione, orãdi præceptum non frangit. 886.a.b
Horas canonicas soluens etsi ob attentionis omissionem mortaliter peccet, non ideo necessitatem incurrit restituendi. ibidem. &. 890.a
Horas canonicas non soluere per vnum, aut duos dies nũ debet injcere scrupulum restitutionis, licet peccatũ mortale sit, & qui dẽ qui relaxationibus cruciatæ bullæ gaudent credendum est esse tutos. 891.a
Horarum soluendarum omissio si vltra duos dies procedat, tunc compositio cũ summo Pontifice locum haberet, imo & cũ episcopo standum in iure diuino. ibidem.
Horæ canonicæ quæ in cõmuni recitãtur, statis per ecclesiam temporibus persoluendæ sunt, aliàs culpa mortalis est. At priuatim tempora mutare & ordinem non est mortale. 881.b
Horarum ordinem nõ esse in præcepto duobus tẽperamentis intelligendum est. 882.a
Horæ quę in cõmune solũntur in ecclesia sunt de præcepto celebrandæ, priuatim verò vbiq; dici possunt. ibidem. b
Horæ quæ priuatim solũntur loco decenti & honesto dicendæ sunt. ibidem. b
Horæ canonicæ dum soluuntur qualẽ quantamq; exigant attentionem. 883.b

I

Iacob vouit Deo, quod futurus sibi erat in Deum. 586.b
Iacob emens primogenitura ab Esau non peccauit. 775.b
¶Ieiunium frangens ex gula non solum contra obedientiam, sed & contra abstinentiã peccat contra Durand. 898.a
¶Iepte in vouendo stultus & impius in reddendo. 582.a
¶Imperator aut princeps vllus non est proprietarius dñs. 248.a. b
Imperator quo pacto sit superior christianis regibus. 281.b
Imperatorem, arbitrantes mundi dominum, vnde id sibi persuaserunt ostenditur. ibidẽ.
Imperatori electio pontificia authoritate à Græcis ad Germanos translata est. 282.b
Imperare vt alij malum fiat, optareq;, aut imprecari malum, quatenus malum illi est, peccatũ est genere suo mortale. 463.a
Imperare optare aut imprecari malum vt ratione iuduit boni, licitum est, & quando que necessarium officium, quod bifariàm contingit. ibidem.
Imperans vt malum fiat fictè quantum peccet. ibidem. b. &. 464.a
Imperatoria maiestas non fulget totius orbis dominio. 280.a.

¶Impe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Imperium aut imprecatio mali bifariàm potest rationem boni induere.493.a.b
Imponens sibi ipsi falsum crimen quomodo peccet.452.a
Imperium actus est intellectualis non voluntatis vt planissimè Aristoteles docuit.3.b. &.4.a
Imperiũ neq; est propositio apprehensiua neq; iudicatiua,sed iudicium quod electionem subsequitur.5.a
¶Impediens aliquem à beneficio,vt digniori vel æquè digno detur citra vim & fraudẽ, nõ tenetur ad restitutionem.322.a
Imprudentiæ duo gradus.694.a
Impediens aliquem à cathedrę consecutione certa vi aut fraude tenetur ad restitutionẽ in toto vel in parte.323.b
¶Impignoratio quid sit.502.a
¶Imagines à Christiana religione esse relegãdas quis prior dicere ausus fuerit,& qui destructores, qui earum fuerunt defensores. 123.b
Imagines quomodo adorandæ sunt.124.a
¶Infamia nõ præcedente alicuius personæ cũ immanifestũ est crimẽ disquiri possunt personæ in sex tantùm casibus.421.a
Infamia quænã sit sufficiens ad disquisitionem criminis prudentiũ arbitrio æstimandum est.422.b
Ad infamiã inde denarius numerus authoritatẽ nactus est, quòd sufficit populũ cõstituere, ibidem.
Infamiam legitimam non conflat perditorũ hominum clamor, sed bonorum opinio. ibidem.
Infamiam per ciuilem iudicẽ irrogatã Papa abolere nõ potest.416.b
Infamare se ex gñe suo est peccatũ.452.a
Infamatur aliquis iustè duobus modis. 315.a &.b
Ille qui iniustè infamatus est, etsi suũ crimen nõ cõfiteatur, nõ tenetur infamatori ad restitutionem.316.a
Infamans aliquẽ referendo quod audiuit, ad quam restitutionem tenetur,ibid.b
Infamando alterũ bifariàm quis delinquere potest.451.b
Infamare alium, quãdo cõtra charitatem tãtum,quãdo vero cõtra charitatẽ simul & iustitiam sit,ibid.
Infamare,& licet,& expedit sicophãtas quãdo suis imposturis reipublicæ perniciem adferunt.452.a
Infamare nos ipsos an sit licitum.452.a.&.b
Infamia est mortalis occultũ alienum crimen vni etiam cordato viro ,reuelare.449.b
Infamia delicti nõ sufficit,nisi paucis exceptis casibus,ad inquirendum reum quem nulla respergit infamia.420.a
¶Infideles non tenentur decimas soluere. 752.a
Infidelium ordo triplex.399.a
Infideles Afri, Saraceni, ac Turcæ, de iure Christianis principibus subdũntur.ibid.
Infideles Afros,& Saracenos certũ est posse à nobis suis regionibus expoliari:& finemo nostrum eorum bona priuata authoritate depręda ri,aut diripere valeat.ibid.b
Infideles qui nihil de Christo audierunt neq; nobis infesti sunt, non sunt nobis subditi de iure.ibidem.
¶Ignorantia difficultatis rei de qua votum emittitur,excusat hominem à voti solutione.570.a.&.586.b
Ignorans, non admplet præceptum,quia ad hoc requiritur libertatis ratio.110.b
Ignorantia omninò excusans in præceptis decalogi locum habere non potest.ibid.
¶Inclinatio appetitus sensitiui ad legem naturæ pertinet.26.a
Inclinationis naturalis diuisio.366.a
Inclinationes duæ in homine sibi aduersantes.a
Inclinatio hominis in bonum delectabile, bona est secundùm se.ibidem.
Contra inclinationem naturalem quando sit peccatum agere.ibid.
Indicia quæ inquisitionem præcedant qualia esse debeant.422.b
¶Indicta causã quemquam iudicare contrà ius naturæ est.380.a
¶Inducens alium scienter & prudenter in peccatum non est subiectus restitutioni. 309.b
¶Infirmus quomodó possit cogi vt abscindatur ei membrum,vide Mutilare.
¶Iniuriæ satisfactio quomodo fit facienda. 314.a
Iniuria quot modis & quando homini irrogatur.314.b.&.315.a.b
Iniuria maior est in facto q̃ in verbo.386.a
Iniurias proprias vindicare cur prohibitum. 360.a.b
In iniurijs vindicandis pernicioſus abusus nobilium.ibidem.
Iniuriosa acceptio diuiditur in furtum & rapinam.386.b.&.387.a
Iniurius cui sit qui se occidit.365.a.b
¶Innocens duplex est.370.a
Innocentem de quo nulla est siniſtra suspicio occidere flagitium est.ibidẽ.b
Innocentẽ tradere tyranno excidiũ ciuitati minãti,iniustum est.371.a
Innocentẽ potest respublica non defendere. ibidem.
Innocentes in bello licet aggredi & occidere. ibidem.
Innocens probatus nocens condemnandus est.315.a
Interrogatus qualiter iniquè proprio actu posit se legitimè eripere.424.b
¶Inuasus tenetur occidere aggressorem quãdo inuasus est reipublicę necessarius.393.b
¶Inuentum quãdo nullius fuit,occupãti cõceditur, si tamen occupanti ius sit in regionibus illis quibus ist hæc inuenta reperiũtur.392.a
¶Inueniens thesaurum si retineat, furtũ non cõmittit.ibid.b
Inuenienti thesaurum in agro proprio licet eum sibi retinere. Inueniens autem in agro alieno ex industria quæritando inscio domino nil potest sibi retinere. Inueniẽs verò aliud agens dimidiã partem debet habere. ibidem.
Inueniens quæ præsumuntur habere dominos summã diligentiã in inueniendis dominis adhibere debet: qua facta, nec inuento domino sibi retinere potest.393.a.b
Inuenti lapilli in litori maris inuentoris sunt. 392.a
De inuentis in superficie terræ quotã aliquã principem exigere iniustum est, neq; lex de hoc lata in cõscientia obligat.393.a
De inuentis in venis terræ , vt sunt metalla , vsusobtinuit,vt quinta pars principi obueniat.ibid.
Inuentarũ rerum duplex est genus.392.a
An inuenta quorũ domini nõ cõparent sint pauperibus restituenda necne,pulchra disceptatio.394.a
¶Inuitus nemo potest pœnitentiã sibi iniunctam implere.110.a.&.111.a
¶Irregularitas quæ sine delicto contrahitur non habet rationẽ pœnæ.50.a
Irregularitas sicuti & excõmunicatio ipso facto incurritur.60.b
Irregularis quãdo debeat censeri qui dat operam rei illicitæ.378.b
Irregularitas quando incurratur ex mẽbrorũ mutilatione.381.a.b
Irregularitas non est culpa, neq; propriè pœna.364.b
Irregularitas quia propriè nõ est censura, nõ intelligitur in bullis,quando conceditur facultas absoluendi ab omnibus censuris & pœnis.ibidem.
Irregularitas quando incurratur, & propter quæ.364.a.
Irregularitatem nõ incurrit qui alium occidit se defendendo,quãuis tẽpore Diui Thom. in vsu erat contrarium.376.a
Irregularitas incurritur propter homicidium quod sequitur etiam de per accidens ex opere percutientis.347.b
Irregularitas nõ incurritur propter homicidium nisi verè sequatur homicidiũ etiã si miraculosè homo ille non moriatur.377.b
Irregularitas non incurritur quando datur opera rei honestę & studiosa adhibetur diligentia.378.a
Irregularitas vt incurratur debet esse homicidium voluntarium.ibidẽ.b
Irregularitas quando incurratur propter negligentiam.379.a.b
Irregularitas non incurritur à clericis petentibus bonorum suorum restitutionem in iudicio:etiamsi malẽfactores patibulo affigantur.379.b
Irregularitas non incurritur propter culpam venialem.ibidem.
Irregularitas non ob id incurritur quòd sanitatis gratia abscinduntur membra. 381.b. in fine.
Irregularitatem non incurrit qui in verberãdo filium clericum vsq; ad sanguinis effusionem processit. 384.a.
Irritatio & dispẽsatio in quo differant.614.b
Irritationis vocabulum quid designet:& qualiter à dispẽsatione & cęteris discriminetur 70.b.&.71.a
¶Iubens & consentiens non semper tenetur ad restitutionem. 347.a
¶Iudæi in solo opere exteriori inesse culpã censebant minimè autẽ in affectu. 170.b
Iudæi dupliciter errabãt circa iudicialia.ibid.
Iudæi cur nimis euacuant carnes sanguine. 356.b.
Iudæis condecens fuit vt temporalium permissionibus ad legis obseruantiam adducerentur.90.a
Iudæis , an fuerit vsura permissa. 497.a.b. & 473.b.
Iudex non debet rei cuilentiam expectare sed humanam certitudinem quæ per idoneos testes fit.212.b
Iudicis arbitratui relinquuntur, quæ legibus comprehendi non valent.33.b
Quoties iudex reum condemnat iusta ac iuridica sententia ad pœnam quæ non est mortis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortis,læsionisue corporalis infictiua, tenetur reus ipse sentẽtiam exequi etiã si ad agendum damnetur.58.b
Iudex in iudicio concepto per coniecturas quæ virum probum inducunt non debet ad punitionem procedere sicut neque Salomon processit.212.a.b
Iudici irrecito occulto & grauissimo scelere licet subditos condẽnare etiam de eodem crimine nisi excommunicatus sit,aut suspẽsus.209.b
Iudicem decet vt talem se gerat quales vult subditos esse.209.a
Iudex in peccato existens,alium de simili cõdemnando,ostendit se dignum esse qui simili sententia condẽnetur vt habet Paulus ad Rom.2.qui eum iudicas.ibidem.
Iudex publicus peccator alios condemnans mortaliter peccat ex genere suo, si sit in grauioribus aut similibus criminibus,secus in dissimili materia & non infami.ibid.
Iudex duplici scientia vtitur,& vniuersali iuris & particularis facti.404.a
Iudex tenetur sic sanctè sequi scientiam iuris vniuersalem,vt neque suum proprium arbitrium,si contrariũ est, consulere possit.ibidem.
Iudex in particulari facto potest se suo ingenio & prudentia iuuare in examinandis instrumentis & testibus:quod maxime tenetur facere cùm innocens sibi notus accusatur.ibidem.
Index tenetur damnare innocentem probatum nocentẽ.315.a
Iudex debet in omni causa contra veritatem sibi notam euidenter secundum allegata & probata sententiam pronuntiare.405.b
Iudex,qui innocentẽ sibi cognitum,probatũ tamen nocentem idoneis testimonijs condemnat,non agit cõtra conscientiã.407.a
Iudex in crimininibus nequit quẽpiam iudicio condẽnare nisi accusatum.418.b
Nullus iudex siue summus siue infimus antequam pars læsa iniuriam remittat, potest pœnam condonare.409.b
In iudicis supremi arbitrio est, non item in arbitrio inferioris postquam accusator ab accusatione destiterit pœnam iuris relaxare.ibidem.
Iudex supremus aliquando accusatore reclamante potest accusationem abolere.410.a
In iudice quatuor sunt necessaria,videlicet,iudicandi potestas,veritas,& fama,& executionis vis.401.a
Iudex condenare non potest quem euidenter ipse scit esse reum quando reus nõ probatur legitimis testimonijs.404.b
Iudicis scientia non reputatur sufficiens testimonium.ibidem.
¶Iudicatus,aut loca eorum qui regi sunt à consilijs vendere illicitum est atque scandalum.249.b
¶Iudicare quempiam nisi eum qui iudici vel simpliciter vel in tali casu subditus est non est licitum.401.a.b
In iudiciali foro quatuor modis cõtingit vnl alteri esse subditum.ibidem.b
Iudicando Christũ Pilatus peccauit.405.b
¶Iudicio diuino non sunt permutta delicta relinquenda.421.a
Iudicium actus est maximè propriè iustitiæ.207.a
Iudicij nomen primò significat rectam sinitionem iustorum : deinde rectam definitionem aliarum virtutum circa propria obiecta.ibidem.
Iudicium rectũ duas virtutes requirit, & quæ iudicium præferat,& quæ potentiam iudicantis disponat ad iudicij rectitudinem.ibidem.a.&.b
Iudicium particulare studiosi in reliquis virtutibus solũ requiritur:in materia aũt iustitiæ necessariũ est etiam superioris.207.b
Iudicio speculandum est ante tale sit malum quod alter ægrius ferret de se audire quã si esset peccatum mortale.ibid.
Iudicium vt rectum sit tria exigit, nempè, vt procedat ex iudicis authoricate, & ex iustitiæ affectione,& ex prudentiæ rectitudine.208.a
Iudicij substantiam subuertit quisque iudicũ si iuri alterius partis quicquam adimat qđ alteri tribuat.ibidẽ.b
Iudicium sine præsidentis authoritate vsurpatum,sine iustitiæ substantia,iniquum, sine prudentia,& iuris ordine suspectum, si verò ex leuitate & non legitima probatione,temerarium dicitur.208.b
Iudicij singularium conditionũ defectus genere suo facit peccatũ mortale.ibidẽ.
Iudicium ex malo affectu prolatum est peccatum secundũ affectum.ibid.
Iudicium temerarium quadrupliciter est ẽsti mandum,primò de sua substantia,secundò de causis, tertiò ex coniecturis, quartò ex obiecto.209.a.b
Iudicij temerarij quatuor sunt gradus.ibid.
Iudicij temerarij primus gradus est quando animus est pẽdulus,neutri cõditionis parti assensum præbens.ibid.a

Iudicium temerarium idem est quod sine legitima causa consulcò conceptum.210.a
Iudicij temerarij duo primi gradus,licèt à diuo Tho. sub primo comprehendantur,tamen inter sese non paruò distant interuallo. ibẽdem.
Iudicium temerarium, vt sit mortale crimen, tria exigit, scilicet vt sit certum, vt ex leuioribus colligatur coniecturis,vt sit de re grauiori.212.a.
Iudicium certum in speculatiuis,hoc vnum requirit, vt nihil prorsus habeat ambiguitatis admixtum: in moralibus autem parum pro nihilo reputatur.ibidem.
Iudicium temerarium si sit repẽtinum mortale non est,sed post quam sedato animo ex deliberatione sententia confirmatur.ibidẽ.
Iudicium, quando ex leuitate causarum fiat mortale,non potest stabiliri certa regula. ibidem.
Iudicium à culpa excusant illæ coniecturæ & indicia, quæ virum prudentem & probum vt sic iudicaret inducerent. ibidem.
Iudicium vtrum veniale an mortale sit nõ põtest certa diffiniri regula.ibidem.
Iudicij temeritas ex infamia perpenditur, ibidẽ
Iudicium de peccato quod nõ est infame non est mortale.ibidem.
Iudicium de malo, quod non est peccatum sed naturale,potest esse delictum.ibidem
Iudicãdum non est secundum legem scriptam quando legi naturæ aduersatur.218.a.
Iudicare propinquius conuenit rationi,& prudentiæ,à qua profertur, sed potissimum cõuenit iustitiæ vnde habet vt sit rectũ. 207.b
Iudicare circa diuina charitati conuenit.218.a
Iudicium actus est maxime proprius iustitiæ.207.a
Iudicij nomen primò significat rectam sinitionem iustorum,deinde rectam definitionem aliarũ virtutum circa propria obiecta. ibidem.b.
Iudicium rectum duas virtutes requirit,scilicet & quæ rationem perficiat, & quæ volũtem bene afficiat.207.a
Iudicium particulare studiosi,in reliquis virtutibus solum requiritur: in materia autem iustitiæ necessarium est,etiam superioris. 207.b.
In iudicio speculandum est an tale sit malum quod alter ægrius ferret de se audire,quàm si esset peccatum mortale.212.a
Iudicium nullam sine certitudine esse nisi veniale exceptionẽ habet quãdo grauissimũ malum de honestissima persona suspicatur.213.a
Iudicium temerarium non est malũ quia prohibitum,sed prohibitum quia malũ. a 213.b
Iudicium temerarium est ex his quæ sunt contra ius naturæ.ibidem.
Iudicium temerarium esto in publicum non prodeat per se est peccatum mortale. ibid. 213.a.b.
Iudicium de rẽ dubia ferendum non est,sed dubium in meliorem partem interpretandum. ibidem.b.
Iudicium vsurpatum non solum peruersum est,verum & nullum.219.a
Iudicialia præcepta, partim cum moralibus partim cũ cæremonialibus conueniũt.89.a
¶Iulius Cæsar per iniuriam obtinuit dominatum.282.b.
¶Iuramenti obligatio differt à voti vinculo. 585.a.
Iuramentum de re prorsus vana, non inducit obligationem. 575.a.b.
Non omne iuramentum assertorium licet sit vanum atque illicitum, est peccatum mortale.700.a
Iuramentum ab eo petere quem nescis falsum iuraturum nullum est peccatum.704.a
Ab eo autem quem scis mendaciter iuraturũ peccatum est mortale.ibidem.b.
Iudici verò nullum est peccatum.ibidem.
Iuramenta libera, id est, quæ extra iudicium fiunt,perquàm rarissimè excusari possunt à culpa.701.b
Iuramentum dupliciter intelligitur habere deteriorem exitum.674.b
Iuramentum fictum an sit mortale.683.a.b
Iuramentum promissorium simulatorijs verbis conceptum animo non implendi,nec se obligandi,an sit mortale.ibidem.
Iuramenta coacta nequaquam cõscientiam ligare virgentissima argumenta.676.b
Iuramentum coactum triplici ex causa existimandum est.677.a
Iuramentum coactum frangere mortale est. 711.b
Iuramenti coacti relaxatio. 608. aliàs.680.a
Iuramentum verbis æquiuocis cõceptum an sit obligatorium.678.a
Iuramẽtum dolosum an sit obligatorium. 608. aliàs.680.b
Iuramentum dolosum tribus modis intelligitur fieri.ibidem.
Iuramẽtum licet ab idololatra per suos Deos exigere,secundum Augu.696.b
Vnde fit consequẽs quòd etiam idololatra & gentilis teneatur iuramentum suum seruare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re.ibidem.b.&.697.a.
Iuramenta Hispanorum.ibidem.
Iuramenta triplici ex capite variantur.659.a
Iuramentum apud Romanos tanta habitum fuit sanctitate,vt non nisi ingenuis & nobilitate insignibus deferretur.690.a
Iuramentum per falsos Deos an mereatur nomen periurij.692.b
Iuramentum duplici modo alterius nomine præstari potest.694.b
Iuramentum secundùm se licitum est & honestum.660.b
Iuramentum & votum dupliciter differunt. 685.b
Iuramenta quæ possint ab homine relaxari. 686.&.687.
In iuramentis non licet dispensare absq; legitima causa.688.
¶Sed quid si Papa sine causa valida dispenset an teneat dispensatio?minimè.686.b
Iuramenti definitio.657.b
Iuramentum aliud assertorium:aliud verò promissorium.658.a
Iuramentum non est necessarium ad ea quæ sunt necessaria,perque rationem inuestigãda.ibidem.
Iuramenta sua reddere altissimo quomodo sit intelligendum.ibidem.b
Iuramẽtum aliud simplex : aliud execratoriũ. ibidem.
Iuramentum esse à malo ex sententia D.Aug. quomodo sit intelligendum.664.b
Iuramẽtum falsum illicitum & temerarium in quo differunt.665.a
In iuramento tres comites nempe veritas,iustitia,& iudicium quomodo intelligantur necessarij.665.b.&.666.a.b
Iuramenta incauta siue impleantur siue secus & periuria sunt dũ fiunt: & nullatenus obligant:sed rem iuratam sua nuda natura relinquunt.675.a
Iuramentum est actus religionis seu latriæ. 666.b
Iuramẽtum omni iure religio censetur. 667.b
Iuramentum non est perappetendum. ibid.
Iuramenti vsus neutiquam in statu innocentiæ fuisset.668.a.b.
Qui bene iurat bene credit, quàm blasphemè soleat interpretari.ibid.b
Iuramentum quando habeat vim obligandi. 671.
In omni iuramento assertorio duæ insunt veritatis rationes.772.b.&.673.a
Iuramentum incautũ fit tribus modis. 674.a
In iuramento promissorio tria extere sunt cõsideranda, scilicet promissio, iuramentum, & executio.681.a
Iuramentum ratione grauitatis materiæ aliqũ grauius est frangere quàm votum.685.a
Iuramentum licet sit obligatorium:potest tamen eius obligatio per dispensationem extingui.ibidem.b
Iurabis per nomẽ Dei tui, quomodo sit intelligendum.661.a
Iurare turpius est Christianis, quàm antiquis. 664.b
Iurare per creaturas in Deum relatas licitum est.670.a
Iurare quibus modis cõtingit. 658.b.&.659.a
Iurare aliquando est præceptum.661.b
Sed quale præceptum? naturale & diuinum, perinde ac mandata decalogi.662.a
Ego autẽ dico vobis non iurare omnino Matthæ.5. quomodo sit intelligendum. 662. b &.663.a
Iurare per creaturas exhibendo illis reuerentiam deo debitam,est idololatriæ impietas. 670.a.b
Iurare per craturas catholicè dupliciter cõtingit.ibidem.b.
Iurare per capillum & per caput Dei blasphemia est.671.a
Iurare per Deum grauius est,quàm per Euangelia. 690.a.b
Iurare quæ personæ non possint.689.a.
Iurare non licebat Romanis, per Herculẽ sub tecto sed sub dio quasi in Iouis præsentia. ibidem.b.
Iurantes vanè an dicãtur Deũ tentare.664.b.
Iurare per falsos Deos magis impiũ est quàm peierare.696.a
Iurare in sanctis solẽniter,nisi à ieiunis fiat, nõ reputatur honestum.689.a
Iurare non decet personas egregiæ dignitatis ibidem.
Iurandi hordiernus abusus.690.a.
Iurandi ratio efflagitat vt certo ordine & forma fiat.701.b.
Iurans si nõ habeat iurandi animum,an tenecatur illud implere.595.b
Iuramentum per vim extortum à latrone,obligatorium est.585.b.
Iuramentum ducendi vxorem licitum est, nõ tamẽ seruandum, dum maius bonũ impedit.580.a.
Iurare legitimè officium virtutis est.125.b.
Iurare prohibuit Christus non solum per creaturas sed per Deum.ibidem.
Iurandi officium non est per se ipsum virtus, nisi cum suis comitibus.126.a.

Iurare in statu innocentiæ nulla esset virtus. ibidem.
Iuramentum nobis Dei beneficio concessum est natura lapsa,ad fidem nostram roborãdam.ibidem.
Iuramentũ à iure dicitur.657.b.&.658.a
Iuramẽto præmisso iniuria fit Deo si aliud testimonium exquiratur.ibid.
Iuramenti tres comites.126.b.&.665.b
Iuramentum de re iniusta implere, peccatum est.ibidem.
Iurare aliquod patrare peccatũ mortale, quanuis non perpetretur est mortale.126.b
Iurare aliquod facere peccatum veniale, etiã si non impleatur peccatum est veniale.127.a
Iurandi frequentia præsentissimum habet periculum periurandi.ibidem.a
Iurare falsum etiam in re minima, peccatũ est mortale.ibidem.b
¶Iurisdictiones ciuiles frequẽtiùs secularibus q̃ ecclesiasticis cõmittendæ sunt.861.a
¶Ius dupliciter accipitur.174.a
Ius est obiectum iustitiæ.174.a
Ius,aliud naturale, & aliud scriptum.176.a
Ius est in rebus,ars verò boni & æqui in intellectu docente operari iustum.ibid.
Ius primùm omnium diuiditur in naturale, & positiuum.177.a
Ius omne naturale est diuinum.178.b
Ius gentium & à naturali distinguitur, & sub positiuo continetur.179.a
Ius gentium,& ciuile,trifariàm distinguuntur. 179.b.&.180.a
Ius omne quo ciuitas vtitur vocatur ab Arist. ius politicum.180.a
Ius paternum quo ad naturale, semper manet inter parentes & filios emãcipatos, sed quo ad ciuilia ius simpliciter, & iustum est inter illos.182.b
Iurisgentium aliquando est licita dispensatio, & aliquando non.180.b
Iure naturę homines esse seruos, quomodò sit intelligendum.ibid.
Iuris ignorãtia non tollit omnino culpam neque omnis ignorantia facti.203.a
Iurisconsulto præferendus est Theologus ad Episcopale munus cæteris paribus. 237. b. &.238.a
Ius in liberos non dicitur dominium.257.a
Ius humanum duplex,& ius ciuile, & ius gentium.263.b
Ius naturę & ius gentium penes quid discrimi nentur.274.b
Ius gentium,& ius ciuile quo pacto differant. ibidem.
Ius legitimum Christiani imperij quod sit. 282.b
Ius gentium multorum nequiuit dispertiri dominia: sed semper remanẽt communia iure naturæ.275.b
Iure gentium propriè dominia diuisa sunt, vt meum & tuum audiretur in orbe.264.b
Iure gentium constituta est successio hæreditaria filiorum in bona paterna.275.b
Ius primogenituræ quare masculina serie trãsfunditur.155.b.vide Maioratus.
Ius patronatus vendere est simonia.776.a
Ius dicere non potest,neq; legem ferre Tyrannus,nisi præscriptione,aut reipublicæ cõsensu fuerit legitimus princeps.219.a
Ius,vsusq; iuris,non sunt idem.749.a.b
¶Iustitia originalis.365.b.&.366.a
Iustitia dupliciter sumitur.174.b
Iustitia in tribus differt à reliquis virtutibus. 175.a
Iustitię rectitudo,reperiri potest vbi adest mala intentio,& finis prauus: reliquarum verò virtutum rectitudo,non manet vbi deest aliqua circunstantia.175.b
Iustitiæ definitio,quæ à iurisperitis assignatur bona est,si sanè intelligatur.183.a
Iustitia duplex,infusa,& acquisita.118.a
Iustitia aliter paruulis, aliter adultis infunditur.ibidem.b
In iustitia distributiua nulla est repassionis forma.227.a
Iustitiæ commutatiuæ non semper fit iusta reparatio, vbi offensor idem præcisè perpetitur quod alter ab illo perpessus fuerat. ibidem.
Iustitia distributiua non attendit, quid ciues contulerint.228.b
Iustitia commutatiua nõ propriè est in Deo. ibidem.
Iustitia distributiua, non id tribuit quod debetur, vt anteà propriè à ciue possessum : sed quod est totius reipublicæ, cuius ciues sunt partes.223.b
In iustitia commutatiua debitum inde surgit, quod res fuit possessio alterius.ibid.
In iustitia tam distributiua quàm commutatiua qualitas personæ attenditur sed diuersimode.ibidem.

L.

Labor manuum ad quatuor est vtilis.637.b
¶Lacessito nõ licet in duellũ exire.460.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Laicus non potest præscribere ius exigendi decimas.299.b.
¶Lanarum mercatus qui anticipata fit solutione,aliquando licitus est: etiam si ea ratione lanæ vilius emantur quàm si solutio non anticiparetur.519.b.Vide Emere.
¶Lamech reus homicidij quia nõ sufficientẽ adhibuerit diligentiam.379.a.
Laruarum maleficia vnde fluxerint.710.a.b.
¶Lateranẽse concilium non est in omnibus receptum.497.a.b.
¶Latronem occidere ob defensam bonorum temporalium,iustum est.375.a
Latrones publici capite plectuntur.395.b.
¶Legalium obseruatio quando post Christi passionem fuerit licita.150.a.
Legalia obseruando quomodo Petrus fuerit reprehensibilis & peccauerit. ibidem.a.b
Laudabile & honorabile in quo differunt. 252.b.
¶Legis multiplex definitio.2.b.
Lex in intellectu tanquam propriũ eius opus insidet.3.a.
Lex à legendo vel à reeligendo dicta.ibi.a.
Estq; æquitatis iniquitatisq; regula.ibid.
Lex est vniuersitatis propositio ac dictamen rationis practicæ per modum habitus in hærens.4.b.
Lex non est voluntas eius qui vicem populi gerit.10.a.
Lex omnis quo solida sit & firma in cõmune bonum debet subditos promouere.6.b.
Leges condere reipublicę est,aut eius vicem gerentis.8.b.
Leges sapientum iudicio ex visceribus naturalis iuris eliciuntur: cæterùm firmitatẽ non ab eis,sed ab his qui iurisdictione pollẽt sortiuntur.ibid.
Lex bifariàm est in homine.8.b.
Lex vim habet coerciuam.9.a.
Lex ante promulgationem nullum habet vigorem.9 Et quando censenda sit satis promulgata.ibidem.
Lex post idoneam promulgationem obligat vniuersos: tamet si citra culpam ignorantes excusantur contra Panormitanum,& alios.10.a.
Legis definitio è iure ciuili deprompta explicatur.11.a.
Leges Romanorum Imperatorum post duos menses valere incipiunt in republica, vt iure ciuili sancitum est.10.a.
Leges pontificiæ irritationis ab articulo promulgationis robur habent,nisi contractus irritati per eas essent tales,quod cederent in iniuriam tertij.11.a.
Leges, priuilegiorũ reuocatione, nulla vi pollent, quo ad fuerint promulgatæ, non solũ in prouincia,sed etiam in diœcesi.ibid.
Legis effectꝰ reddere homines studiosos.12.b
Legis actus quatuor.15.a
Lex nonnulla permittit mala ad obuiandum grauioribus incommodis.15.b.
Legis species quatuor,& earum inter se discrepãtia.16.b.&.17.a.
Lex fomitis non est propriè lex, sed per metaphoram ibidem.b.
Lex tam diuina quàm humana duplicem vim habet in trãslatione dominiorum.284.a.
Lex potest & voluntatem domini cohibere, & ipsum inuitum suorum dominio priuare 285.a.
Lex non ob quãlibet causam, etiam iustam mutanda est: sed cùm fuerit tanta, vt detrimẽtum quod ex legis mutatione suapte natura accedit,abundè cõpensetur.66.b.
Lex non est idẽ quod ars boni & æqui.176.a.
Legi omnes subijciuntur, etiam princeps ipse, quantum ad vim directiuam.61.a.b.
Legi non subduntur iusti, quantum ad vim coerciuam, similiter neque princeps. ibidem.b.
A lege liber non est iustus, vt Lutherus impiè dogmatizauit.63.a.
Lex quę communi bono officit,nullam habet obligandi vim.63.b.
Legem in particulari deficere, non est idonea ratio vt quis ei posit contra venire: bene tamen si cessat in genere:sed neq; tunc vim perdit ligandi quoad princeps aut consuetudo eam aboleat.64.b.
Legis prævaricator est qui seruatis in cortice eius verbis mente circumuenit.64.b.&.65.a
Lex tota absque gratiæ subsidio speciali, impleri nequit vt longo tempore absque peccato viuamus.113.b.
¶Lex æterna summa ratio est in Deo existẽs. 17.a.
Neque cum diuina conuertitur.18.a.
Lex æterna solis hominibus post Angelos nota.ibidem.b.
Lex æterna ratione differt à rationibus rerũ quas ideas in Deo dicimus.ibidem.
Lex omnis ab æterna deriuatur.19.a.
Lex non dicitur præcisè æterna, quia neque habuit principium neque habitura sit finẽ sed præsertim quia est immutabilis omnisq; variationis expers.ibidem.
Lex diuina positiua, effectus, ac participatio legis æternę.ibidem.b.
Lex fomitis,quid sit, & qualiter deriuetur abæterna.ibidem.b.
Leges iniquæ non sunt dicendæ leges ac proinde neque ab æterna dimanant, nisi,quatenus præse ferunt quandam potestatis imaginem.ibidem.
Lex permissiua etiam ab æterna lege ortũ ducit,illa scilicet quę malum impune permittit. 20.a.
Legi æternæ necessaria cuncta creata præter Deum subsunt.20.b. nõ autẽ diuinæ personæ.21.a
Legi æternæ vniuersæ actiones humanę subiiciuntur.22.a.
Lex æterna brutis & insensibilibus rebus ,promulgatur per sigillationem instinctuum & virtutum actiuarum: qui tamen instinctus non habet propriè rationem legis.ibidẽ. b.
Legi Dei æternę,monstra & casualia & id genus reliqua,subduntur.ibidem.
Quo sensu Paul. dixerit eos qui spirtu Dei aguntur,non esse sub lege. ibidem.
Sub lege æterna non solum sunt viatores,sed beati & damnati.ibidem.
Lex naturalis in hominum animis insculpta est.Quæ neque potentia est, neque habitus, neque passio, neque idem quod synderesis, licet insit per modum habitus.23.a
Lex naturalis vna est.26.a.
Lex naturæ quo ad prima principia, non sic est mutabilis, vt id quod fuit iuris naturæ cessẽt esse talis iuris: bene tamen quantum ad cõclusiones:tametsi id raró eueniat.30.b
Lege naturę cuncti mortales tenebantur.89.a.
Lex naturæ, natiuo instinctu & luce, promulgata est, vnde fit de primis principijs naturalibus neminem posse ignorantiam prætexere.11.a.
Lex naturæ quantum ad prima principia nequit prorsus ex animis hominum extirpari:secus quantum ad conclusiones. 31.a.
Præter legem naturæ necessarium fuit humanas condere & hominis naturę congruẽtissimum.ibidem.b.
Lex naturę malefactorum conscientias exulcerat,quo sensu dixit Augustinus inordinatũ appetitum pœnam esse peccati.32.b.
Lex naturæ dictabat Iudæis præcepta moralia:fuit tamen opus ea in tabulis legis antiquæ describi.88.b.
¶Lex diuina duplex.73.b.
Lex alia altior præter naturalem & humanã necessaria fuit, quæ diuina positiua nuncupatur.ibidem.
Lex diuina positiua in duas secatur: licèt specie non distinctas.74.b.
Legis diuinæ positiuæ & æternæ differentia. 75.a.
Lex diuina non censetur promulgata,cùm eã Deus alicui reuelat:sed cũ ille soleniter eam euulgat.11.b.
Lex diuina de vniuersarum virtutum operibus ex æquo præcepta ponit.94.a.
¶Lex vetus per legem Christi cessauit.143.b. non modo quantum ad legalia,& cæremonialia, verùm si vim eius obligatoriam spectes,tota tunc temporis antiquata fuit. ibidem.
Lex vetus tẽpore passionis cessauit,& tunc nõ cœpit.145.b.&.148.b.&.11.b
Lex vetus tot virtutes instituit,quot Christus expresit in lege noua.95.a.
Lex vetus nõ conferebat gratiam.89.a.
Legis antiquæ custodes per fidem Christi prę mia consequebantur æterna, trangressoresque perpetuis afficiebantur supplicijs. 90.a
Lex antiqua quare testamentum vetus dicta sit nostra autem noua.ibidem.b.
Legis veteris & nouæ supplicia, discriminantur. ibidem.
Lex vetus sancta iusta atque bona fuit.76.a.
Legis veteris author Deus.77.a.
Legis veteris & nouæ discrimen. 76.a.b.
Lex cùm dabatur Moysi,quęritur num Deus Angelusve loqueretur ei.79.b.
Lex vetus soli populo Israel data est. 80.a.
Legis antiquæ præceptorum distinctio.81.b.
Lege veteri currẽte gentiles sine ipsa,sicuti ante ipsam,potuerunt salutem obtinere.82.a.
Lex vetus eò quòd ad plura obligaret,non fecit Iudæorum deteriorem conditionem, quàm gentium.ibidem.b.
Lex vetus data est sub initium quartę ætatis: quæ tribus ætatibus permanlit in mundo. 84.a.
Legis veteris duo fines ad vnum tãtùm relati. ibidem.
Legis antiquæ trina prę cepta necessaria. 86.b &.88.a.
Legis veteris nomina omnia reducuntur adtria.88.b.
Lex scripta sicut nihil roboris iuri naturali prę stat, sic neque robur eius quoquo pacto minuit.218.a.
Legis scriptę vigor non exigit melius id esse quod discernit,quàm contrarium.ibid.
Lex quamuis iuste sit posita,si tamen in cuẽctibus particularibus est contra ius naturæ, licet contra illam facere.ibidem.b.
¶Lex noua in cordibus insculpta est & hoc à veteri

Universidad de Deusto
Biblioteca

veteri quæ in tabulis ſcripta erat differt. 147.a.&.148.b
Lex Euangelica quomodo dicatur iuſtificare. 159.a
Legem nouũ ab initio mundi dari non decuit. 159.b.&.160.a
Lex Euangelica vſque ad finem mundi perſiſtet. 161.a
Legis nouæ ſtatus nihil vetat quominùs mutetur perinde atque ſtatus legis veteris. ibidem.b.
Legis nouæ ſtatus etſi latior patentiorq; expectetur, nullus tamen futurus eſt vbi gratia copioſior ſit quàm hactenùs præceſſit. ibidem.b.
Lex Chriſti ante finem mũdi ab omnibus eſt exoſculanda.ibidem.
Lex Euangelica neq; prorſus eſt alia à veteri neq; omnino eadem, ſed ſic ab illa diſtãs vt perfectum ab imperfecto. 163.a
Lex vetus lex timoris erat, noua verò amoris & charitatis.ibidem.b
Lex antiqua quare dicatur teſtamentum vetus: & lex euangelica teſtamẽtum nouum. ibidem.
Lex vetus quare dicebatur lex factorum, noſtra verò dicitur lex fidei. 163.b.&.164.a
Lex noſtra fuit antiquæ complementũ, quantũ ad finem & quãtùm ad præcepta. 164.a
Lex noua continebatur in veteri non quidem actu ſed virtute.ibidem.b
Lex repudij non præcipiebat vxorem repudiare, ſed id permittebat, idque noua correxit vt non haberet locum niſi quo ad thorum. 164.b.&.165.a
Lex antiqua grauior erat quàm noua ſi difficultas ex parte obiecti perpendatur. 165. a. b.
Lex Euangelica præter naturæ legem non niſi ſacramenta imperauit.ibid. b
Lex noſtra quodammodo grauior eſt veteri, ſi difficultatem ex modo agendi exiſtimes illis tamen præcipuè qui non ſunt virtutum habitibus imbuti.ibid.
Lex Chriſti quo tempore cœperit obligare. 11.b.
Lex Chriſti tria tantùm continet, moralia, ſcilicet præcepta, ſacramenta, & conſilia. 166.a.
Lex Euangelica à veteri duodecim differentijs diſtat.ibid.a.&.b.
Lex Euangelica in operibus exterioribus ceu fundamẽta iecit ſeptem ſacramenta. 167. b.
Legis Euangelicæ maieſtatem non decuit vt alię cæremonię per ipſam inſtituerentur, q̃ quæ adminiſtrandis ſacramentis erant neceſſariæ. 167.b.
Lex Euangelica appellatur à Iacobo lex perfectæ libertatis propter trinam rationem. 168.b.
Lex Euangelica vniuerſos humanos mores intus & in cute perfectiſsimè informat. 169.b.
Lex Euangelica miro ordine procedit ad inſtitutionem hominum circa actus interiores & exteriores.ibidem.
Lex Euãgelica iudicialia præcepta aliqua correxit, cæremonialia verò minimè, ſed ablegauit. 170.b.&.171.a.
Lex noua non modò naturalia conſilia explicauit, verum & alia recenter adhibuit. 171.b
Lex noua quo tẽporis articulo cœperit obligare. 11.b.&.12.a.&.145.b.&.148.b
Leges quatuor diſtinctæ apud Paul.6.a
Lex humana non ea viget certitudine qua cõcluſiones ſpeculatiuæ. 33.a
Legem ſatius eſt quàm hominem dominari id que rationibus egregijs ſuadetur.ibid.
Lex omnis humãnitùs poſita, ſi ſit recta à lege naturæ deriuatur. 34.a
Legis humanæ ex naturali deriuatio, per viam concluſionis, potiùs eſt explicatio principij naturalis, quàm noua præceptio virtutis.ibidem.b
Legis humanæ qualitates ab Iſidoro traditæ explicantur. 35.b.&.36.a
Legum multitudo vitioſa. 36.b.
Lex plana eſſe, & obſcuritate vacare debet, ne muſcipulæ more captet ignorantes. 37.a.
Lex & conſuetudo vt differant.ibid.
Lex quare aſſimiletur regulæ Lesbiæ. 37.a
Lex debet in communi conſtitui. 39.b.
Legis humanæ quadruplex diuiſio. 38.a
Lex non reſpicit ea quæ rarò ſed quæ frequẽter eueniunt. 40.a
Lex humana ea præſertim ſcelera animaduertit, quę reipublicæ tranquillitati ſunt aduerſa. 41.a
Lex humana omnis virtutis actus præcipit, tametſi non ſingulos. 42.a
Lex non præcipit habitum ſed actum. 42.b
Lex humana diſsimiliter ſe habet circa præceptionem virtutum, & prohibitionem vitiorum. ibidem.
Lex humana, ſiue ciuilis ſit ſiue canonica ſi modò ſit iuſta, vi pollet ligãdi ſubditorum conſcientias. 43.b
Legis iuſtitia ex omnibus ſuis cauſis perpendenda. ibidem.
Lex humana iniuſta non obligat in conſcientia. 44.a
Licèt leges, quæ humano tantùm bono aduerſantur, non obligent in conſcientia, aliquando tamen illis parendũ eſt, ratione vitandi ſcandali: ſecùs ſi bono repugnent diuino. ibidem.
Lex humana ad ſuam cuſtodiam aſtringere valet, etiam cum proprij capitis detrimento. 47.b.
Legem humanam mutari quandoque licitum eſt. 65.b.
Leges humanæ de ſolis iuſtitiæ actibus primaria intentione præcipiunt, de reliquis verò virtutibus nõ niſi quatenus ad iuſtitiam referuntur. 94.a
¶Legis humanæ rectitudo non eſt admodũ naturalis rectitudinis, in quantitatibus corporeis repertæ. 67.a
Legum artiumq; diſcrimen quantum ad variationem. 68.a
Lex ſi decerneret nullam in futurum conſuetudinem contra eam fore valituram, nulla conſuetudine abrogaretur.ibid.b.
Quandiu legis ratio durat, nequit conſuetudo contrà prævalere. 69.b
Super lege humana ille cui regimẽ incumbit, poteſtatem habet diſpenſandi. 70.a
¶Lex canonica & Eccleſiaſtica obligat ſub reatu mortalis noxæ, quæ aſſertio fidei contra aliquos hæreſiarchas ſatis roboratur, de ciuili autem lege nõ eſt par fidei certitudo. 44.b.&.45.a
Lex Eccleſiaſtica pariter & ciuilis homines deuinciunt: & non tantùm quatenùs diuinæ interpretes vt commẽtatus eſt Gerſon, ſed quatenus humanæ. 45.a.b
Lex eccleſiaſtica non obligat cum diſcrimine mortis, niſi contemptu legis aut iniuria fidei interueniente. 47.b.&.48.a
In legibus quæ eccleſiæ quàm maximè referunt, Papa nec conciliũ diſpenſare poſſunt, ſic vt eas protinus mutent. 67.a
¶Leges ciuiles quid de filijs clericorum & religioſorum ſtatuant & de filijs nothis ſecularium. 287.a.b
Leges non prohibent dominij tranſlationem in ludis. 290.b. vide Ludus.
Legum obligatio omnis, authore Deo eſt. 304.b
Leges vectigalium obligant in conſcientia. 325.a.b
¶Leges pœnales omnes ad culpam obligant, niſi contrarium expreſſerint, ſiue mixtæ ſint, ſiue merè pœnales, contra Henricum. 49.a.&.50.a
Leges pœnales veteris legis cõtra fures ac mœchos. Exod. 22.& Leuit. 20. ad culpam obligabant, ſimiliter, & nunc canonice. 50.b
Leges pœnales ob id quòd dicant ipſo facto vel ipſo iure, aut quid ſimile, nõ obligant ad pœnam ante ſententiam à iudice latam ſic vt teneatur reus illam offerre. 53.a.
Lex quando ipſo facto pœnam decernit non opus eſt ſententia quę feratur ſuper pœnã, ſed ſuper crimen. 56.b
Leges pœnales collegiorum obligant ante cõdemnationem ad pœnam, ſi eorum inſtitutor ſub hac forma tales leges ſanxit. 59.b.& 60. a.
Leges pœnales Salmantinæ Academiæ inprenſatores & ambitores latæ, non ligant ante condemnationem: niſi dum iuridicè interrogatus quis iniquè veritatem denegat. 60. a.
Leges præſcriptionis non ſunt merè pœnales. ibidem.b.
Lex eſt iniquiſsima quæ præcipit vt condemnatus ad pœnam corporalẽ illam ipſe exequatur. 430.a.b.
¶Libertas per obligationem voti non minuitur. 587.b.&.588.a.
Libertas Chriſtiana in quo conſiſtit. 643.a
¶Litaniæ quæ in proceſſis diebus officio nocturno adhibentur, nec ex cõſuetudine vim habent præcepti. 881.b
¶Loth filias offerendo rem turpem fecit: ac proinde peccauit, niſi fortè ignorãtia excuſetur. 496.b
Loth non deliquit peccato inceſtus, quia ebrius erat. 377.b.
¶Lucretia deliquit ſe occidendo. 366.b
¶Lucri cupiditas ſi citra dolum fraudem vè ſe contineat non eſt mortalis. 290.b
Lucrum ceſſans quid ſit, & quomodô dicatur ceſſare. 482.b
Lucrum ceſſans quando mutuatore inuito ceſſat, abſq; periculo vſurę exigitur. 483.a
Lucrum ceſſans iuſtè petit qui mutuare cogitur. 483.a
Lucrum ceſſans poſt præfixum diem ſolutionis pecuniæ mutuatæ, iuſtè à principio in pactum ducitur. ibid.b
Lucrum ceſſans cur liceat exigere. 329.a
Lucri ceſſantis optima diſputatio, an videlicet poſsit qui nõ coactus mutuat illum à principio in pactum ducere. 484.a.b. & 517.a. b. quod fieri poſſe non eſt omnino improbabile. 486.a.&.517.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ludus in genere rem de se iure naturæ licitã sonat, imò virtus esse potest. 288.b
Ludus sicut ex multis accidẽtibus honestatur, sic & ex plurimis vitiatur. 289.a
Ludo acquisita in dominium lucrantis transeunt. 290.a
Ludens absente pecunia fide impignorata teneatur nè eam soluere. 292.a.b
Ludo perdens amplam pecuniam, an possit la tenter ab illo furari illa. ibidem.b.
Ludere secundùm ius naturæ neque mortale est, neq; vlla inde nascitur restitutio. 290.a
Ludere alea reliquisq; ludis lege inhibitis, neq; contraria consuetudine rogatis peccatum est. 289.b
Clericis præcipuè sacerdotibus, ac maximè episcopis contra vetitũ ludere, vix citra mortale contingit. 290.a
Lutherus vota perniciosa esse asseuerat. 592.b
Lutheri dogma quòd in hac vita impleri nequit dilectionis mandatum. 633.b
Lutherus debachatur contra obedientiam monachalem. 642.a

M.

Magistratus instituti sunt propter populi necessitatem. 245.b
Magi qualiter per dæmonũ operationem rebus naturalibus vtantur. 709.b
Magi primum dicti sapientes cur infames esse cœperunt. ibidem.
¶Magorum varia nomina. 712.a
Magorum omnia genera trino iure condemnata sunt. 713.a.b
¶Maioratuũ institutionis causa redditur. 286. a.&. 155.b
¶Malè acquisita in duplici differentia. 748.a.
¶Maledicere quid sit, & quotupliciter contingat. 463.a
Maledicere sub forma enuntiationis ad contumeliam, aut detractionem, aut ad irrisionẽ pertinet. ibid.
Maledicere alijs si nullum sit intus malum desiderium nõ est peccatum mortale. 463.b.a
Maledicere rebus irrationalibus in ordine ad hominem contingit. 465.a
Maledicere rebus irrationalibus & dæmonibus, quatenus creaturæ Dei sunt, blasphemia est. ibidem.b.
Maledicere tempestates, æruginem, locustas aliaq; id genus portenta, quousque liceat. ibidem.a.b
¶Maledictio propriè, vulgo mali imprecatio est. 463.a
Maledictionis culpa ex animi proposito iudicanda est. ibid.b.
Maledictio per se propriè in solam potest cõijci rationalem, aut intellectualem creaturã. 464.b
Maledictio quæ intentione mali sit secundùm genus suum peccatum est mortale. 466.a
Maledictionis sub forma imprecandi, & imprecandi discrimen. 463.a.b.
Maledictione reliqua verborum peccata sunt grauiora. 466.a.b
¶Malefactores occidere honestum est. 357.a
Malefactores occidere nõ expedit quãdo sine proborũ periculo id effici nequit. 359.a.b.
Malefactores cui liceat occidere. 360.a
¶Manichæorum extremus furor de animantibus non occidendis. 355.a
Manichæi asserebant nullatenus esse licitum iurare. 660.b.
Manichęi duo principia ponebant bonum & malum. 664.b
Manichæi asserebant animalium animas mẽbra esse Dei. 355.a
Manichæi, cucurbitarum homicidæ appellantur. 357.
Manichæorum hæresis repudiantium veterẽ legem tanquam à principe tenebrarum cõditam. 78.a.
¶Marcus quod pollicẽ sibi resecuit nulla laude dignus, nisi fecit reuelatione diuina. 381.a
¶Maritus quando vxorem occidere licitè possit. 362.a.
¶Matrimonium ratum non consummatum neutiquàm est per Papam dispensabile, neque qui contrarium sentit audiendus est. 601.a.
Pro matrimonio illicitum est pecuniam recipere. 767.a.
Matrimonium è diametro cum religione pugnat 639.a.
Matrimonium quandiu consummatum non est licitum est inde ad meliorem frugem conscẽdere: consummata verò copula nequaquã, quia irrogaretur iniuria proli. 601.a
¶Medici prudentia inutilis nisi artis adminiculo directa. 36.b.
Medicum suas opiniones proprias & existimationes arti anteferre periculo & temeritate non vacat. ibidem.
¶Membrum ex voluntate ægroti abscindi potest, quod corruptioni corporis nocet. Non tamen ad id potest authoritate reipublicæ cogi, secus de prælato. 380.b,&. 381.a

Mem-

Membrum proprium abscindere sibijpsi potest iustè qui aliter mortem euadere nequit. 381.a.
¶Mendacium si aliam non habeat maculam, nisi falsitatis, genere suo non est peccatum mortale. 436.a.
Mendacium non omne in iudicio est peccatũ mortale. 418.a.
¶Meturi in iudicio, violando iustitiã etiam citra iusiurandũ genere suo est mortale. 436. a.&. 418.a.
¶Mendicitas omnimoda ex genere suo plus meriti habet apud Deum, quàm in cõmuni possessio. 635.a.
Mendicitas in sacris literis commẽdatur. ibid.
Quamuis mendicitas omnimoda secundum se præferenda sit: potest tamen ratione finis & circumstantiarũ conducentior esse in communi possessio. 636.a.
Mendicantes religiosi nequeunt quicquam præscribere. 299.b.
¶Mensura aliquandò citra iustitiam à priuato minuitur. 314.b.
¶Mercatores sub vsuris mutuum recipientes, ad exercendam mercaturam mortaliter non peccat. 494.a.b.
Mercatorum insignis fraudulentia in mutuo. 478.a.
Mercatorum praxis in cambijs. 549.a.
Mercenarius qui ex decimatis mercedem recipit, nullam inde aliam decimam debet. 770.a.
¶Meretrici accipere licet pretium suæ turpitudinis. 332.a.b
¶Metus veluti seta quę filum amoris inducit. 16.b.
Nullo metu quis cum consanguinea contrahere potest, quia non est materia sacramenti. 48.a.
Metus qui ab alio incutitur voti obligationẽ potest impedire: non item intrinsecè ortus. 585.a.
Metus cadens in virum constantem, is est quẽ viri cõstantia sine vituperio secum patitur. 586.a.
Metus quantumuis magnus & cadens in constantem virum non excusat à transgressione legis diuinæ aut naturalis. ibid.b.
Metus cadens in virum constantem ex triplici capite expendi potest. ibid.b.
¶Ministris sacramentorum & spiritualium, quid liceat recipere pro suis functionibus, vide Simonia.
Minister sacramentorum sanctitate quam alijs præstat pollere debet, secùs in iudice. 209.a.
Ministri vsurariorum, qualiter ad restitutionẽ teneantur. 493.a.
In ministrio ecclesiæ præter morum compositionem requiritur factorum scientia, prudẽtia, solertia, & reliquæ virtutes ad gubernandum. 293.a.
¶Ministeria ecclesiastica cuius arbitrio dispẽsanda sunt. 811.a.
¶Minus malum quomodò liceat consulere. 494.b.&. 495.a. Illud tamen facere nunq; licet. 496.b.
¶In missã cur fiat sanctorũ memoria. 718.b
Missæ valor quantus sit. 725.a.
Missa pro pluribus oblata non singulis tantũ prodest, ac si pro vno offeratur. ibid.
Neq; quantum ad satisfactionem. 726.a
Pro vna missa duæ possunt pitantiæ recipi. 733.b.
Qui missæ interfunt & qui eleemosynas pro eis pendunt, offerentes sunt. 729.a
Pro missæ sacrificio licet sit simoniacum aliquid recipere: tamen de eleemosynæ quantitate ad sustentationem pacisci licitum est. 765.b.
Missam celebrare ante officium nocturnum non est mortale peccatum. 882.a
Missam celebrare ante Psalmos nocturnos & etiam post missam alias horas non soluere legitima excusatione persoluendi officium diuinum interueniente licitum est. ibidem. a.&.b.
Missam auroræ, vel reliquas ante primam inconuẽtu dicturus melius faceret si post missam interesset choro ad primam quàm illã ante missam soluere. 882.a
Missæ audiendæ præceptum non obligat nisi taliter audire vt sit actus humanus, qualis esse potest etiam si aliud adsit finistrum propositum. 886.a.b.
¶Miracula faciẽdi facultas hodie nõ est perinde in ecclesia atq; olim apostolis fuit. 801.b
¶Moderamen inculpatæ tutelæ quam diligẽtiam requirat. 373.a.b.
¶Moyses videritne, vt Paulus in raptu, faciem Dei, sub iudice est. 79.a.b
Moyses potuit Ægyptium, quem in fragranti delicto occupauit, per modum defensionis occidere: si autem id in vindictam fecit, à culpa non excusatur: nisi diuina reuelatione id fecisse dicatur. 219.b
¶Monachi perfectio, est propriè saluti studere. 818.b.
Monachus potest ascendere ad Episcopatum vbi propriæ saluti periculum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non paratur.819.a.
Monachis non congruit sacerdotia annecticum animarum cura.750.b.
Monachrorum quadrifida opera.604.b.
Monachi,quibus est iniuncta animarum cura,ius habēt decimas recipiendi:non autem illa ratione obligationem soluendi. 752.b. &.753.a
Monachi non professi non tenentur ad officium diuinum contra Palud.879.a.
¶Monachatus summā esse libertatem ostenditur.311.b.
Monachatum dissuadens, etiam iniquo animo,non tenetur ex iustitia ad restitutionē cuipiam.310.b.
Monasterium etiam si sit pingue,non est simoniacum à sanctimoniali exigere pecuniā ad sustentationem: habet tamen speciem mali.771.b.
Monasterijs non congruit annecti sacerdotia cum animarum cura.750.b.
¶Monopoliorum iniquitas. 507.b.
¶Mons pietatis qui sit.497.a.b.& quibus modis congeri potest,& eiusdem montis leges & capitula.
Mons pietatis vsuram sapit.ibid.b.&.500.a.
¶Moralium præceptorum ordo triplex. 116.a.
Moralia per se præcepta, neque in lege veteri poterant,neque modò possunt in nobis efficere iustitiam.119.b.Sed per gratiæ auxilium.ibid.b.
¶Mons trifariàm accipitur.68.a.
Mos vt legis anthoritate polleat lōgæuus esse debet.69.a.
¶Mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur olim lege naturæ, tenebatur à viro abstinere.59.a.
Mulier non meretricia,sed maiori verecundia sui copiam faciēs, potest recipere pretium. 332.b.&.333.a
Mulier nupta, sicut & virgo potest pretium suscipere.ibidem.
Mulier maritata teneaturne pretium sui corporis viro reddere,ostenditur. ibid.b
Mulier extorquēs superfluum per dolum, vel fraudem,tenetur illud restituere.ibid.b.
¶Mundus propter hominem creatus: homo autem,vt mundi dominus.821.a
Mundus fuit sub lege scripta tribus ætatibus. 84.a.
¶Mutilare aliquod membrum publica potestas potest, quando expedierit reipublicæ. 380.b.
Mutilatio licita est propter corporalem salutem:homicidium verò nunq̄.381.a
Mutilati & trunci pœnā,vide,irregularitas.
¶Mutuum in solis rebus vsu consumptubilibus locum habet.468.b.&.469.a
Mutuum recipere sub vsuris à non parato nō licet.493.b.&.494.a.vide,Vsurarius,
In mutuo, pretium rei mutuatæ non attenditur, plus minusve tēpore solutionis valeat, quod mutuatur,sed eadem mensura quę datur reddenda est.478.a
Mutuata pecunia, cuius tempore solutionis mutatus est valor, quomodo sit exoluēda. 479.a.b.&.480.a
In mutuo iustè pœna imponitur, si stato die non soluatur: imò & de lucro cessante post præfixū diem iustè à principio pacisci tur. 483.a.
Mutuatarius dominium suæ pecuniæ in fœneratorem nō transfert.487.b.&.888.a. cætera vide Vsura.

N.

Naturalium rerū virtutes admirabiles.709.b.
Necessitas naturalis neque laude digna est neque præmio.592.b
Necessitas voluntariæ obligationis meritum auget.ibid.&.596.b
Necessitas coactionis meritum & laudem ac vituperium tollit: At necessitas præcepti rationem virtutis non excludit,quanuis meritum supererogationis respuat.186.a
Necessitas grauis quæ sit.439.a
Necessitatis,alia ratio est, cui succurrere tenemur,quando illàm quis patitur propter iniuriam, aut casualem cladem,quam si propter inopiam.432.a
Qui necessitatem euidentem & vrgentem patitur, potest clàm subripere, siue palàm, ea quibus indiget. 396.b. Neque illud est furtum.398.a
Necessitas extrema quæ dicatur.397.a
Necessitas quæ constituit miserum in periculo honoris licèt non sit extrema, est tamen grauis: & obligat sub reatu mortalis culpæ habentem facultatem vt opem ferat. ibid.
Necessitas extrema non censetur, si puella in periculo versetur amittendi pudoris,ob victus inopiam.ibidem.
Necessitate extrema laboranti subuenire non est obligatio propriè iustitiæ, sed misericordiæ.ibidem.
In extrema necessitate cuique pari iure licet alienū rapere vt indigēti succurrat. ibid.b
¶Negotiatio duplex.503.b.
Negotiatio neque est intrinsecè bona, neque mala,licèt eius finis perse consideratus turpitudinem quandam prę se ferat.503.b.& 504.a.
Negotiatio simpliciter est necessaria reipublicæ.504.a
Negotiationis causa licitum est merces carius vendere quàm emptæ sunt.ibidem.
¶Negotiatoria ars tum ex multis circunstantijs fit illicita,tū in multis versatur periculis. 505.a.
¶Negotiatores fallaciter in nundinis in principio carius vendunt quàm in fine. 507.a.
Negotiatores inextinguibilem sitim habent lucrandi: similes enim sunt aleatoribus. 504.b.
¶Negotium otio est contrarium: & pro quo negotium sumatur.503.b.
¶Numisma, seu numus est norma, seu vas ac fideiussor reipublicæ.502.b.
Numisma,duobus modis consideratur.541.b.
Numus idem est quod lex, norma,& regula. 227.b.
Numorum sunt duo vsus.ibidem.
Numi valor non prorsus ex natura rei æstimādus est: sitne aurum, vel argentum, sed statuto, aut signo reipublicæ aut principis. 228.a.
Numus necessitatis tempore in materia vilissima sculpi potest.ibidem.
Numorum æstimatio non debet augeri sine magna necessitate.ibidem.
Numularia ars vnde primùm ortum duxerit. 545.b.
¶ Nuptias sacerdotibus licere omnium primus docuit Iouinianus.644.b.
Nobiles hodierni temporis quàm pernicioſè abutantur in vindicandis iniurijs.360.b.

O.

Obedientiæ tria obstantia impedimenta.813.a.b.
¶Oblationes quando cēsentur in præcepto esse.732.b.
Oblationis verbū quid comprehendat.731.a.
Oblationum dispensatio ad sacerdotes pertinet.734.b.
Oblatio de his quæ iniustè acquiruntur, aut possidentur illicita est.735.b.
Oblatio dere quacūq; iustè possessa,iustè fieri potest quantum ex natura rei.736.a.
Oblationes nonnunquam potius debent expediri in paupertū egestatem quàm ecclesijs offerri.736.a.
Oblatio importat vltroneam exhibitionem. 732.a.
Oblationes cadunt sub præcepto ex præcedēti conuentione, aut deputatione, aut propter ecclesiæ necessitatem aut propter consuetudinem.ibidem.
¶Obligatio iuramenti vnius personæ nō transit in aliam.694.a.
Obligatio non videtur iuramentum respicere assertorium.671.a
Obligatio est naturalis iuramenti effectus, ita scilicet illi innatus, vt igni natiuum est calefacere.681.a.
Obligationem à iuramento remouere nō est in hominis potestate.ibidem.
Occidere qui prohibeantur illo præcepto Nō occides.358.a.b.
Occidere malefactores licet.357.a.
Occidere hominem non est intrinsecè malum.359.b.
Occidere tyrannum quando licet.360.b.
Occidere malefactores non cuiuis committendum est à principe.361.a.
Occidere vxorem vir, quando sine peccato potest.362.a.
Occidere malefactores,clericis quare sit prohibitum & à quo iure.363.a.
Occidere se ipsum scelus est.365.a.
Occidere se, bifariàm contingit.369.b.
Occidere innocentem,quem constat esse nocentem,semper est flagitium.370.b.
Occidere aggressorē,quando est medium necessarium ad seruandum propriam vitam, iustum est.372.a.
Occidere ex intentione, id est præueniendo nulli licet,pæterquàm reipublicæ & principi.ibidem.b.
Occidere aggressorem, eligendo tanquam medium eius mortem,honestum est.ibid.b.
Occidere aggressorem tenetur inuasus quando reipublicæ valde necessarius est.374.b.
Occidere aggressorem non potest inuasus, quando aggressor est reipublicæ necessarius,inuasus verò infimus.ibid.
Occidere aggressorem, atque illi parcere, potest inuasus in reliquis casibus.ibid.
Occidere eum, qui fraude & arte perdere me tentat nō licet:quia esset aggressio ex parte occidentis.373.a
Occidere latronem, ob defensam bonorum temporalium licet.375.a.explicat ibi Aug.
Occidere aggressorem ob honoris defensam licet hominibus alicuius authoritatis: monachis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nachis verò clericis non licet. ibid.b
Occidere hominem fortè, quando sit peccatū, vide, homicidium casuale.
Occidere animalia bruta licitum, secundùm fidem. 354.b.&.355.a.b
Occisores tyrannorum laudantur. 361.a
¶Occultatio aliquando non minuit peccatū. 387.b
¶Officijs publicis præficiendus, moribus debet ornari probis. 246.a
Officia publica si nudè & speculatiuè considerentur, vendi possunt licitè. 247.a
Officia diuina qualiter decantabantur in primitiua ecclesia. 890.a
Officia publica non habent potestatem vendendi magnates & domini, qui sub ditione sunt regia. 248.a
Officia publica si practicè considerentur non licet vendere. ibid.a.b
Officia scribarum ab ecclesiasticis prelatis vendi iniustum est ac fœdissimum. 249.b
¶Omnia facta esse propter hominem cognouit etiam Aristoteles. 354.b
Optare licet alteri quod facere nō licet. 464.a.
Optare possumus mortem alicui, vt nostrę rei publicæ mala caueantur: licèt nobis constet viam perditionis illum ingressum iri. ibid.
Optare quomodò liceat Turcæ & alijs hostibus etiam Christianis mala. ibidem.
¶Operam dans rei illicitæ quando debeat censeri irregularis. 378.a.b
¶Organorum vsus neutiquàm est repudiandus in ecclesia. 874.b.
¶Orationes Christus creditur constitutas habuisse quibus vtebatur. 867.a.
Orationes aliquæ erant constitutæ, ad orandū Deum, tempore Apostolorum præter, Pater noster, quam solam orationem admittunt hæretici. ibid.
Orationis prima virtus quæ sit. 864.a.
Oratione cessante, ac de medio sublata, bona vita existere non potest. ibidem.b
Oratio duplex. ibid.b
An pro locatis operis ad orandum liceat pacisci dubium est. 769.b
Oratio, Pater noster, fuit nobis à Christo instituta, non ita præcisè, vt alias adhibere nefas esset, sed vt exemplar ad quod ecclesia si vellet alias orationes astrueret. 867.a.
Orandi modus publicus certas personas per quas persolueretur exigebat, vt sunt clerici. ibidem.b
¶Ordo ante vsum rationis susceptus characterem imprimit, atque adeò verè suscipitur. 602.b
Ordine sacro initiatus, consensu extorto per metum cadentem in virum constantem, tenetur voto castitatis. ibidem.a.
Ordine sacro initiatus, si vsum habeat rationis, cogendus est votum seruare, secus verò si nullum habeat prorsus. ibid.
Ordines minores nō sunt de iurediuino. 758.b
Ordinis nomen bifariàm est in vsu. 797.a.
Ordo apostolorum in tribus consistit. 801.a
Ordo quadruplex est in republica. 154.b

P.

PActum nullum dici potest contractus stricto nomine. 501.a.
Pactum etiam tacitum vsuram exteriorem facere potest. 469.b
Pharisæorum duplex error circa iudicialia. 170.b
¶Papa q̄ habeat plenariam dispensandi potestatem quomodo intelligendum sit. 243.a
Papa non intendit obligare sua lege, nisi à tempore promulgationis causa aliter expresserit. 11.a
Papa alterius iudicio se subdere potest iudicādum etiam in foro exteriori, ad exemplum Christi. 402.a
Papa quamcunq; facultatem in seipsum in foro exteriori exercere potest, valet alteri cōmittere. ibidem.b
Papa excommunicare seipsum non potest, neque suspendere, neque seipsum propriè punire. ibidem.b
Papa non potest sibi superiorem, aut æqualē constituere. ibidem.
Papa non potest causam depositionis suæ alicui committere, etiam cum est suspectus de hæresi. 403.a
Papa solus dispensare potest in pœnis simoniaci. 792.b
Papam eligi non posse, nisi è cardinalium gremio fallum est. 239.b
Papa dispensans in pluralitate beneficiorum sine causa, grauiter peccat, & possidens à culpa non liberatur. 244.a
Papa qui Petro substitutus est, vniuersalem retinet iurisdictionem. 801.a.b
Papa ingruente necessitate decimam decimarum à clero exigere valet. 753.a
Papa beneficia alicui vendens cēsetur cum eo dispensare in pœnis simoniæ. 760.b
Papa simoniam potest cōtrahere. ibid.a.
¶Parœcialis sacerdos potest de licētia Episcopi curæ pastorali cedere. 818.b
Parœcialibus sacerdotibus non residentibus in suis

in suis parœcijs, tertia pars fructuū adimenda est. 733.a
Parœcij quotidie celebrare tenētur pro sua parœcia, si competentes habent reditus in eadem. ibidem.
Parœcij possunt particulares pitantias vltrò oblatas à parœcianis accipere. ibid.a.&.b
Parœcij possunt ex pitātijs sibi collatis aliquā portiunculam sibi vsurpare, imminutasque mercenario porrigere. ibid.
¶Paruulus & adultus in quo differunt quantum ad iustitiæ infusionem. 118.b
¶Pascere gregē quid sit, iuxta Dei sententiā. 823.b.&.824.a
Pasce oues meas, quod Petro dictum est, quomodo intelligitur. 822.b.&.823.a
Pascentes greges in pascuis alienis, quando teneantur ad restitutionem. 327.a
Pastores quare receperint ab angelo primum Natiuitatis nuntium. 795.a
Pastores ecclesiæ, lux mundi. 825.a
Pastores parœciales etiam residere tenentur. 828.b
Pastoribus animarum meditatio perquàm salubris depingitur. 830.b
Pastoris nomen multò rectiùs cæteris, functionem episcopi exprimit. 795.b
Pastoris officium describitur. 834.b.&.835.a. & explicatur. 841.a.b
Pastoris omnium maximè proprium munus, est prædicare. ibid.
Pastoris munus pulchrè, quinque nominibus designat Ezechiel, iuxta quinq; incommoda, quibus Christianus grex periclitari solet. 823.b.&.824.a
Pastoris boni natura multis nominibus designatur. ibid.&.826.a.b.
Pastori ecclesiastico licitum est, pro commodo vniuersalis ecclesiæ, gregem alteri committere. 836.a
Pastor bonus dat animam suam, quo pacto sit intelligendum. 825.a
¶Paterfamilias obligare potest liberos: quin & vxorem ad mortale, reliquam verò famili am non item. 48.a
Paterfamilias nequit veras sancire leges. 9.a
Pater verberare potest filios. 383.a. licet eos nimium deterrere non debet. ibid.b
Pater fieri potest, vt filiæ & filius matri licitè connubio iungantur. 109.a
Pater iure naturę quid possit cum filijs nothis. 287.a
Patri vulnerare filios non licet. 383.a.b. Eosdem tri etiā clericos verberare potest. ibi.b.
Pater vel prælatus, quī in verberatione vsq; ad sanguinis effusionem procedit, si id bono animo faciat irregularis non est. 384.a
¶Pauperes non acquirunt dominium bonorum quæ carent domino, quoadusque sint tradita illis. 336.a
Pauperum sustentationi iure naturæ debētur res, quæ reipublicæ redundant. 396.b
Pauperibus grauiter egentibus superflua non debentur de iustitia, sed ex misericordia. ibi.
Paupertas non est absolutè necessaria ad perfectionis statum, sed est necessaria ad peculiarem statum religiosorum. 843.b
Pauperes personati, id est, qui simulata paupertate eleemosynas extorquent, ad restitutionem non tenentur. 782.a
¶Peccato alteri⁹ vti, quomodo liceat. 494.a.b
Peccare propriè sumptum in solum Deū contingit. 221.a
Peccatum non proinde grauius est, q̄ plus noceat, nisi cætera sint patria. 309.a
Peccata illa censentur in detrimentum reipublicæ, quibus commune bonum impugnatur. 411.b
Peccatū veniale, intentio finis ad mortale vsq; pertrahere potest: non tamen mortale vsq; ad veniale extenuare. 446.b.&.447.a
Peccata quæ intra verba continentur leuiora cæteris paribus reputantur, quàm quæ in facto consistunt. 446.a
Peccatum, voluntarium debet esse. 376.b.& 377.a
Peccata quę non prohibentur in decalogo expresse, maiora sunt aliquando quàm quæ prohibentur. 390.b
¶Peculatus acceptio rei cōmunis est. 387.a
¶Pecudes nullum ius neq; dominium habēt ad pabulum, sed tantùm appetitum & potestatem. 262.b
¶Pecunia bifariā existimari pōt. 484.a.&.b
Pecuniæ quomodo obediunt omnia. 502.b
Pecunia quatuor de causis plus potest in vno loco, vel tempore, q̄ in alio. 547.a
Pecuniæ restitutio obligat aliquando etiam cum famæ detrimento. 317.b
¶Pelāgianorum hæresis horas ecclesiasticas refutantium. 864.a
¶Pœnæ vitio simoniæ decretæ quot sint. 791.b.&.792.a. Vide, Simonia.
¶Pēsiones solus Papa cōstituere potest. 777.b. Fructus omnes pro pensione statuere, iniquissimum est. ibidem.
Pensiones functionibus spiritualibus adiudicatæ neutiquàm redimi pretio possunt: secus verò illæ, quæ sub seculari titulo conceduntur. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Penſiones multæ,quæ non ſunt in vſu iniquæ videtur.777.pag.2.col.1.
Penſiones non habent annexos titulos eccleſiaſticos.249.b.
Penſionarius tantùm non tenetur ad horas. 876.b.
Penſiones omnium beneficiorum periculoſiſſimæ ſunt.ibidem.b.
Penſiones niſi ob aliquem eccleſię famulatum concedendæ non ſunt.889.a
¶Perdenti in ludo, datur facultas repetendi intra octo dierum ſpatium.291.b.
¶Periuriorum ſeries & gradus.127.a
Periurio ſemper ineſt falſitas. 691.a.
Periurium omne ex ſui ratione eſt peccatum mortale.695.a.
Periuriorum ſpecies ſceleſtiſsima eſt blaſphemia,& inter blaſphemias illa quæ eſt idololatria.ibidem.b.
Periurij tria exempla ex Auguſtino.692.b.
Periurium omne eſſe peccatum aſſerit Auguſtin.ibidem.
Periurium nihil aliud eſt quàm mendacium iuramento firmatum.691.a
Periuriũ dupliciter dicitur,ſimpliciter, & ſecũdùm quid.700.b.
Periuria multa ſunt, quæ non ſunt grauioris culpę quàm venialis.699.b.
Propter periurium iure incurritur infamia. 703.a.
¶Permiſsio euangelica, vt vir poſsit adulterã dimittere, potius eſt conuentionalis quędã licentia, quàm pœna.59.a.b.
¶Permutata commodatio quid ſit. 501.b. in fine.
Permutationum forma triplex.538.a
¶Perpetuum dupliciter ſumitur.183.b.
¶Perſonæ illuſtri ſat eſt, ſi quam obtenebrauit alterius famam,pecunia, vel alia ratione compenſent.317.a.b.
Perſonæ in dignitate conſtitutæ non facilè notandæ ſunt criminibus.297.a.
¶Petro ſingulariter dictũ eſt,paſce oues meas, cuius ratio aſsignatur.825.a
Petrum non anteà Chriſtus paſtorem ſui gregis inſtituit,q̃ tertiò interrogaret.811.a.
Petrus verè fuit reprehenſibilis, & peccauit in obſeruatione legalium. 150.b. non autem peccauit: quia legalia non eſſent licita. ibidem.a.
¶Pignus infrugiferum colens,an fructus libere percipere poſsit.482.a.
Pignoris fructus computandi ſunt in ſortem. in pignore verò genero pro dote tradito,& in feudo contraria eſt ratio. 480. b.& in vidua.481.a
¶Plato contendebat omnia eſſe communia etiam liberos & vxores.271.pag.2.col.2.
Plato,Ariſtoteles,fuerintne ingreſsi ſalutis viã vnde perpendendum eſt.82.a
Platonem in Dei gratiam fuiſſe receptum veriſimile eſt. ibidem.b
¶Pollutio per mollitiem fornicatione, & furto grauior eſt.390.a.
¶Polliceri in genere quicquid alter petierit, peccatum eſt genere ſuo mortale.703.b.
¶Pœnitentia non eſſet virtus niſi,propter neceſsitatem remittendi peccata.668.a.
¶Pontifex facere poteſt, vt collatio ſimoniaca teneat.792.b.&.793.a.
Pontifex ſummus non habet authoritatem in leges principum,niſi quatenùs pugnauerint contra ſpirituale bonum. 297.a. vide Papa.
¶Populus iure naturæ tenetur miniſtros eccleſiæ alere, & templum ſtruere.732.a.b.
¶Poſſeſsio rerum in communi prętерquàm vxorum concors erat ſtatui innocentiæ. 273.a.
Poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit. 399.a.
Poſſeſſor bonæ fidei elapſo legitimo tempore optimè præſcribit.ibidem.a.&.b.
Poſſeſsio bonæ fidei quatuor debet habere. ibidem.b.
¶Poteſtates omninò diſtinctæ ſunt ſecularis & ſpiritualis.278.a.
Poteſtas ſecularis ſubeſt ſpirituali à qua coerceri poteſt ne diuinas & eccleſiaſticas dilaceret leges.ibidem.
Poteſtas eccleſiaſtica & ciuilis,in quo differãt. 46.b
Poteſtas parentum in filios qualis ſit.382.b
Poteſtas imperatoria cæterorumq̃; principũ diuina conſtant ſanctione.278.b.
Poteſtatem ſpiritualem perpetuò eccleſiæ duraturam Chriſtus contulit ſuo vicario. ibidem.b
Poteſtas ſpiritualis immediatè à Chriſto domino eſt inſtituta.ibidem.
Poteſtas ciuilis conſtat naturali iure.ibid.b
Poteſtas omnis,etiam quę penes infideles eſt, à domino Deo eſt.279.a
Poteſtas ciuilis non ſic pendet à ſpirituali, vt ab illa inſtituatur ſuamq̃; accipiat facultatem. ibidem.
¶Præbendæ quæ ſint ſpirituales, quæ verò non.749.b.Et an ſit contra ius diuinum eas commutare.759.a.&.760.b
Præbendæ quas præſtameras vocant, ſpirituales ſunt, & obligant ad perſoluendum officium diuinum.774.a
¶Præceptum non eſt, reddere Deo quidquid pro eo facere poſſumus.172.b
Præceptum nullum impleri põt per actũ nullam libertatem habentem.110.b.
Præceptum generale diuinæ dilectionis ſpecialia cuncta continet.85.b.
Præcepta omnia ad decalogum reducuntur. 95.b.
Præcepta primæ & ſecundæ tabulę quot ſint opinio eſt triplex.96.b.
Præceptis omnibus,quare non ſint ſua ſingulis propoſita præmia.103.a
Præceptum tertium inter cætera ſingulariter commendandum eſt.ibidem.
Præceptum primum decalogi licèt negatiui formam præ ſe ferat, affirmationem tamen complectitur.98.a.b.
Præcepta decalogi omnia ſunt indiſpenſabilia quæ verò extrauagantur nihil obſtat quominus diſpenſari valeant. 105.a.vide, Decalogi.
Præceptum non eſt lex, ſed explicatio legis. 7.b.
Præcepta cũcta Decalogi explicationes ſunt naturalis iuris.125.b.et.129.a
Præceptum tertium non ad internã dilectionem ſed ad exteriorem cultum extẽditur. 129.a
Duoq̃; habet membra,alterum,affirmatiuum alterum negatiuũ.130.b.et.131.a.violatur aũt per quodcunq; peccatum quantum ad finẽ non tñ quantum ad ſubſtantiã præcepti.ibid. Eſtq; partim cæremoniale, ac partim morale.
Præcepta Dei nimis ſuauia.131.a.
Præceptum tertium in ſenſu literali creationis beneficium: in ſenſu autẽ allegorico requiẽ Chriſti in ſepulchro ſignificabat.Sed in ſenſu tropologico ſignificabat ceſſationẽ à peccatorum operibus: in anagogico ſempiternam requiem præſignabat.131.a.b
Præceptum Dei impleri poteſt quantum ad ſubſtãtiam operis abſq; relatione in ipſum Deum,vt in finem ſpiritualem.113.a.b
Præcepta moralia à naturalibus tripliciter deſcendunt.92.a.b
Præcepta omnia dempto etiam illo magno charitatis,abſque gratia implere non poſſumus.115.b
Præcepta decalogi omnia ad iuſtitiam pertinebant.121.a
Præcepta decalogi non ſunt ſimpliciter prima principia,ſed cũ reſtrictione,id eſt,intrinſeca lege.ibidem.b
Præceptum primum decalogi congruenti forma traditum eſt.122.b
Præceptum ſecundum decalogi optimo eſt & modo,& loco poſitum.125.a
Præceptum, Non furaberis, eſt merè negatiuum.307.b
Præceptum reſtitutionis eſt merè affirmatiuum implicans negationem. ibid.
Præceptũ quartum decalogi de honorãdis parentibus congruentiſsimè traditur.136.b
Præcepta reliqua decalogi, debita ratione prohibitionis tenore poſitâ ſunt.ibidem.b
Præcepta cæremonialia, & iudicialia in quo differunt.87.a.&.88.a
Præcepta cæremonialia ad Dei cultum pertinebant.137.a.vide,Cęremoniæ.
Præcepta iudicialia,in quatuor membra optimè diſtribuuntur.138.a
Præceptum Domini,Non occides,explicatur elegantiſsimè.358.b.&.359.a
Præcepta primæ tabulæ decalogi non dicuntur ſimpliciter ius diuinum poſitiuum.178. b.cætera,vide decalogus,& lex.
Præcipere eſt actus intellectus.4.a
¶Pretium rei non ſecundùm ipſius naturam æſtimandum eſt,ſed quatenus in vſus venit humanos.505.b
Pretium rei, vt iuſtum ſit ex multis perpenditur.506.a
Pretium iuſtum duplex,naturale & legitimũ ibidem.
Pretium naturale triplex,rigidum, pium,moderatum.ibid.b
Pretium omnium rerum ſi fieri poſſet à lege deberet taxari.ibid.
Pretiũ non dicitur iuſtũ cuiuſuis arbitratu, ſed ſecundũ prudentum exiſtimationẽ. 507.a
Pretium multoties fit iniquum, ſi vendens ad expenſas rei venditæ conſiderationem in venditione habeat.ibidem.
Pretiũ gẽmarũ, & aliarũ rerũ,quæ reipublicæ neceſſariæ nõ ſunt tantum erit quantũ emptor ſciens & prudens voluerit dare. 508.a
Pretia rerum emptorũ copia auget, raritas vero minuit.507.a
Pretium læſionis non debet æſtimari ad libitũ læſi.313.a
¶Prædari militibus in bello iuſto, licitum eſt, 418.b.in bello tamen iniuſto, rapina.ibid.
¶Prędicatio vẽdi nõ poteſt.755.a.b.&.769.b
Prædicare parœcialibus ſacerdotibus conuenit ex officio, quibus tamen ſi Theologiæ ignari ſunt,id munus committere peſtilentiſsimum eſt.801.b

¶Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præscriptionis definitio ponitur.298.a
Præscriptio,nisi quadragenalis in rebus ecclesiæ non habet locum: neq; cõtra ecclesiam Romanam,nisi centenaria.ibid.b
Præscribere potest quis illam rem, quam à latrone emit.299.b
¶Prælatus negligens famam propriam, delinquit mortaliter.319.b
Prælati famam dilacerans, cui teneatur ad restitutionem.ibidem.
Prælatus pro libito & sine causa dispensans,infidelitatis, aut imprudentiæ peccato delinquit.70.a
Prælatis nõ licet pro functionibus suis aliquid accipere.770.a
Prælatus trifariàm potest res ecclesiæ occupare.339.a
Ob prælatorum absentiam à suis ecclesijs hæreses subortæ sunt.824.
¶Præmium & pœna duo maxima humanæ vitæ præsidia.16.a
¶Præuaricatio nõ tantùm in accusatorem,verùm in aduocatum & in alios ministros & in iudicem solet vsu cadere.415.a
¶Primatum ecclesiæ cupiens quanto se periculo subijciat.810.b
¶Primitiæ quatuor modis differunt à reliquis oblationibus.738.a.b
Primitiæ quo iure debeantur Deo, suisq; ministris.ibidem.b.
Primitiæ in quota parte,ac de quib⁹ rebus reddendæ sunt.739.a.b
¶Primogenituræ cur fuerint illõ vinculo colligatæ ne possint dispendi.286.a. & quare masculinã serie transfundantur.155.b.& instlutionis earum causa redditur.286.a
¶Princeps non potest alteri præcipere,vt ipsummet perimat.266.a
Princeps potest super se iudicem constituere, qui se iure perimat.ibid.
Principatus ecclesiæ & ciuilis,quo pacto discriminantur.281.a.b
Princeps potestatem habet ferendarum legũ, quibus coerceat rempublicam.279.a
Princeps duntaxat in eos rectè imperat, quos cõmodè administrare põt. 280.b.&.281.a
Princeps non cogi suis legibus, iniqua potius conditio est,quàm gratia.62.a
Principem omni virtute decet esse ornatum.14.a.b
Princeps suis legibus, non solùm ciuium probitati decet prospicere:sed ad reliqua officia debet animum intendere.ibid.b.
Principum pædagogi cum patronos suos verentur incessere, virtutum leges & iustitias legendas portigant, quæ inuidiam non generant & mores instituant.33.b
¶Principiorum naturalium ad intellectum practicũ pertinẽtiũ numerus & ordo. 25.b
¶Probatio semiplena quid sit.422.b
¶Professum extrahens à religione non tenetur alium subrogare,nec ipse intrare.311.b
¶Promissio ex genere suo obligat sub reatu mortali.583.a.b
Promissionem mentalem homini factam obligatoriam esse,problema videtur.684.a
Promissio facta sanctis, quonam pacto votirationem habeat.595.a.b
Promissio verbalis quãuis habeat redemptionis formam, tamen per coactionem cassatur.678.a
¶Propositum sine promissione non obligat.571.a
Propositum quale requiratur in votis emittẽdis.570.a.b
Propositum non satis est ad votum.571.b.
Propositũ & promissio in quo differant.ibid.
¶Propositionis per se notæ duplex genus.25.a
¶Præstimonialia absq; intẽtione clericali possidere,culpa non caret.889.a
¶Prouisor tenetur ecclesiæ dignum prouidere ex iustitia commutatiua.321.a.vide Electio.
¶Prudentia inter morales virtutes primatum obtinet.196.b
Prudentiæ triplex actus.569.a
¶Puellam vitians, teneatúrne in totam dotẽ.336.b
Puellę quid debeant pati antequam in stuprũ adigantur.ibidem.
¶Pupillus ante ętatem legitimam dominium habet rerum suarum.251.a.b
Pupilli & minores quam possint ludere quantitatem.291.b
¶Punitio in bonum publicũ ordinatur.359.b
Puniri debet homo nequam, etiam si indicijs manifestis appareat eum perditum iri in infernum.ibid.
Pyladis & Orestis memorabile facinus.369.a

R.

Rapina nullatẽn⁹ est licita neq; priuato, neque publicæ potestati.398.a
Rapinæ charactere violentia non est denotanda, quando ab eo infertur qui indiget.ibidem.b
Rapina grauius peccatum est furto.400.b

¶Ratio

¶Ratio non est prima regula,sed ipsamet lex naturæ.29.b
Ratio practica & speculatiua dissimiliter discurrunt.29.a
¶Recuperare rem suam priuata authoritate, vt quis possit, quæ conditiones requirantur.391.b
¶Rectores & Senatores non habent ius vendendi locum suum quem pecunia emerãt.249.a.b
Rectores vrbium nequeunt suffragia sua vendere,in electione scribarum.ibid.
Rectores,seu senatores isti, non possunt stipẽdia iuraq; scribarum per modũ pensionis dispertiri, aut cogere scribã,vt aliquid certum alteri soluat.ibid.b
¶Regimen rerũ naturaliũ,& gubernatio spiritualium discriminantur.816.b
¶Regnum quod quidam hæreditario iure tribuunt Christo, iam ante ipsum natum cessarat.277.b
Regnum Christi est prędicare& docere fidẽ. &c.ibid.
¶Religio superstitiosa Gentilium non culpãda.87.b.&.88.a
Religionẽ esse optimã iustitiæ partem quomodò intelligatur.121.b
In religionis ingressu, quomodò liceat pecuniam accipere.771.a
Religioni nullam facit iniuriam,qui bona intentione impedimento est volenti esse monachum.310.b
Religionem expolians persona frugi, forsan tenetur de damno dato.312.a
Religio an sit vera religio, vnde perpendi debeat.638.a
Religioni, res vxoria ex diametro opponitur.639.a
Religio,si vera est religio, iure diuino habet annexam castitatem.639.a.b
Religiosorum status obedientiam in primis requirit.642.a
Religiones militares præter ordinẽ beati Ioãnis,noie ten⁹ sũt religiones.640.b.&.641.a
Religionũ militariũ equitibus, expediens est dispẽsatio,vt copulẽt sibi vxores. 641.a.b
¶Religiosus repulsus à religione non tenetur vltra ad statuta religionis.588.a
Religiosi non tenentur manuum labore victum quærere, sed iustissimè mendicare possunt.635.b
¶Religiosus Episcopus ad quas religionis obseruantias teneatur.892.b
Religiosus Episcopus essentialia vota nõ relinquit,sed mutat.893.b.&.894.a.b.quo sit vt Papa in voto continentiæ cum ipso dispensare non valeat:893.b
Religiosus eps soli Papę manet subdit⁹.893.b
Religiosus eps ex æquo tenetur ad debita à quibus nõ absoluitur assumptus ex ordine prædicatorũ,aut minorum.894.b
Religiosus episcopus,cui bona quæ acquirit reddere teneatur,& an testamentum condere possit.895.b
¶Repassio ex primæua significatione est cõtra voluntatem passio.227.a.
Repassio ex abusu significat spontaneas mutationes.ibidem.
Residentia episcoporum apud antiquos monita,non disputata: apud neotericos autẽ eò vsq; reuocata est in quæstionem,vt sit iam suasu difficilis.819.b.&.820.a
Residentiam prælatorum iure diuino, naturali,& humano esse sancitam,innumeris testimonijs cõprobatur.820.b.&.821.a. & infrà vsq; ad.842.b.ob cuius defectũ innumeræ sunt hereses i ecclesia subortę.824.b
Residere in ecclesia propria,segniter tamẽ & oscitanter,quandoq; potius quàm non residere.828.b
¶Res spirituales quadruplices.761.
Res an sit,vel an licita sit quærere idem est in moralibus.657.a
¶Reipublicæ quadruplex regimen.39.a
Respublica ecclesiastica & ciuilis in quo differunt.821.a
Respublica tota non potest expoliare principem iure regni,nisi ob tyrannidis corruptionem.279.a
Respublica erudita diuinitùs creauit principes.ibidem.a
Respublica nõ eò melior quò maior.280.b
Respublica quonũ pacto ciues in rectis vsib⁹ contineat.285.a.b
Respublica,vel princeps dupliciter potest dominiorũ translationẽ impedire.293.b
Respublica quibus titulis possit ab inuitis cluibus bona auferre.298.a
¶Resurrectio,patribus legis veteris reuelata fuit.90.a
¶Restitutio est actus iustitię commutatiuæ.303.a.
Restitutio nõ est vbi ratio debitiabest.ibidẽ.
Restitutio & satis factio septem differẽtijs discriminantur.304.a
Restitutio de qb⁹ debeat fieri.304.a.&.308.b
Restitutio quibus fiat.304.a.b
Restitutio quæ dicatur propriè.306.a
Restitutio,vt obliget requirit tres conditiones.330.b.

 Restitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Restitutionis tatio,ibi solũ est,vbi res iniustè, vel aufertur,vel retinetur.306.a
Restitutio quo pacto sit faciẽda ab eo qui rẽ alienam secretò vsurpauit.351.b
Restitutionis vinculum obligat sub mortali culpa.306.a
Restitutio in his quæ secundùm speciem reparari nequeunt,debet fieri ad arbitrium prudentis.312.b
Restitutio quantum ad actũ animæ interiorẽ quando obliget.308.b.&.309.a
Ad restitutionem an teneatur qui trahit aliũ ad ludum.292.a
Restituere an teneatur,qui abducit monachũ à religione.321.b
Restitutionis obligatio transeatnè ad hæredes.314.a
Restitutio secundùm morem legum nõ obligat cũ detrimẽto vitæ:põt tñ euenire quãdo obliget etiã cũ tali periculo.317.b
Restitutionẽ famæ remittere ex genere suo nõ est mortale, imo aliqñ laudabile.318.a
Restitutionẽ eidẽ fieri à quo res sublata est nẽpe domino necessum est.330.a
Restitutionis cuiuscũq; obligatio orit, aut rõne acceptionis, aut rõne rei acceptæ.321.b.&.322.a
In restitutione tria obseruanda.330.b
Restitutioni obnoxius ratione rei acceptę tenetur illam & omne id quo per ipsam ditior factus est restituere.ibid.
Restitutio quã primum adfuerit facultas obligat.349.b
Restituere nolens, cùm potest,an peccet nouo peccato.35.a
Restitutionẽ an liceat differre,& qñ.350.b
Restituere quomodo teneatur qui impedit alium à beneficij consecutione.319.b.&.320.a.&.321.b
Restitutionẽ procrastinãtes in quãto versentur periculo.306.a
Restitutioqñ arbitrãda est iposibilis.352.a.b
Retrahens,seu extrahens,quẽpiam vi, minis, vel fraude,à religione ad quã restitutionẽ teneatur.321.b
Restitutio cui sit facienda, quando creditor ignotus sit omninò.335.b
Ad restitutionẽ quando teneantur,qui bonis cesserunt.353.a
Restitutio cui facienda quãdo nec dominus, nec hæres cõparẽt.335.b.&.336.a.
Restitutio quomodo facienda sit qñ plures simul ad idem dãnum cõcurrũt.348.b
Restitutio vsuræ,creditori nõ pauperibus,est facienda.478.b.vide multa Vsura,& vsura rum restitutio
Restitutio simoniæ. Vide Simonia, & simoniæ restitutio.
Restitutionis obnoxius est perceptorũ fructuum,qui parœcialẽ habens ecclesiã non intẽdit ad sacerdotiũ promoueri:quod intelligitur etiã sine iudicis condemnatione: qa lex illa nõ est pœnalis.888.a . b.de alijs beneficijs q̃ extra animarũ curã sunt,quid sit dicendum.ibi 889.a
Ad restitutionẽ nõ tenẽtur,qui ecclesijs suis iuxta earũ statutũ tenorẽ inseruiũt,nisi manifesta sit peruersitas,quãuis videãtur non pro dignitate inseruire.891.b
Restitutioni non sunt astricti clerici solũ ob vitæ corruptionem.ibidem.
¶Reus interrogari iustè nõ põt absque v preuio,illoq; iurato,idoneo teste.432.b
Reus rñdere indici nõ tenetur quousq; illi cõstet more & lege se interrogari.422.b
Reus legitimè de crimine interrogatus, sub reatu mortalis culpæ tenetur crimen suũ patefacere,etiam si ob hoc sit in mortem rapiendus.417.a
Reus non legitimè interrogatus nõ tenetur crimen suum fateri.ibidem.
Reo siue iurè siue iniuria interrogetur, nunquàm licet mentiri.ibidem.b
Reus in tribus casibus tenet rñdere veritatẽ iudici interrogãti de ꝓprio crimine.ibid.b
Reus ac simul actor nemo tenet esse.313.b
¶Rex propter regnum instituitur,nõ è conuerso.821.a
Rex est anima regni.281.a
Rege simpliciter superior in temporalibus nemo censetur.ibidem.b

S

Sabbati nomine, reliquæ oẽs festiuitates intelliguntur.180.a
¶Sacerdotes plebani suarũ sunt parœcialium ecclesiarũ pastores,nõ tamẽ perfecti.801.Neq; vllã habent vim coactiuã quantũ ad forum iudiciale.802.a
Sacerdos potest locare operas antecedentes sacramentũ,nõ tamẽ sequẽtes.763.a
Sacerdoti licet pacisci de mercede pro obligatione celebrandi.ibidem.
Sacerdotibꝰ religiosis & antistitibꝰ,citra mortale,vix vti licet ludis vetitis.290.a.vide,ludꝰ
Sacerdotes habeantnè verũ dñium fructuum ecclesiasticorũ.849.a.b.De quo variè sunt opiniones.847.b
Sacerdotes arctiùs perstringũtur præcepto eleemosynarum quàm seculares.855.a
Sacerdotibus iure permittitur propria bona suis hæredibus relinquere.856.a
Sacerdotes teneantúrne singulari iure præ secularibus ad eleemosynarum subsidium.857.a.b
Sacerdotũ negligẽtia dispgunt greges.24.a.b
Sacerdos an possit plures pro vna missa pitancias recipere.733.b
Sacerdotes trifariã possunt his, quæ ad diuinum cultum offeruntur vti.736.b
Sacerdotes antiquæ legis quomodo à nostris differebãt.647.b.&.648.a. Et eorum sacerdotium à nostro.824.a
Sacerdotes nouæ legis sublimioris dignitatis sunt,quàm legis antiquæ.743.b
Sacerdotum numerus magnus requiritur in noua lege.ibid.&.743.a
Sacerdotes non decere magna in paupertate vitam degere.743.a
Sacerdotibus præter decimas alias possessiones habere licet.Quas leuitæ non habebãt.749.b
Sacerdotes negligentes in erogandis eleemosynis, nõ tenentur ad restitutionem de iustitia,sed de misericordia.750.a
Sacerdotalis ordo à religione in quo differat.640.a
Sacerdotum votum mediũ est inter præceptũ merum, & votum solenne.ibid.
Sacerdotum continentiã improbat & dãnat Lutherus.644.b.&.645.a
Sacerdorũ continentia vsq; adeò est necessaria,vt absq; illa nequeant legitimã Christi effigiem retinere.ibid.
Sacerdotum continentia multis præsignata fuit in veteri testamento.ibid.b
Sacerdotes ex cõiugatis cõstitui permissum fuit,circa Apostolorum tempora.649.b
Sacerdotibus postq̃ addicti essent sacro ministerio, nunquàm licuit vxorio negotio se implicare.650.a
Sacerdotum votum dispensabile est à Romana ecclesia.651.a
Sacerdotes non cõtrahere coniugia, neque coniugatos assumi in sacerdotes, Ecclesiæ præcepto constat.653.b
Sacerdotes Græci nõ modò repudiarũt Romanum institutum, sed amplexati sunt illud, quod ex nullo Apostolorũ, aut conciliorum permissu elicuerunt.ibid.
¶Sacramenta veteris legis à solis carnis sordibus,& quas dicunt irregularitates, corpus mundabant.142.a
Sacramẽtorum gratiam spiritualem pecunia vendere, simonia est.761.
Sacramentũ altaris adorandum & vnicum sacrificium Christicolis.722.a
¶Sacrificiũ quid sit, declaratur.715.a
Sacrificiorũ oblatio nõ solùm diuini iuris & humani est,verum etiam naturalis.716.a
Sacrificium quomodò distinguatur ab oblatione.715.a
Sacrificij oblatio ex iure naturæ est.716.a
Sacrificiũ duplex genus.720.a.b
Sacrificiũ & sacerdotiũ,vt lex,& gubernator, semper in omni republica fuerũt.ibi.b
Sacrificium nemini offerendum,nisi ipsi deo.717.b
Sacrificia cur Deus nolle dicatur.ibidem.
Sacrificiorũ oblatio,secundũ suã propriã rationẽ,est actus specialis virtutis.719.b
Sacrificiorum antiquæ legis duplex erat causa.139.b
Sacrificium dicitur quodlibet opus virtutis, vt refertur in diuinum honorem.719.b
Sacrificium maximè id dicitur,quod nullam habet aliunde laudem quàm quod in diuinam reuerentiã exhibetur.720.a
Ad sacrificium internum vniuersitas hominũ lege naturæ tenetur.ibid.b
Ad sacrificia quæ sola significatione virtutẽ religionis induunt,solum tenentur qui sub lege Dei scripta agunt.ibidem.
Ad sacrificiũ aliquod deo exhibendũ oẽs, etiam solo iure naturali viuentes quocunq; seculo fuerint tenebãtur,secundum cognitionem in quã de vna prima causa habere tenebantur.ibidem.
Sacrificium Christicolis proprium est eucharistia.722.a
Sacrificiũ per sacerdotem Christi ministrum oblatum non est infiniti valoris.725.a
Sacrificij valor nõ crescit secundũ proportionem deuotionis offerentium.726.a.b
Sacrificiũ altaris,vt reliqua sacrificia pro mortuis oblata,eis ꝓsunt,qui cũ hic viuerẽt meruerunt,vt hoc sibi ꝓdesset,sinistrè aliqui intelligunt,& qualiter intelligendũ.730.b & 731.a.
¶Sacrilegiũ quo casu cõmittatur.130.a
¶Salus spiritualis cuiuscunque sibi ipsi propriè commissa.812.b
Salutis proprię curam per nullum impedimẽtum homo præterire debet.819.a
¶Sanguinis sola effusio non est irregularitatis causa.394.a
¶Sanson reuelatione diuina hostes peremit. pag.108.b.
¶Satisfactio extra gratiam nihil pœnę remittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit.304.b
Satisfactionē inficiantur Lutherani.306.a.b
Satisfit si simplum restituatur quod ablatū est.324.b.
Satisfactio de quibus fieri debeat.304.a
Satisfactio quibus fiat.ibid.
¶Sciēcia etiā Theologiæ vendi pōt.769.a.b
¶Scholares præstantes suffragia non testes, sed electores sunt.323.b
Scholares bifariàm inīustitiā suffragando cō mittunt.ibid.b.&.324.a
Scholares non scripti albo, & ambiētes possentnè præstare suffragium.ibid.
¶Scholarum Magister potest nouas adhibere pœnas scholaribus, vt seruent leges tam vniuersitatis, quàm alias.291.b
Scholarum Magister non habet potestatem condendi vllam legem.ibid.
¶Scopum attingere vno tantū modo cōtingit,aberrare verò infinitis.170.a
¶Scotus q̄ lapsus fuerit in explanatione illius præcepti,Non occides.357.b
¶Sensus literalis & mysticus in quo differūt. 139.a
¶Sententiam ferre secundū probabiliorem opinionem semper est necessarium, etiam si altera opinio probabilis sit.251.b
Sententia iniqua quæ in falsa pręsumptione fundatur nō obligat in foro interiori. Cui tamen reus licitè auscultare potest, si duntaxat legi humanæ fit contraria:secùs si diuinæ.48.b
Sētentia excōmunicationis ipso iure ligaresolet,& qua ratione id eueniat.56.a.b
Sententiā inīustam Philosophi morales nullam vocant.437.a
Sententia inīusta apud Iurisconsultos q̄ sit.ibi
Sētētiæ iniquæ, quicunq; eam iniquā esse resciuerit,parere nō tenetur in foro conscientiæ,quāuis in seculari teneatur.ibid.b
¶Secretorum multiplex ordo.423.a
Secretum confessionis quātum debet esse reconditum, & ab exteriori foro semotum. 423.b
Secretum ab illo qui per iniuriam extorsit arctissimo nexu astringitur seruandi illud. ibidem.
¶Sermo omnis fidelis pro iuramento est secundum Euangelicā veritatem.661.a
¶Seruis quando liceat fugere.267.a
Serui,qui bus rebus tanq̄ proprijs valeāt vti, & quis e rui hoc possint.ibid.
¶Seruitus duplex legalis,& naturalis.266.a
Seruitusl egalis item duplex.ibid.
Seruitus vendētiū fele licita est,266.a.b.vbide Æthiopibus Portugalliæ disputatur.
Seruitus mancipiorū licita & pia est.ibidē.b
Seruitutis,species plurimæ sunt.ibi.
Seruitus contra primariam naturæ intentionem est ,non tamen contra secundariam. 267.b.
Seruitus quomodō iure gentium, quomodò imperatorum sanctione constet.268.a
Seruitus naturalis,quę per peccatū introiuit, nō incidisset in statu innocentiæ.ibidem.
¶Simon Magus donum spiritus sancti emere voluit,à quo simoniæ nomen deriuatū est.753.b
Simon Magus hęreticus fuit,nō ex simonia, sed quia credidit mundum non fuisse creatum.756.b
¶Simonia genere suo peccatū mortale est. 757.a.b.
Simoniæ triplex species.784.b
Simoniæ materia res spirituales sunt,sed non cuiuscunq; generis.754.a
Simoniæ vitium quale sit ex Euangelio venit vestigandum.754.b
Simoniam cōmittit prædicator euangelicus, si pro munere prædicationis pretiū ex cōuentione recipiat.Non ita est de docente scientias naturales quascunq;.755.a.b
Simonia non reperitur proprie extra ecclesiam catholicam.ibidē.b.&.756.a
Simoniæ definitio approbatur.756.b
Simonia ab alio vitio imperatur,ab allo elicitur in distincta potentia existente.ibi.b
Simonia naturali diuinoque iure prohibita 757.b.&.758.a.
Simonia aliqua est ad ius merè positiuum attinens.755.b.&.756.a
Simonia duplex,mentalis,& realis.784.b.& 785.a.
Simonia non est,resignare prębendam in manus prælati in fauorem alicuius,& nō aliàs 777.a. Commutare verò cum pacto nisi in pacto adducatur consensus pontificis simonia est,ibidem.
Simoniam sapit in permutatione præbendæ ad honorē & dignitatē præbendæ respicere,ita vt honorabilior pluris æstimetur, si aliàs fructus sunt æquales.ibidem.b
Simonia verè cōmittitur,si res spiritualis pro obsequio temporali,vel munere tribuatur. 778.a.& etiam pro munere à lingua & pro turpi obsequio.ibidem.b
Qui pecuniam alicui confert, vt præbendam ei procuret,etiam collatore inscio,simoniā fortasis committit.ibidem.b
Simonia non est ratione cōsanguinitatis beneficiū

neficiū cōferre: ratione verò dignitatis, ac probitatis consanguineo dare laudabile est: in hoc tamen antistites periclitātur maximè.779.a.b
Simoniam non cōmittit,qui metu alicui beneficium confert.780.a
Simonia realis sine mentali aliquando est. 784.b. simonię pœnę.791.b. vide pœnę simo.
Simonia mētalis est illa,quæ pro obiecto habet realem,& hæc pœnis iuris non subditur.784.b
Simoniæ mentalis optima disputatio. a. pag. 782.vsq;.ad.794.
Simoniæ restitutio & q̄ per simoniā acquisita restitutioni sint obnoxia.783.a.simoniacæ pœnæ.ibid.&.785.b.&.791.b
Simonia omnis realis in qua pretium solutū est,ad restitutionē obligat.784.b.&.ad resignationē prębendæ,quę cum tali pacto collata fuit, etsi pretium solutū nō fuerit. ibidem.
Simonia acquisitorū restitutio facienda est illi,qui pretium dedit,quandiu per sententiam non sit condemnatio.785.b
Simonia mentalis an ad restitutionē obliget, pulchra disputatio. 788.a.b. obligat vtiq;. ibidem.b
¶Simoniacus tam ratione rei acceptę,quàm ratione inīustæ acceptionis, restituere tenetur.788.a.b
Simoniacus post condēnationem restituere debet ecclesiæ vel pauperibus, aliàs ei qui dedit.785.b.
Simoniacum est ob ordinum exhibitionem munus aliquod exigere.791.a.
Simoniacum non est,cùm pro actibus hierarchicis,vt prò inungēdis sacerdotibus,& cōsecrandis epīs,aliquid rettribuitur.766.a.
Simoniacū est vendere ius præbendæ,& contra ius naturæ.772.b.&.773.a.
An simoniacus fuerit Abraham emens sepulturam.775.a.
Simoniacum est nolle cōferre locum sacrum ad sepeliēdum mortuum,nisi pro pecunia: at verò si quis honoratiorem locum affectet, ab illo pecuniam ad ecclesiæ fabricā exigere,simonia non est.775.a.b.
¶Societas seu societatis cōtractus duplex genus.532.a.
Societas contractus licitus est, si qui pecuniā ponit,periculum eius subit.ibid.a.b.
In societatis contractu qualiter distributio lucri facienda est, dum vnus pecuniam ponit,alius industriam.ibid.b.
Societatis quidā pessimus contractus.533.a.
Societatis contractus, vbi quis sic pecuniam ponit,vt nulli se exponat periculo, neutiquam licitus est.534.a.
Societatis quidam implexus cōtractus. ibid.
Societatis cōtractus in quo socius contractū assecuratiōis capitalis, & vēditionis lucri, cū suo socio facit,siue à principio,siue successiuè,vsuram sapit.535.a.b.
Societatis quidā periculosus contractus. ibi.
¶Socij qui dicantur.532.a.
Socius qui cētum societati cōmittit,licitè potest quinquaginta tantū periculum subire: dum tñ illam præcisè partē lucri suscipiat, quæ illis quinquaginta respondet.534.a.b
¶Solicitudo necessaria nō est interdicta, sed superflua.171.a.
¶Solennitatū veterum numerus.140.b
¶Solutione anticipata quomodò liceat vilius emere:vt in lanarum negotio fit.519. b.Vide,Emere.
Solutio expectata nihil vetat,quominus contractus à principio perfectus sit.521.a.b Ill cèt oppositum,vt Caieta.placet,non sit omnino improbabile.ibidem.
¶Sors idē quod capitale,seu pricipale.469.b
¶Spirituale quicquā vendēs naturali iure,restitutioni subditur.783.a.b.&.789.b.emēs verò an teneatur.825.a
Spiritualia quare pecunia non æstimentur. 476.b.
Spirituale & illi annexum,& qđ ab spirituali dependet,nō est pretio vendibile.772.b
¶Spuriorū quatuor esse genera, & quando succedant in hęreditatē,& quādo nō,& de clericorū nothis filijs ostēditur.286.b
¶Statuam quam vidit Daniel.ca. 2. quid significet.281.a.b
¶Stipendia vniuersitatis nō sunt in rē personarum,sed in stipendiū ministrorū. 323.b &.324.a.
Stipulatio,an sit contractus.502.a
Stipulationes turpes nullius sunt momenti. 519.b.
¶Studiosus quisque debet tres habere conditiones.109.b
Studiosus aut prauus non dicitur,nisi qui ex habitu operatur.203.a
¶Subsannatio à derisione & contumelia differt.461.b.&.462.a.
¶Subsannator turpia dicit,vt gloriā conscientiæ alteri adimat.462.a.
¶Subditum esse vnū alteri in foro iudiciali quatuor modis contingit.402.a
¶Sub viri potestate eris,& ipse dñabitur tui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

explicatur. 257.b
¶Superbia humana de duobus extollit. 83.b
¶Suspicionis nomẽ tria cõnotat. 210.a
Suspiciones triplici ex radice oriuntur. ibi. b.
¶Susurratio genere suo grauius peccatũ est contumelia & detractione. 459.a
Susurrare ad dirimẽdas amicitias, quãdo peccatum sit, & quãdo virtus. 459.b
Susurronis & detractoris discrimen. 458.b.

T

TAcens & non obstans quãdo dicantur causa. 347.b
¶Taletis Milesij historia, qui docuit per Philosophiã homines posse fieri diuites. 516.a
¶Talionde trahat originẽ, & quid sit. 415.b
Talionis pœna iusta. ibidem. & 416.a
Talionis lex quare posita sit populo Iudæorum. ibidem. & 156.a
Talione dignus non est, qui inculpata ignorantia quem in crimine esse putat reum facit. 416.a.b
Talionis pœnam princeps remittere nõ potest: quãdiu accusatus nõ remiserit. ibid. b
¶Templi vnius Iudæorum literalis & mystica ratio. 137.a.b.
Templa non placent hæreticis cùm sint publicarum orationum loca. 866.b
Templa quantum Christo placuerint, multis locis ostenditur. ibidem. & 867.a
¶Tempus sacrum non violatur per peccatũ, sicut locus sacer. 130.a
¶Tentare Deum quid sit. 664.b
¶Tergiuersari tribus modis citra culpam, accidere potest. 415.a
¶Testamentorũ solennitas describitur. 294.a
¶Testimonium conferre tenetur quicũque à legitimo iudice, secundum iuris formã in testem ascisciturus. 431.a
Testimonium dicere non tenetur, qui occulta crimina, de quibus neque infamia, neq; alia iuris causa præcesserit, interrogatus fuit ibidem.
Testimonium quando quis sponte propria offerre teneatur. 431.a.b
Testimonium conferendi, & aliarum eleemosynarum discrimen. ibid. b
Testimonium duorũ, qui sint fide digni sufficiens est in iudicio: & ad maiorẽ certitudinem trium. 433.a
Testimonium duorum vel trium, non vsque adeò iure naturæ stabilitum est, vt nullam ob causam exigi possint plures, quando mortaliũ fides, & iustitia depranata est. ibidem. b
Testimoniũ hominũ iure & meritò, tam ob alias causas, q̃ ob culpam, repellitur. 434.b & 435.a.
Testimonia illa reipublicę necessaria sunt, q̃ bonũ habent authoritatis pondus. 435.b
Testimonium falsum quando mortale sit, & quando nõ. 436.a.b
Testimonium humanum duplici de causa fallax. 657.b
Testimonium Dei quicunque adducit non iurat. 658.a.
¶Testis extra casum necessitatis liberandi innocentem aut rempublicam, potiùs inclinare debet ad seruandum secretum proximi, quàm ad prodendum. 432.b
Testes singulares non faciunt in iudicio fidẽ. 433.b. in fine.
Testium in ipsa actus substantia discordantium testimoniũ, aut refutatur, aut nõ satis ad sententiã facere censetur. 434.a.
Testibus actoris & rei adinuicẽ discrepãtibus cæteris paribus standũ est parti rei. ibidẽ.
Testibus vtriusq; partis inter se dissentientibus, vtri partium assentiri debeat, ex multis iudex potest perpendere. ibidem.
Testes singulares de multiplicatis ab eadem persona eiusdem actibus, quam fidem faciant in regionibus. ibidem. b
Testi crimen obijcere, quando liceat, & quãdo non. 434.b. & 435.a.b
Testium non omniũ repulsa pœna est, sed quandoq; cautela. 435.b
Testis in iudicio asserere nõ debet, nisi id de quo per vigilantem considerationem habet certam scientiam. 436.b
Testis asserens quòd post prudentem vigilãtiam pro certo habet, etsi falsum sit, nõ est reus mendacij. ibidem
Testes iureiurando stringũtur vt maiori percutiantur timore. 437.a
Testis pro veritate dicenda nihil recipere potest: bene tamen pro labore. 443.a
Testes simoniæ iure antiquo tenebantur sub anathemate reuelare, nec ante poterant absolui. 791.b.
¶Timothei & alij Episcopi quare iussu Pauli à suis ecclesijs nonnunquam peregrinati fuerint. 829.a
¶Titulus quid sit explicatur. 258.b
¶Traditio per votum non fit, nisi ille qui traditur solenniter recipiatur. 600.a.b
¶Trahens alium ad ludum an teneatur ad restitutionem. 292.a.

Tributi

¶Tributi. ſ. Alcauala rõ iustanè sit, & quomodo obliget in conscientia. 325.a.b
Tributorum quatuor nomina. 253.b
Tributum quod apud Hispanos dicitur Alcauala; quod sit. 254.b
Tributa debentur principibus in conscientia 255.b.
Tributorũ libertatẽ rex potest hominibus rusticis pretio donare vrgẽte necessitate. ibi.
¶Turcæ cæcitas de dominio vitæ subditorũ describitur. 278.a.b
¶Tyrannus censendus est qui leges in ꝓpriũ commodum constituit. 7.a

V

VAlor rei æstimandus est, secundũ id quod in præsenti est. 516.a
Valor rei iustus vt sit, prudentiũ iudicio, non cuiusuis metiẽdus est. 525.b & 526.a. vide, Pretium.
¶Vanitatis tres sunt gradus. 126.b
Vectigal census & tributum in quo differũt. 254.a.
¶Venans alienas feras quando teneatur ad restitutionem. 327.a
¶Venatio homini est naturalis. 355.a
Venatio iure gentium communis est. 326.b
Venatio triplici de causa vetatur. ibidem.
Venationis custodiendæ sui gratia nõ est par ratio in rege, & in magnate. ibidem.
¶Vendere licet pretio rigido, pio, & moderato. 506.b
Vendere vltra dimidium iusti pretij quid sit. 510.a.
In re venali tria sunt consideranda. 512.b
Vendens sacerdotium tenetur diuino & naturali iure restituere pretium. 783.b
Vendere rem vitiatam pretio integræ & solidæ, iniquitas est. 512.b
Vendens bona fide rem emptam à latrone, quid debeat facere. 341.b
Vendere non licet, ratione crediti pretij, cariùs rem quàm in præsenti valet. 517.a.b. & 522.a. Et vide Venditor.
¶Vẽditio est rei pro pretio distractio. 502.b
Venditio cum deceptione intra dimidium iusti pretij: iniqua est, etsi permissa. 510.a. vide Deceptio.
In venditione falsissima regula est si quis semper quanto emit pretio quantũ que laboris & periculi subijt tanti velit vendere, cũ lucri accessione. 506.b
Venditio ab vsurario facta qualiter sit valida. 490.a.
¶Vẽditor q rei defectũ cognoscẽs eũdẽ fraudulẽter emptorem celauerit, cõtra iustitiã deliquit. & idẽ de emptore dicẽdũ. 513.a
Venditor si caueat damnũ dare, putà q̃ non pluris rem vendat q̃ cum vitio valet neque vllo emptorem obijciat periculo, & res sit emptori pro pretij ratione vsui, nulla lege cõpellitur vitium patefacere. ibid. b
Venditor mensurã fraudãdo, vel rei substantiã vitians: etsi iniustitiã nõ cõmittat, vt putà quia ex pretio demit quod in mensurã tollit, vel in substantia vitiat, iuste tamen à publico magistratu punitur: licèt hæc aliquãdo absq; crimine facere possit. 514.b
Venditor nõ tenetur reuelare quod in futurũ expectatur. 516.a
Venditori nullo modo licet credito pretio cariùs vẽdere rẽ ratione crediti pretij, q̃ in præsenti valeat. 517.a.b
Venditori nihil licet exigere ratione periculi soluendi pretiũ in futurum. ibid. b
Venditori an liceat quãdo credito pretio vẽdit, de expẽsis in recuperãdo pretio à principio paciſci. 518.b
Venditor qui suas merces vẽditurus nõ erat, neq; ad tẽpus quo pretiũ auctum iri conijcitur, potest pluris vendere q̃ tempore vẽditionis valẽt, deductis tamẽ expẽsis & laboribus: etiã casu quo rogatus vendat. 521.a. & quòd hoc iocũ habeat, etiam si nõ esset seruaturus merces, non est omnino improbabile, vt Caietano placet. ibid. & 522.a
Venditori licitum est in pretiũ rei ducere dãnũ quod accipit: quare res æstimatur non solùm quãti in se valebat, verùm & quanti venditori. 509.a. emptore tamẽ admonito. ibidem.
Venditori non licet in pretium ducere cõmodũ quod ementi ex venditione accrescitur. ibidem.
¶Verberare possunt patres & qui curam gerunt paternã: nõ tamẽ mutilare. 382.b. & subsequentibus.
Verberare maritus quomodo possit. 384.a
¶Verbum stare in ore duorum vel triũ quid sit. 297.a
Verba æquiuoca in iuramento an sint obligatoria. 683.b. & 684.a
¶Veritates perpetuæ qualiter subsint legi Dei æternæ. 21.a
Veritatem nullatenus abnegare licet. 407.b. imò eam cõfiteri tenetur reus cum periculo vitæ, si iuridicè interrogetur, aliàs nõ est absoluendus. 423.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Vidua fructus pignoris pro dote ei traditi in sortem ducere non tenetur.481.b.
¶Violēter respub.& princeps possunt citra iniuriā aliquid à suis ciuibus extorquere, ip si persona priuata id faciat,raptor est & latro.398.a
¶Vim ui repellere licet.320.a.&.374.b
¶Vir qui uxorem in flagranti delicto enecat,peccat.362.a
Vir potest accipere pretium turpitudinis à muliere.332.b
Vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier,explicatur quo pacto.257.b
Vir non habet ius dominicum in uxorē.ibid.
¶Virtutis duplex consideratio.27.a
Virtutes humanæ sunt in vniuersum de lege naturæ:hoc est, secundum hominis naturam, si generalem rationem virtutis consideres, si autem materias actuum ipsorū mediteris,non omnes sunt de lege naturæ. ibidem.
Virtutes omnes quare prudentiæ cōnectuntur.207.b
Virtutes consentaneæ diuinæ legi,non dicūtur simpliciter de lege naturæ, sed potiùs supranaturales.28.a
Nulla est virtus cuius non aliquis actus ad cōmune bonum referri valeat.42.b
Virtus colenda est.319.a
Virtutum opera tenemur Deo offerre formali aut uirtuali ratione.720.b
Virtutis opus quantæ sit perfectionis è duobus æstimatur.736.b
Virtutes quæ hominem componunt in ordine ad seipsum discriminantur ab eis quæ illum componunt in ordine ad alterum. 756.a.
Virtus non est in ea potentia quę electionem facit,contra secorsum.ibidem.
Virtutum præcepta dignitatis ordine debēt ante fieri prohibitionibus vitiorum contrariorum.101.b
Virtutem unā alijs imperare quid sit.189.a
Virtutes Cardinales dupliciter accipiuntur. 193.a.
Virtutis diuisio & subdiuisio.196.a
Virtutes intellectuales digniores sunt moralibus.ibidem.
Virtutes morales plus habent de ratione virtutis quàm intellectuales: & ideo faciunt habentem simpliciter bonum.197.b
Virtutum collatio inter se fieri debet inter genus & genus,aut inter supremum actū vnius & supremū alterius.197.b. &.199.a.b
Virtus est id cui proprie honor debet.252.a
¶Visitationis stipendia quomodo episcopis liceat recipere.770.a.b
Visitationes non possunt caste fieri per aliū quàm episcopum.827.a
Visitandi greges nō p alios quàm per episcopos.ibidem.b.
¶Vita omnium bonorum fundamentum. 365.a.b.
Vitam corporalem pro quibus liceat ponere.367.b
Vitam temporalem an liceat pro amico ponere.369.a.
Vitam spiritualem amittere non licet pro salute spirituali totius mundi. 368.a
Vitam spiritualem licet al quando exponere periculo.ibidem.
¶Vitium rei venditæ qualiter venditionem illicitam reddat.312.b
Vitia aliqua peculiariter dicuntur contra naturam.281.a.in fine.
Vita bona sine oratione existere non potest 864.b.
¶Vlysis socij qualiter intelligantur conuersi à Circe ex Augustino.709.a.
¶Voluntas promittendi aut iurandi absque proposito adimplendi, obligationem parit.571.a
Voluntas non est regina, sed ancilla intellectus.4.a.&.5.b
¶Volūtarium duplex.377.a
Voluntarium nisi adsit, peccatū esse nequit. ibidem.
Voluntariū de per accidēs quid requirat.ibi.
¶Votum est actus religionis elicitus.594.a.
Votum rectè fieri de operibus non debitis ex sacris vtriusq; paginæ testimonijs comprobatur.566.b
Voti nomen dupliciter vsurpatur.568.a.b
Votum definitur promissio deliberatæ volūtatis Deo,de his quæ dei sunt facta.580.a
Votum requirit tria.frationis deliberationē, propositum voluntatis,& promissionem. 568.b.
Voti substantia in rationis actu,nimirum in promissione,consistit.590.b.&. 591.a
Votum exteriora signa per accidens requirit.ibidem.
Votum quibus de rebus suscipi debeat, & de quibus non debeat.573.a
Voti materia possunt esse præcepta.575.b.
Votū non est de re prorsus indifferēti.572.a.
Votum de obiecto aliàs bono,in malum finē relato non obligat.577.a.
Votum ad quod suscipiendum monetur homo malo fine,si tamen obiectū bonum est obligat.

obligat.ibidem.
Votum non peccandi venialiter stultum est: neque obligat.576.a
Votum contra opus consilij peccatū est: neque obligat.578.b
Votū ineundi cōiugium nullatenus ligat sed semper est illicitū contra Caieta.579.a.b
Votū virginitatis dupliciter fieri pōt.589.b.
Votum non nubendi non obligat ad castitatem. ibidem.
Votum quatenus attinet ad tempus implendi,tripliciter fieri potest.591.a
Votū simplex & solēne differūt.599.a
Voti solennis substantia consistit in hoc ꝙ sit traditio,stando in opinione S.Tho.de indispensabilitate voti.600.a. b
Votum solenne iure diuino dirimit matrimonium,cò ꝙ est traditio.600.b.&.601.a
Voti solennis transgressio grauior est quàm simplicis.ibidem.a
Votum iuramento firmatū,an in vniuersum obliget sub reatu mortali.672.a
Voti solennis & simplicis distinctio est specifica.602.a
Voto castitatis potest quisq; innodari ante legitimum rationis vsum.602.b
Votum nullum suscipere potest qui sub alterius est potestate de his rebus in qbus subijcitur,quod citra eius assensionem solidū sit ac firmum. 603.b
Vouendi facultas interdicta est monachis de iure diuino & naturali.ibid.
In voto suorum subditorū potest episcopus dispensare,non autem potest illorum vota irritare,imò verò neq; Pontifex maximè potest secularium vota irritare, secus religiosorum.604.a
Voti dispensatio iure naturæ pertinet ad parentes respectu filiorū,& ad tutores respectu illorum quorum cura illis cōmissa est, & ad dominos respectu seruorū.ibi.
Voti religiosorum irritatio & dispensatio, in quibus casibus fieri possit à prælato. 604. b.&.605.a.b
Votum à religiosis emissum,quo prælati obedientia impeditur,nō tenētur implere dū per prælatū irritū non habetur. 605.a.b
Votum quod religiosus emisit de materia libera:potest ipse prælato detegere,& si grauе sit potest molestiam suam & grauamē ei aperire vt irritet.606.b
Votum suum quod religiosus emisit de re ꝓhibita,tenetur patefacere prælato antequā fit in mora.ibidem.b
Votū emissum à religioso cum facultate prælati potest nihilominùs ab ipso prælato irritari.607.a
Vota uxoris vniuersa pōt vir irritare. 607.b
Votum emissum à viro de non petēdo debitum,an teneat sine cōsensu uxoris. ibi.
Votum castitatis emissum ab vtroq; coniuge cōmuni consensu, non potest rursus per ipsos irritari,sed vtriusq; votum censetur absolutum castitatis.608.a
Votum quodcūq; siue uxoris siue filij siue religiosi semel irritatum nullam deinde vir tutē retinet qua vllo tēpore obligare possit,nisi iterato fiat.ibidem.b
Votum emissum ab vxore executioni tunc mandandum si maritum vita superauerit, & idem de filio si dum sub cura parentis egerit votum emitteret post suam emancipationem explēdum,& pariter seruus sub conditione si fuerit libertate donatus, an eiusmodi vota possint superiores irritare. ibidem b.&.609.a.b
Votum continentiæ tria consideranda requirit.616.
Vota dispensandi & cōmutandi cause. 623.b
Nullo voto se potest constringere puer, aut puella ante pubertatis annos, si nō ea vtātur rōnis luce vt deliberare queant. 610.b
Votum solenne nemo quantuncunq; sit doli capax ante pubertatis annos potest suscipere.611.a
Voto religionis solenni & simplici quisq; se potest firmissimè obligare post annos pubertatis quātūuis parētibus reclamātib⁹.ib.
Inter votum personale & reale discrimē & cōuenientia.611.b &612.a
Voto se præpedire quo minùs quis accipiat episcopatū,nihil per se loquendo implicat iniquitatis.814.a
Votum emissum à filio dum erat sub potestate patris neq; tunc à patre irritatū postquā emancipatus est,non potest ab ipso patre irritari.613.a
Votum quodcūq; simplex potestati subest ecclesiæ,tam vt super eo dispenset,quàm vt ipsum in rem aliam commutet.614.a
Voti dispensatio non tollit diuinam legē sed tollit obligationem,quæ ex mera voluntate vouentis ortum duxit.615.b
Votum quod fit in susceptione ordinis sacri dispensari potest per summū pontificē antequā fiat,nēpe abrogando nunc legē posita:& postquam factum est cū illis qui iā votum solenne fecerunt. 619.a.b
Super votum solēne religionis nulla cadit dispensatio.ibidem.b.&.620.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad votum dispensandum necessaria est superioris authoritas.621.a
Ad voti dispēsationē,ac perinde ad cōmutationē q̄in min⁹ fit bonū,requirit causa.ibi.
Ad voti commutationem in melius non exigitur superioris authoritas,quando manifestum est id in quo mutatur esse melius. 621.b. Imò fortè neque ad mutationem in rem æqualem.623.b
Vota in seculo facta extingui censentur per solenne religionis:ob id quòd omnia mutantur in melius.625.a
Votū solēne religionis in altiorē aliā ac perinde altiorē cōmutari pōt propria authoritate,nō tamē in aliud votorū genus. ibidē.
Super omni voto simplici suotum paræciorum vnusquisq; episcopus dispensare pōt. Hæc aūt in archiepiscopo facultas ad diœceses sibi suffraganeas non extenditur. Eademq; est in Abbatibus & religionum quibuscunq; præfectis authoritas dispensandi in votis suorū subditorū.622.b.& 623.a
Votum ex ratione sua magis est obligatoriū quàm iuramentū.592.a
Votum de re parui momēti obligat tantum sub reatu venialis culpæ.672.b
Votum dispensandi facultas,eadem vbiq; est ad commutandum.623.b
Vota subditorū de trāseundo ad altiorē religionē,dispensari posūt p suos p̄latos.ibid.
Voti pœnalis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ dispensatio Pōtifici maximo reseruatur.622.a.b
Ad voti dispensationē necessaria est causa, si autē in melius fit nulla exigitur prorsus obstans causa.Sed satis est vt ad finem magis conducat.623.b.& 624.a
Votum nequit dispensari aut cōmutari priuilegio cruciatæ bullæ,nisi ante eius susceptionem sit emissum.624.b
In votū simplex religionis,aut perpetuæ castitatis dispēsare, nullo hactenus cruciatæ diplomate concessum est.625. a
Votum sacerdotum dispensabile est ab ecclesia.640.a.b
Votum religionis in paupertate consistit, castitate & obedientia.590.a
Vouēdi modus quē statuebat Luther⁹.632.a
Voti transgressio ex genere suo peccatū est mortale sacrilegiumq;.582. a
Votū religionis simplex post contractū matrimonii nō vltra quicquā obligat.590.a
Voti pœnitentia potest esse peccatū, & quo modo non est peccatum.598.a
¶Vsucapio quanto tempore fit.298.a
¶Vsuræ multiplex acceptio.468.a
Vsura multis modis cōmittitur.476.b
Vsura à fœnore differt.468.b
Vsura idē qđ partus & quod morsus.ibidē.
Vsurā solūmodo in mutuationis cōtractu, atque in alijs quibus mutui ratio inest, locum habet.469.a
Vsura est pretium vsus mutuatæ rei.ibid.
Vsura nō est pretium quod recipitur pro pecunia ad ostētationē vel ornatū locata.ib.
Vsura interna atq; externa quomodo discriminentur.ibi.b.&.477.a
Vsura externa, vbicunq; pactum interuenit expressum.469.b
Vsura peccatum mortale est,iustitiæ cōmutatiuæ cōtrariū.470.a.& oppositū est manifesta hæresis.472.a
Vsuram non esse naturali iure prohibitā periculosum est asserere.470.a.& hoc multis ostenditur.472.b.& 473.a.b.quo fit in vsura nunquam Deus dispensauerit,imò neq; factibile est.ibidem.
Vsurarium crimen vtriusq; testamenti pagina detestatur.470.a.b
Vsura certo quodam modo fuit Iudæis permissa,non licita: neq; in vsurariū lucrum dominium vnquàm illis fuit concessum à Deo.472. b
Optima explicatio illius loci, Nō fœnerabis fratri tuo.473.b
Vsuræ à lege ciuili permittuntur quēadmodū meretrices. 474.a.& quo pacto permittātur.ibi.b.neq; verò ciuile ius vsuras permittendo canonico aduersatur.475. a.b
Vsuræ vsurarum olim summo rigore ,phibitę.474.b.Quicquam ex pacto vel recipere vel expetere vsura est, accipere verò aliquid nō cōuentionis nexu sed quod gratuitò mutuanti rependitur, nullā impingit vsuræ labem,sicut neq; amicitiam & beneuolentiam ex mutuo conquirere & exigere.476.b.&.477.a
Vsuram committit qui ratione mutui in pactum deducit vt mutuatarius iustæ liti cedat.477.b.
Vsuræ vitio innodatur qui ratione mutui turpes amplexus exposcit:secū verò qui amicitiam procurat,vt mulier a torevicta turpi rei acquiescat.ibidem.
Vsuræ labem incurrit qui mutuatarium cogit,vt vel totum mutuum, vel partem in mercibus suscipiat ,etiā si iustum pretium merces nō excedant. Idq; vsu venire solet mercatoribus regi mutuantibus,non sine magna militum iactura. 478.a

Vsuram

Vsurā cōmittit qui ratione mutui obligat ad emendum,molendū,laborandū,etiā iusto exoluto vel nō excesso pretio.478. a.b
In mutuo in pactum ducere quod aliàs iustè debetur,vsura non est.ibi.b
An vsura sit,ratione mutui obligare mutuatarium ad mutuandum.480.a
Vsura an cōmittatur vendendo cariùs credito pretio.417.a.&.521.a.b.&.535.b.a. vide, Vendere & venditor.
Vsurā cōmittit qui fructus pignoris nō computat,nisi pignus sit de feudo, vel ,p dote genero,vel viduæ traditū.481. a.b.
Vsuram sapit mutuatarium obligare ratione mutui ad ducendam vxorem.482.a
Vsura ratione lucri cessantis.vide,Luerum.
Vsuram inuoluit mons pietatis.498.b
Vsuraria datio an dominium transferat,optima disputatio.487.a
Vsurarum dubitationes omnes per ecclesiā definiri non est conducens.500.a
¶Vsura mentis quomodo ab exteriori differat.469.
De vsura mentali optima disputatio.490.b
Vsura mentalis quomodo à simonia mentali differat.490.b
Vsuræ mentalis restitutio quomodo & quādo necessaria.490.b
¶Vsurarum restitutio necessariò facienda etiam nullo petente.472.a.&.486.b
Vsurarum restitutio solùm necessaria cùm ratione mutui quicquā recipitur. ibid.
Si per vsurā res quæ vsu cōsumuntur extorqueātur,fœnerator facit satis restituēdo tātum quantū accepit cū dānis& lucro:si qđ alteri cesset,fructus verò qui per easdē res sua industria accumulauit,liberi sunt à restitutione.ibi.&.48.a.b.secus verò i fructib⁹ domus vel prædij per vsuram extorti. ibi.
Ad vsurarū restitutionē, nō modò vsurarius sed iudices cogētes vsuras soluere,aduocati cōsulentes,ministri aliqui,&c, etiam tenētur fœneratore non restituente.462.b. De hoc vide mutuum,& lucrum cessans.
¶Vsurarius nō acquirit dīnium in ea quę per vsuras corrasit.487.a.b. & si mutuatarius se velle in ipsum dīnium transferre asseueret,dum tamen ratione mutui det.488.b
Vsurarius dīs fit possessionis quā per pecuniā vsurariā emit:quo fit vt ipsas restituere nō teneatur:manent tamen debito obnoxiæ.489.a
Vsurarij bona quomodo sint restitutiōi subdita.ibidem.
Vsurarij bona in triplici sunt differētia. ibid.
Vsurarij omnes cōtractus sunt validi,iure naturæ, per quos non fit minùs potens ad soluendum vsuras.489.b
Ab vsurario pecuniā vsurariā vel quicq̄ aliud recipiēs emptione vel alio quocūq; cōtractu tutus est in cōsciētia:si vsurari⁹ nō fiat illa rōne impotens ad soluēdū. 490.a
Vsurarij hæredes ad quid teneantur.490.a.b
Vsurarius multis modis potest lucrum à mutuatario recipere.491.a.b
Vsurarius pecuniā à mutuatario vltra sortem recipiens,quocunq; prauo animo, si mutuatarius ratione mutui nō dedit, restituere non tenetur,nisi fortè ex conscientia erronea.491.a.b
Vsurarij cooperatores & ministri ad quid teneantur.492.b
Vsurariū nō paratū,ad mutuādū sub vsuris inducere nō licet,à parato verò licet subvsuris mutuū recipere.493.b.&.494.a
Vsurarius mutuatariū obligans rōne mutui ad contractū societatis vel assecurationis faciendū,vsuram cōmittit.518.b
Vsurarios ius canonicū tum multis opprobrijs proscindit,tum & pœnis pluribus accumulat.475.a.b.
¶Vsus à dīnio rebus vsu cōsūptibilib⁹,an distinguat cōtrouertit ad longū. 259.a
Vsus rerū comestibiliū & vtensiliū distingui tur quoda pacto à dominio.260.a
Vsus rerum duplex est,& iuris & facti.ibi.
Pro vsu vasis aūt calicis sacri nō licet aliquid recipere,licet ipsum locare & vendere possit ecclesia.763.
Vti quēpiā iure suo bifariam cōtingit.332.a

FINIS INDICIS.

†.A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z Aa.Bb.Cc.Dd.Ee.Ff.Gg. Hh.Ii.Kk. Ll.Mm.Nn.Oo.Pp.Q q. Rr.Ss. Tt.Vv.Xx.Yy.Zz. AA.BB.CC.DD.EE. FF. GG.HH.II.KK. *.**.***.****.

Omnes sunt quaterni, præter. †. qui est duernus .&. ****. qui & ternus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excusum est hoc opus denuò Salmanticæ in officina Ioannis Mariæ à Terranoua Florentini, Anno Domini. M. D. LXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca